37
36 F
17

- MAG 4457

Digitized by Google

Digitized by Google

MANTISSA

DECISIONUM

Sacræ Rotæ Romanæ

AD

THEATRUM

Veritatis, & Juſtitiæ

CARDINALIS DE LUCA,

EJUSQUE TRACTATUS

DE OFFICIIS VENALIBUS,

& Statutariis Succeſſionibus.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, AC INDICE Materiarum locupletiſſimo.

VOLUMEN QUARTUM.



VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

M. DCC. LIX.

Superiorum Permiſſu' ac Privilegiis.

MANTISSA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Ad Librum Duodecimum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA,

Qui est

DE BENEFICIIS, &c. CANONICIS, &c. CAPITULO, Electione, &c. de Parocho, &c.

ARGUMENTA DECISIONUM.

De Beneficiis. &c. Canonicis, &c. Capitulo.

DECISIO I. *Colonien. Satrapia.*

DE electione facta a Capitularibus, sed non capitulariter, Decano recedente a Capitulo, cujus est Præses, in hac decisione agitur; & quando verum sit, quod minor pars possit eligere, majori recedente a Capitulo.

DECISIO II. *Palentina Canonicatus.*

Quamvis, sede Pontificia vacante, cesset regula relevatoria mensium, tamen hoc habet locum, dummodo ordinarii collatores valide conferant.

DECISIO III. *Barchinon. Beneficii.*

De gratia, quæ vocatur Piscatoria, seu *certo modo*.

DECISIO IV. *Carpentoracten. Canonicatus.*

Vicelegatus Avenion. admittere valet resignationes beneficiorum regularium, eaque conferre non professis, qui tamen habitum illius Ordinis suscipiant, & professionem deinde emittant. Unio beneficii an, & quando principaliter facta censeatur, & an, & quando resignatio valida sit, si resignans obierit, antequam resignatarius reservationis pensionis a resignante factæ consensum præstiterit.

DE ISIO V. *Carpentoracten. Sepultura.*

Licita est laicia electio sepulturæ in Ecclesiis Monialium Sancti Francisci Salesii, nisi illa per dolosas earum suggestiones facta sit, aut pactum & juramentum præcesserint, dictaque electio usque ad obitum variabilis est; sed sepultura ibidem Laicis interdicta est, donec obtenta sit Ordinarii licentia, aut ea suppleta remanserit a Sacra Congregatione negotiis Episcoporum, & Regularium præposita; & ex quibus excludantur prætensæ suggestiones, & defectus sanæ mentis in testatore, late hic discutitur.

DECISIO VI. *Colonien. Prioratus.*

An & quando Prior regularis Prioratu seq beneficio privari possit.

DECISIO VII. *Colonien. Prior. super Manuten.*

Priori Regulari, si Ordinis constitutionibus contravenerit, & Monasterii clausuram ex mulierum introductione violaverit, nulla competit manutentio, cum ob dictos excessus, & titulo, & possessione privatus remanserit.

DECISIO VIII. *Toletana Congrua.*

Congrua debetur Rectori curato, stipendium vero Rectoribus amovibilibus, & a quibus hoc stipendium debeatur, & ex quibus illius quantitas regulanda sit.

DECISIO IX. *Herdana Præeminentiarum.*

Primæ dignitati post Pontificalem solemniter celebranti in festivitatibus solemnioribus debetur assistentia duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono, & stantibus possessoriis actibus, ei debetur manutentio in possessione exigendi hujusmodi assistentiam.

* DECISIO X. *Burgi, sive Civit. S. Sepulchri Canonicatus.*

Primum beneficium vacare dicitur de eo tempore, quo quis vere assequitur secundum incompatibile, illiusque possessionem nanciscitur, non attenta primi resignatione, quando talis resignatio apparet fraudulenta, & simulata, emissa ad effectum consequendi secundum, & ad hoc, ut primi vacatio eveniret in mense Episcopi, maxime quando post dimissionem adhuc beneficiarus continuavit in exercitio, & possessione primi beneficii.

Decreta Congregationis Sacrorum Rituum circa jura Parochialia, Functiones, & Præeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Capellanos, & Officiales.

INDEX DECISIONUM

B

Barchinon. Beneficii, *Luna 24. Aprilis 1668. Ansaldo.* Decisio II.

Burgi, seu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus, *Ven. 4. Decembris 1705. Ansaldo.* Dec. X.

C

Carpentoracten. Canonicatus, *Ven. 5. Decembris 1698. Caprara.* Dec. IV.

Carpentoracten. Sepulturæ, *Ven. 18. Februarii 1701. dell' Olmo.* Dec. V.

Colonien. Satrapiæ, *Veneris 10. Februarii 1695. Ursino.* Dec. I.

Colonien. Prioratus, *Veneris 4. Julii 1704. Scotto*, Decisio VI.

Colonien. Prioratus super manutentione, *Vener. 4. Julii 1704. Scotto.* Dec. VII.

D

Decreta Congregationis Sacrorum Rituum citra jura Parochialia, *in fin.*

H

Hortana Præeminentiarum, *Lun. 16. Junii 1704. Kaunitz.* Dec. IX.

P

Palentina Canonicatus, *Veneris 13. Martii 1698. Pio.* Dec. II.

T

Toletana Congruæ, *Luna 22. Junii 1663. Benincasa.* Decisio VIII.

R. P. D. URSINO.

Colonien. Satrapiæ.

Ven. 10. Februarii 1695.

ARGUMENTUM.

De electione facta a Capitularibus, sed non capitulariter, Decano recedente a Capitulo, cujus est Præses, in hac decisione agitur; & quando verum sit, quod minor pars potest eligere, majori recedente a Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Electio non facta capitulariter per omnium vota, non sustinetur.*

2 *Electionem non sufficit fieri a Capitularibus, nisi etiam fiat ab eis capitulariter congregatis in loco destinato.*

3 *Decano recedente a Capitulo convocato pro aliis negotiis Capitulum dicitur terminatum.*

4 *Decanus est Præses Capituli, & sine ejus consensu alia negotia proponi non possunt.*

5 *Electio potest fieri a minori parte, quando major pars Capitularium voluntarie recessit a Capitulo, dummodo Capitulum fuerit legitime convocatum; secus si pro aliis negotiis congregatum fuit.*

DECISIO I.

Officium Prætoris, seu Satrapæ in loco Bleifchein, cujus collatio pleno jure spectat ad Capitulum, & Canonicos Collegiatæ B. M. Virginis ad gradus Coloniæ, a quibusdam Capitularibus obtinuit Franciscus a Vvimar, adversus quam electionem insurgente Decano, aliisq; superioribus Canonicis, contentio primitus excitata fuit cor. Officiali Colonien. qui postquam literas manutentivas electo concesserat, subinde in petitorio electionem tanquam irritam annullavit, talique judicato in secunda instantia a Reverend. Nuncio confirmato, Capitulum, pendente appellatione, ad novam devenit electionem, qua irritata Signatura Justitiæ cum rescripto, *de appellatione circumscriptis omnibus gestis post appellationem, & interim D. Nuncius provideat quoad gubernium*, hodie coram me caosa instructa, cum Decanus aliique Canonici in actis produxerit renunciationem formiter emissam a novo electo ad normam rescripti Rotalis prodiit die 7. currentis, a Dominis exquisivi, *an constet de invaliditate electionis Francisci a Vvimar?* & affirmativa emanavit pro informante resolutio.

Constat namque talem electionem fuisse a quibusdam Capitularibus expletam post disolusum Capitulum, quod pro aliis negotiis terminandis fuerat inductum, & quando Decanus, qui Præses est Capituli, una cum senioribus discesserat, prout testatur Secretarius in Protocollo per ipsum inscripto, summario informantis nu. 1. unde electio
1 subsecuta, uti non facta capitulariter per omnium vota, ad reg. text. *in Genesi, verbo communiter de elect.* est de jure nulla, cum non sufficiat fieri a Capitularibus, nisi etiam consommetur ab eis capitulariter congregatis in loco ad id destinato, ad tradita per Rotam *in dec. 9. Chap. de procur. in*
2 *antiqua*, & coram Seraph. *dec. 1147. an. 30.* & coram Cavaler. *dec. 192. n. 5.*

Nec relevat, eligentes fuisse capitulariter congregatos 3
etiam in loco capitulari, ideo valide ad electionem devenire potuisse, etiamsi Decanus voluntarie cum aliquibus discesserit, quia Capitulum, quod fuerat pro aliis negotiis determinatum, jam consumptum erat; unde Decano abeunte dicebatur terminatum, nec alia negotia absque illius consensu proponi poterant, cum tale munus ei tanquam Capituli Præsidi pertineat, ad sensum Grat. *discept. 380. n. 26.* & Barbos. *de Canon. & dign. c. 39. n. 12.* ideoque qui permanserunt in Aula Capitulari, non dicebantur ca- 4
pitulariter congregati, nec ad actum validum poterant devenire: quia etsi vera sit propositio, a minori parte posse negotia expleri, etsi major voluntarie discedat; hoc tamen procedit, quoties præcesserat convocatio de mandato illius, 5
qui poterat legitime convocare; secus vero, quando convocatio pro aliis negotiis intercessit, quia tunc eis terminatis, alia sine Decani approbatione tractari non valent & bene dixit Rota coram Puteo *dec. 293. lib. 3. per tot.*

Et ita altera tantum parte informante, &c.

R. P. D. PIO.

Palentina Canonicatus.

Ven. 14. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Quamvis, sede Pontificia vacante, cesset regula reservatoria mensium, tamen hoc habet locum, dummodo ordinarii collatores valide conferant.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus Palentinus habet cum Capitulo alternativum exercitium nominationis, & alia jura.*

2 *Beneficia reservata ratione mensium conferuntur ab ordinariis collatoribus, si vacant, sede vacante Apostolica.*

3 *Sententia transit in rem judicatam, concurrente validitate, & justitia, nec est locus restitutioni.*

4 *Regula Cancellariæ reservatoria mensium cessat, sede Apostolica vacante.*

5 *Sede Apostolica vacante, si collatio beneficiorum reservatorum non fuerit sortita effectum, nisi sede plena intrat regula reservatoria mensium.*

6 *Scriptura requiritur in contractibus ad probationem, cum perfectus dicatur contractus solo consensu.*

7 *Retrotractio non admittitur in prejudicium Papæ in beneficiis conferendis, quando ordinarius collator non contulit, sede Pontificia vacante.*

8 *Referens magis operari non valet, quam relatum, cum unum alteri inesse censeatur cum omnibus suis qualitatibus.*

DECISIO II.

Reverendissimus Episcopus Palentinus habens cum Capitulo alternativum exercitium nominationis, ac etiam simultaneam collationem Canonicatuum, & præbendarum suæ Cathedralis, ut testatur Garziae *de benefic.* 1
p. 7. c. 1. n. 71. & relato Filiuccio, Rot. in Hispalen. divisionis simultaneæ 21. Februarii superioris anni, *§. quam etiam vers. & de Ecclesiis Burgen. Palentina*, cor. R. P. D. meo

Mu-

Muto, ac abunde constat ex documentis datis summa-
rio Josephi Serrani *nu.* 1. 3. & præsertim ex concordia inter
Episcopum, & Capitulum ex causa vacationis hujusmo-
di Canonicatus stipulata occasione, qua vacante per obi-
tum fa. me. Alexandri VIII. Apostolica Sede cessabat Re-
gula reservatoria mensium, proindeque Ordinarii colla-
tores in quibuscunque mensibus vacantia beneficia conferre
2 poterant, juxta firmata in Segobricen. beneficii 23. Junii
1692. §. *non obstaculum*, coram R. P. D. meo Molines, &
in hac Palentina dec. R. P. D. mei dell'Olmo 7. Februarii
1696. §. *nam licet*; elegit, seu nominavit ad tunc vacan-
tem Canonicatum Ferdinandum Ramirum, se se tamen
opponente Capitulo, cui electio, ob jam consumptum
Episcopi turnum, pertinebat. At quia deinceps sub die
9. Augusti anni 1691. sede plena ob assumptionem ad Pon-
tificatus apicem SS. D. N. Innocentii XII. feliciter regnan-
tis memorata Episcopi nominatio post plures præcedentes
tractatus tandem per specialem concordiam a Capitulo ap-
probata fuit, hinc agnoscens d. Joseph Serranus, quod
præfatus Canonicatus subjacebat regulæ 68. Cancellariæ a
fa. me. Urbano VIII. conditæ, & ab omnibus Pontificibus
sub initio eorum Pontificatuum renovatæ, qua Apostoli-
cæ Sedi reservantur omnia beneficia, de quibus Sede va-
cante inferiores collatores vel minus valide disposuerint,
vel non modo disposuerint, de eodem, tanquam ex d.
regula 68. ut diximus, reservato, a Sm̃o. D. N. provisionem
reportavit, ac desuper literas Apostolicas expedivit, quas
utpote in omnibus justificatas, exequendas esse per con-
tradictas, respondit Rota sub die 6. Februarii 1696. coram
R. P. D. dell'Olmo; ad cujus resolutionis normam postea
prolata fuit sententia, quæ transivit in judicatum. Cum-
que ab eadem in gradu restitutionis in integrum, appellatio-
nis causam mihi per Signaturam Justitiæ fuerit commissa,
dubium hodie commissioni conforme, *an constet de re ju-
dicata, seu potius de causis restitutionis in integrum?* disce-
ptandum in Rota proposui, quod pro re judicata fuit re-
solutum, ob validitatem, ac justitiam d. sententiæ, quibus
concurrentibus, merito in authoritatem rei judicatæ transi-
tum fecit, adeo ut consequenter adversus eandem non
sit locus expostulatæ in integrum restitutionis, Rot. coram
3 Cæsare de Grass. *dec.* 111. *n.* 11. *seq. de sent. & re judic.* Sera-
phin. *dec.* 1123. *n.* 5. & cor. fa. me. Alex. VIII. *dec.* 89. *n.* 5.

Validitas enim non controvertitur, & Justitia resultat
ex rationum fundamentis luculenter deductis in decisione
causæ emanata cor. R. P. D. meo dell'Olmo, in qua opti-
me firmatur, quod licet, sublato per mortem Pontificis
obstaculo regularum Cancellariæ, inferiores collatores ex
juris communis censura providere possint de beneficiis va-
4 cantibus, in quibuscunque mensibus, ut sopetime innui-
mus, & probant Antonell. *de temp. legal. l.* 3. *c.* 1. *de mense
n.* 44. *& seqq.* Rota *dec.* 635. *n.* 10. *par.* 18. *& dec.* 121. *nu.* 8.
& seq. par. 19. ideoque hac de causa Ordinarius Palentinus
valide conferre valuisset Ramiro controversum Canonica-
tum, nihilominus cum hujusmodi collatio plenarium effe-
ctum sortita non sit, nisi Sede plena, post assumptionem
ad Pontificatum SS. D. N. nempe de mense Augusti 1691.
quo tempore fuit inita concordia inter d. Episcopum, &
5 Capitulum; hinc fit, quod eadem evidenter irrita remansit
ex quo per d. regul. 68. Cancellariæ Canonicatus jam erat
Sedis Apostolicæ reservatus.

Neque ad evitandam adeo claram, & patentem reser-
vationem, quidquam prodesse valuit responsio, quod nem-
pe provisio Episcopi fuerit vacante Pontificia Sede convali-
data virtute consensus a Capitulo præstiti sub die 7. Julii, ut
per defendentes Ramiri itquera contendebatur ex actibus
capitularibus exhibitis ipsius *Summ. nu.* 1. necnon ex articu-
lis a Josepho admissis datis pariter *d. Summ. nu.* 2. quibus
stantibus prætendebatur, concordiam sub dicto die fuisse
revera stabilitam; cum regulare sit, quod ad integram con-
tractus perfectionem solus partium consensus sufficiens re-
putetur, nec essentialiter exigatur scriptura, quæ tantum
ad ejusdem contractus, probationem confici solet, ex fir-
6 matis per Mansf. *consult.* 129. *per tot. & consult.* 344. *num.* 53.
cum aliis relatis per Rot. *dec.* 291. *num.* 22. 23. *& dec.* 353.
fere per tot. par. 9. *& dec.* 548. *n.* 30. *& seq. par.* 18. *rec.*

Quandoquidem ad limitationem objecti, super quo
totum causæ momentum residebat, DD. ponderabant,
quod in Ecclesia Palentina, ut in relationem facti proba-
tum est, inter Episcopum, & Capitulum, nominatio ad
beneficia vacantia alternatim divisa reperitur, eorundem
vero collatio contra distincta specialiter ab exercitio nomi
nationis simultaneæ, ad utrumque reservata est: qua qui-

dem distinctione retenta, plene consequitur, quod actus
capitulares confecti sub die 7. Julii, ex quibus Capitulum
satagit comprobare complementum concordiæ, referri
duntaxat possunt ad probationem simplicis nominatio-
nis Ramiri ab Episcopo factæ, non obstante consumptio-
ne ejus turni, qui a Capitulo prorogatus fuit, ut depre-
henditur ex verbis illis: *Non si finischi il turno, che per
questa volta si dilati, e si proroghi*, & minime referri
valeat ad veram collationem simultaneæ tam ab Episco-
po, quam a Capitulo explendam, cui collationi Capitu-
lum suum consensum præstare noluit, dum quoad hoc
punctum nulla fuit capta resolutio, dilata tantum ejus-
dem consideratione, ut aperte evincitur ex verbis subse-
quentibus actus capitularis, ibi: *E che nel resto, colla-
tione, & intimatione si consideri la formalità, che si è
prattcata fin'hora per Statuti, e simultanea.*

Quamobrem cum collatio in favorem Ramiri ab Episco-
po facta, non nisi de mense Augusti, & sic Sede Aposto-
lica jam plena, fuerit Capitulo approbata, ut constat ex
sæpe recensita concordia inter Episcopum, & Capitulum
celebrata, inde innegabiliter succedit irritare memoratam
regulam 68. reservantiam beneficiorum, vel non collato-
rum, vel minus valide collatorum, ad cujus efficaciam
effugiendam requiritur, quod provisio beneficii vacantis in
mense, qui Sede plena fuisset Apostolicus, sit totaliter per-
fecta, & completa, ita ut ad eandem integrandam nihil
prorsus remaneat peragendum; quod certe non verificatur
in nuda nominatione, ad sui perfectionem pernecesse ex-
poscente successivam collationem; nam verba illa regulæ,
de quibus non est dispositum, favore Papæ, nequeunt intel-
ligi de simplici nominatione, seu electione, quæ sunt dis-
positiones imperfectæ ad beneficium consequendum, sed
de vera, & absoluta collatione, juxta originalem distin- 7
ctionem quam facit Joan. Andr. *in cap. cum de iis aliis vers.
dispositio de preb. in* 6. cum qua ad resolutionem præsentis
controversiæ in specie procedunt Lavor. *var. lucubr. tit.* 4. *de
elect. canonic.* 13. *num* 21. *& seq.* Barbos. *de jure Eccles. lib.* 1.
cap. 19. *n.* 54. *& seqq.* ubi firmat in his terminis non posse con-
sensum a Capitulo præstitum retrotrahi ad tempus quo
valide dari poterat, nempe Pontificia Sede vacante, quia
hujusmodi retrotractio in præjudicium Pontificis admitti
non debet, quod generaliter ad evitandum præjudicium
tertii perpendunt Spetell. *dec.* 171. *num.* 45. *& seqq.* Rota
dec. 245. *nu.* 3. *part.* 7. *recent.* cum aliis relatis in laudata
dictæ causæ decisione, coram R. P. D. meo dell'Olmo,
§. *finali.*

Detecta igitur ex præmissis irrelevantia actuum Capi-
tularium, ac satis firmato, quod collatio Canonicatus,
de qua res est, perfecta tantum fuerit Apostolica Sede plena,
nullum ulterius constitui valuit fundamentum super arti-
culis admissis, ac confessatis per Josephum, quia cum ii-
dem nihil plus contineant, quam quod contentum legitur
in actibus capitularibus, subintrat receptissima non minus,
quam vulgaris propositio, quod referens magis operari non
valet, quam relatum, cum unum alteri inesse censeatur
cum omnibus suis qualitatibus, de qua Surd. *cons.* 313. *n.* 5.
Altograd. *cons.* 5. *c.* 17. *tom.* 1. *& cons.* 44. *n.* 36. *tom.* 2. Rot.
coram Buratt. *dec.* 52. *n.* 3. ibique Ferentill. *n.* 11. *&* 12. *& in
rec. dec.* 543. *n.* 5. *& alibi passim.*

Præterquam quod in ipsis articulis admissa quidem
dicitur a Capitulo nominatio facta ab Episcopo, de
collatione vero nihil articulatur; unde quamvis de pun-
cto nominationis concordatum dici posset, attamen in
ordine ad collationem perdurabat adhuc discordia, per-
sistentibus partibus in opinionibus oppositis, Episcopo
scilicet, ut valeret collatio facta per ipsum solum, Ca-
pitulo vero, ut fieret alia per simultaneam; propterea que
dissidentium animis nondum in unam, & eandem sen-
tentiam coeuntibus, uti concordia remansit incompleta
ante novi Pontificis creationem, ita locus remanebat
supervenienti reservationi, ex regula 68. quam toties
intrare, quoties provisio non est undequaque perfecta,
supra firmatum est *in §. quamobrem.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO,

Barchinonen. Beneficii.

Lun. 24. Aprilis 1798.

ARGUMENTUM.

De gratia, quæ vocatur Piscatoria, seu *certo modo*.

SUMMARIUM.

1 G*Ratia*, certo modo, *qua dicatur*.
2 *Piscatores beneficiorum in turbido navigantes sunt odiosi.*
3 *Gratia precum veritate destituta nullam meretur executionem.*
4 *Beneficium obtinens* certo modo, *modo justificans literas, nullam gerit vestem nuptialem, neque est legitimus contradictor, neque impugnator aliarum literarum quæ prætenduntur non justificata.*
5 *Adagium*, tua non interest, *valet etiam in beneficialibus.*
6 *Negativa debet probari ab impetrante, si fuit expressa in literis, nempe quod beneficium non sit debitum certo generi personarum, vel non existant personæ capaces, etiam per impossibilem negativam coarctatam.*
7 *Instrumentum facit probationem probatam.*
8 *Executor præsumitur omnia ante gessisse, nisi probetur contrarium.*
9 *Descendentia ex quibus probetur.*
10 *Sententia lata in causa status, & cum legitimo contradictore, facit jus quoad omnes.*
11 *Gratia*, perinde valere, *sanatoria nullitatis, & erroris literarum, valet a data præsentium tantum.*

DECISIO III.

NON acquiescens Joseph resolutioni Tribunalis, & de-
cetero deneganti retardationem literis Apostolicis,
quas obtinuerat Costa, uti ab ipsa fundatione vocatus ad
beneficium erectum sub titulo S. Luciæ, novam assequi
procuravit commissionem suspensivam earundem litera-
rum, ac decreti Rotalis; sed hodie DD. rursus ad normam
novi rescripti Signaturæ per me requisiti, citra hæsitatio-
nem responderunt procedendum esse omnino ad legiti-
mam præfatarum literarum, & decreti Rotalis execu-
tionem.

Quamvis enim stylus Sanctæ Sedis, seu Datariæ Aposto-
licæ, prudenter, ac juridice passim permittat, ut quoties
sub insubsistenti, & mendaci præsupposito, aliquis extor-
serit a largitione ejusdem Sanctæ Sedis provisionem seu lite-
ras super beneficio alias ad collationem Papæ ad normam
1 juris, & regularum Cancellariæ pertinente, valeat alter
tanquam denunciator præfati mendacii, sive obreptionis,
mediante gratia, ac impetratione, quam nuncupant *certo
modo*, in quoddam præmium reportare consecutionem
ejusdem beneficii; quamobrem hujusmodi impetratores ve-
luti satagentes turbare pristinum obtentorem, & plerum-
que possessorem forte non immerito, juxta vulgare adagium
2 nuncupentur *Piscatores*, quia nempe in turbido imperra-
tionis, antecedenter per alium factæ absque alio titulo,
quam destructivo præcedentis provisionis, seu collationis,
explicari conentur idem beneficium; & ideo regulariter
reputentur non minus apud scribentes, quam penes tribu-
nalia parum favorabiliter suscipiendi, sed potius odiosi, uti
liquet apud Hostien. *in c. cum in multis sub n. 4. vers. provide,
& sub n. 9. vers. verum, de rescript. in 6.* Lothet. *de re benef.
lib. 2. quæst. 44. num. 2. & seqq.* Card. de Luca *de benef. in
supplem. par. 4. disc. 134. num. 3* Rot. cor. Royas *dec. 269.
num. 4. & dec. 303. num. 10.* & in Romana Capellaniæ 27.
Novembr. 1680. §. *ideo non applicantur, in fine*, coram
clar. mem. Card. Vicecomite.

Hinc non mirum, si justitia ita de per se exigente non pa-
rum in hodierna piscatione se se fefellit Joseph; pro funda-
mento namque, ac basi suæ gratiæ adversus Costam conqui-
sitæ, Summo enarravit Pontifici, quod prædictum benefi-
cium S. Luciæ, utpote vacatum in mense Apostolico, libe-
re ad Sanctam Sedem spectaret, non autem (ut expresserat
Costa) ex charactere infixo fundationi debitum foret certo
generi personarum; qui etiam ubi potuisset censeri alicui
personarum generi affectum, nulli amplius aderant capaces
assecutione hujusmodi beneficii; quæ sane præsupposita
quando substitissent, de plano sequebatur, gratiam impe-
trationis a contrario reportatam per Costam, veluti precum 3
veritate destitutam nullam dubio procul executionem pro-
mereri *vulg. jurib. in c. ad aures in fin. & in c. ad audientiam
il 2.* ibique Abb. *nu. 5.* & Felin. *num. 22. de rescript.* Rot.
dec. 153. nu. 7. cor. san. me. Alex. VIII. & *dec. 148. nu. 12.
part. 19.* & in Reatina Archipresbyteratus 13. Januarii
proxime præteriti §. *in fin.* cor. R. P. D. meo Muto.

Verum totus iste discursus, & fundamentum minime
tanquam ex ore Josephi prosiliens ad justitiæ lances valebat
appendi, quia cum Joseph proprias literas, quarum ver-
ba recensentur in præcedenti decisione R. P. D. Capraræ
sub die 10. Maii 1697. §. *idem beneficium*, non adhuc justi-
ficaverit coram nostro Auditorio, nullam gerebat vestem 4
nuptialem, propter quam uti legitimus contradictor, vel
impugnator literarum Costæ posset admitti, urgente contra
eundem Josephum notissimo adagio, *tua non interest*, de 5
quo passim in alio proposito habetur *in dec. 63. num. 6. cor.*
Carillo *dec. 378. n. 9. p. 17.* & Romana Prælaturæ de Vec-
chiarellis *9.* Decembr. 1697. §. *fin.* & 10. Martii proxime
præteriti §. *cum itaque in fin.* cor. me; quemadmodum enim
mendacium obreptionis, vel subreptionis, præbet justam
causam Sanctæ Sedi, ut denunciatori conferat illud idem
beneficium, quod ab alio fuerat falso extortum; ita ex
opposito nequit impertiri licentiam cuicunque non justifi-
canti suam impetrationem, ut possit juste se opponere,
& comparere, eo quo consimiles obreptiones, vel subre-
ptiones non apparent connumeratæ inter delicta publica,
super quibus universalem Reipublicæ vindictam unicuique
permittitur accusare, & stare in judicio, juxta censuram
text. *in leg. qui cæt., §. fin. ff. ad leg. Jul. de vi public. cum
concord.* apud Farinac. *in praxi quæst. 12. nu. 8.* Rainald. *in
comment. ad banniment. gen. Bonon. lib. 3. cap. 34. §. 10.
num. 3.*

At forte non immerito destitit Joseph ab exhibitione,
seu justificatione suarum literarum, quia consimile præsup-
positum suæ piscationis, sive impetrationis, involvens du-
plicem a diametro adversantem suppositionem, nempe &
non affectionis certo generi vel non superexistentiæ per-
sonarum capacium, debuisset per quasi impossibilem nega-
tivam coarctatam, veluti sustentaculum propriæ gratiæ 6
per Josephum comprobari, ad tradita per Rot. cor. Burat.
dec. 175. per tot. ibique Adden. *n. 11. & dec. 948. num. 1. 2. &
dec. 2. n. 9.* cor. Ubago, & *in rec. dec. 50. n. 2. & dec. 342.
n. 5. p. 15.* cum cæteris in d. decisione diei 10. Maii 1697.
§. *penult.* cor. R. P. D. meo Caprara.

Quapropter DD. potius ex officio ob executionem lite-
rarum Costæ eisdem demandatam, inquirentes de veritate
narratorum per eundem Costam, adinvenerunt, & sub-
sistere radice a jurispatronatus passivi ad favorem descen-
dentium a fundatore, & palmitem descendentiæ comproba-
tum a Costa; circa namque primam partem id effulsit ex po-
sitivo fundationis instrumento, quod facit (ut dicunt nostri 7
scribentes) probationem probatam, ad not. per Bart. *in l. 1.
n. 8. ff. de nov. oper. nunciat.* Bald. *in l. quoties in fin. cap. de
judic. & in l. interest. n. 2. cap. de solut.* Rot. *dec. 356. par. 14.
rec. & dec. 266.* cor. Priolo, *utrobique n. 1. & alibi millies.*

Absque eo, quod refragari valeret multiplex objectio per
Josephum alias citra legitimam, ut diximus, figuram in
hodierna contentione suscitata, videlicet, & quod præfa-
tum instrumentum foret penitus informe, ac nesciretur,
unde fuisset extractum, ex quo, si qua aderat extractio,
secuta noscebatur lite pendente sine prævia compulsatio-
ne, ac partis citatione, quodque ex illius facie præseferret spe-
ciem meri sumpti deprompti ex alio sumpto, & idcirco
non esset forsan (ut oportebat) productum coram Vicario
Barchinon. deputato literarum Costæ executore; sed ultra
quod informitas corruebat ex opposita facie, ac legalita-
te instrumenti recensiti ex parte Costæ in ejus *Summario
impresso n. 3.* & de extractione constabat a successore regen-
te scribaniam Laurentii, qui fuerat de prædicto rogatus
instrumento, ut pariter in Summ. Costæ *d. n. 3. in fin.* a fun-
damentis objectionem avellere visa est productio testamen-
ti subsecuta coram executore, in quo noscebatur, Aro-
mirium fundatorem demandasse erectionem beneficii, de
quo agitur, cum reservatione jurispatronatus activi favo-
re beneficiatorum, seu Capellanorum, quorum beneficia
Capellanias ipse Aromirius, vel in vita, vel post obitum,
ab initio erigi curaverat; unde etsi judex executor litera-
rum

rum Costæ abstinuerit a demandanda in actis possitiva exhibitione instrumenti fundationis; certe vel eadem exhibitio non erat necessaria, ex quo nemo comparuerat impugnans executionem literarum Costæ, vel præsumitur quod ad parcendum expensis semper à Judice, quantum fieri potest, tollendis, se se extrajudicialiter informaverit de effectiva erectione, ejusque instrumento ad tabulas testamentarias Aromirii coram se jam productas consecutivo; idque planum est, ac de consequentiis juridicæ illius præsumptione, juxta quam executor censetur recte valideque omnia gessisse, nisi manifeste probetur contrarium,
8 ut generaliter habetur, Pamphil. *dec* 588. *n.* 11, Merlin. *dec.* 418. *n.* 3. *& dec.* 40. *n.* 6. cor. san. mem. Alexand. VIII. Et in proposito executoris meri ad differentiam mixti, quod idem merus executor præsumatus sufficientem sumpsisse informationem circa ea, quæ gratiæ ipsius executionem respiciebant, Rot. coram Burat. *dec.* 842. *nu.* 6. & coram Dunoz. jun. *dec.* 75. *nu.* 2. *& dec.* 1481. *nu.* 7. *& seq.* coram Coccin. & in Illerden. seu Tarraconen. beneficii 5. Julii 1683. §. *non obstat*, coram bon. me. Guaardo, & in præterita decisione hujus causæ §. *nec adversatur*, cor. R. P. D. meo Caprara.

Neque minoris luciditatis effulsit justificatio alterius partis contentæ in literis Costæ, nempe, quod idem Costa foret de descendentibus ab Aromirio; quoniam hujusmodi descendentiam Costa comprobavit, non solum me-
9 diante dispositione testium, *d. Summario impresso numer.* 6. ac fide baptismatis non tantum proprii, sed ejus quoque progenitorum, verum etiam per alia publica instrumenta, seu monumenta, de quibus *in eodem Summ. num.* 8. *& seqq.* qui sane sunt modi regulariter præseferentes perfectam probationem descendentiæ, ut ait Bott. *in c. series nu.* 8. ibi, quæ etiam Felin. *n.* 3, *in fin. de testib.* Rot. cor. Millin. *dec.* 10. *per tot.* & cor. Burat. *dec.* 709. *nu.* 3. *& seqq. & dec.* 43. *nu.* 1. coram Ubago, & Lunen. Sarzanen. Capellaniæ 25. Junii 1685. §. *impugnabatur*, coram bo. me. Pauluccio. Maxime, ubi quæstio non sit inter alios de eadem descendentia, quo casu exigi merito solet firmior justificatio per gradus distinctos, et animadvertis per Garziam *de benef. p.* 7. *c.* 15. *nu.* 28. *cum seq.* Marescott. *var. res. l.* 1. *c.* 70. *nu.* 3. Rot. coram Seraph. *dec.* 568. *per tot.* Patis. *dec.* 333. *n.* 3. 4. *& dec.* 346. *n.* 10. *&* 11. Bich. *dec.* 254. *num.* 15. Carill. *dec.* 117 *nu.* 7. *& in rec. dec.* 253. *nu.* 6. *& dec.* 301. *n.* 11. *par.* 10. *& dec.* 422. *n.* 12. *par.* 18. & in Corduben. Capellaniæ 26. Martii 1696. §. 1. *post med.* coram R. P. Dom. meo Muto.

Super accessit ad eliminandam exceptionem, quam sine veste, ordinimus, nuptiali objiciebat Joseph contra testes, tanquam absque partis citatione, ideoque sine consuetis interrogatoriis inductos, sententia formiter comprobativa, quam reportavit Costa circa suam descendentiam de an. 1687. Quamobrem sicut incerta videtur prætensio citationis partis, quando nulla pars aderet, quæ to-
10 ter (nisi per spiritum divinationis) expectanda, & citanda; ita memorata sententia, utpote lata in causa status, ac cum legitimo contradictore, faciebat proculdubio jus contra omnes, juxta celebr. text. *in l. ingenuum*, *ff. de stat. hom. n.* Gonz. *ad reg. & Cancell. gl.* 9. §. 1. *num.* 84. *& seqq.* Rot. cor. Bich. *dec.* 284. *nu.* 4. *& dec.* 98. *nu.* 24. coram san. mem. Alex. VIII. & observat præcedens decisio R. P. D. mei Capraræ §. *justificatio in fin.*

Parumque officiebat ad eversionem utriusque justificationis factæ respectu suæ gratiæ per Costam illud objectum; quod cum Aromirius gemina, ut dictum fuit, erexerit beneficia, circa unum constitutum in Altari S. Jacobi ad minus apparerent præsentationes, quam continuatæ institutiones in descendentibus ab Aromirio; quoad vero controversum beneficium S. Luciæ, nec de præsentationibus, nec de institutionibus hujusmodi descendentium per spatium trium fere sæculorum edoceretur. Quoniam in quantum objectum illud tendere poterat ad destructionem jurispatronatus passivi super beneficio S. Luciæ, illud prosternebatur evidenter, nedum ex testamento Aromirii, sed etiam ex ipso instrumento fundationis, quinimo confessio Josephi in una parte dispositioni ejusdem Aromirii, nempe circa beneficium S. Jacobi, nimium vehementer conferebat ad præsumptionem alterius, & maxime juncta executione concessa per executorem literarum Costæ, pro qua semper est præsumendum, ut præter superius adductos *sub* §. *Absque eo quod*, Rota cor. Manzan. *dec.* 153. *nu.* 3. 4. *&* 5. & coram Merlin. *dec.* 687. *n.* 12. 13. *& dec.* 93. *nu.* 14. *p.* 16. *recent.*

In quantum autem idem objectum feriebat probationem descendentiæ, jam profligabatur ex justificationibus superius enunciatis, & nihilominus sat non erat asserere, vel probare, quod per spatium trium sæculorum, ac multo magis in ultimo statu beneficium extitisset, uti liberum a servitute jurispatronatus benigne admissa per Sacros Canones collatum; quia ad hoc, ut super hac exceptione solidari posset, oportuisset simultanee demonstrare, quod etiam, quando vacare contingit beneficium S. Luciæ, extarent actu descendentes ab Aromirio fundatore, iique periissent institutionem, fuissentque spreti, vel exclusi; alias nanque vel non satagentium incuriæ, vel non existentiæ tunc personarum capacium de eadem descendentia, de prædicto tempore successæ vacationis, totum de facili tribuendum erat absque læsione, & præjudicio; & ipsius jurispatronatus, & instantiæ hodie promotæ per Costam capacem, & descendentem ab Aromirio repertum, per ea quæ in hoc ipso, vel non dissimili proposito animadverterunt adducti per Rot. *dec.* 3. *n.* 11. coram san. me. Alexan. VIII. *& dec.* 82. *nu.* 5. *& seqq. p.* 19. & in Dertusen. erectionis Capellaniarum 16. Februarii 1696. §. *Etenim*, coram Reverendiss. Dom. meo Decano, & firmat præterita decisio R. P. D. mei Capraræ *in* §. *quod autem.*

Atque ex his, adhæsive de cætero ad fundamenta uberrime extensa in præterita decisione R. P. D. mei Capraræ, DD. non putarunt magis insistendum super inculcatione non probati, seu male expressi valoris pro parte Costæ; quia cum is fortasse melius informatus, exprimendo deinceps verum, & effectivum valorem, assecutus esset a S. Sede gratiam, quæ nuncupatur, *perinde valere*, undequaque sanatoriam hujusmodi defectus malæ expressionis, subalterna replicatio Josephi, quod eadem gratia, *perinde valere* contineret clausulam modificativam, *valeat a*
11 *data præsentium tantum*, valuisset fortasse suffragari Josepho, quotiescunque de tempore ejusdem gratiæ exhibuisset, vel justificasset suas literas certo modo (ut exposuimus) obtentas, vel particularem gratiam reportasset a Dataria ex hoc præciso capite male expressi valoris per Costam; de cætero nanque cum Joseph nullum jus ex vi suæ impetrationis, neque tunc haberet, neque ex post habere demonstraverit; profecto non poterat propria insubsistentia, vel saltem non justificata jura intermiscere ad infringendam hujusmodi sanatoriam, quæ etsi fuerit concessa cum præfata clausula gratiam temperante, non tamen est apta aliquod jus tertio tribuere, & elargiri, sed solum capax conservandi illud jus, quod alteri ostenderetur quæsitum de præfato tempore datariæ, ut dicunt, supplicationis, teste Amayden. *de styl. datar. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 9. Episcop. de Rosa *de execut. lit. Apost. p.* 1. *c.* 5. *n.* 344. & consonat Rota *dec.* 323. *nu.* 28. *p.* 16. *rec.* & in Aven. Cantoriæ 8. Junii 1696. coram R. P. D. meo della Tremoille, confirmata 10. Decembris ejusdem anni, coram R. P. D. meo dell' Olmo, utrobique §. *fin.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. CAPRARA.

Carpentoracten. Canonicatus.

Ven. 5. *Decembris* 1698.

ARGUMENTUM.

Vicelegatus Avenion. admittere valet resignationes beneficiorum regularium, eaque conferre non professis, qui tamen habitum illius Ordinis suscipiant, & professionem deinde emittant. Unio beneficii an, & quando principaliter facta censeatur, & an & quando resignatio valida sit, si resignans obierit, antequam resignatarius reservationi pensionis a resignante factæ consensum præstiterit.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum non datur adversus sententiam validam, & justam.*

2 *Reservatio resultat ex resignatione beneficii facta in manibus Vicelegati Aven.*

3 *Vicelegatus Aven. conferre valet beneficia Sedi Apostolicæ reservata, etiam quorumcumque Ordinum regularia, intra limites Legationis.*

4 *Exceptio juris tertii allegari non potest.*
5 *Litera Apostolica stante earum justificatione exequendæ sunt.*
6 *Constitutio Julii Tertii disponens, quod beneficia regularia S. Mariæ de Grezo conferri debeant Religiosis professis, declaratur, ut n. 7.*
8 *Gratia censetur subreptitia, si non fuit expresse narrata unio beneficii subjectiva.*
9 *Unio beneficii ex quibus principaliter facta censeatur, & n. 10. & 11.*
12 *Si resignatio sub reservatione certæ pensionis facta sit, & resignans obierit, antequam resignatarius hujusmodi reservationi consensum præstiterit, resignatio nullius est roboris.*
13 *Fallit, si Vicelegatus derogavit regulæ dicti consensus.*
14 *Derogatio præfata referenda est ad consensum formalem, non autem ad causalem.*
15 *Sed hæc distinctio non habet locum in collatione facta favore absentis.*
16 *Ex usu literarum Apostolicarum suppletur consensus causalis resignatarii respectu pensionis reservatæ.*
17 *Notificatio judicialis a resignatario facta Apostolicæ provisionis, arguit scientiam pensionis in ea reservatæ.*
18 *Sententia conjecturis, & præsumptionibus justificatur.*

DECISIO IV.

1 ANtonius Brunet possessor Canonicatus regularis Ecclesiæ B. Mariæ de Grezo, nec non Prioratus ruralis S. Felicis eidem annexi, dedit sub die 4. Octobris 1697. mandatum ad illos libere resignandos in manibus D. Prolegati Avenion. sub reservatione tamen annuæ pensionis scut. 40. auri; qua resignatione per ipsum admissa, utrunque ex eis sub die 15. ejusdem mensis contulit Dionysio Brunet Presbytero sæculari Congregationis doctrinæ Christianæ cum derogatione jurispatronatus Ecclesiastici, quod dicebatur spectare ad Collegium Societatis Jesu Civitatis Avenion. nec non regulæ de viginti, ac juri optionis, quod aliis Canonicis ejusdem Ecclesiæ competere posset ad d. Canonicatum & præbendam Prioralem, & insimul apposito decreto, quod habita per ipsum Dionysium possessione pacifica dicti Canonicatus, & Præbendæ, habitum regularem intra sex menses suscipere, & statim elapso anno probationis, professionem emittere omnino teneretur.

Cum autem sub die 1. Novembris subsequentis contigisset obitus Antonii resignantis, Rector prædicti Collegii nullatenus attenta dicta resignatione, quamquamvis ipsi intimata, ad eosdem Canonicatum, & Prioratum, tanquam per obitum vacantes, præsentavit Thomam de Agard Religiosum ejusdem Ecclesiæ de Grezo; qui ab Ordinario fuit deinde institutus, & in possessionem immissus. Verum quia Dionysius resignatarius obtinuit, & ipse executionem suarum literarum Apostolicarum, & successivam possessionem; orta hinc inter illos controversia, Signatura Justitiæ, ad quam fuit delata, circumscripta utriusque possessione, & apposito sequestro, commisit causam R. P. D. Fatinello cum facultate exequendi literas Apostolicas; a quo cum subinde prodierit sententia pro illarum executione, devoluta Causa ad Rot. & ad formam rescripti Signaturæ, proposito a me dubio, an constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum? responsum fuit affirmative quoad primam partem, negative vero quoad secundam.

Cum enim sententia sit valida, & justa, cessat læsio, sine qua non datur restitutio in integrum, *cap. 1.* & ibi Abb. *de restit. in integr.* Rota *decis. 1. eod. tit. in novis*, & *decis. 395. n. 3. p. 18.* & *dec. 33. n. 1. 2. p. 19. rec.*

Validitas non controvertitur, & resultat ex revolutione processus, in quo apparent servata omnia requisita, de quibus per Caputaq. *dec. 260. n. 2.*

Justitia vero est manifesta, quia literæ Apostolicæ apparent in omnibus justificatæ; nam de vacatione Canonicatus per resignationem Antonii in manibus Prolegati liquido constat ex ejus mandato ad resignandum cum subsecuta resignatione per procuratorem ad hoc constitutum, & reservatione pensionis ad favorem resignantis, juxta formam dicti mandati, per quam resignationem dubium non est, quin intret reservatio, juxta tex. *in c. 3. de preben. in 6.* Ro-
2 ta *dec. 154. n. 2.* cor. Othob. & *dec. 22. nu. 2. p. 15. rec.* & D. Prolegatus valeat conferre beneficia Sedi Apostolicæ reservata, etiam quorumcunque Ordinum regularia, intra limites suæ legationis, juxta facultates a Summis Pontificibus concessas amplissime Legatis Avenion. de quibus in specie 3
Tondut. *qu. benef. lib. 3. cap. 100.* & signanter. *art. 12.* Rota *dec. 390. in princip.* cor. Butat. *dec. 463.* & *392.* cor. eodem, & fuit firmatum *in decis. 508. per tot. p. 4. tom. 1.* & *dec. 109. p. 4. tom. 2.* & *dec. 194. n. 1. 2. p. 16. rec.* & in Vasion. Prioratus 21. Junii 1666. *in prin.* cor. bon. me. Albergato, & in Avenion. donationis 24. Aprilis 1662. §. *his tamen non obstantibus*, cor. bon. mem. Ursino.

De valore autem in literis expresso, de Sacerdotio, & idoneitate Dionysii, ac de sufficientia redituum, ex quibus una cum pensione sibi reservata resignans commode vivere posset, plene docetur ex datis *in Summario num. 6.* licet de hoc ultimo requisito, stante obitu resignantis non
valeat amplius opponi, cum sit exceptio illius personam 4
respiciens, a tertio non allegabilis, ex firmatis per Rot. *dec. 259. num. 10.* coram Cerro, & *dec. 104. num. 2.* & *3.* cor. Ubagn.

Hac itaque concurrente narratorum verificatione, jure merito Judex pronunciavit super executione literarum Apostolicarum, cum quoties istæ sunt justificatæ, veniant omnino exequendæ, ex dispositione text. *in c. si quando de rescript.* & *c. si capitulo*, ubi gloss. *in verb. exequatur, de concess. prebend.* Rota coram Carill. *dec. 283. n. 1.* & in Tirasonen. Prioratus 11. Aprilis 1687. §. *cum itaque*, cor. bon. mem. Ursino.

Non obstat, quod ex Constitutione Julii III. qui univit Prioratum Sancti Felicis mensæ conventuali B. Mariæ de Grezo, idem Prioratus conferri debeat religiosis professis
in regula Sancti Augustini, proindeque collatio sit eviden- 6
ter nulla, tanquam admissa favore Clerici sæcularis; quoniam cum Prolegatus adjecerit Dionysio onus assumendi habitum regularem D. Augustini infra sex menses, hoc sufficit
ad sustinendam gratiam ex dispositione S. Concil. Trident. 7
sess. 14. cap. 10. de reformat. & in individuo controversi Prioratus, Butatt. *decis. 390. num. 1.* & *seqq.* & *decis. 463.* & *492.*

Minus obstat, quod gratia dicatur subreptitia, ex quo non fuerit expresse narrata prænarrata unio Prioratus
facta per Julium Tertium Sanctæ Mariæ de Grezo, quæ 8
cum fuerit subjectiva, & extinctiva, indigebat particulari expressione, ut diceretur illi derogatum, ex Rot. coram Butatt. *decis. 929. numer. 1.* & ibi Adden. *numer. 7.* cum aliis in Nullius, seu Pampilonen. beneficii de Barbisana 10. Maii 1697. §. *subreptio*, coram R. P. D. meo Muto.

Quoniam talis unio subjectiva penitus excluditur, tum ex tenore d. Bullæ Julii III. in qua disponitur, quod Prioratu provideatur ad perscurationem Prioris, seu Commendatoris, cum collatione Episcopi Carpentoracten. quæ depositio bene ostendit, Prioratum fuisse unitum æque
principaliter, non autem subjective, cum nihil magis 9
repugnet unioni tituli extinctivæ, quam collatio, *cap. cum accessissent de constitut.* Rota *dec. 219. num. 23. par. 16.* & *decis. 150. num. 11. par. 17. recent.* tum etiam ex provisione hujus Prioratus facta per san. mem. Innocent. XI. de
qua *in Summario num. 5.* cum etiam ex aliis antiquioribus 10
collationibus factis per D. Prolegatum Aven. canonizatis per Rot. coram Butatt. *supra allegatis decis. 300.* & *363.* quæ magis in aperto ponunt unionem fuisse æque principalem, dum illius Bulla fuit hic successive observata, a text. *in*
l. minime, & *leg. si de interpretatione, ff. de legibus*, Ro- 11
ta *decis. 608. numer. 6. par. 2.* & *dec. 253. numer. 8. par. 16. recent.*

Nec denique obstat, quod resignatio Canonicatus fuerit facta cum conditione pensionis scutor. 40. favore resignantis reservatæ, & quod nullibi constet Dionysium provisum a Dom. Prolegato præstitisse consensum huic reservationi pensionis; ideoque cum resignans obierit non impleta conditione, & Canonicatus vacaverit per illius obi-
tum, ad præsentationem patroni ecclesiastici potuerit ab 12
Ordinario conferri Thomæ de Agard. Quia objectum tollitur duplici responsione, quarum prima delumitur ex Apostolica collatione facta a D. Vicelegato, qui expresse dero-
rogavit regulæ d. consensus, quod tacite potuisset, probat 13
Cocchier. *ad d. regul. 47.*

Nec urget replicatio, quod dicta derogatio referenda sit ad consensum formalem, non autem ad consensum causa-
lem: quia distinctio ista locum non habet in collatione fa- 14
cta favore absentis, ut erat Dionysius, & pracet Cocchier. *loco cit.* probat Coccin. *dec. 869. num. 8.* & *dec. 324. numer. 23.* cur.

23. cor. Duran. Responsio ast, quod adest consensus pro-
15 visi, dum iste approbavit, & ratificavit dictam reservationem pensioni, utendo, vivente adhuc resignante, li-
16 teris suæ provisionis, in quibus fit mentio pensionis, *Summario Dionysii n.* 10. Ex quo usu literarum suppletur consensus causalis, Lothec. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 76. Tondut. *de pension. cap.* 41. *num.* 35. *& seq.* Card. de Luca *de pension. disc.* 35. *n.* 4. *&* 5.

Nec relevat replicatio, quod in literis provisionis Canonicatus, & Prioratus fiat mentio pensionis in genere non specificata quantitate, quia dicta divisio, & reservatio pensionis fuerunt factæ eadem die, nempe 15. Octobris 1697. *Summario Dionysii nn.* 1. *&* 9. resignans, & provisus erant germani fratres, provisus, licet esset absens, habita notitia pensionis, illam statim per actum judicialem notificari curavit patronis Ecclesiastico & Ordinario, ante
17 obitum fratris, ut in dicto *Summario nn* 10. *&* 11. & per consequens ex his præsumitur habuisse notitiam suæ provisionis etiam cum onere dictæ pensionis, cum ea etiam ex conjecturis, & præsumptionibus justificatur, & deductis
18 per Lothec. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 24. *num.* 14. Rota *dec.* 132. *n.* 8. *cor.* Cerro.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Carpentoracten. Sepulturæ.

Veneris 18. *Februarii* 1701.

ARGUMENTUM.

Licita est laicia electio sepulturæ in Ecclesiis Monialium Sancti Francisci Salesii, nisi illa per dolosas earum suggestiones facta sit, aut pactum & juramentum præcesserint, dictaque electio usque ad obitum variabilis ast; sed sepultura ibidem Laicis interdicta est, donec obtenta sit Ordinarii licentia, aut ea supplera remanserit a Sacra Congregatione negotiis Episcoporum, & Regularium præposita; & ex quibus excludantur prætensæ suggestiones & defectus sanæ mentis in testatore, late hic discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Licitum est cuilibet sibi eligere sepulturam, eamque electionem usque ad mortem variari.*
2 *Fallit, si electio sepulturæ per importunas, & dolosas suggestiones facta sit, aut pactum, vel juramentum præcesserint, n.* 3. *&* 6.
4 *Sed ad hunc effectum non sufficit, quod suggestiones a tertio facta sint, nisi constet de ordine personarum interessatarum capitulariter convocatarum.*
5 *Simplex exhortatio, etiam cum precibus juncta, sepulturæ electionem non infringit.*
7 *Electio sepulturæ potest quandocunque etiam sine causa revocari.*
8 *Imbecillitas oriens ex senili ætate non impedit confectionem testamenti, nec tollit libertatem variandi electionem sepulturæ, & n.* 9.
10 *Suggestionum capax, inter mentecaptos dinumerari non potest.*
11 *Dementia codicillantis de tempore conditi codicilli probanda est.*
12 *Sanitas mentis in testatore probatur ex susceptione Sacramenti Eucharistiæ, ex continuis allocutionibus de regno Dei, & ex testibus de ipsa deponentibus.*
13 *Testes de sanitate mentis deponentes, præferendi sunt testibus de dementia deponentibus.*
14 *Testis unicus non probat.*
15 *Affinitas testium non tollit eorum fidem, stante bona fama, eorumque optima conditione.*
16 *Affinitas non impedit, quominus in ultima voluntate quis testimonium prohibere possit.*
17 *Suggestio ex quibus excludatur, & num.* 19. 20. *&* 21.
18 *Variatio sepulturæ de jure licita est, non obstante quolibet pacto, seu alia quacunque contraria declaratione.*
22 *Regolamentum Comitatus Venayssini mandans contractus a partibus, & testibus subscribi, extendi non potest ad ultimas voluntates.*
23 *Electio sepulturæ sustinetur, etiamsi facta fuerit per codicillum, vel testamentum ex defectu solemnitatis nullum.*
24 *Licentia Ordinarii, quæ ex constitutionibus dictarum Monialium necessaria est ad effectum sepeliendi sæculares in earum Ecclesiis, a Sacra Congregatione Episcoporum suppleri potest.*
25 *Ita ut sufficiat, quod illa post obitum testatoris supervenerit.*

DECISIO V.

PAulus da Andreas Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Carpentoracten. postquam eximia pietate domum cum Ecclesia in eadem Civitate proprio ære a fundamentis erectam donaverat Monialibus Sancti Francisci Salesii, ut ibidem sub invocatione Beatæ Mariæ Visitationis cum Domino famularentur, in directoris, ac confessarii munere quoad vixit apud ipsas permansit: tantoque spirituali amore erga illas accensus evasit, ut nec in obitu ab eisdem separari volens, sepulturæ electionem, quam in Sepulchro Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis semel atque iterum in ejus tabulis expresserat, in codicillis conditis sub die vigesimo tertio Julii 1697. immutans, revocans in earundem Monialium Ecclesia ejus cineres recondi velle declaraverit. Prætendens autem Capitulum Ecclesiæ Cathedralis post illius obitum quinque ab illinc diebus secutum electionem prædictam non sustineri, ac propterea illius cadaver in dicta Cathedrali Ecclesia humandum esse, recursum habuit ad Ordinarium Carpentoracten. qui cum illud per modum provisionis deponi mandaverit in ipsa Ecclesia Cathedrali in Sepulchro disparato suorum majorum, assumpta ex post judiciali discussione super subsistentia dictarum electionum, definitive pronunciavit validam esse alteram factam in Ecclesia Cathedrali, posteriorem vero ordinatam in Ecclesia Monialium, nequaquam fore exequendam. Appellantibus vero eisdem Monialibus ad Curiam, cum A. C. præcedentem Ordinarii sententiam revocaverit, Causa mihi in ulteriori instantia delegata, proposui dubium: *An & quæ electio sepulturæ sustineatur?* responsumque accepi, *electionem in Ecclesia Monialium factam sustineri.*

Cum enim illa per testatorem expleta fuerit in codicillo manu publici Notarii, & cum interventu quinque testium exarato, nullo valeat defectu adnotari, fueritque ultima, sub qua idem testator decessit, nulli dubium est, quin debeat sustineri, & alteri cuilibet etiam præferri, cum liberum sit cuicunque fideli, sepulturæ electionem mutare, ac revocare usque ad ultimum vitæ exitum, juxta sancita per Bonifacium VIII. *in cap. cum quis* 2. 6. *Si quis de* 1
sequitur. in 6. & tradita per Navarr. *consil.* 1. *in fin. de sepultur.* Ancharan. *cons.* 214. *nu.* 5. *& seq.* Bordon. *contr. moral.* 5. *n.* 53. Marant. *resp.* 14. *n.* 1. *tom.* 2. Medic. *de sepultur. part.* 1. *q.* 8. *n.* 1. Ventrigl. *in prax. rer. notabil. adnot.* 52. *de elect. sepult. n.* 31. Murg. *de sepult. tr.* 7. *sect.* 1. *disquisit.* 2. *per tot.* Passerini. *de stat. homin. tom.* 2. *q.* 187. *art.* 4. *n.* 310. Pasqualig. *dec. moral.* 887. *n.* 2. Panimol. *dec.* 4. *adnot.* 3. *n.* 3. Rot. cor. Cæsar. de Grass. *dec.* 1. *n.* 5. *de sepult.*

Nec Cathedrali Ecclesiæ suffragari valet oppositio, quod eadem electio facta fuerit ad manifestas, importunasque Monialium suggestiones, proindeque irrita, ac nullius roboris eo ipso remanserit, ut per text. *in c.* 1. *de sepult.* 2
in 6. *& in Clem. cupientes*, §. *fin. de pœn.* notant Gratian. *discept. forens. cap.* 210. *num.* 20. Barbos. *de paroch. part.* 3. *cap.* 26. *n.* 38. Ventrigl. *in prax. part.* 1. *adnot.* 52. §. *unic. n.* 29. ibique Carol. Anton. de Luc. *nu.* 2. Antonell. *de regim. Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 43. Ricc. *in prax. Eccles. tom.* 2. *par.* 4. *resol.* 294. *num* 30. Amostaz. *de caus. piis lib.* 6. *cap.* 9. *a n.* 15. *usque ad* 26. Nicol. *lucubr. canonic. & civil. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 23. §. *Sexto quæro*, Lavor. *var. elucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *nu.* 3. Marchett. *de sepult. in tract. de prax. Vicarii capitul. par.* 3. *tit.* 38. §. 4. *num.* 136. Quoniam Domini animadvertentes, non omnes suasiones, ac suggestiones, sepulturæ electionem irritare, sed eas solum, quæ dolo, vel malis artibus, seu præcedente pacto, vel juramento interponuntur, ut liquet ex litera eorundem, text. *in dicto c.* 1. *de sepult. in* 6. *& gloss. ibique in princip. & in d. Clem. cupientes de pœnis*, & communiter tradunt DD. & signanter Anchar. *in capit. Animarum sub* 3
num. 1. ibique Joann. Andr. *num.* 3. *de sepultur. in.* 6. Card.

in d.

in d. Clem. cupientes, §. *Sine num.* 2. *q.* 3. ibique etiam Vitalin. *num.* 74. Rodrig. *q. regular. tom.* 3. *quæst.* 58. *art.* 7. *in fin.* Portell. *in dub. regular. verb. sepultura num.* 15. Suarez. *de censur. disp.* 22. *sect.* 24. Samuel. *de sepult. tract.* 1. *controv.* 5. *per tot.* Murg. *eodem tit. tract.* 7. *sect.* 1. *disquisit.* 6. *dub. per tot.* Amostaz. *de caus. piis lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 20. & 22. Passerin. *de stat. homin. d. quæst.* 187. *art.* 4. *n.* 421. & 424. Pasqualig. *dec. Moral.* 373. *num.* 4. & *seq.* & *dec.* 337. *per tot.* ex actibus adductis ponderabant nullam elici posse suggestionem, quæ electionem prædictam valeat irritare.

Nam testes formiter examinati aliud profecto non referunt, nisi maximum desiderium monialium habendi fundatoris cineres in earum Ecclesia reconditas, ac successivas hortationes quorundam exterorum, qui tanquam monialibus affecti Canonicum monebant, ut ibi ejus corporis sepulturam eligeret. Ex tali autem depositione geminæ responsiones ad intentum promanant. Alteram nempe, quod præsuppositivæ suggestiones minime apparent interpositæ ab ipsis monialibus, minusque ab exteris de illarum mandato: Unde nequeunt electionis actum annullare, cum sequiratur ad hunc effectum, quod nedum suggestiones emissæ fuerint de illarum ordine, sed in-
4 super quod ille ab universo monialium cœtu injunctus fuerit, ea deductis per Rodrig. *d. q.* 58. *art.* 7. *num.* 3. Portell. *in dub. regul. verb. sepultura n.* 8. Lezzan. *in summ. qu. regul. tom.* 2. *q.* 4. *verb. sepultura nu.* 8., cum alias tertius ex se ipso licet hujusmodi suasiones facere valeat, ad congesta per Passerin. de *stat. homin. d. q.* 187. *art.* 4. *num.* 410. *post inic.* Marg. *de sepult. tract.* 7. *sect.* 1. *disquisit.* 6. *dub. unic. n.* 10. Amostaz. *de caus. piis d. cap.* 6. *n.* 20. Pasqualig. *dicta dec.* 362. *num.* 5.

Altera vero, quod cum dictæ suggestiones non sunt de illis, quæ dolum, malas artes, vel juramentum involvant, sed consistant in simplici adhortatione, utique ubi etiam probarentur ab ipsis monialibus interpositæ, adhuc minime electionem irritarent, cum simplex exhortatio, juncta etiam cum precibus, ad eligendam sepulturam in propria
5 Ecclesia, nullitenus reperiatur a Sacris Canonibus prohibita, ut præ cæteris firmant Murg. *dict. tract.* 7. *disquis.* 6. *dub.* 1. *in conclus. num.* 12. Passerin. *de Stat. homin. d. q.* 187. *n.* 421. & 434. Pasqualig. dec. *moral.* 373. *nu.* 4. & *dec.* 377. *per tot.*

Neque adversantur authoritates in objectum allegatæ; nam plures loquuntur in terminis, quibus testator cum fraude inducatur ad vovendum, jurandum, vel fide in-
6 terposita, aut alias promittendum, ut sunt Gratian. *d. cap.* 210. *n.* 20. Barbos. *de paroch. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 38. Amostaz. *de caus. piis lib.* 6. *cap.* 9. *a num.* 15. Marchett. *de sepultur. d.* §. 5. *num.* 135. cæteræ vero non degustato articulo unice innituntur dictis text. *in cap.* 1. *de sepultur. in* 6. & *in Clement. cupientes de pæn.* qui cum ex præmissis literaliter quoque loquantur de suggestione ad vovendum, jurandum, vel promittendum sepulturæ electionem in Ecclesia propria, hinc proinde, vel ad illorum limites intelligendæ sunt, vel nullatenus attendendæ veniunt, prout nil faciendas esse, advertunt Passerin. *de stat. homin. d. q.* 187. *num.* 421. & *seq.* Pasqualig. *dicta dec.* 377. *num.* 1. & *seq.*

Minusque suggestiones convinci possunt ex argumentis & conjecturis per defensores Capituli conglomeratis, quoniam illarum altera, quod testator ex abrupto, & sine causa recesserit ab electione sepulturæ facta in Ecclesia Cathedrali, nil penitus concludit, cum novum non sit, quod cessante dolo, ac fraude ob liberam hominis voluntatem, eadem electio possit quandocunque etiam sine causa revo-
7 cari, sic præter superius allegatos, monet Gemioian. *in c. licet*, §. *quamvis de sepultur. in* 6. Marc. Antonin. *var. resol. c.* 112. *n.* 59 Barbos. *de paroch. p.* 3. *c.* 26. *n.* 24. Card. de Luca *de donat. disc.* 16. *n.* 13.

Minusque haud stringit secunda elicita ex decrepita ætate, gravi morbo, ac non sana mente ejusdem Canonici, ex quo assiduo delirio correptus esset; etenim imbecilitas, quæ oriri solet ex senili ætate, quemadmodum non impe-
8 dit confectionem Testamenti, ad text. *in l. seniam*, *ff. qui Testam. fac. poss.* Rubeus de *Testam. c.* 13. *num.* 9. Rot. coram Dunozett. jun. *dec.* 701. *numer.* 14. & *seqq.* ita nec tollit libertatem variandi electionem sepulturæ; gravitas autem morbi nec obstat, cum ut plurimum hujusmodi ele-
9 ctiones fieri soleant ab his, qui lethali morbo gravati sunt. Defectus vero sanitatis mentis, rectique judicii, ultra quod adversatur præsuppositis suggestionibus; item qui istarum capax est, nequit inter mente captos dinumerari, ut in
proatiois terminis advertit Rot. in Romana, seu Veneta 10
Immissionis 14. Maii 1696. §. *Longe vero*, coram R. P. D.
della Tremoille; tantum præterea abest, quod probarus 11
dici possit ex depositione testium, ac Medici per Capitulum inductorum, cum isti non percutiant tempus conditi codicilli, quemadmodum fuisset necessarium, ad tradita per Corn. *cons.* 261. *sub numer.* 21. *lib.* 4. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *discept.* 843. *sub n.* 10. *vers. potissime quando* Mans. *consult.* 29. *num.* 31. Rot. *in rec. dec.* 265. *num.* 5. *part.* 9. *dec.* 137. *num.* 13. *par.* 14. & post Albic. *de inconst. in judic. dec.* 52. *nu.* 52. & in Senogalien. Legatorum 13. Junii 1697. §. *Taliter*, coram Reverendissimo meo Decano.

Ut potius sanitas mentis undique convicta remanet, tum ex Notarii assertione in ipsis codicillis coram testibus, facta super recto codicillantis judicio, tum ex susceptione Sacramentorum Pœnitentiæ, ac Eucharistiæ, continuisque allocutionibus cum Religiosis de Regno Dei per ipsum habitis, tum etiam ex aliorum testium depositionibus concorditer referentibus, Canonicum fuisse sani intellectus, ex quibus omnibus prætensa mentis hebetudo palam excluditur, ut de consimili assertione Notarii, Card. de
Luca *de Testam. disc.* 39. *nu.* 7. Rot. coram Cerro *dec.* 681. 12
nu. 4. & *seqq. in recent. dec.* 167. *num.* 4. *par.* 18. & in Romana Testamenti 15. Februarii 1694. §. *Constat*, coram R. P. D. meo Muto, & in dicta Senogallien. Legatorum, §. *Cæterum*, coram Reverendissimo Decano de Sacramentorum frequentia, Caren. *resolut.* 171. *num.* 9. Mans. *consult.* 20. *num.* 44. & *seqq.* Rot. in Tudertina Donationis 10. Martii 1692. §. *Et sane in fin.* cor. clar. mem. Cardin. Caccia, & in dicta Romana Testamenti 21. Junii 1694. §. *Quod Princeps in fine*, coram bonæ mem. Ursino de allocutionibus de Regno Dei, Rot. in dicta Senogallien. Legatorum, §. *Taliter*, circa med. & de testibus super mentis sanitate deponentibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 843. *n.* 12. Rota coram Burattr. *dec* 255. *n.* 19. & in dicta
Tudertina Donationis, §. *Hos autem*, coram clar. mem. 13
Cardin. Caccia, ubi quod testes de sano intellectu deponentes, semper præferendi sunt aliis deponentibus de insania, etiamsi isti essent numero plures.

Nec pro afferta suggestione astruenda adduci merebatur tertia conjectura desumpta ex qualitate Notarii, ac testium codicillarium: quia respectu Notarii nullibi constat, quod viveret ex salario Monasterii, quemadmodum opponebatur; quod autem sicais geoibus exorarerit consanguineos defuncti, ut se interponerent pro electione sepulturæ in Ecclesia monialium, deducitur solum ex depositione Magdalenæ de Andree, quæ ultra alias exceptiones quas patitur, tanquam unica, in ejus dicto nul-
lam probationem constituit, Soccin. jun. *cons.* 62. *num.* 5. 14
vers. sed ad hoc lib. 1. Rot. *in rec. par.* 14. *dec.* 405. *num.* 1. Affinitas vero monialium codicillaribus testibus objecta non urget, vel ob eorum optimam conditionem, & famam, quæ supplet conjunctionis inhabilitatem, ex con-
gestis per glos. *in cap. in summa* 3. *quæst.* 1. Mascard. *de pro-* 15
bat. lib. 1. *conclus.* 26. *nu.* 5. *vers. tertio*, & *illud dispicias*, & *conclus.* 408. *num.* 3. & 13. Farinac. *de testib. quæst.* 54. *n.* 48. vel quia ob affinitatem hujusmodi quis non impeditur, quominus in codicillo, vel alia ultima dispositione valeat testimonium perhibere juxta Bartol. *in leg. qui*
Testamentum, §. *Quicunque num.* 8. *ff. de Testam.* Alexand. 16
cons. 156. *num.* 7. & *seq. lib.* 5. Farinac. *d. quæst.* 24. *num.* 45. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *cap.* 12. Rub. *de probat. delicti n.* 14. *in fin.*

Iisdem nec stringit quarta deducta, ex quo Notarius, ac testes accersiti fuerint ad mansiones Canonici summo mane, fuerintque in abscondito retenti, quousque omnes consanguinei e domo recederent: Quoniam hæc omnia, ultra quod de mandato monialium gesta non apparent,
nullam rursus in hoc casu machinationem, seu dolum, 17
minusque suspicionem aliquam redolent; quinimo po-
tius provide stabilita videntur: quia cum Domicella de 18
Benedictis codicillantis neptis, ac cum ipso infirmo sæpe commorans, ob livorem conceptum erga Superiorissam monialium fuisset assiduo protestata, quod patrui corpus sepulturam in illarum Ecclesia minime fuisset habiturum, prudens utique consilium fuit, pauperis senis in lecto jacentis, atque a nepte obsessi, hisce cautelis libertatem vindicare.

Demum nec suggestio concludi potest, ex quo Canonicus in ejus elogio protestatus fuerit de nullitate cujus-

cun-

cunque dispositionis ab ipso in posterum faciendæ circa
mutationem erectionis sepulturæ jam factæ in Ecclesia Ca-
thedrali: Quoniam variatio de jure licita est, nonobstante
quolibet pacto, seu alia quacunque contraria declaratione,
ut monet Lavor. *de prisc. & rec. funer. mod. tit. 2. cap. 11. n. 3.*
Card. de Luca *de donat. disc. 16. n. 13.* & firmat Rot. coram
Cæsar. de Grass. *d. dec. 1. de sepult. n. 3. & seq.*

Concurrente præsertim in eversionem prætensæ sugge-
stionis, quod nedum electio facta fuit in codicillis semper,
& quandocunque mutabilibus, quod per sex dies, quibus
Canonicus supervixit, fuit semper in plena libertate illam
revocandi constitutus, & tamen in eadem voluntate persa-
veravit, ut in proposito ad effectum excludendi suggestio-
nem considerat Rot. in dicta Senogalien. Legatorum 13. Ju-
19 nii 1697. §. *Sublato*, cor. Reverendiss. D. meo Decano; sed
quod insuper Monasterium cum Ecclesia proprio ære a
fundamentis erexit, Moniales sibi in filias dilectissimas ad-
scivit, confessarii, ac directoris munus, quoad vixit, apud
ipsas explevit, ipsamque Ecclesiam continuo frequentavit;
in his autem circumstantiis verisimile omnino est, quod
non est suggestionibus inductus, sed insequendo fundato-
rum volitum, libere sepulturam prælegerit, ut bene no-
20 tant Lavor. *d. tit. 2. cap. 11. sub num.* 20. Marchett. *de sepult.*
in tract. prax. vic. cap tit. 38. §. 10. *num.* 109. *in fin.* Murg.
eod. tit. tr. 7. sect. 5. disquisit. 13. conclus. 7. num. 10. signanter
quia ex ejus cinerum præsentia separare poterat Moniales ob
tot beneficientiæ actus continuo ad Deum preces pro ejus
anima effusuras esse, quam spem ad magis arguendam li-
beram sepulturæ electionem, ponderant Poteil. *respons.*
21 *moral. 66. num.* 3. Lavor. *de prisc. & rec. funer. mod. dict.*
cap. 11. n. 21.

Vindicata igitur præfata electione ab impacta nullitate
ex capite suggestionis, inaniter ex parte Capituli recurre-
batur ad aliam nullitatem elicitam, vel ex quo codicillus
non fuerit a testatore, ac testibus subscriptus contra dispo-
sita per regulamentum comitatus Venayssini, vel quia non
fuerit obtenta sepeliendi licentia ab Ordinario Carpento-
ractensi, quæ ex Monialium constitutionibus, ut cadavera
sæcularium valeant in earum Ecclesia tumulari, est omnino
necessaria.

Quoniam regulamentum prædictum eandem formam
præscribit tantummodo in contractibus, ideoque extendi
22 non potest ad ultimas voluntates, ad text. *in l. Illud, ff. ad*
l. aquil. Alex. *cons. 29. n. 4. lib. 4.* Cravett. *cons. 17. n. 2* Rot. *in*
rec. dec. 465. num. 16. par. 9. & dec. 438. *n. 5. par.* 14. Et tanto
minus ad electionem sepulturæ, quæ, ubi constet de libera
disponentis voluntate sustinetur, etiamsi facta fuerit per
codicillum, vel testamentum ex defectu solemnitatum
nullum, ac invalidum, ut probant Nicol. *lucubr. canon. lib.*
23 4. *tit. 15. de sepult. sub n.* 21. Passerin. *de stat. homin. tom. 2. q.*
187. *art. 4. n.* 310. Marchett. *de sepult. d. tit.* 38. § 10. *n.* 302. *&*
seqq. Pasqualig. *dec. mor. 405. n. 1. & 5.*

Licentia vero Ordinarii suppleta remansit ex placito Sa-
cræ Congregationis Episcoporum, & Regularium nego-
24 tiis præpositæ, quæ semel atque iterum contradicente
ipsomet Capitulo hujusmodi facultatem impartita fuit;
nullatenus restagante, quod beneplacitum hujusmodi su-
pervenerit longe post obitum defuncti, ac postquam in-
terea Capitulo jus fuerat quæsitum, quia cum Ordinarii
consensus non requiratur pro substantia actus electionis, sed
solum pro executione, ut nempe Moniales valeant illam
in earum Ecclesia adimplere, sufficit in hoc casu, quod
ille accedit etiam ex post, juxta magistrales distinctio-
nes per Sacram Rotam adductas *in dec. 7. n. 7. p. 15. rec.*
ubi concordantes.

Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO.

Colonien. Prioratus.

Veneris 4. Julii 1704.

ARGUMENTUM.

An, & quando Prior Regularis Prioratu, seu beneficio
privari possit.

SUMMARIUM.

1 *SÆcularis beneficiatus, nisi ex causis gravissimis,*
beneficio privari non potest.
2 *Regularis beneficiatus ex causis levioribus amoveri*
potest.
3 *Regularis beneficiatus sine causa amoveri non pot-*
est.
4 *Prioratus Regulares officia magis, quam dignitates*
esse videntur, & n. 5.
6 *Et ideo ad incurrendam eorum privationem levio-*
res causæ sufficiunt.
7 *Secus si agatur de beneficiis sæcularibus, ad quorum*
privationem incurrendam concludens probatio de-
licti requiritur.
8 *Scandalosa Prioris Regularis cum mulieribus conver-*
satio præbet locum privationi, & amotioni.
9 *Introductio mulierum intra septa Monasterii a Priore*
facta est causa illius amotionis.
10 *Testes contra inducentem plene probant.*
11 *Confessione nulla major est probatio.*
12 *Mulieres introduci non possunt in Monasteria Regu-*
larium, & n. 14. Amplia, ut n. 17.
13 *Executio firmat regulam in contrarium.*
15 *Confessio superat omnem probationem, & prævalet*
quibuscunque testibus.
16 *Consuetudo probanda est ad hoc, ut relevet.*
18 *Testium numerus eorum defectum supplet.*
19 *Etiamsi aliqui sint socii criminis.*
20 *Testes nulliter examinati, validum tamen admini-*
culum faciunt.

DECISIO. VI.

APpellante P. Henrico Botnchiu a geminis sententiis
in partibus latis super privatione ejusdem ab officio
Prioris Vener. Canonicæ Sanctissimi Corporis Christi
Congregationis Vvindesimen. Civitatis Coloniæ, Reve-
rendissimus Nuncius ad Tractum Rheni non aliter appel-
lationi detulit, quam cum clausula, *deputato interim ad-*
ministratore, qui pendente lite ad evitanda scandala Prio-
ratum tam in temporalibus, quam spiritualibus administret,
& in eodem sensu fuit Signatura justitiæ in gradu recursus
habiti ad eandem per d. P. Henricum, dum causam
appellationis nostro Auditorio commisit, *firma remanen-*
te provisione Nuncii, arbitrio Rotæ.

Quapropter cum ad formam commissionis gemina sub-
scripserim dubia, alterum nempe super manutentione,
& remotione œconomi, de quo in altera mea hodierna de-
cisione; alterum vero, & præsens, *an sit locus privationi,*
& super illis in Rota die 4. Maii & 27. Junii elapsi anni
nulla ob suffragiorum scissuram capta fuerit resolutio; ho-
die tandem suffragantibus quinto, & sexto ex DD. post
turnum sedentibus, quoad præsens dubium responsum
fuit; *esse locum privationi.*

Ad quem effectum præmittebant DD. quod in præsenti
non agatur de privatione beneficiati sæcularis, quo casu non
admittuntur, nisi causæ gravissimæ, pro quibus a jure sta- 1
tuta sit pœna privationis, in quibus terminis procedunt
omnes authoritates, quæ in contrarium cumulabantur,
& signanter Rot. in Leodien. pastoratus 16. Januarii 1702.
coram R. P. D. meo Muto; sed quæstio est de remotione
Prioris Regularis, pro qua decernenda longe minores,
& leviores causæ sufficiunt, ubi præsertim non crimi- 2
naliter pro depositione ab ordine, sed civiliter pro amo-
tione proceditur, ut sunt textus expressi *in cap. Monachi in*
fin. de stat. Monach. cap. per tuas 32. circa fin. ibique gloss.
in verb. leviores de simon. Fagnan. *in cap. cum ad Monaste-*
rium n. 25. de stat. Monach. Abb. *in d. c. Monachi n. 6.* ibique
Gonzal *sub n. 8. vers. item deponi, de stat. Monach.* Tamb.
de jure Abbat. tom. 1. disp. 13. & n. 3. & seq.

Et ratio differentiæ inter utrunque casum ea est, quia li-
cet dicti Priores per Canonicam erectionem Capituli, &
confirmationem Superioris perpetuo instituantur, & ideo
non possint sine causa amoveri, ad text. *in cap. Monachi*
priores de stat. Monach. Fagnan. *in d. c. ad Monasterium n.*
24. eod. tit. attamen non adeo pingue jus habent, nec tan-
tum est scandalum pro remotione eorundem, sicut in sæcu-
laribus, ut sunt verba gloss. *in d. c. per tuas 32. verb. levio-*
ribus de simon. Ideoque isti Prioratus magis officia, quam
dignitates esse videntur propter facilem ab iisdem sine stre-
pitu juris absolutionem, ut expresse sancitum habetur *in*
constitutione fa. me. Martini V. edita super approbatione d.
Congregationis Vvindesim, §. prioratus vestri, data in par-
ticula in calce secundæ informationis.

Hoc ipsum desumitur etiam ex aliis Constitutionibus
Or-

Ordinis, in quibus decernitur, quod Commissari, seu
visitatores etiam sine Capitulo possint in certis casibus
absolvere Priores ab officio, signanter si magnum immi-
neat Conventui damnum, vel scandalum Ordinis; si Prior
fuerit contemptor Constitutionum, & decretorum Ca-
pituli generali, vel nimis remissus in observationibus Or-
dinis, & earundem Constitutionum tam in se, quam in
suis subjectis, nec non etiam si notatus fuerit de incau-
ta, & inhonesta familiaritate mulierum, super quo plu-
rimum defertur arbitrio, & judicio eorundem visitato-
5 rum, prout latius ex eisdem Constitutionibus, *p. 1. c. 9.*
§. 24. datis in summario primæ propositionis, nu. 20. Ex
quibus omnibus bene arguitur, quod Prioratus sint tan-
tum officia, non autem dignitates, in quibus regulares
habeant jus fixum, & radicatum, sicut habent sæcula-
6 res in beneficiis; alias enim non posset intrare priva-
tio, nisi probato concludentissime delicto, & quidem
tali, pro quo pœna privationis esset a jure imposita,
ut sub prænotata distinctione tradunt Cardin. de Luca
de benef. disc. 75. nu. 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 15.
7 *nu.* 136. Rot. coram Seraphin. *dec.* 1029. *nu.* 3. *& dec.* 119.
n. 2. coram Penia.

Sub his præmissis faciles resultabant causæ privatio-
nis, siquidem tam ex testibus ab ipso Priore inductis,
& ex ejus confessione in responsione ad positiones, quam
etiam ex aliis testibus per Canonicos examinatis proba-
tur scandalosa conversatio ejusdem Prioris cum mulie-
ribus, illarumque reiterata introductio intra septa Prio-
ratus, & Monasterii, unde ob dd. excessus visum fuit
8 locum esse privationi, non solum ad Constitutionem
Ordinis, sed etiam ex *Bulla S. Pii V. in ordine 12.* 20. §. 4.
9 *& altera Greg. XIII. inter impressas 12.* 24. §. 22. & tradunt
Navarr. *Comment. 4. de regul. sub n.* 62. *§. tertio nota*, Bar-
bos. *de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat.* 102. n. 86. *& in*
sum. Apost. dec. 630. *n.* 2.

Ex testibus enim inductis per Priorem habetur, quod
occasione investitionis, & professionis cujusdam religiosi
plures introductæ fuerint mulieres in Prioratu, cum qui-
bus peracta fuerunt convivia, tripudia, ac saltus usque
ad decimam horam noctis, saltantibus, & choreas du-
centibus una cum iisdem mulieribus etiam religiosis,
imo ipso Priore, *hodierno summario n.* 2. Rursus, quod
in octava festivitatis Visitationis B. Mariæ Virginis per
Monasterium introductæ fuerint ad canendum super or-
ganum Ecclesiæ duæ mulieres, & absoluto cantu ad hy-
pocaustum deductæ, & ibidem retentæ usque ad horam
decimam vespertinam, *d. summario num.* 5. Et demum
quod similiter in Prioratu admissæ fuerint duæ Monia-
les Monasterii de Mommersloch, invitante Priore, ibi-
demque illo pariter permittente, ac jubente pernocta-
verint, *d. summario num.* 7. Cumque dicti testes fuerint
inducti per Priorem, & illorum depositiones in actis
reproductæ, non est dubium, quin contra ipsum ple-
10 nam probationem constituant, ut sunt jura vulgata, &
dixit Rota *dec.* 607. *num.* 26. coram Cerru, *& dec.* 151. *n.*
32. *& seq. par.* 18. *rec.*

Prædicta omnia itidem resultant ex propria confessio-
ne Prioris in responsione ad positiones, ut de introdu-
ctione & pernoctatione Monialium habetur *in responsione*
ad positionem 80. *summario primæ propositionis num.* 14. de
simili introductione, conviviis, & saltibus cum aliis mu-
lieribus, occasione investitionis religiosi, *in responsione*
ad 87. & 88. *d. summario num.* 15. denique permissione
introductionis mulierum super organum, ac illarum in-
11 gressu, & permanentia in hypocausto ad bibendum, *in*
responsione ad 89. *&* 92. *d. summario nu.* 16. qua quidem
confessione nulla desiderari potest major probatio, *l. cum*
precum, *C. de liber. caus. cap. per tuas de probat.* Rot. in Gien-
nen. Juris votandi 27 Junii proxime præteriti, *§. his ita*
post. med. coram me.

Nec fuit per Dominos admissa excusatio, quod Priora-
tus existat extra clausuram, quodque ex consuetudine Co-
loniæ hujusmodi introductiones, & tripudia cum mulie-
ribus, & religiosis passim practicentur; quoad clausuram
enim, ultra quod duo ex testibus, a Priore inductis affir-
matur, quod refectorium, & hypocaustum, ad quod transie-
runt mulieres, sita sunt intra clausuram, *hodierno sum-*
mario n. 2. lit. A, & B, animadversum ulterius fuit, quod
cum Prioratus ita cohæreat, & sit annexus Monasterio,
ut sub uno, & eodem tecto insimul permaneant, & ab
uno pateat accessus ad alium, & e converso tam in par-
te superiori, quam inferiori, nunquam poterant ad il-
lum introduci mulieres, resistentibus Constitutionibus,
quæ generaliter prohibent accessum mulierum ad domos
regulares, præterquam per introitum segregatum ad in- 12
feriorem Ecclesiam; quæ exceptio particularis pro ingres-
su in Ecclesiam firmat regulam in contrarium in aliis
casibus a partibus domorum non exceptis, *l. quæsitum*,
§. deni, *ff. de fund. instr.* Barbos. *axiom.* 65. *nu.* 4. Rota 13
cor. Emerix Jun. *dec.* 32. *n. fin.*

Et tollebatur quælibet difficultas ex introductione puel-
larum super organum, ad quod cum non pateat aditus, nisi
vel per dormitorium, vel per gradus marmoreos intra clau-
suram indubitanter existentes, ut fatentur ipsi testes con-
trarii, utique semper violata remansit clausura, ad quem
effectum non attenditur, an transitus sit parum vel mul-
rum intra lineam clausuræ, dummodo sit cum toto cor- 14
pore intra illam, Pignatell. *consult.* 85. *sub n.* 275. *tom.* 6.

Non subsistente, quod hujusmodi introductio evene-
rit, Priore ignorante, imo contradicente, quia contra-
rium resultat ex propria confessione in responsione ad
positiones, ibi, *se dedisse, commissionem Organistæ pro-* 15.
curandi juvenem, qui caneret, &c. qui reversus, indi-
cavit se talem invenire non potuisse, sed quandam
Virginem, quæ æque, ac juvenis, cantare posset, repe-
risse; interrogando, an ea ad organum secum admitten-
da, & hoc D. respondentem permisisse, eidemque, cum
non libenter comparere vellet sola, indulsisse ut sociam
secum asseueret &c. summario primæ propositionis nu. 16.
Et propterea, quidquid dicant testes contrarii, nulla ha-
benda esset ratio illorum depositionis in concursu dictæ
confessionis, quæ superat omne genus probationum, & 16
prævalet quibuscunque testibus, Rot. cor. Greg. *decis.*
357. *num.* 2. ibique Adden. n. 7. *dec.* 399. *nu.* 8. cor. Dunoz.
Jun. *& dec.* 155. *n.* 15. *par.* 19. *rec.*

Quo vero ad assertam consuetudinem, non poterat
attendi, tum quia non fuit probata, imo quoad intro-
ductionem mulierum super organum regularium, expres-
se reprobatur ab ipsis testibus Prioris, *hodierno summa-*
rio num. 4. & generaliter excluditur a pluribus superio-
ribus regularium Coloniæ, testantibus esse rem prorsus
inauditam, nunquam practicatam, & prorsus illicitam,
& scandalosum, *summario responsionis nu.* 2. *tum etiam*
quia literaliter prohibetur a Constitutionibus, *summario*
primæ propositionis num. 20. tum demum quia admodum
durum visum fuit Dominis, in re tam periculosa, il-
lam in hac Urbe Roma approbare, quando Judices de
partibus præsentes locis eandem reprobarunt, & habe-
mus in longe debilioribus terminis introductionis mulie-
rum per claustra, ad effectum associandi processiones,
quod Sac. Congregatio rituum eandem approbare no-
luit, apud Barbosam *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *al-* 17
legat. 102. *num.* 94.

Hactenus dicta, tanquam desumpta ex testibus a Priore
inductis, & ex illius confessione, superabundarent pro
fundamento resolutionis: sed majora insurgunt ex depo-
sitionibus testium a Canonicis inductorum, qui testan-
tur non solum de reiteratis violationibus clausuræ per
introductionem mulierum, ac illarum discursionem per
Monasterium, ac ipsas cellas Canonicorum, sed etiam
de illicitis, ac suspectissimis conversationibus dicti Prio-
ris cum eisdem mulieribus, a quibus abstinere recusavit,
non obstantibus reiteratis monitionibus Superiorum. Qui-
bus testibus licet objicerentur plures exceptiones perso-
nales, quodque nonnulli ex eis socii sint criminis; ta-
men bene responsum fuit, quod ratio resolutionis non
sistit tantum in illis, de quibus ubi etiam vellet haberi,
ut par est, aliqua ratio, illorum numerus supplet quem- 18
cunque defectum, juxta gloss. *in l.* 3. *§. idemque in ver-*
bo numerus, *ff. de testibus*, Rota cor. Ludovic. *dec.* 340.
num. 6. *& dec.* 116. *num.* 9. cor. Priolo etiam aliqui sint so-
cii criminis, cum delictum fuerit patratum in occulto,
nempe intra claustra monasterii, Rot. *dec.* 818. *nu.* 20. *&*
30. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Ex quibus etiam superfluum existimarunt DD. exami- 19
nare nullitates, quæ adversus examen dd. testium propo-
nebantur: quia licet non deficerent argumenta pro susti-
nenda validitate prædicti examinis; attamen, cum pro
adminiculo prædictorum testium depositiones accipian-
tur, quatenus etiam essent invalidæ, validum adminiculum
facerent, juxta *dec.* Verall. 206. *n.* 6. *p.* 2. Rot. cor. Coccin. 20
dec. 31. *n.* 9. *dec.* 173. *n.* 4. *dec.* 500. *n.* 5.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D.

R. P. D. SCOTTO.

Colonien. Prioratus super manutentione.

Veneris 4. Julii 1704.

A R G U M E N T U M.

Priori Regulari, si Ordinis constitutionibus contravenerit, & Monasterii clausuram ex mulierum introductione violaverit, nulla competit manutentio, cum ob dictos excessus, & titulo, & possessione privatus remanserit.

S U M M A R I U M.

1 *SI Prior Regularis constitutionibus Ordinis controvenerit, & clausuram Monasterii ex mulierum introductione violaverit, ei manutentio concedenda non est.*
2 *Violatores clausura regularis ex Bulla S. M. Pii V. pœnam privationis ipso jure incurrunt.*
3 *Clausula privationis, ipso jure, & absque alia declaratione incurrenda, importat Canonem lata sententia.*
4 *Et operatur, ut privatus nullum habere dicatur nec titulum nec possessionem.*
5 *Judex, stante scandalorum timore, potest, & debet possessionem ad se avocare, deputato interim administratore, & n. 7.*
6 *Arbitrium a jure regulatur.*
8 *Quilibet, licet invitus, cogi potest ratione scandali ad dimittendum officium.*

D E C I S I O VII.

PRætet dubium propositum in hodierna audientia super
remotione P. Henrici ab officio Prioris, contemporanee
ea amioatum etiam fuit alterum, *an eidem sit danda manu-
tentio, adeo ut sit locus remotioni administratoris;* negativa
in omnibus post tertiam causæ propositionem resolutum.
Non enim visa est concedi posse manutentio, quia cum
ex late deductis, & probatis in altera mea decisione, super
negotio principalis, Dominis constiterit, factum esse locum
privationi dicti P. Henrici, tum ob contraventionem con-
stitutionibus Ordinis, tum etiam ob violationem clausuræ
ex reiterata introductione mulierum intra septa Prioratus,
& Monasterii, in sequelam etiam erat deneganda manuten-
1 tio, cum ob dictos excessus spoliatus remanserit omni titu-
lo, & possessione, signanter vero *ex Bulla S. M. Pii V. in
ordine lato.* §. 4. irrogata violatoribus Clausuræ Regularis
2 pœnam privationis ipso facto, & absque alia declaratione,
quæ clausula importat Canonem latæ sententiæ, Pass.
3 *cons. 91. n. 65. & seq.* Barbosa *decisione 178. n. 1. & seq.* &
operatur, ut Henricus nullum dicatur habere nec titulum,
nec possessionem, cum Prioratus in ipso momento violatio-
4 nis Clausuræ vacaverit, Rebuff. *in prax. p. 3. rubric. de mod.
amitten. benef. n. 3.* Garz. *de benef. p. 11. par. 10. n. 23. & plur. seq.*
Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. n. 141.*
Eoque minus locus erat remotioni administratoris, cum
enim ille fuerit deputatus a Reverend. Nuncio ad evitanda
scandala, & ratio hujusmodi ob notorios excessus Prioris in
præsenti adhuc quoque vigeat, potius visus fuit confirman-
dus, quam removendus; nam ubi concurrit scandalorum
timor, potest, & debet Judex possessionem ad se avocare,
& sequestrare, deputato interim administratore, seu œco-
5 nomo, qui usque ad exitum litis fructus percipiat, Posth.
de manut. observ. 75. n. 1. & in fortioribus terminis servavit
nostrum tribunal in Leodien. pastoratus 16. Januarii elapsi
anni, §. *fin.* co. R. P. D. meo Muto.
Certius, quia provisio D. Nuncii fuit etiam confirmata
per Signaturam Justitiæ, quæ non aliter appellationis cau-
sam admisit, quam cum clausula, *firma remanente provisio-
ne Nuncii arbitrio Rotæ.* Unde cum arbitrium reguletur a
6 jure, *gloss. in l. qualem,* verbo *videtur de recept. arbitr.* Rota
dec. 141. n. 2. p. 19. rec. & in Chelmen. Decanatus Zamoscen.
7 26. Junii 1702. §. *Arbitrium,* cor. R. P. D. meo Muto, nul-
lum poterat in hypothesi intrare, cum de jure ratione scan-
dali non solum, ut mox dictum fuit, sit locus appositioni
administratoris, sed etiam possit quis, licet invitus, cogi
ad dimittendum officium, Hostien. *in cap. nisi nu. 63. de
8 renunc.* Pass. *de resignat. lib. 3. q. 17. n. 22. & 23.*
Et ita utraque parte informante, & videntibus quinto,
& sexto, resolutum fuit &c.

R. P. D. BENINCASA.

Toletana Congruæ.

Lunæ 22. Julii 1693.

A R G U M E N T U M.

Congrua debetur Rectori curato, stipendium vero Rectoribus amovibilibus, & a quibus hoc stipendium debeatur, & ex quibus illius quantitas regulanda sit.

S U M M A R I U M.

1 *COngrua debetur Rectori.*
2 *Illaque debet esse sufficiens ad commodam illius sustentationem.*
3 *Decima destinata sunt ad sustentationem exercentium curam animarum.*
4 *Congrua debetur ab eo, qui decimas exigit.*
5 *Stipendium potius, quam congrua, debetur Rectoribus amovibilibus.*
6 *Rectores amovibiles appellantur administri, seu servitores salariati. Fallit, ut n. 7.*
8 *Actus gesti, pendente lite, sunt attentatorii.*
9 *Nec attendi debet in prajudicium collitigantis.*
10 *Stipendium ab antiqua consuetudine regulatum, sufficiens reputatur pro sustentatione.*
11 *Stipendii, seu congrua quantitas, ex quibus regulanda est.*
12 *Arbitrio judicantium remissa censetur.*

D E C I S I O VIII.

OBtenta post diuturnam litem a D. Duce de Besar reinte-
gratione ad jus decimandi, quod ipsi in statu de
Capilla ab immemorabili competebat, instabant hodie
Presbyteri exercentes ibi curam animarum pro assignatione
congruæ, quam eis debitam esse prætendebant ex *Clement. 1.* 1
de jurepatr. cap. extirpanta, §. *qui vero de prabend.* etiam in
quantitate ad commodam illorum sustentationem sufficien-
ti, *gloss. in c. unic. de stat. religios. in 6.* Rebuff. *de congr. q. 8.
n. 78.* cum aliis allegatis per Rot. *dec. 420. nu. 3. par. 1. &* 2
dec. 449. n. 2. p. 2. rec.
Prout etiam non minus instabant, quod ex eisdem deci-
mis usque modo controversis, & ab eodem Duce collitigan-
te congrua, quæ assignanda foret, persolveretur: quia tum
decimæ, attenta juris divini, & Sacrorum Canonum dispo-
sitione, ad sustentationem exercentium curam Animarum
destinatæ sint, *cap. cum contingat, & c. tua de reg.* Anchar. 3
cons. 196. n. 2. Vatell *dec. 356. n. 2. & seqq. p. 2.* plane consequi-
tur, quod ab eodem quoque dum illas exigit, congrua persolvi 4
debeat, Grat. *discept. 367. n. 17.* Rot. cor. Ludov. *dec. 429.* ibique
Adden. *num. 8. & 292. num. 6. par. 13. rec.* & in Vallisoletana
Congruæ 1. Februarii 1677. coram *R. P. D. meo* Decano.
Assumpta igitur in præsenti Rota disputatione dubii, an
& quæ congrua deberetur, seu in qua quantitate taxanda sit
in casu, de quo agitur? Domini, potius quam congruam,
stipendium debitum esse arbitrati sunt, prout deberi hujus-
modi Rectoribus, qui tanquam amovibiles, veri Parochi
dici non possunt, firmavit Rota coram Peutinger. *dec. 15.* 5
n. 50. & dec. 60. & seq.
Appellantur enim administri, seu servitores salariati, 6
Rot. *dec. 59. de concess. prabend. in antiq.* & coram Cavill.
dec. 96. n. 2. & seqq. & Vicaria temporalis quam obtinent,
beneficium, Calder. *cons. 9. de rescript. n. 2.* Garz. *de benef.
par. 1. cap. 2. n. 93.* & apud eundem in Salamantina Vicariæ
coram Blanchetto 15. Martii 1596.
In nihilum refragante, quod usque ab anno 1591. quo
facta fuit Parochialium divisio, reperiantur in vero statu
Parochorum, & provisi sint per concursum; unde pro ta-
libus reputandi veniunt etiam hodie ad effectum assignatio-
nis congruæ, de qua agitur, juxta *decisiones in hac causa* 7
emanatas, 253. par. 12. & 219. par. 13. rec.
Præcedens namque Parochialium divisio, & subsecuta
Parochorum deputatio alias facta cum assignatione con-
troversarum decimarum pro illorum congrua, cum ex-
pleta jam fuerit, pendente lite in gradu restitutionis in in-
tegrum, declarata pluries est attentata in decisionibus ema-
natis in eadem causa coram Reverendiss. Burdigalen. 15. 8
Januarii 1677. coram bonæ mem. Cardin. Matthæjo, 10.
Maii 1680. coram R. P. D. meo Ursino, 26. Junii 1686.
& demum cor. me 16. Februarii 1688. proindeque attendi
non debet in præjudicium Ducis, cujus conditio per hu-
jusmo-

9 jusmodi actum durior effici non potuit, ad text. *in l. fin. ff. debit.* 19. Grat. *discept.* 202. *n.* 16. Rot. *dec.* 339. *n.* 5. *par.* 10. *rec.*

Quo vero ad quantitatem stipendii, quamvis illud taxandum esse certum sit, habito non solum respectu ad antiquam consuetudinem, unde facile desumitur argumentum
10 pro sufficientia congruæ assignandæ, ut tenuit Rota coram Greg. *dec.* 429. *n.* 3. *& dec.* 218. *n.* 10. *p.* 18.

Nec non ad qualitatem loci, beneficii, personarum, onerum, & aliarum circumstantiarum, de quibus Rebuff.
11 *tr. de congr. q.* 8. *per tot.* Rota *dec.* 5. *n.* 8. *par.* 2. *divers.* & demum etiam ad coadjutores pro cura necessarios, quando ingens animarum numerus eos exposcat, Menoch. *de arbitr. cas.* 59. *n.* 5. Rot. *dec.* 420. *n.* 9. *par.* 2. *rec.*

Adhuc tamen cum omnia usque modo incerta esse apparerent, neque ex iis quæ in hodierna audientia ab informantibus hinc inde cumulabantur, aliquod tutum resultaret, ubi pedes figi possent, non ignorantes Domini, quod in his terminis arbitrio judicantium taxatio remissa censetur, *c. fin.*
12 *§. ubi de decim. in* 6. *Clement.* 1. *de jurepatr.* ut illud justa lance impartiri possent, secorius existimarunt votum prius exquirere Rever. Nuncii Hispaniarum nuper collegæ nostri meritissimi, qui omnibus circumstantiis superius recensitis mature perpensis, insinuare facile poterit quantitatem controversi stipendii Presbyteris assignandi &c. Et ita &c.

R. P. D. KAUNITZ.

Hottana Præeminentiarum.

Lun. 21. *Junii* 1704.

1

A R G U M E N T U M.

Primæ Dignitati post Pontificalem solemniter celebranti in festivitatibus solemnioribus debetur assistentia duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono, & stantibus possessoriis actibus, ei debetur manutentio in possessione exigendi hujusmodi assistentiam.

S U M M A R I U M.

1 *STante possessione manutentio denegari non potest. Amplia, ut n.* 5.
2 *Maxime, si præcessit prohibitio cum subsecuta acquiescentia.*
3 *Testis contra inducentem plene probat.*
4 *Primæ Dignitati post Pontificalem solemniter celebranti in festivitatibus solemnioribus debetur assistentia duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono, & n.* 6.
7 *Synodalis constitutio obligatoria est.*
8 *Renunciatio litis a collitigante facta male, præstat fomentum mali juris, etiam quoad reluctantes, & contumaces.*

D E C I S I O IX.

CUM hodie consuluissem DD. *An Priori Ecclesiæ Cathedralis Hortanæ solemniter celebranti in solemnioribus diebus danda sit manutentio in possessione, seu quasi, exigendi assistentiam duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono?* ad favorem Prioris informantis orta est resolutio.

Constitit enim de ejus possessione longæva, & plusquam præscripta, ex depositione plurium testium omni exceptione majorum, inter quos adsunt duo Canonici. Unde non potest illi denegari manutentio, *ad vulgat. text. in §. retinendæ, Instit. de inter d.* Gutier. *q. Canon. lib.* 2. *cap.* 21. *sub*
2 *n.* 147. *in fin.* Ciarlin. *contr.* 204. *n.* 18. *& seq.* Olascua *dec.* 99. *n.* 49. *&* 50. Rot. *dec.* 522. *n.* 1. *& seq. & dec.* 542. *num.* 4. cor. Bich. & in Urgellen. servitutum 15. Martii 1697. *§. ratio enim*, coram bonæ mem. Ursino. Quod admitti debet, etiam si testes in contrarium examinati asserant, quod aliquando celebraverit cum assistentia Capellanorum, ac quod Canonici, quando illi inservierunt, contradixerint, quoniam illi non deponunt, id accidisse in festivitatibus solemnioribus, de quibus est controversia, sed in aliis minoribus, ad quem effectum solummodo fuerant erectæ Capellaniæ, juxta decretum Episcopi Gozzadini *summ. n.* 6. *lit. A*, quod non excludit, ut in solemnioribus tale onus assumere non debeant Canonici, ex quorum contradictione, cum subsecuto tamen effectu præteriti servitii, ac acquiescentia, efficacior potius redditur possessio ad favorem Prioris, *glos. in l. qui luminibus verbo forma, ac status, ff.* a *de serv. urb. præd.* Posth. *de manutent. observ.* 93. *n.* 28. Venturin. *cons.* 20. *n.* 34. Roc. *disp. jur. cap.* 177. *n.* 46. Adden. ad Greg. *dec.* 127. *lit. E.* & in d. Urgellen. servitutum 15. Martii 1697. *§. Minusve relevat*, & 13. Junii 1698. *§. pariter*, coram bonæ mem. Ursino.

Validiusque, cum unus ex testibus ex adverso inductis deponat causam reluctantiæ non provenisse, ex quo detrectabant propriam obligationem, sed ex quo *non erasi parato qualche Canonico piu anziano, che li sarebbe toccato per turno*; unde videtur absolute, & generaliter ex eo probata obligatio residens in Canonicis pro præstatione dicti servitii, Adden. ad Buratt. *dec.* 298. *lib.* 6. Rota cor. Dunoz. Jun. 3
dec. 812. *num.* 12. cor. Celso *dec.* 150. *num.* 6. *& in rec. dec.* 36. *num.* 4. *par.* 19.

Quæ tamen clariora redduntur ab assistentia juris, cum *in Cæremoniali Episcoporum lib.* 2. *cap.* 17. statuatur, ut primæ Dignitati post Pontificalem solemniter celebranti in festivitatibus solemnioribus debeatur assistentia duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono; quod etiam declaravit Sacra Rituum Congregatio, & nuperrime in *una Abellina* 17. *Decembris* 1695. *data summ. n.* 5. & relatis antiquioribus firmant Garz. *de benef. par.* 3. *c.* 2. *n.* 465. Ciarlin. *controv.* 204. *n.* 2. Barbos. in sum. apost. *dec. collect.* 92. *num.* 4. *& de Canonic. cap.* 34. *num.* 3. Unde eo fortius dicta possessio, tanquam legitimo titulo fulcita, debet manuteneri, ut in Illerden. processionum super manutentione 21. Martii 4
1703. *§. Facilius*, coram me. 5

Generalibus constitutionibus Ecclesiæ adstipulatur etiam particularis; in Diœcesana enim Synodo sub Episcopo Gozzadino edita usque de anno 1629. apertissime cavetur, quod 6
absente Episcopo, Prior teneatur peragere sacras functiones in festivitatibus solemnioribus, eique teneantur assistere duo Canonici, quorum unus inserviat in Officio Diaconi, & alter Subdiaconi; proindeque semper extitit obligatio in 7
Canonicis, dum ad illam inducendam satis esset sola dicta Synodalis constitutio, Massobr. *de Synod. c.* 4. *n.* 77. *& seq.* Gavant. *in verbo*, *Synodus Diœcesana num.* 65. Rot. *dec.* 74. *n.* 20. *&* 36. cor. Zarat. & cor. Cerro 544. *n.* 21. & in Calaguritan. Decimarum de Tuistiglios 18 Martii 1695. *§. quinimo removetur*, coram R. Domino Decano, idque agnoverunt plures ex Canonicis, qui acceptato Judicato A. C. Aldrovandi liti renunciarunt, quod magnum præstat fomentum mali juris etiam quoad reluctantes, & contumaces.

Et ita omnia tantum parte &c.

R. P. D. ANSALDO.

Burgi, seu Civitatis Sancti Sepulchri Canonicatus.

Veneris 4. *Decembris* 1705.

A R G U M E N T U M.

Primum beneficium vacare dicitur de eo tempore, quo quis vere assequitur secundum incompatibile, illiusque possessionem nanciscitur, non attenta primi resignatione, quando talis resignatio apparet fraudulenta, & simulata, emissa ad effectum consequendi secundum, & ad hoc, ut primi vacatio eveniret in mense Episcopi, maxime quando post dimissionem adhuc beneficiatus continuavit in exercitio, & possessione primi beneficii.

S U M M A R I U M.

1 *BEneficium vacat, seu dicitur vacare etiam per dimissionem, renunciationem, seu resignationem.*
2 *Et collatio spectat ad illum, in cujus mense fuit resignatio, seu renunciatio expleta.*
3 *Mensis Decembris est mensis Ordinario contingens.*
4 *Beneficia requirentia residentiam sunt inter se incompatibilia.*
5 *Sub eodem tecto non possunt retineri plura beneficia residentialia.*
6 *Beneficium non minus dicitur vacare per cessum, & decessum, quam per voluntariam assecutionem alterius incompatibilis.*
7 *Et collatio primi spectat ad illum, qui reperitur in mense, seu potestate conferendi de tempore assecutionis secundi.*
8 *Si Ordinarius in collatione secundi beneficii apponat clausulam super instantanea vacatione primi per so-*

lam

lam assecutionem secundi, tunc eo ipso inducitur primi vacatio, licet secundi possessio apprehensa fuerit.

9 *Beneficium dicitur tantum verbaliter dimissum, si post dimissionem quis persolveret in ejus possessione.*

10 *Facta pravalent verbis,*

11 *Simulata dicitur donatio, quando quis post donationem continuat in possessione rei donata.*

12 *Beneficii dimissio, seu resignatio verbalis, & simulata dicitur, quando ex post dimittens continuat in possessione ejusdem.*

13 *Renunciantí, vel dimittenti jura sua, non datur de jure regressus ad jura, & bona renunciata.*

14 *Resignanti beneficium non datur ad illud amplius regressus.*

15 *Episcopus prasumitur conscius, & informatus de rebus ad suam Ecclesiam spectantibus.*

16 *Simulatio quam maxime intervenisse prasumitur, ubi adhibetur nimia, & affectata cautela in explendo actu.*

17 *Beneficium primum non dicitur vacare per accollationem, & acceptationem secundi incompatibilis, nisi concurrat actualis possessio.*

18 *Et si per duos menses provisus perseveret in possessione utriusque, utrumque prratur, & vacat.*

19 *Beneficii vacatio dicitur sequi de eo tempore, quo quis secundi incompatibilis possessionem nanciscetur.*

20 *Mensis Februarii est Apostolica Sedi reservatus.*

21 *Signatura Justitia quando dubitat de valida impetratione literarum Apostolicarum, committit tamen executionem cum clausula* arbitrio, *&c.*

22 *Littera Apostolica, quando sunt justificata, debent exequi, & datur immissio proviso.*

23 *Dimissio beneficii facta ad finem assequendi alterum est suspecta fraudis.*

24 *Clausula,* siva præmissa, siva alio quovis modo, *complectitur quemcunque modum vacationis.*

25 *Beneficia vacantia per resignationem factam ea intentione, ut beneficium resignatum cadat in personam consanguineorum, sunt Sedi Apostolica reservata, ex Bulla S. Pii V.*

DECISIO X.

P*Arite literis Arbitrio circumscripta Possessione Raphaelis*, dixit, sive rescripsit Signatura Justitiæ occasione Canonicatus vacantis in Ecclesia Cathedrali Sancti Sepulchri per dimissionem Antonii Mariæ illius antiqui possessoris; cum etenim de eodem Canonicatu successive extitisset ab Ordinario provisus Pompejus ex una, & ex altera parte Raphael impetrasset literas Apostolicas, quæstio erat, quinam esset in hac contentione præferendus, totumque momentum pendebat a quidditate, & tempore vacationis, utrum illa revera accidisset juxta facti circumstantias in mense naturaliter competente eidem Ordinario, qui illum contulerat Pompejo, vel potius in mense Sacrosanctæ Apostolicæ Sedi reservato, uti Raphael prætendebat, ad limites regularum Cancellariæ. Quamobrem in hoc conflictu exponebat Pompejus, vacationem contigisse in mense ordinario, scilicet de mense Decembris, quia cum prænominatus Antonius Maria actualis possessor ejusdem Canonicatus illum libere resignasset in manibus Ordinarii sub præfato mense Decembris, spectabat consequenter ad ipsum Ordinarium illum conferre; libera quippe dimissio, seu renonciatio, vel quod idem est, resignatio beneficii vacationem inducit, ad tradita per Rebuf. *conf.* 38. *nu.* 14.
1 Parif. *conf.* 5. *n.* 4. *volum.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 81. *nu.* 67. *& gloss.* 14. §. 1. *nu.* 14. *&* 16. Ventrigl. *in prax. p.* 2. §. 1. *adnotat.* 3. *nu.* 11. Parif. *de resignat. lib.* 1. *quest.* 4. *num. primo, & seqq.* Rota *decis.* 651. *num.* 1. *& seq. par.* 18. *recentior.* Eandemque vacationem replere de jure valet ille collator, sive Ordinarius, qui reperitur in statu conferendi, aut in suis casibus Sancta Sedes ad ter-
2 minos præfatarum regularum Cancellariæ, prout in terminis resignationis expletæ in mense Ordinarii, vel Apostolici, affirmatum Anton. de Butr. *in cap. solicite sub num.* 13. *de restitution.* Spoliator. Hostien. *in cap. accepta eadem tit.* Gabriel. *conf.* 187. *lib.* 1. Parif. *de resignat. libr.* 1. *q.* 4. *n.* 63. *&* 64. Gonzalez. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 14. *num.* 23.

Quodque dimissio, sive libera resignatio ipsius Canonicatus facta fuerit per Antonium Mariam de mense Decembris, liquido apparebat ex summario Raphaelis *num.* 2. Quodque mensis Decembris attineat ad Ordinarium, 3
vel alium habentem jus conferendi, nimis notorium erat ad explicationem, & intellectum ex se clarum memoratarum regularum Cancellariæ, secundum adnotata per Gonzal. *in reg. cancell. gloss.* 43. *n.* 117. Card. de Luc. *de benefic. disc.* 18. *sub n.* 4. *& disc.* 93. *n.* 13.

Certius autem, quoniam Antonius Maria resignans hujusmodi Canonicatum, fuerat ab eodem Ordinario provisus est Archipresbyteratu ejusdem Cathedralis sub ipso mense Decembris; quamobrem ubi etiam libera dimissio, seu resignatio Canonicatus de per se non induxisset vacationem, hæc eadem assecutio Archipresbyteratus undique incompatibilis cum Canonicatu, tam vigore residentiæ debitæ utrique titulo, & officio, ex adductis per Lap. *alleg.* 116. *sub num.* 2. *vers. si igitur residen-* 4
tiam personarum, Pignatell. *consultat. Canon. tom.* 10. *consult.* 156. Parif. *resignat. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *nu.* 114. Garz. *de pens. dict. p.* 11. *dict. cap.* 5. *nu.* 261. Hojeda *de incompat. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 3. *&* 30. Card. de Luca *de benef. discurs.* 57. *nu.* 5. *& discurs.* 119. *sub nu.* 3. Rota *dec.* 6. *sub nu* 7. *& seq.* coram Merlin. *dec.* 19. *n.* 3. coram Butatt. *& in rec. dec.* 140. *n.* 1. *& sequentibus tom.* 1. *p.* 4. *dec.* 241. *nu.* 2. *p.* 12. quam in vim prohibitæ retentionis plurium residentialium beneficiorum sub eodem tecto, sive Ecclesia, & mansione, 5
per Text. *in cap. de multa de prebend.* Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. *n.* 185. Barbos. *ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 17. *a n.* 6. *& seq.* Rota *dec.* 203. *nu.* 5. coram Dunnz. Sen. *dec.* 76. *n.* 14. coram Celso, *& dec.* 233. *nu.* 23. coram Peutinger. *& in rec. dec.* 281. *n.* 14. *p.* 19.

Profecto efficiebat, quod ob hanc assecutionem Archipresbyteratus emergeret inevitabilis vacatio Canonicatus, cum beneficia non minus vacent per cessum, & decessum possessoris, quam per assecutionem voluntarie 6
susceptam dignitatis, vel beneficii incompatibilis, teste Luther. *de re benef. lib.* 3. *q.* 23. *an.* 1. *& seqq.* Rota *decis.* 999. *n.* 1. coram Coccino *dec.* 154. *n.* 1. *&* 2. coram Priolo *dec.* 648. *n.* 1. *p.* 18. *& dec.* 531. *n.* 17. *& seqq. p.* 19. *rec. tom.* 2. & in hoc casu semper collatio spectat ad illum, qui reperitur in mense, sive in potestate conferendi, quem- 7
admodum prosequitur Rota *dec.* 241. *n.* 5. *p.* 12. *rec.*

Addito finaliter (uti subjungebat Pompejus) quod notum ab erat, ambigi posse de juridica vacatione secuta Canonicatus prius dimissi ab Antonio Maria, etiam ex hoc titulo assecutionis factæ de Archipresbyteratu in mense Decembris per eundem Antonium Mariam, ut ipsemet Ordinarius in collatione facta de Archipresbyteratu in personam prædicti Antonii Mariæ, adjecerit clausolam, sive legem instantaneæ vacationis Canonicatus per verba, de quibus in summario utriusque Pompei scilicet *sub nu.* 2. & Raphaelis *sub nu.* 3. ibi: *Volentes postmodum, ac per præsentes expresse declarantes, quod per collationem Archipresbyteratus prædicti eo ipso vacet, & vacare dicatur Canonicatus, & prabenda &c. quos possidet idem Antonius Maria ut supra investitus:* Qua- 8
re non erat ulterius inquirendum de secuta vacatione dum aderat precisa lex Ordinarii secundum ea, quæ in proposito collationum summi Pontificis per clausolam, *Volumus autem &c.* dixerant innixi eidem formulæ, Marani. *controv. jur. p.* 4. *respons.* 55. *sub n.* 56. *&* 57. Garz. *de benef. part.* 6. *cap.* 4. *nu.* 153. *& seqq.* Barbos. *de clauf. clauf.* 185. *de just. de dispens. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 558. *& seqq.*

Hisce fundamentis deductis ex parte Pompei respondebat Raphael; quod licet vera esset regula, de qua supra, quod beneficium proculdubio vacet per liberam dimissionem possessoris, illiusque repletio pertineat vel ad Ordinarium, quoties dimissio acciderit in ejus manibus, ac in mense illi competente, vel ad S. Sedem, ubicunque apud illam facta fuerit libera dimissio, sive 9
resignatio, aut vacatio exinde resultans evenerit in mensibus eidem S. Sedi reservatis ad normam regularum Cancellariæ; adhuc palpabiliter in facto constabat, quod resignatio, ac dimissio expleta per Antonium Mariam de mense Decembris erat verbo non facto tenus: quia Antonius Maria, non obstante hac prætensa dimissione, perseveravit in officio Canonici, faciens, & adimplens omnia munera sui Canonicatus, ut prius,

ad

ad claram attestationem Vicarii Capitularis, qui de hoc expresse testabatur, Summ. Raphaelis *num.* 4. proindeque nequibat haberi ratio de hujusmodi verbali dimissione, cui factum formale, ac indubitatum contradicebat, si vera erat
10 propositio, quod facta verbis prævaleant, ad Text. *in cap. Dilecti filii, ubi gloss. in verbo facte ac appellat* Anchatan. *cons.* 302. *num.* 3. Grattan. *discept.* 572. *num.* 38. Post. *resol.* 77. *num.* 46. Rocc. Select. *disp. cap.* 96. *numer.* 53. Mantica *de tacit. lib.* 14. *tit.* 26. *numer.* 14. Rot. *decis.* 100. *numer.* 7. coram Cavalcr. *dec.* 1869. *numer.* 71. coram Coccino *decis.* 691. *num.* 4. cor. Cerro, *& decis.* 180. *num.* 9. coram Emerix jun. *& in rec. dec.* 194. *n.* 10. *p.* 6. *dec.* 329. *n.* 10. *& dec.* 621. *n.* 8. *p.* 18.

Rationem insuper adducebat hujus, ut ita dicamus, ventosæ dimissionis, ac resignationis, quia nempe sperabat Antonius Maria sibi per Ordinarium provideri posse de Archipresbyteratu, jam tunc temporis vacante, ideoque manere satageret in bivio, perseverans interim, ut diximus, in fruitione prædicti sui Canonicatus, quamvis per antea verbaliter dimissi, sicuti ad arguendum animum, vel consi-
11 milem voluntatem exclusivam veræ abdicationis, habemus in proximo de eo, qui donat, sed post donationem, adhuc continuat in possessione rei donatæ, ex passim allegatis apud Honded. *cons.* 96. *n.* 14. *lib.* 1. Altogr. sen. *cons.* 51. *num.* 97. *lib.* 2. Rota *dec* 446. *num.* 9. & 11. coram Pen. *dec.* 141. *numer.* 5. *& dec.* 733. *n.* 3. cor. Buratt. *& dec.* 7. *nu.* 10. coram Emerix jun. *& in rec. dec.* 179. *n.* 13. *& seqq. tom.* 2. *p.* 4. *dec.* 63. *num.* 25. *p.* 8. *& dec.* 13. *n.* 23. *p.* 19. & in Romana Fideicommissi 1. Julii 1699. §. *fuisse*, coram bon. mem. Pio, *& in Perusina Affictus super inhibitione* 28. *Junii* 1702. §. *Ast etiam*, coram me, & in specie post Innoc. *in cap.* 1. *de Cle-*
12 *ric. non residens.* Card. Paris. *cons.* 130. *n.* 7. *lib.* 3. Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 178. *nu.* 7. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 13. *q.* 4. *n.* 23.

Absque eo, quod subsistere posset excusatio, quod Antonius Maria continuaverit in exercitio suarum functionum Canonicalium ex mera devotione: Quoniam nullibi reperitur in praxi, quod renuncians Canonicatum libere, & sponte citra aliam designationem, illiusque animi explicatam intentionem, forme tollat hanc devotionem, quodque cæteri Canonici illum admittant, & recipiant in suo stallo, tum dimittenti, vel renuncianti nusquam de jure competat
13 perseveratio, vel regressus ad jura, vel bona per eum renunciata, & cessa, *ex l. si nunquam Cod. de revocan. donation.* Surd. *cons.* 183. *num.* 12. Cravett. *cons.* 114. *numer.* 10. Rot. *dec.* 645. *n.* 2. cor. Coccin. *dec.* 649. *n.* 6. cor. Bich. *dec.* 141. *n.* 12. *p* 5. *& dec.* 654. *n.* 6. *p.* 18. *rec.* & in terminis resignationis beneficiorum, Doct. *in l. si quis in conscribent. C. de Episcop. & Cleris.* Paris. *de resignat. libr.* 6. *q.* 5. *nu.* 7. *&* 13.
14 Rota *dec.* 567. *n.* 5. cor. Puteo.

De cætero autem omnem tollebat amaritudinem ipsummet secundum fulcimentum suæ prætensionis adductum per Pompejum; quia dum ad finem sustinendi vacationem secuta de mense Decembris prætendebat Ordinarium consentientem Antonio Mariæ Archipresbyteratum apposuisse clausulam inductivam vacationis Canonicatus, juxta verba superius recensita *in §. Adeoque finaliter*; Et quænam major (ut ipse Raphael exclamabat) exoptari poterat significatio, quod dimissio Canonicatus paulo ante libere facta per Antonium Mariam extitisset mere verbalis, ne dicamus, quodammodo fraudulenta, quando idem Ordinarius ex prædicta formula clare demonstravit vacationem per antea non suscepisse ex capite solius dimissionis, itaut intrata valeret excusatio continuationis servitii per metum motivum devotionis; nemo etenim est magis informatus de negotiis suæ Ecclesiæ,
15 quam Episcopus, ut advertit Felin. *in cap. adversus numer.* 15. *de rescript.* Rota *decision.* 481. *numer.* 6. coram Gregor. *& in recentior. decision.* 152. *numer.* 5. *part.* 7. *& decision.* 278. *numer.* 4. *part.* 17. Ac propterea dum idem Episcopus non reportavit secutam fuisse vacationem in vim resignationis, ac dimissionis ut supra, sed novam legem superimposuit *sub die finali* Decembris, tanquam ex tunc; utique vel hæc consideratio patefaciebat, quod oretenus duntaxat Antonius Maria resignaverat Canonicatum, vel quod hæc studiose iterata inductio vacationis fictionem dimittendi Canonicatus pro consequendo Archipresbyteratu nimis ad oculum patefaceret, prout dicimus, quod ad eruendam alicujus actus simulationem non existit melior Testis, quam ni-
16 mia, & affectata cautela, per Text. *in leg. si quibus sub conditione ff. de condit. instit.* Surd. *cons.* 327. *numer.* 4. Rota *select. jur. disp. cap.* 178. *numer.* 19. Palm. Nep. *allegat.* 8. *numer.* 47. Cardin. de Luca *de alienat. discurs.* 19. *numer.* 17. Staiban. jun. *res.* 9. *n.* 3. Rota *in rec. dec.* 283. *nu.* 10. *p.* 5. *& dec.* 596. *n.* 19. *p.* 19. *cum aliis in tract. de Comer. & Mercat. disc.* 50. *n.* 35.

Atque hinc descendendo ad vacationem resultantem ex causa incompatibilitatis inter Canonicatum, & Archipresbyteratum ejusdem Cathedralis, fortiter subdebat Raphael, nusquam posse veram vacationem induci saltem ad effectum currendi tempus, ac facultatem conferendi eainde resultantem per ipsam solam collationem, ac etiam (quod magis est) acceptationem secundi beneficii incompatibilis, cum assecutio, ac acceptatio absque actuali apprehensione possessionis non sufficiat pro vacatione inferenda, ad tenorem *extravag. execrabilis de præbend.* Fegnan. *in cap. ut multa de* 17
præbend. numer. 9. Gabr. *consil.* 193. *numer.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Gemin. *cons.* 88. *versiculo nec obstat si dicatur*, Tondut. *res. benef. part.* 8. *cap.* 5. §. 6. *numer.* 20. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 100. Card. de Luca *de benef. disc.* 54. *nu.* 5. *& disc.* 16. *n.* 5. optime *de Ros. de Execut. liter. Apostol. cap.* 5. *num.* 193. Rot. *dec.* 1234. *nu.* 10. *& dec.* 2060. *nu.* 12. coram Coccin. *dec.* 584. *n.* 1. *p.* 1. *dec.* 60. *n.* 62. *p.* 16. *& dec.* 538. *nu.* 3. *part.* 19. *recent.*

Sacri quippe Canones merito abhorrentes hanc multiplicitatem beneficiorum, & maxime incompatibilium in eadem Persona, potissimum habuere respectum pro coercendo in suis casibus avaritia impetrantium ad effectivam fruitionem duplicis, seu incompatibilis beneficii; ideoque quemadmodum de jure vacasset primum, suscepto secundo vere, & sincere; ita non derelicto primo, spatium apposuerunt duorum mensium ad dignoscendum, utrum in rei veritate primum fuerit derelictum, tuncque præterlapso termino eorundem duorum mensium, & perseverante beneficiato in possessione utriusque, determinant utrunque de- 18
perdi, ut habetur penes Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *ex n.* 85. *& seq.* Barbos. *de jur. Ecclesi. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 54. Luther. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 13. *a numer.* 15. *& numer.* 22. de Ros. *de Execut. liter. Apostolic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 197. *in fin.* Panimoll. *decis.* 31. *annotat. prima sub n.* 1. Rot. *dec.* 6. *n.* 11. *in fin.* coram Merlin. *dec.* 206. *nu.* 1. *& seq.* coram Cerro, *& dec.* 241. *nu.* 12. *& seqq. p.* 12. *rec.* & in Moguntina Canonicatus 6. Aprilis 1696 §. 1. coram bon. mem. Ursino *inter recollect.* ad Card. de Luca *super mater. de benefic. disc.* 6.

Cum igitur ex supra insinuatis in prima responsione minime demonstraretur, quod Antonius Maria dereliquerit post consecutionem Archipresbyteratus Officium Canonici (quidquid esset de perceptione fructuum) quodque ommino incontinenti acceperat possessionem ejusdem Archipresbyteratus, eademque apprehensio Archipresbyteratus successerit solummodo sub die 8. Februarii, plane resultabat, quod nonnisi sub prædicto mense Februarii contige- 19
rit vacatio Canonicatus, ex celebri *cons. Navar.* 18. *de præbend.* de quo Pax Jord. *Lucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *titul.* 18. *sub numer.* 60. *vers. quare inquit*, Navar. Rot. *dec.* 54. *num.* 7. coram Priolo.

Quoties enim contigisset, quod Antonius Maria suscepisset fructus Canonicatus, & insimul Archipresbyteratus, non amplius fuisset quæstio circa tempus vacationis primi beneficii, seu Canonicatus; sed si fuissent decursi duo menses, altercatio, seu dubitatio caderet in jactura utriusque; quapropter (neglecta hac amaritudine) dicebat Raphael, satis esse, ut præmisimus, quod vacatio Canonicatus non acciderit a momento collationis Archipresbyteratus illiusque acceptatione per appositionem biretti, sed sibi ea ubicare, quod successerit solum a die captæ possessionis, seu mense Februarii Pontificiæ Sedi reservato, prout ad hunc effectum ultra proxime laudatos prosequuntur Gonzal. *de reg.* 9. *cancell. gloss.* 14. *n.* 74. *& gloss.* 15. *nu.* 48. Rot. *de execut. liter. Apostol. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 86. *&* 87.

Auditis igitur hujusmodi rationibus utrinque deductis, 20
Sacrum Auditorium adhæsit potioribus allatis pro parte Raphaelis, & ideirco rescripsit, *non intrare arbitrium*, quod sibi commiserat Signatura Justitiæ secundum praxim, quam ipsa tenet, quando agitur de dubitabili substantia, sive impetratione literarum Apostolicarum, vel congrue dubitat de præcedenti Judicato, teste Card. de Luca *in relat.* 21
Rom. Cur. disc. 31. *n.* 32. Rot. in Valentina beneficii 28. Novembris 1704. § 1. *in fin.* cor. me, & insimul serio affirmavit, *literas Apostolicas Raphaelis esse exequendas*, quod in effectum aliud non sonabat, nisi quod justa jam per eandem Signaturam circumscripta possessione ejusdem Raphaelis ob suam intrusionem, sine citatione partis, opus erat illum immittere, uti est effectus noviter delegate, seu

pos-

postmodum dectetæ executionis literarum Apostolicarum Vitalin. *in clem. 1. n. 68. de caus. possess. & propr.* Menocb. *de*
22 *adipisc. remed. 6. n. 35.* Lnther. *de re benef. lib. 3. q. 11. n. 63.* de Ros. *de execut. literar. Apostolic. par. 1. cap. 7. n. 115.* Rot. *dec. 221. n. 2. & dec. 335. n. 15.* cor. Greg. *dec. 225. n. 3. & 4.* cor. Coce. *& dec. 274. n. 2.* cor. Caval. *& in rec. dec. 45. n. 1. & 2. part. 1. disc. 133. n. 2. par. 6. dec. 210. n. 8. part. 10.*

Potissima quia prænarratis tationibus, & fundamentis Raphaclis supamecedebant nlia motivn, quæ non parum cumulative stringebant præcordia *Dominorum* contra Pompejum. Primo siquidem ex quo per totum circumstantiarum complexum alici videbatur, quod Antonius Maria intantum resignavarat Canonicatum in manibus Ordinarii, in quantum spetabat tottasse sibi provideri possa ab Ordinario de tunc vacanta Archipresbyteratn par mottam Josephi; proindeque autem sui Cnnonicatus dimissio non caret suspicione, quod asset facta ax causa ejosdam spetatæ adeptionis Atchipresbytetatus, & consequenter in quandam ftaudem, ut post Barb. *de offic. & potest. Episcop. par. 3.*
23 *cap. 57. sub n. 83.* Lothar. *de re benef. l. 2. q. 27. n. 39. & seq.* Rot. *dec. 193. n. 10. & dec 194. n 8.* post Tott. *de pact. futur. succeff. & dec. 251. n. 2. & seqq.* cor. Ubald. optima, & latissime firmavit eadem Rot. in Terraconen. Parocbialis 15. Junii 1703. §. *Quin dubitare valeat*, cor. R. P. D. meo Omanna.

Hinc neutiquam v[illegible]at taputari totalitar libera resignatio facta ab eodem Aotonio Maria, sicque etiam in bac patta, vatificari posse litatas Raphaelis, quæ prætar assertam clausulam, *sive præmisso, sive alio quoquomodo*, habebant, *sive per liberam resignationem, &c.* Quamobtem si Papa scivisset eundem circumstantiatum complexum, utique eo libentius providisset Raphaali, qui ub præfatas clausulas jam provisus repetiebarur ex intentione Pontificis in locum Antunii Mariæ, ex tatione, quam considerant in
24 proposito similium clausularum, Garc. *de benef. par. 11. c. 3. n. 128.* Lother. *de benef. lib. 2. q. 20. n. 208. & lib. 3. q. 8. n. 61.* de Ros. *de execut liter. Apost. part. 1. cap. 8. n. 16. & seqq.* Rot. *dec. 37. n. 10.* cor. Grag. *& dec. 130. n. 9.* cor. Orbobon. *dec. 250. n. 7.* cor. Catill. & in Horiana Parochialis 4. Maii 1693. §. *Quæ omnia*, cor. Reverendiss. Domino meo Molines Decano *impress. post vot. Berebacin. 95. n. 8.*

Secundo fortius ex quo Pompejus erat consaoguineus Aotonii Mariæ, unda eo magis locum sibi assumebant præfatæ clausulæ stante Bulla Sancti Pii V. *in* 58. quæ Sanctæ Sedi reservnt collntionem beneficiorum vacantium per resignationem factam ex nimium verisimili intuitu, ut bene-
25 ficium rasignatum cadat in personam consanguinaorum ex iia, quæ ad explicntionem ejusdam Bullæ firmatunt, Paris. *de resign. benef. lib. 5. q. ult. n. 188. & seqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. 14. n. 25. & 31.* Card. da Luca *in adnotat. ad Concil. disc. 49. n. 4.* Rot. *dec. 400. n. 2.* cor. Cerro, *& dec. 193. n. 3. & 4. part. 16. rec.*

Atque ita bis omnibus, tam ex parte Raphaelis allatis, quam ex Officio Tribunalis perquisitis, una simul junctis ad normam commissionis *mihi*, ut supta per Signaturam Justitiæ diractæ, *Domini* respondeaunt, uttinque &c.

D E C R E T A.

CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

Circa jura Parochialia, Functiones, & Præeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Capellanos, & Officiales.

AD debitum imponendum finem controversiis, quæ inter Parochos, & Confraternitatea sæculares, aarumque Capellanos & Officiales super juribus Parochialibus, & functionibus Ecclesiasticis, nonnullisque præaminentiis, seu prætogativis frequenter eaoriri solent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentissimo, & Ravarendissimo D. Cardinala Coloredo propositin infrascriptis dubiis, videlicet.

I. An Confraternitates Laicorum legitime arectæ in Ecclesiis Parochialibus habeant dependentiam a Parochn in axplendis functionibus Ecclesiasticis non Parochialibus.

II. An dictæ Confraternitates arectæ in capellis, vel otatoriis, tum publicis, tum privatis, annaxis Parochialibus Ecclesiis, & ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam n Parocbo quoad dictas functiones.

III. An Confraternitates arectæ in aliis Ecclesiis publicis habeant quoad easdem functiones aliquam dependentiam n Parocho, intra cujus Parochiæ limites sitæ sunt Ecclesiæ.

IV. An confraternitates arectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, sejunctis ab Ecclesiis Parochialibus, quoad dictas functiones Ecclesiasticas habeant dictam dependentiam a Parocho.

V. An benedictiones & distributiones candelatum, cinerum, & palmarum, sint da juribus mare Parochialibus.

VI. An benedictiones mulierum post partum, fontis Baptismalis, ignis, seminis, ovorum & similium, sint da juribus mere Parochialibus.

VII. An functiones omnes hebdomadæ sanctæ sint de juribus mera Parochialibus.

VIII. An celebratio Missæ solamnis fariæ quintæ in Cœna Domini sit da dictis juribus Parochialibus.

IX. An prima pulsatio Campanarum in Sabbato Sancto sit da dictis juribus Parochialibus.

X. An celebratio Missarum solemnium per annum, sive pro vivis, sive pro defunctis, sit de dictis juribus mere Parochialibus.

XI. An expositio quadraginta horarum, & benedictio quæ fit supar populo, sit de dictis juribus mera Parochialibus.

XII. An axpositio quæ fit cum reliquiis, vel sacris imaginibus, & benedictio quæ cum ais fit supar populo, sit de dictis juribus Parochialibus.

XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet n dubio quinto ad duodecimum, expraffe petagi possint in Oratoriis privatis, contradicenta Parocho.

XIV. An in dictis Oratoriis privatis confraternitatum per confratres statis hotis recitari possint horæ Canonicæ cum cantu, val sine, absque alia licentia Parochi.

XV. An in dictis Oratoriis privatis sit licita celebratio Missæ privatæ, assentiente Ordinario loci, & contradicenta Parocho.

XVI. An Capellani confraternitatum possint populo denunciare festivitates, & vigilias occurrentas in hebdomada, absque licentia Parochi.

XVII. An Parochus, invitis aonfratribus, docere possit doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis, vel privatis, n Parochiali divisis, & separatis.

XVIII. An in sæpe dictis Ecclesiis publicis confraternitatum possint habari publicæ conciones, atiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus, cum licentin Ordinarii, & absque licentia Parochi.

XIX. An in aisdem Ecclasiis possit celebrari Missa, siva lecta, sive cantata, ante Missam Parochialem, sive lectam, siva cantatam.

XX. An ad Parochum spectet sacrum officium funebre super cadaveribus sepeliandis in sæpedictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis confraratnitatum.

XXI. An intra ambitum earundem Ecclesiarum fiari possint processiones, juxta aujusque confraternitatis institutum, absque interventu val licentia Parochi.

XXII. An eædem processiones fiari possint extra ambitum dictarum Ecclesiarum, absque licantia illorum Parochorum, par quorum territorium transeundum est.

XXIII. An in dictis processionibus Capellani confraternitatum possint defarre stolam.

XXIV. An Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas confraternitatum, quæ non sint ragularium, neque proprium Rectoram beneficiatum habeant, porrigendum sit aspersorium n Parocho, in cujus tarritorio sunt sitæ dictæ Ecclesiæ.

XXV. An earundem Ecclesiarum, & confraternitatum Rectoras, & Capellanos possit Parochus, cessante nlio speciali, ac lagitimo titulo, & ex solo jure Parochialitatis, compellare invitos ad assistendum functionibus Ecclesiæ Parochialis.

XXVI. An in sæpe dictis Ecclesiis confraternitatum neque Parochialibus, neque Ragularibus, retineri possit sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ.

XXVII. Præsupposita facultate retinandi, an possit infra annum publice exponi sine licentia Ordinarii.

XXVIII. An possit Parochus se ingerere in administrationa oblationum, vel eleemosynarum in sæpe dictis Ecclesiis recollectarum, vel capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere.

XXIX. An in Ecclesia Parochiali confratres, vel earum Capellani immiscere sa valeant, invito Parocho, in

ejusdem Ecclesiæ functionibus, sive Parochialibus, sive non Parochialibus.

XXX. An confraternitates, sive sint erectæ in Ecclesia Parochiali, sive extra illam, possint pro libito, & juxta uniuscuisque pecularia Statuta, congregationes suas facere absque interventu, vel licentia Parochi.

XXXI. An possint propria bona administrare, ac de illis disponere absque ulla dependentia a Parocho.

XXXII. Quando Parochus, eisdem Congregationibus intersit de mandato Ordinarii, & tanquam ejus delegatus, an possit suffragium decisivum ferre, & quatenus affirmative,

XXXIII. An etiam suffragium duplex.

Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature abscussa, respondendum esse censuit.

Ad primum affirmative.
Ad secundum affirmative.
Ad tertium negative.
Ad quartum negative.
Ad quintum negative.
Ad sextum negative, sed benedictiones mulierum, & fontis baptismalis fieri debere a Parochis.
Ad septimum negative, prout jacet.
Ad octavum negative, prout jacet, sed spectare ad Parochos.
Ad nonum negative, prout jacet, sed spectare ad Ecclesiam digniorem, ad formam Constitutionis Leonis X. *num.* 22. §. 14.
Ad decimum negative, prout jacet, sed licere confratribus in festivitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesiæ, vel Oratorii, ut in Brundusina sub die 5. Junii 1601.
Ad undecimum negative.
Ad duodecimum negative, & quoad benedictiones cum reliquiis, & imaginibus, serventur decreta.
Ad decimumtertium satis provisum in superioribus.
Ad decimumquartum affirmative, nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causa.
Ad decimumquintum affirmative.
Ad decimumsextum affirmative.
Ad decimumseptimum affirmative.
Ad decimumoctavum affirmative.
Ad decimumnonum negative, nisi aliter Episcopus disponat.
Ad vigesimum affirmative, quando tumulendus est subjectus Parocho, intra cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium.
Ad vigesimumprimum affirmative.
Ad vigesimumsecundum negative, nisi adesset licentia Episcopi.
Ad vigesimumtertium negative, extra propriam Ecclesiam.
Ad vigesimumquartum negative.
Ad vigesimumquintum negative.
Ad vigesimumsextum negative.
Ad vigesimumseptimum negative.
Ad vigesimumoctavum negative.
Ad vigesimumnonum negative.
Ad trigesimum affirmative, dummodo non impediant functiones, & divina officia.
Ad trigesimumprimum affirmative.
Ad trigesimumsecundum negative.
Ad trigesimumtertium negative.

Et ita, salvis tamen conventionibus, & pactis in erectione confraternitatum forsan factis, concorditer inter partes initis, & a S. Sede approbatis, Indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, & consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, declaravit, ac decrevit, si SS. D. N. videbitur die 10. Decembris 1703.

Et facta deinde per me Secretarium de prædictis decretis SS. D. N. relatione, prævia eorundem integra lectura, Sanctitas sua laudavit, benigneque approbavit, & publicari, & non obstantibus quibuscunque aliis in contrarium facientibus servari mandavit, die mensis Januarii 1704.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Rit.
Congreg. Secret.

MAN-

MANTISSA DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Ad Librum Decimumtertium THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA,

Qui est

DE JUREPATRONATUS, ET PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS.

ARGUMENTA DECISIONUM.

DECISIO I. *Taurinen. Jurispatronatus super bono jure.*

QUæ probatæ valeant pertinentiam jurispatronatus favore jurisdictionem habentis, & ex quibus concludi possit quod juspatronatus non sit a feudo distinctum, sed illi annexum, ad materiam *disc.* 5. & *disc.* 6. *de jurispatron.* Card. de Luca.

DECISIO II. *Augustana Jurispatronatus.*

An, & quando juspatronatus annexum alieni feudo, ex venditione, aut illius permutatione transferatur, etiam si in contractu de eo nulla fiat mentio, ad ampliationem *dis.* 5. *de jurepatron.* Card. de Luca.

DECISIO III. *Camerinen. Jurispatronatus.*

Ex reædificatione an acquiratur juspatronatus, quæque ad d. effectum exigantur, ad materiam *disc.* 11. Card. de Luca *de jurepatronat.*

DECISIO IV. *Augustana Jurispatronatus.*

Patronus potest prætendere jus retinendi nedum claves Ecclesiæ patronatæ, sed etiam sacrarum supellectilium, ac etiam administrandi reditus Ecclesiæ, dummodo petatur per viam custodiæ, non vero per modum spiritualis dominii, ad declarationem *disc.* 12. Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO V. *Hydruntina Capellaniæ.*

Capellania ex quibus laicalis sit reputanda pro effectibus, qui habentur apud Card. de Luca *in disc.* 15. *de jurepatr.*

DECISIO VI. *Melphicten. Capellaniæ.*

Præsens decisio laudat ea, quæ tradidit Card. de Luca *in disc.* 16. *de jurepatr.* super articulo, an idem fundator possit leges fundationis alterare, & ex quibus alteratio excludatur.

DECISIO VII *Bononien. Beneficiorum.*

In jurepatronatus gentilitio quomodo succedatur, & an talis qualitas ex conjecturis probetur, & quæ urgentes soleant existimari, in ampliationem *disc.* 22. *disc.* 23. & *disc.* 60. Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO VIII. *Bononien. Beneficiorum.*

Est decisio in eadem causa emanata, & ea ea liquet, quando ultimus status attendi non debeat.

DECISIO VIII. *Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis.*

Juspatronatus ex quibus gentilium sit censendum, & de effectibus ex hac qualitate promanantibus.

DECISIO IX. *Asculana Beneficiorum.*

Qui veniant in jurepatronatus appellatione familiæ, & an juspatronatus activum reguletur juxta passivum, ad ornatum *disc.* 24. & *dist.* 29. Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO X. *Lucen. Sarzanen. Capellaniæ.*

In jurepatronatus competente pluribus familiis quomodo istæ inter se concurrant, ac respective personæ singularum familiarum ad effectum enumerationis vocum, in hac decisione liquet, ad ornatum *disc.* 32. Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO XI. *Asten. Jurispatronatus.*

Card. de Luca *de jurepatron. disc.* 36. & *in disc.* 60. affirmat, quod etsi de juris rigore juspatronatus permaneat in hæreditate gravati, nec transeat cum universitate bonorum in fideicommissarium; nihilominus quoties constet de voluntate testatoris includendi juspatronatus in fideicommisso, a d. rigore receditur, quodque pro hac voluntate desumenda quælibet conjectura sufficiat; hæc autem opinio in decisione approbatur, & plures conjecturæ ad d. effectum enumerantur.

DECISIO XII. *Asten. Jurispatronatus.*

Firmantur ea, quæ in præcedenti decisione firmata noscuntur.

DECISIO XIII. *Asten. Jurispatronatus.*

Agitur de eadem materia præcedentium decisionum.

DECISIO XIV. *Landen. Canonicatus.*

Peragitur de eodem articulo in præcedentibus pertracto.

DECISIO XV. *Landen. Canonicatus.*

Emologantur superius firmata, & deciditur quæstio, an plures hæredes inæqualiter instituti coæquale habeant jus in jurepatronatus, & in decisione amplectitur doctrina Card. de Luca *in disc.* 61. *de jurepatr.*

DECISIO XVI. *Valentina Beneficii.*

Explanatur eadem theorica, an, & quando juspatronatus cum universitate bonorum transeat in fideicommissarium.

DECISIO XVII. *Tridentina Jurispatronatus.*

Decidit hæc decisio ea, quæ Cardin. de Luca *in disc.* 37. *de jurepatron.* examinat, an scilicet legitimatio obtenta a Principe sæculari proficua sit, ut legitimatus succedere nequeat, an successio deferatur ad filium ipsius legitimati, qui ex legitimo matrimonio descendit.

DECISIO XVIII. *Imolen. Beneficii super executione literarum Apostolicarum.*

In disc. 42. *de jurepatr.* Card. de Luca ait, quod in concursu duarum gratiarum super derogatione medietatis vocum prima est præferenda; in hac vero decisione hujusmodi regula ampliatur, licet secunda prius sit registrata, dummodo tempus datæ alterius gratiæ sit anterior.

DECISIO XIX. *Compostellana Parochialis.*

Quomodo pertinentia Jurispatronatus probetur, & an

alicui ex patronis intra legitimum tempus non præsentantibus totum jus consolidetur in iis, qui præsentationem congruo tempore fecerunt, in comprobationem *disc. 42. de jurepatron.* Card. de Luca.

DECISIO XX. *Compostellana Parochialis.*

Superius confirmata approbantur.

DECISIO XXI. *Valentina Beneficii de Mercato.*

Pendente lite, an licitum sit patronis præsentationes cumulare, in comprobationem *disc. 43.* Card. de Luca *de jurepatron.*

DECISIO XXII. *Hypergien. Præpositure.*

Disentitur eadem conclusio, an pendente lite admittenda sit cumulatio præsentationum.

DECISIO XXIII. *Compostellana Parochialis.*

An donator jurispatronatus possit a donatione recedere, vel expresse, aut tacite, mediante præsentatione, & quoties concurrat consensus Ordinarii, an in donantis præjudicium retrotrahatur, & quando ultimus status in beneficialibus attendatur.

DECISIO XXIV. *Compostellana Parochialis.*

Decisa in antecedenti decisione, approbatione digna reputantur.

DECISIO XXV. *Melevitana Jurispatronatus.*

An, & quando consensus Ordinarii ex intervallo in donatione jurispatronatus præstitus suffragetur, ut jus a donante abdicatum censeatur nedum in sui ipsius præjudicium, sed quoque in detrimentum tertii, ad casum *disc. 56. de jurepatron.* Card. de Luca.

DECISIO XXVI. *Melevitana Jurisdictionis.*

Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

DECISIO XXVII. *Melevitana Jurispatronatus.*

Agitur de eadem materia duarum præcedentium decisionum.

DECISIO XXVIII. *Augustana Jurispatronatus.*

Juspatronatus an ex fundatione, aut ædificatione acquiratur, quoties fiat expressio, quod opus peragitur ex causa mere spirituali; & an declaratio animi recipiendi ex d. opere compensationem diversam a patronatu, probet animum eum non acquirendi, ad declarationem *disc. 55. de jurepatron.* Card. de Luca.

DECISIO XXIX. *Toletana Jurispatronatus.*

Ex augmento an acquiri valeat juspatronatus, in decisione examinatur, ad casum pertractatum per Card. de Luca *disc. 55. de jurepatr.*

DECISIO XXX. *Comen. Parochialis.*

Examinantur probationes super pertinentia jurispatronatus; & an indicia, & adminicula illius probent reservationem, & quæ valida reputentur, in ornatum *disc. 57. de jurepatr.* Card. de Luca.

DECISIO XXXI. *Comen. Pensionis.*

De eodem casu agitur, qui patet superius decisus.

DECISIO XXXII. *Gerunden. Beneficii.*

Agitur de eadem materia super pertinentia jurispatronatus.

DECISIO XXXIII, *Urbanien. Archipresbyteratus.*

Confraternitas ex quibus laicalis sit dijudicanda, in ornatum *disc. 59.* Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO XXXIV. *Barcinonen. Parochialis del Prat.*

In disc. 63. de jurepatron. Card. de Luca demonstrat effectum possessionis in jure præsentandi; hæc vero decisio cum altera illius confirmatoria fere totam materiam effectus d. possessionis enucleat, cum distinctione earum, in quibus eadem possessio soleat urgere.

DECISIO XXXV. *Barcinonen. Parochialis, del Prat.*

Est præcedentis confirmatoria.

DECISIO XXXVI. *Cracovien. Parochialis.*

De eadem quæstione disputitur, an & quando scilicet ultimus status attendatur.

DECISIO XXXVII. *Romana Clericatus, seu Beneficiati S. Laurentii in Damaso.*

Magistraliter præsens decisio edocet, quo casu provisio facta a Pontifice de beneficio patronatus firmitatem retineat, & ad hunc effectum quæ exigantur, In ampliationem *disc. 66.* Card. de Luca *de jurepatr.*

DECISIO XXXVIII. *Ilerden. seu Tarraconen. Beneficii.*

Quæ verificari debeant, ut gratiosa subrogatio, vel mandatum de subrogando, executioni possit demandari.

DECISIO XXXIX. *Cortonen. Beneficii.*

Ut obtineri valeat gratiosa subrogatio per obitum collitigantis, quæ requirantur, ad materiam *disc. 67. jurepatron.* Card. de Luca.

DECISIO XL. *Cortonen. Beneficii.*

Est decisio quæ alteram præcedentem confirmat.

DECISIO XLI. *Majoricen. Beneficii.*

Declaratur *disc. 70. de jurepatron.* Card. de Luca, in quo traditur, quod pluribus existentibus de genere vocato, ii qui jus retinent præsentandi, possunt præeligere remotiorem, deciditur quoque, an graduum computatio fieri debeat juxta jus civile, vel potius secundum jus Canonicum.

DECISIO XLII. *Asculana Parochialis.*

An institutus in legitima consequatur pro rata jus præsentandi in patronatu hæreditario, vel potius integraliter transeat ad hæredem cum universitate bonorum; & an solemnitates Constitutionis Ægidianæ exigantur in beneficialibus, eisque annexis.

DECISIO XLIII. *Asculana Parochialis.*

Superius decisa laudantur.

DECISIO XLIV. *Asculana Capellania.*

Computatio graduum quando fieri debeat juxta jus civile, & quando secundum jus canonicum.

DECISIO XLV. *Terulen. Beneficii.*

Consanguineorum nomine qui veniant in jurepatronatus, & an computatio graduum fieri debeat secundum jus civile, seu potius secundum jus canonicum.

DECISIO XLVI *Senogallien. Capellaniæ.*

An patronus possit Capellanum tanquam amovibilem nominare, & post ejus obitum tanquam perpetuum efficere in successoris supplantationem, & quatenus non amoveatur in vita nominantis, an nominatus possit pura reportari, ut perpetuus Capellanus censeatur.

DECISIO XLVII. *Derthusen. Fundationis.*

Testator demandaverat executoribus testamentariis fundationem beneficii, prævia jurispatronatus reservatione, in cujus voluntatis implementum absque hæredum assensu bona testatoris fuerunt distracta; examinatur itaque, an distractio sustineatur.

DECISIO XLVIII. *Marian. & Aetien. Pensionis.*

Si pensio reservata fuerit ad supplicationem titularis, nullam pensionarius facere tenetur probationem super valore beneficii, pro sustentanda pensione.

DECISIO XLIX. *Landen. Pensionis.*

Licet consensus præstitus in reservatione pensionis liberet pensionarium ab onere verificandi valorem, nihilominus quoties pensio conditionaliter fuerit reservata cum clausula, *dummodo remaneat centum pro Rectore*, consensus quamvis simplex, & affirmatus nihil operatur, juxta ea, quæ distinguendo utrumque casum notavit Card. de Luca *in disc. 2. de pens.*

DECISIO L. *Landen. Pensionis.*

Enotantur eadem quæ noscuntur decisa in superius edita decisione.

DECISIO LI. *Melevitana Pensionis.*

Pensionarius qui semel verificavit valorem, amplius hanc probationem reiterare non debet; sed titularis illiusque successor negativam tenentur concludere, si pensionis nullitatem prætendant.

DECISIO LII. *Romana Pensionis.*

Exactissimæ debent esse probationes quæ pro annullanda pensione proponuntur; quæ autem inefficaces de jure soleant reputari, in hac decisione notantur.

DECISIO LIII. *Salamantina Pensionis.*

Argumentum ex summario patet.

DECISIO LIV. *Florentina Pensionis.*

Plene habetur apud Card. de Luca *de pens. disc. 4. disc. 5. & disc. 80.* quod secunda pensio reservata absque expressione primæ corruat; hæc autem regula nedum in præsenti decisione amplectitur, sed quoque ampliatur etiam si prima deinde extincta remaneat, secunda motu proprio extiterit reservata, illaque per plures annos exsoluta, quoties agatur de judicio petitorio, non vero in possessorio.

DECISIO LV. *Florentina Pensionis.*

In dec. 4. de pens. affirmat Card. de Luca, quod secunda pen-

Digitized by Google

pensio reservata absque expressione primæ possit sustineri, si id non ex malitia pensionarii processerit; in hac vero decisione firmatur, quod opinio Card. de Luca possit admitti, vel quando fuit reservata secunda cum expressione primæ in minori somma, vel quando cum falsa expressione valoris concurrat bona fides impetrantis, & verisimilis mens Pontificis concedentis.

DECISIO LVI. *Florentina Pensionis.*

Secunda pensio absque expressione primæ est nulla, licet illius mentio omissa fuerit non ex dolo, & malitia, sed ex probabili, & justa ignorantia, ac beneficium capax sit utriusque pensionis, adeo Papa si primam scivisset adhuc secundam reservavisset, & declaratur Card. de Luca *in disc. 4. de pens.*

DECISIO LVII. *Senogallien. Pensionis.*

Nullitas secundæ pensionis ob non factam mentionem primæ existimavit Card. de Luca *de pens. disc. 4.* quod obesse non posset, si probaretur, quod titularis scientiam habebat de prima, & adhuc in secunda consensit; minus tamen veram esse hanc doctrinam, in ista decisione affirmatur.

DECISIO LVIII. *Romana Pensionis.*

An valor estrinsecus monetæ habendus sit in consideratione pro regulando valore beneficii, quæque expensæ, & onera ad hunc effectum soleant ex fructibus detrahi, ad materiam *disc. 8. & disc. 35. de pens.* Card. de Luca.

DECISIO LIX. *Romana Pensionis.*

Agitur de eadem re in præcedenti decisione decisa.

DECISIO LX. *Romana Pensionis.*

Pertractatur de eadem materia in duabus antecedentibus decisionibus agitata.

DECISIO LXI. *Romana Pensionis.*

Ea quæ in tribus decisionibus superius extensis firmata fuere, in hac laudantur.

DECISIO LXII. *Romana Pensionis.*

Superius firmata approbantur, & ulterius deciditur, quod si in reservatione pensionis apposita non fuerit clausula, *dummodo*, censeatur fuisse derogatum congruæ ex conciliari decreto debita Rectori, quodque si Papa expressit solvendam esse pensionem, etiam si fructus non recolligantur, titularis tenetur ad illius solutionem, quacunque submota exceptione, super fructuum diminutione.

DECISIO LXIII. *Calaguritana Pensionis.*

Pensio ex defectu probationis valoris si nulla sit, dijudicanda nequaquam est reducibilis, sed corruit in totum, etsi bona fides pensionarii concurrat, in declaratione *disc. 12. de pens.* Card. de Luca.

DECISIO LXIV. *Corduben. Pensionis.*

An post deputationem Oeconomi pensionarius retineat obligatos fructus beneficii decurrendos pro terminis decursis tempore, quo Oeconomus administravit, & non solvit.

DECISIO LXV. *Corduben. Pensionum.*

Agitur de eadem materia in præcedenti decisione pertractata, & deciditur, quando locum obtineat conclusio firmata per Card. de Luca *de pens. disc. 19.* quod nempe omnes fructus beneficii censeantur favore pensionarii hypothecati.

DECISIO LXVI. *Romana Pensionis.*

Hæc decisio emanavit in eadem causa, in qua scripsit Card. de Luca, qui in ea edidit *disc. 22. de pens.* super articulo, an in cassatione pensionis exigatur expressio qualitatis, quod illa fuerit pro dote alicujus Loci Pii reservata, quodque expresse derogetur regulæ de jure quæsito non tollendo, & an individualis revocatio, aut mentio requiratur clausulæ derogatoriæ in reservatione appositæ.

DECISIO LXVII. *Romana Pensionis super Manutent.*

Non attenta possessione, repellitur pensionarius, etiam in judicio manutentionis, quoties de ejus malo jure constet, & pensio per multum tempus exacta non fuerit.

DECISIO LXVIII. *Romana Pensionis.*

Quoties Summus Pontifex cassat pensionem favore alicujus Loci Pii pro dote reservatam, an ut cassatio vigere valeat, expressa requiratur mentio qualitatis dotalis, & consensus ejus, cujus favore fuit facta reservatio.

DECISIO LXIX. *Romana pensionis super Manutentione.*

Etiam si pendente lite in petitione sit pensionarius manutenendus, adhuc si nimis clare patet de ejusmodi jure manutentio ei denegatur.

DECISIO LXX. *Calaritana Pensionis.*

Pensionarius concludentissime probare tenetur valorem expressum, ut pensio sustineatur, licet pensio simpliciter fuerit reservata, per multum tempus soluta, & nulla de jure exoptaretur necessitas exprimendi valorem in illius reservatione.

DECISIO LXXI. *Calaritana Pensionis.*

Recedit hic Rota a superius adoptata decisione ex facti circumstantiis, ex quibus valor prætendebatur.

DECISIO LXXII. *Calaritana Pensionis.*

Reditur ad propria decisa, regulæ in prima decisione firmatæ emologantur, & probationes super valore, quæ efficaces reputatæ fuerunt, confutantur.

DECISIO LXXIII. *Calaritana Pensionis.*

Superius recensita decisio emologatur.

DECISIO LXXIV. *Neapolitana Pensionis.*

In judicio possessorio licet tantum nudum factum sit respiciendum, nihilominus quando in eo petitur solutio pensionis, exigitur coloratio tituli, adeo ut si excipiatur extinctam esse pensionem, ex quo pensionarius statum mutaverit, non sufficiat pro impetranda manutentione possibilitas indulti pro illius retentione, minusve ipsius indulti exhibitio, si clare constet sustragata non posse, & ad hunc effectum declarantur ea, quæ notavit Card. de Luca *in disc. 45. de pens.*

DECISIO LXXV. *Neapolitana Pensionis.*

Confirmantur ea, quæ supra patent decisa.

DECISIO LXXVI. *Romana Pensionis.*

Jurisdictionem temporalem exercentes, incapaces reputantur retinendi pensiones; an autem hæc traditio procedat in feudatariis Sanctæ Sedis, & in iis qui Equites sunt Lauretani, licet signum Crucis non deferant, juxta casum *disc. 46. de pens.* Card. de Luca, in hac decisione habetur.

DECISIO LXXVII. *Romana Pensionis.*

Etsi pensio amittatur, quoties pensionarius guberniis sæcularibus incumbat, adhuc antequam ab illo jus valeat abdicari, opus est, ut trina monitione moneatur ad effectum, ut a gubernio se abstineat, & Ecclesiastica tantum exerceat.

DECISIO LXXVIII. *Vercellen. Pensionis.*

Quando effectiva pensionis solutio sit probanda ad sustinendam pensionem reservatam beneficio pleno favore conjunctæ personæ.

DECISIO LXXIX. *Tarracinen. Pensionis.*

Exceptio deductionis congruæ non admittitur in judicio possessorio. Titularis integre solvere tenetur pensionem, si in literis clausula, *dummodo*, non reperiatur, nec auditur, si velit dimittere fructus, congrua reservata.

DECISIO LXXX. *Vaden. Canonicatus.*

Beneficium, ad quod vocantur illi de Civitate, & diœcesi debet conferri civibus originariis, & veris, non autem fictis per incolatum, seu assecutionem alterius beneficii; vel saltem cives veri sunt fictis præferendi, & gratificatio Ordinarii irrationabilis potest a Judice superiore sperni.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX DECISIONUM.

A

ASculana Beneficiorum, 28. *Aprilis* 1698. *Caprara*, Dec. IX.
Asculana Capellaniæ, 28. *Junii* 1694. *Molines*, Decis. XLIV.
Asculana Parochialis, 20. *Martii* 1684. *Benincasa*, Dec. XLII.
Eadem, 5. *Junii* 1684. *eodem*. Dec. XLIII.
Asten. Jurispatronatus, 4. *Junii* 1696. *Emerix*, Dec. XI.
Eadem, 19. *Aprilis* 1697. *Tremoille*, Dec. XII.
Eadem, 14. *Februarii* 1698. *Caprara*. Dec. XIII.
Augustana Jurispatronatus, 10. *Julii* 1696. *Ursino*, Dec. XXVIII.
Augustana Jurispatronatus, 6. *Februarii* 1696. *eodem*, Dec. IV.
Augustana Jurispatronatus, 17. *Februarii* 1698. *dell'Olmo*, Dec. II.

B

Bononien. Beneficiorum, 28. *Junii* 1690. *Ursino*. Dec. VII.
Bononien. Jurispatronatus, 31. *Januarii* 1695. *Pio*, Dec. VII.
Barchinonen. Parochialis, 13. *Junii* 1695. *Ursino*, Dec. XXXIV.
Eadem, 2. *Decembris* 1696. *eodem*, Dec. XXXV.

C

Calaritana Pensionis, 2. *Decembris* 1691. *Emerix*, Dec. LXXI.
Eadem, 22. *Aprilis* 1695. *eodem*, Dec. LXXII.
Eadem, 13. *Junii* 1698. *Muto*. Dec. LXXIII.
Eadem, 11. *Februarii* 1698. *eodem*. Dec. LXXIV.
Camerinen. Jurispatronatus, 10. *Maii* 1693. *Molines*, Dec. III.
Comen. Parochialis, 11. *Decembris* 1695. *Priolo*, Decis. XXX.
Eadem, 22. *Aprilis*, 1697. *Muto*, Dec. XXXI.
Compostellana Parochialis, 8. *Junii* 1696. *Molines*, Dec. XIX.
Eadem, 3. *Junii* 1698. *Olmo*, Dec. XX.
Compostellana Parochialis, 25. *Junii* 1696. *Priolo*. Dec. XXIII.
Eadem, *Junii* 1697. *eodem*, Dec. XXIV.
Corduben. Pensionis, 21. *Junii* 1696. *Emerix*. Dec. LXIV.
Eadem, 16. *Januarii* 1597. *Ursino*. Dec. LXV.
Cotron. Beneficii, 18. *Martii* 1697. *Ansaldo*. Decis. XXXVII.
Eadem, 1. *Junii* 1697. *eodem*, Dec. XXXVIII.

D

Derthusen. fundationis Beneficiorum, 23. *Januarii* 1697. *Pio*, Dec. XLV.

F

Florentina Pensionis 22. *Martii* 1697. *Molines*, Dec. LIV.
Eadem, 17. *Junii* 1697. *eodem*. Dec. LV.
Eadem, 24. *Januarii* 1698. *Olmo*, Dec. LVI.

G

Gerunden. Beneficii, 21. *Aprilis* 1698. *Olmo*. Dec. XXXII.

H

Hiporegien. Præpositura, 27. *Junii* 1698. *Pio* Dec. XXII.
Hydruntina Capellaniæ, 10. *Maii* 1697. *Olmo*. Dec. V.

I

Ilerden. seu Tarraconen. Beneficii, 24. *Januarii* 1685. *Paluccio*. Dec. XXXVIII.
Imolen. Beneficii, 4. *Maii* 1695. *Muto*. Dec. XVIII.

L

Lauden. Canonicatus, 16. *Martii* 1696. *Emerix*. Dec. XIV.
Lauden. Canonicatus, 13. *Martii* 1697. *Tremoille*, Dec. XV.
Lauden. Pensionis, 4. *Februarii* 1695. *Ursino*. Dec. XLIX.
Eadem, 4. *Julii* 1696. *Caprara*. Dec. L.
Lunen. Sarzanen. Capellaniæ, 15. *Junii* 1695. *Paluccio*, Dec. X.

M

Marianen. & Acien. Pensionis, 13. *Januarii* 1696. *Molines*, Dec. XLVIII.
Majoricen. Beneficii, 4. *Julii* 1696. *Tremoille*. Dec. XLI.
Melevitana Jurispatronatus, 4. *Julii* 1696. *Molines*, Dec. XXV.
Eadem, 5. *Junii* 1697. *eodem*. Dec. XXVI.
Eadem, 4. *Junii* 1698. *Lancetta*. Dec. XXVII.
Melevitana Pensionis, 22. *Junii* 1695. *Priolo*. Dec. LI.

N

Neapolitana Pensionis, 22. *Aprilis* 1697. *Ursino*. Dec. LXXIV.
Eadem, 17. *Februarii* 1698. Dec. LXXV.

R

Romana Clericatus, seu Beneficiatus, 3. *Martii* 1698. *Molines*. Dec. XXXVII.
Romana Pensionis, 4. *Junii* 1685. *Florez*. Dec. LVIII.
Eadem, 1. *Julii* 1686. *Rondinino*. Dec. LIX.
Eadem, 16. *Julii* 1687. *eodem*. Dec. LX.
Eadem, 28. *Junii* 1690. *eodem*. Dec. LXI.
Eadem, 12. *Februarii* 1694. *Pio*. Dec. LXII.
Romana Pensionis, 29. *Februarii* 1692. *Caprara*. Dec. LXXVI.
Romana Pensionis, 3. *Julii* 1694. *Emerix*. Dec. LXVI.
Eadem super manutenzione, *eodem*, *dicta die*. Decisio LXVII.
Eadem super bono jure, 9. *Decembris* 1695. *Scotto*. Dec. LXVIII.
Eadem super manutentione, *dicta die*, *eodem*. Decis. LXIX.
Romana Pensionis, 17. *Junii* 1697. Muto. Dec. LXXVII.

S

Salamantina pensionis, 16. *Februarii* 1682. *Bubalo*. Dec. LIII.
Senogallien. Capellaniæ, 16. *Aprilis* 1696. *Molines*. Dec. XLVI.
Senogallien. Pensionis, 1. *Julii* 1695. *Ursino*. Dec. LVII.

T

Taurinen. Jurispatronatus, 22. *Aprilis* 1695. *Caprara*. Dec. I.
Tarracinen. Pensionis, 23. *Junii* 1698. Muto. Decis. LXXIX.
Terulen. Beneficii, 15. *Junii* 1696. Muto, Dec. XLV.
Toletana Jurispatronatus, 20. *Februarii* 1696. *Emerix*. Dec. XXIX.
Tridentina Jurispatronatus, 4. Martii 1689. *Ursino*. Dec. XVII.

V

Vaden. Canonicatus, *Veneris* 19. *Junii* 1705. Molines. Dec. LXXX.
Valentina Beneficii, 26. *Februarii* 1697. *Priolo*. Dec. XVI.
Valentina Beneficii, 27. *Decembris* 1697. *eodem*. Dec. XXI.
Vercellen. Pensionis, 5. Junii 1694. *Pio*. Dec. LXXVIII.
Urbanien. Archipresbyteratus, 17. Maii 1697. *Ansaldo*. Dec. XXXIII.

R. P. D.

R.P.D. CAPRARA.

Taurinen. Jurispatronatus super bono Jure.

Veneris 22. Aprilis 1695.

A R G U M E N T U M.

Quæ probate valeant pertinentiam jurispatronatus favore jurisdictionem habentis, & ex quibus concludi possit quod juspatronatus non sit a feudo distinctum, sed illi annexum, ad materiam *disc. 5. & disc. 6. de jurispatron.* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Juspatronatus si expressa illius non adsit acquisitio, ut probari valeat favore Baronis, exigitur immemorabilis cum continuatis præsentationibus per quinquaginta annorum cursum.*

2 *Sufficeret etiam centenaria; quæ immemorabili æquipollet.*

3 *Pluralitas Jurispatronatuum non præsumitur.*

4 *Immemorabilis facit præsumere jurispatronatus acquisitionem in dotatione, vel fundatione, aut ædificatione.*

5 *Ad concludendam jurispatronatus acquisitionem plurimum probant declarationes factæ ab Ordinariis.*

6 *Juspatronatus annexum feudo transit in emptorem illius.*

7 *Quod juspatronatus sit annexum feudo, probatur, si Ecclesia reperiatur situata intra mœnia illius.*

8 *Prout etiam si ad feudatarii præsentationem fuerint instituti Rectores.*

9 *Conferunt quoque ad dictum effectum enunciativæ per Ordinarios emissæ.*

10 *Præsentatio simpliciter emissa ab aliis declaratur, quo nomine, & titulo facta censeatur.*

11 *Præsentationes censentur factæ a Patrono tanquam domino feudi, si hujusmodi qualitas expressa extiterit, licet in præsentatione appositum quoque fuerit nomen familiæ.*

12 *Annexio jurispatronatus cum feudo, ex testibus probatur.*

13 *Illa semper durat & reputatur inseparabilis.*

14 *Quoties beneficium est dotatum de effectibus, & redditibus feudi, juspatronatus dicitur reale, & illi annexum.*

15 *Non ita tamen se haberet, si juspatronatus fuisset quæsitum per Baronem jure particulari, vel quando Ecclesia fundata, vel dotata fuerit de illius bonis propriis, & allodialibus.*

16 *Immemorabilis pro præsumptione acquisitionis jurispatronatus ex justitia inservit, etiam si Patronus habeat privilegium, dummodo illud non exhibeat.*

17 *Juspatronatus gentilitium extincta familia efficitur hæreditarium.*

18 *Ex quibus juspatronatus censeatur reservatum Baroni non titulo particulari.*

19 *Juspatronatus acquisitum cum effectibus feudi, transit cum ipso feudo ad illius possessorem.*

D E C I S I O I.

VAcatio Parochialis Ecclesiæ SS. Bartholomæi, & Desiderii loci Vicinovi tripartitam excitavit controversiam inter infrascriptos juspatronatus habere prætendentes, & Ordinarium collatorem, ac respective præsentatos, seu provisos: Aspirabat enim ad canonizationem jurispatronatus ad sui favorem Comites Carolus Franciscus Augustinus a Lanceis uti emptor & dominus dicti loci, cui dicebat annexum, Alexander de Marianis ex donatione sibi facta de eodem jurepatronatus a Marchione Carolo de Ruvere communi auctore, sub prætextu, quod esset personale, & de familia ejusdem Marchionis, qui tanquam ultimus de linea potuerit de illo disponere, & promotor Fiscalis tanquam liberæ collationis Reverendissimi Archiepiscopi; unde proposito per me dubio, an, & ad cujus favorem constet de jurepatronatus, seu potius de libertate beneficii? ad favorem Comitis Caroli prodiit resolutio.

De jurepatronatus siquidem constat ex immemorabili resultante ex ordinata, & nunquam interrupta præsentationum serie ab anno 1567. citra per centum viginti quatuor annos factarum a Marchionibus de Ruvere,

ut possessoribus d. Castri Vicinovi, cum earundem præsentationum effectuatione probata ex authenticis scripturis relatis in *Summar. Canonis n. 1. et seqq.* Quod satis tempus juncta assertione & declaratione juris dictorum Dominorum Castri emissa per Ordinarios in ipsis primis institutionibus, absque ulla relatione alicujus originis, memoriam hominum excedit, & satisfacit dispositioni Sac. Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. c. 9.* requirentis in Domino loci, ubi situm est beneficium, probationem immemorabilis, cum continuatis præsentationibus effectum sortitis per spatium 50. annorum, juxta
notata per Seraph. *in ejus voto impresso in p. 4. diversor.* 1
dec. 583. per tot. & dixit Rot. penes eundem *dec. 1141. sub n. 9. vers. et si expendamus, et seq. et dec. 377. eadem par. 4. diversorum* Garz. *de benef. p. 5. c. 9. n. 107. et seqq.* Spad. *cons. 12. n. 1. lib. 3.* Rot. *in rec. dec. 168. ante n. 35. vers. Immemorabile vero, cum tribus seq. p. 10. dec. 136. a n. 5. usque ad 12. p. 19.* & in Theatina Abbatiæ super bono Jure 20. Junii 1694. §. *non enim*, coram Reverendissimo Decano, licet ad hunc effectum sufficiat etiam centenaria, cum æquipolleat immemorabili, ut in proposito dixit Addend ad Gregor. *dec. 222. sub n. 11. vers. et* 2
licet, Garz. *de benef. p. 5. d. cap. 9. n. 110.* Rot. *dec. 145. n. 49. & dec. 321. n. 13. p. 19. rec.* coram Card. Celso *dec. 193. n. 4. & in d. dec. 136. a 5. & seqq. p. 19.* & in dicta Theatina Abbatiæ *dicto §. non etenim, vers. imo etiam*.

Ad cujus immemorabilis comprobationem accedit etiam antiquissima mentio jurispatronatus facta usque de anno 1379. in instrumento venditionis medietatis prædicti Castri favore eorundem de Ruvere, dum inter illius jura, & pertinentias ibi connumeratur, *Summar. n. 13.* nec de alio jurepatronatus potest intelligi, nisi de controverso, dum aliud extare non doceant, nec pluralitas præsumitur, ut notat Cardin. de Luca 3
de jurepatron. disc. 13. n. 3. & Rot. coram Duran. *dec. 433. n. 4.* & coram Merlin. *dec. 247. n. 13.*

Concordant insuper declarationes Ordinariorum pro tempore existen. dum occasione verificationis literarum Apostolicarum tam per fel. memor. Clementem Octavum, quam Urbanum Ipsis injunctæ, de jurepatronatus constare declararunt, illudque spectare ad DD. de Ruvere Dominos Castri Vicinovi, & ex dotatione, & fundatione existere, *d. Summar. num. 5. 6. & 8.* prout cum tali titulo acquisitum facit præsumere ipsa im-
memorabilis, Gabriel. *cons. 192. n. 4. & 10. & cons.* 4
198. n. 5. lib. 2. Put. *dec. 56. par. 1.* Rot. *in rec. dec. 19. n. 4. par. 9. & dec. 444. n. 7. part. 14. rec.* Quæ quidem declarationes in adeo propositionatis actibus & causa cognita emissæ plurimum pollent ad verificatio-
nem jurispatronatus, in cujus admissione, cum agatur 5
de proprio, & Ecclesiarum præjudicio, se admodum difficiles reddunt Episcopi, Spad. *cons. 15. n. 1. lib. 2.* Gabriel. *dicto cons. 192. n. 7. & cons. 198. n. 4. lib. 2.* Rot. *dec. 11. sub num. 1. vers. qui reddunt se, de jurepatron. in antiq. & dec. 800. sub n. 2. vers. non est enim verisimile, part. 4. divers. & dec. 674. n. 3. par. 2. rec.* Coccin. *dec. 230. n. 3.* Cavaler. *dec. 378. n. 3. & d. dec. 444. n. 14. part. 14. rec.*

Quo vero ad pertinentiam, de illa constat ad favorem Dom. Caroli, quia cum juspatronatus sit annexum Castro, eo ipso quod idem Castrum titulo emptionis, & venditionis devenit ad Comitem prædictum,
in ipsum quoque transivit juspatronatus, ut text. *in* 6
cap. ex literis, & cap. cum seculum, & ibi scribentes de jurepatronatus Vivian. *de jurepatron. lib. 4. cap. 1. n. 3. & 4.* Marescott. *var. resolut. lib. 2. cap. 55. n. 6. & seq.* Capyc. *de investit. feudal. in §. feudorum accessoria, vers. jurepatronatus fol. 15. et in §. feudorum clausula, vers. cum juribus patronatibus fol. 126.* Cameratt. *resp. 8. n. et 26. tom. 1.* Rot. *dec. 399. n. 3. part. 2. et dec. 46. n. 8. part. 9. rec.* & in Lucceorien. Plebanatus 31. Januarii præteriti, § *Ex quibus*, coram me.

Annexio autem ex pluribus justificatur. Primo, ex situatione Ecclesiæ, de qua agitur, intra mœnia dicti Castri, seu illius fines, secundum quam intrat præsumptio, quod sit de illius pertinentiis, & juspatro-
natus reale, ut præter DD. *in dictis cap. ex literis,* 7
et cap. cum seculum, de jurepatron. tradunt Bald. *cons. 32. num. 3. lib. 1.* Decius *cons. 149. col. 1. in fin. vers. nec dici potest*, Camerar. *dict. resp. 8. n. 24. 25. et 26. tom. 1.* Rot. *dec. 697. num. 3. part. 1. dec. 46. num. 9. et 10. part. 9. rec.* & in Urgellen. Plebaniæ

12. Junii 1586. §. *Quod autem*, cor. Reverendiss. Decano.

Secundo, ex pluribus institutionibus Ordinarii, ac provisionibus Apostolicis, quæ semper factæ leguntur ad præsentationem Dominorum Castri, seu cum eorum consen-
8 su, & eo expresso titulo, *ut in d. Summar. a n. 3. usque ad 22.* Rot. *dec. 697. n. 3. p. 1. & dec. 314. n. 3. post med. p. 4. & dec. 46. n. 9. & 10. p. 9. rec.* cor. Peuting. *dec. 317. n. 23* cor. Ubald. *dec. 550. sub n. 8.* ubi de annexione resultanti ex enunciativis Ordinarii factis in præsentationibus, & Rot. in Aurien. Jurispatronatus 12. Februarii 1666. §. *Denique da-*
9 *tur antiqua institutio*, & §. *His evidentibus in : n.* coram Eminentiss. Urbis Vicario, & in d. Urgellen. Plebaniæ, §. *Quod autem vers. tertio ex præsentationibus*, & in d. Luceonen. Plebanatus coram me, §. *Justificatur inquam*; & quatenus nonnullæ præseferant nomen familiæ præsentantium non desunt tamen plures aliæ expressum dumtaxat præseferentes titulum Dominorum Castri, a quibus illæ declarationem recipiunt, ut eodem titulo factæ dicantur, ut in his terminis dixit Rot cor. Peuting. *d. dec. 317. n. 21.* Maxime quia, quæ nomen familiæ specificant, connexam
10 habent etiam specificationem, Dominorum Castri, ex qua inscriptione bene dignoscitur, quod eo nomine, & titulo fuerint factæ, ut arguit Rot. cor. Bich. *dec. 383. n. 11.* Salgad. *in labyr. credit. par. 2. cap. 9. sub n. 11. vers. &*
11 *quia actus, & n. 12. & eo relato*, Camerat. *d. resp. 8. n. 30.*

Tertio, ex divisione secuta inter eosdemmet Fratres de Ruvere de anno 1623. in qua cum obtigisset Castrum alteri ex illis, præsupponendo, quod in illum totum juspatronatus transiisset, uti Castro annexum, per speciale pactum convenerunt, quod omnes uti possent titulo Domini Castri, & jure præsentandi, non obstante divisione, *d. Summar. n. 8. lit. A.* quod sane pactum supervacaneum fuisset, si juspatronatus non foret annexum Castro.

Quarto, ex depositionibus plurium testium de hoc deponentium, de auditu etiam a majoribus, ac de publica voce, & fama, *d. Summar. n. 15.* ex quibus probari anne-
12 xionem, dixit Rot. *dec. 697. n. 3. p. 3. rec. & dec. 314. sub n. 3. vers. sufficit etiam, p. 4. rec.* & in d. Aurien. Jurispatronatus 12. Februarii 1666. §. *Dantur etiam quamplures testes.* & §. *seq.* coram Eminentiss. Urbis Vicario.

Quinto, de translatione hujus Patronatus in eosdem de Ruvere uti Castro annexi, occasione qua portiones
13 Castri emerunt, cum mentione Patronatus de anno 1379. *summ. d. n. 13* nam data semel qualitate annexionis, hæc semper durat, cum non sit separabilis.

Sexto demum, ex dote Ecclesiæ consistente in rebus feudalibus Castri, nempe in tertia parte decimarum, quæ sunt de redditibus feudi, ut in *Summar* n. 1. quotiescunque enim
14 beneficium est dotatum de effectibus, & redditibus feudi, juspatronatus dicitur reale, & illi annexum, ut firmiter tenet Card. Zabarell. *cons. 122. sub n. 1. & 2. vers. sexus autem*, quem sequitur Lambert. *de jurepatr. art. 8. q. 8 princ. part. 2. lib. 1.* plene Camerat. *in sæpe dict. resp. 8. n 27. in pn. vers. & quod ubi, & n. 30. vers. tandem, cum duobus seq.* ubi declarat contrarium procedere quando constat juspatronatus fuisse quæsitum per Baronem jure particulari, vel quando Ecclesia fundata, & dotata fuit de illius bonis propriis, &
15 allodialibus, & firmavit Rot. *in dec. 314. n. 3. p. 4. rec.* & nuper in specialibus terminis assignationis decimarum in dotem fuit dictum in d. Luceonen. Plebanatus 31. Januarii præteriti coram me, §. *Justificatur inquam vers. cum etiam*.

Non obstat oppositum privilegium fan. mem. Leonis X. & quod ad illius formam juspatronatus competeret illis de Ruvere uti de dicta domo, & familia, non autem uti Dominis Castri, ex quo stante deficientia dictæ familiæ, inferebant informantes pro Mariano, juspatronatus ipsi deberi tanquam donatario Marchionis Caroli de Ruvere ultimi de domo; informantes vero ex parte promotoris mensæ, quod Ecclesia libera remanserit. Quia Comes a Lanceis non utitur dicto privilegio, quod nec produxit, nec eo usi fuerunt ejus auctores, nec de eo mentionem ullam fecerunt Ordinarii in institutionibus, & verificatione patronatus, sed se fundat in innumerabili, seu centenaria, cui inniti potest, non obstante dicto privilegio, ut firmavit Rot. in
16 Januen. Abbatiæ 4. Julii 1692. §. *frustra igitur*, coram Reverendiss. Zameton. confirmata coram me sub die 15. Junii 1693. §. *Comprobata, & seq.* cui adhæsit etiam Rot. in Theatina Abbatiæ super bono jure 30. Junii 1694. §. *Minus*, coram Reverendissimo Decano.

Et nihilominus ex abundanti quoad mensam dicebatur, quod nullatenus poterat prætendere Ecclesiam requisivisse libertatem ob deficientiam familiæ de Ruvere: quia communis conclusio est, quod juspatronatus concessum certæ familiæ, ea extincta, non expirat, sed evadit hæreditarium, & transitorium ad quoscunq; successores etiam extraneos, juxta celebre *cons.* Ancharan. 81. contra quem licet de dire- 17
ctu tenuerit Geminian. *cons. 45. n. 7.* nihilominus constat opinionem Ancharani esse communem, & veram, ut observat Card. de Luca *de jurepatron. disc. 35. n. 3.* ubi nisi concurreret dictio taxativa, vel alia verba æquipollentia, quæ contrariam voluntatem concedentis denotent, & repetit *in disc. 60. n. 28.* & sequitur alter de Luca *de linea legal. art. 23. n. 13.* ubi quod finita descendentia non efficitur Ecclesia libera, Lorher. *de re benef. lib. 2. q. 11. n. 11. & seq.* eamque passim sequitur Rot. *dec. 362. n. 14. p. 5. & dec. 166. n. 6. p. 6. rec.* cum aliis allegatis In Mantuana Beneficii 21. Junii 1688. §. *quod autem*, confirmata 13. Junii 1689. cor. R. P. D. meo Ursino.

Respectu vero Mariani respondebatur, quod licet in dicto Privilegio juspatronatus legatur concessum sub illis verbis, *Hæredibus, & successoribus prædictis ex domo de Ruvere*, adsunt tamen alia subsequentia, ibi, *Con omnis dicti loci pro tempore existen.* sæpius etiam repetita in aliis 18
partibus privilegii, *Summar. Mariani n. 1.* quæ ostendunt concessionem fuisse illi factam uti Dominis Castris, & illius intuitu, ut in proposito considerat Decius *cons. 149. col. 2 circa finem, vers. nec dici potest*, & ostendit etiam observantia superius recensita a §. *Annexio cum seqq.* Rot. *dec. 314. n. 3. vers. sufficit, p. 4. rec.* & multo magis qualitas dotis, quæ tanquam de effectibus feudi, ratione feudi dicitur spectare, & cum ipso feudo stansis ad feudi possessorem, ex Camerat. *in d. resp. 8. n. 34.* qui in fine refert per tria judicata obtinuisse, Schrader. *de feud. lib. 1. p. 3. c. 4. n. 35.* Molin. *de primogen. lib. 1. c. 24. n. 2.* & in d. Luceonen. Plebanatus 19
coram me, §. *Justificatur inquam, & seq.*

Et ita decisum fuit, omnibus informantibus.

R.P.D. DELL'OLMO.

Augustana Jurispatronatus.

Luna 17. Februar. 1698.

ARGUMENTUM.

An, & quando jurispatronatus annexum alicui feudo, ex venditione, aut illius permutatione transferatur, etiam si in contractu de eo nulla fiat mentio, ad ampliationem *dis. 5. de jurepatron.* Card. de Luca,

SUMMARIUM.

1 *Cessio feudi, vel loci particularis, transfert in cessionarium jurispatronatus in eis infixum.*

2 *Maxime, quando cessio vallata est clausula, cum omnibus pertinentiis, & juribus.*

3 *Et facta est expressio loci, in quo residet jurispatronatus.*

4 *Villa est unitas quarundam domorum sine muris.*

5 *Juspatronatus non venit in permutatione, nisi sit annexum rebus permutatis.*

6 *Item quoties permutatio non est generalis, sed restricta ad certa bona.*

7 *Licentia ab Episcopo obtenta de ædificando Capellam in aliqua Villa, probat Capellam esse de pertinentiis illius Villæ.*

8 *Probatio annexionis jurispatronatus ad rem permutatam requiritur, quoties nulla expressio sit facta de juribus; secus si fuerit expressa.*

9 *Dictio taxativa non excludit connexa, quæ veniunt in consequentiam.*

10 *Subsequens expressio certorum bonorum non præjudicat præcedenti universalitati.*

11 *Operatur ad probandam juspatronatus fuisse comprehensum in cessione, & n. 12.*

13 *Et quid præcedenti instrumento partes intellexerint.*

14 *Maxime, si observantia conveniat cum verbis cessionis.*

15 *Reservatio aliquorum jurium probat comprehensionem omnium aliorum jurium non exceptuatorum.*

16 *Confessio facta in actu serio, & proportionato, plene probat.*

17 *Voluntas contrahentium non trahitur ad incognita.*

19 *Cessio universalis de Villa cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, comprehendit juspatronatus, quamvis incognitum, & ignoratum.*

19 *In viris nobilibus, apud quos extant scripturæ, & monumen-*

nimenta propria domus, non præsumitur ignorantia decorte eorum familiæ.

20 *Ex mundatione absque aliquo hominis ministerio acquiritur juspatronatus.*

21 *Notitia jurispatronatus presumitur ex reservatione jurium per patronum facta super Capella.*

22 *Capella incorporata Ecclesiæ Parochiali fit pars integralis ejusdem Parochiæ.*

23 *Exceptio de jure tertii non potest allegari.*

24 *Donatario non licet impugnare factum sui Authoris.*

D E C I S I O II.

COmmissa mihi causa appellationis interposita a Sereniss. Principe Episcopo Augustano a sententia R.P.D. mei Decani, qua prævis tribus decisionibus editis 31. Januarii & 10. Junii 1695. ac 6. Febr. 1697. stabilitum fuit competere Baroni Francisco Antonio de Imhoff juspatronatus Ecclesiæ, seu Capellæ Beatæ Mariæ Virginis Auxiliatricis in Campo Lycio, proposui dubium: *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda?* illiusque resolutione dilata ob discrepantiam suffragiorum sub diebus 3. Junii, & 11. Decembris anni proxime elapsi, cum ordine in hac ultima propositione injuncto, ut viderent quintus, & sextus in hodierna Audientia reproposita causa, pro infirmatione sententiæ responsum fuit.

Potissimum fundamentum resolutionis in eo stetit, quia etiam admissa existentia juspatronatus favore Reginæ de Imhoff, ejusque hæredum, descendentium legitimorum, & agnatorum de familia de Imhoff; attamen cum contractu permutationis inito sub die 10. Octobris 1688. inter Episcopum Augustanum, & Hieronymum Dominicum, ac Joannem Baptistam fratres de Imhoff patrem, & patruum respective Francisci Antonii, isti cesserint Ecclesiæ Cathedrali Augustanæ locum Divæ Virginis Auxiliatricis in Campo Lycio, in quo ædificata fuit præfata Capella, seu Ecclesia, sub hac cessione translatum quoque videbatur in Eec. August. juspatronatus ipsis cedentibus competens ex persona Reginæ eorum Aviæ, ut in specie de cessione fundi, vel loci particularis, tenet Zabarell. *cons.* 122. *n.* 2. Covarr. *variar.*
1 *resol. lib.* 2. *cap.* 12. *n* 3. *vers. Tertio*, Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 25. *in fin.* Molin. *de justit. & jur. tom.* 3. *disp.* 620. *n.* 6. *ad fin. vers. quod quando*, Garz. *de benefic. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 12. *& seqq.* Campanill. *divers. jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *n.* 35. Barb. *in cap. ex literis n.* 4. *&* 5. *ad medium de jurepatronat. & vot.* 10. *n.* 15. *& de jur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 228. *& seqq.* Corrad. *in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 4. Seraph. Massin. *de confisc. qu.* 37. *n.* 7. Franc. *variar. resol. cap.* 9. *n.* 17. *& sequentib.* Salgad. *in labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 6. Frass. *de patron. Reg. Indiar. tom.* 1. *cap.* 42. Rota *decis.* 46. *n.* 9. *part.* 9. *recent.* Eoque fortius tum attentis verbis *cum omnibus pertinentiis, & juribus*, cum quibus facta fuit cessio, seu permutatio, operantibus, ut in translatione
2 tione fundi, vel loci particularis procuuldubio veniat juspatronatus illi annexum, Bald. *cons.* 32. *n.* 2. *in princ. lib.* 1. Abb. *in d. cap. ex literis n.* 8. Marc. Antonin. *lib.* 1. *resol.* 60. *n.* 13. *& seq. vers. corroboratur*, Adden. *ad dec.* 46. *n.* 25. *part.* 9. *recent.* Rota coram Seraph. *dec.* 725. *n.* 3. *& in*
3 *rec. decis.* 399. *n.* 2. *part.* 2. *& decis.* 314. *n.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. Tum, & magis ponderando expressam nominationem loci Campi Lycii, qui cum sit ad instar Pagi, seu Villæ, eo quia in eo continentur cum supradicta Ecclesia sexdecim domus unitæ, super quibus habebant Imhoffiani jurisdictionem Bassam, in quo proprie consistit Villa, quæ dicitur unitas
4 quarundam domorum sine moris, ut tradit Bertaz. *de claus.* 21. *gloss.* 23. *sub n.* 3. universitatis permutationem importat, cum qua certius redditur transire jurispatronatus *cap. ex literis* 7. ibi, *Villas, in qua Ecclesia sita est, de jurepatronatu*, & ibidem tradunt Fagnan. *n.* 9. Gonzal. *n.* 2. Antonell. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 1. *&* 23. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 71. *n.* 38. *& seq. de jur. Eccles. univers. lib.* 3. *dict. cap.* 12. *n.* 223. *& seq.* Seraphin. Masin. *de confiscat. dict.* 9. 37. *n.* 7. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 4. *capit.* 5. *n.* 36. *& seq.*

Atque ex his cessare videbantur duo fundamenta pro excludenda translatione jurispatronatus, ponderata in ultima
5 decisione Reverendissimi Domini mei Decani, §. *Demum cum seq.* Primum, quod non probaretur juspatronatus annexum rebus permutatis, ac proinde non potuerit sub simplici rerum permutatione venire, absque eo quod de illo fieret mentio, Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 54. Mantic.
dec. 164. *n.* 3. & secundum, quod cum permutatio non le- 6
gata facta generaliter, & indeterminate, sed taxative, & specialiter ad hospitia, & alia bona, sub eorum permutatione neutiquam translatum dicatur juspatronatus in Ecclesiam Augustanam, Lother. *dicto lib.* 2. *q.* 9. *n.* 52. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *dicta allegat.* 71. *n.* 8. Siquidem quoad annexionem, ultra quod clare patet ex eo, quod in loco Campi Lycii permutato sita est Capella, de cujus patronatu agitur, satis ostendunt, tum licentia eam ædificandi, & concessio jurisdictionis Bassæ facta ab Episcopo de anno 1604. ubi dicitur eam concedere ad 450. passus circum circa Capellam; tum etiam Cæsareum Diploma Rodolphi Secundi Imperatoris in publica, & legali forma extractum, in quo idem Imperator confirmando concessionem dictæ jurisdictionis nuncupavit dictum locum certum spatium, & districtum in Campo Lycio situm, cum enunciativa, quod in eo Regina Capellam ædificaverit, *Summ. Episcop. n.* 1. 2. *&* 19. quæ omnia declarant Capellam esse de pertinentiis, & juribus dictæ Villæ, seu Pagi, ut in specie firma-
vit Rot. *decis.* 314. *n.* 3. *in fine part.* 4. *rec. & dicta decis.* 46. 7
n. 9. *&* 10. *p.* 9. Præterea nec opus est probata dictam annexionem, cum permutatio directe, & principaliter contineat locum B. Mariæ Virginis Auxiliatricis in Campo Lycio; tunc enim requiritur probatio annexionis, quando ceduntur bona simpliciter sine ulla specificatione jurium, quæ ideo sub dispositione venire non possunt, nisi per viam annexionis ab bona nominata; secus autem, quando, prout in præsenti, jura ipsa de per se, & uti constituentia diversam speciem considerantur, Fagnan. *in dict. cap. ex literis n.* 61. *& seqq. de jur. patr.* Lambertin. *de jur. patr. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 5. *art.*
14. *n.* 6. *ante medium*, Rot. *dec.* 207. *n.* 12. *& seqq. p.* 6. *rec.* 8

Minus subsistit secundum, quod cessio dicti loci de Campo Lycio non fuerit facta generaliter, sed taxative ad hospitia, & bona ibidem expressa. Quamvis enim ubi etiam cessio fuisset particularis, hæc esset sufficiens ad effectum transferendi controversum juspatronatus, juxta superius firmata; adhuc illius universalitatem plene resultantem ex generali expressione omnium jurium, & pertinentiarum, non excludit particularis specificatio quorundam bonorum; tum quia facta fuit per hæc verba, *inter quæ &c.* & sic non per modum restrictivum, & taxativum, sed demonstrativum, & declarativum aliquorum bonorum; tum quia taxativa non excludit connexa, quæ veniunt in consequentiam, & quæ alias venirent ex dispositione juris, & ex na-
tura verborum, Rebuff. *in l. Patrum vers. item limitas, &* 9
restringis & vers. ultimo dictio taxativa, ff. de verbor. signif. Menoch. *cons.* 705. *n.* 22. Barb. *ad dict. usfreq. d.* 402. *n.* 6. *& de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 102. *sub n.* 19. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 31. *n.* 4. Rota *decis.* 442. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* tum demum, quia stante præcedenti generali cessione dicti loci una cum omnibus juribus, & pertinentiis,
subsequens expressio hospitiorum, & bonorum non præ- 10
judicat universalitati, sed de jure censetur apposita demonstrative, non taxativa, ut explicat Rot. *in rec. decis.* 181. *n.* 6. *& sequentibus p.* 19. & in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 13. Martii 1682. §. *Non obstante*, & §. *Nihilominus*, cor. bon. mem. Rondinino, & 4. Maii 1684. §. *Non obstante, & seqq.* coram eodem, & in Gerunden. beneficii 26. Martii 1683. §. *Pariter*, coram Eminent. D. Caccia Card. Archiep. Mediolanen.

Eoque facilius DD. in hanc sententiam convenerunt, at- 11
tenta subsecuta observantia, tam ex dictis, quam ex factis elicita, Rot. cor. Cels. *dec.* 15. *n.* 11. & coram Carill. *decis.* 246. *n.* 4. *& in recent. dec.* 52. *n.* 5. *& seqq. part.* 19. quæ plurimum operatur ad probandum juspatronatus fuisse comprehensum in cessione, Rot. *dec.* 400. *n.* 4. coram Pensing.
& dec. 136. *n.* 5. *&* 6. coram Priol. & quod in præcedenti in- 12
strumento partes intellexerit, Craver. *cons.* 294. *n* 8. Spad. *cons.* 157. *n.* 19. *lib.* 1. Rot. *dec* 87. *n* 20. *part.* 9. *& dec.* 155. *n.* 15. *& dec.* 212. *n.* 7. *p.* 17. maxime cum verba ipsa cessionis capacia, & adaptata sint intelligentiæ ab observantia tra-
ditæ, Rot. coram Merlin. *dec.* 728. *n.* 2. & coram Priol. *de-* 13
cis. 104. *n.* 6. *&* 7. Ab anno siquidem 1688 stipulatæ permutationis, Imhoffiani nunquam prætenderunt juspatro-
natus super dicta Capella, imo eadem permutatione jam se- 14
cuta, fratres de Imhoff permutantes sub die 10. Novembris ejusdem anni, coram Episcopo Augustano declararunt, quod ante permutationem tria puncta super Capella sibi reservarunt, ibi, *Qualiter nobis ante effective conclusam permutationem jam recensendam, a celsitudine vestra omnibus viribus agnita, & pro justis habita, tria puncta humillime reservavimus &c. ut in Summar. Episcop. num.* 20. assisten-
tiam

riam nimirum senioris ex linea Imhoff tam aperitioni gazophilaciorum, quam susceptioni rationum redituum prædictæ Ecclesiæ. Oratorium itidem eadem Ecclesia, & Epitaphium pro Regina fundatrice; quæ reservationes probant Capellam cum cæteris aliis juribus translatam fuisse in Cathedralem, ex natura reservationis importantis generalem comprehensionem omnium aliorum jurium non
15 exceptuatorum, *leg. quæsitum*, §. *Denique*, *ff. de fund. instruct.* Costrens. *cons.* 70. *n.* 3. *lib.* 1. Surd. *cons.* 152. *num.* 43. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss* 13. *n* 77. Addcn. *ad dec.* 46. *n.* 18. & 1. *part.* 9. *recent.* Rot. *decis.* 101. *n.* 10. post Vivian. *de jurepatronat.* & coram Coccin. *dec.* 157. *n.* 4. & *decis.* 375. *n.* 11. & coram Priol. *dec.* 95. *n.* 12. *et in rec. decis.* 69. *n.* 4. *part.* 1.

Quod, & clarius indicat alia supplicatio exhibita Episcopo Augustano de anno 1676. per Joannem Baptistam unum ex permutantibus, & patrem Francisci Antonii Actoris, pro habenda confirmatione prædictorum jurium reservatorum, in qua expresse fassus fuit, in sæpe dicta cessione comprehensam fuisse Ecclesiam, seu Capellam, ibi, *Cum alienatio, et cessio Templi una cum appartinentiis ad B. Virginem Auxiliatricem in Campo Lycio de Imhoffianis ad celsissimas manus facta fuerit*, *d. Summ. n* 22. Quæ confessio cum emanaverit ab uno ex contrahentibus, de intelligentia contractus plene instructo, & Auctore prædicti Francisci Antonii, ac in actu serio, & proportionato, ple-
16 ne probat, ad Text. in *l. generaliter* 13. *C. de non numerat. pecun.* Bart. in *l. pro harede n.* 3. *ff. de acquiren. possess.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 26. Mascard. *de probat. concl.* 43. *n.* 9. *et concl.* 47. *n.* 16. Cyriac. *controv.* 244 *num.* 30. Angel. *de confess. lib.* 1. *quæst.* 1. *n.* 14. *et lib.* 3. *quæst.* 20. *n.* 2.

Firmata sic comprehensione jurispatronatus tam ex verbis, quam ex mente contrahentium, nec etiam attendi merentur aliæ duæ exceptiones in contrarium oppositæ; non quidem prima desumpta ex probabili ignorantia jurispatronatus in permutantibus, ex quo de illius acquisitione adhuc hodie dubitetur, & Episcopus semper negaverit illud adfuisse, cum tamen certum sit voluntatem contrahentium nunquam trahi posse ad incognita, seu incogitata,
17 ad Text. *in l. ignorans*, *ff. de locat. leg. Labeo* 7. §. *Tubero*, *ff. de supplect. legat.* Mantic. *de conject. ultimorum volunt. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 1. Rot. *in recent. dec.* 139. *n.* 7. *et* 8. *part.* 1. *et dec.* 172. *n.* 4. *part.* 5. *et dec.* 87. *n* 6. *p.* 19. & in Bononien. fideicommissi 9. Decembris 1697. §. *Atque hinc*, coram R. P. D. meo Molines. Ultra quod enim cum cessio fuerit universalis de Villa cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, sub ea venit quoque juspatronatus, quamvis ignotum, & ignoratum, tanquam eidem Villæ annexum,
18 Cravet. *cons.* 227. *n.* 12. Menoch. *cons.* 496. *n* 59. 60. Galeran. *de renunc. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 13. *vers. Sed Contrarium*, Donat. *eod. tract. cap.* 4. *n.* 21. *a n.* 13. *et seqq.*

Urget præterea, quod viri nobiles, ut erant prædicti fratres de Imhoff, non præsumuntur ignorasse decus, & jura honorifica eorum familiæ, nec est verisimile, quod habeat notitiam de patronatu Actor tertius hæres, quodque eandem non habuerint filii memoratæ Reginæ fundatricis, quorum alter erat Consul Augustanus sub hac qualitate nominatus in epistola Episcopi anni 1628. maxime extantibus penes ipsos tot documentis exhibitis a Barone præseferentibus fundationem Capellæ, ejusque consecrationis, ac omnium actuum a d. Fundatrice, ejusque immediatis successoribus gestorum confirmationem; ejusmodi signanter est protestatio ab eadem Regina emissa de anno 1624. in qua specialis, ac individua fit mentio jurispatronatus su-
19 per Capella, *Summ. Baronis n.* 11. ex quibus omnibus excluditur ignorantiæ præsumptio, ad tradita per Roman. *consil.* 127. *sub n.* 1. Cardin. de Luca *de credit. disc.* 132. *sub num.* 6. *et de jur. part. disc.* 64. *sub numer.* 5. *et* 6. Rota *decision.* 418. *numer.* 3. *part.* 1. *divers.* Atque ulterius de plena scientia eorundem fratrum ante permutationem satis constatum ex nonnullis antiquis prætensionibus per ipsos ante permutationem excitatis, referendo Codicillos Regi-
20 næ, ex quibus illis innotuerat fundatio Capellæ, *dicto Summ. num.* 8. 9. 10. *et* 24. cum ex fundatione absque aliquo hominis ministerio juspatronatus acquiratur, *cap. nobis de jurepatr.* Spad. *consil.* 6. *num.* 3. *et cons.* 7. *num.* 1. *tom.* 2. Vivian. *de jurepatron. part.* 1. *libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 9. *et* 23. Lothet. *de re benefic. libr.* 2. *quæst.* 7. *numer.* 4. *et seqq.* Ricc. *in prax. Archiepiscop. resolut.* 123. *numer.* 3. *part.* 1. Rot. coram Merlin. *decision.* 35. *numer.* 1. coram Bich. *decision.* 162. *numer.* 6. coram Arguell. *decis.* 117. *numer.* 13. coram Zarat. *decision.* 80. *num.* 13. *et in recent. decis.* 175. *num.* 2. *part.* 5. *tom.* 1. *et decis* 89. *num.* 2. *part.* 6. cum etiam ex quo iidem permutantes in supplicatione facta Episcopo pro concessione, seu confirmatione prædictorum trium jurium, non solum declararunt, quod eorum Avia fuerat fundatrix Capellæ, verum etiam quod ipsi in permutatione sibi reservaverant, licet in illius instrumento inserta non fuerint, hujusmodi tria jura honorifica, quæ cum non ex alia causa prætendere possunt, nisi tanquam patro-
ni prædictæ Capellæ, eorum reservatio notitiam jurispa- 21
tronatus in acquirentibus præsupponit, argum. Text. *in l. quadam mulier cum ibi notat ff. de rei vindicat. l.* 2. *ff. usufruct.* Cravet. *cons.* 226. *sub n.* 5. *et* 6.

Multo minus meretur attendi secunda exceptio ex eo deducta, quod cum controversa Capella fuerit incorporata Ecclesiæ Parochiali Meitringen. *Summ. Actori num.* 1. per hanc incorporationem separata fuerit a bonis permutatis, atque effecta pars integralis ejusdem Parochiæ, & inseparabilis ab illa, Abb. *in cap. quanta n.* 5. 6 *de judic.* Cravett.
cons. 818. *n.* 3. Mauric. *de execut. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 8. Merlin. *de-* 22
cis. 115. *n* 4. 5. & *dec.* 625. *n.* 1. Bich. *dec.* 311. *n.* 29. & *seqq.* Nam quidquid sit de hujusmodi incorporatione, de qua non constat, nisi ex dispositione Reginæ fundatricis, impediri non poterat ex hoc capite, quin juspatronatus transiret in Ecclesiam Augustanam per alienationem, seu translationem loci, in quo sita est Capella; nullumque præjudicium exinde irrogatur Ecclesiæ Parochiali, quæ ex translatione jurispatronatus, de qua hodie unice disceptatur, potius retrahit utilitatem, dum libertatem consequitur, & Capellanos perpetuus dictæ Capellæ circa controversiam Missas celebrat, ac cætera alia jura parochialia exercet, quæ ex incorporatione illi competerent, in villicos, & incolas d. loci. Hisque præterea accedit, quod nec Franciscus Antonius hujusmodi exceptionem proponere valet, vel quia est
de jure tertii, de quo regulariter nemo potest excipere, *l.* 1. 23
C. de excep. re judic. Rot. cor. Coccin. *dec.* 701. *n.* 2. & coram Cerr. *dec.* 612. *in fin.* vel quia ipsi tanquam donatario prædictorum contrahentium non licet permutationem factam a suis Authoribus impugnare, ad text. *in l. cum a ma-*
tre, *C. de rei vindic.* Ruin. *cons.* 128. *n.* 16. *lib.* 2. Bonden. 24
collect. leg. 11. *n.* 16. *l.* 2. Rot. coram Cels. *dec.* 124. *n.* 11. & *in rec. dec.* 101. *n.* 21. *p.* 9. & *dec.* 332. *n.* 32. *p.* 18.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Camerinen. Jurispatronatus.

Luna 20. *Maii* 1694.

ARGUMENTUM.

Ex reædificatione an acquiratur juspatronatus, quæque ad d. effectum exigantur, ad materiam *disc.* 11. Card. de Luca *de jur. patronat.*

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus ex Ecclesia reædificatione acquiritur.*
2 *Ad probandum juspatronatus satis est ostendere sententiam.*
3 *Ac etiam institutio facta ad præsentationem patroni sufficiens reputatur.*
4 *Eo magis ad probandum juspatronatus inservit sententia, si ista in judicatam transiverit.*
5 *Non præsumitur, quod Episcopus, si Ecclesia non esset patronalis, diu stetisset ad illius vindicandam libertatem.*
6 *Patronus acquirit in Ecclesia præeminentiam, et præcedentiam.*
7 *Ex reservatione jurispatronatus censetur reservatum quoque jus præsentandi Rectorem.*
8 *Reædificator connumeratur inter constructores.*
9 *Eique competit in Ecclesia reædificata jus præsentandi Rectorem.*
10 *Ordinarius reservando juspatronatus cum qualitate laicali censetur, reservasse jus præsentandi.*
11 *Ad effectum acquirendi jus præsentandi ex reædificatione exigitur, quod Ecclesia casu desolata sit, quia si destruatur animo illam reædificandi, patronatus non acquiritur.*

12 *Limi-*

12 *Limitatur, si Ecclesia minaretur ruinam, et cum consensu Ordinarii extiterit reædificata.*
13 *Hæc limitatio procedit, etiam si reædificatio fiat cum eisdem cæmentis.*
14 *Ecclesia sunt reparanda ex eleemosynis, et Parochi, ac populi contributione.*
15 *Juspatronatus censetur acquisitum eo ipso, quod de illius remissione non constat.*
16 *Unica etiam sufficit præsentatio effectum sortita in judicio manutentionis, licet agatur contra Ordinarium prætendentem libertatem,*

DECISIO III.

PArochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via parvæ, & in-
decentis figuræ, ac in pluribus partibus ruinosa exigui
valoris, & non capax recipere populi concursum ob ma-
gnam devotionem erga Imaginem miraculosam S. Mariæ
in dicta Ecclesia existentem, cum non posset de facili repa-
rari, sed necessaria fuisset nova reædificatio, & constructio
a bon. mem. Cardinali Georio, una cum domibus ei conne-
xis solo adæquata fuit, nova Ecclesia una cum domibus a
fundamentis reædificata, & constructa propriis sumptibus,
& expensis; quo peracto idem Cardinalis coram fan. mem.
Clemente X. tunc Episcopo Camerinen. declarari sibi, suis-
que hæredibus, & successoribus competere juspatronatus
laicale, & præsentandi; a quo obtinuit favorabilem sen-
tentiam de anno 1643. citato procuratore fiscali, adjudi-
cantem juspatronatus laicale pro se, hæredibus ac successo-
ribus suis in perpetuum, quæ transitum fecit in judicatum,
& ejus vigore occurrente de anno 1657. vacatione dictæ
Ecclesiæ per mortem Prioris, seu Parochi, ad eam præsen-
tatus fuit per dictum Cardinalem Bernardinus Ceccarellus,
eique concessa institutio per Ordinarium. Cum autem no-
pes vacasset eadem Ecclesia Parochialis per mortem dicti
Bernardini, Venantius Georius dicti Cardinalis nepos, &
hæres, præsentavit Antonium Franciscum ejus germanum
fratrem, qui a Vicario generali institutionem obtinere non
valuit, quinimo ac si parochialis esset liberæ collationis,
indixit concursum ad formam Sacri Concil. Trident. *sess.*
24. cap 18. de reformat. & deinde per sententiam declaravit
non constare de jurepatronatus favore dicti Venantii, &
ideo magis idoneum, & approbatum in eodem concursu,
instituendum esse ad dictam Parochialem: a qua sententia
appellatione interposita, & causa mihi commissa, cahi-
bui die 19. Junii proxime elapsi disceptandum dubium, an
constet de jurepatronatus, itaut præsentatus sit instituen-
dus; quod cum non fuerit resolutum, hodie iterum re-
proposita causa, DD. existimarunt constare de jurepatro-
natus, & præsentatum esse instituendum.

Desumentes decidendi rationem quoad existentiam juris-
patronatus, ex quo ex Testibus formiter examinatis ann.
1643. constat dictum Cardinalem non restaurasse, seu repa-
rasse aliquam partem præfatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, sed
eam utpote ruinam minantem, & ignobilis structuræ, de con-
sensu Episcopi funditus destruxisse, & a fundamentis de no-
vo construxisse, ac in totum reædificasse, eam in novam,
ampliorem, & elegantem formam magis impensis reducen-
do, quo stante juspatronatus acquisitum fuit præfato Car-
1 dinali, uti totali reædificatori, gloss. *in cap. Quoniam,*
verb. fundatores de jurepatronatus, ubi Fagnan. *numer.* 54.
Lambertin. *de jurepatronatus p.* 1. *lib.* 2. *qu.*6. *art.*6. *num.*17.
& 18. Vivian. *in praxi jurepatron. lib.*2. *cap.*5. *n.*5. Barbos.
de offic. & potestat. Episcop. alleg. 70. *n.*6. Rot. *decis.* 1559.
*n.*26. coram Coccin. *dec.* 39. *n.*15. coram Ninot. *decis.* 514.
*n.*9. *&* 20. *p.*13. *& dec.* 163. *n.*9. *p.*17.

Absque dubio in casu præsenti, quia vigore præfatorum
testium audito Procuratore fiscali, prolata fuit sententia ab
Ordinario de anno 1643. declarans competere d. juspatro-
2 natus uti laicale præfato Cardinali, suisque hæredibus, &
successoribus, quæ sententia satis deservit pro justificatione
jurispatronatus, Rota *dec.* 120. *n.*23. coram Cerro, *& de-*
*cis.*445. *n.*6. *& dec.*298. *n.*3 *part.* 9. *& dec.* 25. *n.*9. *part.* 12.
juncta altera sententia de anno 1657. qua concessa fuit Ber-
3 nardino Ceccarello institutio, uti præsentato a dict. Cardi-
nali, Rota *dec.* 265. *n.*8. coram Priolo *dec.* 545. *num.* 21. *&*
seq. part. 9. *dec.* 333. *n.*5. p.17. Quæ sententiæ magis robur
4 sumunt, eisque omnino deferendum venit, dum in aucto-
ritatem rei judicatæ transitum fecerunt, Rota *dec.* 118. *n.*
38. *& dec.*337. *n.*13. coram Priolo, & in Nolana beneficii
4. Julii 1675. §. *Litterarum, vers. tunc ex antiqua sententia,*
coram bon. mem. Roudidiun; tantoque certius, quia præ-
fatus Ceccarellus præsentatus pacifice possedit præfatam
Ecclesiam per quadraginta fere annos absque ulla molestia
Episcoporum pro tempore, neque in visitationibus, neque
extra; si enim præfata Ecclesia non esset de jurepatronatus,
non permisissent Episcopi pro tempore eam obtineri a Ber- 5
nardino præsentato, sed Ecclesiæ libertatem vindicassent.

Neque adduci valet, quod per dictam sententiam anni
1643. reservatum fuerit tantum juspatronatus honorifi-
cum, consistens in inscriptionibus, armis, imaginibus seu
illorum appositione, præeminentia, & præcedentia in pro-
cessionibus, de quibus Rota *in decis.* 62. *&* 82. *la seconda,*
coram Carillo, ubi aliæ referuntur prærogativæ patronatus 6
honorifici, non autem jus præsentandi Rectorem, quia ob-
servarunt DD. quod in dicta sententia præfatus Cardinalis 7
appellatur reædificator Ecclesiæ in totum, cum omnibus re-
quisitis necessariis pro acquirendo jurepatronatus reædifi-
catori, de quibus supra in §. *Desumentes;* unde sequitur, quod
dum eadem sententia reservat juspatronatus, intelligenda
veniat etiam quoad jus præsentandi Rectorem, quod est
præeminentia, & fructus jurispatronatus, Lambert. *de ju-*
repatr. lib. 1. *p.* 1. *art.* 9. *qu.*8. *princ. n.* 12. Leothen. *for. Ec-*
clesi. p. 2. *cap.* 16. *n.*72. Rot. *dec.* 255. *n.* 11. *p.*11. *& dec.* 2. *n.*
5. *p.*13. de jure autem constructori Ecclesiæ (qualis etiam
dicitur reædificator Gloss. *in d. cap.* 3. *de jurepatr. verb fun-* 8
datores, ubi Fagnan. *n.*34.) competit etiam jus præsentan-
di, seu nominandi Rectorem, *Can. Monasterium* 16. *qu.*7. 9

Eoque fortius reflectendo, quod Ordinarius in eadem
sententia reservavit juspatronatus Cardinali ejusque hære-
dibus, & successoribus, cum expressione, quod esset laicale,
quod declaratio necessario supponit jus præsentandi Recto-
rem, cum alias in jurepatronatus honorifico esset superflua,
solumq; apponi solet hujusmodi expressio qualitatis laica-
lis ad finem eximendi patronatum in futuris vocationibus
a Regulis Cancellariæ, & ut patronus in omnibus mensi-
bus possit habere præsentationem beneficii, Gonzal. *ad re-* 10
*gul.*8. *Cancell. gloss.* 18. *sub n.*2. *vers. aut enim,* Cottrad. *in*
*prax. benef. lib.*4. *cap.*2. *sub n.*60. *vers præter.* Card. de Luc.
de jurepatr. decis. 65. *n.*24. Rot. dec. 370. n. 19. cor. Cerro.

Et si quæ dubietas caderet super interpretatione præfatæ
sententiæ circa reservationem juris præsentandi, ea penitus
removetur ex subsecuta observantia vocationis, nempe quæ
postea evenit de anno 1658. in qua, ut dictum est, præsen-
tatus a Cardinali institutus fuit per Ordinarium, & pacifi-
ce possedit per 40. fere annos, & usque ad obitum.

Parum refragante, quod ad acquirendum juspatronatus
ex reædificatione requiratur, quod Ecclesia casu desolata sit,
non vero ubi destruitur animo illam reædificandi, ad tra-
dita per Bern. *in dict. cap. Quoniam de jurepatronat.* Catten. 11
resol. 28. *n.*2. Gonal. *ad regul.*8. *gloss.* 18. *n.*53. Card. de Lu-
ca *de jurepatron. disc.* 55. *n.*16. Rot. *dec.* 514. *n.*9. *p.*13 quo-
niam in præsenti versamur in casu, quo Ecclesia minaba-
tur ruinam, & Cardinalis illam funditus destruxit, &
novam construxit, ac reædificavit a fundamentis, de ex-
presso consensu Episcopi, & Rectoris dictæ Ecclesiæ, ac
Communitatis Camerini, quibus concurrentibus, acqui-
ritur reædificanti juspatronatus, licet Ecclesiam non casu
desolatam, sed adhuc stantem destruat, & novam reædi- 12
ficet, §. 1. *vers. si autem non sufficiat authent. ut nullus fa-*
bricet Ordinariis domos coll. 5. *cit.* 17. & tenent Angelus
Aretinus *in dict.* 6. 1. Paulus de Cittadinis *de jurepatr. p.* 3.
*n.*41. *vers. & per illam.*

Quod procedit etiam, si reædificatio fiat ex eisdem cæ-
mentis seu materia, quia adhuc hoc casu reædificans de
Ordinarii consensu Ecclesiam penitus destructam acquirit
juspatronatus, & desinit esse patronus, qui illam prius
construxit, Glos. *in d. cap.* 3. *de jurepatr. verb. fundatores,* 13
ut ibidem Fagnan. *n.*58.

Prout non urget, quod reparatio Ecclesiæ debuisset fieri
ex eleemosynis & contributions Parochi, ac populi, Conc.
Trid. *sess.*21. *de reform. cap.*7. Card. de Luca in adnotat. ad 14
idem Concil. *disc.* 17. *num.* 8. *& in miscell. Eccles. disc.* 29.
Rot. *dec.*68. *n.*1.2. coram Ninot quia in supradicta senten-
tia Ordinarii ann. 1643. in judicatum transacta expresse
dicitur, sufficientes Ecclesiæ Parochialis fructus non ad-
fuisse, & Parochianos tot sumptus ferre non valuisse.

De voluntate autem præfati Cardinalis acquirendi di-
ctum juspatronatus, & jus præsentandi Rectorem, satis
constare visum est eo ipso, quod in reædificatione, ac in pe-
titione facta coram Ordinario ad reædificandum, illud ex-
presse non remisit, *cap. significavit* 41. *de testibus, cap. no-*
bis 25. *de jurepatron.* Lambertin. *de jurepatronat. lib.* 1. *p.* 1.
*q.*2. *art.*4. *num.* 12. *vers. tenendo,* Cottrad. *in prax. benefic.*
*lib.*4.

Digitized by Google

lib. 4. *cap.* 4. *n.* 29. Lother. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 7. *n.* 4. Add. ad Buratt. *decis.* 1. *n.* 14. Rot. *dec.* 147. *n.* 1. *dec.* 285. *n.* 5. coram Dunan. *dec.* 693. *n.* 8. coram Merlin. *& dec.* 249. *n.* 7. *&* 9. Præterea, quia statim, ac reædificationem complevit, petiit coram Ordinario, citato procuratore fiscali, declarari sibi competere juspatronatus, quod obtinuit cum possessione inde secuta præsentandi Rectorem.

Quæ omnia facilius procedere visa sunt attento, quod versamur in judicio summariissimo possessorio, & suspenso petitorio, quo casu ad effectum manutentionis in possessione præsentandi sufficit unica præsentatio effectum sortita, etiam contra Ordinarium prætendentem libertatem beneficii; & signanter, quia ex supra deductis adcerat de titulo
16 legitimo ad acquirendum Juspatronatus, Rot. *dec.* 370. *n.* 2. cor. Greg. XV. *decis.* 23. *n.* 7. cor. Dunan. *dec.* 270. *num.* 49. cor. Cerro, & in Olomucen. jurisdictionis 19. Januarii, & 15. Junii superioris anni, cor. R. P. D. meo Muto confirmatis currentis mensis coram me.

Ex quibus de plano sequitur resolutio quoad secundam partem dubii circa institutionem Antonii Francisci præsentati, cujus idoneitas non controvertitur.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. URSINO.

Augustana Jurispatronatus.

Lunæ 6. Februarii 1696.

ARGUMENTUM.

Patronus potest prætendere jus retinendi nedum claves Ecclesiæ patronatæ, sed etiam sacrarum supellectilium, ac etiam administrandi reditus Ecclesiæ, dummodo peratur per viam custodiæ, non vero per modum spiritualis dominii, ad declarationem *disc.* 12. Card. de Luca *de jurepatr.*

SUMMARIUM.

1 *Spoliatus succurritur remedio reintegrationis.*
Et reintegrationis ejus favore decernuntur ad omnia jura, quæ habebat, quacunque exceptione rejecta, licet ista consisteret in renunciatione juris pro spolio competenti, & n. 3. 4. *&* 10.

5 *Clavium retentio dinumeratur inter jura Parochialia.*

6 *Patronus non potest prætendere retentionem clavium, limitn, ut n.* 7.

8 *Accessorium induere debet naturam principalis, a quo dependet, & n.* 9.

11 *Patronis laicis competit de jure administratio temporalis redituum Ecclesiæ per viam custodiæ.*

12 *Fundator valet in limine acquisitionis Patronatus omnes conditiones apponere, & pacta, licet juri repugnarent.*

13 *Ea quæ in fundatione demandata fuere, non possunt per Ordinarium subverti, sed religiose sunt adimplenda.*

14 *In judicio spolii omnia in pristinum reponi debent.*

15 *Episcopus non potest Ecclesiam patronatam monasterium efficere.*

16 *Quidquid cum oblationibus peragitur, cadit sub jure patronorum, si similes oblationes in fundatione a fundatore fuerint destinatæ.*

17 *Ignorantia in hæredibus præsumitur.*

18 *Renunciatio argui non potest, si non probetur scientia juris, quod habet is, qui renunciationem explet.*

19 *Spolium violentum quomodo purgandum.*

DECISIO IV.

CUm diversum fuerit sortita judicium in binis resolutionibus coram me editis sub diebus 31. Januarii, & 30. Junii anni præteriti, instantia reintegrationis promota a Barone Francisco Antonio de Imhoff ad patronatum, ac jura patronalia Capellæ Beatæ Mariæ Virginis Auxiliatriciæ in Campo Lycio, quibus spoliata Regina ejus Auctrix extiterat usque de anno 1624. a Ministris Episcopalibus Augustanis; hodie libratis utriusque decisionis fundamentis, inventa sunt minus habere illa posterioris, quæ limitate reintegrationem concedebat ad certa designata jura, aliis denegatis, ac respective prævaluerunt ea, quibus prior decisio indefinite reintegrationem admittens nitebatur, quibus proinde partes sub congruo dubio requisiti inhærere voluerunt sub rescripto: *In primo loco Decisis.*

Re namque distincte pertractata, ac divisis juribus, in quibus utraque decisio concordat, ab aliis resolutionem diversificantibus, contentio sistebat. Primo, in reintegratione ad patronatum, ac cætera jura illius consecutiva, & accessoria ex juris, vel legitimæ consuetudinis ministerio. Secundo, in retentione clavium Ecclesiæ, seu Capellæ. Tertio, in asservatione clavium sacrarum supellectilium, & administratione oblationum. Et quarto, in expetita reintegratione ad monasterium prope Capellam extructum, & inhabitatum a Patribus Minoribus de Observantia; quibus omnibus inspectionibus particulariter examinatis sub facto altius repetito, ac juribus noviter hodie productis coadjuto, actor non tantum in primis factus est voti compos, juxta sensum posterioris resolutionis, sed in omnibus æque reintegrationis expostulatum remedium sibi decidi obtinuit ex rationibus in sua peculiari classe, & methodo inferius recensendis. 1

Et exordiendo a patronatu, juribusque ei legitime succedaneis, res omni vacabat difficultate, quia hodie verificato uberius primo externo pertinentiæ controversi juris honorifici ex resolutione capta in hacmet audientia super particulari dubio illud concernente, confirmatoria duarum priorum uniformium super possessione Reginæ, ac spolio ab ea passo, ulterior controversia non promovebatur, cum re vera a documentis recensitis in prima decisione §. *Constabat quippe, & sequentibus*, ac ob objecta vindicatis in secunda §. *Quæ namque ad patronatum pariter cum sequentibus*, transiret in evidentiam, privato imperio Ministros Episcopales e legitima Capellæ possessione violenter ejecisse patronos, quibus idcirco opere integrationis succurrendum esse, clamat Text. *in cap.* 1. *& tot. tit. de restit. spoliat.* & Innocent. *in cap. querelam n.* 3. *de electione*, & Rota coram Priol. *dec.* 19. *n.* 12. 13. & alibi satis obvie.

In consequentiam autem reintegrationis ad jura patronalia consurgit restitutio clavium Ecclesiæ, seu Capellæ, tam inspecta privilegiata natura judicii, quam bono jure patronis assistente pro illarum consecutione. Et quidem pensata judicii reintegrativi quidditate, cum plenissime verificatum fuerit claves Capellæ ante spolium passum extitisse penes Reginam fundatricem, imo & de tempore præciso spolii ex reiteratis confessionibus tam Vicarii Episcopalis, qui in actu judicialis præsentationis fassus fuit Reginæ expostulasse claves Capellæ, & Ærarii, primo Summario illorum de Imhoff *n.* 8. quam ipsiusmet Episcopi, qui literis specialibus eas expetit, & suo Suffraganeo tradi postulavit septem diebus ante spolii consummationem, præterito Summario Episcopi *n.* 5. Unde innata notoria propositio, ad reintegrationem assequendam spoliatos in omnibus, & per omnia primis juribus restituendos esse, quibuscunque exceptionibus ad petitorium rejectis, ut ex altera Text. *in cap. solicitæ de restit. spoliat.* tradunt Bald. *eodem* 2
tit. cap. 2. *in princ.* Peregr. *cons.* 133. *num.* 1. *& seqq. tom.* 5. Cyriac. *controv.* 389 *num.* 32. ubi ampliatur propositio, etiamsi exceptio esset renunciationis spoliatio. Et ratio est, quia in odium spoliatoris in hoc judicio reintegrandæ sufficit tantum probare laudata extrema, ut reintegratio sit concedenda ad statum, usque ulteriori indagine tituli possessionis vel spolii, ut bene firmat Adden. ad Ludovis. *dec.* 3
542. *num* 13. *cum ibi allegat.* ac etiam in terminis injunctæ 4
possessionis spoliati, Cravet *cons.* 142. *n.* 2. Peregr. *d. cons.* 133. *n.* 1. *& seqq.* & Boss. *de pluribus violent. n.* 43.

Idem autem emicat ex juris dispositione, quia retentio clavium enumeratur inter jura patronalia, ex deductis a Rota in Fanen. Ecclesiæ, seu Clavium 5. Junii 1688. § *Firmato autem*, coram Reverendissimo Decano; quæ præeminentia licet ex dispositione Sacrorum Canonum videatur 5
incompetere patronis laicis, id tamen procedit in retentione petita per modum spiritualis dominii, quod laicis incongruit, in quibus terminis locum sibi vindicant dicta Innoc. Fagnan. aliorumque scriben. *in cap. cum vos de offic. Ordin.* & loquitur Lambertin. *de jurepatronat. part.* 2. *lib.* 6
2. *quæst.* 1. *art.* 29. *numer.* 1. *vers. sed Ecclesia patronata*, *& numer.* 10. *& seqq.* Vivian. *eodem tract. part.* 12. *lib.* 7. *cap.* 8. *numer.* 1. *&* 2. & Tondut. *resol. benef. part.* 1. *capit.* 63. *a num.* 12. *ad* 16. Secus tamen est, quando expostulatur uti quid temporale, & honorificum omnino distinctum a dominio, & per modum majoris custodiæ, defensionis, & securitatis propriarum Ecclesiarum; nam eo casu, excluso titulo dominii, quem in rebus sacris Laici sor- 7

tiri

titi non valent, retentio clavium ad custodiam patrinis etiam laicis conceditur, ut de communi Orbis consuetudine testantur Tort. *de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 319. *& seqq.* Card. de Luc. *de praeminent. disc.* 40. *in princ. & n.* 8 *& 9.* ubi refert decretum Sacræ Congregationis Rituum, in *Miscellan.* Eccles. *disc.* 35. *n.* 10. Andreol. *contr.* 381. *n.* 1, *cum seqq.* ubi ita altero decreto Sacr. Rituum Congregationem desinisse demonstrat, & in fortioribus terminis innuit Rota coram Merlin. *dec.* 632. *num.* 2. *&* 3. ubi concessa fuit manutentio laicis etiam non patronis, ex sola retentione clavium Ecclesiæ.

Nec turbat, Capellam fuisse in exigua forma ab initio a Regina extructam, ac successive Episcopi munificentia amplìatam extitisse per superadditionem geminæ Capellæ, qua stante jura parochialia retentionis clavium vel competant soli Episcopo, aut patronis laicis spectare possint pro nuda Capella. Quoniam præmisso, ampliationem appositam evenisse in fundo illorum de Imhoff violenter usurpato, sicque continuative ad spolium præcedens, a quo nullum jus Ordinario occupanti exoriri valebat, satis favet responsio, additamentum amplificativum Capellæ demandatum præcise fuisse a fundatrice in limine acquisitionis patronatus, authorizantem, etiam Episcopo, Summario primo Baronii *n.* 2. quia in distinctis oblationibus, quas super Altari in Sacrificio Missæ offerri contingeret, ab aliis, quæ post Missas obvenissent, *primas* spectare parocho sancitur, *posteriores* vero in usum fabricæ, & ampliationis Ecclesiæ impendi determinatur. Quamobrem cum ex dictis oblationibus Episcopus spolians Ecclesiam amplisverit, ita adimplendo volitum ab ipsamet fundatrice, fabrica superventa non est

8 distincta a Capella, sed reputatur pars integralis illius, super qua in consequens patronis eadem met jura competunt, cum uti accessorium induere debeat naturam principalis, a quo dependet, ex Text. aperto *in cap. si super grat in* 9. *de offic. et potest. judic. deleg. in* 6. Menoch. *cons.* 58. *n.* 13. *& seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 31. *n.* 8. Grat. *discept. for. cap.* 937. *n.* 22. Rota coram Dunoz. Jun. *dec.* 552. *&* 623. *utrobique n.* 6.

Et optima est illatio; quod sicuti Regina ex oblationibus super ædificata Ecclesia, spolio secluso, jura patronalia integraliter conservasset; ita ejus hæredes in sequelam reinte-

9 grationis obtinere debent omnia ea jura, quæ alias eis competissent in sequelam, & adimplementum fundationis, a qua jus metiuntur, ut observant Lambertin. *de jurepatr. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 4. *art.* 7. *in princ.* Barbos. ad Concil. *sess.* 14. *de refor. cap.* 13. *n.* 7. Rota *dec.* 165. *n* 5. *&* 6. *p.* 2. *divers. & in rec. dec.* 758. *n.* 2. *part.* 2. & Adden. ad Buratt. *dec.* 21. *n.* 16.

Post hæc succedit in classe jurium patronalium, juxta methodum ab initio designatum, custodia supellectilium, & administratio oblationum, ad quas fuit in præterita decisione denegata reintegratio, tam præsupposito deficientiæ possessionis in Regina, præmisso principio incapacitatis laicorum quoad administrationem rerum spiritualium, & Ecclesiasticarum, quam ea fundamento resistentiæ legis fundationis; quæ tamen cum ea hodie novi-

10 ter animadversa insubsisterent in facto, Domini non hæsitarunt mutare consilium.

Probata nanque fuit concludenter possessio Reginæ ante spolium, tam ex protestatione judiciali, quam ex literis specialibus Episcopi, & postulationibus Vicarii, quæ omnes conveniunt quoad claves Gazophylaciorum a Regina detentas. Unde inniant ad propositum omnes superius explanatæ regulæ pro reintegratione spoliati ad statum absque alia discussione tituli, vel boni juris, quæ petitorio judicio reservatur ex natura remedii reintegrativi, juxta auctoritates laudatas in superiori §. *in consequentiam autem*.

Et sub hoc themate inquirendum non est, an qualitas laicalitatis obsistat; quia ad intentum sufficit nuda possessio, & spolium, quæ sunt extrema in hoc judicio verificanda; cum tamen ad propositum satis dubium remaneat, an patronis laicis de jure competat saltem administratio temporalis per viam custodiæ, & œconomicæ superintendentiæ quoad reditum Ecclesiæ patronatæ, cum hoc jus substantiatum in solo facto ad differentiam juris spiritualia regimen Ecclesiæ respicientis videatur eis permissum, ex

11 auctoritatibus Ferrat. *cons.* 141. *n.* 2. *& fin. n.* 7. Dec. *consil.* 148. *sub num.* 3. Card. de Luca *Miscell. Eccles. disc.* 35. *n.* 9. *&* 10. Franch. *de Eccles. Cathedral. cap.* 15. *n.* 341. *& seqq.* Tort. *de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 316. *&* 317. Andreol. *controv.* 381. *n.* 17. *& seqq.*

Potissime attenta consuetudine regionis, quæ probari prætendebatur a Barone ex documentis in hodierno Summario *num.* 1. *& sequentibus*. Quamobrem eo fortius, non data obstante mali juris possidentis, reintegratio veni tim-patienda.

Lex vero fundationis non tantum minime resistit, quinimmo ab ea optimum argumentum desumitur pro pertinentia custodiæ supellectilium, & administratione oblationum favore Reginæ, & successorum in patronatu, quia admissa regula fundatorem valere in limine acquisitionis omnes conditiones apponere, & pacta, etsi juri communi repugnarent, ad Text. *in cap. dilectus*, & ibi Gloss. *verb. Con-* 12
stitutum, *vers. satis tamen de consuetudin.* ubi Jo. de Anan. *num.* 3. *&* 5. & Abb. *pariter n.* 5. de Luca *de jurepatron. disc.* 20. *n.* 16 *et disc.* 68. *n.* 9. & Rot. cor. Merlin. *dec.* 528. *n.* 3. Regina explicite stipulata fuit in instrumento fundationis, administrationem oblationum fieri debere vel per Plebanum, vel per Curatores Ecclesiæ parochialis, juxta verba per extensum recensita in preterita decisione§ *Et licet in limine*. Ideoque ab ipsamet fundatione destruitur quodcunque jus Episcopi, dum est designata persona particularis administratione; & cum e converso demonstratum fuerit Reginam fuisse erectricem Ecclesiæ parochialis sub ejus jurepatronatus existentis, præterito Summar. Imhoff *n.* 1. & illos de Imhoff hac etiam prærogativa gaudere, cum pro œconomica administratione pulsati fuerint ab Episcopo pro redditione rationis, hodierno Summario *n.* 2. inficisti non valet, quin inspecta etiam sola lege fundationis reintegratio non competat Reginæ possidenti cum titulo volito in fundatione, vel ejus hæredibus, citra controversiam hac præeminentia in Ecclesia parochiali gaudentibus, cum demandata in fundatione nec etiam ab Episcopo immutati valeant, sed ad unguem servanda sunt, *cap. decernimus* 16. *q.* 7. 13
cap. istud, Gloss. & DD. *de jurepatr.* Vivian. *de jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 1. & Lorber. *de re bene e. lib.* 1. *qu.* 32. *num.* 8.

His autem præhabitis fuit ex applicatione facti suo marte motivum prætetitæ decisionis fundatum in eo, quod possessio Reginæ, uti resistens juri, & fundationi, inniti solum posset permissioni, & consensui Episcopi, a qua non oritur actio reintegrativa: quia ab hodie expensis liquet Reginam possedisse titulo proprio connexo cum lege fundationis, & tanquam administratricem Ecclesiæ parochialis; ideoque ejus possessionem, uti desumptam a conditionibus expresse in fundatione volitis, nullam ab Episcopali consensu sortiri dependentiam, & reintegrabilem esse dato spolio privata auctoritate patrato.

Remanet demum firmanda resolutio quoad reintegrationem ad Monasterium inhabitatum a PP. Minoritis, & in hoc puncto distinctis duabus ædiculis, seu areis cum consensu illorum de Imhoff eis elargitis de anno 1668. ad quas iterum hodie Baro Franciscus Antonius Actor protestabatur actionem non dirigere, volens illæsum servare votum sui auctoris; quoad cæteras habitationis partes, sive dictum Monasterium a PP. Franciscanis de anno 1624. violenter usurpatum, judice reintegratio competebat, quia cum illi fuerint post spolium intrusi ad inhabitandum Monasterium, & administrandam Ecclesiam, & præcise contra legem fundationis Parocho Undeimettingen adjudicat. Ecclesiæ deservituram, & Capellaniam, ex utroque capite debent omnia in pristinum reponi, resecatis innovationibus, quæ cadunt sub ipsamet natura spolii, eandemque purgationem exposcunt, ex theor. Bald. *in cap.* 2. *n.* 2. 14
ante med. de restit. spoliat. cum aliis in prima causæ decisione §. *fin.* cum permitti non debeat Episcopo de Ecclesia Patronata facere Monasterium in præjudicium patroni, qui per indirectum privaretur jure præsentandi, & aliis prærogativis patronalibus, *Can. Monasterium* 16. *qu.* 7. 15
Lambert. *de jurepatr. qu.* 6. *num.* 1. *cum seqq. l.* 3. & in similibus Rota coram Duran. *dec.* 7. *n.* 1.

Non urgente responsione, Monasterium uti constructum ex piorum oblationibus non cadere sub patronatu ad sensum posterioris resolutionis, §. *fin.* Nam ultra quod adhuc admissa propositione non potuisset Episcopus fraudata lege fundationis Minoritas intrudere ad Monasterium in præjudicium Parochi, cui commissa fuit in fundatione Cura Ecclesiæ, tales piorum oblationes, uti provenientes ab ipsa Ecclesia Patronata, & a Fundatrice designatæ cum auctoritate Episcopi pro ampliatione Ecclesiæ, & fabricæ, ratio- 15
ne fundi, & connexitatis, cadunt sub eadem censura, ut ad rem ponderatum fuit in superiori, §. *Nec turbat*.

Nec a donatione facta a DD. de Imhoff dictarum duarum ædicularum PP. Franciscanis sub die 23. Aprilis 1668. inferri valet ad renunciationem spolii, & approbationem erectionis formalis Monasterii, tum quia hæc prætensa erectio formalis emanavit sub die 26. Julii 1668. ut ex literis

Epi-

Episcopalibus, sicque tribus mensibus post donationem
ædicularum, a qua in consequens elici non valet renuncia-
tio hujus novi actus subsecuti; tum quia deficit probatio
illos Imhoff habuisse præcisam, & individuam scientiam
17 spolii violenti precedenter passi a 46. annis citra, cujus igno-
rantia cum in hæredibus præsumatur, ad Text. *in cap. præ-
sumitur de regul. jur. in sexto*, Rota coram Othob. *dec.* 156.
n. 11. 14. *&* 15. *& dec.* 488. *n.* 11. *p.* 18. *rec.* quicunque con-
sensus, qui allegari posset, renunciationem non includit,
non justificata renunciata vera, indubitata, & individuali
18 notitia spoliationis, ad tradita per Rot. *dec.* 139. *n.* 7. *&* 8.
part. 1. *rec. & dec.* 172. *n.* 4. *part.* 5 *rec.* Panimoll. *decis.* 10.
num. 18. potissime quia hic non agitur de spolio simplici,
sed qualificato commisso per vim expulsivam violenta ma-
nu, & mala fide, quæ cum perseverent, donec purgentur,
quia sunt actus permanentes in re ipsa, ejus macula dilui
19 non potest, nisi secuta expulsione, ut per Bald. *cap.* 2. *n.* 2.
ante med. de restit. spoliat. firmavit prima causæ decisio 31.
Januarii 1695. §. *finali*.

Et ita partibus contradicentibus conclusum fuit &c.

R. P. D. MOLINES.

Hydruntina Capellaniæ.

Veneris 10. Maii 1697.

ARGUMENTUM.

Capellania ex quibus laicalis sit reputanda pro effecti-
bus, qui habentur apud Card. de Luca *in disc.* 15. *de
jur. patronat.*

SUMMARIUM.

1 *Capellania danda est ei, qui expresse fuit vocatus a Testatore.*

2 *Capellania devolvitur ad Ordinarium, non petita institutione intra quadrimestre.*

3 *Institutio non requiritur in Capellania, quæ sit simplex legatum pium cum onere missarum.*

4 *Deficientia consensus Ordinarii in erectione Capellaniæ indicat Capellaniam esse potius legatum pium, quam beneficium Ecclesiasticum.*

5 *Id ipsum probat enunciativa facta per Ordinarium.*

6 *Testator mandans eligi Capellanum, nulla facta mentione de consensu reportando ab Ordinario, præsumitur voluisse instituere Capellaniam laicalem.*

7 *Beneficium Ecclesiasticum constitui non potest absque consensu Ordinarii.*

8 *Assignatio certa dotis requiritur ad essentiam beneficii Ecclesiastici.*

9 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorum est prohibita.*

10 *Privilegia, & facultates Rever. fabricæ non extenduntur ultra limites piarum dispositionum.*

11 *Beneficia nequeunt obtineri ante annum 14.*

12 *Addictio Capellaniæ certo Altari cum adjecto onere missarum connumeratur inter materialia Beneficii.*

13 *Non constituit tamen legatum pium in qualitate Ecclesiastica, nisi fuerit erectum in beneficium de consensu Ordinarii.*

14 *Enunciativa nihil probat, ubi principaliter dubitatur de enunciato.*

15 *Episcopus nec etiam de consensu patroni potest erigere in beneficium Capellaniam a testatore relictam cum qualitate laicalitatis.*

16 *Verbum*, eligere, *convenit etiam liberæ collationi laicali.*

17 *Capellania perpetua non fundata cum authoritate Ordinarii, remanet sub dispositione Testatoris.*

18 *Simplex denominatio non immutat essentiam rei.*

19 *Collatio facta ab Ordinario non reddit Capellaniam Ecclesiasticam.*

20 *Non attenditur ultimus status, quando causa possessionis absorbetur a proprietate.*

21 *Devoluto beneficio ad Ordinarium ob non petitam institutionem intra quadrimestre, Ordinarius tenetur illud conferre personis in fundatione a testatore consideratis.*

22 *Elapso quadrimestri a jure concesso ad petendam institutionem, Episcopus non tenetur requirere patronos, an velint præsentare.*

23 *Quadrimestre ad petendam institutionem non currit, nisi data in patronis vera scientia vocationis.*

24 *Ad excludendam devolutionem sufficit ignorantia vocationis in uno ex pluribus patronis præsentare debentibus.*

25 *Ad effectum devolutionis ultra scientiam perfectam vocationis necessarium est probare, quod patroni sciverint qualitatem Ecclesiasticam Capellaniæ.*

26 *Exceptio de jure tertii non est allegabilis.*

DECISIO V.

ANtequam Franciscus Lubellus solemnem emitteret
professionem in Religione PP. Discalceatorum, de an-
no 1694. renunciavit Franco ejus Fratri Capellaniam Sa-
celli S. Francisci Assisii tam in Ecclesia Oppidi Uggiani;
quam tamen cum Archiepiscopus Hydruntinus in actu vi-
sitationis prætenderet sibi devolutam, ex quo intra qua-
drimestre renunciatarius non obtinuerat ab ipso institutio-
nem, die 30. Decembris ejusdem anni prævia sententia su-
per devolutione prolata, illam contulit Marco Antonio
de Marco, qui die nona Januarii sequentis anni, non at-
tenta oppositione ex parte Franchi hoc interim facta, & ab
eodem Archiepiscopo admissa, illius possessionem adeptus
fuit, ac monitorium coram Aud. Cam. super observatione
dictæ collationis desuper expedivit. Cum autem, his non
obstantibus, idem Francus ab actibus possessoriis non desi-
steret, orta propterea coram R. P. D. meo Lancetta, tunc
ejusdem A. C. Locumtenente, non levi contentione, su-
per attentatis, quæ hinc inde jactabantur patrata, qua tan-
dem pro purgatione definita favore illius de Marco, cum
mihi per Signaturam justitiæ commissa fuerit appellationis
causa adversus dictam sententiam Ordinarii, cum facultate
etiam purgandi dicta attentata, disceptandum proposui
dubium: *An & cui sit adjudicanda Capellania?* quod una
cum alio super prætensis attentatis ad partes dato, favore
dicti Franchi fuit resolutum.

Ex lege siquidem Consalvi Lubelli Fundatoris contro-
versæ Capellaniæ resolutionis fundamentum emersit;
cum enim ipse post institutum hæredem dictum sacellum
S. Francisci, ordinaverit, quod dicta Capellania in perpe-
tuum obtineretur a filiis Didaci, & Francisci pariter de Lu-
bellis, ibi - *Che sia eletto subito per Capellano doppo la sua
morte alla sudetta Capella uno delli figli di linea mascolina
del Signor Diego Lubelli, e della Signora Anna Maria
sua moglie; e doppo la morte di detto loro figlio, che sia elet-
to per Capellano della sudetta Capella uno delli figli del Si-
gnor Francesco Lubelli; e doppo la morte del figlio del Si-
gnor Francesco, sia eletto uno delli altri figli del Signor
Diego Lubelli, e cosi corri per sempre alli altri suoi figli di
linea mascolina:* consequens fit, quod Francus, qui est
filius Didaci, utpote a Testatore vocatus, Capellaniam
consequi debet, excluso Marco Antonio penitus extraneo,
juxta firmata per Rotam coram Cerillo *dec.* 117. *n.* 1. *& in
rec. p.* 12. *decis.* 68. *n.* 1. *& seq.* & in Meliten. transactionis 1
21. Junii 1683. §. *Nec subsistit*, coram R. P. D. Florez, &
in Majoricen. beneficii 4. Julii 1676. §. *Quarum prima*,
coram R. P. D. meo della Tremoille.

Neque obstat, quod Francus intra quadrimestre non re-
portaverit ab Ordinario institutionem, atque ea propter
Capellania tanquam ad ipsum devoluta, potuerit Marco 2
Antonio conferri, ad Text. *in cap. beneficia de regularibus in
6. cap. licet de supplen. neglig. Prælat.* cum aliis per Vivian.
de jurepatron. lib. 14. *cap.* 6. *numer.* 17. *& seqq.* quia cum ex
his, quæ hinc inde circumferebantur, dicta Capellania vi-
sa fuerit potius simplex legatum pium cum onere missa-
rum, non autem beneficium Ecclesiasticum, opus non
erat Franco institutionem ab Ordinario reportare, ut te-
nent Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *num.* 35. Amostaz. 3
de caus. piis lib. 3. *cap.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Garz. *de benefic.
part.* 1. *cap.* 2. *num.* 101. Rota in Pampilonen. Capellaniæ
25. Maii 1646. §. *finali*, coram clar. mem. Card. Corrado,
& in Senogallien. Capellaniæ 6. Aprilis 1696. §. *exclusa*,
coram R. P. D. meo Molines.

Quod autem dicta Capellania sit potius legatum pium,
quam beneficium Ecclesiasticum, Domini desumebant po-
tissimum ex defectu erectionis cum auctoritate, & consen-
su Archiepiscopi, sine qua beneficii qualitatem assequi non
potest, juxta Text. *in cap. ad hæc de Relig. domibus*, Gloss. 4
& DD. *in Clement.* 2. *de decim.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel.
dict. gloss.* 5. *numer.* 7. *& seqq.* Vivian. *de jurepatronatus
lib.* 1.

Digitized by Google

lib. 1, *cap.* 1. *n.* 61. Lothet. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 39. *& seqq.* Card. de Luca *de fideic. disc.* 8. *n.* 2. Rot. cor. Manzaned. *decis.* 283. *n.* 8. cor. Dunoz. Jun. *decis.* 101. *n.* 1. *& seq.* & in dicta Pampilonen. Capellaniæ §. *verius Domini*, cor. Corrado, & in d. Senogallien. Capellaniæ §. *Etenim pro tetali*, cor. R. P. D. Molines.

Ulterius qualitas pii legati, seu laicalitas dictæ Capellaniæ resultabat ex confessione ejusdem Ordinarii, qui anno 1680. in judiciali Decreto confirmationis Capellani enunciavit controversam Capellaniam tanquam pium opus, non autem uti beneficium Ecclesiasticum, ibi, *Servata forma piæ dispositionis supradicti quondam Consalvi*; hujusmodi enim confessio, uti emanata ab eo, qui præsumitur informatus de statu beneficiorum suæ Diœcesis, quique in hisce rebus caute prospicere solet, ne aliquod præjudicium inferat propriis juribus, plurimum confert ad probandam
5 laicalitatem dictæ Capellaniæ, Felin. *in cap. adversus nu.* 15. *de rescript.* Rot cor. Duran. *dec.* 413. *n.* 3. *& in rec. dec.* 30. *n.* 11. *p.* 6. *dec.* 152. *n.* 5. *& seq. p.* 7. *dec.* 265. *num.* 34. *p.* 8. *dec.* 284. *n.* 4. *p.* 14. *& dec.* 274. *pariter n.* 4. *p.* 17.

Rursus apparebat ex voluntate ipsius Testatoris: quia cum mandaverit semper eligi in Capellanum alterum ex filiis Didaci, & Francisci ejus fratrum, absque eo, quod requisiverit consensum Ordinarii, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, signum evidens est, quod illius voluntas alia non fuit, quam instituendi Capella-
6 niam laicalem, ut præ cæteris firmavit Rota in allegata Pampilonen Capellaniæ 25. Maii 1646. §. *Quinimo*, coram clar. mem. Card. Corrado; ea irrefragabili ratione, quod alias electio ad beneficium Ecclesiasticum, sine ejusdem Ordinarii consensu, & approbatione, adimplementum ob-
tinere non potest, *cap. si quis deinceps, ibique gloss.* 16. *q.* 7.
7 Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *vers. Tertio quæritur, ex quibusnam*, Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *q.* 9. *art.* 3. *sub n.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. dicta gloss.* 5. *num.* 19. Amostaz. *de caus. piis lib.* 3. *capit.* 2. *pariter sub n.* 10. Panimoll. *decis.* 21. *n.* 3. Rota coram Buratt. *decis.* 224. *num.* 3. & in Senogallien. Capellaniæ 1. Julii 1686. §. *Omisso namque*, coram Reverendiss. Hervavult.

Certius, ex quo non assignavit controversæ Capellaniæ certam, & determinatam dotem perpetuo duraturam, quæ est alterum ex principalibus requisitis ad essentiam Ecclesiastici beneficii, ex tradit. a per Lambertin. *de jurepatr. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 5. *art.* 2. *n.* 3. Rota *in rec. dec.*
8 2. *num.* 11. *part.* 13. *& dec.* 183. *num.* 12. *p.* 18. *& decis.* 2. *n.* 4. *& seq.* coram Buratt.

Et fortius, quia post concessam Capellanis pro tempore administrationem omnium bonorum, ipsis de cætero illorum alienationem expresse prohibuit; quod utique superfluum fuisset, quatenus Testator habuisset in mente fundationem beneficii, cum alienatio bonorum Ecclesiasticorum satis interdicta reperiatur ex dispositione Sacrorum
9 Canonum, ut *in extravag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* Rot. *divers. p.* 4 *dec.* 300. *n.* 2. *in rec. dec.* 755. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 270. *n.* 5. *p.* 4. *dec.* 310. *n.* 24. *& seqq. p.* 5. & cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 220. *n.* 15.

Ac demum Capellaniæ laicalitas desumebatur ex conformi observantia elicita, tum ex sequestris obtentis per Rev. Fabricam S. Petri super fructibus controversæ Capellaniæ, quæ non leve præbent argumentum, quod sit simplex legatum, cum privilegia, & facultates istius Sacr. Tribunalis non extendantur ultra limites piarum dispositio-
10 num, ut animadvertit Rub. *de testament. cap.* 84. *n.* 274. *& seqq.* Card. de Luca *eodem tract. disc.* 23. *n.* 3. & in relatione Roman. Cur. *disc.* 20. *n.* 6. tum etiam ex quo Archiepiscopus Hydruntinus anno 1680. confirmavit primam, & unicam electionem Capellani in personam Francisci Lubelli, qui in ætate duodecim annorum duntaxat reperiebatur. Si enim Capellania fuisset ordinaria auctoritate in beneficium erecta, non potuisset d. Archiepiscopus ad hujusmodi confirmationem devenire, cum beneficia obtineri nequeant ab illis, qui ætatem 14. annorum nondum fue-
11 runt assecuti, juxta dispositionem Sac. Conc. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 6. Vivian. *de jurepatr. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 7. Card. de Luc. *eod. tit. disc.* 20. *n.* 3. *& de benef. disc.* 95. *n.* 6. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. d. gloss.* 5. *n.* 90. *&* 95.

Neque his omnibus contraponi merebantur ea, quæ ad effectum probandi qualitatem Ecclesiasticam opponebat Marcus Antonius. Nam quod Capellania fuerit addicta certo Altari, certumque fuerit adjectum onus missarum, parum, aut nihil concludere visum est, quia tametsi hæc
12 connumerentur inter materialia beneficii, Abb. *consil.* 47. *n.* 1. *lib.* 2. Rota coram Cæsar. de Grass. *decis.* 13. *n.* 3. *& seq. de prabend. & in rec. dec.* 254. *n.* 2. *par.* 2. non valent tamen simplex legatum pium in qualitate Ecclesiastica constituere, nisi fuerit erectum in beneficium cum consensu, &
auctoritate Ordinarii, juxta Gloss. *in Clement. verb. bene-* 13
ficiorum in fin. de decimis, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. *& seqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *n.* 20. *& seqq.* Lother. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 5. *n.* 39. *& seqq.* Rota coram Manzaned. *dec.* 334. *per tot. & in rec. p.* 5. *dec.* 238. *n.* 2. & in dicta Pampilonen. Capellaniæ 25. Maii 1694. §. *Nam primum*, coram Card. Corrado.

Nec dicatur, quod de erectione Capellaniæ in beneficium satis constet ex quibusdam literis institutionis dicti Francisci renunciantis, a Vicario Hydruntino subscriptis de anno 1682. in quibus enunciatur facta dicta erectio cum consensu Archiepiscopi. Quoniam omissis iis, quæ ex parte Franchi fusius cumulabantur adversus illarum legalitatem, de qua etiam partes quodam modo dubitabant, nedum ex eo quod diametraliter repugnant confirmationi ab Archiepiscopo antecedenter factæ, in qua Franciscus tunc annorum 12. fuit simpliciter confirmatus in formam piæ dispositionis quondam Consalvi Testatoris; sed etiam ex quo non constat de præcedenti supplicatione, minusque probatur postmodum dictas literas fuisse executioni demandatas, eundemque Franciscum vigore illorum nactum fuisse Capellaniæ possessionem.

Adhuc, illa supposita, subdebant Domini, quod prætensa erectio ex dictis literis non probatur, & quatenus probaretur, non relevaret: non utique probatur, num in illis de asserta erectione continetur simplex enunciativa, quæ ubi, prout hic, principaliter de enunciato fit, dubiam, nec semiplenam probationem constituit, Ruin.
cons. 170. *n.* 10. *vers. non nocet. lib.* 3. Buratt. *decis.* 394. *n.* 4. 14
Peuring. *dec.* 12. *n.* 15. sanct. mem. Alex. VIII. *decis.* 257. *n.* 11. Pamphil. *dec.* 236. *n.* 6. *&* 8. *& in rec. dec.* 363 *n.* 7. *p.* 18. probata vero non relevaret, quoniam Episcopus nec etiam de consensu Patroni potest erigere in Beneficium Capellaniam ex mente Testatoris cum qualitate laicalitatis relictam; nam alias esset evertere defunctorum voluntates, Gonzal. *de benef. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 105. *& seqq.* Gonzal. *ad reg.*
8. *Cancell. dict. gloss.* 5. *n.* 41. Vivian. *de jurepatron. p* 3. *lib.* 15
14. *cap.* 3. *n.* 46. *& seqq.* Panimoll. *decis.* 21. *n.* 21. *n.* 5. Rota *dec.* 182. *n.* 3. *&* 4. *p.* 18. *rec.* & Mediolanen. Beneficii 4. Februarii 1692. §. *Neque huic voluntati*, coram Reverendissimo Manuel, non adversantibus auctoritatibus in contrarium allegatis, cum illæ procedant, quando non constat de contraria voluntate Testatoris, quem in hoc casu noluisse Capellaniam in titulum fundare, superius probatum est.

Quemadmodum nec qualitatem Ecclesiasticam concludit, quod Testator mandaverit eligi Capellanos, ex quo verbum illud, *eligere*, supponere videatur nominationem faciendam esse coram Ordinario; quia cum electio accipi valeat etiam pro libera collatione, nullum alterius ministerium requirente, non repugnat laicalitati Capellaniæ,
ut his fere verbis apposite respondit Rota in sæpe citata 16
Pampilonen. Capellaniæ, §. *Hinc etiam tollitur*, coram Card. Corrado.

Prout nec refert perpetuitas servanda, tum in adimplemento oneris Missarum, tum in electione Capellanorum, quos Testator voluit permanere in possessione usque ad obitum; nam talis perpetuitas non efficit Beneficium Ecclesiasticum, quoties approbatum, & spiritualizatum
non sit ab Episcopo; cum etiam Capellaniæ perpetuæ, 17
quæ fundatæ non sunt cum auctoritate Ordinarii, remaneant sub pia dispositione Fundatoris, Gonzal. *de benefic. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 102. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. dicta gloss.* 5. *n.* 20. Rota in d. Pampilonen. Capellaniæ, §. *Secundum vero*, coram Card. Corrado.

Minusque refert, quod dicta Capellania in renunciatione facta ad favorem Franchi denominata fuerit Beneficium *Almanticum*: Quidquid enim sit, an dicta denominatio importet vere sanctificationem, quemadmodum opponebatur per illum de Marco, sane cum ad dignoscendam naturam Beneficii attendi debeat essentia, & qualitas substantialis, quæ requiritur ad illius constitutionem, curandum non est de simplici nominatione, utpote non
apta Capellaniæ statum immutare, Felin. *in cap. nostra n.* 18
9 *de rescript.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. dicta gloss.* 5. *n.* 17. *& seqq.* Rota coram Pen. *decis.* 127. *num.* 7. juxta impress. Lugdunen. coram Buratto *dec.* 224. *n.* 5. *& in recent. part.* 2. *dec.* 254. *pariter num.* 5. & in d. Pampilonen. Capellaniæ, §. *Hinc etiam*.

Mul-

Multoque minus obstat, quod Ordinarius Hydruntinus contulerit dictam Capellaniam uti beneficium sæpe nominato Francisco Lubello, ex quo desumi prætenditur ultimus status, ad terminos text. *in cap. Consultationibus de jurepatr.* Siquidem ultra quam quod prætensa collatio non alibi deducitur, quam ex asserta institutione facta a Vicario, quæ quando etiam fuisset undique legalis, & effectum sortita, non tamen valeret hujusmodi legato imprimere qualitatem Beneficii Ecclesiastici in præjudicium vocato-
19 rum, ad text. *in Clement. quia contigit, §. Ut autem de relig. domibus.* Rota in dicta Pampilonen. Capellaniæ §. *Quartum vero, & sequent.* coram Cardinali Corrado, & in Senogallien. Capellaniæ 6. Aprilis 1696. §. *Nec ex eo*, coram R. P. D. Molines; certum est, quod cum ea lege fundatoris, & prætermissa erectione cum consensu Ordinarii, constet de statu anteriori laicalitatis Capellaniæ, ultimus status non attenditur, cum causa possessionis absorbeatur a proprietate, ut in his præcisis terminis firmavit Rota coram Buratto *dec. 224. num. 6.* & coram Dunoz. junior. *dec. 101. num. 4. & seq. & in recent. decis. 182. num.*
20 *13. & 14. part. 18.* ac generaliter in aliis casibus in Romana beneficiatus S. Laurentii in Damaso 7. Februarii 1688. §. *Et in omnem casum*, coram Reverendissimo D. meo Decano, & in Cracovien. Parochialis 14. Maii 1696. §. *Sive etiam quia*, cor. R. P. D. Pio.

His itaque sic se habentibus, licet Patres satis exclusam crediderint prætensam Capellaniæ devolutionem, ulterius tamen progredientes ponderabant, quod ubi etiam per impossibile laicalitas dici posset dubia, adeo ut non petita institutione intra quadrimestre locus fieri valeret dictæ assertæ devolutioni, cum hæc tamen fiat semper cum sua causa, ut scilicet beneficium etiam in illius casu conferatur personis illis, quæ specialiter fuerunt a testatore in fundatione consideratæ, sequitur per consequens, quod Ordinarius non poterat Capellaniam conferre Marco Antonio penitus extraneo, sed tenebatur illam adjudicare Franco, uti altero ex illis, quos testator voluit semper in electione
21 præferri, ex inconcussa Rotæ opinione, *ut in dec. 1420. n. 2. & seq.* cor. Seraphin. *dec. 2005. n. 9.* cor. Coccin. *& in rec. dec. 375. n. 5. & 6. p. 4. tom. 1. dec. 127. n. 14. & seq. p. 9. dec. 343. n. 12. & seq. p. 16. dec. 665. n. 14. & seq. p. 18.* & in Valentin. Beneficii super gratia subrogationis 17. Februarii 1696. § *Secundo*, cor. me, & in Cordu ben. Capellaniæ 26. Martii, & 4. Julii ejusdem anni utrobique §. *Primo*, coram R. P. D. meo Muto.

Haud refragante, quod post quadrimestre a jure præfinitum patronis ad præsentandum, Episcopus valeat cuicunque beneficium conferre, absque eo quod teneatur requirere dictos patronos, an velint sibi collationem fieri,
22 ut firmat Corrad. *in prax. benefic. lib. 2. cap. 9. n. 70.* Garz. *de benef. part. 7. cap. 15. n. 10.* Card. de Luca *de jurepatr. disc. 89. n. 4.* Rota *dec. 343. n. 18. p. 16. rec.* & in Majoricen. Præceptoriæ 26. Januarii 1691. §. *Quamvis*, coram R. P. D. Caprara: quia cum ad hunc effectum requiratur in patronis, aliisque vocatis scientia vacationis perfecta, & concludenter probata; nam alias quadrimestre in illorum
23 præjudicium non currit, Lotber. *de re benef. lib. 2. qu. 6. n. 23. & seq.* Card. de Luca *jurepatr. disc. 1. num. 4. & seqq. & disc. 64. n. 5.* Rota cor. Coccin. *decis. 1289. n. 24. & seqq.* & cor. Buratto *dec. 18. n. 3. & 10.*

Hujusmodi prætensa scientia non justificatur ex simplici attestatione lite pendente procreata: quia tametsi hæc præseferat Joannem Leonardum illiusque matrem habuisse notitiam professionis emissæ a Francisco, & probabiliter potuisse etiam scire resignationem factam favorem Franchi, nil tamen dicit respectu Joannis Thomæ alterius ex præsentare habentibus; unde propterea pro evitanda devolutione Capellaniæ sufficit, quod solita istius scientia non remaneat justificata, cum hoc interim totum, vel indivi-
24 duum conservetur in illius persona, Vivian. *de jurepatron. lib. 5. cap. 2. num. 22. & lib. 2. n. 13.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 72. num. 237.* Corradus *in prax. benefic. lib. 4. cap. 2. num. 74. in fine vers. Et est notandum*, Antonell. *de tempor. legal. lib. 3. capit. 15. num. 5.* Cardin. de Luca *de jurepatron. discurs. 64. num. 7.* Rota *dicta dec. 1289 numer. 27. & seqq.* cor. Coccino; Et in omnem casum ultra scientiam vocationis opus fuisset Marco Antonio probare, quod nedum Francus renunciatarius, sed etiam omnes patroni scivερint specifice qualitates Ecclesiasticas controversæ Capellaniæ; alias enim cum justa valuerint corripi ignorantia, quæ hodie ex superius firmatis redditur inn[illegible]bilis, ex hac sola pariformiter quævit negligentia excluditur, ac prætensa devolutio remanet impedita, ex adductis per Lotberium *de re benef. lib. 2. qu. 24. num. 17.* Rota *dict. decis. 1289. n. 26.* coram Coccin. *decis. 518. n. 7. part. 14. rec.* 25

Non etiam relevante, quod turnus Didaci ob electionem Francisci jam effectum sortitam remanserit consumptus, ac proinde totum jus succedendi in Capellania pertineat ad filios alterius Francisci, quos testator voluit alternatim cum aliis Didaci de eadem Capellania provideri: quia, cum idem testator voluerit semper illam obtineri a descendentibus Didaci, & Francisci, non ex eo, quod hodie ex vocatis alterius lineæ vel non reperitur capax, vel illi non se opponunt renunciationi factæ ad favorem Franchi, ratio, & æquitas patitur, ut isto neglecto, in electione præferri debeat extraneus, signanter, quia exceptio hujusmodi est de jure tertii, qua neutiquam juvari debet Marcus Antonius, juxta regulam, de qua Rota coram Zaratt. *dec. 35. n. 30.* & alibi passim.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Melphicten. Capellaniæ.

Ven. 4. Junii 1689.

ARGUMENTUM.

Præsens decisio laudat ea, quæ tradit Card. de Luca *in disc. 16. de jurepatr.* super articulo, an & idem fundator possit leges fundationis alterare, & ex quibus alteratio excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Sententia antiqua probat etiam absque actis.*
2 *Fides Baptismatis juncta cum testium depositionibus probat descendentiam.*
3 *Præsentatio patroni non est necessaria, quando quis habet qualitates præscriptas a fundatore.*
4 *Præsentatio facta a patrono non valet, nisi præsentatus habeat cætera requisita volita a fundatore.*
5 *Descendentia in concursu alterius descendentis probanda est per gradus distinctos.*
6 *Descendentia sera allegata est suspecta de falsitate.*
7 *In concursu plurium præsentatorum præfertur ille, in quo concurrunt plures qualitates a fundatore exoptata.*
8 *Fundator ex intervallo non potest alterare leges fundationis.*
9 *Concurrentibus duobus æque idoneis ad idem beneficium fun[illegible] nrunt.*
10 *Fundatori permittitur declarare suam fundationem.*
11 *Ecclesia non interest, an præsentatio potius fiat in unum, quam in alium.*
12 *Ecclesia est omnium Civium receptrix:*
13 *Testator præsumitur voluisse facere actum validum;*
14 *Ex verbis universalibus desumitur universalitas, & generalitas.*
15 *Dictio*, alius, *importat similitudinem.*
16 *Auctoritates Doctorum non habentes contradictorem habentur pro lege.*
17 *Præsentationes factæ de extraneo non probant observantiam contrariam fundationi, in qua præsentatio passiva reservatur illis de familia, nisi etiam constet de existentia alicujus capacis de familia tempore factæ præsentationis.*
18 *Actus æquivocus non constituit ultimum statum.*
19 *Status ultimus non attenditur, quando manifesta veritas stat in contrarium.*
20 *Signanter cum res est adhuc integra.*

DECISIO VI.

FUndavit in Ecclesia majori Melphicten. anno 1403. acceptante Capitulo, & prævio consensu Ordinarii Joannes Pappa Capellaniam sub invocatione S. Catharinæ, quam etiam dotavit, disponendo inter cætera, quod juspatronatus activum reservatum sibi, suisque hæredibus, & successoribus intelligeretur; passivum autem favore Sacerdotis, ut sunt verba fundationis — *de gremio dictæ majoris Ecclesiæ Melphicten.* de qua *Summar. Nicolai n. 1.*

Idem fundator longe post ad extremum vitæ perventus in ar-

in ann. 43. suum & ultimum testamentum condidit, in quo
post plures alias ordinationes mandavit per ejus heredes le-
gi debere Capellanum *de linea, seu progenie dicti testatoris
tam paterna, quam materna, si idoneus, & honestus reperi-
retur, & si non reperiretur de genere linea, & progenie di-
cti testatoris tam paterna, quam materna idoneus, & hone-
stus, eligatur alius idoneus, & honestus Sacerdos de majori
Ecclesia Melphicten. in Capellanum, quem assignare, & præ-
sentare debeant ad beneficium, seu portiones prædictas, cum
oneribus, & pactis prædictis, & infrascriptis; si tamen for-
sam plures de dicta linea reperirentur Sacerdotes tempore
vacationis dicti beneficii, semper habeatur respectus ad gra-
vitatem ipsorum Sacerdotum, & sic major in tempore præfe-
ratur ad præsentationem eandem*, prout fusius ea eodem te-
stamento, *dicto Summ. n. 3.*

Secuta vacatione istius Capellaniæ per obitum Nicolai
Antonii Vergine ultimi possessoris, modernus patronus ad
eam præsentavit Josephum Schinosi patruum, *tanquam de
linea, & vocatum a Fundatore*, & cumulative etiam Joan-
nem Gadatelam; sed paulo post memorato Josepho ad Epi-
scopatum Casertanum promotum, cœpit Joannes cumula-
sive præsentatus instare in partibus pro institutione sibi fa-
cienda de dicta Capellania, cui tamen instantiæ se opponen-
te Nicolao de Andreula descendente a fundatore, non levis
contentio excitata fuit inter has partes, quam post matu-
rum examen Reveredis. D. Episcopus Melphicten. nuper a
Sanctissimo Domino Vicesgerens electus, definivit favore
Nicolai, mandando eundem institui ad Capellaniam tan-
quam de linea fundatoris, postposito Joanne extraneo, ut
ex ipsius sententia impressa accurate prolata, & pluribus
exornata, *dicto Summ. Nicolai n. 2.* quæ post modum in
secunda instantia confirmata extitit ab A. C. Judice in vim
particularis commissionis deputato; & ad reiteratam appel-
lationem Joannis devoluta controversia ad Rotam, & mi-
hi delegata, cum hodie quæsiverim a DD. meis - *An, &
cui sit adjudicanda Capellania?* eam Nicolao adjudican-
dam esse censuerunt.

In Nicolao siquidem concurrunt omnia requisita volita
per fundatorem in ejus testamento; nam ipse est de gremio
Ecclesiæ Melphicten. atque descendit ea linea, seu progenie
ipsius, ad quod assequendum præmitti oportet, quod eidem
fundatori superstes fuit Joann. Schinosus nepos, qui deinde
procreavit Juliolum seniorem, & ex Juliolo duxit ortum
Antonius, ab Antonio autem Juliolus junior, prout hi gra-
dus probati habentur ex antiqua sententia Vicarii Generalis
Melphicten. lata de anno 1575. super puncto legitimationis
personarum ad hanc Capellaniam, quæ cum versemur in
antiquis, descendentiam probat etiam absque actis, Rota
1 cor. Buratt. *dec. 376. n. 6.* coram san. mem. Alexandro VIII.
dec. 53. n. 9. in rec. dec. 673. n. 1. p. 2. & dec. 130. n. 5. p. 9. Ex
Juliolo insuper juniore, & Hippolyta Cortesia conjugibus
edita fuit in lucem Aurelia, prout desumitur ex testamen-
to ejusdem Hippolytæ condito de anno 1603. ex instrumen-
to donationis ejusdem de anno 1607. & ex aliis actibus id
convincentibus, adductis particulari *Summ. n. 2. cum seqq.*
Et ex Aurelia deinde natus fuit Nicolaus Antonius de Tu-
riis, ut similiter convincitur ex relatu testamento Hippo-
lytæ, ubi Nicolaus Antonius nepos hæres instituitur, & ex
aliis instrumentis, *dicto Summ. n. 4. cum seqq.* Nicolaus An-
tonius genuit Hippolytam uxorem Tarquinii de Andreula,
sicuti constat ex geminis præsentationibus ad quandam Ca-
pellaniam, & ex fide Baptismatis; demumque Hippolyta pe-
perit Marcum Antonium, & Marcus Antonius Nicolaum
collitigantem, juxta depositiones plurium testium, ex qui-
bus documentis regulare est descendentiam probari, ut dixit
2 Rota *in rec. dec. 422. n. 10. p. 18.* in Pisana Capellaniæ 27.
Junii 1689 §. *Nec subsistens*, cor. bon. mem. Benincasa, &
in Barchinon. Beneficii 14. Aprilis præteriti, *Neque mino-
ris*, coram R. P. D. meo Ansaldo.

Quapropter Nicolao, ut præcognitum fuit, descendenti
ex linea fundatoris, adjudicari debuit Capellania, tametsi
non habeat præsentationem patroni, cum ab eodem funda-
tore præsentatus, seu nominatus dicatur, ad Text. *expres-
sum, l. si anum ex familia, §. 1. ubi DD. ff. de legat. 2.* Ro-
3 ta in Mediolanen. Beneficii 1. Julii 1693. *§. fin.* cor. Reve-
rendissimo Zamoren. in Corduben. Capellaniæ 26. Martii
1696. §. 1. *in fine*, cor. me, & Terulen. Beneficii 25. Ju-
nii ejusdem anni, *§. final. pariter*, coram me.

Non tamen Joanni competitori; nam quidquid sit, an
ille assumpserit habitum Societatis Jesu, prout asserebant
scribentes pro Nicolao, quo casu non esset amplius de gre-
mio Ecclesiæ, sufficit, quod ipse non probat se descendere
a fundatore, licet a patrono fuerit præsentatus, Rot. cor.
Seraphin. *dec. 47. n. 18. p. 9.* & in dicta Terulen. Beneficii, 4
§. *Hinc valide jure*, cor. me. Et quamvis ad hanc descen-
dentiam probandam allata fuerint nonnulla documenta,
eam tamen Joannes non concludit per gradus distinctos,
prout requiritur in concursu alterius descendentis, Rot. *in
rec. dec. 446. n. 13. & 14. dec. 4498. n. 1. p. 9.* & cor. Royas 5
dec. 754. n. 7. & dec. 263. n. 4. Magisque cum præsentatio-
nem obtinuerit tanquam extraneus; nam si fuisset descen-
dens, uti talis se præsentari curasset, prout fecit Joseph pri-
mo loco præsentatus, qui præsentationem reportavit ut de-
scendens, & a testatore vocatus, & hanc descendentiam
deduxisset in partibus, ubi facile erat veritatem ostendere,
non autem sero hic in Curia, ut ad propositum observat
Rota in Vicen. Parochialis 24. Novembris 1694. §. *Clarius*, 6
coram me, & in Bononien. Jurispatronatus de Ghirleciis
31. Januarii, §. *Atque hinc*, & 22. Aprilis 1695. §. *Postre-
mo*, coram R. P. D. meo Pio, & in dicta Terulen. Benefi-
cii, § *Omnemque prorsus*, *in fine* pariter coram me. Et in
omnem casum prætensa descendentia Joannis in nihilo re-
levasset in concursu Nicolai, cum ipse sit senior, qui utpo-
te in hoc casu a fundatore qualificatus prælationem conse-
qui debet, ad Text. *in cap. cum in junctus vers. ætatis matu-
ritas de elect. l. semper, ff. de Immunit.* Rot. cor. Buratt.
decis. 316. n. 3. & in Burgen. Beneficii 22. Junii 1663. *§. fin.* 7
coram Reverendissimo Zamoren.

Haud obstante, quod cum testator prius in fundatione
præsentari voluerit ad hujusmodi Capellaniam gremiales
Ecclesiæ majoris Melphicten. non potuerit deinde in te-
stamento post 30. circiter annos confecto prælationem
concedere ipsius descendentibus, & consanguineis; nam
esset alterare fundationem in præjudicium eorum, quibus
jus quæsitum fuerat, novamque servitutem Ecclesiæ im-
ponere, quod prohibitum est fundatori ex intervallo præ
cæteris firmant Tondut. *quæst. benef. part. 1. cap. 54. n. 6.* 8
Garz. *de benef. part. 5. cap. 9. num. 69.* Rota coram Dunoz.
jun. *dec. 387. n. 2. cum seqq.* coram Merlin. *dec. 518. num. 4.
in rec. dec. 37. num. 2. & per tot. & dec. 318. num. 13. par. 7.
dec. 316. n. 18. 23. 24. & 25. p. 10. & decis. 372. n. 16. & 17.
part. 11.*

Etenim licet Juspatronatus passivum, seu electio reserva-
ta legatur in fundatione favore illorum de gremio, dici ta-
men non potest, demandando in testamento prælationem
consanguineis, quod testator fundationem alteraverit, no-
vamque servitutem Ecclesiæ imposuerit; nam ex ipsa fun-
dationis lege consanguinei non erant exclusi, nec expedita
eorum prælatio in concursu habentium simplicem qualita-
tem gremialem; quia omnis ratio, atque æquitas, quam
servat pia mater Ecclesia, exposcit, ut in concursu duorum
habilium præferatur ille, cujus antecessores bona Ecclesiæ
donarunt, beneficia fundando, sicut omissis generalibus
in his terminis firmant Rocc. de Curt. *de jurepatron. verb.
Honorificum n. 45. in fine, & n. 46.* bene Rota *in rec. decis.* 9
310. n. 11. p. 11. & in puncto istius Capellaniæ scribens pro
veritate Card. de Luca *de jurepatron. disc. 16. n. 5.*

Ut hinc talis adjectio prælationis in testamento habenda
non sit tanquam superadditio personarum, sed uti declara-
tio ejus, quod tacite inest, semper fundatori permissa, Ro-
ta *in recent. decis 462. & decis. 527. utrobique num. 6. decis.
327. num. 6. & 7. part. 15. & dec. 41. num. 10. part. 19.*
Nec considerari potest aliquod præjudicium Ecclesiæ, dum 10
ei nihil interest, an præsentatio potius fiat in personam gre-
mialis, qui est consanguineus habilis, & idoneus, quam
alterius non consanguinei, ex his, quæ habentur penes
Rot. cor. Bich. *decis. 227. n. 23. & 24. in recent. dec. 120.* 11
n. 8. & dec. 130. n. 4. cum seqq. & dec. 372. num. 15. p. 11.
& Cracovien. Parochialis 14. Maii 1696. §. *Placuit*, cor.
R. P. D. meo Pio.

Quin adversari visa fuerit replicatio, quod non con-
stet testatorem voluisse præferre inter suos consanguineos
illos, qui essent de gremio Ecclesiæ, dum generaliter lo-
cutus fuit de prælatione consanguineorum; siquidem cum
omnes consanguinei testatoris essent de gremio Ecclesiæ
Melphicten. quæ est omnium civium receptitia, ut testatur
Cardin. de Luca *de jurepatronat. disc. 16. n. 5.* præsumi de- 12
bet, testatorem de istis locutum fuisse ad faciendum actum
validum & licitum, prout ponderat Card. de Luca *ubi su-* 13
pra; & si vocaverit illos de gremio in defectum consangui-
neorum, non eatnde consideravit omnes de linea, quam-
vis non essent de gremio Ecclesiæ deficientibus verbis gene-
ralitatem, & universalitatem importantibus, ut ultra Car-
din. de Luca *ubi supra*, Abb. *in cap. nisi essent num. 24. de* 14

prab. Bonden. *collect. legal.* 26. *n*.4. *lib*.2. Rot. *in rec. decis.* 140. *n*. 22. *p*.4. *tom*. 2. Magisque attento vocandi illum de gremio; nam in defectum Capellani de linea testator eligi mandavit alium de gremio; quæ dictio *alius* denotat simi-
15 litudinem, & supponit in gremiali eandem qualitatem consanguinitatis, juxta doctrinam Bart. *in l. quidam relegatus in princ. ff. de reb. dub.* quam sequitur Rota *in rec. decis.* 20. *num*. 14. *part*. 7.

Auctoritates autem in objecto allegatæ loquuntur de rigore juris, & non tangunt articulum, an ex æquitate, quam servat pia Mater Ecclesia, fundator prælationem consanguineorum ex post adjicere potuerit, seu patronus eundem consanguineum præferre teneatur, in quo Lambertinus, de Luca, & Rota tenent affirmativam sententiam, ne tanquam punctuales, & in his circumstantiis non habentia contradictorem, pro lege habeantur, ut alias dixit Rot. cor.
16 Coccino *dec*. 2121. *n*. 18. *in rec. dec*. 106. *n*. 7. *p*. 18. *dec*. 21. *n*. 19. *p*. 19. & in Gerunden. Beneficii 8. Martii superioris anni, §. *Secus autem in fine*, coram me.

Minus subsistente, quod fundatio, & non testamentum abinde citra fuerit in observantia; quamvis enim ad id suadendum scribentes pro Joanne recurrant ad quandam antiquam sententiam Ordinarii de anno 1536. & ad nonnullas præsentationes factas favore illorum de gremio; nihilominus ex aliis in oppositum allatis, vel actus hujusmodi redduntur inefficaces, seu potius observantia assistit pro testamento favore cõsanguineorum in hoc puncto prælationis, eo quia post editam dictam sententiam alia emanavit ab Ordinario de anno 1594. quæ uti posterior præcedentem revocavit, & respectu præsentationum habetur, quod usque, & de anno 1458. institutus fuit per Episcopum Nardellus Joannes Spinosus fundatoris consanguineos cum expresso præcepto, quod servare teneretur omnia, & singula in testamento disposita, *Summ. Nicolai n*. 3. & de dicto anno 1594. præsentatus fuit Ascanius de Aquino de familia testatoris in vim relatæ dispositionis testamentariæ, cui deinde per Vicarium Generalem concessa fuit institutio cum narrativa prælationis descendentium testatoris, in vim cujus Ascanius possessionem apprehendit, *d. Summ. n*. 5. *cum seq*. & insuper de anno 1614. vacante hujusmodi Capellania, Lucius Scbinosus cum individuali expressione, quod ex præcepto fundatoris conferri deberet personis de illius sanguine, & progenie procreatis, de ea sibi provideri obtinuit a san. me. Paulo V. cum dispensatione etiam ætatis, tanquam ex linea fundatoris, *Summ. responsionis Nicolai n*. 1. Quinimo iidemmet patroni pro tempore testamentariam obligationem agnoverunt, cum in præsentationibus se retulerint ad testamentum, & in donatione facta de ann. 1596. istius Jurispatronatus per dictum Lucium Scbinosum auctoribus moderni patroni, fit similis relatio ad testamentum, *ut in d. Summ. n*. 2. Et quod magis est, hæc ultima præsentatio facta per Xaverium Schinosum assertum patronum hanc observantiam confirmat, cum primo loco præsentatus fuerit Joseph Schinosus patruus tanquam de linea vocatus a fundatore: præsentationes autem factæ favore illorum de gremio Ecclesiæ non relevant, cum non constet, quod de eo tempore adessent illi de familia, qui comparerent, ne propterea præsentari voluerint extranei, ut simili objecto respondit Rot. in Barchinonen. Beneficii 10. Maii 1697.
17 §. *Quod autem*, cor. R.P.D. meo Caprara, & plenius in eadem causa 14. Aprilis proxime præteriti, §. *In quantum autem*, cor. R P.D. meo Ansaldo.

Demum opponi nec valuit ultimum status, ex quo postremus Capellanus non esset de linea fundatoris: quoniam ultra quod non probatur, quod de eo tempore adesset consanguineus capax, qui præferri debuisset, ut alias actus redditur dubius, & æquivocus, & uti tali inefficax ad constituendum ultimum statum, Lotber. *de re benef. lib*. 1. *q*. 11.
18 *n*. 34. Rota cor. Cavalet. *dec*. 268. *n*. 1. & in Comen. Parochialis 22. Aprilis præcedentis anni, §. *finali*, cor. me; dum ex lectura testamenti manifeste constat de statu contrario, nimirum præferendos esse consanguineos, hic status ultimus non attenditur, cum proprietas possessionem absorbeat, Rot. cor. Bichio *dec*. 273. *n*. 16. *p*. 13. cor. Priol. *dec*. 38. *n*. 6. & 7. in Bononien. Parochialis 3. Julii 1697. §. *Non obstante*, cor. Card. Vicecomite, in Lunen. seu Sarzanen. Capellaniæ 14. Martii 1680. §. *His tamen non obstantibus*, cor. R.P.D. meo Molines, & in Burgi S. Sepulchri Jurispatronatus super institutione 3. Julii 1690. cor. bo. mem. Benincasa, signanter cum sit integra, Lotber. *de re benef. lib*. 1.
19 *q*. 34. *n*... Card. de Luca *de benef. disc*. 36. *num*. 11. Rota *in rec. dec*. 254. *n*. 21. & 22. *p*. 11. & in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Damaso 6. Febr. 1688. §. *Et his consebant*, cor. Emin. Mediolanen. in Cracovien. Parochialis 14. Maii 1696. §. *Sive etiam*, cor. R. P. D. meo Pio & in dicta Coment. Parochialis, §. *finali in fine*, cor. me.

Et ita conclusum utraque ex partibus accerrime informante &c.

R. P. D. URSINO.

Bononien. Beneficiorum.

Merc. 28. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

In Jurepatronatus gentilitio quomodo succedatur, & an talis qualitas ex conjecturis probetur, & quæ urgentes soleant existimari, in ampliationem *disc*. 22. *disc*. 23. & *disc*. 60. Card. de Luca *de jurepatr*.

SUMMARIUM.

1 *Sententia non dicitur transire in judicatum, nisi quoad ea, quæ in illa exponuntur.*
2 *Injustitia impedit transitum sententiæ in rem judicatam.*
3 *Et præbet causam restitutioni in integrum.*
4 *In Jurepatronatu gentilitio successive regulatur in capita.*
5 *Juspatronatus excedens centenarium, præsumitur gentilitium.*
6 *Observantia subsecuta declarat, an Juspatronatus sit hereditarium, vel potius gentilitium.*
7 *In Jurepatronatu gentilitio filius admittitur tanquam compatronus ad præsentandum, vivente Patre.*
8 *Enunciativa valde attenduntur in re antiqua.*
9 *In fideicommisso stricte agnatitio fœmina non admittitur ad præsentandum simul cum masculo.*
10 *In Jurepatronatu simpliciter gentilitio.*
11 *In Jurepatronatu hæreditario convenit distributio vocum per quotas, & in stirpes.*
12 *Enunciatio emissa ad suggestionem partis, non præjudicat tertio.*
13 *Præsertim, quando in contrarium stant adminicula.*
14 *Post defectum familiæ Juspatronatus gentilitium transit in hereditarium.*

DECISIO VII.

Per liberam dimissionẽ factam a Co: Octavio de Rubeis, vacantibus de anno 1686 tribus beneficiis simplicibus sub invocatione S. Geminiani de Mongardino, S. Antonii de Monte Flascono, & S. Mariæ Rotundæ de Jurepatronatus laicorum, a sororibus de Ronco, & Joanne Gargiareo, fuit ad ea præsentatus priori loco Ulisses Gozzadinus, & deinde cumulative Alexander Guidottus, qui alteram præsentationem pariter obtinuerat a Co: Co: Nestore, & Octavio de Rubeis similiter compatronis; unde inter ipsos sic præsentatos suborta controversia super competẽtia institutionis, superventis literis Apostolicis gratiæ pro præsentato per Ulissem, impetratis a Summo Pontifice cum derogatione medietatis vocum, Ordinarius Mutinen. cui dd. literæ fuerant directæ, institutionem concessit Gozzadino. Provocavit Guidottus ad Rotam, atque commissionem causæ obtinuit a Signatura Justitiæ cum clausula, *parito literis arbitrio*; sed superventa, ea pendente, renunciatione, seu cessione litis statim postea facta a Gozzadino, prosecutus est ulteriorem causæ discussionem, citatis compatronis, atque non comparentibus, nec opponentibus, prævia decisione edita sub die 19. Januarii 1688. cor. R.P.D. meo Hervavult, sententiam Rotalem obtinuit definientem eidem concedendam esse institutionem, quæ ob non interpositam appellationem transitum fecit in rem judicatam, illiusque vigore capta desuper fuit beneficiorum possessio.

Cum autem post hæc Guidottus eadem beneficia dimiserit in manibus Ordinarii, & iterum compatroni inter se discordes præsentaverint duos, scilicet Comes Octavius Nestorem ejus fratrem, & sorores de Ronco, & Gargiareus Franciscum Mantachetum, hinc renovata lite inter compatronos, & præsentatos ab eis, Comes Nestor institutionem reportavit ab Ordinario Bonon. & deinde gratiam a

San-

Digitized by Google

Sanctiss. Nostro impetravit *pro præsentato* eum derogatione medietatis vocum: E contra autem sorores de Ronco, & Gargiarens una cum Mantacheto ab eis præsentato, reassumpta anteriori causa per sententiam Rotalem decisa, atque obtenta a Signatura Justitiæ commissione restitutionis in integrum adversus dictam rem judicatam mihi directam curarunt in hodierna audientia dubium proponi, & dispu-
1 tari, an scilicet constet de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrũ, quod negative quoad priorẽ dubii partem, affirmative vero quoad posteriorem fuit resolutum.

Non constitit quidem de re judicata adversus sorores de Ronco, & Gargiareum; etenim sententia Rotalis nulla ex parte non canonizat pertinentiam, seu qualitatem Jurispatronatus, sed duntaxat institutionem concedit Guidotto tanquam præsentato a majori parte patronorum: cum autem d. Guidottus præsentationem reportasset non tantum a Co: Co: de Rubeis, sed etiam ab illis de Ronco, & Gargiareis, qui eum cumulative cum Gozzadino præsentarunt, ut in *Summ. Hodierno Actorum n. 5. & 7.* patens est, quod d. sententia in nihilo lædat eorundem jura, nec rem judicatam inducant ipsis præjudicialem.

Et licet in decisione, quæ sententiam præcessit, firmatum fuerit, Comites de Rubeis habere majorem partem vocum, nempe undecim ex duodecim unciis Jurispatronatus; hoc tamen operari non valet, ut sententia interpretationem quoad hanc partem recipiat a d. decisione; nam cum hæc prodierit unica tantum parte informante, inauditis illis de Ronco, & Gargiareo, & bonum jus Comitum de Rubeis extra oppositionitatem causæ firmaverit, desuper in sententia pronunciatum fuerit super pertinentia Jurispatronatus, sed tantummodo super institutione Guidotti ab omnibus patronis præsentati, sententia non dicitur in judicatum transitum fecisse, nisi quoad ea, quæ in illa exponuntur, ad tradita per Scacc. *de sentent. & re jud. gloss. 14. quæst. 2. sub num. 9 cum ibi allegatis.*

Et quatenus a præcedenti decisione interpretationem recipere debeat sententia Rotalis, quoad pertinentiam, & qualitatem Jurispatronatus, adhuc in authoritatem rei judicatæ non est transacta; nam in ea parte esset evidenter in-
2 justa: injustitia autem rem judicatam excludit, ad Text. *in l. 4. §. condemnatum, ubi communiter, DD. ff. de re judic.*
3 ob læsionem parti inferentem, legitimam præbet causam restitutionis in integrum, *cap. 1.* ubi Abb. *& cæteri Canonista de restit. in integr.*

Hæc autem injustitia desumebatur ex insubsistentia suppositi, cum quo processit decisio bujus causæ edita in priori instantia cor. D. B. M. Hervavult; illa enim, supponendo controversum hoc Juspatronatus hæreditarium, dinumeravit voces proportionabiliter ad quotas hæreditarias, atque Comitibus de Rubeis adjudicavit undecim ex duodecim unciis, illis vero de Ronco, & Gargiareis unam duntaxat; supposita autem qualitas hæreditaria deficit, cum ex pluribus facti circumstantiis non obscure colligatur controversum hoc Juspatronatus esse gentilitium, & familiare domus de Gallutiis, & consequenter corruit etiam dinumeratio vocum ibidem facta proportionabiliter ad quotas hæreditarias, cum in Jurepatronatus gentilitio successio regule-
4 tur in capita, ex firmatis per Rot. penes Vivian. *de Jurepat. lib. 1. cap. 4. post n. 71. vers. dubium erat, & dec. 563. num. 8. vers. quad autem*, cor. Merlin. *dec. 106. n. 7.* cor. Celso, *& dec. 46. n. 2. cum seqq.* coram Priolo.

Qualitas autem gentilitia, & familiaris in præsenti satis visa est resultare. Primo, ex quo versamur in Jurepatronatus excedente metam annorum quadrigentorum, de cujus principiis memoria non extat, nec invenitur instrumẽtum fundationis; hoc enim casu cessat præsumptio alias militans pro qualitate hæreditaria, secundum terminos *Clem. plures de Jurepatr.* & subintrat contraria præsumptio, quod Juspatronatus sit gentilitiũ & in eo succedatur in capita, & optima quidem suadente ratione, ne scilicet alias darentur inextricabiles quæstiones, quas ponderat Gloss. *in d. Clem. in verb. plures, & refert* Lambert. *de Jurepatr lib. 1. q. 1. art. 25. p. 2. sub n. 6.* & Rota in celebri Florentina Jurispatr. de
5 Ricasolis penes de Viv. *de Jurepatr. lib. 1. cap. 1. n. 71. §. quæ omnia, & in d. 515. n. 34. & seqq. p. 14 rec.*

Secundo, quia ab anno 1467. usque in præsens, quoties evenerunt vacationes, descendentes ex familia de Gallutiis semper præsentarunt absq; ulla mixtura extraneorum nulla habita hæredis, aut qualitatis hæreditariæ mentione, nullaque desuper servata distinctione inter proximiores, aut remotiores; hæc enim observantia longæva, & inconcussa validum præbet argumentum qualitatis gentilitiæ, & juris præsentandi in capita; nam alias sicuti impossibile est, quod extranei per tantum tempus non fuissent admissi tanquam hæredes ad præsentandum, quodque omnes descendentes essent æqualiter hæredes primi fundatoris post tempus immemorabile; ita repugnat verisimilitudini, quod si præsentassent jure hæreditario, & in stirpes, non expressissent quotas, & uncias, pro quibus præsentabant, ad præservandum proprium uniuscujusque jus, ut alias in his terminis ponderavit
Rot. in d. Florentina de Ricasolis penes Vivian. *d. p. 4. c. 1.* 6
post. n. 17. vers. §. quia, & dec. 183. n. 23. cor. Burat. *& decis.*
106. *n. 9.* cor. Celso, *dec.* 204. *n.* 13. *& seqq. p. 12. & d. dec.* 515 *n. 3. cum duobus seqq. par. 4. rec.* & in Florentina Jurisp. 4. Junii 1681. *§. de existentia versus medium*, coram. B. M. Paulutio.

Tertio, quia in tribus præsentationibus præsentarunt patres una cum filiis, & simultanee etiam locationi quorundam bonorum Ecclesiæ patronatæ consenserunt pariter pater, & filius, ut constat ex documentis datis in dicto *Sum. n. 14* quo quidem convenit naturæ, & qualitati Jurispatronatus gentilitii, & repugnat Jurispatronatus ad præsentandum vivente patre, ut advertunt DD. in Clem. plures Vi-
vian. *de Jurepatr. lib.* 14. *cap. 2. n. 51.* & Rot. *dec. 204. n 7.* 7
p. 12 & dec. 237. n. 5. & n. 6. p. 13. rec.

Quarto demum ex eo quod tam in dd. præsentationibus, quam in literis Apostolicis S M. Clementis VIII. expeditis super provisione quondam Bernardini de Gallutiis pluries annunciatur dd. Beneficia esse de Jurepatronatus familiæ illorum de Gallutiis; hujusmodi autem denominationes non parum conducunt ad demonstrandum qualitatem familiarem, & gentilitiam, maxime in re valde antiqua, ut dixit
Rot. *dec. 183. n. 12. & seqq.* cor. Burat. *in dec. 203. n. 5. p. 12.* 8
& d. dec. 515. n. 9 & seqq p. 13. rec.

Nec in contrarium urgent duæ conjecturæ ex parte Comitum de Rubeis adductæ ad suadendam qualitatem hæreditariam; etenim prior desumpta ex eo, quod de anno 1467. admissa fuerit ad præsentandum fœmina agnata una cum masculis pro rata, probat quidem controversum hoc Juspatronatus non esse strictè agnatitium; in quo fœminæ non admittuntur contemporanee simul cum masculis juxta terminos, in quibus loquuntur, vel intelligi debent Grat.
discept. 577. n. 46. Buratt. *dec. 243.* Cels. *dec. 106. n. 9.* Priol.
dec. 159. n. 10. & Rot *dec. 139. n. 13.* post Vivian. *de Jurep.* 9
& dec. 488. n. 6. p. 5. rec aliæque authoritates ad hunc effectum congestæ, non tamen excludit qualitatem mere familiarem, & gentilitiam, cum fœminæ etiam dicantur de familia, & admittantur ad præsentandum una cum masculis in Jurepatronatus simpliciter gentilitio, & familiari, ut ad propositum bene advertit Vivian. *de Jurepatr. lib 4. cap. 9.*
n. 24. Rocc. de Curt. *de emtract. verbo competens q. 1. n. 1,* 10
& 2. & Rot. *dec. 563. n. 1.* coram Merlin.

Minus concludens est altera elicita ex enunciata emissa in quadam provisione Ordinarii Bononiæ de anno 1472. continenti Joannem Petrum de Gallutiis uti procuratorem Joannis Galleatii esse patronum pro quatuor, & quinque vocibus seu partibus, sicque ex jure hæreditario, uti convenit distributio, ac partitio dictarum vocum per quotas, & in stirpes, non autem ex jure familiari, & gentilitio, uti
congruit successio in capita, ex firmatis per Lother. *de re* 11
benef. q. 11. n. 123. Card. de Luc. *de Jurep. disc. 54. n. 5.* & Rot. *dec. 108. n. 3. & 4.* post Vivian.

Tum quia est una, & simplex enunciativa Ordinarii, quæ cum fuerit ad sugestionem provisi emissa in institutione beneficiorum, non probat qualitatem Jurispatronatus in præ-
judicium tertii, ut in similibus dixit Rot. *in dec. 542. n. 12.* 12
p. 4. tom. 3. & dec. 77. n. 9. p. 74. rec.

Tum quia eadem enunciativa aliunde non adminiculatur, nec verificatur per alias probationes suadentes patronatum esse hæreditarium, sed contra pro gentilitio stant tot argumenta superius adducta, & ipsamet assertio Ordinarii Bononien. in dicta præsentatione anni 1472. utpote continens Joannem Petrum præsentasse, tam ut procuratorem Joan. Galleatii Patris, quam nomine proprio, & tanquam principalem compatronum, ibi: *De concursu, præsentia, & expressa voluntate Zamperii filii nobilis viri Joannis Galleatii de Gallutiis, ac ipsius Joannis Galleatii*
procuratoris habentis ab eo mandatum patrant ipsarum Ec- 13
clesiarum, &c. Quæ continet simultaneam præsentationem una cum patre, verificari non potest nisi in Jurepatronatus gentilitio, quemadmodum superius præmissum est, & probatum in §. *Tertio quia.*

Probata itaque ex his qualitate gentilitia controversi Jurispatronatus, dinumeratio vocum non est desumenda a quo-

quotis hæreditariis, & juxta divisionem bonorum olim factam de anno 1451. inter Franciscum, Albertum, & Nicolaum de Gallutii, quemadmodum proportionabiliter ad illorum quotas, seu proportiones dinumeravit dec. prioris instantiæ; sed dinumeratio fieri de jure debet proportionabiliter ad quotas hæreditarias Joann: Bernardini ultimi masculi de familia Gallutia, in quem totum Juspatronatus per prædecessum omnium aliorum de dicta familia consolidatum fuit in eo, & de gentilitiu effectum hæreditarium, juxta
14 ta celebre Anchatani *cons. 81. sub n. 2.* millies a Rota approbatum, & novissime in Mantuana beneficii 30. Junii 1688. cor. me. Cum autem hæreditas dicti Joannis Bernardini ab intestatu defuncti delata fuerit pro una tertia parte ad Margaritam illius ex Hieronymo fratre prædefuncto neptem, & pro reliquis duabus tertiis ad Juliam, & Camillam sorores ejusdem Jo. Bernardini, ex d. *Summ. n. 2.* cumque portiones, seu quotæ Camillæ, & Juliæ pervenerint in sorores de Ronco, & Gargiareum, portio autem Margaritæ in Comites de Rubeis, ut clare deprehenditur ex præsentatione anni 1685 effectum plene sortita, in qua Comites Octavius, & Nestor præsentarunt tanquam filii, & hæredes Jacobi filii, & hæredis Margaritæ, sorores autem de Ronco, & Gargiareus tanquam successores dd. Juliæ, & Camillæ; satis exinde patet apud istas pertransiisse, & residere octo ex duodecim unciis Jurispatronatus, Comites vero de Rubeis quatuor duntaxat, & consequenter injustam esse sententiã Rotalem, quatenus secundum tenorem præcedentis decisionis interpretata concordat dd. Comitibus de Rubeis majorem vocum partem, atque hinc adversus eam concedendam esse restitutionem in integrum, conclusum fuit utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Bononien. Beneficiorum.

Merc. 28. Junii 1690.

ARGUMENTUM.

Est decisio in eadem causa emanata, & ex ea liquet, quando ultimus status attendi non debeat.

SUMMARIUM.

1 *Gratia Apostolica subreptitia obtenta non meretur executionem.*

2 *Clausula,* dummodo a medietate patronorum præsentatus sit, *apponi solita in gratiis pro præsentato, verificatur in præsentatione patronorum existentium in quasi possessione præsentandi.*

3 *Ultimus status in possessorio præsentandi non inducitur, si sit litigiosus.*

4 *Ultimus status, qui sit turbidus non attenditur.*

DECISIO VIII.

Comes Nestor de Rubeis ab Octavio fratre præsentatus ad tria controversa beneficia, prætendens habere pro se majorem vocum partem, vel saltem medietatem illarum, nec non rem judicatam super quasi possessione præsentandi pro eadem sata, impetravit a Sanctissimo D. N. gratiam pro præsentato cum derogatione alterius medietatis vocum, atque in hodierna audientia, in qua disceptatum fuit de viribus dictæ rei judicatæ, prævia particularis dubii subscriptione, petiit d. gratiæ executionem, quam tamen Domini uti minime justificatam existimarunt non exequendam.

Cum enim in altera hodiernæ causæ decisione coram me pariter edita super dubio restitutionis in integrum, per valida fundamenta firmatum fuerit ad dd. Comites de Rubeis non pertinere jus præsentandi, nisi pro quatuor duntaxat ex duodecim partibus; Gratia Apostolica in ea parte, in qua præsupponit Comitem Nestorem præsentatum a medietate patronorum, detegitur subreptitia, & consequenter non valet absque nota injustitiæ executioni demandari, ad Text.
1 *in cap. super literis,* & ibi Felin. *n. 8.* & Dec. *n. 4. de rescript.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 34. n. 9.* & Rota *dec. 343. n. 1. & 2. p. 18. rec.*

Nec evitatur subreptio ex eo, quod Comites de Rubeis constituti dicantur in quasi possessione præsentandi pro majori vocum parte per aliam immediate præcedentem præsentationem ab ipsis factam in personam Alexandri Guidotti, & effectum sortitam nedum per institutionem concessam a Rota mediante sententia in judicatum transacta, sed etiam per subsecutam possessionem præsentati, & per modernam vacationem beneficiorum secutam ex causa dimissionis ejusdem; adeoque clausula illa in hac aliisque gratiis pro præsentato apponi solita, nempe, *dummodo a medietate patronorum præsentatus sit*, satis verificetur in præsentatione patronorum existentium in quasi possessione præsentandi 2
pro medietate, ex traditis per Ferret. *cons. 145. n. 6.* Mandos. *cons. 7. n. 17.* & Rot. *dec. 301. lib. 2.* cor. Puteo, *& dec. 471. n. 21. & seq. p. 4. tom. 2. rec.* & cor. Peuting. *dec. 266. n. 23.* & coram Priolo *dec. 38. n. 6.*

Etenim aut hæc quasi possessio deducitur ex ipsa præsentatione facta a Comitibus de Rubeis in personam Guidotti, & hæc non constituit dd. Comites in quasi possessione præsentandi pro integra medietate vocum ab illis prætensa, cum in eadem vacatione concurrat similis quasi possessio sororum de Ronco, & Joannis de Gargiareo, qui pro eorum ratis cumulative præsentarunt eundem Guidottum; aut deducitur ex sententia Rotali in judicatum transacta, & instantia cum nulla ex parte canonizet pertinentiam juris præsentandi, nec qualitatem Jurispatronatus, sed duntaxat institutionem concedat Guidotto tanquam a majori patronorum parte præsentato, non lædit jura alicujus ex compatronis, sed ea in suo statu præservat; vel in omni casu, cum ab ea pendeat appellatio in gradu restitutionis in integrum, & in hac parte tanquam injusta dicta sententia fuerit infirmata in altera decisione hac ipsa die edita super re judicata, negari non potest, quin ultimus status exinde deductus fuerit, & sit litigiosus, & controversus, & consequenter adduci non valet pro sustinenda controversa præsentatione vigore quasi possessionis: sed in hoc casu attenditur jus præsentantium & causa proprietatis causam possessionis absorbet, ut declarant scribentes *in vulgat. cap. Consultationibus* 3
19. de jurepatr. ubi Abbas *n. 9.* Lambertin. *de jur. patr. lib. 2. p. 2. q. 3. art. 6. n. 4. & 5. & art. 9. n. 2.* & Rota *dec. 1630. per tot.* cor. Pen. *dec. 409. n. 2. & seq. p. 18. & dec. 63. n. 16. & seq. p. 19.* ubi plures alii Concordan.

Eoque fortius, dum prætensus ultimus status habet contra se legitima documenta late expensa in altera hodierna decisione super negotio principali, atque undique incontroversum, & liquidum statum antecedentem contrarium, siquidem in penultima vacatione eorundem beneficiorum sorores de Ronco, & Gargiareus præsentarunt uti successores Juliæ, & Camillæ de Gallutiis sororum quondam Bernardini ultimi masculi de familia Gallutia, Comites vero de Rubeis præsentarunt tanquam hæredes quondam Margaritæ neptis ejusdem Bernardini; sicque prius præsentarunt, & nunc dicuntur existere in quasi possessione præsentandi pro octo ex duodecim unciis Juspatronatus hæreditarii, dicti vero Comites pro reliquis quatuor; atque hæc præsentatio omnium simultanee suum plenarium habuit effectum in personam ipsiusmet Comitis Octavii de Rubeis tunc ab omnibus præsentati, & nunc in hac ultima vacatione præsentantis Nestorem fratrem, unde eo magis ultimus status 4
prætensus redditur controversus, & turbidus, & proinde non suffragabilis ad effectum de quo agitur, ut præcise advertit Rota *in d. dec. 63. n. 16. p. 19. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis.

Lunæ 31. Januarii 1695.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus ex quibus gentilitium sit censendum, & effectibus ex hac qualitate promanantibus.

SUMMARIUM.

1 *Duæ sententiæ vigore Statuti Bononiæ habent vim trium.*

2 *Juspatronatus dicitur agnatitium, quando ad illud vocantur proximiores in gradu de domo testatoris.*

3 *Veniens ex propria persona ad aliquod Juspatronatus, non præjudicatur per dispositionem anterioris possessoris, vel per lapsum diuturni temporis.*

4 *Statutum Bononiæ tribuit executionem paratam scripturis ab archivio extractis.*

5 *Scripturæ in publico archivio retentæ faciant plenam* pro-

probationem etiam sine originali.

6 *Instrumentum confrontatum cum originali caret omni suspicione illegalitatis.*

7 *Corrosio scriptura proveniens ex edacitate diuturni temporis non tollit legalitatem.*

8 *Nullitas in prima, & secunda instantia non opposita amplius allegari non potest.*

9 *Ex præsentationibus effectuatis probatur pertinentia jurispatronatus, nisi contrarium plene probetur.*

10 *In alienatione bonorum jurispatronatus requiritur consensus Patroni.*

11 *Testator non præsumitur immemor salutis æterna.*

12 *Actus præsentationis refertur ad præexistentem titulum.*

13 *A propria confessione non licet resilire.*

14 *Juspatronatus præsumitur hereditarium.*

15 *Possessio Jurispatronatus hereditarii potest immutare illius naturam hereditariam in gentilitiam.*

16 *Contra non valentem agere non currit præscriptio.*

17 *Centenaria non valet, quoties incentimenti constat de initio invalido.*

18 *Præsumptio cedit veritati.*

19 *Descriptiones contenta in libris Ecclesia plurimum attenduntur.*

20 *Confessio emissa prævia productione scripturarum, non potest retractari.*

21 *Immemorabilis destruitur ex titulo obsignatu in antiquis lapidibus.*

22 *Inscriptiones memorata inventa sunt, ne pereant memoria.*

23 *Inscriptio probat contra eum, de cujus voluntate affixa est.*

D E C I S I O IX.

PEr geminas sententias Bononiæ prolatas, quarum prima emanavit a Vicario Generali, & altera prodiit a R.P.D. tunc temporis Vicelegato, de voto illius Rotæ declaratum fuerat, Juspatronatus Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Burgo Panciali ad formam testamenti quondam Lambertini junioris de Ghisleriis conditi de anno 1399 spectare in totum ad Senatorem Franciscum unicum ex hujusmodi splendidissima familia superstitem, exclusis Monasterio, & Monachis S. Michaelis in Busco possessoribus, causam habentibus a Carolo Joannis de Ghisleriis filio; cumque a præfatis judicatis appellationis causa ad nostrum Tribunal ex Signaturæ rescripto cum clausula, *Constito de nobus*, fuerit subinde delegata, per dubium commissioni conforme, *An constet de duabus*, in Rota propositum fuit, at ob suffragiorum scissuram tet quoque indecisum remansit, quod tamen hodierna die videntibus omnibus Dominis, juxta ordinem alias datum, in quarta ejus repropositione affirmativam resolutionem obtinuit.

Ratio ita decidendi innitebatur validitati, ac justitiæ sententiarum, quibus concurrentibus, tam ex Statuto Bononiæ de duabus conformibus, quam ex notissima Constitutione
1 san. mem. Gregorii XV. eædem vim trium habent, & rem judicatam constituunt, ut dixit Rota in Bononien. Depositi 3. Martii 1692. §. *Siquidem*, cor. R.P.D. meo Muto.

Sane validitas non revocabatur in dubium, & justitia liquido emergebat ex lectura testamentariæ dispositionis memorati Lambertini, qui scriptis sibi hæredibus Magdalena, & Joanna filiabus, juspatronatus, de quo res est, ut in domo, & familia de Ghisleriis perpetuis temporibus conservaretur, pro dimidio reliquit dicto Joanni q. Thomaeis ejus Patruelli, & pro alio dimidio Colacinæ ipsius sorori, hac tamen opposita speciali lege; quod Colacina, quousque tantum vitam ageret, hujusce honorifico jure perfrui posset, eaque defuncta, illud consolidari jussit in Joanne, ad quem integraliter pertinere voluit, & post ejusdem obitum statuit, *dictum Juspatronatus* (sunt verba testamenti) *pervenire ad quemlibet proximiorem in gradu de dicta domo, legitimo, & naturali, & successive de uno in alium de dicta*
2 *domo usque ad futurum*. Quapropter, cum ex relatis testamenti verbis aperte evincatur, Lambertinus efficere, atque ordinare voluisse Juspatronatus simpliciter agnatitium, & gentilitium in Nobili Familia de Ghisleriis perpetuo duraturum, per ea quæ tradunt Spada *cons.* 12. *n.* 21. *lib.* 2. Lothec. *de re benefic. p.* 1. *cap.* 32. *num.* 1. Palma Nepos *alleg.* 176, *n.* 41. Card. de Luca *de Jurepatronatu* 25. 60 *n.* 31. Castald, *consult.* 130. *n.* 7. & 8. Ricc. *dec. Cur. Neap.* 60. *num.* 1. *p.* 2.

Rot. *dec.* 206. *n.* 2. cor. Bich. *dec.* 219. *n* 8, & 9. *p.* 11. & *dec.* 24. *n.* 4. & 41. coram Ubago.

Hinc in necessarium consequens succedit, quod attenta qualitate gentilitia, nullo jure potuit Juspatronatus prædictum pro duabus ex tribus partibus transferri per Carolum in Monasterium, & Monachos S. Michaelis in Busco, neque ab his, utpote penitus extraneis, acquiri in præjudicium Senatoris Francisci unici de Gente Ghisleria, cui jus suum ex propria persona metienti, nec diuturni temporis lapsus, 3
neque dicti Caroli anterioris possessoris inefficax dispositio, licet Ordinarii consensu roborata extitisset, quidquam obesse potest, *ad consil. Ferretti* 134. *num.* 5 *versic. secundum*, Paris *consil.* 48. *n.* 8. & *seqq. lib.* 4. Gabriel. *cons.* 196. *n,* 3, *lib.* 2. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 10 Merlin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 31. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 96 Vivian. *de Jurepatr. p.* 1, *lib,* 4. *cap.* 2. *num* 14. & 15, Ciarlin *controv. forens. lib,* 1. *cap.* 107. *n.* 44. & 45. Tanchredin. *consult.* 43. *n.* 38. Panimoll. *dec,* 19. *adnot.* 3. *n.* 11, Rota *decis.* 346. *n.* 6. coram Merlino, *dec* 438. *n.* 7. coram Penia juxta impress. Lugdunen, *decis.* 396. *num.* 14. coram Bichio, *dec.* 96, *n.* 16. & *seq. p.* 6. *dec.* 348. *num.* 8. *cum seq. p.* 15. & in Bononien. Parochialis 26. Junii 1682. § *præsuppositio*, coram R.P.D. meo Ursino.

Vis vero, & efficacia tituli competentis Senatori Francisco virtute testamenti Lambertini, nullo modo convellitur ex triplici adducta in contrarium exceptione a Monachis Reis conventis, quarum prima consistit in illegalitate ipsius testamenti, altera residet in negativa existentiæ patronatus in Lambertino, & denique tertia promanat ex præsidio duplicis centenariæ, qui iidem Monachi suffulti, quemcunque meliorem titulum de mundo, ad propriæ, & idem pervetustæ possessionis jura tuenda constanter prætendunt; quandoquidem neutiquam officere visa est prima; nam legalitas, & præexistentia testamenti Lambertini satis hic demonstrata, patuit ex duplici authentico, ac fidelissimo exemplo, quorum unum Notarius Bittious cum expresso judicis mandato, ab eodem originali Buttigarii Notarii de ea rogati extraxit, quod deinceps in publicum Bononiensi Ar- 4
chivio repositum fuit, *Summar. Senatoris num.* 1. *lit. A. usque ad finem*, quo fit, ut ei integra fides adhibenda veniat, tametsi matrix non adhibeatur, sive ex sanctione Statuti Bononiæ tribuentis paratam executionem scripturis ab Archivio extractis, ut in terminis consuluit Gratus *cons.* 101. *num.* 10. *lib.* 1. & respondit Rota in puncto alterius testamenti relevati ab alio Notario Bononiensi, *decis.* 61. *a num.* 1. *cum seq p.* 18 *recent.* seu quoque ex juris communis censura, juxta quam scripturæ in publico Archivio reconditæ, & retentæ, plenam in judicio probationem sibi adsciscunt, etiam sine originali, præsertim quando, ut in hoc casu, militat pro eisdem subsecuta inconcussa observantia inferius recensenda, atque ulterius longævus annorum decursus primam illis vindicat authoritatem, ad Text. *in authent. ad hæc, de fide instrumentor.* Gonzal. *in cap.* 1. *sub num.* 12. *versic. Secunda exceptio*, *tit. eodem*, Decian. *resp.* 24. *n.* 47. & *seq. lib.* 1. Mascbard. *de probat. concl.* 711. *n.* 61. Alciat. *de præsumpt. reg* 3. *præsumpt.* 13. Trentacin. *var. resol. lib.* 2. *tit. de fide instrum. resol.* 8. *num.* 1. & 2. Rota *dec.* 744. *n.* 8. coram Cardinali Cerro, & optime in Vicen. Parochialis 14. Novembris proxime præteriti, §. *haud obsistente* coram R.P.D. meo Muto.

Alterum autem, quod præfertur controversi testamenti exemplum, a proprio originali extractum legitur per ipsummet Notarium Butrigarium, illudque præsidentes Bononiensis Archivii cum aliis pluribus originalibus instrumentis a dicto Butrigario exaratis comparaunt, atque conforme adinvenerunt, *Summar. num.* 5. Unde efficitur, ut frustra ad præsens de illegalitate insimuletur, cum dicta confrontatio, quamcunque suspicionis umbram abstergat, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 648. Nascard. *ubi supra conclus.* 712. *num.* 3. Rota *decis.* 548. *num.* 5. cor. Buratto *decision.* 32. *num.* 3. & 4. *part.* 12. & in terminis copiæ testamenti ab originali desumptæ, Rota *dec.* 433. *num.* 1. coram Priolo, & in Romana Fideicommissi de Ursinis 13. Februarii 1682. §. *non obstat*, coram bon. mem. Albergato, Parum refragante, quod in hoc secundo exemplo relictum dignoscatur aliquod spatium in albo, itidemque nonnulla illius verba appareant corrosa; animadversum quippe fuit in prædicto albo deficere, quod substantiæ, rectæque orationis intelligentiæ adversetur; ideoque spatium istud, prout antiquorum Bononiæ Tabellionum moris erat, consulto omissum absque ulla verborum efformatione dici debet ad hoc, ut scilicet a jam absoluta oratione alterius

exordium clarius distingueretur, sicuti testatur moderaus
Archivii Præsidens, *ummarion.7.* quemadmodum patitet
asserta corrosio fidei, ac candori ejusdem exemplaria haud
detrahit, vel quia ex aliis verbis antecedentibus, ac imme-
diate subsequentibus non obscure comprehenditur, quid in
parte corrosa contineretur, vel quia eademmet edax tempo-
ris vetustas, trium nimirum fere sæculorum, consuetam
hanc injuriam irrogat, absque eo quod inde scripturarum
legalitas abumbrata remaneat, quod præcise locum obti-
neat, quando, ut in hypothesi, non deest aliud exemplar
cum suo originali, ut proxime diximus, egregie cōcordans,
7 illique adamussim respondens, ut hæc omnia perpendit Ro-
ta coram Merlin. *dec.* 53. *a n.*2. *usque ad* 6.

Minusque urget, quod cum Lambertinus in ejus testa-
mento processus fuerit secreto testari ad formā patrii Statuti
tunc vigentis, & præcipientis, *ut ultima voluntas præsenta-
ri debeat post mortem ipsius condentis per duos ex fratribus
loci, in cujus Sacristia deposita fuisset sic sigillata* cor. Vica-
rio D. Potestatis &c. *vel alio ex judicibus &c. & auscultetur
ipsa ultima voluntas cum rogatione Notarii, qui eam scripsit,
in præsentia dicti Vicarii &c. qua auscultatione facta, si in-
veniatur ipsa ultima voluntas concordare cum rogatione præ-
dicta, saltem in effectum, ipsius Vicarius, vel judex ipsam
ultimam voluntatem publicet, & pro publicata, & authenti-
ca haberi mandet*; nihilominus hactenus non doceant de
hac requisita præsentatione Religiosorum, neque constet
de decreto Judicis, qui perspecta fidelitate collationis man-
daverit supremam Lambertini voluntatem in ejus Elogio
contentam publicari; siquidem tale objectum, super quo
totis viribus scribentes pro Monachis insistebant, ex facto
ipso removetur, ponderando, quod testamentum consi-
gnandum Religiosis in vim patriæ legis non erat, neque es-
se poterat, identifice originale, quod remanebat penes No-
tarium rogatum, sed duntaxat illius copia in authenticam
formam redacta, ut clare præcesserunt verba illa Statuti:
*Auscultetur ipsa ultima voluntas cum rogatione Notarii, qui
eam scripsit &c. qua auscultatione facta, si inveniatur ipsa
ultima voluntas concordare cum rogatione prædicta*: non
enim fieri posset demandata concordatio cum rogatione,
nisi supponatur eandem rogationem, nempe matricem, exi-
stere apud Notarium, cum qua postmodum sit collationan-
dum ultimæ voluntatis exemplar fratribus tradēdum; quod
si diversum intellectum admittere velimus, imperceptibile
prorsus redditur, quomodo in una, eademque ultimæ
voluntatis schedula, pro habenda ordinata confrontatio-
ne, duæ inter se totaliter incompatibiles operationes consi-
derari queant; quo fundamentaliter posito, cum Notarius
Bittinus, ut jam firmatum fuit, de speciali Judicis præce-
pto, sublato e vivis Buttigatio, sub eodem anno 1399. quo
testamentum Lambertini confectum extitit, illud exempla-
verit, & publicaverit, necessario fatendum est, ad un-
guem satisfactum fuisse cunctis Statuti solemnitatibus, &
signanter præsentationi, & confrontationi exemplaris cum
suo originali, quæ præcedenter censeri debent factæ, ea con-
vincenti ratione, quia ad terminos dictæ dispositionis Sta-
tutariæ publicatio præsentationi, & confrontationi subse-
quitur, & in omnem casum, ubi etiam Statutum in omni-
bus servatum non fuisset, attamen non ex hoc inferri vale-
ret ad actus nullitatem, dum a tali pœna literaliter in eo-
dem Statuto legitur præservatus ibi: *& hujus scripturæ omis-
sio non vitiet ultimam voluntatem*, *Summar. Senatoris n.*
6. §. 15.

Atqui solvitur quævis difficultas, ex quo nullitas, & il-
legalitas testamenti Lambertini nusquam opposita fuit in
duabus instantiis factis Bononiæ, ubi facile, & illico ea o-
culari originalium scripturarum inspectione, & collatione
cum suis exemplaribus factis veritas eluxisset; qua de re im-
pugnatio testamenti jam in partibus tacite, & sufficienter
approbati, hodie tanquam nimis serotina rejici meretur,
ut notat Cravett. *consil.* 50. *sub num.* 2. *versic. idem dici-
8 mus*, Mascard. loc. cit. *concl.* 711. *cum* 79. Pareza *de in-
strumentorum editione*, §. 3. *num.* 117. Rota *decis.* 271. *n.*
18. cor. Ubaldo, & coram Rembold. *dec.* 74. *num.* 1. &
optime in laudata Vincen. Parochialis, §. *Clarius* cor. R. P.
D. Muto.

Itaque, cum ea hucusque firmatis antecedens Senatoris
Francisci jus nuper purificatum per legitimum documen-
tum testamenti Lambertini abunde ab excitatis objectioni-
bus propugnatum præfulgeat, facilius eliditur secunda ex-
ceptio, justificando integram jurispatronatus pertinentiam
in eodem Lambertino. Et primo quidem verificatur assum-
ptum ea pluribus actibus præsentationibus ab ipso factis,
suumque plenarium effectum sortitis per annos viginti, &
unum, antequam testamentum conderet, de quo tempo-
re, anno videlicet 1387. sub die 21. Septembris præelegit ad
Rectoratum Ecclesiæ de Burgo Franciscum de Roncasal-
do, ad quem effectum constituit Procuratorem ad præsen-
tandum; cui actui inhærendo Joannes Procurator, præsen-
tavit Francisco Lambertini præelectionem, & successive
petiit, & obtinuit a Camerario, & Canonicis Ecclesiæ Bo-
noniensis institutionem, atque demum Franciscus præele-
ctus reportavit a Vicario Generali facultatem exercendi cu-
ram Animarum, *Summar. num.* 8. ex quibus utpote egre-
gie concludentibus quasi possessionem præsentandi, quando
de existentia jurispatronatus non dubitatur, juridice per-
tinentia eruitur, quousque contrarium plene non justifi-
cetur, ut docent Panimoll, *decis.* 10. *num.* 36. Rota *decis.*
349. *n.* 1. ibique Adden. *lit. A.* coram Gregorio *decis.* 117.
n. 3. & 4. coram Carillo *dec.* 159. *n.* 7. & *dec.* 274. *n.* 1. *p.* 10. 9
dec. 293. *n.* 6. *p.* 11. *rec.*

Rursus melius comprobatur patronalis existentia abs-
que alterius compatroni concursu ex venditione facta de
duobus prædiolis spectantibus ad Ecclesiam patronatam,
cui Lambertinus expresse consensit, *Summ. n.* 9. ex quo
certo actu præstiti consensus serio, & proportionate gesto
coram Ordinario alienationem authorizante, mirifice non
minus quam concludenter arguitur qualitas patronalis;
quotiescumque enim contingit alienatio bonorum juris-
patronatus, certissimum est, quod si non ad illius vali-
ditatem, saltem ut patronali sollicitudine invigilet, ne
res Ecclesiæ dissipentur, nullaque urgente legitima causa
distrahantur, patroni consensus exquiritur, Rodoan. *de* 10
rebus Eccles. non alienan. fol. mihi 108. *n.* 4. & 9. Lother.
de re benef. lib. 1. *q.* 11. *num.* 66. Nec abs re superadditur
assertio Lambertini emissa in testamento, quod ad se jus-
patronatus pertinebat, cui valde videtur deferendum, cum
præsumi non debeat testatorem in proximæ mortis articu-
lo æternæ salutis immemorem mentiri voluisse, sicuti ad
rem post Crotum animadvertit Rota coram Coccino *dec.* 11
230. *n.* 4.

Quæ quidem omnia licet clara esse videantur, clariora
profecto redduntur, si expendatur subsecuta observantia,
& executio toties memorati testamenti Lambertini, ex
qua effectuatione patens pertinentia jurispatronatus de-
prehenditur. Illo siquidem mortuo, confusoque per viam
legati in Joannem, & Colacinam jure præstandi, hi, non
autem Magdalena, & Joanna Lambertini filiæ tunc in hu-
manis agentes, & quarum ultima vigesimum ætatis annum
expleverat, ad præsentationem pervenerunt, *Summ. n.* 2.
& quamvis in hujusmodi præsentatione subtacitus fuerit
titulus legati; attamen omissio ista præjudicium non in-
gerit, quia si vivebant filiæ Lambertini, quibus uti patris
hæredibus jus præsentandi pertinuisset, utique eædem
non permisissent præsentationem per saltum fieri a Joan-
ne, & Colacina, nisi revera agnovissent illi paternum
judicium suffragari; præterquam quod cum adhuc alius di-
versus titulus non allegetur, omnis ratio postulat, ut hic
actus præsentationis ad præexistentem verum, & innega- 12
bilem legati titulum sit referendus, ut in nostris terminis
inquit Rota *decis.* 792. *n.* 7. coram Buratto *dec.* 218. *n.* 26.
& 27. *p.* 6. *dec.* 39. *n.* 58. & 59. *par.* 7. *rec.* & *dec.* 66. *n.* 2. post
Viv. *de jurepatron.*

Indeque insurgit stringentissima responsio ad vagas, &
insubsistentes illationes in oppositum promotas: Si enim ex
prænarratis univocis actibus manifeste comprehenditur
qualitas patronalis in Lambertino, qui solus præsentavit, &
solus alienationi bonorum Ecclesiæ consensum adhibuit;
quomodo ergo Monachi fundati in mero discursu ducto a
possibili restringere contendunt pertinentiam ad aliquam
duntaxat portionem, quando ulterius ipsimet hanc verita-
tem non dubia confessione palam fecerunt, producendo in
alio judicio vertente de anno 1630. inter eosdem, & men-
sam Archiepiscopalem super statu patronali hujus Ecclesiæ,
prædictos actus a Lambertino factus? Hæc sane confessio
adhuc in suo robore existens, contra ipsos confitentes omne 13
genus probationum superat, neque ab eo fas est resilire,
Cardinalis Albitius *de inconstantia in judiciis q.* 26. *n.* 33. &
48. Rota in nostris terminis, cor. Dunozetto seniore *decis.*
171. *n.* 8. *usque ad* 12. & *dec.* 30. *n.* 2. & 3. *p.* 19. *rec.*

Jam vero ostensa in Lambertino pertinentia jurispatro-
natus, & quidem hæreditarii, quale profecto regulariter
deficiente fundationis instrumento reputandum est, ad
Text. *in Clement. plures de jurepatronatus*, Peregrin. *cons.* 14
35. *n.* 10. *lib.* 1. Paris. *cons.* 48. *n.* 9. *lib.* 4. Covarr. *var. res.* 2.
lib. 2.

Digitized by Google

lib.2. cap.18. n.7. Grat.*cap.577.n.45.* Capon. *discept.forens.*
67. n.2. Rot. *dec.446. n.6.* cor.Royas *dec.114. n.20.* coram
Priolo *dec.103.n.2.p.13. rec.* & in Novarien. Jurispatrona-
tus 4. Junii 1677.§. *Cum enim*, cor. bon.mem.Rondinino;
de quo propterea, tanquam legitimus possessor, illiusna-
turam immutando, novamque ei qualitatem gentilitiam
15 imprimendo, valuit in morte per viam legati favore Joan-
nia, & Colacinæ, deindeque ulteriorum descendentium
masculorum, de familia Ghialeria disponere, ut pro abso-
luto firmant Sanchez. *consil. moral. lib.2. cap.3 dub. 91. sub*
n.1. & seq. Molin. *de primog. lib.1. cap. 24. num.38.* Caren.
resol.142. n.5. Vivian. *de jurepatr. lib. 14. cap.2. n 24. & seq.*
Card. de Luca *de jurepatr. disc.60. n.22.* Castald. *consultat.*
250. n.8. Mang. *consult.217. n.6.* Rota *dec.287. n....* coram
Bichio, & *dec.47. n 8.* post Tondut. *de pens.*

Reliquum tantum est, ut avertatur tertia, & postrema
objectio duplicatæ centenariæ, ad cujus legalem efficaciam
pro conservanda antiqua eorum possessione Monachi con-
fugiunt, in cujus articuli examine distinguere oportet, quod
vel lapsus temporis allegatur ad inducendam præscriptionē
adversus Senatorem Franciscum, & eidem agenti ex proprio
jure ad vindicandum agnatitium juspatronatus, quivis sæ-
culorum decursus obsistere non potest; nam tempora præ-
decessorum, a quibus independenter propriam vocationem
desumit, non sunt computanda, quia contra non natum,
& ideirco agere non valentem, præscriptio non currit, ut
ultra supra congestos in §. *Hinc necessarium*, voluere Rocca
16 *disq. jur select. cap.7. n.4.* Antonell. *de tempore legal.lib.2.*
cap. 10. n.2. Grat. *discept. forens. cap 577.n.43. & seq.*

Aut anim duplicata illa centenaria adducitur, ut Mona-
chi ejus prætextu, quocunq; alio sibi magis proficuo titulo
juventur, & cum hic inexistenti constet de initio invalidi,
atque undique imperfecti tituli derivantis ex Caroli testa-
mento, nulla vis amplius in eadem centenaria constitui po-
test, ex quo in hoc casu illiuspræsumpta virtus palpabili
17 veritati cedere compellitur, Gonzal.*ad reg.8.gloss.18. n.48.*
& seq. Ricc. *in prax Eccles.jurispatr. resol.129. n.1. & a.* Sal-
gad. *de Regia protect. p.3. cap.10. n.85.& seq.* quod in omni
materia receptissimum esse habetur ex doctrina Innocentii
in cap.dudum, 31. sub n.2.de . elem. Gemin.*consil.96.n.4.* Canc.
var. resol.lib.3.c.3. n.125 Castill *contr.jur. tom.7.c.26.n.37.*
18 Card. de Luca *de alien. disc.3. n.9. & 10.* Camerat.*disp.1. n.3.*
& 5.tom.2. Rot *dec.702.n.37.* cor. Merlin.*dec.259.n.9.& 10.*
cor. Royas, *dec.280.n.3. & 4.p.17.* & in Juvenacen. Jurisdi-
ctionis 5. Maii 1677. §.*impetratio in fine*, cor.Rev.Bourle-
mont, & 3. Julii 1697. §. *Qua posita*, cor.bo.me. Paulnccio.

Datur, itaquam, in proposita facti specie contra naturam
talis præscriptionis inicio principali, utpote quæ illius ori-
go hominum memoriam excedit; certum atq; indubitatum
initium tituli infecti, quod resultat tum ex descriptione hu-
jus Ecclesiæ facta tanquam de jurepatronatus ex testamento
Caroli in antiquo statu, seu campiono Diœcesis Bononien-
sis plurimum attendēdo, eo quia est desumptum ex ipsismet
19 libris rectorum Ecclesiæ præfatæ, Garz. *de benef.p.12.cap.2.*
n.277. Panimoll. *dec.10. a. not. 1. n.70.* Rot. *dec. 172. n.7.*
p.5. rec. tum ex geminatis Monachorum confessionibus ca-
pitulariter emissis, nedum occasione præsentationum, *Summ.*
n.11. verum etiam in dicto Judicio da anno 1630. in quo
contra mensam Archiepiscopalem non semel titulum juris-
patronatus deduxerunt, & allegarunt, quinimo testamen-
tum Caroli produxerunt, *Summ.n.3.* quæ retractari hodie,
ac impugnari non possunt, tantoque magis, quia produ-
ctione scripturarum sunt innixæ, ut distinguit Card. Albi-
20 tius *d. tract. de inconstantia in Judiciis q. 26. n. 24. & 25.*

Tum denique, & apertius ex marmorea inscriptione a di-
ctis Monachis apposita in Ecclesia B. Mariæ, in qua ad pe-
rennem sæculorum memoriam exprimitur qualitas eorun-
dem patronatus ex Caroli testamento, quam novissime pen-
dente præsenti Judicio cum Senatore Francisco, eoque cita-
to, Judicis authoritate transumptari fecerunt, *Summ. n.14.*
prout ad destructionem immemorabilis in puncto de titulo
21 obligato in lapida considerat Trobat.*de effectib immemor.*
q.15. art.4. n.55. & certe summo jure, quia explicatum est,
marmoream inscriptionem, quæ ut ait Textus *in l. monu-*
22 *mentum, ff. ad relig. & sumpt. funer.* memoriæ causæ prodi-
tur, superlativam inducere semper probationem contra eum,
de cujus voluntate affixa, & publici juris effecta fuit, ut o-
23 missis generalibus, in terminis jurispatronatus, Masc. *de*
probat. concl.957.n.22. Salgad. *de Regia protect.p.3 cap.10.*
n.275. Panimoll. *dec.30. adnot.1. n.67.* Rot. *dec.30. num.7.*
& 8. cor. Priolo, *& dec. 24. n.5. & 7.* cor. Ubago.

Et ita utraque parte acriter informante responsum fuit.

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

R. P. D. CAPRARA.

Asculana Beneficiorum.

Lunæ 28. Aprilis 1698.

ARGUMENTUM:

Qui veniant in jurepatronatus appellatione familiæ, & an juspatronatus activum reguletur juxta passivum, ad ornatum *disc. 24. & disc. 29.* Card. de Luca *de jurepatr.*

SUMMARIUM.

1 *Debetur institutio ei qui debet præsentari, licet patroni neglexerint eum præsentare.*
2 *Patroni tenentur eum præsentare, qui qualitatē voluntas a fundatore retinet.*
3 *Appellatione familiæ in jurspatronatus venit tam effectiva, quam contentiva.*
4 *Maxime, si testator nullos haberet descendentes.*
5 *Testator vocando familiam cum denominatione indefinita, censetur voluisse comprehendere omnes de agnatione in tota sui latitudine.*
6 *Juspatronatus activum non regulatur a passivo.*
7 *Præcipue, si in eo vocatæ fuerint personæ diversæ.*
8 *Dictio di più denotat diversitatem ab aliis supra dispositis.*

DECISIO X.

Carolus Marinuccius prole carens, in suo testamento condito de anno 1644. instituta ad vitam Angela uxore, eique substituta Ecclesia erigenda, mandavit in ea fundari ex suis bonis stabilibus duo beneficia simplicia de jurepatronatus familiæ Marinucciæ, nominationemque pro prima vice pertinere uxori, deinceps vero pro una medietate, *à casa Marinucci, cioè ad Atanasio ei quondam Dottor Vincenzo Marinucci, à Fabiano di Nardo fratello cugino, e rispettivamente nepoti in secondo, e terzo grado di esso testatore;* & pro alia medietate, *à Giustiniano Petrucci nepote carnale d'esso testatore, & à loro figliuoli, e descendenti maschi in infinito come sopra.* Declaravit insuper (sunt pariter verba præcisa) *che essendoci Preti di casa Marinucci, e Petrucci, debbano quelli essere nominati, e presentati à detti benefitii, e li più vecchi d'età debbano essere preferiti; e che se una volta sarà stato presentato un Prete di casa Marinucci, nella prima vacatione seguente d'uno di detti due beneficii, si presenti un Prete di casa Petrucci, e così scambievolmente una volta si presenti un Prete d'una casa delle dette due, e una volta dell'altra, & essendoci Preti d'una sol casa, li più vecchi sempre debbano essere nominati, e preferiti, e trovandosi essere stata fatta nominatione d'altra persona, la detta nominatione s'intenda nulla, & invalida, e s'habbia per non fatta, e s'intenda essere nominata, e presentato il più vecchio Prete di dette due case,* ut latius ex testamento relato in utroque summario colligantium, *num. 1.*

Secuta morte testatoris, & successive Angelæ hæredis institutæ, deventum fuit ad fundationem beneficiorum, ad quorum alterum fuit admissum Marinuccium de Marinuccis, & ad alterum Joann: Baptista Laparellus a testatore in Codicillis prælecti, & successive per obitum primi fuit ex patronorum præsentatione, juxta alternativam a testatore demandatam, de eodem beneficio provisus Joannes Baptista Petruccius, & per obitum alterius, Bernardinus Marinuccius. Cum autem nuper contigisset vacatio beneficii a dicto Petruccio possessio per illius liberam dimissionem, fuit a patronis ad illud præsentatus Petrus Jacobus Marinuccius, cui se opposuit Antonius Marinuccius, allegans se actu Sacerdotem, & seniorem de familia, & ex dispositione testatoris instituendum, prout se opposuit etiam Josephus Petruccius pariter Sacerdos, & senior de sua familia, nec non etiam Philippus Petruccius; & introducta lite coram Ordinario, contingit hoc interim vacatio alterius beneficii per obitum Bernardini Marinucci, & ad illud patroni præsentarunt dictum Josephum Petruccium: sed iste neglecta eorum præsentatione perstitit pro adjudicatione beneficii vacantis per dimissionem, & Ordinarius pronunciavit ad primum beneficium vacatum per

dimissionem instituendum esse Josephum Petruccium, & ad secundum vacatum per obitum, instituendum esse Antonium Marinuccium; quæ sententia fuit in gradu appellationi. per Petrum Jacobum Marinuccium interposita, a R. P. D. Porta Judice Commissario confirmata.

Appellante iterum Petro Jacobo, & causa Rotæ commissa, successit interim obitus Josephi, & amisso ad causam Philippo Petruccio altero collitigante, dedi dubium: *An, & quibus sint adjudicanda beneficia, de quibus agitur?* & favore Antonii Marinuccii, & Philippi Petrucci respective fuit resolutum.

Plana siquidem fuit resolutio respectu Antonii; nam cum ad beneficium a Joanne Baptista Petruccio possessum, & per illius demissionem vacans, debeat juxta alternativam a testatore in supra relata dispositione præscriptam, unus de domo Marinuccia præsentari, consequens fit, ut illud adjudicari debeat Antonio; & licet adsit etiam Petrus Jacobus de eadem familia Marinuccia a patronis præsentatus, tamen cum testator, existentibus duobus de eadem familia, voluerit præferri presbyterum seniorem, qualis circa controversiam est Antonius, ipsi proinde debitum est beneficium, etiamsi non habeat præsentationem, quia cum patroni illum præferre, & præsentare neglexerint, habetur pro prælecto, & præsentato, Lambertin. *de jurepatr. lib. 2. p. 1. q. 8. artic. 4.*
1 *n. 11.* Garz. *de benef. p. 7. cap. 15. n. 2. & seq.* Card. de Luca *de jurepatr. disc. 18. n. 3.* Rot. *dec. 68. n. 3. p. 12.* & in Corduben. Capellaniæ 26. Martii, & 4. Julii 1696. *utrobique, §. 1. in fin.* cor. R. P. D. meo Muto, & in Terulen. beneficii 26. Julii ejusdem anni, *§. fin.* cor. eodem.

Plana etiam fuit respectu Philippi, quia cum alterum beneficium, vacans per obitum Bernardini Marinuccii, juxta eandem alternativam sit conferendum presbytero de domo Petruccia, necesse sequitur, quod Philippo, dicta qualitate pollenti, beneficium sit adjudicandum; non obstante, quod & ipse sit destitutus præsentatione, & veniat ad causam solum opponendo, quia cum nullus alius fuerit a patronis præsentatus, & ipse doceat de qualitate a fundatore requisita, quæ ipsi soli convenit, non autem Petro Jacobo coopp
positori, uti de alia familia, haberi debet pro præsentato, cum
2 patroni teneantur ipsum præsentare, nec possunt transgredi legem fundatoris, Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 38. n. 26. & seq. & q. 51. n. 39. & seq.* Puteus *dec. 252. sub n. 2. & 3. lib. 3. in correct.* Rot. *dec. 79. n. 3. p. 3. & dec. 117. n. 8. & seq.* cor. Carillo *dec. 189. n. 10. & seq. dec. 264. n. 18.* cor. Bich.

Non obstat, quod opponitur contra primum, quod nempe Antonius non sit de linea considerata a testatore, qui, licet jus activum præsentandi reliquerit domui Marinucciæ, tamen postea declaraverit, de qua domo intellexerit, ibi: *Cioè a' Atanasio del quondam Dottore Vincenzo Marinucii, à Fabiano di Nardo, & à Bernardino, e Gioseppe figli di Persio*; unde infertur, quod regulando juspatronatus passivum ab activo, non censeantur ad passivum invitati, nisi illi, qui descenderent ab istis personis, inter quos sane non est Antonius, qui descendit a Carolo Marinuccio.

Verum præmisso, quod dictus Carolus fuit pater Nardi, cujus lineam sine dubio consideravit testator, & fuit etiam pater Perusii, a quo descendit Antonius, atque dicti Nardus, & Perusius fuerint fratres Germani, ut probatur ex divisione inter ipsos facta de bonis Caroli patris anno 1573. *summario Antonio n. 18.* & ulterius ad probandum, quod Nardus a testatore vocatus sit filius Caroli, datur divisio facta inter ipsum, & Fabianum tanquam filios Nardi Carloni de Ancarano, & ad probandum, quod Persius, a quo descendit Antonius, sit pariter filius Caroli, dantur antiquæ enunciativæ in apocha matrimoniali, in quietantia dotis, & instrumento emptionis domus, *eodem summ. n. 19. & 20.* & testes, *summ. n. 22.*

Sequitur, quod Antonius sit de vera familia Marinuccia, de qua erant Fabianus, Joseph, & Bernardinus, quibus a testatore concessum fuit juspatronatus activum; & licet sit de familia contentiva, tamen cum testator vocaverit, *Li preti di casa Marinucci, e li più vecchi d'età*; appellatione domus, seu familiæ veniunt omnes tam de familia effectiva, quam contentiva, ut in his terminis jurispatronatus Ciarlin. *contr. forens. cap. 197. n. 46. 47. & 48. lib. 1.* Grat.
3 *discept. 645. per tot.* Vivian. *de jurepatr. p. 1. cap. 9. lib. 4. n. 9. 53. & 36.* Peregr. *de fideic. art. 22. n. 6. vers. contra vero, & n. 27.* Lambertin. *de jurepatr. lib. 1. p. 2. q. 2. princ. art. 9. n. 12.* Rot. in Papien. jurispatronatus 19. Februarii 1661. coram Card. Lancellot. & in Pientina jurispatronatus 20 Junii 1602. coram Litta, relat. per Vivian. *ubi sub num. 35. & per tot.* Antonin. *variar. resol. 72. in fine libr. 1.*

Maxime quia testator nullos habebat descendentes, Ciarlin. *d. cap. 107. n. 4.* Rot. *decis. 31. n. 18. p. 19. rec.* & vocavit 4
familiam cum denominatione indefinita, & complexiva totius agnationis, quo casu indistincte veniunt omnes de agnatione in tota sui latitudine, *l. pronunciatio, §. Familiæ, ff. de verb. signific.* Peregr. *cons. 149. n. 21. lib. 5.* Fusar. *cons. 16. n. 9. & de substit. q. 351. n. 37.* Joan. Anton. Bellon. *con-* 5
sil. 11. n. 53. & 54. Capyc. Latr. *consult. 134. n. 46. & seq.* Rot. *dec. 1438. n. 4.* cor. Seraph. *& dec. 65. n. 12. & 13.* cor. Card. Cerr. & in specialibus terminis jurispatronatus, Vivian. *de jurepatr. p. 1. lib. 4. cap. 2. n. 28. 29. & seq. & cap. 9. & 10.* Ciarlin. *contr. forens. d. cap. 107. n. 30.* Rot. *dec. 333. n. 4. vers. Sed sufficeret, & n. 7. & dec. 346. num. 1. ad 4.* coram Penia, juxta impress. Lugdunen.

Nec refert, quod juspatronatus activum sit restrictum ad certas personas, quia non exinde ab eo regulari debet passivum; dum enim in passivo hæc restrictio non legitur, utique dici debet magis late respectu familiæ consideratum 6
fuisse, ut plene probat Modern. Lucens. *consult. 108. & 309. per tot.* Card. de Luca *de jurepatr. disc. 29. n. 5. & seq. 6.* & recedendo ab aliis decisionibus fuit dictum *in dec. 561. n. 20. p. 4. tom. 2. rec.* Præsertim quia ad activum vocantur etiam descendentes ex fœminis, quod non est in passivo, unde arguitur personarum diversitas, & ex ea diversa, & separata dispositio, Gratian. *discept. 828. n. 15.* Rot. *dec. 133. n. 6.* 7
p. 4. divers. & dec. 251. n. 13. coram Bich.

Absque eo, quod vis aliqua fieri valeat in illis verbis, in quibus a jurepatronatus activo testator processit ad passivum, ibi: *Dichiarando di più esso testatore, che essendoci preti &c.* quasi subsequens dispositio stet restrictive ad præcedentem, quoniam ea verba non fuerunt prolata per modum declarationis antecedentis dispositionis jam completæ, sed per modum declarationis proprii animi circa alia, nempe personas, quas eligi voluit ad beneficia, & quidem absque ulla relatione ad præcedentem dispositionem; imo 8
cum dictione, *di più*, quæ denotat diversitatem ab aliis super dispositis, Geminian. *cons. 23. in princip. & consil. 44. n. 4. vers. Hoc probat primo,* Rot. cor. Coccin. *dec. 1683. n. 8. & dec. 65. n. 2.* coram Cerro.

Minus urget, quod opponitur Philippo Petruccio, nempe quod non descendat a Justiniano Petruccio, cui fuit relictum juspatronatus passivum; nam cum in passivo fuerint vocati illi de domo Petruccia, dicuntur vocati omnes de familia, maxime quia ita fuit observatum, dum alias fuit præsentatus Joan. Baptista Petruccius, qui a Justiniano non descendebat. Quod vero Philippus sit de illa familia Petruccia, de qua intellexit testator, & non sit penitus extraneus, probatur ex arbore, in qua licet deficiat communis stipes, tamen ex instrumento celebrato anno 1573. de quo *in summar. Antonii n. 31.* constat, Justinianum seniorem patrem Paschalis patris Justiniani junioris a testatore nominati ad juspatronatus activum, fuisse fratrem consobrinum Peregrini abavi Philippi Petruccii, & sic de familia contentiva, quæ ex supra deductis appellatione familiæ comprehenditur; & conferunt etiam documenta relata *in dict. summ. n. 28. cum seqq. usque ad finem.*

Et licet Petrus Jacobus Marinuccius sit senior Philippo, tamen hæc qualitas consideranda venit in unaquaque familia, non autem in exclusionem personarum de familia vocata.

Et ita partibus informantibus.

R. P. D. PAULUCCIO.

Lunen. Sarzanen. Capellaniæ.

Lunæ 25. Junii 1685.

A R G U M E N T U M.

In jurepatronatus competente pluribus familiis quomodo istæ inter se concurrant, ac respective personæ singularum familiarum ad effectum enumerationis vocum, in hac decisione liquet, ad ornatum *disc. 32.* Card. de Luca *de jurepatr.*

S U M M A R I U M.

1 *IN hæredibus ulteriorum graduum successio in jurepatronatus regulatur in stirpes, & qualibet stirpe unam vocem efformat, illiusque minor pars a ma-*

jxa

juri trahitur ad constituendam vocem sui stipitis, & n. 11. vide tamen n. 2.
2 *Nec alia minor pars potest conjungi cum alia, quae favore praesentati ab ista minori parte fuit ab aliis emissa, vide n. 12.*
3 *Restitutio in integrum denegatur, si sententia sit valida, & justa.*
4 *Adversus sententiam injustam competit restitutio in integrum.*
5 *Pertinentia, & possessio jurispatronatus ex sententia probatur.*
6 *Major pars vocis minorem partem absorbet.*
7 *Descendentia dicitur probata ex fide baptismatis, & extrajudiciali depositione duorum testium.*
8 *Ex non praesentatione facta non oritur probatio mali juris in filio.*
9 *Possibilitas in contrarium excludit, quod probatio sit concludens.*
10 *Quoties praesentatio fieri debet coram Ordinario, simplex non sufficit mandatum, nisi illud ad actum reducatur; secus si agatur de justificatione gratiae a Pontifice obtenta.*
11 *Mandatum ad praesentandum revocari non potest re non integra.*
12 *Pro justificatione gratiae Apostolicae opus non est protrahere praesentantes esse in possessione juris praesentandi, sed sufficit probare esse patrones.*

DECISIO X.

MAthaeus Michelinus, qui in praeterita propositione
succubuit, hodie obtinuit recedi a decisis, quibus
denegabatur restitutio in integrum adversus sententiam
cor. bon. mem. Card. Taya prolatam, revocatoriam alterius Ordinarii Sarzanen. simplex personale beneficium omnium Sanctorum in Ecclesia S. Mariae Magdalenae Castri Novi, ut literarum Apostolicarum executoris, eidem
Michelino adjudicantia, contradicente Prospero Fatio,
& praetendente esse instituendum, tanquam praesentatum
a majori parte patronorum.

Resolutionis ea fuit ratio, quia videbatur Michelinus
gratiam pro praesentato obtentam non justificasse, ob deficientiam medietatis vocum; licet enim haberet vocem Dominici, quae cum portione Matthaei fratris integram me-
1 dietatam vocis obventae Bartholomaei Chiolino efformat,
respectu alterius medietatis ad Dominicum Jannellum spectantis; tamen quia portio Matthaei visa fuit non concurrere favore d. Michelini, vel in totum, vel pro majori parte, prout dictum fuit requiri in haeredibus ulteriorum graduum succedentibus in stirpes, eo quia non amplius cumulative considerentur ad vocis constitutionem, sed quaelibet
descendentia regulet propriam vocem, & major pars trahat ad se minorem ad vocem sui stipitis constituendam ex
2 Gabriel. *cons. 196. n. 3. & seq. lib. 2.* de Luca *de jurepat. disc. 32. n. 4. vers. ut puta, cum aliis adductis in praecedenti dec. §. Sed adamussim in fin.* ideoque conjungi non potuerit cum
portione Dominici ad faciendam medietatem, respectu alterius stipitis, requisitam in gratia, & per consequens
excludi restitutionem in integrum semper denegandam, si
3 de validitate, & justitia sententiae constet, Buratt. *dec. 323. n. 4. & adden. lit. B.*

Sed in nova causae discussione totum contrarium apparuit; nam agnoverunt ea domini gratiam esse justificatam, & consequenter sententiam bo. me. Tayae, adjudicationem beneficii denegantem, injustam, contra quam bene competit restitutio in integrum, Cell. *dec. 17. num. 1.*
4 *& dec. 75. n. 2.* & pro justificatione tria perpensa fuerunt,
quorum quodlibet sufficit ad intentionem, & medietatem
vocum patronorum intervenisse ostendit.

Primum desumitur ab eo, quod juspatronatus ab initio
in Dominicum Jannellum, & Bartholomaeum Chiolinum
devenit, quorum primo Petriazolus, & Leonardus filii,
secundo vero Dominicus, & Matthaeus senior de Cassarottis pronepotes extiterunt; & cum portio Bartholomaei tota cesserit in Dominicum, cujus descendentes Michelinum
praesentarunt, utique Michelinus firmum ex hiber fundamentum medietatis patronorum, cum Petriazolus, &
Leonardus, ac illorum haeredes, qui Jannello successerunt,
alteram medietatem constituant.
5 Nec quia Matthaeus senior praedicti Dominici frater extiterit, corruit fundamentum assumpti, cum multi dari possint eventus, quibus frater cum alio fratre ad jura, & patronalia communis patris, vel ascendentis non admittatur,
ut non fuisse admissum Matthaeum praedictum convincunt
decisio, & subsecuta sententia bon. me. Saciati anno 1602.
necnon votum bo. me. Coccini editum anno 1613. quibus
Dominicus Cassarottus successor unicus ex persona Bartholomaei Chiolini in medietate juspatronatus, de quo agitur, declaratus fuit, & pertinentiam juspatronatus, ac
possessionem praesentandi resultare ea sententia, dixit cor.
dec. 77. n. 3. & dec. 84. n. 4. & 85. n. 2. apud Vivian. *de jurep.*
Quia facti veritate posita non est ulterius inquirendum,
an Michelinus a majori parte descendentium a Matthaeo 5
seniore praesentatus fuerit, sed sufficit dicere de praesentatione descendentium a Dominico, qui sine illius descendentia successit in juribus Bartholomaei Chiolini, & medietatem patronatus constituit.

Verum, quatenus etiam descendentes Matthaei senioris
jura aequalia cum descendentibus Dominici ad portionem
vocis Bartholomaei Chiolini demonstrarent, adhuc non esset ambigendum de justificatione gratiae Michelini, qui a
medietate asseruit se praesentatum, quod est secundum decisionis fundamentum; etenim ex tribus abnepotibus Matthaei senioris Bartholomeus tantum jus suum mediante donatione in Fatios transmisit, descendentes vero Vincentii,
& Matthaei junioris aliorum abnepotum Michelinum praesentarunt; unde ad oculum patet eundem Michelinum habuisse integram portionem Dominici, & duas ex tribus partibus portionis Matthaei, quae ad sensum praecedentis decisionis absorbent minorem partem, Addand. ad Gregor.
dec. 452. n. 23. & unitae cum portione descendentium Dominici efformant medietatem vocis, respectu alterius me- 6
dietatis Dominici Jannelli successoribus delatae.

Impugnabatur, quod Matthaea, in quam jus Matthaei junioris devenit, non satis justificet descendentiam a Mattheo
seniore, ex persona d. Matthaei junioris; sed frustra, videtur enim sufficienter probata ex fidibus Baptismatum, matrimoniorum & testium ad perpetuam rei memoriam examinatorum, quae sufficiunt, ut ait Rot. cor. Millin. *dec. 10.* 7
n. 3. Buratt. *dec. 709. n. 5. & dec. f. 331 n. 2. 3. p. 6. decis. 254. n. 14. p. 11. recent.* Non refragante supposito, quod anno
1612. idem Matthaeus avus non praesentaverit simul cum
Vincentio, & aliis fratribus, ex quo deduci praetenditur
jus ad patronatum non habuisse, & per consequens neque
Matthaeam illius neptem praesentantem Michelinum nullum jus haberet; quia ultra quod non bene deducitur consequentia a non praesentatione avi ad exclusionem neptis, ut
in similibus dixit Rot. cor. Priolo *dec. 46. n. 23. & admiste. dec. praecedent, §. Nec pertinentia,* potuit enim illud esse 8
diversis causis, quam a non jure provenientibus, tollit
objectum ponderatio, quod non docetur Matthaeum praedictum non praesentasse; non enim ad hunc effectum sufficiunt praesentationes exhibitae, in quibus Matthaei mentio
non fit, cum possibile sit, illum praesentationes separatim
fecisse, vel factis a suis fratribus consensisse, quod excludit requisitam concludentem probationem, Rot. coram 9
Greg. *decis. 452. n. 7.*

Item apponebatur, eundem Michelinum non habere vocem descendentium a Vincentio, licet Margarita Francisca, & Antonia filiae, ac neptis respective fecerint mandatum procurae ad illum praesentandum, eo quia illud ad praesentationem non sufficiat, & insuper Margarita & Francisca praesentaverint etiam Fatium, imo Margarita mandatum revocaverit, sed frustra; quia quod mandatum placuit Dominis distinctio assignata *in dec. 481. n. 5.* cor. Buratt. scilicet objectum procedere, si praesentatio cor. Ordinario fieri debeat; secus vero si agatur de justificatione gratiae pro praesentato a Sanctissimo obtentae, cum tunc sufficiat consensus a procura, vel aliunde desumptus, Cortad.
in prax. benef. cap. 2. lib. 4. n. 7. Rota cor. Cavalet *decis. 28.* 10
num. 4. dec. 496. n. 15. 419. n. 4. 420. n. 12, cor. Bichio *decis. 276. per tot. & signanter n. 5. & 344. n. 20.* cor. Dunoz. Jun. *decis. 265. n. 18.* cor. Dunoz. cor. Seraphin. *dec. 1165. n. 11. & decis. 443. n. 2. par. 2. & 239. num. 13. part. 16. recent.*
Quodque Fatius fuerit praesentatus ab eisdem Margarita,
& Francisca, imo Francisca mandatum revocaverit, nihil
illi prodesse potest, cum omnia praedicta re non integra,
sed post datam gratiae Michelini, facta fuerint, & ideo non
apta ad aliquod praejudicium inferendum, Abbat. *in cap. quod autem n. 3. & 7. de jurepatron.* Rota *dec. 323. num. 14. part. 16. recent.*

Hoc igitur posito, etiamsi non subsisteret, quod Matthaeus senior nullam portionem in jurepatronatus haberet,
& integra vox Bartholomaei Chiolini devenerit in Domini-

cum

Digitized by Google

cum Caffarottum; ac deficeret portio Matthæi senioris, cujus descendentia a Matthæo seniore satis superque justificata consetur ex prædictis; adhuc Michelinus exuberanter justificat gratiam, quod est tertium decisionis fundamentum, habet enim præsentationem descendentium a Dominico, & consensum descendentium Vincentii, quibus ad sensum Fatii, & contrariæ præcedentis decisionis debetur medietas jurium Matthæi senioris fratris prædicti Dominici, & sic enumerat tres ex quatuor partibus spectantibus ad descendentes Bartholomæi Chiolini.

Nec quia Bartholomæus d. Vincentii frater donavit Fatiis jus, quod habet, est dubitandum de fundamenti validitate, cum tam illi, quam Michelinus exhibeant æquale jus quoad descendentiam Matthæi, & ita, paribus æqualibus ad invicem consistentibus, una non absorbeatur ab alia; unde Michelinus docere possit tantum de medietate vocis Bartholomæi Chiolini, Dominico Caffarotto, & ejus successoribus obventæ, non autem de altera medietate ad Matthæum fratrem Dominici, illiusque hæredes spectante, cum in hæredibus ulteriorum gradnum successio reguletur in stirpes unam vocem efformet, illiusque minor pars a majori trahatur ad constituendam vocem sui stipitis, ex Gabriel. & aliis repetitis in superiori, §. *Resolutionis ea fuit*; unde cum quoad Matthæum æquales sit jus Fatiis, & Michelinis,
12 nec unum trahatur ab alio, d. Michelinus illo non valeat uti, & remaneat tantum cum portione Dominici medietatem vocis Batholomæi Chiolini constituente non apta ad justificandam gratiam, quia non fit medietas, sed quarta pars patronorum.

Sed non bene subsistere prædictum juris assumptum dominis visum fuit, & veriorem sententiam putarunt illam, scilicet, quod ad vocum dinumerationem inspiciendi sint primi stipites, quorum hæredes tot voces constituant, quot fuerunt stipites, ac major pars stirpium cumulative ponderata in quolibet stipite trahat minorem, ut ait Lambert. *de
13 jurepatr. part. 2. lib. 2. q. 1. princ. art. 25. num. 13. 14. 15.* de Luca *eodem tit. de jurepatr. disc. 61. n. 8.* Lother. *de re benef. lib. 2. q. 11. n. 135.* Imol. *in clem. plures n. 7. de jurepatr.* Paquinm. *consf. 54. n. 3. vers. unde omnes heredes*, Cavaler. *dec. 21. & 436.* Merlin. *dec. 394. n. 1. 2.* non obstantibus auctoritatibus allegatis in præcedenti decisione, §. *Sed adamussim*, *quia cons.* Gabriel. 196. *num. 3. lib. 2.* Non concludit in sensu contrario, sicut neque de Luca *disc. 32. n. 4.* Imo *disc. 61. n. 8.* expresse prædictæ sententiæ, prout etiam allegata decisio Merlin. 394. *num. 1. 2.* & cæteri adducti non percutiunt casum, de quo agitur.

Tandem non turbat objectio, quod Michelinus non justificet gratiam, quia narraverit se præsentatum a medietate patronorum in quasi possessione præsentandi existentium, quodque hoc requiratur ad ejusdem gratiæ validitatem.

Etenim quoad primum caput objectio corruit, cum non appareat tale suppositum, nec legatur in exhibitis literis Apostolicis, & quoad secundum verior videtur contraria sententia, & sufficiat præsentantes esse patronos, Rot. cor.
14 Ubald. *part. 3. decis. 127. n. 18. & dec. 307. n. 15. p. 7. rec. & dec. 273. n. 16. p. 13. rec.* & cor. Bich. *dec. 459. n. 5. maxime* in casu præsenti, in quo Margarita, Francisca, & Antonia immediate docent de descendentibus a Vincentio, qui in ultima vocatione præsentavit.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Asten. Jurispatronatus.

Merc. 4. Julii 1696.

A R G U M E N T U M.

Card. de Luca *de jurepatron. disc. 36. & in disc. 60.* affirmat, quod etsi de juris rigore juspatronatus permaneat in hæreditate gravati, nec transeat cum universitate bonorum in fideicommissarium; nihilominus quoties constet de voluntate testatoris includendi juspatronatus in fideicommisso, a d. rigore receditur, quodque pro hac voluntate desumenda qualibet conjectura sufficiat; hæc autem opinio in decisione approbatur, & plures conjecturæ ad d. effectum enumerantur.

S U M M A R I U M.

1 *Jus præsentandi spectat ad eum, qui habet qualitates volitas a fundatore.*
2 *Jus præsentandi reservatum pro successoribus spectat quoque ad fideicommissarios, sub quorum nomine ipsi veniunt.*
3 *Maxime si adsit dictio*, quibuscunque.
4 *Dictio*, infrascripti, *complectitur omnes personas expresse nominata in institutione, & substitutione.*
5 *Argumentum ductum a discretivo modo loquendi efficax reputatur ad interpretandam voluntatem defuncti.*
6 *Institutio facta in omnibus bonis, juribus, & actionibus, comprehendit quoque juspatronatus.*
7 *Et si deinde facta fuerit substitutio, in ea etiam continetur.*
8 *Perpetuitas indicat comprehensionem etiam hæredum substitutorum.*
9 *Actus inter alios gesti tertio non præjudicant.*
10 *Juspatronatus non acquiritur ex dotationis augmento, si prima dos adeo non fuerit diminuta, ut dici possit redacta ad non esse.*
11 *Ultimus status non attenditur, si ex fundatione constet possessorem jus non habere.*

D E C I S I O XII.

Construxit, æreque suo dotavit annuis scutis 50. Joannes Antonius Pittatellus Capellam B. V. M. Rosarii in Ecclesia Parochiali B. Mariæ de Musanza Villæ Franchæ reservato ejus jurepatronatus sibi, hæredi, ac deinde primogenito, etsi filios masculos non haberet primogenitæ, & sic successive de primogenito in primogenitum, qui descenderet ab ipso fundatore. In ultimo autem ejus testamento disposuit, quod senior filiorum, & hæredum suorum universalium infrascriptorum, & ab illis descendens respective, qui pro tempore erit senior mas, seu fœmina dictorum hæredum, eorumque descendentium futurorum in perpetuum, habeat insolidum nominationem Capellani. Deinde hæredes suos nominavit in omnibus bonis, juribus, & actionibus Franciscam Mariam, Catharinam, & Beatricinam filias, quas invicem substituit, iisque omnibus sine filiis decedentibus substituit Joan: Baptistam, & Franciscum fratres de Novatia, Jo: Baptistam, & Antonium fratres de Gambettis, & Antonium Mariam Millalbailam.

Decesserunt omnes filiæ Jo: Antonii fundatoris sine filiis, & transactis interim pluribus annis vacavit etiam beneficium, seu Capellania, ad quam Guilielminus filius Jo: Baptistæ Novatię, ac senior ex descendentibus ab hæredibus ut supra substitutis præsentavit alterum Jo: Baptistam suum filium. Verum orta controversia inter ipsum, & Jo: Angelum Gambettam sese opponentem vigore cujusdam cessionis, necnon transactionis ejus favore stipulatæ cum Monasterio SS. Annunciatæ hærede Catharinæ, ultimo loco defunctæ inter filias fundatoris, eaque introducta in judicio manutentionis coram Ordinario Astensi, lata fuit sententia favore Jo: Angeli, a qua commissa mihi per Signaturam Justitiæ causa appellationis circumscripta possessione interim illius vigore capta, dedi dubium, *An; & de cujus bono jure constet etiam ad effectum manutentionis, & institutionis respective?* Quod domini resolverunt favore Guilielmini, & ab illo præsentati.

Constat siquidem ex relatis dispositionibus fundatoris, quod juspatronatus reservatum fuit seniori ex descendentibus ab hæredibus suis universalibus; ideoque cum Guilielminus descendat a Jo: Baptista hęrede substituto, & sic etiam senior, utique ad ipsum pertinet, non autem ad Jo: Angelum, nullam ex his qualitatibus habentem, ad firmata per Rot. post Vivian. *de jurepatr. dec. 2. vers. ad eas sub n. 3. &* 1
dec. 534. n. 4. p. 3. tom. 2. rec. & cor. Bich. *dec. 661. n. 13. 14.*

Non obstat, quod iste vigore præfatæ transactionis habeat causam a Monasterio Sanctissimæ Annunciatæ hærede Catharinę filię fundatoris, apud quem regulariter remanet juspatronatus, non autem apud hæredem fideicommissarium; quia regula non procedit, quoties ex conjecturata mente testatoris apparet illud fuisse reservatum hęredi fideicommissario, ejusque descendentibus, prout in præsenti casu deducitur ex ipso instrumento fundationis, in cujus narrativa 2
ipse professus fuit sese erexisse juspatronatus pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque, & nomine eorum

iam

Digitized by Google

jam successorum non solum veniunt hæredes directi, sed
etiam fideicommissarii, ut in specie post Phanucc. *de invent.*
q.263. n.65. vers. ea enim verba, firmavit Rota coram Cerr.
dec.261. n.12. Maxime stante dictione, *quibuscunque*, quæ
3 tanquam universalis comprehendit omnes hæredes etiam
fideicommissarios, ut prosequitur Rot. *d. decis. 621. n.13.*
cor. Cerr. & post Viv. *de jurepatr. dec. 121. n.6.*

Eoque fortius attenta dispositiva tam ejusdem instrumen-
ti fundationis, quam etiam testamenti, in quibus nomina-
tio fuit literaliter reservata seniori descendenti ex hæredibus
suis universalibus infrascriptis; cum enim institutæ fuissent
hæredes universales tres ejus filiæ, & illius substituti nomi-
natim, & expresse Jo: Baptista, & Franciscus de Novaria,
Jo: Baptista, & Antonius de Gambertis, & Antonius Ma-
ria Millalbaila; isti etiam censetur invitati ad successionem
4 in jurepatronatus, quia dictio, *infrascritti*, complectitur
omnes personas expresse nominatas in institutione, & sub-
stitutione, ut tradit Manoch. *cons. 347. n. 7.* Barbos. *tract.*
var. d. 162. n. 2. Parum relevante, quod in aliis partibus
testamenti, in quibus contigit mentionem fieri simpliciter
de filiabus hæredibus institutis, testator illas nominaverit
sub appellatione hæredum universalium infrascriptarum,
quasi quod inde inferri valeat, quod sub hac appellatione
illos tantum voluerit comprehendere, quoniam imo ubi
intellexit simpliciter de filiabus, adjecit satis notabile di-
stinctivum, illas exprimendo in genere fœminino, ibi: *le*
sue heredi universali infrascritte, dalle dette sue heredi u-
niversali infrascritte, dalle heredi infrascritte, &c. si-
gnum evidens quod ubi locutus fuit de hæredibus univer-
salibus, simpliciter comprehendere voluerit, tam institutos,
quam substitutos, ducto argumento a discretivo modo lo-
quendi, quod ad indagandam, & interpretandam defun-
5 cti voluntatem admodum efficax reputatur, argumento
text. *in l. unica, §. sin autem deficientis, C. de caduc. toll.*

Idque ulterius comprobatur, quia institutio hæredum
6 fuit facta in omnibus bonis, juribus, & actionibus, quo-
rum appellatione continetur etiam juspatronatus. Ideoque
præsumitur, quod eodem modo illud fuerit comprehensum
7 in substitutione paulo post adjecta, ut in individuo arguit
Rot. cor. Priolo *d. dec. 113. n.7.* cum aliis ibidem adductis.
Juncto insuper, quod vocatus fuit ad juspatronatus senior
ex descendentibus ab hæredibus universalibus in perpetuum,
quæ perpetuitas indicat comprehensionem hæredum etiam
substitutorum, in quibus ea facilius potest verificari, ut nu-
8 per firmatum fuit in Fanen. fideicommissi 20. Junii proxi-
me præteriti, *§. Non obstat*, cor. me.

Nec turbat, quod Jo: Angelus, seu Marcus Antonius
ejus auctor reportaverit ad sui favorem cessionem, seu do-
nationem a Jo: Baptista patre Guilielmini: quia quidquid
etiam sit, an hæc cessio, seu donatio fuerit adeo universa-
lis, ut potuerit in ipsum transferre juspatronatus sine au-
ctoritate Ordinarii, placuit responsio, quod per illam non
9 potuit inferri præjudicium eidem Guilielmino venienti ex
persona propria, & independente a jure Jo: Baptistæ. Pe-
regr. *de fideic. art. 6. n.12.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24.*
n. 31. Rot. cor. Seraph. *dec. 693. n.6. & seq.*

Prout similiter nihil juvat, quod q. Antonius constitue-
rit, seu auxerit de proprio dotem Capellæ, quia non pro-
inde acquisivit illius juspatronatus in præjudicium veri pa-
troni, nisi probetur, quod dos antiqua esset ita diminuta,
ut dici possit redacta ad non esse, ut tradit Barbos. *de offic.*
10 *& potest. Episcop. part. 3. alleg. 7. n.21.* Rot. *dec. 921. n. 7.*
cor. Buratt. *& dec. 568. n.3. p. 4. & dec. 630. n. 59. cum seq.*
eadem p.4. tom.3. & dec. 249. n.5. p.9. rec.

Demum non adversatur quasi possessio præsentandi, in
qua sese repertum contendit Jo: Angelus ex persona præfati
Marci Antonii, quia prætermissis aliis responsionibus in
contrarium adductis, cum ex instrumento fundationis, &
testamento Jo: Antonii constet, ut præfertur, de vera per-
tinentia ad Guilielminum uti seniorem descendentem ab e-
jus hæredibus, quasi possessio non attenditur, ut dixit Rot.
11 *decis. 1630. per tot.* cor. Penia, *& dec. 38. n.6.* cor. Priol. *&*
dec. 64. n.38. p.13. & dec. 136. n.10. p. 15. rec. & in Lauden.
Canonicatus 16. Martii, *§. Non urgente*, & 27. Junii præ-
sentis anni, *§. Tum etiam quia*, cor. me.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. DELLA TREMOILLE.

Asten. Jurispatronatus.

Ven. 19. Aprilis 1697.

A R G U M E N T U M.

Firmantur ea, quæ in præcedenti decisione firmata no-
scuntur.

S U M M A R I U M.

1 *JUs præsentandi spectat ad eum, qui habet qualita-*
tes a testatore descriptas.
2 *Et præsentatio illius prævalet præsentatione alterius.*
3 *Juspatronatus manet apud hæredem gravatum, & non*
transit ad fideicommissarium.
4 *Ab hac regula receditur ex voluntate testatoris.*
5 *Nec exigitur expressa, sed sufficit tacita resultans*
ex qualibet etiam levi conjectura.
6 *Adeo ut regula imaginaria dicatur.*
7 *Testator reservando juspatronatus etiam pro ejus*
successoribus, comprehendere voluisse dicitur etiam
fideicommissarios.
8 *Prout etiam, si illud reservaverit pro ejus hæredibus.*
9 *Infrascriptorum hæredum nomine veniunt etiam perso-*
næ honorandæ per substitutionem.
10 *Juspatronatus comprehenditur in nuda institutione*
hæredis, super omnibus bonis, juribus, atque a-
ctionibus facta.
11 *Comprehenditur etiam in subsequenti scripta substi-*
tutione.
12 *Fideicommissarius improprie hæres nuncupatur.*
13 *Dictio*, infrascritti, *adhibita tantum censetur ad*
demonstrandos directos hæredes infra expresse no-
minatos.
14 *Per juspatronatus decor familiarum, & memoria*
fundatoris perpetuo conservatur.
15 *In Jurepatronatus majoratus constitui potest.*
16 *Ut ad fideicommissarios juspatronatus devolvatur,*
benigna est facienda interpretatio.
17 *Substitutus post extinctas lineas hæredum vocatus*
censetur per vulgarem.
18 *Majoris natu vocatio non restricta ad certam perso-*
nam dicitur perpetua, nec in prima consumitur.
19 *Præcipue si adsint verba perpetuitatem importantia.*
20 *Perpetuitas vocationis facilius inducitur, si agatur*
de jure honorifico.

D E C I S I O XIII.

AD Capellam, quam sub invocatione B.M. Virg. Rosarii in Parochiali Ecclesia Musanzæ struxerat, & dotaverat Jo: Antonius Pictarellus, hic proinde ex titulis patronos, aspirabant Jo: Baptista præsentatus a Guilielmino Novaria patre suo, & Joseph Mauritius Gambetta præsentatus a Joanne Angelo ejus patruo, quos inter præsentatos cum in hoc sacro Auditorio contenderetur de institutione, hac die 4. Julii anni præteriti concessa fuit Jo: Baptistæ, ut in decisione edita a bon. mem. Emerix, qua revocata hodie ad examen cor. me in demortui collegæ locum suffecto.

Domini censuerunt, standum esse in decisis, moti ex clara dispositione fundatoris jurispatronatus, his verbis in ejus testamento ordinata: *Più detto Testatore hà ordinato, & ordina, che il più vecchio delli figli, & heredi suoi universali infrascritti, o chi da loro discenderà respettivamente, che si troverà più vecchio, huomo ò femina, delli detti heredi, o loro discendenti, al tempo della nominazione, venturi in perpetuo di essi Capellani, abbia esso più vecchio insolidum la nominazione di esso Capellano.*

Hæredes vero universales præfatus testator scripsit Franciscam Mariam, Catharinam, & Beatricinam, filias invicem substitutas, hisce deficientibus absque filiis, substituit Jo: Baptistam, & Franciscum fratres de Novaria, Jo: Baptistam, & Antonium fratres de Gambertis, & Antonium Mariam Malabailam; quamobrem, cum ex lege Testamenti post obitum hæredum institutorum absque liberis, juspatronatus, seu exercitium juris præsentandi, non fuerit æqualiter devolutum ad omnes substitutos, sed ad eum, qui inter illos senior esset, Rota *dec. 534. n.4. p.4. tom... rec.* jure meritoque recepta fuit præsentatio Guilielmi, facta a Jo: Baptista, qui & 1
substi-

ſubſtitutus reperitur, & pollet prærogativa ſeniorîtatis, re-
jecta præſentatione Jo: Angeli, qui utraque caret qualitate,
2 Rot.cor.Bich. dec. 661. n. 3. & ſeqq. Non enim deſcendit a
Jo: Baptiſta, vel Antonio de Gambettir, nec ſenior eſt,

Neque obſtat, quod patronatus, tanquam jus hæreditarium diſtectum, maneat apud hæredem gravatum, & non
tranſeat per obliquum ad fideicommiſſarium, ea regula de-
ſumpta a text. in l. Quia proinde 42. ff. ad Trebell. ubi Bart.
3 aliique communiter, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.
71. n. 9. Rota dec. 542. n. 9. 10. par. 5. rec. cum aliis congeſtis
apud Fraſſn de patr. reg. in d. tom. I. cap. 5. n. 2. Ideoque, cum
jura omnia hæreditaria diſtecta, conſolidata in perſona Ca-
tharinæ, quæ cæteris ſororibus ſuperſtes fuit, manſerint pe-
nes Monaſterium Sanctiſs. Annunciatæ, ejus hæredem, & ab
iſto, vi cujuſdam transactionis, translata fuerit in Jo: An-
gelum, ad eundem proinde jus quoque patronatus cum re-
liquis juribus hæreditariis tranſmiſſum fuiſſe dicebatur.

Quia a præfata regula facile receditur ex voluntate teſta-
4 toris, quia juſpatronatus ad fideicommiſſarios etiam fit tranſ-
miſſibile, Rota dec. 153. n. 3. & 4. p. 14. rec. Cumque non
requiratur expreſſa voluntas, ſed ſufficiat tacita reſultans
ex generali, & levi qualibet conjectura, Rota in Lauden.
5 Canonicatus 4. Martii currentis anni, §. Sed nec allegata,
cor. me. Caſus regulæ perraro uſu venit, ideoque in praxi
fere inutilem, & imaginariam propemodum illam dicit el.
me Card. de Luca de jurepatr. diſc. 36. n. 4. 5. & diſc. 60. n. 3.
6 Id autem Teſtatorem voluiſſe, conjicitur, primo ex in-
ſtrumento fundationis juriſpatronatus, in quo hujuſmodi
jus nedum reſervavit pro ſe, & hæredibus, ſed etiam pro
ſucceſſoribus quibuſcunque, quorum appellatione in du-
bium eſt fideicommiſſarios etiam contineri, maxime ob di-
7 ctionem illam quibuſcunque, Rot. cor. Bich. dec. 15. num. 6.
& dec. 351. in fin. & cor. Cerro dec. 621. n. 12. & ſeqq.

Et rurſus comprobatur ex teſtamentaria diſpoſitione,
qua teſtator mandavit, juſpatronatus devolvi ad ſuos hæ-
redes; hæredes autem dicuntur inſtituti, aut ſubſtituti, l. 1. ff.
8 de vulg. & pupil. Grat. diſcept. 226. n. 8. Certius, cum non
vocaverit ſimpliciter hæredes, ſed ordinaverit: Che il piu
vecchio delli figli, & eredi ſuoi univerſali infraſcritti hab-
bia la nomina: infraſcriptorum enim hæredum nomine ve-
niunt etiam perſonæ honorandæ per ſubſtitutionem, quas
verum eſt, ſcriptas eſſe hæredes, licet in ſecundo gradu,
9 Cravet. conſ. 243. n. 1. in fin. Marth. de ſucceſſ. legal. p. 4. tit.
1. n. 40. Argel. de acquir. hæred. q. 7. art. 2. n. 64. Rota deciſ.
300. n. 9. p. 5. rec.

Quorum favore dubitari nequit, quin cum reliqua hære-
ditate demandata quoque fuerit reſtitutio juriſpatronatus,
quia cum comprehendatur in inſtitutione facta in omnibus
bonis, juribus, & actionibus ſpectantibus ad teſtatorem,
10 Rota cor. Priolo deciſ. 113. n. 6. idem proculdubio contine-
bitur ſub univerſali eorundem jurium reſtitutione per fidei-
commiſſum ordinata, Lotter. de re benef. lib. 2. q. 11. n. 37.
11 39. Rota cor. Priolo d. deciſ. 113. n. 7. & deciſ. 239. n. 1.
cor. Cerro deciſ. 621. num. 15. in una Lauden. Canonica-
tus 16. Martii, §. Nec quidquam facit, & 27. Junii 1696.
§. Ad augendam autem, cor. bon. me. Emerix, quæ confir-
matæ fuerunt 4. Martii, §. Sed nec allegata, cor. me; id e-
nim pro regula traditur in l. 1. C. de impub. & aliis ſubſtit.
qua ſtatuitur teſtatorem in ſubſtitutione inſeruiſſe videri,
quod in inſtitutione antea expreſſerat, Rota cor. Bich. dec.
271. n. 30. & ſeqq.

Cum ergo certa ſit ſubſtantia diſpoſitionis comprehen-
dentis in reſtitutione facienda ſubſtitutis, jus quoque patro-
natus, fruſtra diſceptabatur de interpretatione, ſeu propria
ſignificatione nominis hæredum, quo, nonniſi improprie,
& largo modo, fideicommiſſarios nuncupari objiciebatur,
ex Peregr. de fideic. art. 32. ſub num. 81. aliiſque, quinimo
12 ſubdebant, eo nomine eoſdem deſignatos cenſeri non poſ-
ſe, ex adjecto infraſcritti, quia adhibitum videbant ad de-
monſtrandos directos hæredes, infra expreſſe nominatos,
13 Rota deciſ. 379. n. 15. & dec. 438. n. 18. par. 4. tom. 2. dec. 93.
n. 5. part. 17. rec.

Nam præter dicta, hujuſmodi objectum petitum ex ver-
bis, ſubmovet natura ipſa rei, de qua diſpoſitum reperitur;
quippe agitur de jure honorifico patronatus, quo, ob con-
tinuum exercitium juris præſentandi, decor familiarum, &
memoria fundatoris perpetuo conſervatur, ut animadver-
14 tit Card. de Luca d. diſc. 56. n. 6. maxime, ut infra probabi-
tur, cum fuerit inſtitutum ad inſtar majoratus, quod & in
jurepatronatu recte conſtitui docuit idem de Luca d. tract.
diſc. 61. num. fin. Quamobrem, & favor teſtatorum cupide
15 elaborantium, ut hujuſmodi majoratibus ſui nominis du-
rationem conſequantur, & diſpoſitio ipſa ex ſuo genere fa-
vorabilis poſtulat, ut verba benigna interpretatione ampli-
entur, Card. de Luca de fideic. diſc. 110. num. 12. in ſupplem. 16
p. 3. Qua ratione non applicari dignoſcuntur auctoritates in
objecto allegatæ, tanquam loquentes in pœnali, & in aliis
caſibus, in quibus ex ſubjecta materia hæredis nomen in
ſtricta duntaxat ſignificatione accipiendum eſt, ut etiam di-
ctio illa infraſcritti, reſtringi nequit ad hæredes directos
duntaxat: quia in noſtra hypotheſi fideicommiſſarii univer-
ſales habentes judicium teſtatoris, ideoque continentur ſub
denominatione hæredum, & veniunt in ſubſtitutione de
hærede, ex eodem Peregr. in contrarium allegato. Certius,
quia teſtator, quando hæredes directos duntaxat deſignare
voluit, diſcretive de illis locutus eſt, ut bene notatur in
prima cauſæ deciſione, §. Eoque fortius.

Nec ſubſiſtit juſpatronatus, de quo agitur, ceſſum jam
antea fuiſſe Jo: Angelo a Jo: Baptiſta patre Guilielmini, qui
propterea illud ſibi amplius aſſumere nequit, tanquam vo-
catus ex propria perſona, eo quia major natu, ſubſtitutus
poſt extinctas lineas hæredum inſtitutorum, vocatus cenſe-
tur per vulgarem, quæ eo ſemel admiſſa expiravit, ut repro- 17
bato Anchar. conſ. 27. dictum fuit in una Lucana beneficii
7. Maii, confirmata 5. Julii, cor. R. P. D. meo Molines.

Quia omiſſo, quod cum vocatio majoris natu non eſt
limitata relata ad certam perſonam, ſed indefinite ſubſtitu-
tus legitur major natu, ex pluribus ſub collectiva diſpoſi-
tione comprehenſis, vocatio in primo non conſumitur, ſed
perpetuus majoratus inſtitutus cenſetur, ut docuerunt Re- 18
denaſch. conſil. 18. n. 3. & 4. Barry de ſucceſſ. lib. 8. tit. 7. n. 1.
ante med. Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 4. n. 4. 5. & ſequendo
Anchar. firmavit Rota in celebri Tyburtina fideicomm. dec.
16. & dec. 28. cor. Arguelles: Quæſtio omnis ſilet in caſu
noſtro, cum vocatus legatur: Il più vecchio huomo, ò
donna delli detti eredi, e loro diſcendenti al tempo del-
la nominazione, venturi in perpetuo; quæ profecto verba,
tractum ſucceſſivum, & temporis perpetuitatem præſefe-
rentia, perpetuam efficiunt diſpoſitionem, & operantur,
ut omnes majores natu, pro tempore exiſtentes, gradatim
vocati cenſeantur, ex quo teſtator non ad perſonas, ſed ad
qualitatem perpetuo duraturam reſpexiſſe videtur, Fuſar. 19
de ſubſtit. q. 390. n. 8. Fontanell. dec. 32. n. 11. & ſeqq. Ro-
ta in firmana fideicomm. 4. Aprilis, §. Ex quo enim, & 28.
Junii 1688. ſub initium coram Reverendiſſimo D. Herva-
vult Archiepiſcopo Turonenſe, ac probatur etiam in dicta
Lucana ſuperius allegata, & rurſus id confirmatur, quia
agitur de jure honorifico, & magis conſpicuo cæteris om-
nibus, quæ in teſtatoria hæreditate reperiebantur; quo caſu
ex veriſimili ejuſdem mente perpetuitas facilius inducitur,
Tore. de primog. & major. Italiæ p. 1. cap. 9. n. 190.

Et ita omiſſis aliis, quæ ex augmento dotis, & ex quaſi
poſſeſſione objiciebantur, tanquam plene ſublatis in alia
deciſione, reſponſum fuit utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Aſten. Juriſpatronatus,

Veneris 14. Februarii 1698.

SUMMARIUM.

Agitur de eadem materia præcedentium deciſionum.

SUMMARIUM.

1 *Extraneus admitti non poteſt ad præſentandum, durante linea vocata.*
2 *Juſpatronatus remanet apud hæredem hæredis gravati, nec tranſit cum hæreditate ad fideicommiſſarium.*
3 *Limita, ſi conſtet de voluntate fundatoris volentis, ut juſpatronatus quoque deferatur in ſubſtitutum.*
4 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque veniunt tam patroni Eccleſiaſtici, quam laici.*
5 *Patronus reſervando patronatum pro ejus hæredibus cenſetur voluiſſe quoque fideicommiſſarios comprehendere.*
6 *Narrativa interpretationem recipit a diſpoſitiva.*
7 *Verba*, come ſi dichiarerà à baſſo, *operantur, ut non*

alii

aliis censeantur in narrativa invitati, quam qui fuerunt in inferiori parte nominati.

8 *Ad intelligendam dubiam dispositionem totus contextus est observandus.*

9 *Fundator potest variare, & prejudicare quocunque modo vocatis ad juspatronatus.*

10 *Successores vero solum possunt efficere juspatronatus de hæreditario gentilitium.*

11 *In testamento potest a dispositis in fundatione patronus variare, & n. 13.*

13 *Verbum*, hæres, *comprehendit tam institutum quam substitutum.*

14 *Ample est agendum in materia jurispatronatus, qua exorbitans minime dicitur, & n. 15.*

16 *Verbum*, iosfascritti, *quid denotet.*

17 *Quando appellatione hæredum veniat quoque substitutus.*

18 *Ut ex nova donatione juspatronatus acquiratur, exigitur, quod prima dos fuerit extenuata.*

19 *Quodque illud extiterit reservatum.*

20 *Filius habet jus abstensionis ab hæreditate paterna.*

21 *Juspatronatus de gentilitio fit hæreditarium, dummodo non concurrant verba testatoris, quæ contrarium suadeant.*

DECISIO XIV.

STeterunt domini pro confirmatione sententiæ favore Guilielmi Novariæ, præviis duabus decisionibus, altera bo. me. Emerix, altera R.P.D. de la Tremoille prolatæ; cum enim Joann. Antonius Pittarellus juspatronatus reservaverit seniori ex descendentibus a suis hæredibus universalibus, pro certo habitum fuit, quod pertinere non poterat ad Joannem Angelum, & alios de Gambertis, qui non proveniunt a descendentibus testatoris, sed quod plene spectabat ad Guilielminum de Novatia, qui senior est, & descendit a Joanne Baptista substituto, ut dictum est *in decis. 534. n. 4. p. 4. tom. 2. rec.* fusius prosequitur prima decisio bo. me. Emerix, §. *Constat*, qui cum post obitum Franciscæ, Catharinæ, & Beatrisiæ filiarum, & hæredum testatoris absque liberis, fuerit in testamento substitutus, ejus linea durante non possunt extranei admitti ad præsentandum, Paris. *cons. 48. a n. 6. usque ad 9. lib. 4.* Gabr. *cons. 96. num. 2.*
1 *lib. 2.* Rota *decis. 96. num. 18. part. 6.* & plene deductum fuit in Gnesnen. jurispatronatus 28. Junii 1688. §. *Constet*, coram me.

Et licet Marcus Antonius Gamberta transigendo acquisivit contro versum juspatronatus a Monasterio Sanctissimæ Annunciatæ hærede Catharinæ ultimo loco defunctæ, in cujus hæreditate dicebatur remansisse, cum ad substitutos non deferatur, *l. Quia projnde 42. §. Restituta, ff. ad Sena-*
2 *tusconsult. Trebell.* contrarium tamen in hypothesi evincit testatoris voluntas, quæ potest contra regulam juris substitutos vocare ad successionem etiam in jurepatronatus, juxta perpetuam nostri Tribunalis sententiam Rota *decis. 100.*
3 *n. 8. & seq. par. 12. & decis. 589. num. 3. p. 18. tom. 2.* & in Lauden. Canonicatus 4. Martii 1692. cor. R. P. D. meo de la Tremoille.

Attento siquidem instrumento fundationis, cum Joannes Antonius Pittarellus constructa, & ære suo dotata Capella B. M. Virginis Rosarii reservaverit juspatronatus favore sui, *e degli heredi suoi, e successori qualsivogliano*, horum appellatione sicuti veniunt tam patroni Ecclesiastici,
4 quam laici, *dec. 242. num. 11. p. 19. rec.* ita proculdubio continentur tam primi hæredes, quam substituti, & fideicommissarii, ut in terminis jurispatronatus inquit Rota cor.
5 Cerro *decis. 622. n. 11. & seq.* & cor. Bichio *decis. 15. n. 6.* & probat clar. mem. Card. de Luca *de jurepatron. disc. 14. num. 3.*

Non obstante, quod hæc tam ampla verborum generalitas videatur restringi a subsequenti sermone ad hæredes directos, eorumque successores: *E dopo esso hà voluto, vuole, e dichiara, che tal nominatione, e presentatione spetti, & appartenga al suo erede, e dopo esso al primogenito, e non havendo figli maschi, alla primogenita, e cosi successivamente ai primogeniti, ò in primogenite, li quali deriveranno dall' erede di esso messer Gio: Antonio*, quam partem instrumenti informantes pro Gambertis potissime attendendam esse suadebant; tum quia dispositiva pro valet ex sui natura narra-
6 tivæ, quæ ab ea interpretationem debet assumere, *l. Cum servus, vers. Sin autem, C. de agricols. & censit. lib. 11.* & in nostris terminis dictum fuit in Nullius, seu Orbitellen. jurispatronatus 13. Januarii 1696. §. *Quoniam*, cor. R.P.D. Scotto, & in ejus confirmatoria 4. Julii ejusdem anni, §. *Non refert*, cor. R.P.D. meo Olmo; tum quia post relata in superioribus verbis, *heredi suoi, e successori qualsivogliano*, statim subditur, *come più amplamente si dichiarerà à basso*, quæ relatio operatur, ut non alii censeantur in narrativa invitati, quam qui fuerunt nominati in inferiori parte eam declarante, Cravet. *cons. 98. n. 6.* Socc. jun. *cons. 163.* 7
n. 11. lib. 7. & dictum fuit in Romana Salviani 9. Decembr. 1692. §. *Neque cum seq.* cor. R.P.D. Lancetta.

Quia non inde argui potest, quod substituti fuerint exclusi a successione in jurepatronatus; cum enim adhuc dubitari contingat, an sub appellatione hæredum, fundator intellexerit hæredes primos, an autem & substitutos, hinc est quod domini censuerunt declarationem prædicti dubii aut 8
expetendam ab aliis partibus ejusdem instrumenti, ad normam textus *in l. minime, & in l. Si de interpretatione, ff. de legibus*, aut denique desumendam esse a testamento, quod postmodum ipse condidit, facta mentione controversi jurispatronatus, & eorum, quos ad illud invitabat, in quo, sicut ipse, tanquam fundator, & primus acquirens jurispatronatus, poterat variare, & præjudicare quoquo 9
modo vocatis ad illud, Lambertin. *de jurepatron. 2. p. lib. 2. 6. art. 2. quæst. in princ.* Peregr. *de fideic. ar. 31. sub num. 8.* Ricc. *dec. 289. per totam*, Spetell. *dec. 7. 3. num. 3. lib. 1.* & fuse dicitur apud Viv. *de jurepatr. p. 3. lib. 13. cap. 2. n. 25.* Rota cor. Priol. *dec. 136. n. 3. & dec. 266. n. 9. p. 11.* ad differentiam aliorum, qui solum possunt efficere juspatrona- 10
tus de hæreditario gentilitium, Ninott. *dec. 35. num. 22. & seq.* Cerr. *dec. 370. num. 9.* & fuit dictum in Gnesnen. jurispatronatus 28. Junii 1688. §. *Nec refert*, cor me; ita & ab hoc eodem testamento desumendam esse dixerunt interpretationem verbi *heredum*, an videlicet in ea testator de institutis, an & de substitutis fuerit locutus.

Absque eo, quod valeat replicari, quod in hoc eodem testamento testator se referat ad instrumentum fundationis, et illud statuat pro regula, & norma, ad explicandum quodcunque dubium, quod suboriri posset in facti contingentia circa juspatronatus, *Al qual instrumento si potrà haver relatione negli occorrenti*: quia cum in eodem instrumento propter nominationem eorum, quibus juspatronatus acti-
vum reservabatur, plura fuerint disposita circa dotem Ca- 145
pellaniæ, & modum, & tempus exbursandi designatum Capellani stipendium, necnon plura concernentia ejusdem obligationes, relatio ad instrumentum, hæc, & similia modo dicta percutiet, nec obstabit, quia circa vocatos ad juspatronatus potuerit testator variare, ut, generalibus omis- 11
sis, responsum fuit in Bonon. Fideicommissi 15. Martii 1697. §. *Qui fante recessus*, cor. R.P.D. meo Pio, & in terminis jurispatronatus, quod præferendi sint vocati in testamento vocatis in instrumento fundationis, non obstante, 12
quod in testamento testator se retulisset ad instrumentum fundationis, *ad dec. 675. n. 1. & seq. p. 2. rec.*

Cum itaque in testamento fundator voluerit, quod controversum juspatronatus pertineret ad seniorem hæredum universalium infrascriptorum, clarum est, institutos, & substitutos ad illud vocatos fuisse, considerata natura verbi *heredis*, quod utrosque comprehendit, uti probant textus *in l. antiquitas, C. de usufruct. & in §. 1. Instit. de vulgar. &* 13
pupillar. & in §. Restituta, Instit. de fideic. hered. & in l. heredis appellatio 63. ff. de verb. signific. Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 6. n. 20. & seq.* Castill. *contr. jur. lib. 5. cap. 96. n. 34.* Cyriac. *contr. 96. n. 45.* Gratian. *discept. 104. n. 1. & seq.* Argel. *de acquir. possess. q. 7. num. 60. & seq.* Conciol. *de hered. art. 1. n. 54. & seq.* Spad. *cons. 295. n. 7. lib. 3.* Rot. Coccin. *dec. 2191. n. 22.* & fuse probatum est in Maceraten. fideicommissi 10. Martii 1688. §. *Non obstat*, cor. bon. me. Benincasa; præcipue in materia jurispatronatus, quæ favorabilis est, & honorifica, nec ullo modo exorbitans dici potest, postquam pia Mater Ecclesia ad alliciendos fideles indulsit fundantibus, & dotantibus Ecclesias, jus præsentandi ad easdem, *Can. decernimus 16. q. 7.* Quidquid esset spectato jure antiquo, juxta quod nec id ad- 14
huc erat fundatoribus, aut dotantibus concessum, *Canon. decretum. Canon. noluerunt 10. q. 1.* & distinguendo firmant Fagnan. *in cap. Quoniam, n. 12. de jurepatr.* Frideric. de Senis *cons. 34. sub n. 3. versic. Nam licet*, Lother. *de re benef. lib. 2. q. 3. num. 19.* Rota coram Seraph. *decis. 378. n. 12.* & fuit dictum in Marsicana beneficii 20. Junii 1577. impressa apud Marchesan. *de commiss. part. 1. cap. 9. num. 2. pag. mihi 387.* Quare docto de existentia jurispatronatus, qualibet ampla interpretatio sumenda est favore vocato,

catorum, fuse Lambertin. de jurepatr. lib. 1. p. 4. art. 5. q. princ. præsertim sub n. 13.

Clarius hæc procedunt spectato verbo *infrascritti*, quod post nominationem hæredum universalium appositum est; hoc enim sicuti designat mentionem fieri de
16 quibuscunque hæredibus scriptis in inferiori parte testamenti, Alex. *cons.* 136. *n.* 10. *lib.* 7. ita indubitanter arguit vocationem institutorum, & substitutorum, quos postmodum ipse nominavit, Spada *cons.* 277. *n.* 7. *lib.* 3. Bich. *decis.* 603. *num.* 7. præsertim quia cum ante institutionem hæredum titulo legati reliquisset Antonio Mariæ ex Margarita filia nepoti scuta 1000. *pagabili dagli heredi suoi universali infrascritti*, postquam filiæ primo loco institutæ spirituale, aut temporale matrimonium contraxissent, vel post mortem ultimæ earum; clarum inde resultat, quod promiscue sub appellatione hæredum infrascriptorum intellexerit institutos, & substitutos, cum legatum
17 ab hæredibus primo loco institutis solvi non posset, Grat. *discept.* 612. *n.* 17. Peregr. *de fideic. art.* 32. *n.* 63.

Nec obstat, quod Antonius Gambetta augendo dotem Capellæ fassus fuerit, illam esse *juspatronato della casata di lui Signor Testatore*, quia juxta vulgata jura simplex hæc enunciativa non potest evertere quidquid ex visceribus testamenti supra deductum est ad probandum, quod ipse non tantum primos hæredes, sed etiam substitutos vocaverit ad juspatronatus; nec augens dotem acquirere poterat novum juspatronatus in præjudicium vocatorum a primo fundatore, & dotante, quia præterquam quod non docetur de dote præcedenti notabiliter extenuata, Felin. *in cap. Venerabilis*, *num.* 53. *de except.*
18 Bero *cons.* 4. *num.* 26. *lib.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 18. *num.* 53. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 57. Rota coram Cardinali Millino *decis.* 187. *num.* 2. deficit reservatio jurispatronatus, quæ licet in primo fundatore, & dotante non requiratur, necessaria tamen est in eo, qui auget antiquam dotem; alioquin benefactoris titulum obtinet, uti relatis concordantibus Lambert. *de*
19 *jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 6. *princ.* *n.* 25. & plene explicans mox relatam distinctionem Lother. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 33. Card. de Luca *de jurepatron. disc.* 50. *n.* 18. Duran. *decis.* 285. *num.* 30. *& seqq.* *& decis.* 249. *num.* 4. *seqq. p.* 9. *rec.*

Et multo minus meretur attendi, quod Joannes Baptista Novaris pater Guilielmini cesserit Gambettæ de anno 1635. omnia jura sibi vigore fideicommissi competentia, inter quæ pariter fuisse dicitur controversum juspatronatus; quia objectum urgeret, quando constaret de qualitate hæreditatis Guilielmini respectu Joannis Baptistæ patris, quæ non dicitur probata ex informi depositione testium, qui tantum deponunt Guilielminum possidere bona paterna, & aliunde, uti quid facti, probanda est etiam in filio respectu patris, attento jure prætorio, quod ipsi dedit beneficium abstensionis ab hæreditate paterna.
20 *l. Cum autem*, § *Transgrediamur*, ibique Bart. *colum.* 1. *vers. Quæro*, Castr. *num.* 3. *solut. matrim.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 99. *num.* 4. Card. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 1. *& seq.* Cyriac. *contr.* 144. *n.* 24. Alex. *cons.* 183. *num.* 1. *lib.* 6. & fuit dictum in Ariminen fideicommissi super reconventione 26. Junii 1697. §. *Aut legitima*, cor. R. P. meo Molines.

Denique circa fideicommissum, quod in persona Joannis Baptistæ dicebatur expirasse, ita quod in Guilielminum filium nec bona, nec juspatronatus devenire potuerint; præter ea, quæ fusius in ultima decisione deducta sunt pro subsistentia fideicommissi, ulterius dictum est, quod cum hujusmodi bonorificentiæ, & cum hæc jura separari possint a juribus fideicommissariis, ac hæreditariis & perpetuo relinqui personis affinibus, ac benevisis fundatori, novum idcirco non esse, quod hoc non obstante ad ipsum pertineat juspatronatus, adstipulante voluntate testatoris, qui cum in fundatione vocaverit per verba successiva primogenitum ex primogenito, *li quali goderanno dall'Erede di esso Messer Gio: Antonio*, & in testamento postmodum condito sub appellatione hæredum non tantum intellexerit institutos, quam substitutos, sufficit, quod Guilielminus descendat a Joanne Baptista substituto, ad hoc, ut valeat juspatronatus obtinere, de cujus natura est, quod expirata linea vocatorum transeat ad hæredes, ita quod de gentilitio
21 fiat hæreditarium, juxta originalem doctrinam Anchar. *in cons.* 81. quam reprobato Geminian. *in cons.* 45. communior interpretum, nostrique tribunalis sententia secuta est, dummodo non concurrant verba testatoris, quæ contrarium suadeant, Fagnan. *in cap. Perlatum*, *num.* 23. *& seq. de jurepatron.* Caldec. *cons.* 4. *sub tit. de jurepatr.* Cardin. de Luca *eodem tit. disc.* 35. *n.* 3. *& seqq.* Rota dec. 385. *per totam*, *part.* 1. *divers.* & coram Seraph. *dec.* 364. *num.* 3. *& seqq.* *& rec. part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 667. *num.* 13. Priol. *decis.* 318. *n.* 1.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. EMERIX.

Lauden. Canonicatus.

Ven. 3. *Martii* 1696.

ARGUMENTUM.

Peragitur de eodem articulo in præcedentibus pertractato.

SUMMARIUM.

1 *IS qui ex effectibus hæreditariis aliquid adimplere tenetur, heres non dicitur, si præcedat onus, & postea emolumentum; secus e contra.*

2 *Restitutio injuncta non per modum quotæ hæreditariæ, sed quantitatis bonorum, demonstrat, quod Testator voluerit heredem efficere illum, cui tale onus injunxit, non vero simplicem executorem relinquere.*

3 *Testator potest heredem de ejus bonis gravare.*

4 *In re ex testatoris præcepto pro aliquo opere adimplendo distribuenda, heres dicitur executor; non vero heres reputatur, vide n.* 5. *&* 6.

7 *Sententia in judicatam transacta facit statum.*

8 *Juspatronatus venit cum restitutione fideicommissi, si testator substituerit in quota hæreditatis.*

9 *Præcipue, si illud reservatum fuerit pro herede gravato, & aliis vocatis.*

10 *Ac si prohibita fuerit quævis detractio.*

11 *Lis per transactionem sopita, amplius restaurari non potest.*

12 *Ultimus status non attenditur, si non probetur falso factas præsentationes cum scientia, & patientia Patronorum.*

13 *Eoque magis, si constet de dissensu.*

14 *Ultimus status non habetur in consideratione, si clare constet de jure contrario.*

DECISIO XV.

BArtholomæus Martinenghus in testamento, cum quo decessit, assignatis prius 50. perticis terræ communitati Cotonei cum onere faciendi celebrare in perpetuum duas missas quotidianas in Ecclesia Parochiali S. Basilii per Capellanos nominandos ab ejus hærede, & post eum ab aliis vocatis, voluit, si contingeret Ecclesiam Parochialem erigi in Collegiatam, hoc legatum converti per Episcopum in titulum Canonicatus, reservando nominationem hæredi, aliisque inferius expressis. Instituto postmodum hærede universali Vincentio filio adoptivo, ejusque descendentibus, in eorum defectum substituit pro medietate suæ hæreditatis, & bonorum eandem communitatem Cotonei sub L. similiter, quod in casu erectionis Ecclesiæ Collegiatæ teneretur illam bonorum dimidiam dimittere Præposito, & Canonicis; in medietate vero alterius medietatis Antonium, ac fratres de Rubiate, aliamque mandavit per deputatos communitatis distribui in dotandis pauperibus puellis.

Secuta autem ad ultimam relatæ dispositionis erectione Collegiatæ, extinctaque deinceps linea Vincentii hæredis instituti, vacavit nuper Canonicatus per testatorem specialiter dotatus, ad quem Joseph Maria Dragonus se præsentari obtinuit a communitate, & Capitulo, & successive impetravit gratiam Apostolicam derogatoriam minoris partis, vel saltem medietatis patronorum, e converso autem Joseph de Rubiate, nec non ab aliis de Martinenghia, expedivitque similem gratiam derogatoriam medietatis vocum; unde delata controversia inter ipsos excitata ad R. P. D. Lancettam tunc A. C. Locumtenentem in utrisque literis executorem specialiter delegatum

gatum, prodiit sententia pro executione literarum Dra-
goni, a qua ad provocationem de Robiatis commissa mihi
causa per Signaturam Justitiæ cum clausula, *parito literis
arbitrio Rotæ*, proposui in hodierna audientia dubium,
an intret arbitrium seu potius literæ Rubiati sint exequen-
dæ? quod in utraque parte fuit negative resolutum.

Quo enim ad primam partem dubii visum fuit, literas
Dragoni esse in omnibus justificatas, ita ut non intret ar-
bitrium pro retardanda executione illarum; nam vocatio,
& existentia jurispatronatus non cadunt in controversiam,
cum uterque veniat ex eodem titulo, & idoneitas justifica-
tur ex testimonialibus literis Ordinarii; pertinentiam vero
pro majori parte spectare ad communitatem Cotonei, pro-
batur ex recensita dispositione testamentaria Bartholomæi
fundatoris, qui reservata prius nominatione ad Canonica-
rum favore hæredis, aliorumque vocatorum, post extin-
ctam lineam Vincentii hæredis instituti substituit commu-
nitatem pro tribus ex quatuor partibus hæreditariis, nempe
pro dimidia cum onere erigendi Collegiatam, & pro dimi-
dia alterius medietatis cum onere distribuendi illius an-
nuos reditus in dotandis puellis; ideoque pro totidem por-
tionibus, & sic pro majori parte vocum devolutum fuit ad
ipsam juspatronatus, ex deductis per Lother. *de re benef.
lib 2. part. 21. n.137.*

Nec subsistit, quod communitas fuerit relicta mera exe-
cutrix, non autem hæres, ex quo eidem conjunctum fuit
onus distribuendi omnia bona in usus pios, proindeque to-
tum juspatronatus consolidatum remanserit per jus accre-
scendi in illis de Rubiate, tametsi substitutis in sola quarta
parte, quoniam illa fuit per testatorem prius dispositive
vocata, & deinde gravata ad restituendum, ibi. *volens
ipsam ejus hæreditatem, & bona pervenire in deputatos com-
munitatis, cum expresso tamen onere injuncto*. Quo casu
non est dicenda simplex executrix, sed vera hæres substitu-
1 ta, quidquid dicendum foret, si præcederet onus, & postea
subsequeretur commodum, juxta distinctionem Bartoli
communiter receptam *in l. pecunia n. 1. ff. de alim. & cibar.
legat.* quam sequuntur Gratian. *discept. 446. n. 4. cap. de exe-
cut. lib. 3. cap. 2. n 6.* Adden. ad Gregor. *decis. 544. n 40.* bon.
mem. Episcopus Ilclanus *disp. jur. select. tom 1. cap. 44. num.
13.* Marta *de success. l. tom. 2. par. 4. q. 15. art. 1. n. 19. & 21.*
Rota cor. Cuccin. *dec. 452. n. 1. & decis. 1002. num. 7. decis.
101. num. 2.* Et id tanto magis, quod restitutio, seu distri-
butio non fuit ei præscripta per modum quotæ hæredita-
riæ, sed quantitatis bonorum, ibi.. *teneantur exinde di-
mittere, & relaxare ipsam dimidiam bonorum præfatis
Præposito, & Canonicis*, & consequenter remanet penes
ipsam titulus hæredis, & jura honorifica, ut ponderat
Frideric. de Sen. *cons. 56. n. 30.*

Idque comprobatur ex eo, quod idem Testator postquam
mandavit, ut ex dimidia ejus bonorum erigeretur Colle-
giata unius Præpositi, & octo Canonicorum, qui habere
debeant libras saltem 150. imperiales pro singulo, voluit,
quod si ejus introitus non sufficerent, communitas ipsa te-
2 neretur supplere de proprio, quod utique demonstrat, illam
non fuisse relictam meram executricem, sed veram hære-
dem substitutam, cujus bona possunt per testatorem grava-
ri, per text. *in l. sequens q. ff. de legat. 2.*
3 Parum suffragante, quod communitas dici possit mera
executrix saltem pro ea parte, in qua per testatorem grava-
4 ta fuit ad distribuendum ejus introitus in dotandis puel-
lis: quia præter quod contrarium tenent Bald. *consil. 120.
n. 3. vers. 4. lib. 2.* Calderin. *cons. 19. n. 1. vers. aut datur de
5 testamento*, Signorolla *consil. 45. n. 3.* id absolute non pro-
cedit, quando distributio respectu unius quotæ hæredita-
6 riæ est simul hæres in alia quota, ad tradita per Bald. *consil.
193. num. 1. vers. non erat lib. 1.* Simon. de Pret. *de interpr.
ult. vol. lib. 1. dub. 2. num. 43. & seqq.* Capyc. Galeot. *lib. 2.
contr. 32. n. 15.*

Quæ omnia magis confirmantur ex subsecuto instructo
erectionis Canonicatus factæ in executionem voluntatis
defuncti, in quo per sententiam Episcopi latam causa co-
gnita, & cum insertione illius testamentariæ dispositionis
fuit eidem communitati reservatum juspatronatus pro por-
tionibus hæreditariis, & sic pro tribus ex quatuor partibus,
præsentibus, & consentientibus illis de Rubiate cohæredi-
bus pro alia 4. parte, quæ scientia in judicatum transacta
7 facit statum, & contra ipsos plene probat Posth. *de manut.
observ. 32. n. 23.* Rot. *decis. 471. num. 12. p. ... tom. 2. & dec.
96. n. 13. p. 6. & dec. 10. n. 2. p. 2.* & cor. Zarat. *decis. 2. n. 2.*
& cor. Cell. *decis. 21. n. 6. & decis. 106. n. 4.* & coram Cer.
dec. 445. n. 6. & cor. Royas *dec. 5. n. 6. & 7.*

Nec quidquam facit, quod Joseph de Rubiate fuerit
præsentatus etiam ab illis de Marinenghia hæredibus Vin-
centii primi instituti, apud quos regulariter remanet juspa-
tronatus; nam quoties (prout hic) substitutio facta est in
quota hæreditatis, juspatronatus venit in restitutione fidei-
commissi, cum nomen hæreditatis sit nomen universale ju-
ris comprehendens omnia jura honorifica, ut in terminis
dixit Rot. cor. Cerr. *dec. 621. n 15.* eoque certius, dum te-
stator expresse illud reservavit hæredi gravato, & aliis per
ipsum vocatis, per quod censetur exclusisse hæredes grava- 8
tos, tanquam non vocatos, Rot. *decis. 24. n. 4. vers. quæ
præsumptio, & decis. 121. n. 4.* penes Vivian. *de jurepatr.* Ac 9
demum fortius, quia hæredi gravato fuit concessa per eun-
dem Testatorem facultas disponendi solum de libris 6. m.
cum prohibitione cujusque alterius detractionis, & Mar- 10
rinenghi per viam transactionis hanc summam receperunt,
ac pronunciarunt expresse cuicunque juri, quod ipsis com-
petere potuisset in hæreditate præscripta; unde nequeunt
hodie litem per transactionem sopitam denuo suscitare, 11
contra text. *in l. cum te, C. de transact.*

Non urgente, quod ipsi sint in quasi possessione præsen-
tandi, habeantque pro se ultimum statum; tum quia non
probatur præsentationes fuisse ab eis factas cum scientia, &
patientia aliorum compatronorum, prout requiritur, ad 12
tradita per Rot. post Vivian. *de jurepatron. dec. 11. num.* &
cor. Greg. *dec. 417. num. 2. in rec. dec. 153. n. 5. fin. n. 6 part.
12. rec.*

Quinimo potius constat de positivo dissensu ex præsen-
tationibus factis per communitatem, & illos de Rubiate
tanquam unicas personas ad firmat. per Garz. *de benef.
p. 5. cap. 5. n. 117.* Add. ad Greg. *dec. 417. num. 15. vers. secus* 13
Rota *dec. 242. n. 17. part. 10. rec.* Tum quia etiam dum in
præsenti constat de vera pertinentia ex testamento, & in-
strumento erectionis, non attenditur ultimus status, aut
quasi possessio, Rot. cor. Pena *dec. 1630. per tot.* cor. Priol. 14
dec. 32. n. 6. & decis. 42. n. 5. post Vivian. *de jurepatron. &
in rec. dec. 23. n. 5. p. 5. & dec. 64. n. 32. p. 13.*

Et ex prædictis oritur resolutio alterius partis dubii, cum
executio literarum Josephi Mariæ Dragoni, uti justifica-
tarum, pernecesse excludat executionem literarum Josephi
de Rubiate.

Et ita resolutum fuit una tantum parte informante, al-
tera vero pluries monita, diuque etiam benigne expecta-
ta, ulteriorem dilationem petente, &c.

R.P.D. DE LA TREMOILLE.

Laudan. Canonicatus.

Lunæ 3. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Emologantur superius firmata, & deciditur quæstio, an
plures hæredes inæqualiter instituti coæquale habeant
jus in jurepatronatus, & in decisione amplectitur do-
ctrina Card. de Luca *in disc. 61. de jurepatr.*

SUMMARIUM.

1 *GRatia justificata paratam habet executionem.*
2 *Is præeligi debet, qui a pluribus fuit præsenta-
tus.*
3 *Sententia emanata paulo post fundatum juspatronatus
declarat, quænam fuerit mens disponentis.*
4 *Simplex, & nudus administrator omni caret emolu-
mento, & n. 5.*
6 *Quando honor, & vocatio præcedit gravamen, gra-
vatus non dicitur simplex minister, sed cum effe-
ctu hæres; secus si præcederet gravamen, & po-
stea vocatio, & honor, & n. 7.*
8 *Juspatronatus reputatur jus incorporale, & sic indi-
visibile, & propterea insolidum defertur per ca-
pita, juxta numerum hæredum, quamvis inæqua-
liter institutorum.*
9 *Exercitium tamen præsentandi est divisibile, & con-
sequenter hæres institutus in majori quota pinguio-
rem habet vocem in paritate præferendam, & n.
10. 11. & 12.*
13 *Idque procedit tam inter primos, quam inter ulte-
riores hæredes.*

14 Quan-

14 *Quando autem procedat etiam ex voluntate testatoris, & num. 15.*

16 *Juspatronatus remanet penes gravatum, nec devolvitur cum fideicommisso.*

17 *Pro justificatione gratiæ derogationis medietatis vocum attenditur tantum præsentatio, quæ sit facta ab eo, qui existit in quasi possessione juris præsentandi.*

18 *Juspatronatus transmittitur cum universitate bonorum ad heredes fideicommissarios, & testator substituerit in quotis hereditariis.*

19 *Ad ipsos quoque defertur, si testator juspatronatus reservaverit favore heredis, & substituendorum.*

20 *Qualibet conjectura reputatur sufficiens, ut juspatronatus censeatur relictum cum fideicommisso.*

21 *In generali omnium jurium cessione venit juspatronatus.*

22 *Si constet de jure claro, non attenditur ultimus status.*

23 *Quando possessio non possit præscribere, & tollere prioris status efficaciam, & n. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Gratificationi non est locus, nec favore compatroni, nisi concurrente medietate vocum.*

DECISIO XVI.

POsthabitis literis Apostolicis Josephi de Rubiate, cen-
suerunt DD. procedendum esse ad legitimam executio-
nem gratiæ, quam vocant, pro præsentato obtentæ, &
justificatæ a Dragono, cum tres ex quatuor vocibus, qui-
bus subest Canonicatus petitus, pertineant ad communita-
tem Cotonei, qui eum præsentavit, reliqua vero tantum-
modo spectet ad illos de Rubiate, qui præsentarunt Jose-
phum filium suum. Quamobrem e vi gratiæ, quæ cum ple-
ne est justificata, paratam habet executionem, *c. si capitulo*
1 *de præbend. num.*8. Rot. *dec.* 168. *n. fin. p.* 10. *rec.* & tanquam
plurimorum approbatus assensu, præeligendus est, *c. quo-*
2 *niam in quibusdam* 3. ibidem Glos. *verb. qui majoribus de ju-*
repatr. Barbos. *alleg.* 72. *n.* 198. Rot. in Ugentina juris pa-
tronatus 2. Maii 1692. sub initium, coram R. D. Herva-
vult Archiepiscopo Turonen.

Hujusmodi vero divisio, & pertinentia vocum probatur
ex Testamento Bartholomæi Martinenghi fundatoris Ca-
nonicatus, qui jus ad illum nominandi reliquit Vincentio
filio suo adoptivo, ejusque descendentibus, hisque deficien-
tibus substituit in semisse communitatem Cotonei, & rur-
sus ex alio semisse eidem reliquit triuncium pro dotandis
puellis, substituto in reliquo triuncio Antonio & fratribus
de Rubiate; ideo proportionabiliter ad tres quotas hære-
ditarias delatas ad communitatem, totidem pariter voces
eidem competunt, ut probatum fuit in duabus decisioni-
bus hujus causæ editis a bon. mem. Emerix die 16. Martii,
& 27. Junii anni præteriti, ut infra demonstrabitur.

Eademque pertinentia præterea confirmatur sententia ab
Ordinario lata anno 1636. & quæ transitum fecit in judica-
tum, voces hac retenta proportione inter compatronos di-
videns; quæ sane sententia reddita in limine erectionis Ca-
nonicatus factæ in executionē fundationis a Bartholomæo
ordinatæ, nedum manifeste declarat, quænam fuerit mens
disponentis, si quæ dubietas illi inesse dici posset, verum
3 etiam firmum, & immutabilem statum inter patronos con-
stituit, Rot. *decis.* 96. *n.* 13. *p.* 6. & cor. Cerr. *decis.* 445. *n.* 8.
4 Qui profecto status cum fuerit confirmatus subsecuta ob-
servantia, quæ sola ex notis juribus exuberaret ad illum in-
ducendum, intervertí modo nequit ex eo, quod communi-
tas Cotonei, licet deficiente linea hæredis gravati vocata
fuerit ad dodrantem; attamen cum gravata quoque repe-
riatur semissem erogare ad commodum Collegiatæ erigen-
dæ, triuncium vero pro dotandis puellis, reputari proinde
debeat, ac si esset nudus, & simplex administrator, omni
carens emolumento, Rot. cor. Gregor. *dec.* 544. *num.* 2. &
seqq. & cor. Coccin. *dec.* 106. Qui sane administrator nul-
la retinere potuit jura hæreditaria, sed hæc consolidata fue-
5 runt in illis de Rubiate, licet in solo triuncio substitutis,
ad Text. *in l. quoties* 13. *C. de hered. instituen.*

Huic enim objecto bene occurrunt priores decisiones il-
lud tollentes verbis ipsis testamentariæ dispositionis Bartho-
lomæi, qui *voluit ipsam ejus hereditatem; & bona perveni-
re in deputatos communitatis, cum expresso tamen onere in-
juncto &c.* Qua ea dispositione cum pateat honorem, &
vocationem præcessisse gravamen, fit, ut communitas
considerari nequeat tanquam mera, & simplex executrix:
quia executio oneris illis demandati, tanquam a sua cau-
sa, profluit a jure in ipsa radicato ex præcedenti vocatione,
qua honorata jam fuerat, juxta theoricam Barthol. *in l. pe-* 6
cuniæ 8. *n.* 1. *ff. de alim. & cibar. legat.* quam communiter
sequuntur DD. cui in nostro themate proculdubio locus
est ex mente Testatoris comprobata pluribus argumentis
desumptis ab ipso Testamento, quibus aperte demonstra-
tur, non simplex onus executionis fuisse communitatē in-
junctum, sed titulo, & hæredis nomine fuisse honoratam, 7
vi cujus jura omnia honorifica penes eandem manserunt,
ut bene probat utraque dec. bon. mem. Emerix: Hinc non
urgent decisiones Gregor. & Coccin in objecto allegatæ,
quia in illarum themate gravamen præcesserat relictum,
verbaque executionis non legati a testatore in electum di-
recta fuerant.

Adversus quæ non urget replicatio, quod tametsi com- 8
munitas non meri executoria, sed veri hæredis jure censen-
da sit, & quidem vocati in dodrante, non tamen idcirco
successio in jurepatronatus devolvatur per uncias hæredita-
rias, ita ut dodrans communitati relictum absorbeat triun-
cium, in quo successerunt fratres de Rubiate: quia patrona-
tus tanquam jus incorporale, & quid indivisibile, in so li-
dum defertur per capita juxta numerum hæredum, quamvis
inæqualiter institutorum, Gloss. *in cap.* 1. *versic. non debet
de jurepatr.* quam sequuntur DD. allegati in §. *non obstat*,
decisionis editæ 27. Junii.

Individuitas enim considerata a Gloss. non impedit, 9
quominus hæres institutus in majori quota, pinguiorem
habeat vocem in paritate præferendam, ex originali do-
ctrina Innoc. *d. cap.* 1. *de jurepatr.* Rota cor. Seraph. *decis.*
875. *num.* 2. cæterique DD. relati *in d. decis.* §. *Cessare vide-
tur*, eam ob rationem, quia præfata individuitas respicit
jus ipsum habituale, seu substantiam jurispatronatus, quod
æqualiter ad hæredes per capita defertur; non autem istius
modi juris exercitium, quod tanquam consistens in facto,
actuque ipso præsentandi, dividuum est, ut post Jo: Andr. 10
aliosque antiquiores Canonistas docuit clar. mem. Cardin.
de Luca *de jurepatr. disc.* 61. *num.* 6. Bellon. *de jur. accresc.*
c. 6. *q.* 48. Grass. *de Patr. Reg. in d. tom.* 1. *cap.* 4. *n.* 61. qua
posita separabilitate ipsius juris habitualis a juris exercitio,
inducta fuit forma dividendi hujusmodi juris individui di-
viduum exercitium per uncias, & quotas, juxta praxim,
& consuetudinem, quam ex Goffred. Beneventan. Nea- 11
poli jam viguisse meminit Gloss. *in Clement. plures de jure-
patr.* & ubique hodie receptam, testatur Card. de Luca lo-
co mox citato, exemplo jurisdictionis feudalis, quæ simi-
liter licet individua in substantia, dividua tamen est in
exercitio quoad scilicet fruitionem fructuum, & emolu- 12
mentorum jurisdictionis, cui assimilari materiam jurispa-
tronatus, ait Rot. cor. Coct. *decis.* 232. *num.* 4. & de una
ad aliam bene in proposito arguit secunda causæ decisio
§. *Non obstat.*

Hæc autem praxis, & consuetudo locum habet tam in-
ter primos, quam inter ulteriores hæredes diviso inter
eos inæqualiter juris exercitio, ut inæquales sunt quotæ,
seu portiones hæreditariæ, in quibus instituti, aut substi-
tuti sunt, ad mentem d. Clementinæ editæ pro dirimen-
dis quæstionibus, quas nimia juris subtilitas, & Cano-
nistarum concertationes pepererant; cujus litera tametsi
loquatur de concursu ulteriorum hæredum, & successo-
rum, ejus tamen ratio, & sensus idem est respectu etiam
primorum hæredum, ex Card. de Luca *d. disc.* & probant 13
Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 137. Rot. in Lunen. Sar-
zanen. Capellaniæ 18. Aprilis, confirmata 12. Decembr.
1687. & in Bonon. beneficiorum 19. Januarii 1689. §. *quod
vero*, cor. Reverendiss. D. Hervavult, indefinite firman-
tes successionem in jurepatronatus hæreditario, eodem ju-
re devolvi, quo deferuntur alia bona hæreditaria, quo-
rum naturam sequi, eandemque recipere divisionem recte
ait Antunez *de donat. par.* 3. *cap.* 18. *n.* 86. *tom.* 2. Barbos. *vot.
dec. lib.* 2. *vot.* 21. *n.* 7. *tom.* 1.

Quæ porro divisio desumpta ex mente legis, recepta u-
su, & comprobata exemplo jurisdictionis feudalis, certius
locum sibi vindicat in nostra hypothesi, tum ex mente te-
statoris manifeste elicita ex eo, quod substituendo com-
munitatem in semisse cum onere erigendi Collegiatam, &
deinde in separata oratione eandem vocando in alio triun-
cio destinato ad alios usus, diversos sibi scripsisse hære-
des visus est distinctis vocibus honorandos, ad Text. *in l.* 14
liber homo 59. §. *Titius, ff. de hered. inst.* Cardin. de Luc.
d. disc. 71. *n.* 3. *de jurepatron.* Rota coram Coccino *dec.* 549.
tum etiam ex præfata sententia Episcopi, & subsecuta
obser-

Digitized by Google

15 observantia, ut bene hæc omnia argumenta validius urgen-
do prosequitur *dict. 2. decisio §. Cessante videntur cum seq.*
Hæc igitur cum ita se habeant, frustra Josephus cumulat
cum præsentatione fratrum de Rubiate aliam factam a
Martinenghis, quia ex præfata divisione dodrans pertineat
ad communitatem, & triuncium ad fratres de Rubiate,
nulla amplius vox superest Martinenghis assignanda, qui
nullo jure tam in præterita, quam in hodierna causæ di-
sceptatione juspatronatus sibi asserere contendebant nedum
ex titulo desumpto ex ratione Text. *in l. quia perinde 32. ff.*
16 *ad Trebell.* juxta quam juspatronatus cum non sit transmis-
sibile ad fideicommissarium, qualis est communitas apud
Ipsos, tanquam hæredes gravati Vincentii, scilicet man-
sisse oportuit, ex congestis apud Frass. *de Pat. reg. in dict.*
tom. 1. cap. 5. nu. 2. Verum etiam ex facto quasi possessionis
præsentandi, in qua non minus ipsi, quam alii Compa-
troni reperiebantur: Quamobrem cum pro justificatione
hujusmodi gratiarum pro præsentato inspiciantur solum-
modo præsentationes factæ a gaudentibus dicta quasi pos-
sessione; Lother. *de re benef. lib. 2. qu. 8. n. 106. & 107.*
17 Priol. *dec. 305. n. 6.* resultat, ut Josephus tanquam præsen-
tatus non solum a fratribus de Rubiate, sed etiam a Matti-
nenghis admissis ad æquale exercitium juris præsentandi,
pluribus juvetur patronorum suffragiis, ideoque sit insti-
tuendus, juxta auctoritates sub initium allegatas, vel sal-
tem æqualibus subnixus votis, tanquam compatronus,
gratificationem mereatur, Barbos. *alleg. 72. n. 204.*
Sed nec allegato titulo, nec privilegio quasi possessionis
Martinenghos juvari posse visum est: omisso enim, quod
titulus, ex quo ipsorum vox desumitur, non minus destruit
vocem communitatis, quam illam fratrum de Rubiate;
idem præterea inanis, & prorsus inefficax detegitur, quia
substitutio in nostra hypothesi facta legitur in quotis hæ-
reditariis, cum quibus hujusmodi jura honorifica tan-
18 quam cum universitate transmitti docuit Rota cor. Cerro
dec. 621. n. 15. Rursus Testator illud reservavit favore hæ-
redis, & substitutorum, subdens, *Qui solus, seu soli habeant*
jus præsentandi: Unde ex judicio Testatoris excluso hære-
de gravati, in fideicommissarios duntaxat juspatronatus
transmissum fuisse oportuit, Frass. *d. cap. 5. n. 3.* facile enim,
19 & qualibet ex levi conjectura receditur a regula, qua sta-
tuitur juspatronatus ad hæredem, non ad fideicommissa-
rium devolvi, Card. de Luca *jurepatr. disc. 36. n. 5. & seq.*
20 *& n. 14. & disc. 60. n. 3.* Et demum Testator gravatis con-
cessit facultatem disponendi de solis libris sex millibus,
quas Martinenghi receperunt ex quadam transactione ini-
ta cum fideicommissariis, emissa eorundem favore amplis-
sima jurium omnium hæreditariorum renunciatione,
quo circa eisdem non patet amplius regressus ad jus hu-
jusmodi, tanquam cum generali jurium omnium cessio-
21 ne translatum in renunciatarios, de Luca *d. tract. disc. 5.*
n. 10. & disc. 56. n. 15.
Minus vero eisdem suffragatur quasi possessio præsentan-
di, quia si hæc accipiatur tanquam simplex, & nudum fa-
ctum, cum res est integra, intervertitur, & absorbetur a
jure claro, quod non ad possessorem, sed ad petitorem per-
tinere dignoscitur ex testamento fundatoris, ex sententia
Ordinarii auctorizantis erectionem jurispatronatus, & ex
præfata renunciatione, quæ probantur pluribus instrumen-
tis, & funditus diruunt fundamentum constitutum in ul-
22 timo statu, Barb. *in cap. consultationibus n. 3. in fin. de ju-*
repatr. Rot. coram Penia *dec. 1630.* & alibi passim.
Aut vero eadem quasi possessio expenditur tanquam
præscriptiva prioris status sublati ab ultimo legitime præ-
23 scripto, ad normam Text. *in cap. cum de beneficio 5.* ibi-
que Gloss. *in verb. legitime de prabend. in 6.* & inefficaces
ad hujusmodi præscriptionem inducendam reputatæ fue-
runt præsentationes omnes, quotquot a Martinenghis al-
latæ fuerunt. Obstabant enim admissioni ipsarum illæ
emanatæ a veris patronis, qui cum universam fundatoris
hæreditatem possiderent, eoque nomine præsentaverint,
fit, ut absorbendo voces omnes jurispatronatus, aditum
nullum reliquerint extraneis, qui præsentationibus ultro
24 factis illud sibi adsciscere præsumpserunt, Rot. *dec. 240.*
n. 17. part. 10. rec. Rursus hæ præsentationes factæ a Mar-
tinenghis visæ sunt clandestinæ, cum non comparuerint
coram Ordinario cum veris patronis, quibus propterea
per actum clandestinum noceri non potuit; consensisse
enim dici non poterant actui, qui ipsis absentibus, & igno-
rantibus in eorum præjudicium gerebatur, Lother. *de re*
25 *benef. lib. 2. q. 21. n. 83.* Gratian. *discept. forens. 577. num. 1.*
de Luca *de jurepatron. disc. 63. n. 22.* Rot. *dec. 111. n. 8.* post
Vivian. *de jurepatr. & dec. 157. num. 5. & 6. part. 18. rec.*
Eoque certius, quia illæ omnes ab Ordinario admissæ
fuerunt cum clausula, *si & in quantum*, quæ conditiona-
lem efficiebat admissionem, quatenus scilicet de jure præ-
sentantium constiterit, Rot. cor. Gregor. *dec. 417.* ibique 26
Add. *n. 12. dec. 96. n. 16.* qua conditione nunquam verifi-
cata, nulla quasi possessio quæsita dici potuit præsentanti-
bus, Barb. *de claus. usufreq. claus. 149. n. 5. & 6.* 27
Dempta autem, penitusque exclusa voce illorum de
Martinenghis, voces communitatis, quæ suffragium tulit
Dragono, ponderant unicæ voci, qua præsentatus fuit Jo-
sephus, qui tametsi de familia, seu genere fundatoris, non
meretur gratificationem, cui in sola paritate suffragiorum 28
locus est, ut bene concluditur §. *fin. secunda decisione.*
Et ita utraque parte &c.

R. P. D. P R I O L O.

Valentina Beneficii.

Merc. 26. Februarii 1697.

A R G U M E N T U M.

Explanatur eadem theorica, an, & quando juspatro-
natus cum universitate bonorum transeat in fidei-
commissarium.

S U M M A R I U M.

1 *Litera Apostolica non verificata, executioni de-*
mandari non debent.
2 *Juspatronatus potest cum Ordinarii authoritate in*
donatarium etiam extraneum transferri.
3 *Juspatronatus non transit cum universitate bonorum*
ad deicommissarium.
4 *Appellatione jurium, & actionum venit juspatrona-*
tus.
5 *Juspatronatus transit ad fideicommissarium, si Te-*
stator institutionem fecerit in universa hæredita-
te, & subsequenter scripserit substitutionem.
6 *Sub nomine hæreditatis venit etiam juspatronatus.*
7 *Maxime, si adsint verba totalitatem importantia.*
8 *Verbum*, quodcunque, *omnia includit, & nihil*
excipit, & n. 9.
10 *Testator, qui voluit conservationem perpetui fidei-*
commissi, censetur quoque voluisse cum ipso in-
cludere juspatronatus.
11 *Illegitimus etiam capax jurispatronatus concurrere*
non potest cum legitimo, licet in gradu remotiori.
12 *Juspatronatus reservatum pro hæredibus, & succes-*
soribus, dicitur hæreditarium.
13 *Hæres potest juspatronatus hæreditarium efficere gen-*
tilitium.
14 *Et per hanc mutationem non dicitur contravenire*
voluntati fundatoris.
15 *Possessio absque apprehensione ad hæredem non trans-*
fertur.
16 *Gratia fundata in assertione præsentationis verifi-*
cari debet cum præsentatione facta aliis, qui
sunt in quasi possessione præsentandi.
19 *Præsentatio facta a successore hæredis gravati non*
attenditur, si illico patet jus substituti.
18 *Juspatronatus vacare dicitur per resignationem fa-*
ctam in contemptum patroni.
19 *Ac etiam per subsecutum matrimonium.*
20 *Præsentatus a vero patrono est in jurepatronatus*
instituendus.

D E C I S I O XVII.

BEneficium simplex, quod obtinebat Maurus de Villa-
nova, ac si esset illius pro medietate patronus, re-
signavit in manibus Sanctissimi ad favorem Raymundi de
Pico, & expeditis literis cum derogatione alterius me-
dietatis, fuit a resignatario obtenta in Curia Archiepi-
scopali illarum executio: sed per appellationem successi-
ve interpositam non minus ad instantiam Emanuelis
veri, & unici patroni, quam Gasparis ab eo præsenta-
ti, devoluta causa cor. me, DD. in hodierna discepta-
tione censuerunt, literas Raymundi non esse exequen-
das, sed Gasparem esse instituendum.

Ratio resolutionis quoad primam illius partem desumpta fuit ex eo, quod nullibi apparet, controversum juspatronatus pro medietate spectare ad Maurum; cumque literæ desuper expeditæ super hoc unice innixæ reperiantur tanquam non verificatæ, nullam promeren-
1 tur executionem, ad notata per Scribentes *in cap. 1. de lit. contest. in 6.* cum aliis adductis per Rotam coram Bichio *dec. 185. num. 1 & in rec. dec. 25. n. 1. cum seq. & dec. 208. n. 3. part. 10. & alibi sæpe.*

Ex facto siquidem dilucide reassumpto usque ab initio fundationis ostensum fuit, successionem patronatus ex dispositione Aloysii una cum aliorum bonorum universitate delatam fuisse in personam Joannæ hæredis substitutæ: Cumque ista ex particulari titulo donationis de illo disposuerit, negari non potest, quin accedente auctoritate Ordinarii, illius dominium transmissum fuerit in Emanuelem donatarium, tametsi extra-
2 neum, ad Text. *in cap. unica de jurepatr. in 6.* Lambert. *eodem tract. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 2. num. 2.* Rota coram Coccino *dec. 106. n. 5 & in rec. dec. 319. n. 1. part. 3.* cum aliis adductis in Compostellana parochialis 25. Junii 1696. § *sicut non controvertebatur*, & 28. Junii proxime præteriti *in princ.* cor. me.

Non obstante, si dicatur, quod patronatus, quod est jus mere honorificum, non potuerit oblique transire in fideicommissarium, quia tanquam directum remaneret penes hæredem institutum ex eo, quod super illo fideicommissarius non est loco hæredis, ut ex Textu *in l. quia perinde, ff. ad Trebell.* notabiliter advertit gloss. *in verb. restituta*, & comprobat ibidem Bart. ubi dicit, quod iste est unus ex casibus, in quo aliquid remanet penes hæredem, facta etiam hæreditatis restitutione, cum ista jura directa, & honorifica, tanquam separata ab hæreditate disponentis, & debita alio titulo, quam hæreditario, non transmittantur cum universitate aliorum bonorum ad ulteriores substitutos, ut
3 ex originali doctrina Bald. *in l. cum virum num. 2. Cod. de fideicomm.* Mantic. *de conject. lib. 4. tit. 12. n. 15.* aliisque pluribus relatis bene comprobat Rota *in rec. dec. 72. num. 6. cum seq. part. 7.* & in Bononien. jurispatronatus de Buttigariis 19. Junii 1693. § *Quibus Scipio*, coram R. P. D. meo Caprara.

Quoniam pro remotione hujus objecti, super quo totum erat causæ momentum, visa est in contrarium præponderare conjecturata voluntas Testatoris desumpta ex contextu totius dispositionis; quoties enim iste ad omnia sua bona, jura, & actiones quomodolibet sibi spectantes titulo institutionis vocavit Hilarionem primogenitum, & isto deficiente sine filiis, absque ulla detractione legitimæ, falcidiæ, & trebellianicæ, & alterius cujuscunque juris, substituit Aloysium Raymundum secundo natum, & isto pariter decedente sine descendentibus, voluit, quod cum eisdem pactis, vinculis, & conditionibus tota sua hæreditas veniret, & pertineret ad Joannam ejus filiam majorem, ac illius filios, itaut succedatur de uno ad alium, usque ad ultimum descendentem, servando semper ordinem primogenituræ; ex hac profecto serie dispositionis DD. certiores facti sunt de implicita voluntate Testatoris comprehendendi juspatronatus sub fideicommisso; quia si institutio versatur tam super bonis, quam super juribus, & actionibus, quorum appellatione contineri jus-
4 patronatus, communiter tradunt Bald. *cons. 32. num. 3. lib. 1.* Lother. *de re benefic. lib. 1. qu 9 num. 50. cum seqq.* & dixit Rota coram Seraph. *dec. 715. num. 3. & in rec. dec. 107. num. 12. part. 6.* & coram Zarat. *dec. 114. n. 3.* pernecesse sequitur, ut in substitutione, quæ fuit specialiter facta in tota hæreditate, præsumantur repetita ea omnia, quæ fuerunt per Testatorem expresse comprehensa in institutione, ut ex regula desumpta a Text.
5 *in l. prima, Cod. de impub. & subst.* comprobat in his terminis Rota coram Zarat. *dict. dec. 114. num. 4. & in rec. dec. 271. n. 2. cum seq. part. 12. & dec. 64. n. 7. pariter cum seq. & dec. 136. num. 21. part. 13.* & egregie in Asten. jurispatronatus 19. Aprilis 1697. § *Quorum favore*, coram R. P. D. meo della Tremoille.

Quod magis comprobari visum est non solum, quia de tempore delatæ successionis fuit demandata restitutio hæreditatis, quod sufficeret, ut sub illo universali nomine comprehensa censeantur jura, & actiones, & con-
6 sequenter etiam inclusum dicatur juspatronatus, ut ex Textu *in l. hæreditas, ff. de regul. jur. & in l. nihil aliud, ff. de verbor. signif.* in puncto tradit Lother. *de re benef. lib. 2. qu. 11. n. 37.* Rot. coram Cerr. *dec. 641. num. 15. & d. dec. 64. num. 11. part. 13. rec.* & in eadem causa cor. Priolo *dec. 136. n. 22.*

Sed fortius, quia in actu demandatæ restitutionis fuerunt per Testatorem adhibita verba totalitatem importantia, ibi: *Tota dicta hæreditas mea sit, veniat, & pertineat ad posthumum nasciturum, si fuerit masculus, alioquin ad Joannam meam filiam majorem*: Cumque sub illa nota totalitatis subintellecta fuerit totius, & universæ hæreditatis restitutio, si ab illa detrahi posset juspatronatus, non sequeretur juxta præceptum testatoris tota,
& integra illius restitutio, ad notata per Bald. *cons. 461. n. 6. lib. 1.* Barbos. *claus. 96 n. 1. cum seq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 198 n. 19.* cum aliis in Romana Trebellianicæ 15. Januarii 1691. § *sicut neque*, cor. me. 7

Verum, ultra verba totalitatem præseferentia, accedit etiam prohibitio cujuscunque detractionis, quæ cum non sit coarctata ad solas detractiones legales, & quotitativas, sed sub illa amplitudine verborum, ibi: *& alterius cujuscunque juris*, porrigatur etiam ad quæcunque alia jura in hæreditate existentia, ex hoc clare datur intelligi, quod sub illa appellatione *cujuscunque juris*, Testator voluit omnia includere, nihil pe- 8
nitus excepto, ut notat Rot. *dec. 271. n. 5. part. 12. rec.* & integram hæreditatem absque ulla diminutione demandare etiam ad ulteriores vocatos, ad tradita per
Guidopap. *decis. 507. sub n. 3.* Lother. *de re benef. lib. 2.* 9
qu. 11. n. 37. cum seq. Vivian. *de jurepatr. lib. 4. cap. 4. n. 12.* & Rota post ipsum *dec. 122. n. 8. & seqq. & in rec. dicta dec. 171. n. 4. part. 12.* & in Novarien. beneficii 7. Maii 1685. § *secundo, & § plures autem*, coram bo. me. Benincasa.

Dictæque Testatoris voluntati inhærendum quoque suadet natura ipsa rei; nam hæreditas fuit relicta servato semper inter omnes ordine primogenituræ usque ad ultimum descendentium, & quolibet gradu substitutionis ultra repertum onus primogenituræ reperiuntur etiam repetita verba totalitatem importantia, quæ sicuti perpetuam efficiunt dispositionem quoad omnes primogenitos pro tempore existentes, ita operantur, ut ad eos quoque transmissum censeatur juspatronatus, quod magis honorificum, & conspicuum cæteris omnibus ex continuo exercitio juris præsentandi magis
auget decorem familiæ, & memoriam Testatoris, ut optime advertit Rota in dicta Asten. Jurispatronatus 10
19 Aprilis 1697. § *Nam prædicta cum seqq.* coram R. P. D. meo della Tremoille.

Vindicata ex his pertinentia jurispatronatus, minus obstare visa est illius fundatio facta pro hæredibus, & successoribus, ex quo arguebatur, quod Aloysius non potuerit illud supponere sub gravamine fideicommissi in præjudicium Mauri hæredis ex propria persona venientis: nam prætermisso, quod iste, tanquam filius naturalis Aloysii, esto, quod esset capax jurispatronatus, non potuisset tamen concurrere cum legitimis, etiam si essent in gradu remotiores, ad notata per
Imol. *in leg. ex facto, § si quis rogatus num. 5.* ibique 11
Alexand. *sub num. 6. ad Trebellian.* Menoch. *cons. 285. num.* .... Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. numer. 80. & art. 27. num. 50.* Castill. *quotid. controv. tom. 5. lib. 5. cap 67. num. 3.* & Rota apud Vivian. *dec. 69. in 2. n. 4. cum seq. & in recentior. dec. 126. num. 4. pariter cum seq. part. prima, & decis. 49. num. 3. & 4. & decis 84. per tot. part. 8.* & adhuc tamen difficultas cessare visa est ex eo, quod iste patronatus, tanquam fundatus pro hæredibus, & successoribus, erat usque ab initio mere hæreditarius, ut notat Rota cor. Merlin. *dec. 94. n. 4.* &
in Fesulana Beneficii, seu Oratorii 14. Martii 1650. § 12
Protestas, coram clar. mem. Card. Corrado; & propterea cum ex titulo hæreditariæ successionis devolutus fuerit in dominium Aloysii, iste tanquam de re propria potuit libere disponere, illum de hæreditario efficiendo
etiam gentilitium, ut distinguendo tradit Caten. *resol.* 13
142. n. 4. cum aliis relatis per Merlin. *d. dec. 94. n. 3.* & cor. Ninor. *dec. 25. n. 22. cum seq. ubi sub n. 33.* subdit, quod per talem mutationem non dicitur attentatum contra formam fundationis, & prosequitur apud Tondut. *de pension. dec. 47. n. 8.*

Non obstat demum pro validitate assignationis, quod Raymundus fuerit in quasi possessione præsentandi; quia cum ista absque nova apprehensione transire non potuerit

in

in Mautum illius filium, & hæredem, juxta opinionem,
15 quam sempee tenuit Rota cor. Mantica *dec.* 88. *num.* 5. &
Merlin. *dec.* 563. *n.* 8. & Priol. *dec.* 313 n. 19. *cum seq.* nec
minus gratiæ pro præsentato verificari potest quoad Mau-
tum, quia iste non est in quasi possessione præsentandi, ut
16 notat Lothrr. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. n. 106. *cum seq.* Rota in
Iscalana beneficii 16. Martii §. *Et quidem*, & 18. Jan. 1696.
cor. R. P. D. de la Tremoille, & confirmata 5. Decembris
ejusdem anni §. *f. n.* cor. R. P. D. meo dell'Olmo, & in
Compustellana parochialis 17. Junii 1697. in principio
cor ma. Ultra quod comprobata pertinentia patronatus
favore substituti, in nihilo attendi debet præstutatio facta
a successore hæredis gravati, ut plene firmatum fuit in
Landen. Canonicatus 16. Martii 1696. cor. bo. me. Emeria.
17 Ex fundamentis itaque superius deductis clarior apparuit
resolutio quoad institutionem Gasparis, quæ est altera
paradubii, quia constito de vocatione beneficii non mi-
nus ea resignatione facta in contemptum veri patroni,
quam ea subsecuto matrimonio resignantis, ut de primo
18 testatur Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 35. & Rota *in rec.*
dec. 152. *&* 160. *utrobique n.* 5. *cum seq. part.* 6 & de secun-
do est Text. *in cap.* 1. *& in cap. quod a te de Cleric. conjugat.*
19 & verificata pertinentia jurispatronatus, & demum non
impugnata ea adverso habilitate præsentati, his omnibus
concurrentibus, venit omni jure instituendus, ad text.
20 *in c. querimoniam de jurepatr.*

Et ita informantibus Emanuele, & Gaspare, & ad in-
stantiam Raymundi exhibita solum quadam scriptura de
partibus, cum responsione etiam per Antoninum data,
resolutum fuit, &c.

R. P. D. URSINO.

Trideotina Jurispatronatus.

Veneris 4. Martii 1689.

ARGUMENTUM.

Decidit hæc decisio ea, quæ Card. de Luca *in disc.* 37. *de jurepatron.* examinat, an scilicet legitimatio obtenta a Principe sæculari proficua sit, ut legitimatus succedere possit in jurepatronatus, & quatenus succedere nequeat, an successio deferatur ad filium ipsius legitimati, qui ex legitimo matrimonio descendit.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus de gentilitio efficitur hereditarium, & n.* 3.
2 *Jurispatronatus transit cum universitate bonorum ad heredes.*
4 *Qualitas hereditaria in actu favorabili probatur ex declaratione, quam ipse heres emisit.*
5 *At etiam si illam expleret heres heredis.*
6 *Qualitas hereditaria sufficienter dicitur probata ex præsentatione facta tanquam heres.*
7 *Jura, lite pendente, & absque partis citatione extracta non probant.*
8 *Confessio contra confitentem, & causam ab eo habentem plene probat.*
9 *Legitimatio concessa a Principe sæculari non prodest, ut legitimatus possit succedere in jurepatronatus. Declara,* at n. 10. *&* 11
12 *Natus ex legitimo matrimonio succedit ex propria persona in jurepatronatus, licet pater esset illegitimus.*
13 *Declara, ut conclusio vera sit in jurepatronatus hereditario, non vero in gentilitio, & n.* 14.
15 *Persona Ecclesiastica præsumitur abhorruisse illegitimos, & descendentes ab eis.*
16 *Appellans facit omnia acta sua, ac si ab initio fuisset citatus.*

DECISIO XVIII.

SEntentiam Metropolitani Aquilajensis supponentem controversum beneficium S. Ludovici esse liberæ collationis mensæ Episcopalis Tridentinæ, eidemque propterea concedentem manutentionem in quasi possessione illud libere conferendi, tametsi causa deserta fuerit, & appellatio intra legitima tempora neutiquam prosecuta, in auctoritatem tamen rei judicatæ non transiisse, utpote injustam,
Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

Rota respondit sub die 24. Novembr. 1687. & proposita hodie causa, hoc iterum censuit persistens in resolutis.

Licet enim beneficium illud usque ab initio fundatum
cum reservatione jurispatronatus gentilitii ad favorem se-
nioris de familia Madrusiorum, liberæ deinde collationis
effectû fuisse contenderetur ob totalem deficientiam dictæ
familiæ, & consequenter invalidam fuisse provisioné ad præ-
sentationem moderni patroni secutam in personá Lambar-
di; nihilominus cum concludenter in facto constiterit in
Marchionem Henricum de Lenoncourt patrem Marchionis
Caroli Aloysii, qui in hac ultima vocatione præsentavit,
transiisse omnia jura hæreditaria ultimi morientis de dicta
familia, non fuit dubitatum, quin in eundem non pertrãsie-
rit etiam juspatronatus hujusmodi, quod deficiente familia 1
de gentilitio evasit hæreditarium, juxta celebre Ancharani
cons. 81. *per tot.* communiter a DD. a Sacra Rota receptum.

Idque indistincte locum habere visum fuit, sive fami-
lia Madrusiana defecisse dicatur per obitum B. M. Epi-
scopi Caroli Emanuelis, & ultimi masculi de Madrusiis,
prout ex pluribus documentis supponit, & probat antece-
dens hujus causæ decisio; sive etiam per mortem Carlot-
tæ Christinæ, quæ tanquam agnata, & de vera familia
successerit post Carolum Emanuelem in jurepatronatus
hujusmodi relicto seniori de domo, & familia, juxta de-
cisa per Rotam coram Pamph. *decis.* 313. *n.* 3. *& in dec.* 462.
n. 19. *part.* 14. *rec.* Nam primo casu cum hæreditas Caroli
Emanuelis ab intestato devenerit ad Carlottam Christi-
nam, & ista enumeratis quibusdam bonorum speciebus
donaverit desuper Marchioni Henrico ejus filio generaliter
omnia, & singula alia bona mobilia, immobilia, jura,
& actiones tam præsentia, quam futura ex dicta hæredita-
te Caroli Emanuelis provenientia expluratum est, quod
juspatronatus etiam, quatenus in dicta hæreditate com-
prehensum, cesserit, & transtulerit una cum universalita- 2
te bonorum in ipsum Henricum, ad tradita per Fagnan. *in*
cap. Ex literis n. 8. *de jurepatr.* Torr. *de pact. futur. success.*
lib. 2. *cap.* 39. *n* 35. *&* 36. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 55.
n. 9. & Rot. *dec* 27. n. 13. *& seq.* & in Calven. jurispatrona-
tus 18. Januarii 1684. cor. D. meo Caccia.

Secundo autem casu, quatenus dictum Juspatronatus
post obitum Caroli Emanuelis in Carlottam Christinam
tanquam agnatam jure proprio devenerit, adhuc per
illius mortem de gentilitio effectum fuit hæreditarium
& ad Marchionem Henricum illius filium, & hæredem 3
universalem pertransiit, ut fusius firmat decisio, quæ
confirmat *in* §. *Non obstat, quod ex documentis* cum §.
subsequentibus.

Nec pertinentia dicti jurispatronatus excluditur ex eo,
quod non probetur per Marchionem Henricum adita ma-
terna hæreditas. Nam in præsenti non agitur de filio,
qui neget se matris hæredem, quo casu aditio hæreditatis
esset concludenter ab allegante probanda; sed versamur
in casu contrario, quo scilicet filius dicit, se intestatum
matris hæredem in actu sibi favorabili, & lucrativo; hoc 4
enim casu sola declaratio hæredis, vel etiam hæredis
hæredis sufficiens est, ad hoc ut dici possit inducta aditio
hæreditatis, quæ consistit in animo, ut de hærede est tex-
tus in §. *item extraneus, vers. pro herede instit. de hered.*
qualitat. & different. Gloss. *in leg. Procuratorem*, ibique
Bart. *num.* 1. *ff. de acquir. heredit.* pluribus allegatis firmat
Card. de Luca *de heredit. disc.* 13. n. 5. de hærede hæredis, 5
Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gl.* 7. *num.* 7. Mantic. *de*
conjectur. lib. 12. *tit.* 12. *n.* 26. & Rot. *& dec.* 366. n. 6. *part.*
18. *rec.* ubi alii concordantes.

Quæ quidem conclusio eo magis procedit in hac facti
specie, in qua Marchio Henricus 20. dies post secutum
matris obitum decessit, sicque intra tempus de jure datum
ad deliberandum, quod subinde transmissum fuit ad Mar-
chionem Carolum illius filium; cumque eo adhuc duran-
te iste sese hæredem ejusdem Carlottæ declaraverit, tum
mediante aditione tutorio nomine facta per ejus matrem,
Summ. diei 3. Julii 1684. *n.* 8. *lit. A.* tum successive per
actus, & citra nomen, & jus hæredis fieri non potuerunt,
prout est possessio bonorum avitorum, & præsentatio ad
beneficia jurispatronatus, cum expressione hujusmodi qua-
litatis hæreditariæ, concludenter utique probata dicitur
d. hæreditatis aditio, ad text. *in l. pro herede*, §. *Papinia-*
nus ff. de acquir. hered. Cod. de jur. deliber. Paris. *cons.* 16. n.
41. *lib.* 2. & Rot. *dec.* 346. *n* 5. *p.* 10. *& dec.* 504. n. 7. coram
Cavaler. *& dec.* 366. *n.* 5. *part.* 18. *rec.*

Neque plus juvat repetitum objectum, quod ubi etiam
qualitas hæreditaria Carlottæ in d. Marchionem de Lenon-

coute resideret, adhuc juspatronatus non immutaverit suam primævam naturam, nec de gentilitio effectum fuerit hæreditarium; sed pertransierit in Bartholomæum de Madrusiis superstitem de familia contentiva fundatoris, & successive in Franciscam Mariam Madrusiam illius filiam, ac hæredem, nunc ad causam admissam.

Tum quia documenta novissime adducta ad effectum probandi, Bartholomæum fuisse filium Jo: Baptistæ Madrusii, istumque fuisse filium naturalem Baronii Nicolai Madrusii amplissime legitimatum de anno 1608. a Serenissimo Archiduce Austriæ, & successive communiter habitum, & reputatum tanquam de vera, & nobili familia Madrusia, ac uti admissum ad honores, & dignitates suæ Patriæ sunt informia, & extracta lite pendente, absque partia citatio-
7 ne, ideoque attendi non debent, per text. *in cap. fin.* ubi DD. *de fid. instrum. Auth. si quis in aliquo, C. de edendo*, & dixit Rot. *in dec.* 195. *n.* 12. *part.* 9. *& alibi passim*.

Tum quia assumptum concludenter non probatur, ut ea sigillatim examinando demonstrant scribentes pro Lombardo, & suadent quamplurima argumenta, quæ validiora militant in contrarium jam ponderata in decisione, quæ confirmatur §. *Subsistit*, inter quæ validissimum iterum videbatur illud desumptum ex sententia lata in contradictorio judicio super bonis allodialibus, & ex transactione inita cum ipsa Curia Episcopali Tridentina super bonis feudalibus post obitum Caroli Emanuelis ultimi masculi de dicta familia, in quibus non solum definitum fuit Bartholomæo nullum jus, nullamque actionem competere quoad successionem bonorum feudalium, & allodialium familiæ Madrusiæ, sed insuper declaratum familiam prædictam masculinam fuisse extinctam in Carolo Emanuele; quæ quidem confessio contra ipsam mensam, contra gentem, & Marinellum ab ea nunc causam habentem
8 plenissime probat, ad tradita per Cravet. *cons.* 29. *num.* 1. Ruin. *cons.* 40. *n.* 4. & Rota *decis.* 124. *n.* 11. cor. Celso, *& dec.* 332. *part.* 18. *rec.*

Potissimum cum adversus eandem sententiam idem Bartholomæus diu supervivens, nulla utiquam jura deduxerit in vim facultatis, quam ibidem sibi reservavit, deducendi scilicet jura, si quæ habebat; sed passus est omnia bona feudalia, & allodialia pacifice possideri per Marchionem Henricum, & ab eo fieri præsentationes beneficiorum juspatronatus de dicta familia, ut fusius ostendit prior decisio hujus causæ §. *Quamvis*.

Tum denique, quia quamvis dicta jura descendentium Bartholomæi plane probarent, adhuc nihil de jure proficerent, cum illa simul præseferant, eundem Bartholomæum descendere a patre illegitimo, sicque ei obstaret illegitimitatis macula, quæ a Serenissimo Archiduce Austriæ Principe sæculari per legitimationem concessam tolli non potuit quo ad spiritualia, & spiritualitati annexa,
9 qualia sunt juspatronatus, ad text. *in c. per venerabilem, qui fil. sint legitimi*, Cyn. *in auth. ex complexu, Cod. de incestis nuptiis*, optime Bald. *in cons.* 313. *n.* 4. *vers. Verum Imperator lib.* 1. ubi articulum ex professo examinat, & Lothet. *de re benef. l.* 2. *qu.* 48. *n.* 128.

Et quamvis quoad successionem jurium patriæ illegitimi etiam authoritate imperiali, & sæculari legitimati dican-
10 tur habilitati, secundum veriorem DD. opinionem, de qua Lup. *de illegit. commen.* 883. *n.* 43. Castrop. *oper. mor. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 4. *punct.* 1. §. 5. *t.* 9. Azor. *instit. mor. tom.* 2. *p.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *q.* 7. *vers. quæres an etiam*, Vivian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 63 & Card. *de jur. emphyt. lib.* 2. *qu.* 21. *n.* 62.

Hæc tamen procedit duntaxat, quatenus juspatronatus est hæreditarium, quod consecutive, & accessorie una cum universitate bonorum transit in spurium ex legitimatione jam effectum capacem hæreditatis, in quibus terminis expresse loquuntur omnes DD. in objecto relati. At secus est, quoties agitur de jurepatronatus gentilitio, & familiari, in quo sunt vocati antiquiores de domo, & familia, legitimi, & naturales, prout in præsenti succedit; hoc enim casu cum in jurepatronatus succedere non possint nisi legitimi, & naturales principaliter, & uti agnati non autem tanquam hæredes, Princeps sæcularis non potuit legitimando aliter disponere circa successionem
11 jurium spiritualitati annexorum, multoque minus evertere claram fundatoris voluntatem in præjudicium vocatorum, ut in specie distinguunt, & firmant Bald. *dict. cons.* 373. *n.* 4. *& seq. lib.* 1. ubi de antiquiori de familia, Rocc. de Curt. *de jurepatr. in vers. competens alicui quæst.* 1. *n.* 10. *vers. hanc tamen*, Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 26. *n.* 7. Ciarlin. *controv.* 127. *n.* 46. & Grat. *discept. forens.* 218. *n.* 12. *& seq.* ubi in specie de vocatione antiquorum in familia.

Quo posito, nihil prodest, quod dictus Bartholomæus tanquam legitimis natalibus ortus fuerit ex propria perso- 12
na capax, succedendi in dicto jurepatronatus, ex traditis per Garz. *de benef. qu.* 7. *cap.* 15. *n.* 53. Lothet. *de re benefic. l.* 2. *qu.* 48. *n.* 7. *&* 8. & per alios concordantes relatos in Vicen. beneficii 24. Decemb. 1688. §. *tertia denique*, coram Reverendiss. D. Decano.

Etenim cum ex jam dictis spurius legitimatus fuerit successibilis in hoc jurepatronatu, illius filius, tametsi legitimus, tanquam a radice infecta proveniens, non potest admitti, cum plus juris habere nequeat, quam ipse pater, ut bene advertunt Lup. *de illegit. comment.* 3. §. 2. *n.* 18. *vers. extenditur secundo*, Fusar. *de substit. qu.* 408. *num.* 78. 13
Peregr. *de fideic. art.* 22. *num.* 83. *vers. sed contra*, Cyriac. *controv.* 206. *n.* 40. Spad. *d. cons.* 24. *n.* 5. *lib.* 2. & Ciarl. *d. contr.* 272. *n.* 46. *& seq.*

Quibus non obstant authoritates in contrarium adductæ, quippe quæ loquuntur vel de jurepatronatus hæreditario, respectu cujus satis est, quod spurius possit esse defun- 14
cti hæres, vel de dispositione per verba naturalia respicientia meram proximitatem sanguinis, & naturæ, quæ æque bene complectuntur descendentes ex spuriis, ut se explicat allegata dec. Vicen. beneficii *in* §. *Non obstat unicum*, cor. D. meo Decano. Unde non applicantur præsenti hypothesi, in qua fundator per verba mere civilia locutus fuit, vocando seniorem de familia legitimum, & naturalem, sub quorum significatu filios spurii, tametsi plene legitimati, comprehendere noluisse, superius ostensum fuit; & suadet ulterius qualitas ipsiusmet fundatoris, qui cum fuerit nobilissimæ, & illustris familiæ, & desuper in Episcopali, & Cardinalitia dignitate constitutus, abhorruisse præsumitur illegitimos, & descendentes ab eis, ut ponderat Spad. *cons.* 24. *n.* 26. *lib.* 2. & Rot. *dec.* 697. *n.* 1. *part.* 11. *divers.*

Demum nec a regula de triennali juvari posse videbatur Marinellus a mensa Episcopali provisus; quia illum excludit lis intra triennium mota contra Promotorem fiscalem mensæ Episcopalis Tridentinæ, in qua cum deinde citatus fuerit Marinellus, & ipse ultra appellationem interpositam ab ejus Procuratore ad effectum certiorandi suum principalem absque ulla jurium præservativa triduo post personaliter appellaverit a sententia in eo judicio prolata contra Promotorem allegando causas gravaminis, ut constat ex Summar. responsionis dato pro parte Lombardi *n.* 3. dicitur utique omnia acta illius judicii fecisse sua proinde, ac si gesta fuissent ipsi ab initio citato, & consequenter renunciasse exceptioni regulæ de triennali, ut ultra allegatos in decisione, quæ confirmatur in §. *Negare plus*, tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 66. *n.* 40.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Imolen. Beneficii super executione Literarum Apostolicarum.

Merc. 4. Maii 1695.

ARGUMENTUM.

In disc. 42. *de jurepatr.* Card. de Luca ait, quod in concursu duarum gratiarum super derogatione medietatis vocum prima sit præferenda; in hac vero decisione hujusmodi regula ampliatur, licet secunda prius sit registrata, dummodo tempus datæ alterius gratiæ sit anterior.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, quando sunt justificatæ, debent exequi.*
2 *Juspatronatus transit in heredes in stirpes, & non in capita, itaut quælibet linea vocata unicum tantum vocem retineat in jure præsentandi, & si plures sint descendentes ab ea, & n.* 4.
3 *Jus accrescendi, vel non decrescendi habet locum in jurepatronatus, ut deficiente altera ex lineis, in alia pariter vocata totum juspatronatus consolidetur.*
5 *Præsentatus debet gratificari ob derogationem medietatis vocum a Pontifice obtentam.*
6 *Derogatio prædicta alteri posteriori per Competitorem obtenta venit præferenda.*
7 *Data anterior, non autem registratio perficit gratiam, & usque ab initio implicite validitatis statu potitur.*

8 *Sty-*

Digitized by Google

8 *Stylus Datariæ tollit quamcunque subreptionem.*
9 *Subreptio non inducitur ex expressione falsa, quæ Pontificem non retraxisset a concessione gratiæ, si sciret rem aliter se habere.*
10 *Præsentatus a vero patrono præfertur aliis præsentatis ab existente in quasi possessione præsentandi, cum regula sit, ut proprietas possessionem absorbeat.*

DECISIO XIX.

AD beneficium simplex sub invocatione Divæ Cæciliæ
erectum in Cathedrali Imolen. vacans ob liberam
resignationem de eo factam per Jo: de Lippia ultimum pos-
sessorem Dominicus, Lucas, & Cæsar filii P. Antonii ex
fratre nepotis Baptistæ fundatorum consobrini ad præsen-
tandum ab initio admissi, præsentarunt Nicolaum de Be-
lingambis, qui institutionem ab Ordinario reportavit, &
successive possessionem fuit adeptus: e contra Lucas Do-
minici unius ex fundatoribus filius, ac Anna Maria, &
Diamantes ejusdem Lucæ ex fratre neptes præsentarunt
alium Dominicum de Lippis; qui ad cautelam impetratis
Literis Apostolicis, cum derogatione medietatis vocum
Episcopo Faventino directis cum solitæ clausulæ: *Verifica-
to prius jurepatronatus ex donatione, & fundatione*, ab eo-
dem sententia obtinuit de hoc jurepatronatus constare,
a qua devoluta per interjectam appellationem causam ad
Rotam, disputatur hodie cor. me dubium: an recensitæ
Literæ Apostolicæ sint exequendæ, quod fuit per Domi-
nos affirmative resolutum, cum appareant in omnibus ju-
stificatæ. Nam de existentia jurispatronatus constat ex re-
solutione in alio dubio hac eadem die proposito, & perti-
nentia illius ad favorem prænominati Lucæ, & neptum
resultat, ex quo descendunt a Dominico altero ex funda-
toribus cum aliis infra subnectendis; de vacatione ex capi-
te resignationis non est quæstio, prout neque de beneficii
valore, & ex his merito Literæ Apostolicæ debitam execu-
1 tionem exposcunt, juxta vulgat. *cap. si capitulo de concess.
prabend. in 6.* Rot. in Hoscen. Beneficii 11. Junii 1694. §.
visa enim, cor. R. P. D. meo Scotto, & in Marsicana Ab-
batiæ 19. Decemb. ejusdem anni, §. 1. *in fin.* cor. me.

Nec obsistit, quod Nicolaus competitor præsentatus re-
perіatur per præfatus Dominicum, aliosque fratres filios
Antonii ex fratre nepotis d. Baptistæ. Etenim ut patet ex
serie facti recensita in decisione super altero dubio, tres
fuerunt lineæ ad præsentandum in erectione istius benefi-
cii admissæ; prima fuit Marci unius ex fundatoribus, quæ
remansit deinde extincta; secunda fuit Dominici alterius
fundatoris, ex qua supersunt dd. Lucas, ac Anna Maria, &
Diamantes ejus neptes; tertia demum d. Baptistæ fundato-
rum consobrini, ex qua nullus superest, sed tantum dd. Do-
minicus, Lucas, & Cæsar ejusdem Baptistæ ex fratre pro-
nepotes, & propterea unaquæque dd. linearum habet uni-
cam vocem, & ab unaquaque descendentes, etiamsi plures,
capiunt unicam partem, ex traditis per Vivian. *de jurepatr.
lib. 4. cap. 1 n. 58.* Rot. *dec. 422. n. 3. & 4. part. rec.*

2 Igitur vel totum jurispatronatus, extinctis lineis, & de-
scendentibus dicti Marci unius ex fundatoribus, & d. Ba-
ptistæ fundatorum consobrini ad præsentandum in funda-
tione admissi, consolidatum remansit per jus accrescendi
3 vel non decrescendi in linea, & descendentibus Dominici
alterius fundatoris, juxta firmata per Bellon. *de jur. accre-
scend. cap. 6 q. 48. n. 17* Vivian. *de jurep. lib. 14. cap. 2. n. 41.*
Card. de Luca *eodem tract. disc.* 31 *n. 3.* Rot. *dec. 349. n. 16.*
coram Royas, & isto casu totum juspatronatus spectat ad
prædictum Lucam, & ejus neptes, cum nullus alius super-
sit ex descendentibus ut supra vocatis. Vel prædicti fra-
tres, & filii quondam Antonii ex fratre nepotis d. quondam
Baptistæ, istius vocem hæreditario jure, tanquam proxi-
miores, acquisivisse prætendunt, & isto casu pariter præfe-
rendus esset præsentatus a d. Luca, & ejus neptibus, ex quo
vox Marci alterius fundatoris in eundem Lucam, tanquam
ipsius filiorum proximiorem, & hæredem, eodem jure
4 pervenisse dici deberet, adeout saltem duas ex tribus vo-
ces haberet, facta exactum computatione, ut supra, in stir-
pes, & non in capita, ex supra allegatis.

Ulterius admisso etiam per hypothesim, quod vox Marci
pro medietate acquisita fuisset prædictis fratribus, & pro
altera medietate eidem Lucæ, & neptibus, itaut utrisque
competeret juspatronatus pro medietate, & præsentati hinc
inde essent in paritate vocum; adhuc Dominicus præsen-
tatus a Luca, & neptibus gratificari deberet ob derogatio-
5 nem illatam medietatis a Sanctissimo reportatam, ad text.
in c. *Cum authoritate*, ibi Gloss. *ver. judicio*, & DD. *de ju-*

repatr. Lambert. *eod. tract. lib. 2. qu. 3. & 5. art. 1.* Rot. cor.
Coccin. *dec.* 2318. *n.* 3. quæ venit alteri posteriori per com- 6
petitorem obtentæ præferenda, Card. de Luca *de jurepatr.
disc. 42. n. 2.* & Rota cor. Dunozet. Jun. *dec.* 983. *n.* 4.

Minime attenta duplici exceptione adversus hanc gra-
tiam derogationis objecta: Non quidem prima præsuppositi
defectus registrationis ante similem gratiam derogationis
alteri parti indultam; nam satis fuit, quod gratia Dominici
per Lucam, & neptes præsentati fuerit anterior in data, quæ
gratiam perficit, non autem registratio, Rot. cor. Peuting. 7
dec. 465. *n.* 12. *& in rec.* 112. *n.* 37. *p.* 16. *& dec.* 118. *sub n.* 10.
p. 18. & usque ab initio, implicito validitatis statu potitur,
Rot. cor. Carill. *dec.* 183. *n.* 3. *& in rec. dec.* 118. *n.* 9 *par.* 18.

Nec minus secunda præsuppositæ obreptionis, ex quo
literæ fuerint directæ Faventino Antistiti cum falsa expres-
sione, quod eo tempore proprius Imolen. Episcopus esset
defunctus: Nam talis expressio facta fuit ei, quia in terme-
dio tempore inter signatam supplicationem, & expeditio-
nem Bullarum, mors evenit antedicti Episcopi, & præce-
denter expeditioni, prout moris est, exhibita fuit attesta-
tio Capitularis de vita, & moribus, ac idoneitate suppli-
cantis, quibus stantibus, directæ fuerunt literæ Faventi- 8
no Episcopo, & quamvis, sub eadem data signatæ gratiæ
fuerint expeditæ, id successit ex Datariæ stylo, qui tollit
quamcunque subreptionem, Card. de Luca *de benef. disc.* 9
42. *sub n.* 11. Quamvis satis foret, quod hujusmodi expres-
sio non retraxisset Papam a concessione gratiæ, pro illius
subreptione evitandæ, Rot. cor. Royas *dec.* 396. *num.* 5. &
cor. Coccin. *dec.* 2299. *n.* 10.

Demum nec urget, quod Nicolaus præsentatus fuerit a
dd. Dominico, Luca, & Cæs. Antonii filiis, in quasi posses-
sione præsentandi in antecedenti vacatione se existere præ-
tendentibus; nam cum ex præmissis ex ipsa erectione be-
neficii constet ad favorem Lucæ, & neptum de pertinentia
jurispatronatus saltem in duabus ex tribus vocibus, seu per
hypothesim pro medietate, non attenditur quasi possessio 10
ex regula, quod proprietas absorbet possessionem, de qua
Rota coram Priol. *dec.* 38. *n.* 6. *& 3.* & cor. Bich. *decis.* 419.
n. 5. *in rec. dec.* 173. *n* 16. *part.* 13. & in Bonon. Parochialis
3. Julii 1679. §. *Non obstant*, cor. bon. mem. Card. Viceco-
mite, & in Lunen. Sarnanen. Capellaniæ 14. Martii 1689.
§. *His tam non obstant*, cor. R. P. D. meo Molines, & in
Burgi Sancti Sepulchri jurispatronatus super institutione
3. Julii 1690. §. *Nec obstare*, cor. bon. mem. Bonincasa.
Et ita partibus Informantibus DD. responderunt, &c.

R. P. D. MOLINES.

Compostellana Parochialis.

Ven. 8. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Quomodo pertinentia Jurispatronatus probetur, & an
alicui ex patronis intra legitimum tempus non præ-
sentantibus totum jus consolidetur in iis, qui præsen-
tationem congruo tempore fecerunt, in comproba-
tionem *disc. 42. de jurepatron.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Literæ justificatæ executioni debent demandari.*
2 *Sententia facta cum legitimo contradictore facit jus quoad omnes.*
3 *Sententia, quæ acceptata dignoscitur, amplius impugnari non licet.*
4 *Pertinentia jurispatronatus probatur ex præsentationibus per longum tempus effectum sortitis.*
5 *Quoties plures Patroni præsentant uniti, nulla rata distincta, præsentatio intelligitur facta pro æquali portione.*
6 *Clausula*, insolidum, *quid operatur, & n. 7.*
8 *Enunciativa emissa in visitatione generali probat pertinentiam jurispatronatus.*
9 *Scriptura extracta a privato Archivio non probat contra non subditos.*
10 *Liber, qui non est authenticus atque legalis, non probat.*
11 *Enunciativa facta absentibus patronis, ipsis non præjudicat.*
12 *Sententia nulla habetur, ac si emanata non fuisset.*
13 *Sententia lata contra mortuum est nulla.*
14 *Possessio in quasi jure præsentandi non attenditur, si petitorium clarum ei resistat.*
15 *Etiam ad effectum justificationis gratiæ derogationis medietatis vocum.*

16 *Episcopus, si patronus sit, debet intra terminum debitum præsentare.*

17 *Jus præsentandi totaliter consolidatur iis, qui intra debitum tempus præsentarunt, si alii præsentare neglexerint.*

18 *Concursus est nullus, si servata non fuerit dispositio conciliaris.*

DECISIO XX.

SEcuta de anno 1686. vacatione Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cruces per obitum Gregorii Vidal de Layno ultimi possessoris, fuit ad illam ab Archidiacono de Reyna Ecclesiæ Compostellanæ, & a possessore domus, seu majoratus de Sobran Compatronis præsentatus Benedictus de Vega, qui obtinuit quoque gratiam Apostolicam pro præsentatu a majori parte, vel a medietate patronorum: E contra vero Reverendissimus Archiepiscopus Compostellanus mediante concursu indicto elegit ad eandem Parochialem Joannem Garziam Bravum. Quamobrem ad excidendam controversiam inter sic præsentatos exortam, post varios actus judiciales gestos cor. Reverendissimo Hispaniarum Nuncio, devoluta in gradu appellationis causa ad nostrum Sac. Tribunal, dubium proposui: *An literæ Benedicti sint exequendæ, vel potius Joannes sit instituendus?* quod resolutum fuit pro executione literarum Apostolicarum.

Præsupposita namque illarum justificatione circa vacationem, qualitatem patronalem, & idoneitatem præsentati, super quibus non aderat inter partes controversia, cum totum causæ momentum restringebatur in verificatione circa narrativam, an dictus Benedictus fuerit præsentatus a majori parte, vel saltem a medietate patronorum, & Dominis visæ fuerunt præfatæ literæ Apostolicæ etiam in hac parte justificari per Benedictum, & ideo, justitia suadente, fuit eisdem literis Apostolicis concessa 1 executio, ad notissimos Text. *in cap. literis de rescript. & cap. si capitulo*, ibique gloss. *in verbo exequatur de concessione præb.* passim a Sacra Rota approbatos *in decis. 541. n.3. part. 19. rec.* & in Arien. pensionis, 13. Januarii currentis anni, §. *Siquidem*, cor. me.

Justificatio autem literarum circa dictam narrativam medietatis vocum desumebatur ex antiquissima sententia anni 1506. relata in Summar. Benedicti provisi Apostolici *n. 3.* in qua apparet juspatronatus controversæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Cruces duorum tertiorum esse divisum in quatuor partes, seu voces, quarum una spectare declaratur ad Monasterium S. Martini, altera ad Monasterium S. Paii, seu Pelagii, altera ad Monasterium de Lampay, & altera ad Joannem Gonzalez Cana; & quia iste Joannes Gonzalez hanc partem jurispatronatus habebat tanquam possessor domus, seu Majoratus de Sobran, seu Tenentiæ S. Fructuosi, d. Summ. *n. 2. 8. & 9.* & quia pariter dictum Monasterium de Lampay fuit annexum Archidiaconatui de Reyna, ratione cujus annexionis Archidiaconus habuit unam partem d. Patronatus, ut patet ex d. Summ. *n. 2. 8. & 9.* hinc evidenter sequitur juspatronatus pro una ex quatuor partibus spectare ad possessorem domus, seu Majoratus de Sobran, vel quod idem est, Tenentiæ S. Fructuosi, & pro alia quarta parte ad Archidiaconum de Reyna, & per consequens Benedictum præsentatum a possessore d. domus, seu Majoratus de Sobran, & a dicto Archidiacono de Reyna esse præsentatum a medietate patronorum; quæ quidem sententia anni 1506. cum fuerit lata in contradictorio judicio ab Ordinario Compostellano, citatis promotore Fiscali tunc temporis & omnibus patronis, concludentissime probat pertinentiam vocum, & facit jus quoad omnes, ad vulgar. Text. *in l. ingenuum, ff. de stat. hominum*, & in terminis docet 2 Vivianus *de jurepatron. l. 11. cap. 5. num. 24.* & Rota post eundem *dec. 77. n. 3. & dec. 96. n. 13. part. 6. rec. & dec. 245. n. 6.* cor. Cerro, *& dec. 313. n. 2.* cor. Celso, & in Parmen. jurispatronatus 4. Julii 1683. §. *Difficultas*, cor. R. P. D. meo Ursino, & novissime in Isclana beneficii 26. Martii currentis anni §. *Hæc autem*, cor. R. P. D. meo Tremoille.

Tanto magis, quia a præcitata sententia nedum non appellavit Monasterium S. Martini, imo ab ipso fuit expresse acceptata, & executa, dum ad illius normam de eodem anno 1506. præsentavit Benedictum Perez, qui fuit ab Ordinario institutus, Sum. Benedicti *n. 4. & 5.* & deinde illam compulsavit de anno 1644. a proprio Archivio, & in Judicio produxit ad præcisum effectum probandi pertinentiam d. jurispatronatus, d. Sum. *n. 6. 7. & 33.* unde stante hujusmodi acceptatione, & ejus productione in judicio, non potest hodie amplius a dicto Monasterio, vel ab Archiepiscopo Compostellano ab illo causam habente virtute cessionis, seu renunciationis de anno 1647. in ejus favorem factæ per d. Monasterium de portione jurispatronatus ad ipsum spectante, *d. Sum. Benedicti n. 30.* impugnari, per 3 text. *in l. 1. §. Editione, vers. si quis sponte jud. ff. de edendo*, & in puncto dixit Rot. cor. Celso *dec. 313. n. 3. & dec. 11. n. 4. & seq. part. 10. rec.*

Non relevante, quod a dicta sententia appellaverit possessor domus de Sobran alter ex prædictis Compatronis, d. Sum. *n. 3. lit. C. & n. 5. lit. C.* tum quia cum dictum Monasterium non adhæserit appellationi, sed potius dissenserit, stante acceptatione ejusdem sententiæ, ut mox dictum est, non potest amplius hodie neque ipsum Monasterium, neque Archiepiscopus ejus cessionarius, uti eadem appellatione; tum quia cum per lapsum fatalium, & ob non prosecutionem, causa remanserit deserta, perinde haberi debet, ac si nunquam fuisset interjecta d. appellatio, per text. *in l. tempora, C. de temporibus, & reparat. appellationem*, Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 13. amplia. 1. n. 12.* Rota cor. Buratto *dec. 301. n. 16. & dec. 15. num. 10. & seq. part. 10. rec.*

Comprobatur ulterius pertinentia jurispatronatus, de quo agitur, ex aliis præsentationibus factis a prædictis compatronis æqualiter, & pro virili ad tenorem dictæ sententiæ anni 1506. quæ præsentationes suum fuerunt sortitæ effectum; nam de anno 1527. constat controversam parochialem fuisse collatam Gundisalvo Martinez ad præsentationem prædictorum quatuor patronorum, scilicet Monasterii S. Pelagii, S. Martini, Archidiaconi de Reyna, uti habentis annexum Monasterium S. Lampay, & Tenentiæ S. Fructuosi auctricis domus de Sobran, ut justificatur, ex sententia lata de eodem anno 1527. *Summ. Benedicti n. 7. lit. HH. & n. 8.* & quod per Tenentia S. Fructuosi intelligatur domus de Sobran, dictum est supra, ut patet ex eodem *n. 2. 8. & 9.*

Quinimo de anno 1570. iterum vacante eadem Parochiali, ad eam fuit præsentatus Joannes Perez de Mondragon a tribus ex prædictis patronis insolidum, & pro æquali rata non currente Monasterio S. Pelagii, altero Compatrono, dictusque præsentatus assecutus fuit institutionem, & possessionem, & per dictam sententiam declaratum fuit ab Ordinario Compostellano juspatronatus spectare insolidum ad Monasterium S. Martini, ad Archidiaconum de Reyna, & ad possessorem domus de Sobran, *dicto Summ. n. 10.* Idemque Mondragon sic provisus beneficium possedit usque ad annum 1609. *eodem Summar. n. 11.* Et proinde cum ultra dd. tres sententias Ordinarii latas de annis 1506. 1527. & 1570. adsint a dicto anno 1506. ad 1609. tres præsentationes effectum sortitæ per plusquam 100. annos, utique præseferunt optimam probationem pertinentiæ juspatronatus, Rota cor. Ubago *dec. 5. n. 4.* & coram Arguelles *dec. 87. n. 5.* coram Peutinger. *dec. 422. num. 14.* 4 cor. Zarati. *dec. 2. n. 8.* coram san. me. Alex. XIII. *dec. 251. n. 2.* & cor. Cels. *dec. 106. n. 4. & dec. 70. n. 7. part. 8. & dec. 192. n. 1. part. 19. rec.*

Absque eo quod visa sit relevare objectio, quod non appareat ex hujusmodi præsentationibus, & sententiis, pro qua rata fuerint factæ; quoniam objectum removetur ex ipsa juris communis censura, secundum quam habemus, quod quoties plures patroni præsentant uniti nulla rata distincta, præsentatio intelligitur facta pro æquali portione, seu voce ad utrumque illorum æqualiter spectan. ad tradita 5 in terminis per Hieron. Palma *cons. 10. n. 3. vers. & quotquot.* Lambert. *de jurepatr. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 25. sub n. 15.* Rot. post Vivian. *de jurepatr. dec. 65. n. 2. & dec. 268. n. 8. part. 5. recent.* præsertim ponderata illa clausula, *insolidum*, contenta in dicta sententia anni 1570. quæ distri- 6 buit, & attribuit inter omnes patronos æquale jus, ad text. *in l. tertia, ff. de fidejussoribus, l. si non singul. si certum petat.* Grat. *discept. forens. cap. 682. n. 3.* operaturque, ut per unumquenque ex compatronis juspatronatus resideat æqualiter, juxta illius naturam, ex firmatis per Rotam *dec.* 7 *230. n. 5.* cor. Durano, *& dec. 219. n. 7. part. 1. recen.*

Prædictis adstipulantur nedum dispositiones testium examinatorum de anno 1644. & deponentium cum requisitis immemorabilis, quod scilicet dictum Monasterium Sancti Martini, possessor domus de Sobran, & Archidiaconus de Reyna, pro æquali rata semper præsentaverint ad controversam Parochialem, citato *Summ. n. 13. 14. & 16.* Verum

rum etiam concurrunt ad probandum hanc triplicem pertinentiam patronalem respectu eorundem quamplures antiquæ enunciativæ emissæ tam in publicis visitationibus, quam in diversis aliis actibus singillarim recensitis *in dicto Summ. Benedicti n.* 12. 15. *&* 16. quæ optime patefaciunt controversam pertinentiam in hoc jurepatronatus divisam esse in tres quotas vocales, ut in puncto de enunciativa emissa in visitatione generali, dixit Rota *dec.* 101. *num.* 12.
8 *part.* 15. *rec.* & generaliter coram Buratt. *decis.* 323. *n.* 9. *& dec.* 509. *n.* 3. *part.* 14. *alibique passim*.

Non obstat Monasterium S. Pelagii, quod jam ex relatis *in d. Summ. Benedicti n.* 8. *&* 9. habebat quartam partem patronatus, fuisse annexum, & unitum cum Monasterio S. Martini, mediante unione utriusque facta de anno 1492. de qua in hodierno *Summ. Joannis n.* 1. sicque vox Monasterii S. Pelagii translata sit ad illud S. Martini, quod proinde habebit duas voces ex quatuor; unde falsas esse scripturas proxime relatas, & testes examinatos affirmantes d. juspatronatus esse in tres voces insolidum distinctum. Nam in primis de dicta unione non constat legitime tanquam extracta a privato Archivio ejusdem Monasterii S. Martini, quod non probat ad favorem ipsius contra non subditos,
9 juxta decisa per Rot. coram Puteo *dec.* 186. *num.* 1. *lib.* 3. *& decis.* 667. *num.* 20. coram Buratt. *& dec.* 128. *n.* 2. cor. Coccino, *& decis.* 68. *num.* 6. *part.* 18. *rec.* Et per hoc fuerunt etiam de anno 1644. pro parte procuratoris Fiscalis, & possessoris domus de Sobran, redarguta tanquam falsa omnia instrumenta extracta ex Archivio dicti Monasterii, *d. Summ. Benedicti n.* 28. *lit. B*, *& n.* 34. *&* 35. Deinde observatum fuit, quod ab anno 1506. usque ad annum 1570. quatuor fuerunt patroni; a d. anno 1570. tres tantum præsentarunt, nempe Monasterium S. Martini, Archidiaconus de Reyna, & possessor domus de Sobran, *d. Summ. Bened. a num.* 10. *ad n.* 17. Nunquam apparet Monasterium S. Martini præsentasse etiam pro Monasterio S. Pelagii, sicque vel dicta unius anni 1493. non fuit effectuata, ut colligitur, ex quo Monasterium S. Pelagii hodie extitit, & est Monialium S. Benedicti *d. Summ n.* 17. *lit. C*, *& n.* 17. *lit. C*, vel per non usum Monasterii S. Pelagii istius vox accrevit æqualiter aliis compatronis.

Attamen pro totali remotione hujus objecti animadverterunt DD. quod admissa etiam d. translatione vocis favore ejusdem Monasterii S. Martini, ipsum in omnem casum habebit duas voces ex quatuor, quæ verificantur adesse in hoc jurepatronatus, juxta divisionem contentam in dicta sententia lata de anno 1506. corroborata ab aliis probationibus supra relatis; unde cum aliæ duæ voces pertineant ad Archidiaconum de Reyna, & possessorem domus de Sobran compatronos, est certum, quod dicitur verificata gratia Apostolica obtenta a præsentato ab eis super controversa medietate vocum, ut patet ad sensum.

Et casu, quo essent tantum tres patroni, ut indicant scripturæ incipientes ab anno 1570. *d. Sum. n.* 10. *ad n.* 17. cum Benedictus sit præsentatus a duobus patronis, sicque a majori parte patronorum, magis diceretur verificata, in qua expresse asseruit, se esse præsentatum a majori parte, vel saltem a medietate patronorum, idest ab Archidiacono de Reyna, & possessore domus de Sobran, ut patet ex dictis literis datis *in Summ. Benedicti sub die* 20. *Junii* 1695. *n.* 3. ac per consequens quocunque modo sumatur d. juspatronatus, semper est verum dicere, Benedictum provisum Apostolicum verificasse suam gratiam pro præsentato.

Nec ex eo, quod dictum Monasterium S. Martini de dicto anno 1506. præsentaverit ad duas tertias hujus beneficii, ut apparet ex præsentatione data *in d. Summ n.* 4. inferri valet, quod idem Monasterium in jurepatronatus habet duas ex tribus vocibus, quoniam placuit responsio, quod scilicet catenus præsentatio legitur pro duabus tertiis; quatenus hoc beneficium nuncupatur duo tertii cum cura, ut colligitur nedum ex institutione præsentati pro tempore, sed etiam ex præsentationibus factis a compatronis, *d. Summ. Benedicti n.* 1. *n.* 4. *lit. A*, *n.* 5. *A*, *B*, *F*, *n.* 6. *lit. A*, *& G*, *n.* 17. *lit. A*, *n.* 33. *lit. C*. Et ratio, quare controversa Parochialis appellatur duo tertii cum cura, est quia illius Rector non percipit omnes fructus d. Ecclesiæ, sed duas duntaxat partes cum cura, aliam vero partem sine cura recipit Collegium Compostellanum, *dicto Summ. num* 8. *&* 37.

Sicuti nec Monasterium S. Martini ad probandum habere duas ex tribus vocibus patronatus, fundamentum constituere potest in eo, quod ratione talis patronatus exigit a Rectore 22. modia frumenti, & e contra Archidiaconus de Reyna, & possessor domus de Sobran undecim modia solum, quia respondetur, quod ista annua perceptio facta per Monasterium non semper fuit uniformis, quia antiquitus longe minorem quantitatem percipiebatur, ut patet ex actis compulsatis de anno 1506. ubi dicitur, Monasterium exigere octo modia frumenti, *Sum. Benedicti n.* 6. *lit. D*, & quamvis de anno 1526. Monasterium litem intentaverit petens sibi modia 20. nihilominus fuerunt ei adjudicata solum modia octo, *d. Summ. n.* 7. *lit. A*, *& C*. Præterea in visitationibus anni 1601. & 1626. dicitur patronos recipere unum modium, *d. Summ. Benedicti num.* 38. *&* 39. Unde cum ista annua præstatio fuerit incerta, & non stabilis, ex illa argui non potest ad vocis quantitatem. Maxime stantibus exemplis aliorum beneficiorum diœcesis Compostellanæ, in quibus, licet patroni percipiant majorem recognitionem fructuum, nihilominus habent æqualem, vel minorem vocem illis, qui gaudent minori annua præstatione, ut ex *Summ. Benedicti n.* 40. Tandem quia non procedit argumentum, Monasterium S. Martini habet duas partes annuæ recognitionis; ergo habet duas voces, cum sit certum, quod super Parochiali controversa Collegium Compostellanum recipiat tertiam partem fructuum, & tamen non habet jus præsentandi, *d. Summ. n.* 8. *&* 37.

Ulterius Monasterio S. Martini, vel Archiepiscopo ejus cessionario, ad probandum pertinentiam patronalem pro duabus ex tribus partibus, nec juvare possunt tres enunciativæ antiquæ, quæ pro parte procuratoris Fiscalis in partibus, & in hac instantia pro parte Joannis provisi ab Archiepiscopo adductæ fuerunt. Non prima desumpta ex quodam libro manuscripto, cujus titulus est: *Relatio de rebus Archiepiscopatus Compostellan.* in quo invenitur scriptum, quod controversa Parochialis sit de præsentatione Monasterii S. Martini quoad duas partes; altera vero pars dividitur inter Archidiaconum de Reyna, Didacum Alvarez de Sotomajor, qui erat possessor domus de Sobran, *d. Summ. Bened. n.* 37. quia iste liber non est attendendus, cum non sit authenticus, nec legalis, & ignoratus, a quo fuit scriptus, vel de cujus consensu, ac mandato, nec unde habitus fuit, & ideo nullam fidem facit, ex traditis per Cyriac. *controv.* 115. *n.* 1. *&* 2. Rot. *dec.* 186. *n.* 9. *part.* 18. Nec secunda, nec tertia desumptæ ex visitationibus controversæ 10
Parochialis factis in annis 1601. & 1626. *d. Summ. num.* 38. *&* 39. quia istæ visitationes admodum confuse loquuntur, ut patet ex earum lectura, neque ullo modo dicunt, Monasterium S. Martini habere duas ex tribus vocibus. Præterea particulæ dd. visitationum non sunt extractæ a libro authentico, & legali visitationum existentium in Archivio Archiepiscopatus: sed fuerunt extractæ ex libro quodam informi existente in ipsa Ecclesia S. Mariæ de Cences, de qua disputatur, ut est videre ex *d. Summ. n.* 38. *&* 39. sicque nullam fidem merentur. Ulterius dd. tres enunciativæ emissæ sunt veris patronis, tunc absentibus, non vocatis, nec auditis, sicque eorum præjudicium stabilire non
possunt partes vocum d. patronatus, Barbos. *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg* 62. *n.* 138. Piasecus *in praxi part.* 2. 11
cap. 5. *n.* 9. Rot. coram Buratt. *dec.* 136. *num.* 2. ubi Adden. *lit. B*, & cor. Cerro *dec.* 187. *num* 5. Et absque difficultate in hoc casu, in quo in favorem Benedicti præsentati, & provisi Apostolici, assistunt sententiæ, & præsentationes, & alia documenta supra relata, quæ sunt legalia authentica, & nulla patientia exceptionem, ac ab Archivio ejusdem Monasterii compulsata, & ab eodem in partibus producta, sicque in concursu istarum probationum legalium non sunt attendendæ relatæ enunciativæ erroneæ, non authenticæ, & tot defectibus laborantes.

Præterea ad retardandam executionem gratiæ Apostolicæ nullius relevantiæ visus fuit ultimus status elicatus ex sententia lata de anno 1645. expressa *in d. Summ. n.* 28. in qua declaratum fuit, duas ex tribus vocibus spectare ad d. Monasterium S. Martini, & tertiam partem pro ejus medietate pertinere ad Archidiaconum de Reyna, & pro alia medietate ad possessorem domus de Sobran; nam hujusmodi sententia tanquam patenti nullitatis vero laborans nullum valuit efformare ultimum statum favore d. Monasterii S. Martini, cum perinde habeatur, ac si non
emanasset, Card. de Luca *de judic. disc.* 36. *num.* 3. & dixit 12
Rot. *dec.* 111. *n.* 12. *part.* 18. *rec. & alibi passim*.

Nullitas autem d. sententiæ est notoria, quia cum occasione vacationis hujus Parochialis esset mota lis coram Ordinario de anno 1644 se opposuit eodem anno de mense Julii Archidiaconus de Reyna pro sua parte jurispatro-

natus, & contradixit præsentationi factæ per Monasterium *d. Summ. Benedicti n.*1. deinde obiit dictus Archidiaconus in d. anno 1644. de mense Novemb. *d. Summ. nn.*23. *&* 27. unde cum prædicta sententia sit lata de anno 1645. *d. Summ. n.*28. & novos Archidiaconus non fuerit provisus nisi de anno 1646. *eod. Summ. n.*23. sequitur evidenter, quod fuit lata, Archidiaconatu vacante, sicque ipsi præjudicari nequit, *cap.*1. *ne Sede vacante cum concordantibus*. Ulterius procurator dignitatis Archidiaconalis protestatus fuit Judici, & collitigantibus de morte Archidiaconi, & quod nihil fieret in præjudicium successorum, *d. Summ. num.*22. *lit. B*, *& n.* 27. Ex quo fit, ut cum Judici esset nota mors Archidiaconi, illius sententia tanquam contra mortuum
13 lata non sustineatur, *l. in summa*, *§. si quis*, *ff. de re judicata*, Rot. *dec.*396. *n.*3. *&* 4. coram Cavalet.

Supposita evidenti nullitate prædictæ sententiæ latæ de anno 1645. neque pariter pro ultimo statu attendenda est favore Monasterii institutio facta de eodem anno ad præsentationem ejus tanquam patroni in duabus tertiis partibus, *d. Sam. n.*29 quia cum talis institutio fuerit ab Ordinario facta vigore d. sententiæ, ista existente nulla ex ponderatis, pariter nulla, & insubsistens est institutio postea secuta, sicque neutra deservire potest pro ultimo statu favore Monasterii, vel Archiepiscopi ejus cessionarii.

Sublato itaque de medio ultimo statu tanquam non efformato a d. sententia 1645. nec ab institutione postea secuta, DD. ulterius ponderarunt, quod cum in præsenti themate res sit adhuc integra, nec agatur de repellendo instituto in beneficio, est certum, quod constito de anteriori statu d. jurispatronatus, sive divisi in quatuor voces, juxta sententiam anni 1506. sive in tres ad formam sententiæ anni 1570 ex quibus vocibus cum duæ in ambabus sententiis adjudicatæ fuerint Archidiacono de Reyna, & possessori domus de Sobran; exinde sequitur, quod quælibet prætensa quasi possessio præsentandi absorbeatur a pro-
14 prietate, ut docent Lothet. *de re benefic lib.* 1. *qu* 38. *num. n* 8. Card. de Luc. *de benefic. disc.*36. *sub num.*11. *&* 12. Rot. *dec.*254 *num.* 21. *& seq. part.* 11. *rec.* & coram Dunoz. *dec.* 798. *n.*6. & noviter dictum fuit in Mediolanen. Præpositura: 26. Novemb. 1691. & 4. Julii 1692. cor. me, & in præcisis terminis justificationis gratiæ pro præsentato a me-
15 dietate patronorum, late discussum in Lunen. Sarzanen. 14. Martii 1689. cor. me.

Eoque facilius DD. arbitrati sunt literas Apostolicas esse exequendas: quia non constat, quod Archiepisc. Compostellanus tanquam patronus cessionarius Monasterii S. Martini aliquem præsentaverit intra semestre datum Patronis Ecclesiasticis ad præsentandum, cum ista Parochialis vacaverit de mense Novembris 1686. & Archiepiscopus illam contulerit Joanni Bravo de mense Januarii 1688. *Summ. Benedicti n.*31. ideoque non facta tali præsentatione intra legitimum tempus, ut tenetur facere Episcopus,
16 quando est patronus, Barb. *de offic. de potest. Episc part.*3. *allegat.*72. *n.* 196. sequitur, quod totum jus consolidatum fuit in aliis compatronis, qui intra debitum tempus
17 præsentarunt, ex traditis per Pac. Jordan. *elucubr jur. lib.* 10. *tit.*7. *n.*370. Lambertin. *de jurepatr. part.* 1. *lib.*2. *qu.* 2. *art.*26. *num.*8. Card. de Luc. *eodem tract. disc.*41. *n.*6. *&* 7. Rot. *decis* 198. *n.*10 *& dec.*230. *n.*4. *&* 5. coram Durano. Neque Joanni suffragari potest collatio eidem facta ab Archiepiscopo tanquam ab ipso prælecto in concursu, quia iste concursus fuit notorie nullus tanquam factus contra
18 formam Concilii Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*18 eo quia in uno, & eodem die, nempe 20. Januarii 1688. fuit lata sententia pro faciendo concursu, fuerunt affixa edicta, facta, examinata, oppositiones, & secuta electio Joannis Bravo, una cum collatione in sui favorem, ut patet ex *d. Summ. Benedicti n.*31. *&* 32. & per hoc Nuncius Hispaniarum declaravit omnia acta facta d. die 20. Januarii esse nulla, & attentata, *d. Summ. n.*32.

Ex his omnibus cum Benedictus justificaverit esse præsentatum a majori parte patronorum casu, quo isti sint tres, vel medietate casu, quo sint quatuor; econtra cum Joann. nullam habeat præsentationem ab Archiepiscopo tanquam patrono intra semestre datum patronis Ecclesiasticis ad præsentandum, neque pariter collatio ab eodem Archiepiscopo facta Joanni uti prælecto in concursu sustineatur ex supradictis, sequitur literas Apostolicas Benedicti esse exequendas, & Joannem esse instituendum.

Et ita utraque parte informante, resolutum, &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Compostellana Parochialis,

Lunæ 2. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Superius confirmata approbantur.

SUMMARIUM.

1 *SEntentia lata citatis interesse habentibus, & in judicatum transacta, facit jus quoad omnes.*
2 *Sententia semel acceptata non potest amplius impugnari.*
3 *Ex duabus præsentationibus effectuatis oritur probatio pertinentiæ patronatus.*
4 *Probatur etiam juspatronatus ex enunciativis antiquis, & aliis adminiculis.*
5 *Ubi patroni præsentant, præsumitur, quod quilibet nominet pro portione æquali.*
6 *Clausula* insolidum *tribuit omnibus æquale jus.*
7 *Testes ad perpetuam examinati nullum gradum probationis constituunt.*
8 *Confessio collitigantis superat omne genus probationis.*
9 *Scriptura extracta ab Archivio privato non probant.*
10 *Gratia obtenta super medietate vocum sufficienter verificatur, si is qui gratiam obtinuit, probet se fuisse præsentatum a medietate vocalium.*
11 *Sententia facit ultimum statum.*
12 *Sententia nulliter lata non præjudicat successoribus.*
13 *Neque constituit ultimum statum.*
14 *Sumptum extractum ab alio sumpto non probat.*
15 *Sententia lata non vocatis interesse habentibus, illis non præjudicant.*
16 *Liber, cujus Auctor ignoratur, probat.*
17 *Testis deponens de auditu non probat.*
18 *Testis non reddens causam scientiæ sui dicti non meretur fidem.*
19 *Ex actibus difformibus non potest certum argumentum deduci.*
20 *Gratia pro præsentato intelligitur concessa per Papam cum intentione, quod patroni existant in quasi possessione præsentandi.*
21 *Sententia nulla non privat possessione.*

DECISIO XXI.

LIteras Apostolicas pro præsentato a majori parte, seu a medietate patronorum, obtentas a Benedicto de Vega, qui præsentatus reperitur ad Parochialem Ecclesiam S. Mariæ de Cruces duorum tertiorum nuncupat ab Archidiacono de Reyna, a possessore domus, seu majoratus de Sobran, exequendas esse, semel atque iterum pronunciatum fuit per nostrum Tribunal, coram RR. PP. DD. meis Molines, & Priolo; cumque ad provocationem Jo. Garziæ præsentati ab Episcopo, per Signaturam commissa mihi fuerit ulterius appellationis causa cum clausula, *Alteri qui ad legitimam*, dedi dubium, *An sit procedendum ad legitimam executionem literarum Apostolicarum?* quod fuit per Dominos affirmative resolutum.

Etenim illarum justificatio quoad medietatem jurispatronatus, super qua unica cadebat disputatio, iterum per Dominos desumebatur ab antiqua sententia lata de anno 1506. in qua cum pronunciatum fuerit, controversum juspatronatus divisum fuisse in quatuor voces, earumque alteram spectare ad Monasterium S. Martini, alteram ad Monasterium S. Pelagii, alteram ad Monasterium de Lampay, quod postmodum annexum fuit Archidiaconatui de Reyna, & alteram ad Joann. Gonzalez Cana tanquam possessorem domus, seu majoratus de Sobran; inde compertum fuit medietatem dicti jurispatronatus pertinere ad possessorem dictæ domus, & ad Archidiaconum de Reyna, qui Benedictum præsentarunt, cum dicta sententia tanquam lata citatis omnibus patronis, & in judicatum transacta, optime probet pertinentiam jurispatronatus, & faciat jus quoad omnes, ut firmant decisiones in præteritis instantiis emanatæ, & præter ibi adductos, Rot. in Lauden. Canonicatus 16. Martii 1696. §. *Quæ omnia*, & 27. Junii ejusdem anni, §. *Quod fertius*, coram bon. mem. Emerix.

Præmaxime, quia eandem sententiam acceptavit Monasterium S. Martini, quoniam nedum ad illius normam de 1
eodem anno 1506. præsentavit Benedictum Perez successive ab Ordinario institutum, sed de anno 1664. ad proban-

dam

Google

dam pertinentiam jurispatronatus illam in judicio produxit, unde & si ab ea ea tunc appellaverit possessor domus de Sobran alter ex compatronis, nequit tamen hodie dictum Monasterium, minusque Archiepiscopus Compostellanus ejus cessionarium, sub prætextu memoratæ appellationis dictam sententiam impugnare, sed illam uti expresse acceptatam omnino servare debet, ut sensit Rota
2 cor. Card. Cels. *dec.* 313. *n.* 5. & comprobat decisio R.P.D. mei Molines 8. Junii 1696. §. *Tanto magis, & seqq.*
Certius vero, quia concurrit ejusdem sententiæ uniformis observantia plenissime effectum sortita: Vacante enim controversa Parochiali de anno 1527. fuit a prædictis quatuor patronis præsentatus Gundisalvus Martinez, atque iterum secuta illius vacatione de anno 1570. quia tunc temporis suppressum fuerat Monasterium S. Pelagii, reliqui tres patroni præsentarunt Joan. Perez de Mondragon, qui ab Ordinario Compostellano institutionem reportavit cum subsecuta sententia, in qua pronunciatum fuit, juspatronatus spectare insolidum ad Monasterium S. Martini, ad Archidiaconum de Reyna, & ad possessorem domus de Sobran; ex his enim duabus præsentationibus plene effectuatis, & metam unius sæculi transcendentibus, plena, & concludens oritur probatio pertinentiæ patronalis, ex deductis per Dec. *cons.* 126. *n.* 3. Rot. coram
3 Arguell. *dec.* 87. coram Zacarr. *dec.* 2. *n.* 8. *& in rec. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 76 *n.* 2. & post Vivian. *de jurepatr. dec.* 65. *n.* 1. junctis potissimum quampluribus adminiculis desumptis; tum ex depositionibus testium examinatorum de anno 1644. tum etiam ex antiquissimis enunciativis, in visitatione, aliisque actibus ab Ordinario emissis, quæ, ubi etiam alia deficeret jurispatronatus probatio, pro
4 illius justificatione superabundaret, Rot. coram Seraph. *dec.* 1232. *num.* 2. cum aliis in Gerunden. Beneficii 26. Aprilis 1697. §. *In comprobationem*, coram R. P. D. meo Priolo.

Nec relevat, quod præcitatæ tres sententiæ referant duntaxat numerum patronorum, non autem determinent quotam, & voces, earumque particularem pertinentiam; quandoquidem ultra quod ubi plures sunt patroni præsentatores semper intrat præsumptio, quod qui-
5 libet eorum nominet pro æquali portione, Lambert. *de jurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 1. *art.* 25. *sub n.* 15. Rot. *in rec. dec.* 268. *n.* 8 *p.* 15. & post Vivian. *de jurepatr. dec.* 65. *n.* 2. removetur difficultas ex facto: quia cum in sententia lata anno 1570. clare appareat, omnes superius memoratos esse patronos insolidum, jam patet, penes unumquenque juspatronatus æqualiter residere, cum clausu-
6 la, *in solidum*, sit talis naturæ, ut distribuat æquale jus inter omnes, ex optime ponderatis in decisione R. P. D. mei Molines, §. *Absque eo quod.*

Prout nec relevat objectum, quod tenentia S. Fructuosi, cujus jura in controverso patronatu repræsentat possessor domus de Sobran, annexa sit Monasterio S. Martini ex titulo donationis eidem factæ a Rege Ordogono II. ideoque vox spectans dictæ tenentiæ eidem Monasterio, & non possessori prædicto pertineat: Omisso enim, quod dicta asserta donatio non alibi deducitur, quam ex informi Epistola ejusdem præsentati ab Episcopo, & quidam testes inducti ad probandum, quod tenentia pertineat dicto Monasterio, sunt examinati ad perpetuam, qui propterea donec sint formiter repetiti nullum probationis gradum constituunt,
7 Ruin. *cons.* 46. *n.* 2. *lib.* 2. Rot. *dec.* 154. n. 1. *p.* 4. *divers. & in rec. p.* 15. *dec.* 54. n. 2. objectum diluitur ex eo, quod quidquid sit, an sæpe dicta tenentia fuerit revera unita eidem Monasterio, vel non; cum tamen ex confessione ejusdem collitigantis habeatur, quod dicta vox antiquitus ad eandem tenentiam spectans, transivit in possessorem domus de Sobran, qui pro eadem tenentia semper præsentavit, *Summar. Benedicti distributio*, coram R.P.D. meo Molines 8. Junii 1696. *num.* 9. inallegabile prorsus est quodcunque
8 aliud contrarium documentum, quod confessio collitigantis superet omne genus probationis, ad text. *in l. precum, C. de liberal. caus. l. cum te la 2. C. de transact.* Surd. *cons.* 6. n. 1. Gabriel. *de test. conclus* 4. n. 75. Rot. *in rec. p.* 18. *dec.* 67. *n.* 2. & in Calaguritana Decimarum S. Petri Mantique 14. Aprilis proxime præteriti §. *Non iterum*, coram me.

Item non obstat, quod Monasterium S. Pelagii, cui juxta præcitatas sententias spectabat altera ex quatuor vocibus, unitum pariter fuerit Monasterio S. Martini de anno 1592. tum quia iterum respondetur, quod de præsupposita unione sufficienter non constat ex documentis extractis a privato Archivio ejusdem Monasterii S. Martini, quod contra non subditos ad ipsius favorem non probat, ex allegatis in decisione R.P.D. Molines, §. *Non obstat*; tum etiam quia dicta unio vel apparet ineffectuata, vel nil relevat ad 9
intentum Joannis; & quidem ineffectuata apparet, quoniam ex relatis sententiis annorum 1506. & 1527. constat, occasione utriusque vacationis, tam Monasterium Sancti Pelagii, quam alterum Sancti Martini, pro una ex quatuor vocibus cuilibet eorum spectante ad controversam parochialem præsentasse, quod utique probabile non esset, quoties allegata unio fuisset executioni demandata, cum eo casu debuisset unice Monasterium Sancti Martini pro utraque voce propriam nominationem explere. Nil autem relevat ad illius intentum, quia cum dictum Monasterium Sancti Martini ex dicta unione alteram ex quatuor vocibus valuerit ad summum acquirere, semper verum erit, quod remanentibus aliis duabus vocibus penes Archidiaconum de Reyna, & possessorem domus de Sobran Compatronos, verificata remaneret gratia super medietate vocum a Benedicto obtenta, ut præcedenter etiam observatum fuit in decisione R. P. D. mei Molines, §. *Attamen*, & in alia R. P. 10
D. meiPrioli 17. Junii 1697. §. *Nec dicatur.*

Denique nec refert sententia lata de anno 1645. in qua cum declaratum fuerit duas ex tribus vocibus spectare ad Monasterium S. Martini, & alteram pro medietate ad Archidiaconum de Reyna, & pro alia medietate ad possessorem domus Sobran, inde ex illa elici valeat ultimus status, juxta dispositionem text. *in c. consultationibus de ju-* 11
repatronatus. Quippe cum dicta sententia lata fuerit, vacante Archidiaconatu de Reyna, & posthabita protestatione per defuncti procuratorem emissa de nihil innovando in præjudicium successorum, donec dictus Archidiaconatus provideretur, utique eadem sententia tanquam nulliter, & invalide prolata nequivit dictis successoribus præ- 12
judicare, ad text. *in cap.* 1. *ne sede vacante*, cum aliis in dicta Gerunden. Beneficii 26. Aprilis 1697. §. *Et demum*, coram R. P. D. meo Priolo, confirmata coram me 21. Aprilis proxime præteriti, & consequenter eo minus in illorum detrimentum ultimum statum efformare, ad tradita per Garz *de benefic. p.* 5. *c.* 5. n. 7. Gonzal. *in dicto c. consultationibus sub n.* 2. & per Rot. in decisione R.P.D. mei Prio- 13
li edita 17. Junii anni præteriti, §. *Stante autem*. Non relevante, quod fuerit in illius judicio citatus quidam Ludovicus da Lara tanquam assertus successor in Archidiaconatu: quia cum hactenus probatum non sit dictum, Ludovicum fuisse de eadem dignitate provisum, nisi ex quodam sumpto extracto ab alio sumpto, quod nihil probat, citatio contra ipsum exercita nil potuit ad validitatem actus contribuere, ex deductis in proxime citata decisione hujus 14
causæ coram R. P. D. Priolo, §. *Absque eo quod.*

Indeque attendenda non esse Domini dixerunt nonnulla adminicula, quæ in comprobationem dictæ sententiæ lato calamo adducebantur: Non quidem primum elicitum ex duabus visitationibus factis de annis 1601. & 1626. nam ultra quod loquuntur in confuso, adeout ex illis haberi nequeat distinctio vocum, earumque ratæ, utique tanquam expletæ absentibus, & non vocatis veris patronis, nil valent in eorum præjudicium statuere, ut firmant decisiones hujus causæ, altera nempe cor. R. P. D. Molines, § *Ulterius*, & altera coram R. P. D. Priolo 18. Novembris 1696. 15
§. *Nec demum*, & in illius confirmatoria 17. Junii 1697. §. *Adversus autem*, cor. eodem; minusque secundum desumptum ex quadam enunciativa emissa in libro noncupato, *Relatio status Episcopatus*: quia cum dictus liber non sit 16
authenticus, nec legalis, ac ignoretur, a quo fuerit efformatus, & penes quem resideat, nullam in judicio, neque extra fidem facit. Nec tertium fundatum in depositione testis inducti de anno 1644. a tunc temporis Archidiacono de Reyna: quoniam cum dictus testis loquatur tantum de auditu, nullam exinde probationem constituere potest, Rot. *dec.* 3. n. 5. *& seq. & dec.* 194. *n.* 18. *p.* 8. *rec.* & in Cala- 17
gurritana Pensionis 11. Januarii 1607. §. *Testes*, coram R.P.D. meo Muto. Sicuti nec quartum deductum ex aliis testibus examinatis ad instantiam Monasterii Sancti Martini de eodem anno 1644. cum enim dicti testes, quorum etiam major pars de auditu deponit, in substantia dicant solum, quod is, qui obtinuisset præsentationem a Monasterio Sancti Martini, controversam Parochialem assequeretur, absque eo, quod reddant causam scientiæ eorum depositionis, sane in eorum dicto aliquam fidem non merentur, 18
cap. super. literis de testibus, Rota *in recent. dec.* 97. n. 9. *p.* 8. & coram Card. Cerro *dec.* 185. *num.* 6. Demum nec quintum ex eo desumptum quod, ex 33. mensuris fru-

men-

menti tradi solitis per Rectores in recognitionem patronatus, duas ex tribus partibus recipiat Monasterium S. Martini, & alia tertia pars æqualiter dividatur inter Archidiaconum de Reyna, & possessorum domus de Sobrau; quia non recte argui potest a quantitate annuæ recognitionis ad pertinentiam majoris, vel minoris numeri vocum, cum præsertim in Parochiali, de qua agitur, Collegium Compostellanum tertiam partem fructuum percipiat, tametsi jus præsentandi non habeat; & in omnem casum cum allegata exactio non fuerit semper uniformis, sed ex actis judicialibus alias productis appareat sæpe sæpius variata, ratione incertitudinis ab illa non potest certum argumentum deduci, ut in decisione hujus causæ coram
19 R. P. D. meo Molines, §. *Sicuti nec Monasterium*, & in secunda R. P. D. mei Prioli, §. *Nec ex eo*.

Atque hinc non urget, quod Archidiaconus de Reyna, & possessor domus de Sobran, non reperiantur in quasi possessione præsentandi, proinde Benedictus juvari nequeat gratia pro præsentato, quæ a Papa semper concessa intelli-
20 gitur cum intentione, quod patroni existant in quasi possessione præsentandi, ut tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 108. *n.* 106. & firmat Rota in Iselana Beneficii 16. Martii 1696. §. *Et quidem*, confirmata 18. Junii coram R. P. D. meo de la Tremoille, & 5. Decembris ejusdem anni §. *finali*, coram me: Quandoquidem cum ex præadductis jam constet memoratos compatronos usque ab anno 1506. fuisse in pacifica quasi possessione nominandi quoad medietatem vocum, utique habendum est, ac si Benedictus præsentatus fuisset a patronis hac qualitate actualiter pollentibus, cum sententia de anno 1645. tanquam nulla dictos patronos privare nequiverit eorum anteriori pos-
21 sessione, Rot. *dec.* 807. *n.* 7. *vers. quia pro responsione p.* 1. *divers.* & post Posth. *de manut. dec.* 13. *n.* 7. *dec.* 45. *n.* 1. *dec.* 192. *n.* 2. *dec.* 233. *n.* 1. cum aliis in decis. R. P. D. mei Prioli 17. Junii 1697. §. *finali*.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Valentina Beneficii de Mercato.

Mercurii 27. Novembris 1696.

ARGUMENTUM.

Pendente lite, an licitum sit patronis præsentationes cumulare, in comprobationem *disc.* 43. Card. de Luca *de jur. patron.*

SUMMARIUM.

1. *Ultimus status jurispatronatus attenditur.*
2. *Donatio jurispatronatus in cõtradictorio judicio comprobata censetur tacite approbata ab Ordinario.*
3. *Consanguineo fundatoris competit prælatio super beneficio.*
4. *Parentela est probanda per gradus distinctos.*
5. *Sententia revocata nihil probat.*
6. *Pendente lite, prohibita est cumulatio præsentationis.*
7. *Dummodo tamen lis versetur inter ipsos præsentatos.*
8. *Vicarius non potest exercere ea, quæ sunt meræ gratiæ.*
9. *Data meritorum æqualitate, Episcopus potest gratificatore instituendo quem voluerit.*

DECISIO XXII.

AD beneficium de jurepatronatus laicali obtenta per sententiam Ordinarii institutione a Jacobo, ad provocationem Nicolai alterius Coppositoris delata mihi causa sub dubio: *An, & cui esset danda institutio?* responsum fuit favore Nicolai.

Non impugnata quippe inter partes existentia jurispatronatus, constat illum fuisse præsentatum ab Alphonso, qui cum sit donatarius illorum, qui existebant in quasi possessione præsentandi, &c. quod magis est, virtute ejusdem donationis, prævia sententia, & citatis Promotore Fiscali, ac omnibus aliis interesse habentibus, canonizata quoque fuerit pertinentia dicti jurispatronatus favore Alphonsi, negari non potest, quin attento ultimo statu, illius nominatio veniat in concursu præferenda, *ad*
1 *vulg. text. in cap. Consultationibus, de jurepatron.* millies comprobatum in nostro Tribunali, & signanter in *recent.* *dec.* 296. *n.* 8. *p.* 15. & in Barchinon. Parochialis del Prat. 13. Junii, & 2. Decembris 1695. coram Reverendiss. D. meo Decano, & novissime in Compostellana Parochialis 23. Junii 1696. §. *Illius quippe*, coram me.

Non attento defectu donationis ex eo desumpto, quod 2
ibidem interposita non legatur auctoritas Ordinarii, & satis non sit pro illius comprobatione decretum Vicarii: quia cum in contradictorio judicio comprobata fuerit donationis validitas, & non obstante hoc defectu sententia transierit in judicatum, ex isto sane actu præsumitur donatio per Ordinarium confirmata, cum satis sit tacitus illius consensus, ut pluribus allegatis dictum fuit in dicta Compostellana Parochialis, §. *Frustra allegatur*, & 28. Junii proxime præteriti, §. *Et hinc frustra*, coram me.

Nec urget contra Nicolaum concursus Jacobi, qui licet non præsentatus fuerit a patrono, tanquam de parentela fundatricis, potuerit tamen ut illius consanguineus cæteris aliis præferri, ex eo, quod nullo cum eo concurrente, qui sit de eodem genere, haberi debeat pro præsentato ab ipsamet fundatrice, juxta auctoritates allegatas in Gerunden. Beneficii 24. Januarii 1691. §. *Omisso nonque*, coram 3
bon. mem. Beninocasa.

Objectum siquidem corruere visum est ex defectu ipsius probationis, nam bini testes ad hoc inducti non reddunt causam scientiæ, & loquuntur de auditu, & satis non est, quod dicant: *Che sà molto bene, ch'è di genere, e parentela d'Agostino Sacamp, e di Romero, e per mezzo di esse di Romia*, quæ est hujus beneficii fundatrix; quia cum juspatronatus fundatum reperiatur usque de anno 1300. & modo impossibile sit, quod testes deponere possint de illius parentela, & ulterius adsit legitimus contradictor, non sufficit probatio parentelæ adeo generica, sed erat magis distincte facienda, reddita saltem causa scientiæ, per textus *in cap. Et ex quadam, §. Testes autem. de testam.* cum quo transit Rot. cor. Royas *dec.* 99. *n.* 17. *& dec.* 115. *n.* 14. 4

Non relevante, quod una cum testium depositione concurrat quoque sententia in illius sequelam prolata; quia prætermisso, quod ibidem citati non reperiuntur prætensores hujus beneficii, sufficit, quod illa in gradu appellationis fuerit per alium Judicem revocata, ut ex ea nullum probationis adminiculum desumi possit, Rota *in recent.* 5
dec. 8. *n.* 13. *part.* 11.

Nec dicatur, quod per præsentationem prius factam in personam Vincentii, pendente lite defuncti, non potuerit fieri citra vitium attentatorum alterius præsentationis accumulatio favore Nicolai, ne ex ista lis in longum pro- 6
tracta remaneat, juxta dispositionem text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lit. penden.* cum aliis adductis per Calderin. *cons.* 56. *de jurepatron.* & Rot. coram Cels. *dec.* 364. *n.* 3. *cum seqq.* quoniam DD. ponderabant, auctoritates in contrarium allegatas procedere, quando controversia versatur inter ipsosmet præsentatos, tunc ne illis, qui præcedenter præsentati fuerant, præjudicium inferatur, & ne Episcopus, ad quem pertinet institutio, gravatus remaneat ex multiplicitate præsentationum, permitti non debet hujusmodi variatio, & accumulatio, ut expendendo rationes Calderin. & Lambertin. advertit de Luca *de jurepatron. disc.* 43. *num.* 7. *cum seqq.* In casu præsenti Jacobus non concurrit tanquam præsentatus; cumque illi uti præsentato ex ista nova accumulatione nullum causatum fuerit præjudicium, nulla quoque subest ratio, cur patronus illam facere non potuerit, ut notat ibidem de Luca *n.* 8. ubi dicit, quod prohibita accumulationum multiplicatio percutit solummodo interesse primo præsentatorum, & comprobat Ricc. *in prax. Eccles. part.* 1. *dec.* 176. *per tot.* Escobar. *de puritat. sang.* 7
part. 1. *q.* 7. *n.* 69. & Barb. *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 72. *n.* 162.

Recognita ex his subsistentia præsentationis factæ in personam Nicolai, nullius ponderis visa est gratificatio a Vicario Generali per Jacobum reportata: quia prætermisso, quod Vicarius non potest exercere, & expedire, nisi ea quæ sunt justitiæ, & necessitatis; non autem ea, quæ sunt meræ gratiæ, juxta theoricam Gemin. *cons.* 38. *sub n.* 8. cum allegatis per Jo. de Silva *de benef. part.* 2. *quæst.* 11. *num.* 7. *vers. Quia licet ipse*, Garz. *eodem tract.* 8
p. 5. *c.* 8. *n.* 46. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 38. *n.* 2. & ita quoque disponere videtur text. *in cap. Cum autem, de jurepatron.* qui præcise loquitur de Episcopo, de cujus judicio confidit; adhuc tamen gratificatio sibi locum vindicaret, si uterque collitigans, nempe Jacobus, & Nicolaus, fuissent æque præsentati, & coæquale jus haberent; tunc data meritorum æqualitate posset Episcopus

pus unum ex illis, quem voluerit, instituere: sed eum in præsenti hypothesi non concurrat nisi Nicolaus, qui sit legitime præsentatus a vero patrono, cessant extrema, sub quibus, cæteris paribus, datur locus gratificationi,
9 per ea, quæ tradit Barb. *de potestate Episcopi p. 3. dict. alleg. 72. n. 199.* & Rota *in rec. dec. 431. n. 3. p. 14.*

Et ita omissis aliis, quæ visa sunt extra opportunitatem causæ adducta, resolutum fuit, utraque, &c.

R. P. D. P I O.

Hypotegien. Præpositturæ.

Luna 14. Aprilis 1698.

A R G U M E N T U M.

Discutitur eadem conclusio, an pendente lite admittenda sit cumulatio præsentationum.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ quæ justificatæ non sunt, exequi non debent.*
2 *Quadrimestre datum a jure ad præsentandum, constitutum fuit favore Ordinarii; ideo in ipsius præjudicium ipse post dictum tempus potest præsentationem admittere.*
3 *Cumulatio præsentationis facta post quadrimestre, & durante jure præsentati non admittitur.*
4 *Si adsit lis inter præsentatos, non admittitur cumulatio; sed cedente, vel decedente altero ex litigantibus, plenum jus ad institutionem petendam acquiritur superstiti, ac si fuisset ab omnibus patronis præsentatus, & n. 5.*
6 *Acquiescentia a sententia excluditur ex appellatione, & illius prosecutione.*
7 *Episcopus in præjudicium alterius præsentati nequit prorogare terminum datum ad præsentandum.*
8 *Si constat de vacatione jurispatronatus, & illius valida præsentatione, deneganda non est institutio.*
9 *Jurispatronatus pertinentia ex quibus probetur.*
10 *Quando petitorium absorbet possessorium, istud non attenditur.*
11 *Licet quasi possessio non transeat in hæredes quoad factum absque apprehensione, continuatur tamen in illis quoad effectum, ut præsentati ab iisdem petere possint institutionem etiam in concursu alterius præsentati ab habente apud se possessionem quoad factum, & num. 12.*

D E C I S I O XXIII.

EDita decisione coram me sub die 1. Julii superioris anni super executione literarum Apostolicarum, quas impetraverat Laurentius Musca; Joannes Baptista Leonus præsentatus ad controversam Præposituram Sancti Martini loci Aelii a Comite Carolo Hyacintho, uno ex compatronis, qui sub dicta die in judicium descendere non valuit, ex quo ei non innotuit causæ propositio, institit adversus illam audiri; ideoque subscripto dubio, & idem ipsi com-
1 mune: *An sit standum, vel recedendum a decisis, & an Leonus sit instituendus?* eoque hodie proposito, prævio recessu a decisis responsum fuit esse instituendum Leonum.

Fundamentum resolutionis fuit, quod cum Laurentius Musca supplicaverit Sanctissimo super derogatione medietatis vocum, sub ea narrativa, quod ipse ab altera medietate intra legitima tempora fuerat præsentatus ad Ecclesiam, de qua agitur, idque nullatenus in facto subsistat, ex quo ejus præsentatio processerit post quadrimestre a jure patronis laicis ad præsentandum datum; fit inde, quod literæ Apostolicæ ab eodem obtentæ dici nequeant justificatæ, ut exequi mereantur, Felin. *cap. ad aures 8. sub n. 4. vers. secunda conclusio de rescript.* Rota coram Priol. *dec. 38. & dec. 469. utrobique n. 1.* & cor. san. mem. Alexand. VIII. *dec. 132. n. 4.*

In nihilum obsistente responsione, cum qua procedit etiam decisio, quæ revidetur, quod nempe præsentatio Laurentii, tanquam expleta cumulative alteri præcedenter factæ favore Millani, qui subinde obtenta favorabili sententia super institutione, cui dicebatur acquievisse Leonum, jura sibi competentia eidem Laurentio pariter cessit, dici debeat intra debitum tempus emanata, vel saltem ex hoc defectu de nullitate redargui non valeat; utpote quia præfatum tempus ad præsentandum fuerit a jure constitutum favore Ordinarii, qui proinde in sui ipsius præjudicium eadem admittere potuerit, ut præter authoritates ibi adductas, firmat Patif. *de resignat. benef. lib. 7.* 2
q. 29. in fin. Ugolin. *de potest. Episc. c. 51. §. 1. n. 4.* Rota coram Crescent. *dec. 11. n. 1. de dilatio.*

Ex enim quoad sui primam partem corruere videbatur; tum quia cumulatio præsentationis processit quadrimestre jam elapso, & adhuc durante jure Millani, qui solum renunciavit post ipsum quadrimestre, & emissa jam cumulatione favore Laurentii, quo casu eadem nullatenus in jure permittitur, juxta tradita per text. *in cap. cum vos,* 3
ubi gloss. in verb. minus idonei, & notat ibi Barb. *n. 2. de offic. judic. ordin. & de offic. & potestate Episcop. part. 3. allegat. 72. n. 105.* Rot. coram Cavaler. *dec. 231. sub n. 3. & in recent. dec. 178. n. 1. & 2. part. 13.*

Tum etiam quia inter præsentatos non fuerat lis super titulo, & institutione ad controversam Parochialem, quæ non solum operatur, ut absque nullitatis, & attentatorum vitio intra quadrimestre fieri non possit accumulatio; verum etiam cedente, vel decedente altero ex litigantibus, inducit consolidationem præsentationum in superstite; itaut propterea non obstante accumulatione facta, Leonus virtute renunciationis Millani plenum acquisiverit jus ad institutionem petendam, ac si concorditer ab omnibus patronis fuisset præsentatus, ad text. *in cap. 1. & 2. ut lite penden.* 4
in 6. Lancelott. *de attent. par. 2. cap. 41. in præfat. n. 667. & pluribus seqq.* Luther. *de re benef. lib. 2. q. 20. a. n.* Card. de Luc. *de jurepatr. disc. 67. n. 5.* Adden. ad Buratt. *dec. 942. n. 6. & 7.* Ros. *de execut. lit. Apostolic. cap. 16. n. 158.* Barbos. *de Episcop. allegat. 72. n. 160.* Rot. coram Merlin. *dec. 443. n. 2. & per tot.* coram Duran. *dec. 250. n. 5.* & coram Bich. *dec. 588. n. 24. & 25.* Accumulativa enim præsentatio admitti consuevit inter collitigantes tantum; ita tamen, ut exinde facilius perimantur controversiæ, nam si ex illa lites protrahi contigerit, neque inter eosdem sustinetur, 5
ut limitando dispositionem text. *in d. cap. 1. & 2.* tradunt Adden. ad Buratt. *d. dec. 942. n. 8.* Rot. cor. Cels. *dec. 369. n. 9. & 10. & in rec. dec. 262. n. 6. p. 14.*

Neque præmissa evitari posse visa sunt eo sub fundamento, quod Millanus renunciaverit suæ præsentationi post obtentam in partibus sententiam super institutione, a qua sententia supponebatur Leonum reclamasse. Quia neutrum ex his in facto subsistit: Sententia enim emanavit favore Millani die 30. Augusti 1696. & renunciatio stipulata fuit sub die 21. Augusti, adeoque cum renunciatio sententiam præcesserit per novem dies, hæc potius remanet insubsistens, utpote edita favore illius, qui attenta renunciatione omni jure se exuerat; d. vero Leoni acquiescentia eidem sententiæ aperte excludebatur ex interpositione appellationis, & litis prosecutione, ut de appellante a sententia, & 6
appellationem prosequente, dixit Rota coram Coccin. *dec. 2285. n. 20. & in rec. dec. 349. n. 19. p. 17.*

Ut etiam sustineri posse visa est accumulata Laurentii præsentatio virtute acceptationis ab Episcopo de ea factæ, ex quo in illius fraudem patronis laicis fuerit in jure præfinitum quadrimestre ad præsentandum: quia extantibus præsentationibus in tempore factis favore Leoni, & Millani, dici nequit devolutum jus præsentandi ad Episcopum, qui proinde illas gratificari potuerit, admittendo cumulativam, cedendoque juri devolutionis sibi obvento, in quibus terminis recipiendæ sunt authoritates in priori mea decisione relatæ, cum aliis in objecto adductis: sed radicatum dicitur in præsentatis jus institutionis petendæ, quibus propterea præjudicium aliquod inferri non valet, ut in fortioribus terminis prorogationis termini ad præsentandum non concedendæ ab Episcopo intra quadrimestre in præjudicium alterius præsentati, communiter docent Ricc. *in prax. part. 1. resol. 195. n. 2. vers. cum tertio*, Vivian. *de jurepatr. part. 2. lib. 7. num. 10. & seq. usque ad fin.* Rota coram Cre- 7
scent. *dec. 11. n. 4. & 5. de dilation.* & coram Greg. *dec. 177. in fin.* & coram Card. Cels. *dec. 279. n. 6. & dec. 342. n. 9. & in rec. dec. 74. n. 22. in fin. p. 6.*

Ex his itaque de medio sublata præsentatione Laurentii Muschæ, & consequenter nullius roboris declarata derogatione medietatis vocum per eundem obtenta, dixerunt DD. dandam esse institutionem controversæ Parochialis Joanni Baptistæ Leono; nam concurrentibus existentia, & vacatione jurispatronatus, nec non illius valida præsentatione, eidem institutio denegari non potest, ita sanciente tex. 8

in cap.

in cap. monasterium 16. *qu.*7. *& in cap. cum Bartolus* 18. ubi Abbat *num.*12. *in fin. de re judic.* Rot. ent. san. mem. Alex. VIII. *dec.*263. & coram Pamphil. *dec.*269. *utrobique n.*1.

Non obstat, quod Leooos fuerit præsentatus a Hyacintho, qui cum nunquam præsentaverit, dici non potest in quasi possessione præsentandi; siquidem cum pertinentia jurispatronatus in illo controverti non valeat, tum quia est filius, & hæres ejus, qui in altera vacatione præsentavit, ut bene ponderat Rot. *in decis.* 669. *n.*7. *pars.* 18. tum etiam quia virtute Constitutionis san. mem. Gregorii IX. jus præsentandi conceditur Comitibus, & DD. de Aaclio, inter quos potiori jure connumeratur Hycinthus, attenta majori jurisdictione, quam super d. Castro exercet, & res sit adhuc integra, ex quo ante institutionem constat de proprietate; hæc utique proprietas quasi possessiones ab-
10 sorbet, ut limitando text. *in cap. consultationibus de jurepatron.* diait Rot. coram Priol. *decis.* 113. *a num.*23. *& seq.* & coram Pen. *dec.* 1630. *n.* 4. & in Pisaoa Canonicatus super institutione 2. Aprilis 1693. *per tot.* coram Reverendiss. Hervavult. Ac proinde licet quasi possessio non transeat in hæredes quoad factum seu apprehensione, continuatur tamen in illis quoad effectum, ut præsentati ab eisdem petere possint institutionem, etiam in concursu alterius præsentati ab habente apud se possessionem quoad factum, ut
11 observat Rot. *in rec. decis.* 73. *num.*38. *part.*11. & optime in Arttina Capellaniæ 8. Maii 1668. §. *non obstat*, coram Otbobon. & in Pisauren. Capellaniæ 10. Maii 1684. coram bon. mem. Albergato, & in Monopolitan. Beneficiorum 15. Aprilis 1687. §. *respectu vero*, coram Eminentissimo
12 Caccia; alias sequeretur, quod jus præsentandi penderet ab accidenti, & de facili supplantarentur descendentiæ a compatronis, si esset attendenda simplex quasi possessio, quod est iniquum admittere, ut præter authoritates adductas observat Rot. coram Penia, *citata dec.*1630. *n.*4.

Et ita omissa repetitione entum, quæ pro excludendo Garbasen non informante expenduntur in alterames decisione, responsum fuit, Laurentio Musca, & Joanni Baptistæ Leono &c.

R. P. D. PRIOLO.

Compostellana Parochialis.

Luna 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

An donator jurispatronatus possit a donatione recedere, vel expresse, aut tacite, mediante præsentatione, & quoties concurrat consensus Ordinarii, an in donantis præjudicium retrotrahatur, & quando ultimus status in beneficialibus attendatur.

SUMMARIUM.

1 *PRo legitima jurispatronatus adjudicatione ultimus status attenditur.*
2 *Juspatronatus hereditarium transfertur ad donatarium.*
3 *Donator non potest in præjudicium donatarii a donatione jurispatronatus recedere, vel tacite mediante præsentatione, vel expresse illam revocando, & si pœnituerit, potest Ordinarius validam donationem confirmare posthabito actu contrario revocationis.*
4 *Et talis confirmatio retrotrahitur usque ad diem initæ donationis.*
5 *Limitatur, si ageretur de simplici donatione nullo juramento munita.*
6 *Præferri debet præsentatus a donatario, vel ab ejus herede, in concursu præsentati a donatore.*
7 *Vicarius licet non possit confirmare donationem juris patronatus absque speciali commissione Episcopi, præsumitur cum ea in confirmatione processisse, si illam enunciaverit, & temporis lapsus considerabilis intercesserit.*
8 *Ac si deinde præsentationes a donatario factæ fuerint admissæ per aliquam admissionem donationis, convalidatur confirmatio.*
9 *Ad repellendum præsentatum a patrono existente in quasi possessione præsentandi ex causa illius non juris, de non jure non illico parere debet.*
10 *Testis interessatus non probat.*
11 *Minusque socius criminis.*
12 *Nec etiam de auditu deponens.*
13 *Exceptio simoniæ amplius non potest allegari, si adversus illam adsit judicatum.*
14 *Donatio jurispatronatus facta favore compatroni nulla indiget confirmatione.*
15 *Præsentationes factæ a non existentibus in possessione præsentandi sunt spernendæ.*
16 *Præservativa eveniente succumbentia in lite nihil operatur.*
17 *Juspatronatus præsumitur hæreditarium.*

DECISIO XXIV.

AD parochialem Saocti Salvatoris de Sayans, quæ est de jurepatronatus laicorum, præsentati fuerunt Dominicus, & Joannes, & coram Ordinario Compostellano utroque contendente se esse præsentatum a majori parte patronotum, vel aliis qui erant in quasi possessione præsentandi, emanavit sententia favore Dominici, & in gradu appellationis dato per me dubio: *An, & cui esset adjudicanda parochialis?* post binas causæ propositiones hodie resolutum fuit pro Dominico.

Illius quippe habilitas, & existentia jurispatronatus non impugnatur; cumque ipse fuisset præsentatus a Comite de Graxal patrono pro octava parte, & a Benedicto de Varela patrono pro reliquis septem constituentibus integrum juspatronatus, illi proinde, tanquam præsentato a veris, & legitimis patronis, & existentibus etiam in quasi possessione præsentandi, debetur adjudicatio, attento ultimo statu, qui ad istum effectum solus sufficeret absque ulterioris tituli discussione, ad notum text. *in c. Consultationibus* 1
de jurepatr. Rota *in rec. dec.* 296. *num.*8. *part.*15. & in Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii, & 2. Decembris 1695. coram R. P. D. meo Ursino.

Sicut non convertebatur pertinentia Jurispatronatus quoad Comitem de Graxal pro illius octava parte; ita multo minus controverti poterat quoad Benedictum de Varela pro reliquis septem partibus, quia illa resultare visa est ex diversis donationibus, quas ipse, ejusque auctores reportaverant a legitimis patronis, vel ab iis, qui erant in quasi possessione præsentandi; constat enim ex antiquis sententiis de anno 1588. & 1609. datis pro parte Dominici *in Summ. primæ propositiones num.* 4. *&* 5. juspatronatus pro septem ex octo partibus fuisse consolidatum in tres familias, nempe de Ferro, de Sancta Cruce, & de Duran, earumque descendentes, tam masculos, quam fœminas, de annis 1612. & 1640. illud successive donasse ad favorem Garziæ, & Petri de Varela sui filii præsentis, & acceptantis pro se, suisque primogenitis in infinitum; cumque agatur de jurepatronatus hæreditario, omne jus, quod prius spectabat ad donantes, translatum remansit in donatarios, tametsi extraneos, ad text. *in cap. illud de jurepatr.* Vivian. *eodem tract. lib.*4. *cap.*4. *num* 1. *& per tot.* & Rota coram Certo *dec.* 255. *num* 4. *& in rec. dec.*319. *num.*1. *pars.* 3. & alibi sæpe.

Non relevante, quod anterior, & magis ampla donatio facta usque de anno 1612. destituta fuerit consensu, & auctoritate Ordinarii Compostellani, quodque confirmatio, quæ exhibetur, de anno 1639. supervenerit, postquam donatio fuerat a nonnullis ex donantibus revocata, & fuerit nulla, uti emanata a Vicario Generali sine facultate speciali Archiepiscopi.

Quandoquidem ex pluribus vis hujus objecti sublata remansit, agitur namque de donatione juramento munita 2
cum promissione de illam non revocando; ideoque, cum effecta fuerit irrevocabilis, etiam ante confirmationem Ordinarii, ab illa donantes recedere non poterant, vel tacite præsentando contra tenorem donationis, vel expresse illam revocando, & si pœnituerint, adbuc Ordinarius potuit illam valide confirmare, ut tradunt Campanill. *in* 3
divers. iur. canon. rubr. 11. *cap.*13. *num.*374. Rot. *dec.*17. *& ultima de iurepatron. in antiqu.* & coram Coccino *dec.* 652. *numer.* 15. *cum seqq. & in recent. decisio* 80. *numer.* 5. *cum seqq. part.* 17. & in Melevitana Beneficiorum 5. Junii 1673. §. *Adversus hanc donationem, & §. sequenti*, cor. clar. mem. Card. Matthæio, cum confirmatio subsecuta retrotrahatur usque ad diem initæ donationis, maxime in præiudicium ipsius donantis, Patis. *conf.* 144. *n.*7. 4
*lib.*4. Rota post Viviao. *de iurepatr. decis.* 140. *n.*4. & coram Peutinger. *dec.* 177. *n.*7. *& in rec. dec.* 101. *n.*7. *& dec.* 80. *n.*4. *part.* 17. Ideoque auctoritates in contrarium allegatæ, obstare visæ non sunt, quia illæ procedunt, quando ageretur de simplici, & pura donatione, nullo juramento munita, & pacto de illam non revocando destituta, ut 5
vide.

Digitized by Google

viutte est cor. Dutano *dec.* 463. *n.* 7. *& seqq.* cor. Bi-
chio *dec.* 227. *n.* 10. *pariter cum seqq.* & ita concilian-
do distinguitur *in rec. dec.* 372. *n.* 27. *part.* 11.

Nec vis hujus donationis sublata fuit ex eo, quod do-
nantes, eorumque hæredes admissi fuerint de anno 1635.
ad præsentandum cum secuta effectuatione; quia, cum
dicta præsentatio facta fuerit ante confirmationem Ordi-
narii, quæ supervenit de anno 1639. fuit forsan admissa,
ex quo per donatarium tunc temporis in actu institutionis
non fuerit contradicta, & impugnata; ideoque cum mo-
do ad instantiam Benedicti de Varelæ, etiam in eadem do-
natione comprehensi, supervenerit confirmatio Ordina-
6 rii, in concursu præferri debet Dominicus, qui fuit ab hæ-
rede donatarii præsentatus, ut bene advertit Rota coram
Coccino *d. dec.* 652. *n.* 13. *cum aliis seqq.*

Frustra allegatur nullitas desumpta ex confirmatione in-
terposita per Vicarium non habentem specialem facultatem
confirmandi; quoniam, ut deprehenditur ex ipso actu
confirmationis, constat Vicarium se enunciasse munitum
tali facultate per illa verba, *meliori forma, qua de jure locus
est, & virtute potestatis specialis, quam habet Eminen-
tia Sua.* Cumque tunc Cardinalis Spinola Archiepisco-
pus reperiretur absens a sua residentia, & Romæ com-
moraretur, talis enunciativa redditur undequaque verisi-
milis, ideoque juncto lapsu temporis 50. & ultra annorum
cum secuta observantia, dicendum est, Vicarium talem
7 facultatem habuisse, eaque etiam usum fuisse, Lambertin.
de jurepatr. lib. 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 8. *& art.* 11. Adden. ad Greg.
dec. 420. *sub n.* 8. Rota coram Pamphil. *dec.* 653. *n.* 3. ibi-
que Adden. *n.* 16. *& in divers. dec.* 698. *n.* 7. *cum seqq. p.* 1.
& in rec. dec. 382. *n.* 22. *cum seqq. p.* 11. Maxime quia cum
lapsu temporis concurrit subsecuta institutio concessa
ab Ordinario de anno 1639. ad præsentationem Bene-
dicti Varelæ donatarii, cumque tali institutione facta
in vim hujus donationis convalidetur narrativa facta
a Vicario de speciali potestate, quia alias Episcopus
8 non admisisset, & præsumatur ab Ordinario tacite præ-
stitus consensus eidem donationi, ille quoque sufficeret
ad illius validitatem, Rota coram Dutano *dec.* 408.
n. 10. & coram Pamphil. *d. dec.* 653. *n.* 4. *&* 5.

Minoris quoque momenti est alia nullitas deducta tam
ex minis, & violentiis, quam ex traditione pecuniarum,
cum quibus per Petrum de Varela tunc jus dicentem in di-
cto loco de Sayans supponitur extorta talis donatio; quo-
niam cum agatur de auferendo jus præsentandi jam legiti-
me acquisitum, & in cujus etiam possessione reperiretur
Benedictus per subsecutas præsentationes effectum sortitas,
9 requiritur isto casu plena, & concludens probatio, juxta
gloss. receptam in cap. veniens 10. *de testibus*, ibique etiam
Abbas *n.* 4. *& alii plures relati*, cor. Matt. Andr. *dec.*
94. *n.* 3. & cor. Cerro *dec.* 581. *n.* 11. *& in rec. dec.*
141. *n.* 29. *cum seqq. p.* 16. *& dec.* 116. *n.* 14. *pariter cum
seqq. & dec.* 207. *n.* 8. *&* 9. *p.* 16. Et talis certe non est illa,
quæ deducitur ex testibus datis ad instantiam Joannis;
quia cum nonnulli ex illis prætendant juspatronatus ad
10 se spectare, tanquam interessati veniunt rejiciendi, *in
c. tuas, & in c. nuper, & in c. Romana de testibus*, alii
tanquam socii criminis, & participes delicti non pro-
11 bant, Alexan. de Nev. *cons.* 64. *n.* 4. & Rota cor. Mar-
tin. Andr. *d. dec.* 94. *n.* 4. & demum alii, cum non de-
ponant, nisi de simplici auditu, nec fuerint præsentes
12 tractatui, simoniam non concludunt, ut videre est *in
d. dec.* 94. *n.* 7. cor. Mattio. Andr. *& in rec. dec.* 177. *n.* 22.
p. 11. *& dec.* 141. *n.* 11. *p.* 16. & tanto magis, quia licet
de hoc crimine simoniæ aliqua diffamatio suborta fuisset;
nihilominus quia ex subsecutis probationibus illa minime
justificata remansit, Ordinarius, non obstantibus colli-
tigantium contradictionibus, prævia sententia præsen-
13 tationes factas a donatario admisit; ideoque stante tali
judicato exceptio non videtur amplius allegabilis, ad
tradita per Rotam *dec.* 207. *n.* 40. *cum seqq. p.* 17. *rec.*

Recognita ex his validitate donationis anni 1612. &
illius confirmationis anni 1639. transeundo ad alias dona-
tiones factas ab annis 1640. usque ad 1677. favore Petri, &
Benedicti, insubsistens quoque visa est unica exceptio con-
tra illas allegata, quod scilicet destitutæ sint consensu, &
auctoritate Ordinarii; quoniam unica etiam responsione
sublatum fuit tale objectum, advertendo, quod cum usque
de anno 1612. per antecedentem donationem Benedictæ
legitime acquisivisset totam jurispatronatus, successivæ
donationes, tanquam factæ ad favorem alterius legitimi
compatroni, nulla indigebant confirmatione, & licentia
Ordinarii, Adden. ad Gregor. *dec.* 420. *sub n.* 7. *vers.
advertendum est*, Rota Durao. *dec.* 8. *n.* 15. *& in rec.* 14
dec. 187. *n.* 4. *p.* 2.

Hinc non relevant præsentationes reportatæ a Joanne,
& longa serie numeratæ ab illius patronis, quoniam illæ fa-
ctæ fuerunt vel a descendentibus eorum, qui juspatronatus
jam legitime donaverant, vel ab aliis, qui non probant de-
scendentiam ab auctoribus jurispatronatus, vel demum ab
iis, qui nunquam fuerunt in possessione præsentandi; imo
cum in ultima vocatione secuta de anno 1679. neglectis
aliis, admissus fuerit duntaxat consensus Benedicti donata-
rii, & vigore illius processerit executor literarum Aposto-
licarum; sequitur, ut firmato ultimo statu favore solius
Benedicti, cæterorum præsentationes veniant imposterum
negligendæ, ad tradita per Vivian. *de jurepatr. p.* 2. *lib.* 5.
c. 4. *n.* 41. & in Bononien. Jurispatronatus de Burrigariis 19.
Junii 1693. §. *Nec præsentatio*, cor. R. P. D. meo Caprara. 15
Non obstante, quod jura collitigantium fuerint per judi-
cem specialiter reservata, quia, cum deinde succubuerint
in causa, ex quo mandatum de immittendo favore provisi
concessum fuerit cum sola expressione consensus Ordinarii,
talis præservativa nihil suffragatur, Rota *in rec. dec.* 74. *n.*
5. *p.* 15. & coram Priolo *dec.* 44. *n.* 14. *cum seqq.* in 16
Barchinonen. Parochialis del Prat. 2. Decembris 1695.
§. *Si quidem licet*, coram R. P. D. meo Ursino.

Denique non subsistit, quod, cum agatur de jurepatro-
natus mixto, donationes remanserint resolutæ post obitum
donatorum; ideoque veniant modo admittendæ præsenta-
tiones factæ ab illorum descendentibus, tanquam venien-
tibus ex propria persona, quoniam, ut videre est ex anti-
quis sententiis latis de annis 15.8. & 1609. de tali qualita-
te gentilitia minime constat, & illa non resultat ex moder-
na sententia Ordinarii lata favore Benedicti: quia, licet
ibi enuncietur, juspatronatus esse personale, & hæredita-
rium, non proinde convincitur illud esse gentilitium, quod
est longe diversum: ultra quod, cum tale juspatronatus fuis-
set antecedenter donatum illis de Varela cum expressa con-
ditione, quod spectaret ad illorum primogenitos in infini-
tum, potuisset talis enunciativa, quatenus hoc importa-
ret, solummodo quoad illos juxta præsentem statum veri-
ficari; ideoque pro tempore antecedenti quoad alios erit
præsumendum hæreditarium, donec, & quousque con-
trarium concludenter probetur, ad text. *in Clem. plures de* 17
jurepatron. Rota coram Ninot. *dec.* 27. *per tot. & in rec.
dec.* 19. *n.* 1. *part.* 18. Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Compostellana Parochialis

Ven. 26. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Decisa in antecedenti decisione, approbatione digna
reputantur.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus hæreditarium transit in donatarium extraneum.*
2 *Donatio jurispatronatus facta absque consensu Episcopi est ipso jure nulla.*
3 *Donatio juramento vallata, est irrevocabilis quoad donantem, ejusque hæredes.*
4 *Jus præsentandi non abdicatur a donante, nisi post confirmationem Ordinarii.*
5 *Confirmatio Ordinarii retrotrahitur ad diem stipulatæ donationis.*
6 *Tacitus consensus Ordinarii deductus ex admissione præsentationum factarum a donatario, sufficit ad validitatem donationis.*
7 *Donatio facta in unum ex compatronis non indiget consensu Ordinarii.*
8 *Et de ratione.*
9 *Actus nominationis computatur inter fructus spectantes ad bonæ fidei possessorem.*

DECISIO XXV.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionis editæ co-
ram me sub die 25. Junii proxime præteriti, nam
hodie

hodie iterum repetendo ea, quæ ibidem latius fuerunt expensa, adbuc subsistere visa est pertinentia jurispatronatus favore Benedicti de Varela, Siquidem ex antiquis sententijs emanatis usque de anno 1588. & 1609. & transactis etiam in auctoritatem rei judicatæ, non dubitatur, quin totum juspatronatus consolidatum fuerit in tres familias, nempe de Ferro, de Sancta Cruce, & de Duran; & quia per subsecutas donationes ab eorum descendentibus factas apparet successive translatum in Garziam, & Petrum de Varela acceptantes pro se, suisque primogenitis in infinitum, hinc necessario assequimur, hoc juspatronatus, tanquam hæreditarium, ex præambulo titulo istarum donationum libere transisse in donatarios, etiamsi extraneos,
1 ad text. *in c. unico de jurepatr. in 6.* Lambert. *eodem tit. lib. 1. 2. part. quæst. 1. art. 1. n. 2.* Rot. coram Coccin. *dec.* 106. *n. 5. & dec.* 453 *n. 1. cum seqq. & dec.* 464. n. 6. *pariter cum seq. &* in *rec. dec.* 319. *n. 1. part.* 3.

Non revelante, quod prima donatio destituta fuerit consensu Ordinarii, & postquam supervenit illius confirmatio de anno 1639. cum auctoritate Vicarii Generalis, jam fuisset a nonnullis præcitatis familiis revocata; quia, ut responsum fuit in præcedenti decisione, quæ revidetur, ad-
2 mittebatur, donationem factam sine consensu Episcopi esse ipso jure nullam, ad text. *in cap. quia autem, §. de cætero, & cap. nullus laicus de jurepatron.* sed quia illa repetiebatur munita juramento cum promissione de eam non revocando, hinc deducebatur, donationem fuisse irrevoca-
3 bilem quoad donantem, illiusque hæredes, ut observat Sanchez *consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. sub* n. 1. & 10. & Rot. *in antiq. dec. 17. sub n. 5. de jurepatr* Et licet, antequam superveniat confirmatio Episcopi, non dicatur abdicatum jus a donante, itaut ipse, ejusque hæredes hoc medio tempore præsentare possint, per ea, quæ tradit Vivian. *de jurepatr. lib.*
4 *4. cap 4. n. 74.* & Rota apud ipsum *dec.* 151. *n.* 1. & cor. Duran. *dec.* 463. *n.* 1. Mantic. *dec.* 86. *n.* 6. non possunt tamen a donatione recedere; imo etiamsi pœnituerit, poterit Ordinarius illam valide confirmare, quia, cum ejus consensus non requiratur in ipso actu donationis, sufficit, quod post illam interveniat, ut in præjudicium ipsius donantis retro-
5 trahatur usque ad diem stipulatæ donationis, Lambert. *de jurepatr. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 16. n. 6. & 13. & art. 21. n. 3.* Vivian. *eod. tract. lib. 4. c. 4.* n. 74. Addeo. ad Greg. *dec.* 420. *n. 7.* Rot. *in antiq. dec.* 17. n. 4. *de jurepatr.* & coram Duran. *dec.* 407. *n* 8. Coccin. *dec.* 453. *n. 7. & in rec. dec.* 606. *n. 2. part.* 3. *& dec.* 191. *n. 7. part.* 5.

Et hinc frustra impugnabatur subsecuta confirmatio ex defectu auctoritatis in Vicario Generali, quia, procedendo cum responsionibus datis in præcedenti decisione, talis specialis facultas resultare visa est ex ipsamet enunciativa ejusdem Vicarii qui, cum per absentiam Cardinalis Archiepiscopi, tunc in urbe commorantis, expresserit se munitum tali facultate, hæc quippe enunciativa redditur valde verisimilis tanto magis, quia per subsecutas præsentationes Varela fuit successive admissus tanquam compatronus ad nominandum; ideoque concurrentibus pluribus institutionibus effectum sortitis post longissimum tempus, eo clarius comprobata remanet auctoritas Vicarii confirmantis, quia alias ab Ordinariis successoribus non fuissent admissæ subsequentes præsentationes, & consequenter ex illarum admissione desumi potest tacitus consensus, qui sufficit
6 pro validitate donationis, Rota coram Coccin. *dec.* 106. n. 11. Cavaler. *dec.* 265. n. 5. Merlin. *dec.* 870. num. 0. & magis in puncto, Add. ad Gregor. *dec.* 410. *n.* 7. & coram Duran. *dec.* 407 *n* 5. *cum aliis seqq.*

Ejusdem quoque irrelevantiæ est altera nullitas desumpta ex eodem defectu consensus Ordinarii, & impicta contra alias subsequentes donationes, quia cum istæ celebratæ fuerunt post annum 1638. de quo tempore Varela jam legaliter acquisiverat ratam hujus jurispatronatus, tanquam factæ in unum ex compatronis, nullo indigebant consensu; quia, ut advertit Achill. de Graff. *dec.* 10. *in ne de jurepatr.* compatronus dicitur usque ab initio to-
7 taliter habere vocem insolidum, diviso solum exercitio præsentandi inter ipsos; & propterea per translationem vocis factam ab uno ex compatronis, nihil de novo transfertur in alium, sed solum remoto obstaculo per non jus decrescendi, totale exercitium jurispatronatus actu consolidatur in donatarium, quod prius habitualiter habebat; ideoque, cum in hoc casu nulla sequatur translatio dominii, vel superadditio novæ personæ in præjudicium Ecclesiæ, hinc superflua redditur confirmatio Ordina-
8 rii, Add. ad Gregor. *d. dec.* 420. *sub n.* 7. Rota *in recent. dec.* 707. n. 4. *p.* 1. *& dec.* 101. n. 5. *p.* 5. & in Abellinen. jurispatronatus 30. Martii 1696. §. *Nec obstat*, coram R. P. D. meo Molines, confirmata 13. Maii proxime præteriti, §. *Non relevante*, coram me.

Sublatis exceptionibus datis contra donationes, domini, procedentes ad ulteriora tempora, recognoverunt, quod secuta vacatione hujus Parochialis de anno 1679 non fuit ab Ordinario admissus, nisi ille, qui reportaverat præsentationem a solo Varela, ideoque, cum ipse usque tunc, nemine contradicente, constitutus fuerit in quasi possessione præsentandi, & ultimus status pro illo effulgeat, neglectis propterea aliorum præsentationibus, venit in sua possessione manutenendus, & illius nominatio cæteris aliis præferenda, cum actus nominationis computetur inter fructus, qui spectant ad bonæ fidei possessorem, ad notissimum text. *in cap. Consultationibus de jurepatronatus*, & in Ge-
9 runden. Parochialis 13. Februarii 1693. §. *Justificata*, cor. R. P. D. Molines, & in Barchinon. Parochialis del Prat. 2. Decembris 1695. §. *Innegabilis*, cor. Reverendiss. D. meo Decano, confirmata 27. Junii 1696. §. *Pro narratorum*, coram me. Et ita, altera &c.

R. P. D. M O L I N E S.

Melevitana jurispatronatus.

Merc. 4. Julii 1696.

A R G U M E N T U M.

An, & quando consensus Ordinarii ex intervallo in donatione jurispatronatus præstitus suffragetur, ut jus a donante abdicatum censeatur nedum in sui ipsius præjudicium, sed quoque in detrimentum tertii, ad casum *disc.* 56. *de jurepatron.* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Reo sufficit vincere per non jus actoris.*
2 *Hacque regula maxime procedit in materia beneficiali.*
3 *Ex donatione nullum jus donatarius acquirit super jurepatronatus, si non intercedat Ordinarii consensus.*
4 *Resoluto jure donantis resolvitur illud donatarii.*
5 *Juspatronatus transit cum universitate bonorum in adjudicatione hæreditatis, & n. 13. & 14.*
6 *Amplia, licet de jurepatronatus nulla facta fuerit mentio, & non intercesserit consensus Ordinarii.*
7 *Ut donatarius acquirere possit jus super jurepatronatus, sufficit, quod etiam post donationem Ordinarius suum præstet consensum.*
8 *Consensus Ordinarii post donationem præstitus retrotrahitur usque ab initio ad effectum, ut validum jus donatarius in patronatu acquirat.*
9 *Declara, ut retrotractio admitti non possit, si res amplius integra non sit, & n. 10.*
11 *Clausula,* sine præjudicio interesse habentium, *præservat jus tertio.*
12 *Quando consensus Ordinarii pro acquisitione jurispatronatus retrotrahatur etiam in præjudicium tertii.*
15 *Ut quis dicatur fuisse a majori parte patronorum præsentatus, debent illi, qui præsentarunt, existere in quasi possessione juris præsentandi.*
16 *Gratia Apostolica non potest concurrere cum institutione facta ab Ordinario, si illa obreptitia sit.*
17 *Præsertim si adsit clausula,* dummodo de tempore datæ per.
18 *Ne plures actus subvertantur, facultas est præsupponenda.*
19 *Observantia demonstrat, quod Ordinarius dederit facultatem Vicario pro confirmatione donationis jurispatronatus.*

D E C I S I O XXVI.

VAcantibus beneficiis SS. Barbaræ, & Catharinæ in insula Melitensi de jurepatronatus laicorum per obitum quondam Joann. Andreæ Caxar, cum plures fuerint præsentati a diversis prætensis compatronis causam habentibus a familia de Nasis, cui ex jure fundationis dictum juspatronatus competebat: Exorta subinde controversia coram Ordinario Melevitano, iste per definitivam sententiam institutionem dedit Josepho Caxar uno

ex

Google

ex dictis præsentatis; a quo judicato devoluta per appellationem causa ad nostrum Tribunal, mihique commissa, sub die 30. Aprilis 1694. disputandum proposui dubium omnium præsentatorum complexivum, *An, & cui sint adjudicanda beneficia?* quo tunc non resoluto, comparentibus duntaxat Josepho Caxar, & Constantio Scarpello, aliis informare recusantibus; postea insurrexit etiam Isidorus Azzupardus, qui incumbens literis Apostolicis a
1 Dataria impetratis, uti præsentatus a majori parte, aut saltem medietate patronorum, curavit addi dicto dubio; *Vel potius literæ Apostolicæ Isidori Azzupardi sint exequendæ?* Unde cum in hodierna repropositione contentio evaserit triangularis, domini sedulo libratis juribus dd. trium comparentium, censuerunt dd. beneficia adjudicanda esse d. Josepho Caxar.

Omissa namque inspectione circa existentiam jurispatronatus, illiusque vocationem, ac præsentatorum habilitatem, super quibus nulla aderat inter collitigantes controversia; sed unice restricta disputatione circa pertinentiam vocum, harum duæ visæ fuerunt assistere Josepho Caxar, quia ipse tanquam compatronus adhæsit præsentationi de se factæ intra legitima tempora a Marianna, & Teresia Caxar, habentibus cum eo duas ex quatuor vocibus, nempe illas Jacobi, & Petronillæ de Nasis, juxta divisionem alias factam in binis decisionibus editis in simili controversia sub diebus 5. Decembris 1672. & 5. Junii sequentis anni cor. clar. mem. Card. Matthæjo; quæ præsentatio cum fuerit approbata ab Ordinario Melitensi, & ab ipso quoque institutus, & gratificatus dictus Joseph, eidem sufficit vincere per non jus aliorum collitigantium, ad text. *in leg final. C. de rei vindicat.* quod maxime procedit in materia beneficiali, ad tradita per Anch. *cons.* 233. *in princ.* Lother. *de re
2 benefic. lib.* 2. *q.* 42. *n.* 24. *& seq.* Rota *dec.* 616. *in princip. part.* 4. *divers. & dec.* 472. *n.* 27. cor. Bichio, *& dec.* 232. *num.* 1. *&* 2. *part.* 15. *rec.* & novissime in Neapolitana, seu Tranen. præceptoriæ 20. Junii currentis anni, §. *Denique*, coram me.

Quod autem cæteri duo collitigantes nullum jus habeant, patet, quia quatenus attinet ad Constantium Scarpellum, licet ipse alleget præsentationem de se factam a Michaele Angelo fratre, ut donatario quondam Petri Antonii de Nasis filii, & hæredis Jacobi, ad quem pertinebat una ex dictis quatuor vocibus, juxta dictam divisionem factam in dd. decisionibus Cardinalis Matthæi, per quas prætendebatur efformatus ultimus status favore ejusdem Scarpelli; nihilominus, cum eædem decisiones in hac parte non sint supponendæ, sed ea licentia Caxaro impartita revideantur, hodie dilucidius compertum fuit, quod dicta vox Jacobi neutiquam competere potest dicto Michaeli Angelo Scarpello ex donatione eidem facta a Petro Antonio filio dicti Jacobi; nam cum in dicta donatione non intercessetit Ordinarii consensus, prout requiritur, nullum fuit
3 a donante abdicatum jus, neque in donatarium translatum, per text. *in cap. illud*, §. *de jurepatron. c. ult. eod. tit.* Barb. *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 71. *n.* 11. *&* 12. Vivian. *de jurepatr. c.* 9. *n.* 21. *cum seqq.* Card. de Luca *eod. tract. disc.* 56. *n.* 10. Rot. cor. Mantica, *dec.* 86. *n.* 6. & cor. Coccin. *dec.* 357. *n.* 5. & cor. Royas *dec.* 236. *n.* 3. cum aliis cumulatis per Adden. *ad dec.* 46. *n.* 61. *p.* 9. *rec.*

Adeoque, cum adhuc re integra idem Petrus Antonius per judicem admissus fuerit ad beneficium abstensionis adversus inconsulto acceptatam hæreditatem Jacobi patris, sicque in eo cessaverit titulus hæreditarius, itaut exinde Vincentia Mater ejusdem, & respective uxor dicti Jacobi, servatis omnibus de jure, & stylo servandis in Curia Melitensi, pro suis juribus dotalibus judicialibus, obtinuerit sibi adjudicari universam viri hæreditatem, duo ex hoc facto elicita fuerunt juris fundamenta. Primum, quod resoluto per dictam abstensionem juridice admissam titulo, & qualitate hæreditaria in dicto Petro Antonio donante, resolutum quoque fuit jus Michaelis Angeli donatarii, ut in proximis terminis notat Vivian. *de jurepatron. part.* 1. *lib.*
4 4. *c.* 4. *n.* 68. Rota *dec.* 217. *n. ultimo p.* 6. *rec.* Secundum, quod juspatronatus respectu vocis dicti Jacobi transitum fecit in dictam Vincentiam uxorem, tanquam adjudicatariam hæreditatis Jacobi viri, cum universitate omnium bonorum, ad text. *in c. ex literis, cap. cum seculum,*
5 *ubique gloss. verb. emptorem de jurepatron.* Covarr. *var. resol. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 3. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 16. Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 49. Vivian. *de jurepatronatus lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 16. Rota cor. Seraphin. *dec.* 825. *per tot. & dec.* 181. *n.* 4. *par.* 19. *rec.* Quæ conclusio procedit, etiamsi de jurepatronatus nulla fuerit facta specialis mentio, neque intercesserit consensus Ordinarii: cum transitus fiat ministerio legis, data universalitate hæredita-
tis, Vivian. *de jurepatronat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 37. Sanch. *cons.* 6
moral. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 76. *n.* 7. Rota *dec.* 207. *n.* 16. *p.* 6. cum aliis cumulatis per Adden. *ad dec.* 46. *a n.* 12. *usque ad* 17. *p.* 9. *rec.*

Atque hinc non relevat, quod Ordinarius ex intervallo suum præstiterit consensum dictæ donationi, illamque confirmaverit, qui consensus cum possit etiam adhiberi post factam donationem, ut cum communi sententia docent
Gratian. *discept. forens. c.* 577. *n.* 39. Barb. *de potest. Epi-* 7
scopi p. 3. *alleg.* 71. *n.* 18. Rota cor. Duran. *dec.* 415. *n.* 5. Adden. ad Buratt. *dec.* 702. *n.* 9. Adden. *ad d. dec.* 46. *n.* 67. *p.* 9. *rec.* ex hoc inferebant scribentes pro Scarpello, quod dicta confirmatio, seu consensus retrotrahatur ad diem stipulatæ donationis, eamque ex tunc convalidare videatur, ad tradita per Card. Zabarell. *in d. c. cum seculum* 6. *q. de jurepatron.*, Paris. *cons.* 144. *n.* 7. *lib.* 4. Rota *in
antiquis de jurepatronatus dec. ultima, & dec.* 80. *n.* 4. 8
part. 17. *rec.* cum aliis in objecto allegatis.

Quoniam objectum visum fuit removeri ex pluribus; & primo, quia consensus præstitus fuit ab Ordinario de tempore, quo jam, ut supra dictum est, in donante cessaverat titulus, & qualitas hæreditaria, sine qua donatio jurispatronatus hæreditarii sustineri non potest, adeoque retrotractio effecta fuit inanis ex deficientia subjecti. Secundo, quia, cum consensus Ordinarii confirmet donationem non ex tunc, sed ex nunc, juxta veriorem sententiam, quam
tenent Abbas *in cap. Cura, & in q. Augerius de jurepatro-* 9
natus, Lambert. *eod. tract. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *art.* 17. *n.* 16. *circa medium*, optime Rota cor. Duran. *dec.* 463. *n.* 9. & 10. retrotractio fieri nequit in præjudicium Vincentiæ Caxar, cui ante consensum dicti Ordinarii fuerat jus jam
quæsitum super dicta voce, mediante judiciali adjudicatio- 10
ne totius, & universæ hæreditatis, ad text. *in l. qui Balneum, ff. qui potior. in pignor. habeantur, l. bonorum, ff. rem ratam hab. cap. suggestum de jurepatronatus*. Sanch. *respons. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 77. *n.* 55. Rocc. *de jurepatronatus verbo ipse, vel is n.* 35. *q.* 14. Lambert. *eod. tract. part.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *n.* 19. Rota coram Duran. *d. dec.* 463. *n.* 8. & cor. Peutinger. *dec.* 466. *n.* 5. Tantoque certius, quia Vincentia judicialiter prævenit petitionem Michaelis Angeli donatarii, & confirmatio Ordinarii, seu illius consensus fuit conditionalis, ibi: *Sine tamen præjudicio interesse habentium,
prout de jure, & non aliter*; adeoque nil ponit in esse, sed 11
præservat jus tertio, Mart. *clausul. part.* 1. *clausula* 158. *n.* 3. *&* 2. *part.* 4. *clausula* 8. *n.* 6. Barb. *de claus.* 167. *num.* 8. Rota apud Seraph. *dec.* 144. *n.* 6. *& dec.* 810. *n.* 1. & cor. Gregor. *dec.* 352. *n.* 4. & cor. Zarat. *dec.* 26. *n.* 8.

Cardinalis Zabarella, & aliæ doctrinæ in objecto allegatæ, & quotquot allegari possent, admittentes retrotractionem ad sustinendam donationem jurispatronatus, etiam in præjudicium tertii, quia loquuntur, & procedunt, vel in terminis legatarii jurispatronatus ob specialem favorem ultimæ voluntatis, vel in terminis hæredum donantis, qui tenetur servare factum defuncti, vel in terminis, in quibus donatarius statim institerit coram Ordinario pro confirmatione, qui cum non possit illam recusare, alias daretur recursus ad superiorem, in his casibus admittitur retrotractio, ut optime in puncto explicant distinguendo, Card. de Luca *de jurepatronatus d. dec.* 56. *num.* 12. Adden. *ad d. dec.* 46.
num. 71. *cum seq. p.* 9. *rec.* & Rota coram Duran. *d. dec.* 463. 12
n. 11. & coram Zarat. *d. dec.* 26. *n.* 10. ideoque non applicantur casui nostro.

Minusque ad offuscandam translationem jurispatronatus respectu vocis Jacobi in Vincentiam adjudicatariam subsistunt fundamenta decisionum editarum coram Cardinali Matthæjo. quæ revidentur, desumpta sum ex nullitate adjudicationis, uti factæ, non servatis iis, quæ illam præcedere debuissent; tum etiam ex non comprehensione dicti jurispatronatus in dicta adjudicatione facta de singulis corporibus, non autem de universa hæreditate; etenim ex animadversis in hodierno facto paruit, quod in judicio servata fuerunt omnia, & singula, quæ servari debebant, attentis circumstantiis in dictis decisionibus non ponderatis; quodque adjudicatio non fuerit de singulis corporibus, sed de universa hæreditate, suadent verba illa; ibi: *Omnia, & singula, ac universa bona d. quondam Jacobi di Nasis in quavis mundi parte sita, & posita, &c. jura, & actiones, & prætensiones ad eundem quondam Jacobum ejusque hæreditatem quomodocunque, & qualitercumque spectantia &c.* Ex

qui-

quibus patet, quod nec juspatronatus in specie, nec certa, & determinata corpora bonorum, ut supponunt dictæ contrariæ decisiones, sed universa hæreditas, & bona hæreditaria in genere fuerunt dictæ Vincentiæ adjudicata; & proinde nequit in dubium revocari, quin cum universitate dictorum bonorum transiverit in dictam Vincentiam juspatro-
13 natus, ex doctrinis supra allegatis, quibus addi potest Palma *consule.* 1. a. 2°. Rota cor. Dunozett. jun. *dec.* 300. *n.* 4. *& dec.* 324. *n.* 3. & in puncto Rota *d. dec.* 407. *n.* 12. *&* 13. *p.* 6. *rec.* Et quatenus etiam in dicta adjudicatione legeretur aliqua enunciatio specierum, censetur stare potius de-
14 monstrative, non autem taxative ad coarctandum genus omnium bonorum adjudicatorum, ut in puncto ponderavit Rota *d. dec.* 181. *n.* 7. *part.* 19. *rec.*

Quod vero attinet ad Isidorum Azaupardum tertium collitigantium, quidquid sit, an tempore habili ipse obtinuerit præsentationem ab aliis prætensis compatronis post sententiam, & institutionem factam favore dicti Josephi Caxar, & an Ordinarius in edictis affixis abbreviare potuerit tempus datum a jure ad præsentandum in præjudicium aliorum compatronorum absentium a loco, in quo vacarunt controversa beneficia, ad convincendum malum jus dicti Azzupardi hoc unum sufficere domini arbitrati sunt, quod ipse non justificavit literas Apostolicas, quibus innitebatur; nam ultra alias exceptiones, quibus convincebantur defectuosæ, & obreptitiæ dictæ literæ Apostolicæ, clarior visa est illa, quod non verificatur fuisse dictum Azzupardum præsentatum a majori, seu saltem medietate patronorum existentium, prout requiritur, in quasi
15 possessione præsentandi, Lambertin. *de jurepatron. art.* 1. *q.* 3. *part.* 1. *lib.* 2. Rot. cor. Arguell. *dec.* 58. *num.* 29. coram Celso *dec.* 296. *num.* 4.

Siquidem, sive attendatur divisio in quatuor voces facta in dictis binis decisionibus editis coram Cardinali Matthæjo, ipse solum habet unicam vocem pertinentem descendentibus a Catharina de Nasis; sive inspiciatur divisio in quinque voces, prout in arbore data a scribentibus pro dicto Azzupardo in hodierna causæ propositione, compertum pariter est, quod ex dictis quinque vocibus dictus Azzupardus haberet tantum duas, quatenus computari deberet vox Entionæ, cujus qualitas hæreditaria impugnabatur ab informantibus pro Caxare: itaque in utroque casu narrativa Pontifici exposita, quod fuerit præsentatus a majori, vel saltem a medietate patronorum, detegitur falsa, & erronea, adeoque hujusmodi gratia pro præsentato, tanquam obreptitia, remanet nulla, nec potest illi suffragari in præ-
16 judicium instituti ab Ordinario, Rota cor. Gregor. *dec.* 452. *n.* 3. & cor. Celso *dec.* 296. *n.* 1. & cor. Arguell. *dec.* 58. *n.* 30. præsertim quia, cum in eisdem literis legatur clausula præservativa, *dummodo de tempore da-*
17 *tu, &c.* censetur præservatum jus dicti Josephi Caxar, ut supra ab Ordinario instituti, ex pluribus cumulatis in puncto prosequitur Rota cor. Arguell. *d. dec.* 58. *n.* 38.

Constito itaque ex prædictis de non jure, tam Constantii Scarpelli præsentati a Michaele Angelo fratre nullam habente vocem, quam Isidori Azzupardi collitigantium, frustra visum fuit impugnari, quod favore dicti Josephi Caxar ab Ordinario instituti, & gratificati non esset connumeranda vox Petronillæ de Nasis, sub prætextu, quod donatio ab eadem facta favore Vincentiæ Auctricis illorum de Caxar non fuerit confirmata ab Episcopo, sed ab ejus Vicario nullam super hoc habente facultatem; nam pro remotione objecti, domini animadverterunt, quod supplex libellus pro confirmatione fuit porrectus ipsimet Episcopo, ibi: *Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignore*, & substantia rescripti confirmationis similiter legitur facta ab eodem Episcopo, ibi, *Episcopus Melevitanus &c. donationem jurispatronatus, &c. confirmamus, &c. summario Caxari, n.* 29.

Et quamvis actus dictæ confirmationis non sit subscriptus ab eodem Episcopo, sed ab ejus Vicario, ponderatum fuit hoc non derogare validitati dictæ confirmationis: quia dictus Episcopus Melevitanus tunc temporis adeo oppressus morbo chiragræ reperiebatur, ut prorsus esset impotens, & inhabilis ad subscribendum, & ob tale impedimentum subscribere, & auctorizare faciebat ab ejus Vicario omnia, & quæcunque decreta, etiam speciale mandatum requirentia, ut deponunt plures testes dati *summario Caxari*, die 30. Aprilis 1694. *n.* 30.

Quinimo stantibus dicto impedimento in Episcopo, & consuetudine in Vicario se subscribendi decretis, & actibus etiam speciale mandatum requirentibus, præsumenda ac supponenda est in dicto Vicario facultas necessaria, ne scilicet tot actus ab ipso gesti pereant, ut in puncto dixit Rota in *dec.* 298. *n.* 4. *&* 5. *p.* 11. *rec.* Potissimum quia concurrit observantia resultans ex successivis in- 18
stitutionibus concessis ad præsentationem donatariorum dictæ Petronillæ, ex qua observantia elicitur etiam tacitus consensus ejusdem Episcopi, sufficiens pro arguenda validitate, & legitima approbatione dictæ confirma- 19
tionis, ut prosequitur Rota in *d. dec.* 298. *n.* 9. *p.* 11. *rec.* & cor. Peuting. *dec.* 177. *n.* 6.

Et ita auditis dictis tribus collitigantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. MOLINES.

Melevitana jurispatronatus.

Merc. 5. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Est decisio alterius præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Habens præsentationem factam a majori parte patronorum est instituendus.*
2 *Reo sufficit vincere per non jus actoris.*
3 *Ab Ordinario gratificatus est præferendus.*
4 *Nullum jus ex donatione in jurepatronatus a donante abdicatur, si non intervenerit consensus Ordinarii.*
5 *Donans si repudiaverit hæreditatem, resolvitur jus donatarii pro præsentatione ad juspatronatus hæreditarium.*
6 *In quibus casibus consensus Ordinarii pro confirmatione donationis ex intervallo præstitus retrotrahatur.*
7 *Cum universitate bonorum transit juspatronatus.*
8 *Vicarius non habet facultatem auctorizandi donationem jurispatronatus, nisi eidem fuerit delegata facultas per speciale mandatum ipsius Episcopi.*
9 *Nemo potest opponere illum defectum, quo ipse laborat.*
10 *Facultas data Vicario auctorizandi donationem jurispatronatus ex quibus arguatur.*
11 *Ordinarius qui admisit præsentationes, censetur ratificasse actum gestum a Vicario pro acquisitione jurispatronatus.*
12 *Tacitus consensus Ordinarii sufficit pro confirmatione donationis jurispatronatus.*
13 *Actus præsentationis in patronatu hæreditario fieri nequit citra jus, & nomen hæredis.*
14 *Gratia obreptitia exoriens exequi non debet.*
15 *Ex gratia in qua apposita fuit clausula, dummodo, non aufertur jus a tertio.*
16 *Præsentationes, quæ factæ non fuerunt intra quadrimestre, nullum jus tribuunt.*
17 *Pauperior semper est præferendus in beneficiis in concursu aliorum minus pauperum.*
18 *Compatronus in concursu aliorum est gratificandus.*

DECISIO XXVII.

Ex tribus collitigantibus; nempe Josepho Caxar, Constantino Scarpello, & Isidoro Azaupardo, qui comparuerunt in disputatione habita die 4. Julii anni præteriti super controversis beneficiis SS. Barbaræ, & Catharinæ de jurepatronatus laicorum, victoriam assecutus fuit Joseph Caxar, mediante adjudicatione eidem a Sac. Rota decreta, prout in decisione a me desuper extensa: Cujus fundamenta cum exinde per duas vices fuerint revocata ad novum examen, audito etiam ultra antiquos Abbate Petro Constantio moderno contradictore, & satagente propria jura expetiri vigore suæ præsentationis obtentæ a Vincentio Mensullo donatario Vincentii Peralta; dominis adhuc placuit etiam in hodierna quadrangulari collnctatione persistere in decisis.

Cum enim totum causæ momentum restringeretur ad pertinentiam vocum patronorum, licet omnes defensores diversa scribendi methodo vicissim inter se contenderent

Digitized by Google

derent excludere illas voces, quas unusquisque ex præ-
sentatis in sui favorem deducebant; nihilominus domi-
ni, expensis juribus in universum adductis, iterum con-
venerunt in sensu, quod dictus Joseph Caxat, tanquam
habens comparative ad alios præsentatos pluralitatem vo-
cum, vel esset instituendus, per text. *in Clem. plures de*
2 *jurepatr. cap. Quoniam, ibique glos. verb. majoribus eod. tit.*
Lambert. *eodem tract. lib. 2. part. 3. quæst. 4. art. 1. num. 1.*
Vivian. *eodem tract. lib. 12. cap. 8. num. 1.* Rot. cor. Manric.
dec. 86. num. 4. cor. Celso *dec. 85. num. 1. & dec. 202. num. 1.*
part. 2. & dec. 280. num. 1. par. 7. rec. & in Abellina jurispa-
tronatus 18. Junii 1696. §. *Si quidem*, coram me; vel ei-
dem sufficiat vincere per non jus aliorum colligitan-
3 tium, vel saltem quod attenta institutione, & gratifica-
tione reportata ab Ordinario, sit præferendus.

Pluralitas vocum favore Josephi Caxat desumebatur ex
eo, quod cum alias Sac. Rota coram Cardinali Mat-
thæjo censuit controversum juspatronatus dividi in qua-
tuor voces, harum duæ visæ sunt assistere dicto Josepho
Caxat, nempe illa Jacobi, & illa Petronillæ de Nasis,
obventæ per adjudicationem, & respective donationem,
primo in Vincentiam, & Josephum Caxat seniorem, &
deinde in Mariannam, & Teresiam filias, & hæredes di-
cti Josephi, atque in ipsum Josephum juniorem nepo-
tem, qui præsentatus fuit a dictis Marianna, & Teresia
compatronis.

Nec obstat, quod vox Jacobi non sit connumeranda
favore d. Josephi Caxat, sed potius favore Constantii
Scarpelli præsentati a Michaele Angelo fratre, cui Pe-
trus Antonius filius d. Jacobi de Nasis illam donaverat:
Quoniam cum in donatione usque ab initio non inter-
venerit Ordinarii consensus, est certum, quod nullum
jus fuit a Petro Antonio donante abdicatum, & per con-
sequens neque translatum in Michaelem Angelum dona-
tarium, per text. *in cap. illud 8. jurepatr.* cum aliis cumu-
4 latis in decisione, quæ revidetur, §. *Quod autem*.

Cumque adhuc re integra, & antequam peteretur
confirmatio a d. Ordinario, idem donans prævia revo-
catione d. donationis, obtinuerit judicialiter admitti ad
beneficium abstentionis; seu repudiationis hæreditatis pa-
ternæ, itaut cessaverit in d. Petro Antonio donante qua-
litas hæreditaria; sicuti eidem non poterat amplius com-
petere vox in hoc jurepatronatus hæreditario, ad tradi-
5 ta per Innoc. *in rubr. de jurepatronatus num. 4.* Card. *in*
Clement. 2. q. 7. eod. tit. Dec. *cons. 149. n. 1.* Covarr. *variar.*
resol. lib. 2. cap. 18. n. 7. in puncto Rota *dec. 96. n. 1. par. 6.*
rec. ita multo minus d. vox translata censeri debet in
Michaelem Angellum Scarpellum donatarium, ex regu-
la, quod resoluto jure dantis resolvitur quoque jus re-
cipientis, ex notissimis juribus.

Absque eo, quod possint obstare ea, quæ dicebantur
per scribentes pro Constantio Scarpello contra d. absten-
sionem, seu repudiationem factam a Petro Antonio do-
nante, tam ex regula, quod hæreditas semel adita, am-
plius repudiari non potest, quam ex defectu specialis
mandati procuræ ejus, qui illam fecit, & demum ex
eo, quod donatio jurispatronatus, quando est juramen-
to munita, revocari nequit. Quoniam, præter quod his
omnibus valide occurrebatur pro defensore d. Josephi Ca-
xat, attamen dominis in præsenti judicio videbatur ex-
tranea formalis inspectio circa validitatem, vel nullita-
tem dictæ abstensionis; dum non solum fuerat admissa
per judicem, sed etiam in illius sequelam Vincentia Ca-
xat Mater dicti Petri Antonii, & respective vidua relicta
quondam Jacobi viri insteterit in Curia Episcopali pro de-
putatione curatoris hæreditati jacenti, quam postea inte-
gre, & universaliter sibi adjudicari obtinuit pro suis ju-
ribus dotalibus, servatis omnibus de jure, & stylo ser-
vandis, ut animadversum fuit in decisione, quæ revide-
tur, §. *Minusque ad offuscandum*.

Qua adjudicatione stante, non adversatur decisio in
Compostellana Parochialis 25. Junii 1696. coram R. P. D.
meo Priolo in contrarium pro punctuali allegata, ubi
firmatur donationem jurispatronatus juramento munitam
non posse revocari, itaut superveniens confirmatio Or-
dinarii retrotrahatur ad diem stipulatæ donationis: Quo-
niam d. decisio loquitur tantum in præjudicium ipsius
donantis, seu habentis ab eo causam, & proinde illius
auctoritas non applicatur casui nostro longe diverso, tum
quia per intermedium actum d. abstensionis, seu repu-
diationis hæreditatis Jacobi, res redacta fuit ad eum sta-
tum, a quo amplius incipere non poterat; tum quia hic
non agitur de sustinenda donatione contra donantem,
seu habentes ab eo causam per successivam confirmatio-
nem Ordinarii; quinimo cum ista emanaverit cum clau-
sula præservativa, ibi: *Sine tamen præjudicio interesse* 6
prætendentium, prout de jure &c. quæ nihil ponit in es-
se, sed præservat jus tertio, Mart. *de clauf. part. 1. clau-*
sula 258. num. 1. Barbos. *tract. var. clausula 167. numer. 8.*
Rota coram Cerr. *dec. 566. num. 24. & dec. 171. nu. 9. part.*
19. recent. sequitur, quod dicta confirmatio non potue-
rit retrotrahi in præjudicium Vincentiæ Caxat, cui me-
dio tempore fuerat jus quæsitum independenter a donan-
te ob judicialem adjudicationem universæ hæreditatis Ja-
cobi viri, juxta doctrinas relatas in decisione, quæ re-
videtur, §. *Quoniam*, ubi optima affertur ratio, quod
consensus Ordinarii ex intervallo præstitus confirmat do-
nationem, non ex tunc, sed ex nunc juxta veriorem
sententiam, quam tenuit Abb. *in cap. cura, & in quæst.*
Angerio de jurepatron. Lambert. *eodem tract. part. 2. lib.*
2. quæst. 1. art. 17. nu. 16. & in puncto Rot. coram Duran.
dec. 463. n. 9. & 10.

Prout etiam frustra iterum insistebatur supra nullitate
ejusdem adjudicationis; quia ultra præsumptionem, quæ
militat pro validitate actus judicaliter gesti, diuque ob-
servati, recurrit eadem responsio supra data, quod hu-
jusmodi inspectio super nullitate, seu validitate d. adju-
dicationis videtur extranea a præsenti controversia, sic-
uti de facto agnoscebant defensores Abbatis Petri Con-
stantii unius ex dd. quatuor collitigantibus, qui fortasse
bene conscii de validitate actus, tam circa admissionem
Petri Antonii donantis ad beneficium d. abstentionis,
seu repudiationis hæreditatis paternæ, quam circa vali-
ditatem d. adjudicationis factæ favore d. Vincentiæ ma-
tris, super hoc nihil dicebant, solumque fundabant in-
tentionem pro excludenda voce dicti Jacobi in eo, quod
non fuerit adjudicata dictæ Vincentiæ hæreditas viri uti
quid universum reale, sed uti quid verbale resolubile in
singularitates bonorum, & non comprehendens dictum
juspatronatus.

Sed hoc objectum facili negotio visum est quoque tol-
li ex lecture ipsius adjudicationis per hæc verba conce-
ptæ, ibi: *Omnia, & singula, ac universa bona dicti*
quondam Jacobi de Nasis in quavis mundi parte sita, &
posita &c. jura, & actiones, & prætensiones ad eundem
Jacobum, ejusque hæreditatem quomodocunque, & quali-
tercunque spectantia &c. ex quibus patet, quod hæredi-
tas dicti Jacobi favore Vincentiæ uxoris adjudicata fuit
tanquam quid universale a parte rei comprehendens ju-
ra corporalia, & incorporalia; unde nequit dubitari,
quin in eandem Vincentiam transiverit quoque juspatro-
natus cum dicta reali universitate bonorum, ut ultra
doctrinas pleno calamo relatas in decisione, quæ revi-
detur, §. *Adeoque*, & §. *Minusque*, formiter examinato
articulo, & rejectis contrarium sentientibus, explicat
Salgad. *in labyrinth. credit. part. 3. 4. ex num. 11. ad 35.* 7
Rota coram Cavaler. *decis. 97. sub num. 4. & decis. 207. n.*
4. 12. & 13. part. 6. rec.

Quatenus attinet ad aliam vocem Petronillæ similiter
militantem pro dicto Josepho Caxat, ista minime visa
est offuscari ex communibus oppositionibus, in quibus
concordantes erant tam scribentes pro dicto Scarpello,
quam defensores dicti Petri Constantii, scilicet, quod
quamvis dicta Petronilla donaverit suam vocem tam con-
junctim, quam divisim Josepho seniori Caxat, & Vin-
centiæ filiæ condonatarii, tamen dicta donatio non ve-
niat attendenda, uti non confirmata ab Episcopo, sed
solum ab ejus Vicario, qui non habet facultatem aucto-
rizandi donationes jurispatronatus, nisi eidem fuerit de- 8
legata facultas per speciale mandatum ipsius Episcopi,
ad tradita per Calderin. *cons. 1. de offic. Vicar.* Garz. *de be-*
nefic. part. 5. cap. 9. num. 76. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de*
form. Vicar. n. 184. Peregr. *in prax. Vicar. part. 1. sect. 2. n.*
20. Lother. *de re benef. lib. 2. qu. 7. n. 2. & 5.* Rota cor. Du-
ran. *dec. 407. n. 7.* & cor. Royas *dec. 99. num. 10.* & coram
Bich. *dec. 277. n. 3. & dec. 576. num. 1. p. 1. & dec. 238. num.*
1. par. 10. rec.

Quoniam, præter quod hujusmodi oppositio perperam
fiebat ex parte Scarpelli, cujus auctor habet consimi-
lem donationem confirmatam a dicto Vicario Generali,
sicque intrat regula, quod nemo potest opponere illum
defectum, quo ipse laborat, ut advertit Cardin. de Lu-
ca *de pension. disc. 38. sub numer. 4.* Rota coram Ninot.
disc. 22. in fine, & in Cracovien. Archidiaconatus 19.

Aprilis currentis anni, §. *Quo stante*, coram me; ulterius pro omnimoda remotione objecti ponderabant domini, quod licet dicta conclusio in contrarium nos adducta sit cæteroquin vera, & recipienda in suis propriis terminis, in quibus loquuntur doctores illam firmantes, non potest tamen applicari casui nostro particularibus nostris circumstantiis, nempe quod supplex libellus pro dicta confirmatione donationibus fuerat directus ipsimet Episcopo, ut patet ex totitulatione, *Illustrissimo, e Reverendissimo Signore*, qui cum tunc temporis reperiretur adeo oppressus morbo chiragræ, ut prorsus esset impotens ad subscribendum, taliter quod omnes actus auctorizare faciebat ab ejus Vicario Generali, & patuit ex depositione testium data in summ. Caxari die 20. Aprilis 1694. *num.* 30. & ex alia fide plurium sacerdotum exhibita *in hodierno summario additionali responsionis n.* 1. hinc præsumendum est subscriptionem, seu auctorizationem nomine Episcopi per hæc verba conceptam, ibi, *Episcopus Melevitanus &c. donationem jurispatronatus confirmamus &c.* fuisse factam a Vicario de con-
10 sensu, & mandato ipsius Episcopi, prævia facultate necessaria, ne tot actus ab ipso Vicario subscripti pereant, ut in puncto dixit Rota *decis.* 298. *num.* 4 *&* 5. *p.* 11. *rec.* & firmatum fuit in Compostellana Parochialis 25. Junii 1696. §. *Frustra allegatur*, coram R. P. D. meo Priolo.

Potissimum quia concurrit non solum lapsus temporis, sed etiam observantia elicita ex successivis præsentationibus factis a donatariis dictæ Petronillæ, *d. summ.* responsionis Caxari *n.* 2. necnon visitationes Episcoporum fieri solitæ juxta præscriptum Sac. Conc. Trid. ex quibus omnibus resultat vel ratificatio Episcopi, vel ipsius tacitus consensus, ad tradita per Coccin. *in suis adnotationibus decisivis adnot.* 247. *a n.* 27. *usque ad* 31. Rota *dec.* 598. *num.* 1. *p.* 1. *divers.* & prosequitur d. Compostellana Parochialis 25. Junii 1696. *eod.* §. *Frustra*, cor. R. P. D. meo Priolo; qui sane
11 consensus tacitus Episcopi sufficit in hac materia, cum non adsit causa contradicendi, Coccin. *in d. adnot.* 247. *n.* 23. in puncto Rota *decis.* 70. *n.* 4. post Vivian. *de jurepatr.* & in d. Compostellana Parochialis 23. Junii 1696. *d.* §. *Frustra in fin.*

12 Nec obstat, quod non fuerit probatum dd. Mariannam, & Teresiam Caxari fuisse hæredes dicti Josephi senioris, ac Vincentiæ condonatariæ, itidemque adjudicatariæ hæreditatis Jacobi viri; quia cum non controverteretur earundem descendentia, & respective gradus successibilis, eo ipso, quod ambæ præsentarunt d. Josephum juniorem compatronum, dicuntur hæreditatem suorum auctorum adivisse, & in necessariam consequentiam videtur probata qualitas hæreditaria, cum actus præsentationis in patronatu hæreditario nequeat fieri citra jus, & nomen hæredis, ut pun-
13 ctualiter tradunt Cardin. de Luca *de jurepatr. disc.* 66. *num.* 6. Rota cor. Cavaler. *dec.* 395. *num.* 1. cor. Priolo *dec.* 281. *num.* 26. cor. Celso *dec.* 85. *num.* 6. cor. Bich. *dec.* 88. *num.* 20. *& dec.* 255. *num.* 19. *p.* 10. *& dec.* 29. *num.* 7. *part.* 12. *& dec.* 63. *num.* 4. *p.* 13. *rec.*

Stabilitis itaque ex hucusque firmatis duabus vocibus favore dicti Josephi Caxar, in consequentiam venit malum jus aliorum trium collitigantium; nam Constantius Scarpellus, qui primus fuit in contentione, remanet prorsus destitutus suffragio vocis dicti Jacobi de Nasis, quæ competit, ut supra dictum est, Vincentiæ Caxar tanquam adjudicatariæ universalis hæreditatis Jacobi viri; Isidorus Azzupardus, qui secundus stetit contradictor pro executione literarum Apostolicarum pariter exclusus remanet ex illius nullo jure, tum quia quatenus etiam esset attendenda divisio in quinque voces juxta illius prætensionem regulatam, *ab arbore data*, nunquam justificavit suam narrativam, quod nempe fuerit præsentatus a majori parte, seu medietate patronorum, ex quo capite literæ Apostolicæ ab ipso impetratæ convincebantur subreptionis, & obreptionis vitio laborare, ut luculenter explicatum fuit in decisione, quæ revidetur § *Quo vero*, & proinde nullam merebantur executionem, ex vulgatis.
14 Quinimo cum illas obtinuerit post institutionem, seu gratificationem ab Ordinario impartitam dicto Josepho Caxar, nequeunt præjudicare pleno juri eidem antecedenter
15 quæsito per dictam gratificationem, attenta præsertim clausula, *dummodo &c.* in eisdem literis apposita, ut in puncto discusso articulo firmavit Rot. *dec.* 240. *per tot. part.* 16. *rec.*

Tum quia omissis aliis responsionibus, non exhibuit coram Episcopo, seu Vicario habentibus facultatem instituendi suas præsentationes, seu nominationes, prout requiritur, intra terminum legalem, nempe quadrimestre stabilitum a jure patronis laicis, & sic nullum jus eidem potenter quæsiti, Lap. *alleg.* 71. *n.* 2. *& seq.* Lambertin. *de jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 1. *art.* 22. *n.* 1. Vivian. *eod. tract. lib.* 8. *c.* 7. *num.* 3. *& seqq.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 6. *num.* 38. Rot. 16
cor. Pen. *decis.* 4. *num.* 5. & *seq.* & cor. Priol. *dec.* 2. *n.* 9. cor. Buratt. *dec.* 481. *n.* 2.

Denique Abbas Petrus Constantius postremus collitigans frustra comparuit pro assequendis dd. beneficiis, quia, ultra quod scribentes pro dicto Josepho Caxar dicebant in præterita causæ propositione, donationem factam a Vincentio Peralta favore Vincentiæ Mensullæ pluribus scatere nullitatibus; adhuc tamen, quatenus per hypothesim sustineretur vigore dictæ donationis vox d. Vincentiæ Mensullæ, quæ illum præsentavit, & quatenus etiam (citra veri præjudicium) Josepho Caxar deficeret una ex dd. duabus vocibus supra firmatis, domini arbitrati sunt, data paritate vocum in ambobus, esse semper præferendum d. Josephum Caxar, nedum quia caret fortunæ bonis, & sic intrat regula æquitativa, quod pauperior semper præferendus venit in beneficiis in concursu aliorum minus pauperum, per text. *in l.*
Si quis ad declinandam, §. *Ubi autem*, C. *de Episc. & Cle-* 17
ric. & in §. *Si quis in nomine*, *Auth. de Eccles. tit.* Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.* 5. *n.* 4. Rota *dec.* 296. *n.* 6. *p.* 11. *& decis.* 659. *n.* 8. *p.* 18. *& decis.* 40. *n.* 12. *p.* 19. *rec.* verum etiam quia dictus Joseph Caxar est compatronus, & proinde, posthabitis aliis præsentatis non compatronis, præferendus, & gratificandus venit, prout jure merito d. gratificationem obtinuit ab Ordinario, Card. de Luc. *de jurepatr. disc.* 29. *n.* 11.
Vivian. *d. tract. lib.* 12. *cap.* 9. *n.* 16. Rot. cor. Buratt. *decis.* 18
316. *n.* 12. *et dec.* 240. *n.* 5. *p.* 16. *rec.*

Et ita auditis omnibus quatuor præsentatis resolutum fuit &c.

R. P. D. LANCETTA.

Melevitana jurispatronatus.

Veneris 5. Julii 1697.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem materia duarum præcedentium decisionum.

SUMMARIUM.

1 *CUi pluralitas votum assistit, est beneficium de jurepatronatus adjudicandum.*

2 *Deliberatarius seu adjudicatarius hereditatis acquiris cum universitate bonorum juspatronatus, et num.* 8.

3 *Donatarius juspatronatus non acquirit, si non concurrat consensus Ordinarii.*

4 *Dictus consensus potest etiam ex post adhiberi, et suffragatur.*

5 *Nisi tamen adhibeatur post emissam revocationem donationis, que potest semper per donantem ante prolatum consensum Ordinarii revocari.*

6 *Præsertim, si consensum Ordinarius præstiterit cum clausula*, sine præjudicio interesse prætendentium.

7 *Non est citandus is qui hereditatem repudiavit, sed sufficit pro validitate actus in jus vocare curatorem deputatum hereditati jacenti.*

8 *Juspatronatus develvitur ad heredes cum titulo hereditario.*

9 *Facultas in Vicario præsumitur tributa, et valeret consensum in donatione jurispatronatus præstare, si Episcopus esset impeditus, et de facultate Vicarius in consensu mentionem fecerit.*

10 *Maxime, si accedat observantia.*

DECISIO XXVIII.

JUspatronatus beneficiorum SS. Barbaræ, & Catharinæ Insulæ Gaudisii Melevitanæ Diœcesis, quod ad familiam de Nasis pertinebat, divisum fuit in quinque voces, inter Jacobum, Petronillam, Catharinam, Entionam, & Angelam filias Antonii, ad quem illud ultimo loco pervenerat. Vox Entionæ de medio sublata fuit (vel per cessionem, vel ex alio titulo, quem ignoramus) stante anno 1672. occasione litis in præcedenti vacatione introductæ, quatuor solum voces enumeratæ fuerunt, ut videre est in decisionibus a nostro Tribunali editis coram

clar.

clar. mem. Card. Matthæjo 5. Decembris dicti anni 1672. & 5. Junii 1673. quæ licet in cæteris partibus impugnatæ, quoad hoc tamen factum in præsenti sunt extra controversiam.

Nuper autem, nempe anno 1687. secuta beneficiorum vacatione, triangularis orta fuit super illius controversia, quæ agitata primum coram Ordinario, & favore Joannis Josephi Caxar unius ex præsentatis resoluta, parem sortita fuit exitum coram R. P. D. meo Molines, cui in gradu appellationis ad hoc Sacrum Auditorium devolutæ commissa fuerat. Disputato enim dubio die 4. Julii 1696. *An & cui adjudicanda essent beneficia, vel potius exequenda forent literæ Apostolicæ*, quas Isidorus Azzupardus a Sede Apostolica impetraverat, uti præsentatus a majori parte, vel saltem medietate patronorum? prodiit resolutio pro adjudicatione favore Caxar, quæ deinde audito etiam Abbate Petro Constantino quarto collitigante die 5. Junii sequentis anni 1697. confirmationis robur assumpsit; cumque in hujusmodi resolutionum sequelam successiva sententia emanaverit, ideirco appellatione a collitigantibus interposita, mihique commissa, disceptandum hodie proposui de viribus Rotalis sententiæ, ac responsum habui pro confirmatione.

Supposita enim (ut est apud partes in confesso) existentia Jurispatronatus, & præfati Joannis Josephi Caxar idoneitate, potiora exterior visa fuerunt istius jura, tanquam præsentati a Teresia, & Marianna de Caxar ejusdem amitis geminas voces habentibus, cui præsentationi etiam ipsemet Joan. Joseph uti compatronus adhæsit; ideoque cum habito respectu ad alios præsentatos, vocum pluralitas ipsi Joanni Josepho assisteret, summo jure beneficiorum adjudicationem obtinuit, ad text. *in cap. 3. juncta gloss. verb. Qui majoribus de jurepatr.* Rot. *decis. 416. num. 9. part. 9. decis. 708. num. 15. part. 18. decis. 197. n. 5. part. 19. rec.* & late probat secunda decisio R. P. D. mei Molines, §. *Hæc enim.* 1

Ista vocum pluralitas, sive duplicitas verificata remanet ex eo, quod voces Jacobi, & Petronillæ, medietatem jurispatronatus habentium, juxta divisionem superius recensitam, delatæ fuerunt ad ipsas sorores de Caxar, tam uti hæredes mediatas Vincentiæ adjudicatariæ bonorum, & jurium præfati Jacobi, quam uti etiam hæredes Josephi una cum eadem Vincentia donatarii supradictæ Petronillæ, ut patet *ex Summ. d. Jo. Josephi n. 26.*

Frustra vero hujusmodi transitus, respectu vocis Jacobi, impugnabatur a Scarpello altero ex collitigantibus cum supposito, quod Jacobo successerit Petrus Antonius filius, qui se patris hæredem declarando, portionem jurispatronatus, ad se titulo hæreditario spectantis, Michaeli Angeli Scarpello contemporanee donavit; unde inferius, quod eadem portio nequiverit postea deferri ad Vincentiam bonorum Jacobi adjudicatariam, nec per consequens ad sorores de Caxar illius hæredes.

Licet enim verum sit, quod Petrus Antonius, uti patris hæres, juspatronatus ut supra donaverit, æque tamen in facto certum est, quod vix a die donationis elapsis decem diebus, agnito gravissimo præjudicio, quod sibi nedum per talem aditionem inconsulto, & non sine fraudis labefactam, verum etiam per gratuitam jurispatronatus donationem irrogaverat, istam expresse revocavit, asserendo se variis suasionibus, ac promissionibus fuisse ad illam inductum *d. Summ. Jo. Josephi num. 17.* & triduo post, hoc idem narrando in Curia Castellaniæ Melitensis, emissaque declaratione suæ voluntatis abstinendi a paterna hæreditate, petiis sibi opportuno juris medio provideri, prout obtinuit mediante decreto, ibi: *Prædictum comparentem ad beneficium ejusmodi abstensionis admisit, & admittit:* taleque decretum successive ipsimet Scarpello donatario per traditionem copiæ, ac quibuscunque aliis per affixionem in locis publicis Civitatis, notum fieri curavit, *d. Summ. n. 18.*

Hæc autem facti circumstantia radicitus evertit quodcunque jus revocata donatione desumptum, itaut ista seposita, nullum intercesserit obstaculum, quia Vincentia, mediante adjudicatione bonorum, ac jurium hæreditariorum Jacobi sui viri pro credito dotali reportata, potuerit etiam juspatronatus cum universitate bonorum acquirere, ut præter auctoritates cumulatas in utraque ex decisionibus editis coram R. P. D. meo Molines, prima nempe, *in §. Adeoque*, & secunda, §. *Sed hoc objectum* 2 plene tradit Barbos. *de jur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num. 227.* & dixit Rota in Urbanien. Canonicatus 27. Januarii 1696. §. *Justificatur in fin.* cor. R. P. D. meo Caprara, & 23. Januarii 1697. §. *Transeuntes, pariter in fin.* cor. R. P. D. meo Olivo.

Nec ad evitandam illius efficaciam suffragari videbatur responsio, quod donatio jam perfecta revocari non potuerit pro libito donantis, maxime stante juramento, sub quo promissa fuerat ejusdem observantia, talis enim occurrit responsio, quod cum in actu donationis Ordinarii consensus non intervenerit, nullum proinde jus potuit in donatarium transferri, nec a donante abdicari, ut late probat dicta primo decisio R. P. D. mei Molines, §. *Quod autem*, & secunda, §. *Nec obstat*, & 3 addi potest Barbos. *de jur. Eccles. d. lib. 3. capit. 12. nu. 246.* Rota *decis. 337. n. 7. p. 2. rec.* & in Lunen. Zarzanen. beneficiorum 5. Decembris 1687. §. *Hac autem in fin.* cor. Rev. P. D. meo Decano.

Quin urgeat replicatio, quod consensus Ordinarii necessarius non sit in ipso actu donationis, sed sufficiat illum esse post quandocunque intervenire, prout revera fuit successive a Scarpello impetratus, *juxta dec. ultimam nu.* 4 *4. de jurepatr. in antiquis.* Siquidem conclusio, cæteroquin vera, non procedit in hypothesi, qua consensus supervenit post jam revocatam donationem, & aditionem hæreditatis, quinimo post jam secutam bonorum, ac jurium adjudicationem favore Vincentiæ, in cujus præjudicium talis consensus retrotrahi non potuit ob medium impediens extrema ad retrotractionem necessaria conjungi, optime Rota *dec. 463. n. 7.* coram Duran. cum cæteris 5 allegatis in dicta prima decisione R. P. D. mei Molines, §. *Quoniam*, & in secunda, §. *Cumque adhuc.*

Quam veritatem agnovit ipsemet Ordinarius, qui consensum non præstitit absolute, sed cum clausula: *Sine tamen præjudicio interesse prætendentium, prout de jure:* its judicando se nolle per talem actum irrogare præjudicium juri Vincentiæ quæsito ex præcedenti adjudicatione, ut late comprobat dicta secunda decisio R. P. D. mei 6 Molines §. *Qua adjudicatione*, & præter ibi allegatos, in terminis, Rota *dec. 306. n. 8. p. 11. rec.*

Sicut autem nulla fuit donatio per Scarpellum obtenta, ita e contra omnino valida videbatur adjudicatio bonorum, & jurium ad hæreditatem Jacobi spectan. favore Vincentiæ secuta, contra quam licet opponeretur nullitas, quod in ea citatus non fuerit Petrus Antonius Jacobi filius, & hæres; adhuc tamen placuit responsio, quod cum ille per solemnem repudiationem superius comprobatam, omne jus a seipso abdicasset, ac hæres esse desivisset, nullo modo citandus erat, satisque fuit citare curatorem hæreditati jacenti deputatum, juxta præ- 7 xim relatam per Ubert. *de curat. cap. 14. num. 487. & 490.* & Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 5. n. 46.*

Minus ad elidendum robur adjudicationis attendi poterat repetita exceptio, quod illa expresse non comprehendat juspatronatus, cujus mentionem specifice requiri supponebatur ad hoc, ut transeat in eum, ad quem bona deferuntur. Quippe cum adjudicatio incepta fuerit per verba universalia: ibi: *Transtulit, & transfert ad ipsam Vincentiam omne dominium &c. bonorum &c. jurium, & actionum omnium, & universorum, ut a modo in antea, tanquam vera domina, & successitrix in universitatem dictorum bonorum, & jurium, & prætensionum, possit, & libere valeat de eis ad sua libitum voluntatis disponere, dict. summ. n. 25.* clarius esse non potest, quod jus- 8 patronatus, etiam specifice non expressum, in adjudicatione comprehendatur, *ex auctoritatibus supra relatis in §. Hac autem.*

Nullam denique meruit animadversionem altera exceptio, quod favore Vincentiæ decerni non potuerit adjudicatio bonorum hæreditariorum Jacobi pro solis unciis 400. quando prius oblata fuerant a Petro Zammit scuta mille; cum enim valor cujuslibet unciæ Melitensis correspondeat duobus scutis cum dimidio, calculanti patet, oblationem unciarum 400. exæquasse ad unguem scuta mille, pro quibus potuit mulier adjudicationem obtinere.

Stabilita ex præmissis voce Jacobi in sororibus de Caxar, domini transeuntes ad alteram Petronillæ, animadvertebant, istam anno 1664. sub reservatione consensus Reverendissimi Episcopi Melevitani, qui deinde supervenit, donasse jus, & facultatem præsentandi in controversis beneficiis *Josepho Caxar, & Vincentiæ de Nasis patri, & filiæ* (sunt verba donationis *dict. summ. n. 8.*) *tam conjunctim, quam divisim*, Cumque dictis Josepho, & Vincentiæ donatariis successerint, tanquam hæredes,

præfatæ sorores de Caaat, ut ex depositionibos testium *d. summ. num.* 26. nulla cadit difficultas, quinetiam juspatronatus ex titulo hæreditario fuerit devolutum, ut plena firmavit Rota in dicta Lunen. Zarzanen. beneficiorum 27. Januatii 1687. §. *Quia*, coram bon. mem. Benincasa, & 3. Decembris ejusdem anni, §. *Exinde igitur*, cot. Rever. D. meo Decano.

Et quamvis hujusmodi donatio de nullitate redargueretur ex eo, quod consensus præstitus non fuerit ab Episcopo, sed ab ejus Vicario, cujus facultates ad talem actum non extenduntur; nihilominus objectum ex responsionibus præcedentium decisionum plene dilutum videbatur, ponderando signanter preces ad impetrandum assensum fuisse directas Reverendissimo Episcopo, literas super illius confirmatione conceptas sub Episcopi nomine, ac datas in palatio Episcopali, adeout subsecuta Vicarii subscriptio referenda sit ad mandatum a Reverendissimo Episcopo habitum, prout iste alias ad similes actus concesserat ob morbum chiragræ, quo laborabat, & a quo impotens reddebatur ad subscribendum, ut patet ex ipsa confirmatione dotationis, quam Scarpellus obtinuerat, quæ per eadem prorsus verba concepta legitur, & a Vicario subscripta de mandato Episcopi (de quo tamen non constat (*Summario ejusdem Scarpelli num.* 10. & deponunt testes dati *in dict. Summ. Caxar. num.* 10. & 11. quam circumstantiam in specie animadvertit Rota
9 *dec.* 298. *n.* 6. *p.* 11. *rec.* ac late comprobat dicta prima decisio R. P. D. mei Molines, §. *Consistit usque ad fin. & secunda*, §. *Quoniam*.

Talisque mandati præsumptio certior fiebat ab observantia, dum anno 1670. Donatarii Petronillæ assensum præstiterunt resignationi beneficiorum, de quibus agitur *d. Summar. num.* 12. ab Ordinario admissum, ac effectum sortitum, *eodem Summ. n.* 13. Quæ observantia tacitum impor-
10 tans consensum Episcopi, satis est ad validitatem donationis, in qua expressus non requiritur, ex auctoritatibus cumulatis in dicta prima decisione R. P. D. Molines, §. *Potissimum quia*, & *in secunda*, §. *fin.*

Hæc omnia, quæ bonum jus Joannis Josephi demonstrant, patefaciunt e contra malum, quod fovet Scarpellus, qui unicus hodie comparuit, dum nititur præsentationi de se factæ a Michaele Angelo fratre, tanquam donatario vocis Jacobi, mediante persona Petri Antonii illius filii, cujus donationis nullitatem superius comprobavimus.

Cæteri collitigantes videbantur jam dare manus victas, dum Abbas Constantius alter ex eis nil prorsus ad impediendam Rotalis sententiæ confirmationem opposuit; Aazupardus vero alter collitigans, ingenue fatendo se nolle amplius Joanni Josepho præsentationem impugnare, petebat solum per memoriale sibi concedi remissoriam ad effectum probandi, eos, a quibus præsentationem reportavit, causam habere a Catharina, & Entiuna de Nasis olim compatronis, ut hac facta probatione possit, quoties nova eveniat vacatio, iterum ad beneficium aspirare; quam tamen instantiam domini sub congruo dubio, citatis compatronis, proponendam esse censuerunt, non retardata interim causæ resolutione.

Et ita collitigantibus modo, quo supra, auditis responsum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Augustana Jurispatronatus.

Ven. 20. Junii 1685.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus an ex fundatione, aut ædificatione acquiratur, quoties fiat expressio; quod opus peragitur ex causa mere spirituali; & an declaratio animi recipiendi ex dicto opere compensationem diversam a patronatu, probet animum cum non acquirendi, ad declarationem *discurs.* 54. *de jurepatronat.* Cardin. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus ex fundatione, ædificatione, & dotatione quaritur, licet reservatum non fuerit.*

2 *Nisi tamen contraria resistat voluntas, qua ex conjecturis potest probari.*

3 *Expressio quod fundatur, vel ædificatur, aut dotatur Ecclesia ad majorem bonum, & ex causa mere spirituali, quando exclusiva dicatur acquisitionis jurispatronatus, & n. 4. & 5.*

6 *Declaratio animi recipiendi compensationem diversam a patronatu, an probet animum illud non acquirendi, & n. 7. & 8.*

9 *Observantia minime derogat patronatui jam acquisito.*

10 *Construens Capellam cum obligatione dotandi, si dotatio non sequatur, nequaquam acquirit juspatronatus.*

11 *Hujusmodi tamen defectus proponi non valeret post longum tempus.*

DECISIO. XXIX.

Ex eodem innegabili juris principio, cum quo Rota die 31. Januarii præteriti constare firmavit de jurepatronatus ad commodum Reginæ de Imhoff, & illius hæredum, hodie revocata ad examen præfata resolutione, persistere decrevit in decisis: Nam supposita indubitabili Capellæ, de qua agitur, fundatione expleta propriis Reginæ sumptibus, in necessarium consequens sequitur jurispatronatus reservatio, quam lex inducit absque ullo hominis facto, quo etiam præciso, ex fundatione, ædificatione, & dotatione quæritur, etsi reservatus non fuerit, ad literalem text. *in cap. Nobis, de jurepatron. cum concord. recensitum in 1. dec. in print.*

Hac præmissa Thesi, contentio hodie excitata reducebatur ad quæstionem voluntatis, cum ad vindicandam Capellæ libertatem scribentes pro Ordinario Augustano toti essent in demonstrando Reginam minime voluisse patronatum quærere, imo contrario facto aliam pro Capellæ ædificatione optasse retributionem, sicque qualitatem patronalem remisisse, prout ex conjecturis, & illationibus argui posse contendebant ex text. *in cap. Significavit. de testib.* Rocc. de Curt. *de jurepatr. verb. Et dotavit n.* 11. *post med. vers. Et ad conjecturas*, Card. de Luc. *de jurepatr. disc.* 55. *num.* 20. Corrad. *in prax. benef. libr.* 4. *cap.* 7. *num.* 25. Unde totum causæ momentum sistebat in applicatione conjecturarum, quas cum DD. serio libraverint, & talis efficaciæ non adinvenerint ad limitandam legalem regulam fundatori assistentem, juxta sensum prioris decisionis, §. *Verum cum conjecturas &c.* imo illas funditus eliminatas legerint in nuper laudata causæ decisione; ideo sensum denuo firmarunt pro existentia patronatus ad commodum fundatricis, illiusque hæredum. 7 8

Primæ siquidem repertæ circumstantiæ ex ratione majoris boni, quod adoptasse videbatur Regina præcisive ad temporalem præeminentiam, ex quo in supplicatione Episcopo porrecta, tanquam finalem causam expresserit augmentum perennis cultus Divini Numinis, abunde responsum fuit in præcedenti decisione, §. *Prima namque &c.* eo retento themate, quod vel causa spiritualis stat adversative ad patronatus reservationem, & tunc cum præponderet expressum tacito a jure reservato censetur ob exoptatum perpetuum bonum remissum temporale, & sub hac censura cadunt fundationes factæ pro eleemosyna, peccatorum remissione, & consimilibus causis specialem continentibus expressionem incompatibilem cum jure honorifico; secus vero est, quoties solo generali divinæ charitatis affectu quis fundare decrevit Capellam; nam cum tunc spes indeterminatæ exptessa extraneæ retributionis stet compatibiliter cum patronatus acquisitione, illa non censetur remissa, cum sic argumentum convincens contrariæ voluntatis, quale requiritur ad derogandum præeminentiæ, quam juris ministerio fundans, dotans vel ædificans sortitur, ad sensum Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 4. *sub nu.* 9. & 11. *resol. in prax. Episcop. verb. patronatus num.* 2. & Frans. *de patron. Reg. p.* 1. *cap.* 31. §. 2. *n.* 46. 9

Et optima intercedit disparitatis ratio inter opera pia, specialem causam efficientem habentia, ab illis, quæ solo generali devotionis affectum moventur, quod prima non red-

9

te illum operantem in statu perfectæ libertatis, sed illum quasi necessario constituunt in obligatione conficiendi opus
4 pium determinatum; quod secus est in secundis, in quibus nulla necessaria causa consideratur, sed ipsemet affectus devotus, qui impellit, est affectus voluntariæ electionis, a nulla specifica causa productus; ideoque compati valet cum patronatus acquisitione, imo illam necessario secum fert, cum sit merces illa, quam Sacri Canones statuerunt ad alliciendos mortales oblationibus, & holocaustis, ut magistraliter exornata materia firmat Rot. cor. Greg. *dec.* 370. n. 5. & penes Buratt. *dec.* 21. n. 26. ubi innumeri concordan.

5 Neque contradicunt DD. qui pro contraria sententia allegabantur; nam prætermisso Corrad. *in prax. benef.* & Rot. *dec.* 564. *part.* 4. *divers.* explicatis in prima dec. Lother. *de re benef. lib* 2. q. 7. *num.* 12. loquitur in terminis ædificantis intuitu eleemosynæ, quæ cadit sub causis de diametro contrariis jurispatronatus, & Rot. cor. Cerr. *dec.* 499. *n.* 9. firmat assumptum in eo, qui ex jussu fratris tenebatur erigere, ultra alias urgentissimas conjecturas, quæ concurrebant; ideoque cessante libertate actionis nil infert, valet ad nostram hypothesim, in qua Regina voluntarie decrevit Capellam fundare ad superius prænominata.

6 Neque plus urget secunda conjectura desumpta ex licentia per Reginam petita ædificandi Capellam, in qua retributionem, quam exoptabat, expressit in assecutione jurisdictionis bassæ quoad habitatores hospitia, quæ circa Capellæ ambitum edificari futuris temporibus successisset, quasi quod dum declaravit animum recipiendi compensationem diversam a patronatu, non censeatur ille acquisitus ex actu fundationis, vel constructionis, quia in his terminis non dicitur liberalis, ad text. in c. *Constitutus* 6. §. *Ceterum*, & *seqq. de relig. dom.* Nam præhabito, in actu ædificandi Capellam, jurisdictionem fuisse quidem petitam, sed non obtentam; ideoque cessare argumentum, ex facto, adhuc si fuisset obtenta, nil relevaret; quia illa minime est incompatibilis cum patronatus reservatione, imo ratione subjecti ab illo diversificat, cum patronatus in Capella sit exercendus, jurisdictio vero in hospitiis ædificandis sumptibus ipsiusmet Reginæ. Unde optime simul stat qualitas patronalis, & baronalis, altera Ecclesiæ, alia hospitiorum, unde ab illius petitione non censetur petita compensatio destructiva tituli patronalis, qualis requiritur, quia non omne dominium reservatum in fundatione Capellæ tollit acquisitionem juris honorifici, sed illud solum, quod importat reservationem dominii contrarii, vel tituli lucrativi, qui liberalitatem exoptatam penitus excluderet, & exemplificant DD. in eo,
7 qui protestaretur recuperare expensas factas pro constructione ab ipsa Ecclesia, ut apud Vivian. *de jurepatron. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. vel in fundante, qui sibi reservaret censum super eademmet Ecclesia in limine fundationis, vel fundum traderet in emphyteusim, stabilito certo Canone, ut casum istum complicative distinguit Panimol. *dec. civil. & crimin. lib.* 1. *dec.* 10. *annotat.* 4. *num.* 36. Quapropter sub
8 dictorum jurium limitatione non cadit petitio Reginæ, quæ in Ecclesia nullum sibi reservavit dominium patronatui contrarium; sed Capellam libera donatione a fundamentis extruxit, solumque quæsivit in hospitiis ædificandis bassam jurisdictionem, quæ utpote a Capella separata nullam fert implicantiam cum patronatu a lege reservato, ut distinguendo concludunt DD. mox allegati.

Eademque responsione diluitur tertia conjectura deprompta a concessione darii vinatis facta ab Episcopo ad commodum illorum de Imhoff. cum expressione ibi: *Ut tamen præfati DD. de Imhoff. ratione impensarum ad hanc Capellam ab illis factarum aliqualem compensationem percipiant*; nam concessio ista non fuit facta in limine fundationis, sed longe post, sicque jam acquisito patronatu ab actu illum necessario præseferente, nec cum illo ullam habet implicantiam: quia non correspective ad Capellam, sed ad expensas exterius factas prope Capellam concessio facta legitur; ideoque non fert actum dominii patronatus destructivum, prout de jure requiritur ad intentum.

Majoris inefficaciæ est quarta elicita a deficientia præsentationum; nam cum ex lege fundationis appareat pro primo Capellano nominatus Parochus Meutingensis, qui pro successuris etiam temporibus deputatur Capellæ minister, frustra præsentationes desiderantur, cum prima, ita auctorizante Ordinario, facta fuerit in ipsamet fundatione, & successive fieri non potuerint vel ob spolium passum ab illis de Imhoff, vel quia vacatio Parochiæ Meutingen. non evenerit in tempore, quo Patroni potiti sunt jure præsentandi.
9 Demum minus relevat quinta efformata ab observantia tam negativa, quam affirmativa, & ab acquiescentia longissimi temporis illorum de Imhoff. Nam illa minime derogat patronatui jam acquisito, ut apposite respondendo objecto considerat c. *dec.* §. *penult.*

His denique permissis frustra recurrebatur ad deficientiam dotationis, itaut cum Regina se se adstrinxerit dotare, & obligationem minime adimpleverit, patronatum non acquisierit, etsi Capellam construxerit, ut ex originali doctrina Abb. in *cons.* 106. *sub n.* 2. *part.* 2. firmant Lamber. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 4. *art.* 1. *num.* 8. Vivian. *eodem tract. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. n. 1. & Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 9. n. 44. Nam talis 10
dotationis defectus esset concludentissime probandus, cum contra illum urgeat, stante tam longa temporis intercapedine, juris præsumptio adminiculata etiam Episcopi acquiescentia, qui nunquam, & signanter ab anno 1605. tempore ædificationis ad annum 1624. die spolii passi hanc exceptionem proposuit, ad tradita per Rot. cor. Veral. *dec.* 62. *p.* 1. & cor. Ludovis. *decis.* 483. *n.* 5. & tamen tot adsunt confessiones Episcopi dotationem jam secutam admittentes, ut rem ponant extra difficultatis aleam; nam *primo* in literis confirmatoriis supponitur Capella redditibus, aliisque ornamentis condecorata; *secundo* in concessione facta pro asservando SS. Eucharistiæ Sacramento idipsum pro constanti Episcopus asserit; & *tertio* denique in concessione jurisdictionis bassæ, de qua supra, Ordinarius testatur Reginam omnia adimplevisse: *Ædificari, necessariis redditibus rebusque jure Ecclesiastico requisitis providere, extrui, & consecrari curavit*; ideoque in vanum exceptio ista hodie proponitur, quæ contra se habet juris præsumptionem, & reiteratas Episcoporum assertiones, quæ in hac materia plenam fidem sortiuntur, ad jura vulgata.

Et ita prætermissis cæteris, vel levioris ponderis, vel necessariis facti justificationibus destitutis, resolutum fuit utraque.

REV. D. EMERIX DECANO.

Tuletana juspatronatus.

Lun. 20. *Februar.* 1696.

ARGUMENTUM.

Ex augmento an acquiri valeat juspatronatus, in decisione examinatur, ad casum pertractatum per Card. de Luca *disc.* 55. *de jurepatr.*

SUMMARIUM.

1 *AN ex fundatione, vel dotatione Hospitalis acquiratur juspatronatus remissive?*
2 *Assignatio certa summa facta Hospitali pro manutentione aliquorum cubilium extranumerariorum, sapit potius titulum eleemosynæ, quam dotationis.*
3 *Jus eligendi spectat ad illum, cujus intuitu factum est legatum.*
4 *Revisor dicitur honorarius protector, & custos voluntatis defuncti.*
5 *Facultas revisoris non expirat post secutam dotationem, & de ratione*, n. 7.
6 *Munus executoris expirat post implementum rei sibi commissæ.*
8 *Facultates concessæ intuitu industriæ alicujus personæ non transmittantur ad heredes.*
9 *Voluntas testatoris servanda est pro lege.*

DECISIO XXX.

THomas de Ostalora in suo ultimo testamento jure legati mandavit dotari in Hospitali Sancti Joannis Dei Villæ Matriti sex cubilia cum assignatione annuorum ducatorum 1200. ad effectum, ibi *curandi infirmos juxta modum, & ordinem ab ipso præscriptum*, nuncupatisque executoribus testamentariis P. Ludovico ejus confessario ex Andrea Squarciafico, ita subinde disposuit; *& quia recognosco multas, & graves occupationes Domini D. Barnabæ de Ostalora Guebaria fratris mei &c. omisi illum nominare in executorem testamentarium meum, & illum nomino in revisorem dotationis supra factæ in hoc testamento sex cubilium pro pauperibus in Hospitali S. Joannis Dei ad effectum, ut faciat, quod exequatur mea voluntas.* Hinc ortis occa-

sione actualis executionis hujus pii legati pluribus controversiis super restitutione jurium, quæ sibi deberi contendebat Bernabeus in revisorem deputatus, iisque vario exitu agitatis coram diversis judicibus, tandem commissa mihi per appellationem causa, dedi dubium, *an constet de aliquo jurepatronatus, & quæ facultas, & iura competant, & super quibus bonis &c.* super quo DD. de more consulti responderunt non constare de jurepatronatus, sed de facultate honorifica revisoris, juxta modum, & formam inferius exprimendam.

Quo enim ad primam partem dubii, quidquid sit, an ex fundatione vel dotatione Hospitalis acquiri possit illius juspatronatus, juxta deducta per Vtvian. *de jurepatr. libr.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Rota *dec.* 275. *p.* 1. *divers.* visum fuit Do-
1 minis hic versari extra citatos terminos, tam attenta natura dispositionis, quam etiam mente disponentis; natura inquam dispositionis, quia testator non fundavit neque vere dotavit Hospitale, de quo agitur, sed per simplex augmentum sex cubilium mandavit pro congrua sustentatione illi assignari annuos ducatos 1200. quod juxta subjectam materiam potius referri debet ad titulum eleemosynæ, quam dotationis factæ animo acquirendi juspatronatus, ut per Textus *in cap. pia mentis* 16. *qu.* 7. *vers. si quis autem*, in propriis terminis tradunt Lother. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 1. *n.* 31. Rota
2 coram Cavaler. *dec.* 236. *num.* 2. & cor. Merlin. *dec.* 127. *n.* 1. *&* 2. & cor. Coccin. *dec.* 156. *n.* 6. *& seq. & in rec. decis.* 417. *n.* 4. *p.* 4. *tom.* 1. Præsertim quia si quod juspatronatus considerari posset in præsenti hypothesi, illud præcipue reciperet jus nominandi, & eligendi infirmos in eisdem sex cubilibus recipiendos; quod non facta alia expositione ex natura rei censetur relictum arbitrio ministrorum Hospitalis, cujus intuitu & contemplatione legatum fuit factum, ut ad rem
3 ponderat Rota cor. Pening. *dec.* 176. *n.* 1. *& seq.*

Mente vero disponentis, dum ipse deputatis prius executoribus testamentariis elegit Bernabeum alium fratrem in simplicem revisorem præfatæ dotationis ad effectum, ut faceret, quod ejus voluntas executioni demandaretur, ac proinde ex hoc ipso censetur quidem illi tribuisse facultatem honorificam revidendi dotationem, & invigilandi super executione, ac totali implemento suæ voluntatis; non autem illius favore reservasse aliquod juspatronatus, nam revisor non est proprie executor, seu distributor aut administrator, quibus competere potest juspatronatus improprium, dum nullum ei peculiare officium committitur, sed solum honorarius protector, & inspector actionis executorum, ac cu-
4 stos voluntatis defuncti, Speculator *de instrum. edic. §. unic. vere nu.* 5. *vers. sed quid si*, Altograd. *cons.* 73. *num.* 3. *&* 15. *cum seq. lib.* 2.

Et hinc patet resolutio secundæ partis dubii; nam ex deputatione Bernabei in revisorem censetur illi tributa per testatorem facultas honorifica revidendi, an donatio sex cubilium per executores testamentarios fuerit plene adimpleta modo, & forma per ipsum volita, concessumque insuper jus invigilandi, num Priores Hospitalis continuo recipiant, & curare faciant infirmos, præsentantque sacerdotes pauperes, ac verecundos honoratos, iisque non extantibus famulos ipsius testatoris, ac demum curandi quod bona assignata pro dote non alienentur, aut alicui hypothecæ subjiciantur, super quibus Bernabeus nequit ejus vita durante quoque modo impediri, aut perturbari; in hoc enim consistit voluntas testatoris, cujus custodia fuit ejus vigilantia commendata.

Neque istæ facultates dici possunt expiratæ per primum actum, scilicet post secutam dotationem sex cubilium, juxta
5 Text. *in l. Boves vers. hoc sermone, ff. de verbor. sign.* quemadmodum etiam expirat munus executoris post actuale im-
6 plementum rei sibi commissæ, ad Text. *in leg. Theopompus*, ibique DD. *ff. de dote prælег.* quoniam textus procederent, quoties revisio, & respective executio fuisset restricta ad actum de sui natura temporaneum, eo enim expleto, dicerentur consumptæ facultates ad id concessæ; secus vero est
7 in præsenti casu, in quo revisio dotationis fuit per testatorem concessa causative, ut ejus voluntas executioni demandetur; dum enim ista habet tractum successivum; & durabiles durare etiam debent facultates ad hunc effectum tributæ, ut explicant Bald. *in l. fideicom. §. si quis alicui decem, ff. de l.* 3. Felin. *in cap.* 2. *limit.* 5. *de treug. & pac.* Dec. *cons.* 22. *sub n.* 1. *vers. nam quamvis lib.* 1. Tiraquell. *in d. l. Boves limit.* 6. *n.* 1. *& per tot.*

8 Nec viceversa prætendi valet; quod possint ad hæredes transmitti, quia in hoc ministerio nullam habente annexam jurisdictionem censetur electa per testatorem industria personæ Bernabei, in quibus terminis excluditur transmissio, ut tradunt Grass. *de execut. ultim. volunt. q.* 18. Grat. *discept.* 712. *n.* 7. *& seq.* Rot. *dec.* 201. *n.* 74. *& seq.* cor. Dunoz. jun.

Demum quoad bona assignanda pro dote legati, conveniebant informantes hinc inde non esse recedendum ab expressa voluntate testatoris, sed eam pro lege servandam, juxta Text. *in §. disponat*, *Auth. de nup. l. in condition. ff. de* 9
condit. & demonst. & l. cum quæstio in fine, C. de legatis.

Et itaque utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Comen. Parochialis.

Lunæ 14. Decembris 1695.

A R G U M E N T U M.

Examinantur probationes super pertinentia Jurispatronatus, & an judicia, & adminicula illius probent reservationem, & quæ valida reputentur, in ornatum *disc.* 57. *de jurepatr.* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *R*Elatio *distincta facta ab Episcopo in suis visitationibus super qualitate alicujus Ecclesiæ, præsumitur vera.*
2 *Præsentatione effectuata per spatium* 40. *annorum probant pertinentiam jurispatronatus favore præsentantis, & n.* 11.
3 *Scriptura semel approbata non potest amplius impugnari.*
4 *Matrici instrumenti standum est, quando inveniuntur plures publicæ copiæ ejusdem instrumenti.*
5 *Etiamsi matrix in aliqua parte sit cancellata.*
6 *Instrumentum factum ad instantiam partis non probat concludenter.*
7 *Verba, ut asseritur, nihil determinant.*
8 *Probatis extremis, media præsumuntur.*
9 *Productio facta absque mandato procuratoris non præjudicat principali.*
10 *Confessio impugnari non potest a successoribus confitentis.*
12 *Mala fides impedit acquisitionem juris.*
13 *Per solutionem congruæ factam Parocho acquiritur juspatronatus.*
14 *Reædificatio Ecclesiæ, illiusque ministrorum solutio, arguunt patronatum.*
15 *Juspatronatus desumitur ex antiquis inscriptionibus.*
16 *Item ex historiis.*
17 *Fides lite pendente procuratæ non faciunt fidem.*
18 *Testis unicus non probat.*
19 *Historia manuscripta non probat.*
20 *Defertur consuetudo Status Mediolani, qua stante, Communitates admittunt præsentationes factas a patrono.*

D E C I S I O XXXI.

CONtendentibus Communitate Sernii, & Carolo Nicolao, ac aliis de Homodeis super pertinentia jurispatronatus Ecclesiæ Parochiæ SS. Cosmæ, & Damiani ejusdem loci, Homodei non minus in partibus quam hic in utta manutentionem obtinuerunt; sed causa mihi commissa sub dubio *An sit procedendum ad legitimam executionem?* in prima propositione dilata fuit resolutio, & rescriptum quod videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis: ita pariter in secunda addito congruo dubio nulla capi potuit resolutio, & ordinatum, ut videat quintus, & sextus; & tandem in hac tertia propositione hodie DD. dixerunt, constare de bono jure Communitatis, & non esse procedendum.

Illius namque bonum jus resultare visum est ex fundatione, & dotatione facta usque de anno 1478. ab ipsa Communitate, quæ cum reciperet Sacramenta ab Ecclesia matrici, ad majorem commoditatem obtinuit cum erectione novæ Parochiæ, & congrua dotatione pro Parocho separari ab antiqua Ecclesia, & separatam Parochiam componere. Et quamvis de tali dismembratione nullum habeatur authenticum documentum, hoc tamen satis clare resultat ex duabus visitationibus factis ab Episcopo Comen. de anno 1614. prima sub die 22. Novembris ejusdem anni d. Ecclesiæ SS. Cosmæ, & Damiani, in qua enunciatur Ecclesia Parochialis, cura separata, & de jurepatr. Universitatis; ac dicitur adesse Parochum Antonium Hilaricum electum

ad Uni-

Digitized by Google

a J. Universitate, & confirmatum ab ipsomet Episcopo de anno 1599. & secunda Ecclesiæ Matricis sub die 30. ejusdem mensis, & anni, in qua enumerantur onera, quæ illi se obligavit solvere nova Parochialis, & jus quod sibi retinuit in signum subjectionis cum repartitione, quod Communitas possit sibi eligere Capellanum, & quod Capellanus electus a Communitate possit exercere curam; allegando insuper, quod hæc omnia apparebant ex nonnullis arbitramentis hinc inde acceptatis, & rogatis per qu. Petrum Pergulam anno 1478. die 8. Octobris; & quia tractu temporis nonnulla fuerunt innovata, enunciatur quædam sententia Vicarii Generalis Reverendiss. Trivulrii Episcopi Comen. de anno 1510. ac novum arbitramentum per acta Joann. Baptistæ Lucini de anno 1447.

1 Quorum omnium adeo distincta relatio facta ab Episcopo in visitatione, dari non potest sine fundamento veritatis, ut observat Rot. *dec.* 24. *nu.* 13. coram Dunozet. sen. *& dec.* 347. *num.* 10. *part.* 11. *rec.* Et demum per Communitatem exhibitæ fuerunt quamplures præsentationes effectuatæ usque ad annum 1630. cum scientia, & approbatione dictorum de Homodeis, quæ cum comprehendant centenariam, vel longe excedant annos quadraginta, & agatur inter privatos, nec contra Episcopum & libertatem Ecclesiæ, concludenter probant pertinentiam jurispatronatus ad favorem Communitatis, juxta firmata per Rot. cor. Bich. *dec.* 118. *n.* 8. *& dec.* 382. *num.* 4. 5. *&* 6. & coram san. mem. Alex. VIII. *dec.* 24. *num.* 1. *& dec.* 234. *n.* 10. & coram Cerro *dec.* 565. *n.* 2.

2 Contra hoc fundamentum Communitatis allegabant jus proprium Homodei, illudque desumebant a quodam decreto unionis usque de anno 1471. facto a Vicario Generali Comen. qui Ecclesiam S. Gottardi reditibus destitutam univit Ecclesiæ SS. Cosmæ, & Damiani, tenues pariter reditus habenti, cum expressione, quod ista erat de jurepatronatus nobilis Parentelæ de Homodeis, & quod in posterum de istis duabus efficiebatur unum, & ideo corpus, ac unum juspatronatus pro dd. nobilibus de Homodeis, & pariter huic reservationi addebant duas præsentationes in ultimis vacationibus factas, nempe de anno 1630. & 1669. quas tanquam prævia verificatione jurispatronatus ab Ordinario admissas prætendebant non solum firmare ultimum statum, sed etiam concludenter in bono jure illius pertinentiam ad eorum favorem demonstrare.

Sed DD. non admiserunt neque enunciativam talis decreti, neque approbationem d. Juspatronatus; nam quoad primum, quamvis hodie exhibita fuerit in authentica forma illius copia extracta ab originali existente in Archivio Episcopali usque hodie omnibus ignoto, & pro majori corroboratione dictum etiam sit, adesse aliam similem copiam penes Communitatem, & præsentatam fuisse pro institutione nominati de anno 1699. quæ tanquam approbata ab eadem communitate non potest modo impugnari, ad tradita per Adden. ad Pamphil. *decis.* 165. *n.* 16. *vers. hinc si pro-*
3 *ductus*; attamen cum hujus decreti duo habeantur instrumenta, primum quidem ipsa matrix, quæ reperitur in protocollo rogatorum Notarii, & hoc ultimum, quod est idem instrumentum reportatum in libro descriptorum, & extensorum ejusdem Notarii in concursu, quando matrix habet omnia alia requisita, illi potius quam alteri creden-
4 dum est tanquam priori in tempore, ut optime firmat Rota cor. san. me. Alex. VIII. *decis.* 144. *n.* 32. *usque in fin. & decis.* 217. *num.* 10. *& seq.* Neque instrumentum in substantialibus debet esse diversum a sua matrice, & hoc procedit, etiamsi
5 ista contineret aliquam cancellationem, ut notant eædem decisiones; unde quanto magis quando non habet nisi simplicem, & super inductam declinationem, quæ accidentalis esse potest, & nescitur a quo facta, quia ex primo sumpto præsentato in hac causa non constat illam adfuisse de eo tempore. Cum autem ex dicta matrice tantum desumatur, quod Ecclesia S. Cosmæ sit patronata, quia dicitur, *accedente tamen patronorum consensu*, non possunt Homodei ista generalia verba ad proprium commodum interpretare, attento secundo instrumento, quia secundum non debet in substantialibus esse diversum, alias primum est potius attendendum.

At quando etiam secundum esset attendendum, adhuc tanquam ad instantiam partis factum non concluderet
6 probaret pertinentiam d. Juspatronatus, Rota coram Buratt. *decis.* 178. *n.* 13. & coram Bich. *decis.* 467. *n.* 7. Maxime quia Vicarius Generalis dicit in principio, quod expositum illi pro parte Marcellini de Homodeis obtinentis Beneficium Ecclesiæ SS. Cosmæ, & Damiani, quod de jurepatronatus laicorum, ut asseritur, existit. Et propterea nihil determinat, sed tantum ad suggestionem partis, & dubitative loquitur, prout etiam in fine dd. patronis eorum jus præservat, quod superfluum fuisset, si certo scivisset, quod isti soli de Homodeis fuissent patroni, quia ille jam conces- 7
serat unionem, & reservaverat juspatronatus. Nil refragante, quod in corpore assertive dicat, in qua Ecclesia nobiles Parentelæ de Homodeis juspatronatus habere noscuntur, & mandet, quod de cætero simile jus habeant etiam in alia Ecclesia S. Gottardi unita, quia semper intelligendum est, quatenus subsistat, quod Ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani sit de eorum jurepatronatus, ut illi a principio suppositum fuit, alias absque ulla causæ cognitione in progressu decreti affirmasset, quod antea solum dubitative posuit. Et quod nunquam d. Vicarius certo scivetit tale juspatronatus spectare ad Nobiles de Homodeis, etiam colligitur ex collatione dictæ Ecclesiæ S. Cosmæ ab eodem facta per sex menses tantum ante unionem, in qua legitur: Accedente consensu patronorum, quibus, seu eorum juri, si quod jus eis competit &c.

Addebant scribentes pro Communitate, quod extante etiam hoc jurepatronatus ad favorem familiæ de Homodeis, adhuc alterum pro Communitate erat præferendum tanquam ultimum, & alterius destructivum, vel utrumque erat compatibile; & hoc deducebant ex tenore ipsius decreti unionis, in quo dicitur, quod Ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani habet paucos reditus, & pariter quod alterius S. Gottardi uniendæ non excedebant summam unius ducati aurei, qui insimul satis non erant nedum per annum, sed neque per paucos menses ad vitæ sustentationem unius Presbyteri aut Clerici; cumque hodie reperiebatur Ecclesia Parochialis, & cum pingui reditu sc. 130. inferebant, dicendum esse, quod in tali mutatione status communitas acquisiverit juspatronatus, vel quod competens familiæ de Homodeis sit restrictum ad unum altare tantum in eadem Ecclesia positum, prout legitur in allegata visitatione 1614.

Quando non subsistit titulus, minus jus præsentandi acquirere potuerunt Homodei ex eorum duabus ultimis præsentationibus; quia cum judicium modo non sit in simplici possessorio, sed juxta rescriptum examinetur etiam bonum jus, altius est spectanda, & probanda pertinentia, sicut neque hic valet axioma, quod probatis extremis media præ- 8
sumuntur, quasi aliæ præsentationes deperditæ sint ex injuria temporum; nam primo valde dubitatur de uno extremo, nempe de titulo, & postea ideo Homodei non possunt exhibere intermedias præsentationes, quia istæ apparent factæ a Communitate, & a præcedentibus declarantur etiam posteriores.

Pro Communitate enim datæ fuerunt plures præsentationes incipientes ab anno 1522. Et quamvis illa prima non doceatur effectuata, neque facta coram persona habili, quia legitur præsentatus Archipresbytero Ecclesiæ Matricis, non Episcopo; hoc fieri potuit in signum subjectionis, & aliquo modo titulum Communitatis demonstrat. Succedit altera anno 1689. de quo tempore excluso ab Episcopo in visitatione prævio diligenti processu Jo: Antonio Robustello intruso, Communitas devenit ad electionem Petri Antonii de Homodeis, qui postea per dimissionem dictæ Ecclesiæ de anno 1599. non solum probavit suam electionem effectuatam, sed etiam dedit causam alteri in personam Jo. Antonii Hilarieri pariter electi a Communitate, ut enunciatur in allegata visitatione de anno 1614.

Et quamvis dictum sit, quod in hac præsentatione anni 1599. exhibitum fuerit decretum unionis anni 1471. in quo expresse reservatum legitur juspatr. pro familia de Homodeis; attamen cum ista Ecclesia non habeat Archivium particulare custoditum, sed simplicem arcam, & nullum videatur mandatum Communitatis pro illius productione, neque ulla causa, quia jam erat in quasi possessione præsentandi ex præcedenti nominatione, talis productio non 9
potest illi præjudicare, & eo non obstante magis attendendum venit, quod dicta præsentatio fuit facta a Jo: Antonio de Homodeis nomine Communitatis, & cum expressione, quod ad d. Communitatem spectabat juspatronatus sibi eligendi Curatum ex antiquissima consuetudine, *Summario impresso pro Communitate num.* 5. quæ sana confessio pertinentiam jurispatronatus ad favorem Communitatis optime concludens, a descendentibus, & successoribus confitentis impugnari non potest, ut in specie ponderat Rota *decis.* 10
333. *numer.* 16. *part.* 17. confirmata in *decis.* 16. *par.* 18. *recent.*

Per obitum d. Jo: Antonii Hilarieti vacavit Ecclesiæ de
anno 1619. de qua provisus fuit Jo: Joana ad nominationem
ejusdem communitatis, & pariter præsentatus a d. Jo: Anto-
nio de Homodeo, & aliis uti procuratoribus communitatis,
& hominum dicti loci patronorum, & advocatorum Eccle-
siæ SS. Cosmæ, & Damiani, *d. Sum. n.6.* qui continuavit
regere d. Ecclesiam usque ad annum 1630.

Ex his præsentationibus continuatis duo resultant contra
dictos de Homodeis. Unum, quod cum initium sumant sal-
tem ab anno 1589. & progrediatur usque ad annum 1630.
comprehendunt spatium 40. annorum, quod una cum fa-
ma, quæ satis colligitur ex allegata visitatione 1614. & ex
enunciativis in dd. præsentationibus factis ab ipsis de Ho-
modeis, sufficiat ad præscribendum tale juspatronatus inter
privatos, cessante omnino quacunque suspicione usurpatio-
nis, cum agatur de communitate paupere, & de personis,
11 quæ semper præcipuum locum obtinuerunt in d. communi-
tate, ut ultra superius relatos firmat Rota cor. Dunoz. sen.
dec. 221. *n.*1. Adden. ad Burat. *decis.* 142. *n.* 76. & in specie
alterius communitatis hujus diœcesis, Rot. *dec.* 82. *nu.* 16.
& dec. 302. *n.* 10. *p.* 10. *rec.*

Alterum, quod cum in dd. præsentationibus factis nomi-
ne communitatis semper comparuerit d. Jo: Antonius, non
potuit postea ipse de anno 1630. & ejus filii de anno 1669.
præsentare nomine proprio, quia jam sciebant, tale jus spe-
ctare ad communitatem, & attenta hac malæ fide nullum
unquam jus sibi acquirere potuerant, ut observat Rot. *d. dec.*
12 27. *n.* 12. *p.* 18. *rec.* quod sufficeret pro excludendis prædi-
ctis ultimis præsentationibus, vel pro illis interpretandis ad
favorem communitatis, cum valde dubiæ sint: nam in pri-
ma 1630. procuratores fuerant electi a tota communitate,
& cum exhibitione hujus mandati in actu nominationis
nominarunt; in secunda nominatur a familia de Homodeis
acceptavit etiam nominationem communitatis, quam ac-
ceptationem produxerunt ipsimet Homodei, qui præsen-
tarunt, atque ulterius communitas declaravit illum recipe-
re absque animo admittendi aliquod jus electionis in familiæ
de Homodeis; ex quibus sane actibus, declarationibus, &
protestationibus, ejusdem communitatis jus salvum remanet.

Sed præter hæc omnia facit etiam pro communitate,
quod ipsa in erectione Parochialis assignavit pro congrua
sustentatione Parochi, ut ex d. visitatione anni 1614. an-
nuos redditus in tot bonis, quibus hodie correspondet in ea-
dem quantitate, & specie id, quod loco bonorum hodie
præstatur ab eadem communitate, ut deponunt duo Sacer-
dotes, & comprobatur etiam, ex quo de anno 1631. cum
defecissent affictuales Ecclesiæ ob præcedentem pestilentia-
lem morbum, ne Parochus remaneret sine congrua, & bo-
na inculta, assumpsit in se onus culturæ, & annuæ præsta-
tionis, in qua solutione ultra etiam congruam habitationem
continuat modo communitas, quod utique non fecisset, ni-
13 si ad ipsam uti patronam hoc spectasset, ut pro acquisitione
juspatronatus perpendit Rota cor. Bich. *dec.* 162. *n.* 2.

Ulterius reædificavit Ecclesiam ex præcepto Episcopo-
rum, quod onus cum ad patronum pertineat, ad arguen-
dum juspatronatus valde conferre alias tenuit Rota coram
14 Bich. *dec.* 154. *num.* 2. *& d. dec.* 271. *n.* 21. Nec refert, quod
non constat, quid impensum, quia modo non agitur de
quantitate, sed de titulo, & satis etiam resultat ex iisdem
decretis, quod ædificium sit ultra vires incolarum, & quod
fuit opus absolutum spatio 60. annorum. Præterea commu-
nitas solvit Ecclesiæ Matrici in signum subjectionis, & dis-
membrationis libras quinquaginta quolibet anno, & custo-
di, ac campanario necessariam mercedem, qui actus soli
patronis congruentes, mirifice patronatum ostendunt.

Inde facile respondetur titulis honorificis, ex quibus præ-
tendit familia de Homodeis confirmationem sui juris desu-
mere; & primo ex nonnullis figuris in pariete exteriori d.
Ecclesiæ cum literis valde vetustis, continentibus, in quan-
tum dignosci poterat, quod d. Ecclesia fuerat ex eisdem do-
tata, quodque post reædificationem d. Ecclesiæ eorundem
de Homodeis insignia fuerunt in interiori parte apposita &
adhuc existunt, ex quibus plurimum in antiquis deprehen-
di posse juspatronatus, dixit Rota *dec.* 318. *n.* 5. *p.* 2. *& decis.*
15 503. *num.* 2. *p.* 18. *rec.* Secundo ex historia Vallistellinæ, in
qua legitur, quod Parochus SS. Cosmæ, & Damiani a fa-
milia de Homodeis eligitur, ut aliter pro probatione jurispa-
16 tronatus respondit Rota cor. Priolo *dec.* 159. *n.* 9. & demum,
quod jus prætensum a communitate est potius dicendum
quædam admissio electionis factæ ab ipsis de Homodeis jux-
ta consuetudinem status Mediolanen. ut testatur Gonz. *ad
Reg.* 8. *Canc. gloss.* 18. *n.* 91.

Non quod dd. picturæ existerent, hoc resultat ex solis at-
testationibus lite pendente procuratis, quæ nullam fidem si-
bi vindicant, Rot. *decis.* 272. *n.* 6. *p.* 19. *rec.* Præcipue vero, 17
quia neque conveniunt inter se, & quid literæ denotarent,
testis deponit de auditu, qui etiam tanquam unicus nihil
probat, ad notissimam regulam, de qua Rota *decis.* 73. *n.*
17. *eadem part.* 19. *rec.* Dicunt etiam prædicti testes, quod 18
inter illas plures figuras una tantum aderat unius de Homo-
deis, quod melius demonstrat ibi designatum fuisse tanquam
consulem, vel syndicum, non tanquam patronum, & tanto
minus probat insignia de novo imposita, quæ non sunt in pa-
riete Ecclesiæ impressa, sed in calce nonnullarum tabula-
rum pictarum, quas ipsi de Homodeis donarunt ad ornatum
Ecclesiæ. De allegata vero historia satis est dicere, quod sit
manuscripta, & a Joanne Joana Parocho confecta, cujus
nomen nullam fidem, nec famam illi tribuit, proindeque
ejusdem authoris assertio ad probandum juspatronatus, de
quo agitur, admittenda non est, Rot. cor. Cocc. *dec.* 220. 19
n. 5. Royas *dec.* 336. *n.* 7. & cor. sa. me. Alex. VIII. *dec.* 234.
n. 6. Maxime quando contrarium constat ex visitationibus,
& præsentationibus, inter quas de anno 1619. ipse histori-
cus fuit nomine communitatis præsentatus. Et demum non 20
obstat Gonz. comprobans, ut diximus, consuetudinem Me-
diolanen. quia non probatur hanc observari in toto Statu, &
specialiter in Diœcesi Comen. & allegatur ad excludendum
juspatronatus ex talibus gratuitis præsentationibus favore
Episcopi, non vero inter privatos.

Et ita utraque &c.

R. P. D. M U T O.

Comen. Parochialis.

Luna 22. Aprilis 1697.

A R G U M E N T U M.

De eodem casu agitur, qui patet superius decisus.

S U M M A R I U M.

1 *EX præsentatione incœpta a centum annis resul-
tat bonum jus præsentantis super pertinentia
patronatus.*

2 *Imo præscribitur pertinentia patronatus per præsen-
tationes effectum sortitas spatio 40. annorum.*

3 *Et ad complendum istum cursum quadragenarium
computatur tempus ultimi possessoris.*

4 *Per dotationem acquiritur juspatronatus.*

5 *Etiamsi in acta dotationis non fuerit reservatum;
dummodo non fuerit remissum.*

6 *Ordinarii enunciativa emissa in visitationibus valde
de attenditur.*

7 *Jurisdictio post lapsum 40. annorum præsumitur.*

8 *Dotatio antiqua probatur per conjecturas, & de-
monstrationes insimul acceptas.*

9 *Enunciativa habens contra se observantiam nihil
probat.*

10 *Ad hoc ut præsentationes statum constituant, debent
esse clara.*

11 *Nec dicuntur clare, quoties adsunt probationes in
contrarium.*

D E C I S I O. XXXII.

SEcuta de anno 1689. vacatione Parochialis Ecclesiæ SS.
Cosmæ, & Damiani Terræ Sernii, statim Homodei
tanquam prætensi patroni præsentarunt ad eandem Carto-
lum Nicolaum, communitas autem loci Bernardum; inter
quos, ac memoratos præsentatos exorta judiciali conten-
tione in partibus, placuit Vicario Comen. manutentionem
Homodei decernere in quasi possessione præsentandi, ac ab
ipsis præsentatum instituere, quem etiam pendente appel-
latione in possessionem immisit. Controversiæ postmo-
dum per Signaturam Justitiæ hic in urbe extra Rotam Præ-
lato commissa cum clausula, *Circumscripta possessione, &
apposito Oeconomo*, confirmavit iste cum remotione Oe-
conomi manutentionem Homodeis concessam. Verum ex-
inde devoluta causa ad Rotam ex nova commissione Signa-
turæ Justitiæ R. P. D. meo Priolo directa cum clausula, *Al-
teri qui ad legitimam*, post suspensam semel, & iterum
resolutionem, postque ordinem injunctum, quod videte-
tur de bono jure ad effectum etiam manutentionis, quinto,
& sexto ex Dominis adscitis, de bono jure communitatis

con-

cundate, propterea que non esse proceden. ad legitimam,
decisum fuit die 12. Decembris 1695. & successive Rotalis
sententia conformis prodiit, cui partes hodie coram me,
non minus validæ, quam justæ repertæ, confirmationis robur addiderunt.

Valida siquidem apparuit ex revolutione actorum, atque
insuper justam reddunt fundamenta decisionis R. P. D. mei
Prioli; nam cum communitas a centum, & ultra annis ad
hanc eandem Parochialem præsentare incepisset, de bono ju-
re ipsius super pertinentia hujusmodi patronatus dubitari
non potest, signanter cum Ordinarius non sit in causa, sed
agatur inter prætensos compatronos, Rot. *in rec. dec.* 224.
ante fin. p. 1. *dec.* 697. *n.* 4. *p.* 18. cor. Dun. jun. *d.* 110. *nu.* 2.
1 cor. Bich. *d.* 118. *n.* 1. in Burgi S. Sepulchri Jurisp. 3. Julii 1680.
§. *ipse namque* cor. bon. mem. Benincasa, eadem 29. Aprilis
1693. § *& sane* cor. Reverend. Zamoren. & in Lucen. Sar-
zanen. Benef. 23. Junii 1693. neque hic coram eodem. Et
præsentationes per lapsum 40. annorum, nempe ab ann.
1589. ad annum 1630. fuerunt continuatæ, ut satis fuerint
ad præscribendum, non deficiente ex inferius adnectendis
titulo saltem colorato, Rot. cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.*
2 224. *n.* 1. cor. Card. Cerro *dec.* 565. *n.* 2. cum aliis in dec. R.
P. D. mei Prioli, §. *quorum omnium*. Quin obstet, quod ul-
timus ex modo dictis præsentationibus sit de anno 1619. Nam
cum nominatus ad annum 1630. Ecclesiam possederit, hoc
3 tempus possessionis etiam attenditur, Rot. cor. Peuting. *de-
cis.* 40. *n.* 1. *&* 2. *& in rec. dec.* 290. *n.* 8. *&* 9. *p.* 5.

Atque insuper constat de donatione istius Ecclesiæ per
4 communitatem factam usque, & de anno 1478. per quam
Juspatronatus acquiri firmavit Rot. *in rec. dec.* 170. *n.* 1. *p.* 3.
& in Comen. Juspatr. 5. Martii, §. *habet enim*, & 28. A-
prilis 1692. *in princ.* cor. R. P. D. meo Caprara, tametsi in
actu dotationis reservatum expresse non fuerit Juspatrona-
tus cum sufficiat illud non fuisse remissum ad gloss. *ad cap.*
5 *pia mentis* 16. *q.* 7. Abb. *in cap.* 2. *n.* 4. de *Eccles. ædific.* Rot.
cor. Cavaler. *dec.* 265. *n.* 4. cor. Catill. *dec.* 661. *n.* 1. coram
Dur. *dec.* 265. *n.* 29. *in rec. dec.* 421. *n.* 2. *p.* 2. *dec.* 288. *n.* 4.
p. 4. *& dec.* 624. *n.* 7. *p.* 7. Eo quia cum homines istius com-
munitatis ob Ecclesiæ Matricis distantiam exoptassent in eo-
rum Ecclesia SS. Cosmæ, & Damiani Parochum habere,
prævia laudo, ac dotatione, anno 1478. in tot bonis ab
ipsis hominibus in locationem perpetuam postea reacceptis,
sperari obtinuerunt ab antiqua Ecclesia cum consensu illius
Archipresbyteri, sicut resultat ex enunciativis emissis in ge-
minis destinctis visitationibus relatarum Ecclesiarum factis
per Episcopum Comen. anno 1614. cum narrativa publici
desuper documenti, quas Ordinarii enunciativas magni fa-
cit Rot. cor. Dunoz. sen. *dec.* 240. *nu.* 12. repetita penes Vi-
6 vian. de *Jurepatr. dec.* 26. *in rec.* 174. *n.* 6. *&* 7. *dec.* 364. *nu.*
7. *& dec.* 346. *n.* 5. *cum seq. p.* 18.

Fortius cum enunciativæ hujusmodi verificentur tum ex
eo, quod communitas semper in præteritum solverit, ac
de præsenti solvat dictas annuas præstationes, prout etiam
canonem librarum 30. Ecclesiæ Matrici in signum subjectio-
nis, & dismembrationis, quam ex antiquissimis præsenta-
tionibus a communitate factis per medium eorum de Homo-
deis, & signanter ex ea anno 1522. per unum ex illis, ut
syndicum, & procuratorem communitatis, quam alii de
eadem domo postea produxerunt anno 1619. cum expressio-
ne, quod relata præsentatio gesta fuisset coram Archipresby-
tero Matricis tanquam delegato a Vicario Comen. *Summ.
ipsorum de Homodeis super compulsorian.* 6. §. *Item instru-
mentum circa medium*, ut hinc cesset oppositio incompeten-
tiæ jurisdictionis in memorato Archipresbytero, & ineffe-
ctuationis adductæ præsentationis, & tamen tam jurisdi-
ctio, quam effectuatio a tanto tempore, & subsequentes
præsentationes spatio 40. annorum effectuatas præsumere-
7 tur, juxta receptum consilium Oldradi *cons.* 229. *num.* 2. de
quo Rot. præ cæteris cor. Priolo *dec.* 34. *n.* 20. *n.* 21.

Tum etiam ex aliis enunciativis pertinentiæ Jurispatrona-
tus favore communitatis in successivis visitationibus, ex
præcepto construendi novam Ecclesiam loco antiquæ jam
collabentis de dicto anno 1614. communitati injuncto, &
successivo illius paritione cum reædificatione sumptibus
communitatis; haud advertantibus depositionibus testium
in contrarium, cum sint simplices fides, suspecti dere-
gantur, ac inverisimilia deponant, & demum omissis aliis,
ex assignatione, & emptione domus pro habitatione Paro-
chi controversæ Ecclesiæ, ut ex his omnibus negari non
possit conclusam fuisse pertinentiam Jurispatronatus favore
communitatis; nam cum versemur in decursu duorum sæ-
culorum, & ultra, tametsi non afferatur publicum docu-
mentum dotationis, sufficiunt tamen conjectura & demon-
strationes, potissime, ut fieri solet, insimul accepta, jux-
ta doctrinam Bald. *in auth. quæ actiones n.* 8. *vers. item ta-* 8
tiant, *C. de Sacros. Eccles.* plene Paris. *cons.* 104. *n.* 41. *cum
seqq.* & aliis adductis Rot. coram Dunoz. Sen. *dec.* 240. *nu-
mer.* 18. *cum seq.*

Absque eo quod has patronatus probationes, seu demon-
strationes favore communitatis in aliquo diminuere potue-
rint exceptiones in oppositum per Homodeos allegatæ, non
inquam desumpta ex unione anni 1471. in qua enunciatum
asseritur prætensum eorum Juspatronatus, eo quia labefacta-
tur ex instrumento Matricis, quod datum fuit per commu-
nitatem, *in præc. Summ. n.* 15. ubi talis enunciativa non le-
gitur, quinimo in ipso instrumento dato per Homodeos Juris-
patronatus enunciativa non est absoluta per illa verba, ut
asseritur, & si quod jus eis patronis competit, & in omnem
casum verificari posset in Altari S. Antonii in eadem Eccle-
sia sito, de quo habetur in d. visitatione anni 1614. Potissi-
me quia si dicti de Homodeis in eis regionibus præpotentes
fuissent veri patroni, adeo segnes non extitissent nedum in
præsentando ab anno 1461. ad annum 1631. sed etiam in pa-
tiendo, quod communitas in jure præsentandi se confove-
ret, ex qua contraria observantia ad nihil deservit enuncia- 9
tiva in d. Instrumento unionis anni 1471. emissa, Rot. *dec.*
257. *n.* 8. *cum seq. p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Minusque altera fundata in præsentationibus annorum
1630 & 1669. a quibus etiam Homodei desumere præten-
dunt ultimum statum, eo quia circa præsentationem anni
1630. redditur insubsistens, seu inefficax, cum requisive-
rint approbationem ab hominibus communitatis veræ pa-
tronæ, & quamvis in expeditione literarum Apost. pro præ-
sentato nihil appareat dictum de communitate, hoc eorum
calliditati tribui potest, dum tam in antecedenti vacatione,
& edicto Vicarii Comen. explicite præsentationem ab Ho-
modeis, & communitate factam fuisse supponitur, *præteri-
to Summ. communitatis n.* 6. quam ipsa etiam præsenta-
tio anni 1630. peracta extitit ab Homodeis una cum produ-
ctione electionis ipsius communitatis, ut *in d. ejus præterì-
to Summ. n.* 8. Qua insubsistentia pariter laborat præsentatio
anni 1662. quia Homodei requisiverunt quoque approba-
tionem communitatis, & quia eadem approbatio prodiit in
discordantia hominum, & sub conditione ejus quod hodie
est in quæstione; ad effectum enim, ut præsentationes quid- 10
quam operentur, & statum constituant, debent esse claræ,
& pacificæ, sicut monet Ros. *de execut. lit. Apost. cap.* 6. *n.*
118. Rot. coram Durao, *decis.* 254. *num.* 9. coram Dunoz.
jun. *decis.* 716. *nu.* 9. *& in rec.* 96. *num.* 17. *part.* 13. *dec.* 136.
num 12. *part.* 14. *& dec.* 63. *n.* 16. *p.* 19. Clarius, quia res est
adhuc integra, ut supervenientis probationibus status contrarii
elisa, & absorpta remaneat quasi possessio præsentandi per
proprietatem, Lother. *de re benef. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 28. Card.
de Luc. *de benef. disc.* 36. *nu.* 12. Rot. cor. Dunoz. jun. *decis.* 11
998. *n.* 6. cor. Priolo *dec.* 113. *n.* 34. *cum seq. & disc.* 136. *nu.*
23. *in rec. dec.* 85. *n.* 5. *p.* 5. *& dec.* 254. *nu.* 21. *&* 22. *par.* 12.

Et ita approbative in reliquis ad decisionem R. P. D. mei
Priolo quinto, & sexto ex DD. adscitis, conclusum fuit
utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Gerunden. Beneficii.

Lunæ 21. *Aprilis* 1698.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia super pertinentia Jurispatronatus.

S U M M A R I U M.

1 P*Ralatus Ecclesiæ Collegiatæ, absque consensu Capituli, non potest præsentare.*
2 *Limitatur tamen, quando favore Prælati concurrit contraria reservatio ducta ex consuetudine.*
3 *Enunciativa antiqua, juncta observantia, aliisque adminiculis, constituit plenam probationem.*
4 *Prælatus absque consensu Capituli non potest aliquod jus distrahere.*
5 *Ex consensu præstito alienationi non infertur ad aliquod jus competens consentienti super re alienata.*
6 *Observantia probat pertinentiam Jurispatronatus favore illius, cui assistit observantia.*

7 *Præ-*

7 *Præsertim, quando concurrunt enunciativæ conformes observantiæ.*
8 *Præsentationes factæ per Archipresbyterum præsumuntur emissæ cum consensu saltem tacito Capituli.*
9 *Ex ultimo actu præsentationis inducitur ultimus status Beneficii.*
10 *Non probato jure donantis, cessat illius transitus in donatarium.*
11 *Præscriptio centenaria abrogat omne jus.*
12 *Præsumptio cedit veritati.*
13 *Inverisimile est, quod quis negligat suum jus.*
14 *Actus per Capitulum gesti sede vacante non præjudicant Prælato in sede plena.*
15 *Tantum censetur præscriptum, quantum possessum.*
16 *Confessio Capituli, quod præsentatio ad ipsum spectet sede vacante, demonstrat, quod sede plena ad ipsum non spectet.*
17 *Præsentatio turnaria unius compatroni conservat possessionem alterius.*
18 *Ultimus status non attenditur, si constet de anteriori statu contrario.*
19 *Transactio impugnari non potest a transigentibus, uti ab eis causam habentibus.*

DECISIO XXXIII.

QUamvis ad simplex beneficium *Diaconile* nuncupatum in Parochiali Ecclesia S. Petri de Figueris ab antiquo tempore nullo adhibito Monachorum consensu præsentare consueverint Abbates Monasterii S. Mariæ de Villabertrando, servato tamen ordine alternativæ jamdiu cum confratribus S. Michaelis de anno 1405. concorditer stabilito, idemque post prædicti Monasterii sæcularizationem, ejusque erectionem in Collegiatam observaverint Archipresbyteri pro tempore; contenderunt nihilominus ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ moderni Canonici in novissima dicti beneficii vacatione non potuisse Archipresbyterum, ipsis irrequisitis, valide suam nominationem explere. Verum delata controversia inter hinc inde præsentatos ad nostrum Tribunal, definitum fuit per sententiam a R. P. D. meo Priolo prolatam, beneficium esse adjudicandum Palissæ habenti præsentationem Archipresbyteri; cui judicato non acquiescente adhuc Gualba per Capitulum nominato, dubitatum fuit hodie coram me, Appellationis Judice, *An sen-*
1 *tentia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda?* eamque uti validam, & justam confirmandam esse Domini responderunt.

Validitate siquidem ex actorum resolutione resultante, justitia satis clare enituit ex multiplici actuum serie, quibus probatum remanet, tam in statu regularitatis, quam post sæcularizationem Ecclesiæ de Villabertrando, jus præsentandi ad controversum beneficium pertinuisse primo ad Abbates, & successive ad Archipresbyteros pro tempore privative quoad Monachos, & Canonicos respective, quemadmodum diserte probant decisiones in causa editæ sub diebus 10. Decembris 1696. & 26. Aprilis anni coram R. P. D. meo Priolo; quo fit, ut quamvis Canonici habeant regulam pro se, ne valeat Prælatus Collegiatæ Ecclesiæ absque consensu sui Capituli hujusmodi præsentationem explere, sed istæ esse debeant simultaneæ inter Prælatum ipsum, & Capitulum, per Text. *in c. ea noscitur de his quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli*; contrarium nihilominus statuendum sit, ubi, ut in hypothesi, favore Archipresbyteri concurrit, vel expressa controversi juris reservatio, vel præsumptiva ex antiqua, & approbata consuetudine elicita, sicut ad limitatio-
2 nem contrariæ regulæ admittit præcitatus Textus *in cap. ea noscitur, vers. nisi ex antiqua, & approbata consuetudine*, & tradit ibidem, gloss. *in verb. libertate*, *ead. gloss. in cap. cum Eccl. Vulterana verb. postulavit circa medium de elect.* Gonzal. *in d. cap. ea noscitur sub n. 8.* Lambert. *de Jurepatr. p. 1. lib. 2. q. 2. art. 12. in fin.* Cassador. *dec. 22. de præbend.* Coccin. *dec. 1378. n. 5. & dec. 1423.* cum aliis in prima decisione R. P. D. mei Prioli, §. *Non obstat primo, & in secunda*, §. *Quoniam pro remotione.*

Animadvertendo autem, quod hic non constat da initio acquisitionis istius Jurispatronatus, unde erui possit utrum soli Abbati, vel simultanee cum Monachis illud fuerit acquisitum, hujusmodi probationis genus satis suppleri DD. videbatur, primo ea antiquissima enunciativa emissa in præfacta concordia anni 1405. in qua cum accedente Capitularium consensu Abbas transegerit cum Confratribus S. Michaelis de Figueriis super jure præsentandi alternis vicibus sibique tanquam unico patrono, nulla Monasterii, sive Monachorum habita ratione, alternativam præsentationem reservaverit, hæc utique enunciativa in antiquis tanti valet,
ut juncta præsertim observantia cum aliis adminiculis, de 3
quibus infra, plenam constituat pertinentiæ patronalis probationem, Adden. ad Buratt. *dec. 172. n. 33. vers. verum licet*, idem Buratt. *dec. 323. sub n. 9.* Coccin. *decis. 1108. sub n. 18.* & post Vivian. *de Jurepatr. dec. 16. n. 18.*

Haud relevante consensu, quem huic actui præstiterunt
ipsimet Monachi, quia cum de jure non valeat Prælatus 4
absque consensu Capituli jus aliquod ad se spectans distrahere, quamvis illud nullum habeat interesse super jure distracto, *cap. tua nobis, & cap. Pastoralis de his quæ fiunt a prælat. sine consensu Capituli*; inde est, ut ex prædicto consensu Monachorum adhibito pro adimplenda juris solemnitate, ubi actum fuit de alienatione, seu admissione Confraternitatis ad jus præsentandi, inferri non possit ad si-
multaneam pertinentiam favore Capituli, & Monachorum, 5
de quibus nulla quoad eandem pertinentiam fuit habita ratio, argumento Text. *in vulgat. leg. Papinianus, ff. de vulgar. & pupill.*

Prædictæ antiquissimæ enunciativæ conformis est subsecuta invariabilis observantia, de qua, loquendo in statu regularitatis, testimonium perhibent tum visitationes ab Episcopis Gerundensibus pro tempore peractæ in annis 1474. 1476. & 1590. in quibus expressa legitur pertinentia nominationis ad controversum beneficium favore Abbatum, tum etiam plures actus, vel nominationum, vel consensuum in resignationes, quos Abbates ipsi explicarunt de anno 1547. 1549. 1577. post transitum vero ad statum sæcularem testantur consimiles actus Archipresbyterorum de annis 1604. 1610. 1612. 1620. 1630. & 1646. Hæc enim adeo longa, & uniformis observantia, absque eo quod unquam Capitulares a prædictis actibus reclamaverint, probat per-
tinentiam privatam Jurispatronatus ad illos, quorum favo- 6
re ita fuisse observatum dignoscitur, Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina sub n. 11. in fin. de caus. possess. & propriet.* Pollb. *de manut. observ. 73. n. 42.* Rot. *in rec. dec. 385. nu. 2. p. 1. dec. 251. sub n. 4. p. 2. dec. 429. sub n. 4. & 6. p. 4. tom. 1. & dec. 4. n. 17. & 18. p. 10.* præsertim cum in aliquibus ex eisdem actibus enuncietur omnimoda dispositio ad solum Abbatem, & Archipresbyterum respective, quod eo magis excludit simultaneum Capitularium concursum, gloss. *in Clement. 1. verb.*
omnimodam de for. compet. Soccin. Sen. *cons. 43. n. 12. lib. 4.* 7
Garz. *de benef. p. 5. cap. 5. n. 117.* Rot. *dec. 296. n. 1. p. 1. divers.* & cor. Bich. *dec. 448. n. 7. & decis. 474. n. 8.* cum aliis in secunda dec. R. P. D. mei Prioli, §. *Quoniam in fin.*

Quin observantiæ virtus adimi velit, vel quia antiquitus de anno 1449. controversum Juspatronatus transierit in Monasterium vigore donationis, quam illius favore stipulatus fuit Episcopus Gerundensis de Ecclesia S. Petri de Figueriis, in qua beneficium situm est, cum omnibus primitiis, decimis, & juribus universis; vel quia in successivis præsentationibus per Abbates, & Archipresbyteros, ut præfertur, expletis, consensus Capituli, qui expressus non legitur, ta-
citus intercessisse præsumatur, ex Text. *in d. cap. noscitur de* 8
his quæ fiunt a Prælat. sine consensu Capituli, vel demum quia Capitulares actu consensisse probentur in duabus permutationibus hujus beneficii de annis 1432. & 1662. ex quarum postrema opponebat propterea nominatus a Capitulo
induci ultimum statum in beneficialibus attendendum, ex 9
vulg. *cap. consultationibus de Jurepatr.*

Incipiendo siquidem a prædicta donatione anni 1449. cum incertum sit, an tunc temporis adesset hoc Juspatronatus, ideoque non constet de illius pertinentia per prius favore Episcopi donantis, hac non probata, inferri non potest
ad illius transitum in Monasterium donatarium, Rot. cor. 10
Duran. *dec. 14. n. 22. & dec. 62. n. 12.* Ultra quam quod assumptum etiam probatum non relevaret, resistente semper subsecuta bis centenaria consuetudine præsentandi favore solius Abbatis, per quam præcedens Monachorum jus, si
quod adfuit, remansisset penitus præscriptum, & abroga- 11
tum, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 131. n. 44.* Rot. *dec. 267. n. 10. p. 6. dec. 169. n. 20. & seq. p. 10.* & in Barchinon. Hebdomadariæ Majoris 1. Junii 1696. §. *Ultra, & seq.* cum aliis in prima dec. R. P. D. Prioli, §. *Non obstat primo, & secunda*, §. *Ex his quoque.*

Qua consuetudine attenta, nec etiam intrare videbatur allegata præsumptio taciti Capitularium consensus: huic enim simplici præsumptioni prævalere debet veritas in

con-

contrarium ex tot multiplicatis actibus comprobata, ortex-
12 plicat glos. *in d. capit. ex noscitur verbo intelligi debet*; non
enim verisimile est, quod spatio duorum sæculorum Capi-
13 tulum passum fuisset Abbates, & Archipresbyteros respecti-
ve per se solos præsentare, si beneficium fuisset simultaneæ
nominationis, Bald. *in l. 2. n. 42. C. de serv.* Rot. cor. san.
mem. Alex. VIII. *dec.* 135. *n.* 8. *&* 9.

Prout nec attendendi oppositi Capitolarium consensus de
annis 1432. & 1662. nam cum de utroque tempore Sedes
Abbatialis reperiretur vacans, nullum exinde resultare po-
tuit præjudicium Prælato pro vacationibus contingentibus
14 Sede plena, ad firmata per Rot. penes Posth. *de manut. decis.*
563. *per tot.* & post Viv. *de Jurep. decis.* 88. *in fin.* ex regula,
15 quod censeatur tantum præscriptum, quantum possessum,
ut advertit ultima decisio R. P. D. mei Prioli, §. *final.* potis-
simum quia primo dictus consensus anni 1432. præsefert ex-
plicitam eorundem Monachorum confessionem, quod præ-
dictum jus præsentandi, Monasterio pleno, ad Abbatem
pleno jure spectabat, illud sibi duntaxat dubium asserendo,
quoties Sedes Abbatialis vacare contigisset, *Prætertte Sum.*
Palliffan. 6. litt. A. ex qua Monachorum confessione emis-
sa Capitulariter, & in actu adeo proportionato, certior red-
16 ditur probatio privativæ pertinentię favore Archipresbyteri,
ad Text. *in l. cum te, C. de transact. & in l. generaliter, C.*
de non num. per. Garz. *de benef. p. 12. cap. 2. nu. 276. & seq.*
ubi refert plures S. Rotæ decisiones san. mem. Greg. *dec.* 452.
n. 2. ibique Addeo. *n.* 22.

Cæterum eo minus suffragari potest Capitulo ultimus sta-
tus desumptus ex prædicto consensu præstito a Canonicis in
permutatione anni 1662. tum quia adest posterior status de
anno 1676. quo controversum beneficium provisum fuit ad
17 præsentationem Confraternitatis S. Michaelis, ad quam ju-
re tornario jus præsentandi pertinebat; ejus siquidem præ-
sentatio prodest etiam Archipresbytero Compatrono ad con-
servandam illius quasi possessionem, san. mem. Greg. *d. de-*
cis. 452. *n.* 9. Coccin. *dec.* 1277. *n.* 4. Rot. *in rec. dec.* 175.
n. 7 *p.* 2. *dec.* 174. *n.* 10. *& dec.* 486. *n.* 7. *p.* 5. *& dec.* 204. *n.*
21. *p.* 12. Tum quia cum ex antecedenti plusquam bisceote-
naria observantia, imo ex ipsa partia confessione anterior
contrarius status favore solius Archipresbyteri fuerit legiti-
me præscriptus, hic causam novissimæ possessionis absor-
bet, & operatur, quod ultimum nullius remaneret effica-
ciæ, quando præsertim nulla secuta fuit institutio ad favo-
rem præsentati ab existenti in prætensa quasi possessione jux-
ta notata communiter, & per DD. *in d. cap. Consultationi-*
bus de Jurepatron. dec. 42. *n.* 5. *&* 6. & latissime cor. Priolo
sen. *dec.* 113. *n.* 34. *& seq. & dec.* 139. *n.* 23.

Quæ legitima præscriptio favore Archipresbyteri, indu-
cta etiam ex actibus in statu regularitatis ab Abbatibus expli-
catis, frustra enervari contenditur, quasi illa non sit alle-
gabilis, postquam suppressa regularitate, ex novo titulo sæ-
cularizationis, atque erectionis dicti Monasterii in Colle-
giatam, universo Capitulo quæsitum dicebatur jus simulta-
neæ collationis, ut de jure administrandi firmavit Rot. in Ge-
runden. Administrationis, inter Archipresbyterum, & Ca-
pitulum hujus Collegiatæ *dec.* 373. *fere per tot.* & signanter
n. 12. *&* 13. *p.* 5. *rec.* nam Domini recurrentes ad tenorem
Bullæ sæcularizationis relatum in principio *dec.* 158. *d. p.* 5.
rec. emanatæ super jure conferendi Canonicatus ejusdem Ec-
clesiæ; recognoverunt beneficiorum dispositionem fuisse
Archipresbyteris reservatam, prout prius Abbatibus com-
petebat; unde quemadmodum possessio privative præsentan-
di per duo ferme sæcula per Abbates legitime præscripta eis-
dem in statu regularitatis suffragaretur, ita & prodesse de-
bet Archipresbyteris, qui in iis, quæ expresse mutata non
sunt, antiquis Abbatibus successerunt, ut admittur in *d.*
dec. 358 *n.* 6. *&* 7. *p.* 3.

Prædictaque demum eo clarius favore nominati ab Archi-
presbytero procedere visa sunt ob subsecutam transactionem,
quam pro componendis dissidiis super jure administrandi re-
ditus hujus Collegiatæ Ecclesiæ in nostro Tribunali verten-
tibus, Archipresbyter, & Canonici inierunt de anno 1663.
quamve Apostolica confirmatione roboravit san. memor.
Alexander VII. in ea namque cum Archipresbytero ejusque
successoribus reservatur fuerunt Jurapatronatus ad quæcum-
que beneficia, quæ ratione tam dignitatis, quam officio-
rum *Priorarie*, & *Camerarie* ipsi ejusque prædecessoribus
competebant, Capitulo vero, & Canonicis ad officia, quæ
ad mensam Capitularem spectabant; inde patens fit non pos-
se modo Canonicos impugnando transactionem solemniter
cum eorum auctoribus stabilitam prætendere Jurapatrona-
tus ad beneficia, quæ transactio ipsa soli Archipresbytero
reservavit, *leg. præses* 12. *C. de transact.* Grat. *discept. for.*
cap. 867. *n.* 47. *& seqq.* Rot. *dec.* 159. *n.* 5. *p.* 1. *rec. & decis.*
312. *n.* 3. *p.* 12. cum vulgaribus passim.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Urbanien. Archipresbyteratus.

Veneris 17. Maii 1687.

A R G U M E N T U M.

Confraternitas ex quibus Laicalis sit dijudicanda, in ornatum *disc.* 59. Card. de Luca *de Jurepatr.*

S U M M A R I U M.

1 *QUalitas Ecclesiastica est nobilior.*
2 *Ecclesia, & Altaria faciunt præsumere qualitatem Ecclesiasticam in Confraternitate.*
3 *Item concursus indifferens fidelium ad interessendum Divinis Officiis.*
4 *Item elevatio Campanilis cum Nola.*
5 *Ac visitatione facta ab Ordinario.*
6 *Officiales sodalitatis laicalis possunt distrahere propria auctoritate.*
7 *In parvis alienationibus rei Ecclesiastica requiritur consensus Ordinarii.*
8 *In majoribus requiritur beneplacitum Apostolicum.*
9 *Per licentiam obtentam ab Ordinario in distractione rerum ad sodalitatem spectantium, denotatur sodalitatem esse Ecclesiasticam.*
10 *Judex Ecclesiasticus per prorogationem partium potest judicare causas laicales.*
11 *Maxime ubi vigeat consuetudo, & Tribunal Ecclesiasticum habitualiter sit competens.*
12 *Cognitio causarum alicujus sodalitatis facta per Ordinarium præsefert in ea signum Ecclesiasticitatis.*
13 *Item solutio decimarum per Summum Pontificem impositarum beneficiis Ecclesiasticis.*
14 *Enunciativa facta a Confratribus super laicalitate Confraternitatis tempore non suspecto constituit vehementem probationem.*
15 *Ordinarii non solent esse faciles ad canonizanda Jurapatronatuum laicalium.*
16 *Enunciativa, & confessio Ordinarii super laicalitate Confraternitatis probat ipsam laicalitatem.*
17 *Item probatur ex enunciativa facta in Bullis Apostolicis.*
18 *Præcipue si Bulla sit discussa per Congregationem Consistorialem.*
19 *In dubio præsumptio stat pro laicalitate.*
20 *Ecclesia, Campanilis, & Hospitale sunt signa dubia ad dignoscendam Ecclesiasticitatem, nisi prius constet Ecclesiam esse principalem, cætera vero accessoria.*
21 *Solutio onerum communitativorum probat laicalitatem.*
22 *Probatur etiam ex observantia Statutorum laicalium.*
23 *Fides Cancellarii ad sui favorem non probat.*
24 *De minimis non est curandum.*
25 *Conjecturæ, quæ non concludunt pernecesse, nullius sunt momenti.*
26 *Reservatio vigore Regulæ 85. Cancellariæ cessat, quando in fundatione beneficiorum expresse cautum est, ut nunquam ex capite reservationum Sedes Apostolica se ingereret.*
27 *Sedes Apostolica in Jurepatronatus mixto potest præsentare, quando vacatio contingit in turno patroni Ecclesiastici.*
28 *Præcisa vero tali divisione, Juspatronatus mixtum non cadit sub reservatione.*
29 *Et hoc ne laici retrahantur a fundatione.*
30 *Ad exclusionem erroris sufficit possibilitas in contrarium.*
31 *Ultimus status in materia beneficiali maxime inspicitur.*
32 *Provisio facta per donatarium ex capite devolutionis, canonizat jus præsentandi ad alterum spectare.*

DE-

DECISIO XXXIV.

ANtiquitas, veluti Nilus, rerum humanarum initii
caput abscondens, ansam plerumque præbet Foren-
sibus colluctantibus, ut evenit in hodierna contentione
inter Valentinum, & Leonardum; cum enim Literæ
Apostolicæ utrinque reportatæ, & super quarum execu-
tione respective dubium proposui; unicam ambigendi cau-
sam involverunt super scrutatione qualitatis Venerabilis
Confraternitatis Sancti Spiritus Castri Durantis, nunc
Urbaniæ, ex quo de vero illius principio, seu erectione
nullum vestigium eminebat; contendente ideirco Leo-
nardo, quod esset Ecclesiastica, quodque proinde sustine-
retur impetratio in vim regulæ octavæ, hodie nonæ, per
eum obtenta quoad Archipresbyteratum, cujus vacatio
contigerat in mense Julii Sedi Apostolicæ reservato; op-
positam vero laicalem naturam, seu qualitatem acriter
asserente Valentino, qui præsentationem ab ipsa Con-
fraternitate patrona, & respective literas Pontificias,
quas nuncupant, pro præsentato fuerat assecutus; placuit
Dominis, conjecturis, & demonstrationibus mutuo col-
latiis, iisdemque sedulo perpensis, inclinare pro quali-
tate laicali, & consequenter respondere, literas Anniba-
lis esse exequendas.

Licet enim scribentes pro Leonardo, ingeniose ac ela-
borata cumulum adducerent conjecturarum, ac præsum-
ptionum super Ecclesiastica qualitate, quæ præcisive a va-
lidioribus in propositum militantibus admodum potuissent
urgere, basim primariam struentes super ipsamet antiqui-
tate, & ignorantia erectionis, quo tempore nimirum, &
qua auctoritate Confraternitas fuerit ad exercenda opera
pietatis instructa, & stabilita, cum solum de anno 1567.
occasione explendi visitationem Apostolicam Episcopus
Feretranus visitator expresserit pervetustam esse fundatio-
nem, sed ejus præcisam non extare memoriam, ac pro-
pterea, junctis præmaxime, signis, de quibus infra, etiam
in dubio fundatam censeri auctoritate Ecclesiastica socie-
tatem hujusmodi Confratrum, stante præponderantia me-
ritorum, securitatis, & durationis, quam secum trahit
respective ad laicam qualitatem longe nobilior, & firmior
Ecclesiastica, per Gloss. *in Clem. quia contingit*, §. *Cete-*
1 *rum verb. Altare de Relig. Dom.* communiter tradiderunt
Fridet. de Sen. *conf.* 111. *n.* 2. *&* 3. Eugen. *conf.* 88. *n.* 44. *lib.*
Beninten. *dec* 13. *n.* 4. Guttier. *q. can. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 17. Del
Bene *de immun. cap.* 4. *dub.* 20. *n.* 9. Ciarl. *contr.* 116. *nu.* 12.
& seq. Modern. Argentan. *collect.* 10. *n.* 28. *lib.* 1. Panimol.
dec. 12. *adnot.* 5. *n.* 14. *&* 15.

Magis autem ipsam fundationis obscuritatem concomi-
tantibus signis nonnulisque spirantibus prærogativam Ec-
clesiasticam, nimirum Ecclesia pluribus Altaribus decora-
ta, Campanile, & Hospitali; ista namque, quemadmo-
dum respondit Ulpianus occasione dubii sexus, *in l. Quæ-*
ritur, *ff. de stat. hom.* veluti de sui natura proculdubio Ec-
clesiastica, & signantet Ecclesia, ac Altaria, faciunt præ-
sumere, quod ubi versemur in ancipiti, prævaleat (ut in
sexibus) eadem qualitas Ecclesiastica, quæ non potest de-
flecti ad conditionem prophanam, sicuti animadvertendo
ad has circumstantias, & præsertim Ecclesiæ, existima-
2 runt Donat. *in prax. Regul. tom.* 3. *tract.* 8. *quæst.* 21. *nu.* 2.
in princ. Jos. de Rosa *conf.* 10. *num.* 10. Panimol. *d. dec.* 12.
adnot. 5. *n.* 7. *& n.* 16. Rot. *decis.* 143. *num.* 12. *part.* 9. *rec.*
& dec. 89. *num.* 6. *par.* 10. & coram Cavill. *dec.* 267. *num.* 1.
& dec. 226. *nu.* 32. coram Card. Cerr. & in Florentina Pa-
rochialis 20. Decembris 1628. §. *Prima quia*, *& seq.* coram
Virili.

Potissime, quia ad eandem Ecclesiam contradistincta ab
Oratoriis privatis confluunt nedum fideles extra personas
Confratrum ad interessendum divinis, sed etiam indiffe-
renter omnes Sacerdotes ad ineunda, celebrandaque Sa-
crificia recipiuntur, per ea quæ in proposito prosequun-
3 tur Abb. *in cap.* Parentibus *num.* 1. *de privil.* Calderin *conf.*
4. *de relig. dom.* 2. Zabarell. *consil.* 11. *sub num.* 1. *vers. Quod*
probo, *& num.* 2. Alex. *conf.* 101. *num.* 5. *vers. Accedit lib.*
7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 132. *num.* 51. San-
chez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *numer.* 39. *in fin. versic. Si-*
militer, Del Bene *de immunit. cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 7. *numer.*
38. Rot. *dec.* 725. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *divers.* & in Perusi-
na S. Mariæ de Nives 30. Aprilis 1599. §. *Constat enim*,
cor. Pamphil. Sen. Quin etiam ipsam Turrim, seu Cam-
panile in parte superiori elevatum cum Nola, non Sodales
tantum, sed universum populum invitante, plurimum
deservire, non minus pro supponenda vera Ecclesia, ac
ut præmisimus, contradistincta a privato Oratorio, sed
etiam de per se validum constituere Judicium Ecclesiastici- 4
tatis in ipsa Confraternitate, vel Hospitali, per Text. *in d.*
cap. Parentibus de privil. annotarunt Zabarell. *d. consil.* 11.
sub n. 6. *vers. Item caveant*, Eugen. *d. conf.* 88. *num.* 46. *&*
47. *lib.* 2. Vivian. *de Jurepat. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 7. Barbos.
de jur. Eccl. lib. 2. *cap.* 11. *n.* 80. Novar. *de elect. for. part.* 2.
sect. 8. *q.* 22. *n.* 6. Del Bene *loc. cit. n.* 39. *&* 40. Donat. *dict.*
tract. 8. *q.* 21. *n.* 3. *vers. Secundum.*

Et quamvis non appareret, quod Ordinarius sese un-
quam ingesserit in administratione, seu gubernio istius Ec-
clesiæ, vel Hospitalis, cum institutione, vel destinatione
Officialium, in quibus terminis ferme citra difficultatem
Confraternitas ipsa, Hospitale, totusque locus pro Eccle-
siastico foret reputandus, teste Mat. Anton. *var. res. lib.* 1. 5
res. 14. *sub n.* 4. *vers. Secundo*, *si Episcopus*, Meslin. Pigna-
tell. *contr. for. cent.* 1. *cap.* 65. *nu.* 12. Ciarl. *d. contr.* 116. *nu.*
9. Jos. de Rosa *d. conf.* 10. *nu.* 30. Panimol. *d. dec.* 12. *adnot.*
5. *n.* 18. Rot. *d. dec.* 825. *nu.* 1. *p.* 1. *divers.* concurrebant ni-
hilominus visitationes factæ per Superiores Ecclesiasticos
plenissimo jure, videlicet non tantum ea, quæ de prædicto
anno 1567. per Episcopum Feretranum inita fuit, sed etiam
altera, quæ magis de proximo, nempe de anno 1686. facta
demonstrabatur, ultra sancita per Sac. Conc. Trid. in visi-
tatione Hospitalium, & Confraternitatum Laicalium, ut
in *sess.* 7. *de reform. cap.* 15. *& sess.* 22. *cap.* 8. Unde cum Or-
dinarius nullo repugnante, aut contradicente visitaverit Ec-
clesiam, Altaria, aliaque omnia ad instar cujuscumque al-
terius loci indubitanter Ecclesiastici, signum emergere veri
loci, & Confraternitatis Ecclesiasticæ, merito prætendeba-
tur, ut tradit. per Fusar. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 5. Merl.
Pignatell. *d. conf.* 66. *n.* 10. Donat. *in prax. regul. d. tom.* 2.
tract. 8. *q.* 21. *sub n.* 3 *vers. Quintum*, Jos. de Rosa *d. consil.*
16. *n.* 29. *& sub n.* 32. Ciarl. *d. controv.* 216. *sub nu.* 17. *vers.*
quod autem, *& n.* 18.

Augeri demum videbatur demonstratio Ecclesiasticitatis
ex tribus potius præsuppositionibus certis, quam conjectu-
ris, quod locus esset Ecclesiasticus. Primo nempe, quia
quotiescunque contigit bona, vel res istius Ecclesiæ, seu
Confraternitatis alienari, adhibita fuit pro confirmatione li-
centia, vel beneplacitum Superioris Ecclesiastici, *Summ.*
Leon. n. 10. sicuti namque propria auctoritate valent Officia- 6
les, & administratores similium piarum Sodalitatum res ea-
rundem Sodalitatum distrahere, ubi sint laicales, per san-
ctam in terris conversationem unitæ ad opera meritoria, &
pietatis explenda, sine mixtura Ecclesiasticitatis, ut ait Bald.
in Auth. hoc jus porrectum, *nu.* 3. *C. de sacros. Eccles.* Paris.
conf. 34. *n.* 19. & 25. *lib.* 4. Torniol. *conf.* 70. *nu.* 16. *&* 17.
Salzar. *de usu*, *& consuet. c.* 8. *n.* 24. *vers. Secundo infertur*,
Guttier. *q. canon. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 16. Mastrill. *dec.* 110. *n.* 12.
Del Bene *de immun. Eccl. cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 6. *n.* 18. *& t.* 4.
Dub. 20. *n.* 5. & 6. Panimol. *dec.* 12. *adnot.* 5. *n.* 5. *& n.* 39.
Rot. *dec.* 58. *ex n.* 4. *usque ad fin.* post Tondut. *de pension.*

Ita e converso, quoties agitur de Confraternitate, vel
Hospitali Ecclesiasticæ conditionis, absolutum est, vel in
parvis alienationibus, ad normam Text. *in Can. Terrulas*, 7
caus. 12. *q.* 2. exposci consensum Ordinarii, vel ubi agere-
tur de majoribus alienationibus, beneplacitum Apostolicum
desiderari, ut habetur apud Grat. *discept.* 619. *num.* 7. & 8. 8
Marc. Antonin. *var. res.* 14. *n.* 7. Hermosill. ad Lopez. *com.*
2. *lib.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 1. *n.* 80. *& seq.* Donat. *in prax. reg.*
d. tract. 8. *q.* 25. *n.* 1. Panimol. *d. dec.* 12. *adnot.* 5. *num.* 40.
Card. de Luca *lib.* 7. *de alien. disc.* 1. *n.* 11. *& seqq.* Rot. *dec.*
502. *n.* 2. *& seqq.* coram Bich. proindeque cum Superior Ec- 9
clesiasticus auctorizaverit alienationes hujus loci ad nor-
mam secundi, non primi casus, de primo inferebatur, so-
dalitatem, & locum esse Ecclesiasticum, non prophanum,
ut præcise agnoscit Ciarlin. *d. contr.* 116. *n.* 21.

Secundo potenter ad eandem qualitatem Ecclesiasticam
inferrebatur ex eo, quod semper lites, & controversiæ spe-
ctantes ad hanc Confraternitatem, active, & passive fue-
rint dispunctæ, & definitæ in Tribunali Ecclesiastico; ideo-
que necesse erat concludere, quod locus esset Ecclesiasticus;
licet enim judex Ecclesiasticus, tanquam indifferenter habi- 10
tualiter competens, possit mediante prorogatione litigan-
tium laicales etiam causas judicare, per Text. *in leg. Si quis*
consensu, *& leg. Episcopale judicium*, *Cod. de Episc. audien.*
& in cap. Significasti de for. compet. ubi præ cæteris, Butr. *n.*
7. *&* 8. & Fagnan. *numer.* 13. Carleval. *de judic. tom.* 1. *disp.*
2. *quæst.* 8. *sect.* 3. *num.* 1110. *& seq.* Bellett. *disquis. Cler. p.* 1.
tit. de favor. Cler. person. §. 1. *numer.* 30. Francesc. *de compet.*

inter

*inter varias q.*49. *n.*10. *& seqq.* Card. de Luca *de judic. disc.* 40. *sub n.* 8. Rot. *dec.* 1859. *nu.* 75. *& seq.* coram Coccin. &
11 maxime ubi vigeat consuetudo, ex prædicto principio, & fundamento, quod semper Tribunal Ecclesiasticum habitu competens est, ut affirmant Spetel. *decis* 98. *nu.* 33. *& seqq.* Panimol. *dec.* 12. *adnot.* 2. *n.* 42. Rot. *dec.* 792. *nu.* 1. *part.* 1. *diversor.*

Attamen cum de hujusmodi prorogatione, aut particulari consuetudine in hodierna audientia non daretur aliqua justificatio, ista concussa observantia maximum pro qualitate Ecclesiastica præseferebat indicium, ex adductis per Joan.
12 Franc. de Pont. *cons.* 18. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. Marc. Antonin. *de resol.* 14. *num.* 6. Guttier. *d. quæst.* 35. *num.* 9. *& num.* 24. *& seq.* Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap* 14. *num.* 4. *&* 7. Panimol. *d. decis.* 12. *adnot.* 5. *nu.* 8. Rot. in *d.* Florentina Parochialis 20. Decembris 1628. §. *Nec fecit in fin. & §. seq.* coram bon. mem. Card. Virili.

Tertio tandem intercedebat alia nupertima observantia, quod cum san. mem. Innocentius XI. ad profligandos Turcarum impetus nimium de proximo Austriæ Reginam Urbem, totamque Christianitatem invadentes, subsidium seu Decimas Ecclesiasticas imponere coactus fuerit super bonis, & beneficiis Ecclesiasticis, etiam sodalitas hæc pro bonis suis decimam persolvit, quæ sane solutione concurrente, locum, & Bona Ecclesiastica existimanda esse, dixerunt Camil. Bo-
13 rel. *cons.* 81. *numer.* 6. Pignatell. *consult. canon tom.* 8. *consult.* 31. *sub numer.* 10. *vers. quando enim*, Amostaz. *de caus. piis lib.* 4. *cap.* 11. *&* 12.

At hisce, similibusque (minus tamen perstringentibus argumentis, ut erant peculiare saccum, seu indumentum Confratrum, aggregatio sodalitatis ad S. Spiritum in Saxia de Urbe, accessus ad Processiones, nuncupatio Confraternitatis S. Spiritus, Indulgentiis, & Eleemosynis) solita maturitate per DD. discussis, & examinatis, visum est, longe robustiora extare fundamenta, quæ ex altera parte Valentini promovebantur in conflictu.

Siquidem in primis occurrit clarum factum, & confessio eorundem Confratrum de anno 1026. occasione etenim quod quidam Clericus per sortem tamen fuerat præelectus inter officiales, insurgente, & conclamante præ cæteris uno, quo extractus non forat capax, ex quo sodalitas esset laicalis, de facto fuit exclusus citra ullam contradictionem; unde cum hujusmodi enunciativa juncta cum facto positivo exclusionis, & acquiescentiæ, emanaverit tempore non suspecto, videlicet priusquam erigeretur Canonicatus, seu Archipresbyteratus, de quo agitur, vehementissimum gradum probationis circa ipsam laicalitatem constituit, ut dixit Ro-
14 ta *dec.* 386. *n.* 5. coram Cuccino, *& dec.* 16. *n.* 22. *p.* 5. *rec. & dec.* 354. *n.* 15. *vers. Quoniam*, *nu.* 16. *&* 17. *p.* 19. & in Urbanien. Canonicatus 9. Junii 1694. §. *Absque eo quod*, coram R. P. D. meo Muto.

Validius autem procedendo gradatim, stringit altera enunciativa, factum, & confessio emissa per Ordinarium, qui cum regulariter non soleat esse facilis in canonizandis
15 juribus horum patronatuum laicalium, ut inquit Rot. *dec.* 70. *n.* 4. *dec.* 121. *n.* 12. cor. Dunoz. jun. *dec.* 193. *nu.* 8. cor. Card. Cels. & cor. Priol. *dec.* 318. *n.* 10. *& dec.* 576. *n.* 14. *p.* 28. *rec.* de anno tamen 1651. expresse instituit præsentatum ad hujusmodi Archipresbyteratum per Confraternitatem sub enunciativa, & confessione, quod Confraternitas esset lai-
16 calis, ac propterea cum sua nimia interesset non approbare eidem qualitatem prophanam etiam ad quoscunque alios effectus jurisdictionales super ipsa Confraternitate, & foret is Ordinarius prius sponsus, sive Episcopus hujus Cathedralis noviter erectæ, alioquin re, & nomine honoratus, & honorandus, aliasque vigilantissimus assertor jurisdictionis Ecclesiasticæ, nulli dubium esse potest, quod ex hoc facto, & confessione tollatur quælibet difficultas in hac materia, ut in terminibus Rot. *dec.* 405. *n.* 3. *p.* 1. *rec. & dec.* 24. *nu.* 29. *p.* 10. & in Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. *Et demum*, cor. R. P. D. meo Priol. & in d. Urbanien. Canonicatus 9. Junii 1694. §. *fin.* & 14. Januarii 1692. & §. *Clarius*, coram R. P. D. meo Muto.

Denique præsuppositionis, & confessionis Confratrum, ac Ordinarii superaccedit præsuppositio, & enunciativa Papalis in ipso limine erectionis Cathedralis; cum enim pro constandis (ut moris est in consimilibus erectionibus novarum Cathedralium) Canonicatibus, & dignitatibus opportunis, & necessariis, plures cives in particulari, pluresque sodalitates dotes de proprio contribuerint, & inter istas illa S. Spiritus, omnes istas Confraternitates san. mem. Urbanus VIII. qui Castrum Durantis in Cathedralem suo nomine donatam erexit, nuncupavit laicales, ut patet ex Bulla per elaboratum Collectorem Ugel registrata in sua *Ital. sacr. tom.* 2. *fol.* 929. proindeque superaddita etiam præsuppositione, & enunciativa Papæ, res quatenus fuisset ambigua, reddebatur manifesta, ut in specie dixit Rot. *decis.* 192. *nu.* 11. §. *Quod autem*, *& n.* 12. *&* 13. *p.* 18. *rec.* & generaliter respon- 17
sum fuit in d. Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. *Primo enim*, *& §. Secundo dantur*, cor. R. P. D. meo Priol. Præcipue quia eadem Bulla, & in ea contenta, sedulo fuere dispuncta per Organum S. Congreg. consistorialis hisce materiis præpositæ, quæve idcirco alias non admisisset talem enunciativam, seu confessionem Ordinario, & Datariæ præjudicialem, ut habetur apud Moder. Episc. S. Severi *in tract. de caus. consist. sect.* 3. *nu.* 14 *& sect.* 18
10. *n.* 12. *prope fin.* Card. de Luca *lib.* 14. *in adnot. ad Conc. Trid. disc.* 8. *n.* 4. & melius *n.* 10.

Exclusa igitur ex his superlativis demonstrationibus Ecclesiastica qualitate, superfluum videbatur DD. vel supradictas conjecturas, & signa per Leonardum allata diluere, vel contraria signa, oppositasque a Valentino conjecturas expendere: Et nihilominus motivo antiquitatis, & ignorantiæ erectionis hujus Confraternitatis contraponebant DD. regulam magis receptam, quod in dubio præsuppositio stet pro laicalitate, ut plenissime constat ex Gonzal. *ad reg. Cancell. gloss.* 5. §. 4. *n.* 24. Ricciol. *lucubr. Eccl. lib.* 4. *cap.* 13. 19
nu 5. *& seqq.* Corrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap* 2. *sub nu.* 54. *vers. Et in dubio*, Urceol. *de transact. q.* 24. *n.* 62. *& seqq.* & signanter *n.* 64. & 65. Card. de Luca *lib.* 7. *de alien. disc.* 8. *n.* 4. Rot. *dec.* 58. *sub n.* 4. post Tondut. *de pension.* & in Mantuana bonorum 25. Junii 1683. §. *Quod etiam procedit*, coram bon. mem. Albergato.

Ecclesiæ, Campanili, ac Hospitali satisfaciebat responsio, quod cum appareret, an ista esset accessoria Confraternitati, vel e converso, nimia idcirco æquivoca reddebantur; in tantum quippe vim faciunt signa præmissa; liquet Ecclesiam esse quid principale, soliditatem vero accesso- 20
rium, teste Cyriac. *contr.* 530. *n.* 7. Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 40. *ex n.* 45. *usque ad* 59. Franc. *de Eccl. Cathedr. cap.* 25. *n.* 185. *& seq.* Rot. *dec.* 106. *sub n.* 1. *p.* 2. *divers. & dec.* 139. *sub n.* 2. coram Dunoz.

Solutio Decimarum non solum tanquam nupertime facta parvi erat attendenda, sed longe suffocabatur a solutionibus onerum communitatis, quæ Confraternitas tanquam pura laica supportabat, cum non unicum actum, sed plures, ac plura tempora involverent, scilicet a principio usque ad annum 1671. in quo bona extiterunt in alio translata, & sic eo magis aderat qualitatem Ecclesiasticam palam erat, ut in hac præcisa materia tradiderunt Roman. *consil.* 477. *n.* 9. Eugen. *contr.* 88. *n.* 61. *lib.* 2. del Bene *de immun.* 21
cap. 3. *dub.* 2. *sect.* 7. *n.* 43. Ciarlin. *contr.* 116. *nu.* 2. maxime juncto decreto, tempore non suspecto edito ab ipsis Confratribus, ut administrator, quem appellant massarium, satisdare teneretur ad formam decreti Ducalis, cui se subjicere non potuissent, ubi corpus esset Ecclesiasticum, resistentia celebri sanctione Text. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* 22
cum concord. per Oliv. *de for. Eccl. p* 4. *q.* 11. *nu.* 36. *& seqq.* Rota cor. Merlin. *dec.* 902. *n.* 76. *cum duob. seqq. & dec.* 279. *n.* 16. *p.* 16. *rec.*

Actitatio demum causarum in foro Ecclesiastico, consensus ab Ordinario præstitus modicæ cuidam alienationi, necnon visitationes bis expletæ per Ordinarium, ut supra, pariformiter dignoscebantur æquivoca; ultra enim quod respectu actitationum in foro prædicto illæ solum probabantur ex fide Cancellarii Ecclesiastici verisimiliter ad sui favorem testificantis absque designatione, & expressione causarum particularium in quo casu nulla fides eidem haberi potest, juxta doctrinam Innoc. *in l.* 1. *n.* 6. *de fide instrum.* Afflict. *dec.* 48. *n.* 2. Surd. *cons.* 231. *nu.* 2. *&* 3 Rot. *dec.* 335. *sub n.* 3. *p.* 1. *rec.* & cor. Merlin. *dec.* 137. *nu.* 4. *vers. Et hac tanto magis*, *& n.* 6. *vers. Quoniam*, *& dec.* 206. *n.* 8. *p.* 17. 23
adhuc tamen ex possibili voluntaria prorogatione talis conjectura remanebat æquivoca, prout etiam non erat ab æquivoco immunis prædictus consensus ab Ordinario adhibitus, dum forte valuit ab emptoribus pro majori eorum securitate obtinere; & tamen cum ageretur de unico actu valde recenti, & super re minimi momenti, intrat vulgare adagium, ut de minimis curandum non sit, per Text. *in l. Scio*, *ff. de integr. restit. & in leg.* 5. *in fin. de edil. edict.* Leo *dec. Valent.* 24
113. *n.* 10. *cum aliis vulg.*

Minus postremo ab æquivoco præservari poterant visitationes, dum valuerunt expleri jure delegato, quemadmodum certum erat respectu primæ visitationis de anno 1567.

ne 1567. & nihilominus in contrarium stabat decretum per
judicem sæcularem ea causa cujusdam dissidii inter confra-
tres interpositum de anno 1628. *Summar. Valentini n. 8. lit.
A*; conjecturæ namque, quæ vel ab aliis suffocantur, vel
non concludunt pernecesse, nullius momenti sunt apud ju-
ra, & tribunalia, ut passim videre est, & signanter in *dec.*
138. *n.* 16. cor. Ubaldo *d. dec.* 737. *n.* 5. *&* *dec.* 2342. *n.* 41.
25 *&* 42. coram Coccin. *& dec.* 14. *n.* 20. coram Cattil. *& dec.*
490. *n...p.* 14. *rec.*

Cæterum quando hæc omnia defuissent, & adhuc legiti-
me dubitari posset de qualitate laicali, vel Ecclesiastica; colla-
bescere visum fuit omnem difficultatem ex alio de per se exu-
beranti, ac discreto fundamento, nimirum quia in funda-
tione istius Canonicatus, seu Archipresbyteratus, cui pro
medietate contribuit persona prophana, & pro altera Con-
fraternitas, cautum fuit, ut nunquam ex capite reservatio-
num Sedes Apostolica se ingereret, sed semper, & in quo-
cunque casu vacationis, præsentatio spectaret ad fundato-
res, & patronos, exprimendo quoque vacationem per ces-
sum etiam in manibus Papæ, ac decessum ex quibuscunque
personis tam S. R. E. Cardinalium, quam Summi Pontificis
familiarium, & continuorum commensalium, ac quorum-
cunque Curiæ Romanæ Officialium, ideoque etiam quan-
do tractaretur de patronatu pertinente ad personas Ecclesia-
sticas, cessasset reservatio prædictæ regulæ 8. hodie 9. ratio-
ne mensium, ut conjungendo efficaciam similium verbo-
26 rum adhibitorum in fundatione beneficiorum responsum
fuit in *dec.* 274. *ex n.* 8. *usque ad* 17. cor. Royas, *& in rec.
dec.* 327. *n.* 3. 4. *&* 5 *p.* 15. *& dec.* 242. *n.* 6. *p.* 19. & in Flo-
rentina Capellaniæ 7. Maii 1677. *per tot.* cor. Rever. Burde-
galen. & in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii 1.
Decembris 1694. §. *Exclusionem autem*, confirmata 4. Maii
1685. coram clar. mem. Card. Mathæjo.

Fortius autem, quia, ut diximus, pro medietate contri-
bueret fundationi persona indubitanter laica, & prophana;
licet enim, ubi exercitium Jurispatronatus alias mixti divi-
ditur per vices, seu per turnum, minime impediatur Sedes
Apostolica in suis mensibus conferre, quando vacatio con-
tingat in turno debito patrono Ecclesiastico, ut censuit Rot.
27 cor. Priol. *dec* 362. *n.* 11. *&* 12. *& dec.* 383. *num.* 15. *& seqq.
& dec.* 432. *n.* 28. *cum duobus seqq.*

Attamen cum hujusmodi partitio turni superveniens non
foret per ipsam fundationem, sed eadem facta fuerit in ipsa
erectione cum specifica approbatione Papæ, illa mixtura,
quæ alias sine divisione exercitii impedimento esset regulæ
28 prædictæ, juxta firmata per Covarr. *pract. q. cap.* 36. *sub n.*
5. §. *Tertio opportune, vers. Et ideo*, Garz. *de benef. par.* 5.
cap. 1. *n.* 582. Gonzal. *ad reg. Cancell. glos.* 18. *nu.* 8. *& seq.*
Adden. ad Buratt. *dec.* 750. *n.* 17 Card. de Luca *de Jurepatr.
disc.* 50. *n.* 20. *cum seqq.* Rot. *dec.* 574. *nu.* 10. *p.* 1. *diversf. &
dec.* 341. *n.* 4. *&* 5. *p.* 2. *rec. & dec.* 655 *n.* 2. *&* 4. *p.* 4. *tom.*
3. & cor. Caval. *dec.* 460. *n.* 4. & cor. Matt. Andr. *dec.* 22. *n.*
9. & cor. Coccin. *dec.* 1571. *nu.* 4. & cor. Peuting. *dec.* 171.
n. 12. *& in rec. dec.* 323. *ex n.* 9. *cum plur. seqq & decis.* 376.
n. 6. *& seq. p.* 13. *& dec.* 290. *nu.* 22. *&* 25. *p.* 18. videtur fa-
tis, superque præservata, dum non obstante eadem divisio-
ne Pontifex mandavit, ut semper præsentatio pertinere debe-
ret ad patronos; alias namque absque tali declaratione, &
pacto, fundatores propria bona fuissent elargiti, ne tractu
temporis occasione personæ Ecclesiasticæ laicorum etiam
jus evanesceret, ut bene admonuit Amayd. *de styl. Datar. cap.*
29 15. §. 15. *n.* 109. *& seqq.* & signanter *nu.* 114. Adden. ad Pam-
phil. *dec.* 189. *sub n.* 19. Card. de Luca *de Jurepatr. disc.* 65.
n. 34. *vers. Negativam vero*.

Allegare autem, quod Papa confirmando, adjiciendoque
verba præservativa, & exemptiva a reservationibus Aposto-
licis erronee præsupposuerit laicalem qualitatem in istis Con-
fraternitatibus, erat petere principium, cum jam ex dedu-
ctis vel nullatenus univoca forent signa Ecclesiasticitatis,
vel urgentiora, aut saltem æqualia militantia pro laicalita-
te, proindeque innegabilis erat error in Papa, & in tota Sa-
cra Congregatione Consistoriali, dum ad actoris etiam pri-
vati exclusionem solum possibile in contrarium exhiberat,
ad not. per Modern. Argentan. *collect.* 36. *n.* 62. *lib.* 1. Rot.
30 *dec.* 242. *n.* 36. cor. san. memor. Alex. VIII. & cor. Ninot.
dec. 36. *n.* 12. *& dec.* 251. *n.* 4. *&* 6. cor. Priol.

Præcipue animadversis pro coronide statibus erectionem
subsecutis, & signanter ultimo; nam cum semel in turno
Confraternitatis accideret vacatio Archipresbyteratus, ni-
mirum de anno 1651. præsentatus a Confraternitate, et-
si eadem vacatio contingerit in mense Octobris reservato,
pacificam obtinuit institutionem; quanti vero roboris exi-
stat ultimus status in materia beneficiali ad submovendam
omnem amaritudinem, notorium est, & præcise, seu in-
dividualiter in proposito nostro quæstionis animadvertit
Lother *de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *n.* 18. Cottad. *in prax. bene- 31
fic. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 48. *vers. Alter vero, & numer.* 49.
Rot. coram Crescent. *decis.* 9. *num.* 1. *& per tot. de Jurepatr.*
& cor. Seraph. *dec.* 1334. *n.* 7. *vers. Et etiam, & decis.* 273.
n. 3. *p.* 3. *rec.*

Gratisque per Leonardum allegabatur alter status, pra-
cticatus de anno 1660. ultra enim quod tunc non erat in
turno Confraternitatis, adhuc potius idem status manife-
stam patitur retorsionem; quantumvis enim memoratus pri-
mus Episcopus vigilantissimus, ex quo persona, in cujus
turno accidentaliter obveneras vacatio de mense pariter A-
postolico, foret Ecclesiastica, remiserit negotium ad Data-
riam Apostolicam; ista tamen examinata (ut credibile est)
lege fundationis, noluit conferre Archipresbyteratum tan-
quam S. Sedis reservatum ex prædicta regula 8. seu 9. Can-
cellariæ, sed ex capite devolutionis, quæ sicuti fundatur in
negligentia; ita præsupponit jus præsentandi ad alterum spe-
ctare, non autem ad ipsam Datariam, ex bene perpensis
per Gonzal. *ad reg. Cancell. gloss.* 11. *n.* 60. *&* 61. *& glos.* 15. 32
§. 21. *& seq.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 34. *& lib.* 3.
q. 8. *n.* 143. *&* 147. Rot. coram Cassador. *dec.* 8. *de preben.*
& coram Crescen. *dec.* 15. *eod. tit. utrobique n.* 3. Cardin. de
Luca *de benef. disc.* 13. *n.* 4.

Et ita utraque parte aciter informante &c.

R. P. D. URSINO.

Barcinonen. Parochialis del Prat.

Luna 13. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

In disc. 63. *de Jurepatr.* Card. de Luca demonstrat effectum
possessionis in jure præsentandi; hæc vero decisio cum al-
tera illius confirmatoria fere totam materiam effectus d.
possessionis enucleat, cum distinctione casuum, in qui-
bus eadem possessio soleat urgere.

SUMMARIUM.

1 *PRæsentatio ab existenti in quasi possessione præ-
sentandi est attendenda.*

2 *Ultimus status non attenditur, quoties constat de ve-
ritate status contrarii, si tamen agatur de sim-
plici statu beneficii in petitorio.*

3 *Vel si agatur de probanda qualitate patronatus in
præjudicium tertii impetrantis, vel provisi.*

4 *At si agatur de pertinentia collationis, & de qua-
si possessione eligendi, seu præsentandi, tunc sola
quasi possessio sufficit ad sustinendam collationem,
etiamsi constet de anteriori possessione contraria,
vel de statu anteriori adversativo legitime præ-
scripto, & n.* 5.

6 *Hujusmodi autem conclusio eo tantum casu everti
valeret, quoties evidentissima concurreret proba-
tio adversativa ultimo statui, & quæ oriretur
vel a publico instrumento fundationis, cui nil
objici possit, vel a re judicata, vel a partis con-
fessione undique clara.*

7 *Itaut si contraria probatio remaneret aliqualiter
dubia, semper attendi debeat ultimus status.*

8 *Ultimus status, pro quo stat sententia, est atten-
dendus, donec per rem judicatam fuerit revocata.*

9 *Ut ultimus status legitime possit præscribi, sufficit
etiam titulus coloratus.*

10 *Possessio acquisita per rem judicatam, & cum partis
contradictione, efficacior reputatur, & n.* 11.

12 *Ea quæ petitorium respiciunt, in possessorio atten-
denda non sunt.*

13 *Omnes Ecclesiarum divisiones, & erectiones de ju-
re facta censentur, non immutato statu unionis,
& sine illius præjudicio, & n.* 14. *&* 15.

16 *Pontificis mens ad incognita non trahitur.*

DECISIO XXXV.

CUm ab antiquissimo tempore incolæ, & habitatores vi-
ciniæ nuncupatæ del Prat Barcinon. Diœcesis nulla
essent

essent determinata Parochia circumscripti, neque a proprio, & particulari Rectore regerentur, sed uti siti intra limites diversarum Parochiarum, partim S. Baudilii de Lupricato, partimque S. Eulaliæ Emeritæ del Hospital, ac Sanctæ Columbæ de Cervello, Sacramenta, aliaque respiscientia curam actualem animarum recipere cogerentur a
a. prædictis Parochialibus; superioritatem vero, & curam habitualem recognoscerent in Archidiacono majori, & Præcentore, prima & tertia ex dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis Barcinonen. quibus unitæ existebant præfatæ illarum Parochiales, ut de Ecclesia S. Baudilii, uti dependenta, seu unita majori Archidiaconatui, constat ex instrumanto calato in dec. 364. n. 1. p. 19. rec. & prius dixerat Rota in decis. 95. & 115. coram Merlin. & in decision. 923. coram Buratt. & decision. 163. num. 18. part. 8. recent. ac de Parochiali S. Eulaliæ, respectu Præcantoriæ asseritur in decision. 163. numer. 18. dec. 184. & dec. 203. par. 8. recent. de anno 1544. agnoscentes ob distantiam Parochialium quibus subjiciebantur, ac ob intersectionem cujusdam fluminis hiemali tempore generose tumescentis, usum Sacramentorum, ac frequentiam Divinis Officiis ipsis sæpe sæpius nimium impediri, & ob discrimina frequentium inundationum ægrotantes non raro absque Sacri Viatici munimine æternæ nostræ salutis tessera, & infantulos sine Baptismalis lavacri regeneratione decedere, prægnantesque mulieres, senes, aliosque inhabiles a Missarum solemnibus, cæterisque Divinis Officiis perpetuo arceri, ad toc dirimenda incommoda eorum spirituali consolationi, ac animarum saluti adversativa, supplicare decreverunt sanctæ memoriæ Paulo III. ut in loco del Prat alias convenienti, & idoneo solo novæ Parochiæ erectionem demandaret: Qui benigna perpensis mox recensitis rationibus eisque usi satis urgentibus animadversis, prævia separatione, ac segregatione loci del Prat a superius recensitis Parochialibus SS. Baudilii, Eulaliæ, & Columbæ novam Ecclesiam sub invocatione SS. Petri, & Pauli constitui & ædificari concessit, eique omnia munia Parochialia indulgendo, illic Parochiam constituit locum del Prat cum suis finibus, ac Parochianos ipsos habitatores, & incolas, ac pro redditu assignavit decimas, primitias, & oblationes, de cetero habitatores præfatos absolvendo a responsione præstari solita antiquis Parochialibus, a quibus novam hanc Ecclesiam divisam, & separatam penitus voluit, ut lectura Bullæ erectionis hodie per extensum circumlatæ ad evidentiam præseferebat.

Nova hæc Parochia talibus constituta legibus, in sui primæva erectione, collata fuit a Summo Pontifice cuidam Petro Pellicer; sed successiva qualitas, & methodus illius collationis pro temporibus erectioni proximis manet sub involucro, cum solum de anno 1575. præseferatur quædam provisio ab Ordinario facta per concursum, una cum nonnullis aliis regulata temporum serie emanatis usque ad annum 1623. a quo citra cum subinde vacasset per obitum Petri Boix de anno 1638. Archidiaconus, & Præcentor contendentes illam esse eorum dignitatibus unitam, ad eam præsentarunt Franciscum San, qui in contradictorio judicio suam nominationem defendit cum prælecto ab Ordinario in concursu, donec obtenta gratiosa subrogatione in juribus collitigantis interim defuncti, prævia decisione Rotali, coram Carill. edita inter ejus impressas 135. (in qua sub numer. 16. canonizatur unio Ecclesiæ del Prat antedictis dignitatibus) pacificam nactus fuit possessionem, quam usque ad obitum conservavit.

De anno vero 1674. iterum secuta vacatione Ecclesiæ, de qua res est, dignitates denuo ad eam nominarunt Bernardum Mansferrer, qui obtenta Apostolica gratia propræsentato, cum expressa conditionali clausula: *Dummodo Archidiaconatui, & Præcentoriæ prædictis perpetuo canonice unita fuerit, & non alias*, eaque præsentata Vicario Barcinonen. Executori in literis deputato, ille processum fabricavit, ac visis informationibus, testium dictis, ac partium confessionibus, ut ipsemet in sua sententia testatur, pronunciavit Ecclesiam del Prat conferendam esse Bernardo a dignitatibus nominato, prout cum effectu contulit juxta seriem documentorum, de quibus *in hodierno Summario Hieronymi nu.* 2. 3. & 4. a qua collatione, ausi provocationis causa delegata fuerit bonæ memoriæ Calataju, tunc in nostro Auditorio consedenti, ad instantiam Joannis Baptistæ, qui inhærendo canonizatæ unioni literas Apostolicas impetraverat ob suppositam discordiam dignitatum, quibus jus præsentandi competebat; tamen de novo canonizata, sed verius præsupposita unione, rejecta fuit instantia oppositoris, iteratumque per Rotalem sententiam pronunciatum, literas Apostolicas Bernardi esse exequendas, prævia decisione impressa *in rec. part. 18. tom. 2. in ordine* 534.

Per hujus demum decessum, secutum de anno 1693. hodierna contentio excitata fuit, cum Archidiaconus major Cathedralis Barcinonen. tam nomine proprio, quam uti Procurator Præcentoris, inhærendo quasi possessioni præsentandi, in qua reperitur, nominaverit Hieronymum, qui desuper Apostolicas literas præsentato obtinuit; ac e converso Joannes Parochialem tanquam liberæ collationis juxta notissimam Constitutionem san. mem. S. Pii V. impetraverit. Quapropter, tam super relaxatione supplicationum, quam executione literarum, orta controversia in Dataria Apostolica, placuit Eminentissimo Prodatario demandata utranque gratiam sub eadem data relaxari, & executionem remittere nostro Auditorio; ad cujus decreti normam commissione mihi directa, subscripsi dubium: *An, & quæ gratia sit exequenda*; illudque disceptandum proposui in audientia habita die 4. Februarii proxima præteriti, in qua, cum Hieronymus ad tuendam propriam præsentationem satis urgeret *in dec.* 135. coram Carill. & *decis.* 543. *part.* 18. *rec.* in quibus unio pro constanti supponitur, Domini ad integram, & accuratam materiæ indaginem æquum putarunt licentiam impartiri impugnandi memoratas decisiones, quæ alias incideret, & laudabili stylo nostri Tribunalis revocari non valebant: Sub quo themate, reproposita causa sub die 15. Martii subsequentis, ac partibus in sensu minime convenientibus, quintum, & sextum ex consedentibus in turno, ad suffragandum in causa pervocarunt; a quibus omnibus hodie sedulo materia pertractata, resolutio prodiit, *Gratiam Apostolicam Hieronymi esse exequendam*.

Justificata quippe apparuit in omnibus suis partibus, & signanter in ea respicienta unionem, super qua unice cadebat quæstio, ab ultimo, & penultimo statu superius recensito, secumferente quasi possessionem præsentandi ad commodum Dignitatum Barcinonen. canonizatam ulterius sententiis ipsiusmet Ordinarii, ac decisionibus Rotalibus, a qua proinde superlativa bona fides, & juridica possessio exoritur ad validitatem nominationis factæ, & justificationem gratiæ Apostolicæ, ad textus literales *in cap. Consultationibus, de Jurepatr. cap. Querelam de elect. & cap. Cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.* 1

Et licet ultimi status præsumptio elidatur, quoties constat de veritate status contrarii; id tamen regulariter procedit, quando agitur de simplici statu beneficii in petitorio utpote, si cadat controversia, an sit Curatum, vel simplex, Regulare, vel Sæculare, juxta casum *dec.* 539. Pamphil. ac de 2
probanda illius qualitate in præjudicium tertii impetrantis, vel provisi, aut de similibus qualitatibus principaliter dubitari contingat, juxta materiam Text. *in cap. Cum de benef. de prabend. in* 6. quia tunc ultimus status non attenditur, 3
nisi in dubio, & quatenus non doceatur de anteriori statu contrario legitime impresso, de quo si constet, sequens, seu posterior status nil relevaret, nisi esset legitime præscriptus; secus autem est, si agitur de pertinentia collationis, & de quasi possessione eligendi, seu præsentandi, juxta censuram Text. *in cap. Consultationibus, de Jurepatronat.* quia 4
tunc sola quasi possessio, & ultimus status sufficit ad sustinendam collationem, seu provisionem bona fide factam, etiamsi constet de anteriori possessione contraria vel de statu anteriori adversativo legitime præscripto, quia actus nominationis habentur loco fructuum quasi possessionis præsentandi, & spectant ad possessorem, qui manuteneri debet, reservata discussione anterioris status pro futuris vacationibus, ut ex professo materiam examinando, & casus distinguendo, latissime probant Lother. *de re benefic. libr.* 1. *quæst.* 34. *numer.* 25. & 26. *cum pluribus seqq.* Ros. *de execut. lit. Apostolic. part.* 2. *cap.* 62. *a numer.* 96. *ad* 110. & fuit constans semper opinio nostri Tribunalis, ut videre est *in decision.* 14. *per tot. de Jurepatronat. in antiquis decision.* 2. *numer.* 2. *de prabend. in nov. decis.* 154. *num.* 3. & 4. *part.* 1. optima *in decision.* 435. *num.* 1. & *seqq. p.* 2. *dec.* 362. *nu.* 2. *part.* 5. *dec.* 13. *n.* 17 & *pluribus seqq. part.* 6. *recent.* & *dec.* 910. *a n.* 5. *ad fin.* coram Coccin. & coram Priol. *decis.* 38. *n.* 6. & *seqq.* coram Cerro *dec.* 497. *num.* 11 Adden. ad Pamphil. *dec.* 530. *num.* 6. *vers. Notabilis est differentia*, & Celsonen. Præpositura, 2. Decembris 1693. §. *penultimo*, cor. R. P. Domino meo Molines, & in Mediolanen. Beneficiatus, seu Præpositura, 26. Novembris 1691. & 4. Julii 1692. coram eodem.

Iden

Digitized by Google

Ideoque in concursu, vel ultimi status præscripti, quo-
ties quæstio cadit principaliter super beneficii qualitate, aut
simplicis, quoties agitur de quasi possessione ad effectum ju-
stificationis gratiæ evitandæ subreptionis, excludendæ re-
servationis, vel præsentationis sustinendæ, juxta sensum
decis. 233. *numer.* 13. *part.* 1. *& decis.* 295. *numer.* 4. *par.* 17.
5 *recentior.* nil urgent cæteræ probationes adversativæ, utpote
multiplicatæ præsentationes, & renunciativæ contrariæ
ultimo statui, quia minime attenduntur pro ea vacatione,
neque suspendunt, vel retractant collationem omni bona
fide factam; sed discutiendæ reservantur in petitorio, quo-
ties principaliter dubitatur super beneficii statu, & perti-
nentia, ut in præcisis, imo fortioribus terminis firmat
Rot. *in dec.* 455. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* ubi non solum concurre-
bant multiplicatæ præsentationes, enunciativæ, aliæque
probationum species pro existentia patronatus; sed etiam
resolutum fuerat per Rot. articulo ad partes discusso, con-
stare de Jurepatronatus, & nihilominus ea sola quasi pos-
sessione libere conferendi per Ordinarium collatorem ac-
quisita ex unica antecedenti collatione, conclusum fuit
6 collationem Ordinarii non esse revocandam, ut habetur
in num. 1. & 4. & hoc idem dictum fuit *in dec.* 13. *nu.* 22. *&*
seq. part. 6. *& in decis.* 8. *num.* 9. *&* 14. *&* 15. coram Priolo,
& in d. Mediolanen. Præposituræ, §. *Præsertim*, coram R.
P. D. meo Molines.

Dum igitur in præsenti dubitati principaliter non con-
tingat de beneficii Unione, vel libertate, sed ad solam
executionem literarum contentio restringatur, ad ener-
vandam præsumptionem ab ultimo statu taliter qualifica-
to resultantem requiritur, prout generaliter, & indiscri-
minatim opus est, concludentissimam probationem afferre
super anteriori statu contrario orientem, vel a re judicata
super proprietate, vel a confessione partis undique clara,
& incontrovertibili, vel a publico instrumento fundatio-
nis cui nihil objici possit, cum cæteræ probationes mino-
ris sint relevantiæ, ut notant Lother. *de re benefic. l. quæst.*
34. *num.* 26. *&* 26. Ros. *tit. cap.* 6. *num.* 100. *&* 103. Rot.
coram Merlin. *decision.* 385. *num.* 3. *& seqq. & in rec. decis.*
215. *nu.* 4. *&* 5. *part.* 15. & in Praten. Capellaniæ 20. Junii
1672. coram bonæ memor. Albergato in dicta Mediolanen.
Præpositurae, superius sæpius laudata, ea generali ratio-
ne, quia debet incontrovertibiliter constare de veritate
7 contraria, ad magistralem *dec.* 910. Coccin. *a n.* 90. *ad fin.*
ubi quod, si res remaneat aliqualiter dubia, semper atten-
di debet ultimus status.

In themate vero tales documentorum species minime
afferebantur ad concludendam beneficii liberalitatem:
Nam res judicata potius ad assumptum Unionis concurre-
bat, & quidem geminata, altera coram Carillo, & poste-
rior coram Ordinario Barcinonen. juxta facti seriem supe-
rius recensitam; unde ab illa taliter coadjuvatur quasi pos-
sessio ultimi status, ut retractari non valeat, donec per
aliam rem judicatam non fuerit revocata, ac interim ope-
8 ratur, ut possessio manutenenda sit, ad sensum Rotæ *in*
dec. 84. *a n.* 4. *& dec.* 85. *n.* 3. *&* 4. post Vivian. *de Jurepa-*
tron. ubi concordant.

Nec relevat, posteriores hos status minime fuisse paci-
ficos, cum in primo non fuerit expresse admissa unio, sed
tantum recensita ad colorandum titulum collitigantis pro
sola verificatione subrogationis gratiosæ; & in secundo
Ordinarius expresse contradixerit, imo in actu collationis
factæ sibi præservaverit ad literam jus impugnandi Unio-
nem; Nam, etsi verissimum sit, præsentatum a dignitati-
bus in prima vacatione anni 1630. possessionem pacificam
obtinuisse vigore gratiosæ subrogationis, certum tamen
est, nominationem non fuisse oppugnatam, imo eam no-
strum Tribunal præservasse, dum *in dictam decis.* 135. cor.
Carillo *num.* 16. firmatur constare de unione, si non ratione
tituli veri saltem colorati, qui sufficit ad firmandum ulti-
mum statum, imo ad eum præscribendum, ad notata per
Rot. in Amerina Unionis 9. Junii 1690. coram Reveren-
dissimo Galliarum Nuncio. Contradictio autem Ordina-
rii in ultima subsecuta vacatione, potius favet intento:
nam cum per rem judicatam succubuerit, & præsentatio
cum ejus acquiescentia pacificum fuerit effectum sortita,
efficaciter acquiritur quasi possessio, ut dixit Rot. *in decis.*
10 39. *num.* 8. cor. Ninot. Potissime, cum executor fuerit ipse-
met Ordinarius contradicens, ut hac notata circumstantia
11 docet Posth. *de manut. observ.* 40. *num.* 30. §. *Atque vers. sed*
si post contradictionem, & Rot. post eundem *dec.* 469. *n.* 5.
& 6. *dec.* 508. *n.* 5. *p.* 3. *rec.*

Protestatio autem præservativa in hac ultima collatio-
ne ab Ordinario emissa, respicit titulum Unionis, sicque
petitorium judicium super beneficii qualitate, quod nil
commune habet cum possessorio executionis literarum Apo-
stolicarum, neque illud retractare, vel suspendere valet,
ut firmat Mantic. *dec.* 322. *n.* 3. Ubald. *decis.* 3095. *nu.* 9. &
Coccin. *dec.* 412. *n.* 2.

Confessio itidem partis non concurrebat ad verifican- 12
dam libertatem, minusque publicum instrumentum: quia
etsi ex Bulla erectionis san. mem. Pauli III. dismembrationis
loci del Prat ab antiquis Parochialibus, nullo in eis relicto
superioritatis signo, sed cum omnimoda independentia,
atqui contenderetur status libertatis, & collativus hujus Pa-
rochialis; tamen id evidentissime ab hoc documento non
concludebatur: Quia cum Sum. Pontifex nullam mentio-
nem fecerit de cura habituali loci del Prat penes dignitates
residente, imo nec de ea scientiam habuerit, illi voluisse
præjudicare censendum non est, nam, etsi propter pericu-
lum animarum novam Parochialem erigere decreverit,
eamque separare ab antiquis, non per hoc tamen in neces-
sarium sequitur consequens dissolutio Unionis incogitatæ,
cum de jure omnes Ecclesiarum divisiones, & erectiones
censeantur factæ non immutato statu Unionis, & sine il-
lius præjudicio, cum illum Papam dissolvere voluisse,
quando de ea mentionem non fecit, præsumendum minime
veniat, ad Text. *literalem in extravagan. ad Apostolatus* 13
22. *de concess. prabend.* ibi: *Quia igitur intentionis nostræ*
non extitit, nec existit, per divisionem Episcopatuum, Ec-
clesiarum, a quibus divisiones factæ sunt, Capitulis, Archi-
diaconis, vel aliis personis velle aliquatenus derogare, nisi
quatenus divisiones hujusmodi literis Apostolicis continen-
tur expresse &c. Nos &c. universis Prælatis, Capitulis, &
aliis quibuscunque personis Ecclesiasticis Ecclesiarum divi-
sarum, & in Cathedrales Ecclesias per nos erectarum, præ-
cipimus, & mandamus, ne Capitula, Archidiaconos, &
alios personatus in prædictis primariis Ecclesiis obtinentes,
quo minus visitationem exerceant &c. jurisdictionem, & ju-
ra Archidiaconalia, & alia bona obtineant in prædictis di-
visis Diœcesibus, sicut ante divisionem hujusmodi obtine-
bant, nisi quod in divisionem hujusmodi literis Apostolicis
caveatur; & in his terminis tradunt adducti per Gonzal. *ad*
reg. 8. *Cancell. glos.* 36. *nu.* 50. Rot. cor. Dunoz. jun. *decis.*
841. *n.* 24. *& seqq.* coram Manzaned. *dec.* 914. *n.* 1. *et seq. et*
in rec. dec. 113. *et* 35. *utrobique num.* 1. *par.* 17. *et decis.* 337.
n. 1. *part.* 15.

Ea nanque regularis est natura dismembrationis, ut cen-
seatur facta sine præjudicio jurium illius, qui tunc tempo-
ris prærogativam sortiebatur in Ecclesia, cum intacta re-
maneant omnia ea, quæ incompatibilia non sunt cum nova
erectione, ad Text. *in cap. Quia Monasterium, de religios.*
domibus, ibique Glos. *in verb. cujus est diœcesis*, Innocent. 14
super verb. terminus, Zabarell. *in princ. et n.* 5. Ancharanus
n. 3. & late Rot. cor. Duran. *dec.* 14. *n.* 8. *et seq. et decis.* 92.
n. 7. *et pluribus seqq.*

Idque potissimum in hypothesi, cum Parochialem eri-
gere voluerit ad solam finem consulendi commoditati in
spiritualibus habitatorum loci del Prat, quibus satis succur-
rebat cum erectione Parochialis, absque eo, quod opus es-
set illam dissolvere ab antiqua Unione cum suis matricibus:
Unde, cum causa finalis erectionis sit optime compatibilis
cum Unione, illa præservata dicitur, & gratia restringen-
da ad limites voluntatis, ut egregie Rot. cor. Duran. *decis.* 15
14. *n.* 7. *et dub.* 92. *n.* 10. *ubi concordantes.*

Crescitque orationis pondus a clausula: *sine præjudicio*
alicujus, quam Papa opponere voluit in dispositiva erectio-
nis, per quam omnia jura dignitatum præservata censentur,
itaut Papa illis derogare non voluerit.

Nec obstat, hæc omnia optime militare in gratia suapte
natura non præjudiciali; secus in dismembratione, & nova
erectione, quæ uti secum ferens totaliter independentiam a
primævis Parochialibus, præjudicium Unionis inducit ipso
jure, cum unio, & dismembratio sint ad invicem con-
tradictoria: Nam dismembratio ex natura gratiæ Aposto-
licæ præjudicium inducit illi Ecclesiæ, a qua de facto, &
actualiter separatur, prout erant Parochiales SS. Baudilii,
& Eulaliæ, cum stare non possit antiqua subjectio cum
dismembratione, & in hoc consideratur incompatibilitas;
secus tamen est respectu Ecclesiarum matricum habeo-
tium curam tantum habitualem; cum nanque respectu il-
larum optime compati valeat nova erectio cum antiqua
dependentia, cessat ratio contradictionis, & incompati-
bilitatis, & præservatæ dicuntur prærogativæ originariis
manentes in illis, quæ de medio nec tollit natura gratiæ,
minus.

minusque voluntas Papę, quę non fertur ed incognita, ut ultra superius allegatos, tenet Rot. *dec.* 102. *n.* 10. *par.* 1. *rec.*

Et ita his animadversis ad ostendendem probabilitatem non dismembratæ unionis, & legalie ergumentre illam confoventie, DD. resolverunt, utraque parte semper informante.

R. P. D. URSINO.

Barcinonen. Parochialis del Prer.

Veneris 5. Decembris 1695.

A R G U M E N T U M.

Est præcedentis confirmatoria.

S U M M A R I U M.

1 *IN beneficialibus ultimus status attenditur. Declara, n.* 12. 13. 14. *&* 15.

2 *Præcipue si pro eo concurrat etiam res judicata, & num.* 3.

4 *Subrogatio gratiosa non firmat statum, nec favore unius neque alterius patroni, vide n.* 10. *&* 11.

5 *Ultimus status non suffragatur, si adversus eum emissa fuerint protestationes jurium præservativa. Declara ut n.* 7. 8. *&* 9.

6 *Sententia lata contra non legitimum contradictorem adversus libertatem beneficii, juridicum statum non constituit.*

16 *Declaratur Coccin. annot. dec.* 304. *n.* 5. *Pen. dec.* 1630. *& dec.* 737. *par.* 2. *rec.*

17 *Ubi agitur de probanda qualitate beneficii in prejudicium tertii impetrantis, non attenditur ultimus status, & si pertractetur de executione gratiæ.*

18 *Contrarium magis verum esse demonstratur.*

19 *Lothar. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 40. *in quo casu loquatur.*

20 *Corrad. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 361. *declaratur.*

21 *Grattian. discept.* 574. *n.* 13. *& n.* 14. *quo casu sit sequendus.*

22 *Coccin. annot. dec.* 304. *n.* 12.

23 *Adden. ad Burrat. dec.* 776.

24 *Pen dec.* 1435. *& dec.* 737. *par.* 2. *rec. explicantur.*

25 *Ultimus status attendi debet, licet gratia non sit executa, sed exequenda sit, dummodo adversus ultimum statum non concurrant probationes certa, quæ nequaquam admittenda essent, licet certa sint, quoties esset executa.*

D E C I S I O XXXVI.

QUasi possessio præsentendi dignitatum Barcinonensium ad Parochialem, de qua res est, & legitimus unionis status efformatus ab ultima, & penultime vocatione annorum 1638. & 1674. comprobatus quoque *in dec.* 135. cor. Carillo, ac ulterius verificatus sententia executoriali ipsiusmet Ordinarii, aliisque judicato Rotali, prævia *dec.* 543. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.* juxta letiorem seriem explanatam *in dec.* cor. me, promolgata sub die 13. Junii præteriti, stuffita, hodie in novo causæ examine impugnabatur e scribentibus pro Joan. ea sub methodo, quod ultimus status juridice conceptus minime concurreret, quod eo dato non relevaret in hypothesi, & quod anterior status adversativus unioni incontinenti verificaretur probationibus demonstrativis: Nam, cum triplex hoc assomptum funditus eversum fuerit in prime causæ decisione, & replicationes, quibus illud tueri contendebatur, minoris ponderis fuerint adinventæ; Partes iterum merute tota causæ mole discussa, inhærendo fondamentis primæ resolutionis, *in dec. persistere minime hæsitarunt.*

Innegabilis quippe apparuit ultimus status unioni favorabilis, tam attentis ultimis vacationibus, de quibus nuper diximus, in quibus dignitates semper præsentarunt, & nominati ab eis beneficii possessionem nacti sunt, ac usque ad obitum conservarunt, quam perpensis circumstantiis illas concomitantibus, cum in utraque adsit judicata unionem canonizantis; in prima quidem *dec.* 135. cor. Carillo *in qua sub n.* 16. unio pro constanti supponitur, ad justificandam subrogationem gratiosam, obtenta a Francisco præsentato e dignitatibus, in juribus collitigantie interim defuncti; in secunda vero sententia ipsiusmet Ordinarii, cui cum directa fuerit executio gratiæ pro præsentato impetrata a Bernardo jus merente a dignitatibus, qualificata explicita conditionali clausula: *Dummodo Archidiaconatus, & Præcentoria prædictis perpetuo canonice unita fuerit, & non alias*; non solum literas sibi directas executioni demandavit, sed prævio fabricato processu super unione in sententia executoriali subinde in judicatum transacta fiemat: *Visis informationibus, testium dictis, ac partium confessionibus &c. de legitima perpetua unione constare &c.* juxta documenta, de quibus *in præterito Summar. Hieronymi n.* 2. 3. *&* 4. sub quo themate processit etiam sententia Rotalis bonæ memoriæ Calataju, cui provocationis causæ fuerit delegata ut præsefert lectura *dec.* 543. *p.* 18. *rec.* quæ illam de more præcessit: Sicque his omnibus tam divisim, quam unitim consideratis, liquet ad intentum unionis, non tantum concurrere ultimum statum simplicem aliasde jure potentiorem ad sustinendam collationem in sequelam quasi possessionis factam quocunque contratio, dummodo de illo non constaret per specifica documenta rei judicatæ, confessionis partis, vel publici instrumenti, juxta vulgatam theoricam *cap. Consultationibus,* 1
de jurepatron. cum aliis concordantibus; sed ulterius additulari sententiam ipsius Ordinarii, eo acquiescente in judicatum transactam, quæ cum de jure pro veritate habeatur, ed text. *in l.* 1. *ff. de re judicata, & leg. res judicata,* 2
207. *ff. de reg. jur.* qualificat ultimum statum, ac efficaciorem reddit dignitatum quasi possessionem, ut in puncto 3
advertit Rot. *dec.* 38. *n.* 8. cor. Ninor, & dixit decisio, quæ confirmatur, §. *Nec relevat.*

Haud resistente in unoquoque ex memoratis vacationibus, provisionem non fuisse pacificam, sed acerrime contradictam ab Ordinario, ac in penultima nominatum non esse assecutum beneficium, nisi vigore subrogationis obtentæ post obitum contradictoris, a quo proinde legitimus status non efformatur, cum in jure seris remaneat dubium, an subrogatus ex una potius, vel altera provisione 4
possideat, ed tradita per Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gloss.* 45. §. 2. *n.* 37. *&* 39. & Rot. *dec.* 652. *n.* 7. cor. Pamphil. *& dec.* 136. *n.* 13. *& seq. p.* 14. *rec.* ac in ultima Ordinarium protestatum fuisse super beneficii libertate, ac jura sibi reservasse ad effectum impediendi nominantibus quasi 5
possessionem conferendi, ad monitum Marescott. *var. res. lib.* 1. *c.* 53. *n.* 32. *& seqq.* Garz. *de bene c. p.* 5. *n.* 65. & Adden. ad Burratt. *dec.* 633. *n.* 16. Quæ eo minus obtinere valuit e Rotali sententia coram Calataju promulgata, cum in ea Ordinarius non ceciderit in causa, sed contentio versa fuerit cum altero proviso veniente ex eodem jure unionis; ideoque tanquam lata contra non legitimum contradictorem adversus libertatem beneficii, juridicum statum non constituat, ad sensum Tondut. *q. benef.* 37. *n.* 25. & fir- 6
mat Rot. *dec* 905. *n.* 18 cor. Coccin.

Siquidem lites introductæ, ac contradictiones Ordinarii aliquid urgerent ad destruendum ultimum statum, quando illæ adhuc vigerent, vel facta fuisset simplex protestatio sineque litis contestatione, & terminatione, juxta themata figuretum e Marescotto, aliisque ad hoc assumptum in ob- 7
jecto laudatis; secus autem est, quando lis appareret introducta, & extincta, prævia definitione status beneficii per rem judicatam, non tantum executioni commissam, sciente & patiente ipso Ordinario, qui prius super statu unioni adversativo fuerat protestatus, sed prolatam in ipsomet Tribunali Episcopi interessati pro libertate beneficii; in his namque terminis efficacius firmatur status unionis, illeque taliter efformatus per litis terminationem, multum prospicitur ad decernendam executionem gratiæ Apostolicæ illi in narrative conformis, ut apposite distinguit Carden. de 8
Luca *de benefic. disc.* 29. *n.* 25. *vers. Id procedere,* & Rot. *dec.* 39. *n.* 8. cor. Ninoz. *& dec.* 261. *n.* 11. *p.* 14. *& in dec.* 266. *n.* 7. *cum seqq p.* 15. *rec.*

Sicque opponi non valet, sententiam latam fuisse Ordinario in causa non existente; quia cum ipse scientiam habuerit controversiæ vigentis, & in ea se fecerit contradictorem, protestando super beneficii libertate, si postea acquievit, vel permisit in suo Tribunali sententiam ferri super unionis statu, ab ea protestatione non inficitur status, vel quasi possessio e sententia resultans, quinimo ab acquiescentia subsecuta fortius radicatur, ut illative concludit prima causæ decisio, §. *Non relevat cum seqq.* & ultra concordantes ibi adductos, dicit Rota coram *Priol. dec.* 44. *n.* 14. *& in rec. dec.* 74. *n.* 15. *p.* 18.

Ac sub eadem methodo tollitur vis argumento proposito ed-

ro adversus priorem statum, sumptum a vacatione anni 1638. Quoniam, & si vera sit propositio, subrogatum tam capere ea jure proprio, quam ea eo illius, in cujus locum subrogatur; id tamen dicitur, quando vigore novæ provisionis capitur beneficii possessio, nullo alio verificato titulo præexistenti, cum quo provisio Papæ possit cumulari, quia tunc illa tollit titulum præcedentem, vel eum satis reddit dubium, ut ad propositum se explicat Rota coram 10 Ubald. *dec.* 791. *n.* 4. *& pluribus seqq.* & cor. Cels. *dec.* 296. *n.* 5. Non limitat tamen in nostro casu, in quo Franciscus præsentatus non vigore simplicis subrogationis beneficii possessionem nactus fuit, sed opus habuit ad verificandam litem præcedentem justificare titulum unionis, super quo Rota in sæpe laudata *dec.* 135. Casilli dissensu existente in causa proviso ab Ordinario, qui successive acquievit; sicque dabatur titulus præambulus verificatus tam colorate, quod satis est ad præscribendum, & efformandum statum in beneficialibus, ut probat decisio, quæ confirmatur, §. *Nec relevat*, quam realiter, ex documentis propositis, a quibus Rota censuit resultare unionem narratam in literis, quæ proinde constituebat varitatem antiquæ provisionis, cum qua jungi poterat nova gratia subrogationis, absque eo quod per illam tolleretur de medio status 11 jam efformatus, ad tradita per Gonzal. *ad reg.* 8. *glass.* 5. §. 5. *n.* 30. Rebuff. *in prax. sub tit. de nova provis. n.* 3. Rota coram Puteo *dec.* 300. *lib.* 1. secundum veterem impress. *& in rec. dec.* 379. *n.* 4. *p.* 1.

Expediti ab inspectionibus facti, domini transeuntes ad secundam assumpti partem, in qua demonstrare in jure studebant defensores Joannis, ultimum statum non relevare pro executione gratiæ Apostolicæ Hieronymi, iterum prænotarunt theoricas jam in prima decisione explanatas; quod aut agitur de simplici statu beneficii in petitorio, vel principaliter de qualitatibus beneficii dubiari contingit ad effectum mutationis status, juxta thesim c. *Cum* 12 *de benefic. de præbend. in* 6. & tunc, si ultimus status sit legitime præscriptus, prævalet cuicunque contrario; si 13 vero est simplex, non attenditur, nisi in dubio, & quatenus non doceatur de anteriori contrario legitime impresso: Quando vero collatoribus in causa non existentibus contentio vertitur inter provisos super nuda executione literarum, tunc recurritur ad ultimum statum, qui sive sit qualitatis, sive pertinentiæ collationis, sufficit ad justificandam gratiam de facto, ad censuram text. *in c. Consultationibus*, 14 *de jurepatr.* & possessori datur manutentio, cum nunquam censeatur, Papam voluisse contra juris regulas tollere quasi possessionem tertii, ac illi præjudicare, ut in puncto distinguendo probant Calderin. *cons.* 23. *de præbend.* Simonet. *de reservat. q.* 70. *per tot.* Gratian. *discept. forens.* 374. *num.* 10. *& seq.* Adden. ad Buratt. *dec.* 776. *num.* 17. *& seqq.* Rota *dec.* 154. *n.* 3. *&* 4. *par.* 1. *rec.* ubi respondet contrariis, his notabilibus verbis: *Decisiones autem allegata pro contraria sententia locum habere possunt, quando agitur inter collatores de pertinentia collationis; secus autem quando agitur ad justificandam collationem, ad quem effectum sufficit quasi possessio*, & plene dixit Rota cor. Bich. *dec.* 433. *n.* 27. *& seq.*

Quapropter, dum inter provisos disceptatur super nuda collatione, vel executione literarum, datur possessio habenti pro se ultimum statum, reservata in petitorio discussione principali qualitatis beneficii; vel si collitigans intendit destruere in judicio totaliter privilegiato præsumptionem assistentem ei, qui sortitur nominationem, vel collationem ab existente in quasi possessione, tenetur anteriorem statum contrarium demonstrare evidentissimis probationum speciebus, quales Doctoribus designantur, confessio partis, res judicata, & publicum instrumentum, itaut incontrovertibiliter constet de veritate in contrarium, nec res in aliquo dubia remaneat, ut bene comprobant *au-*15 *ctoritates enumeratæ in prima decisione*, §. *Dum igitur*, & præ cæteris notabilis est *dec.* 910. *a n.* 90. *ad finem* cor. Coccino, & idem inconcusse tenent Card. de Luca *de benefic. disc.* 63. *n.* 11. *&* 12. *& de parach. dec.* 15. *n.* 4. *&* 5. & Coccin. *annot. dec.* 305. *n.* 4. Add. ad Buratt. *dec.* 776. *n.* 16. ubi quod probatio debet esse liquidissima, & Rot. cor. Bich. *dec.* 433. *n.* 29. *&* 30.

16 Nec contrarium firmant Coccin. *annot. dec.* 304. *n.* 5. & Pen. *dec.* 1630. secundum impressionem Lugdunen. *num.* 6. *& dec.* 737. *part.* 1. *rec.* quippe quia vel loquuntur, quod ante collationem constaret de statu anteriori, ut erat casus, *annot.* 304. *n.* 5. Coccin. in quo certe cum collatio superventa non sit bona fide facta, disceptatur ea integra sunt beneficii statu; vel ampliant probationes antiquitus restrictas ad confessionem partis, & rem judicatam, etiam ad instrumentum publicum, & hoc est assumptum *dec.* 1630. *n.* 6. coram Pen. in qua de cætero *sub n.* 4. pleno calamo nostra firmatur propositio, & quidem specialiter, & per originarias theoricas examinata; vel demum loquuntur in terminis *c. Cum de benef. de præbend. in* 6. secundum cujus dispositionem, si ultimus status non est præscriptus, omnes probationum species admittuntur ad evincendum contrarium, & in his terminis loquitur *dec.* 757. *p.* 2. *rec.* ac aliæ quæ possent cumulari.

Hoc posito, nil urget, in præsenti agi de probanda qualitate beneficii in præjudicium tertii impetrantis, qui probavit anteriorem statum contrarium ultimo non præscripto, contra quem proinde attendendus non sit ultimus status, atsi agatur de nuda executione gratiæ, 17 ad firmata per Lother. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 40. *& seqq.* Corrad. *in praxi benefic. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 361. *& seqq.* Gratian. *discept.* 574. *n.* 10. *& seq.* & præcipue *n.* 13. *&* 14. Coccin. *annot. dec.* 304. *n.* 12. *& seqq.* Adden. ad Buratt. *dec.* 776. *n.* 19. Rot. *dec.* 1435. cor. Pen. *impress. Lugdun.* & magistraliter *in dec.* 737. *n.* 5. *&* 6. *p.* 2. *rec.* Nam omnes Doctores, qui concludunt, & in puncto executionis gratiæ, sustinendæ collationis, & similium, attendendum esse ultimum statum; loquuntur in terminis duorum provisorum, sicque præsupponunt præjudicium collitigantis, a quo generaliter regula non limitatur, ut liquet ex combinatione omnium auctoritatum hucusque digestarum, & dixit præcise Rot. cor. Priol. *dec.* 38. *a n.* 6. *& seqq.* ubi agebatur de duobus provisis Apostolicis, parem titulum ha- 18 bentibus vigore literarum, ut in themate; ideoque præjudicium tertii impetrantis spectabile est, vel quando ante factam collationem probavit anteriorem statum contrarium, aut si limpidissimis probationibus illum justificavit, vel demum si agatur propria de beneficii qualitate, juxta terminos *c. Cum de beneficio*; nunquam autem ab eo remoratur executio collationis bona fide facta, si superveniant re non integra probationes minus claræ illis de jure volitis, & sub hac censura loquuntur omnes auctoritates in objecto cumulatæ, & liquet ex earum peculiari designatione.

Lother. namque *de re benef. lib.* 1. *q.* 34. *n.* 40. post- 19 quam distinxit inter simplicem justificationem gratiæ, & statum beneficii, firmat agendo cum tertio, qui probavit statum anteriorem legitime impressum, quasi possessionem non suffragari; ideoque loquitur de probationibus juridicis, quales esse instrumentum publicum, rem judicatam, vel partis confessionem, dixerat *in eadem q. sub n.* 29. *&* 30.

Corrad. vero *in praxi benefic. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 361. firmata conclusione, ultimum statum in possessorio attendendum esse, etiam contra provisum Apostolicum, descendit subinde ad materiam *c. Cum de beneficio*; & ad ejus 20 censuram substinet conclusionem contrariam, & sic extra casum nostræ hypothesis.

Gratian. *discep. forens.* 584. *n.* 13. 14. supponit statum antecedentem legitime probatum, sed non descendit ad mo- 21 dum probationum; ideoque intelligendus est juxta communiorem opinionem de verificatione resultante a publico instrumento, partis confessione, vel re judicata.

Ac in eisdem terminis loquitur Coccin. *annot. dec.* 304. *n.* 12. *& seqq.* qui ulterius supponit, in eo casu agi 22 de proprietate beneficii, sicque super statu principaliter.

Adden. ad Buratt. *dec.* 776. loquitur in terminis probationis resultantis a publico instrumento, ut se declarat *sub n.* 9. *vers. vel per publicum*, & tractat ma- 23 teriam *c. de beneficio*, ad differentiam simplicis justificationis gratiæ, ut lectura demonstrat.

Et ita quoque concludit Rot. cor. Penia, *dec.* 1335. *& p.* 2. *rec. dec.* 737. cum in prima supponatur legitima pro- 24 batio status anterioris ad tramites juris, & in secunda principaliter disputaretur super unione, ut in principio decisionis, & pertractarur sæpius laudata materia *cap. Cum beneficia*, omnino diversa a nostro themate.

Minusque urgebat replicatio, in præsenti dubitari principaliter de beneficii qualitate, cum utraque gratia sit in fieri, & neutra executioni demandata, imo illa Hieronymi sit nostro auditorio directa cum clausula conditionali unionis, quæ proinde debeat principaliter verificari: Nam præmisso contentionem vertere inter provisos collatoribus in causa non comparentibus, nil relevat ad punctum quæstionis, an gratia sit executa in facto esse, vel

exe-

exequibilis in fieri, quia quando est execuта, non spe-
ctantur probationes in contrarium, & reservatur di-
scussio omnimode pro futuris vacationibus; si vero est
in fieri, probationes admittuntur, sed clarissimæ, de
quibus supra; & juxta hunc sensum loquuntur Lother.
25 *de re benef. lib. 3. q. 34. n. 28.* Card. de Luca *de Jurepatr.*
disc. 36. n. 12. & Rot *dec. 167. n. 8. cum duobus seqq. p. 2.*
divers. & in rec. dec. 180. n. 2. & 3. p. 3. & dec. 83. n. 5. &
6. p. 5. & dec. 254. n. 21. & 22. part. 11.

Clausula autem conditionalis, apposita in gratia Hiero-
nymi, debet considerari inspecto ordine judicii possessorii,
& non proprietatis; unde optime verificatur a sententia
Ordinarii, de qua supra, & ab ultimo statu legitime
efformato; & sicuti pro justificata Ordinarius pronun-
ciavit gratiam Bernardi, qualificata semel clausula in
ultima vacatione anni 1674. ex fortius dici debet com-
probata illa Hieronymi, cui sententia Ordinarii, &
res judicata maximum præbent fomentum.

His præhabitis, probationes quæ ad dismembrationem
concludendam iterum in medium adducebantur, visa
sunt altiorem pati indaginem, & dubias reddi ab ani-
madversionibus primæ decisionis; ad quas DD. remis-
sive se habentes, ne inutili labore eadem repetantur,
ita concluserunt, utraque parte informante,

R. P. D. P I O,

Cracovien. Parochialis.

Lunæ 14. Maii 1696.

A R G U M E N T U M.

De eadem quæstione discutitur, an & quando scilicet
ultimus status attendatur.

S U M M A R I U M.

1 *PRæsentatio facta contra formam a fundatore præ-*
scriptam irrita est.
2 *Prælectio debetur ei, qui retinet requisita a fun-*
datore desiderata.
3 *Ultimus status in beneficialibus solet attendi.*
4 *Jura remanent illæsa, si præservata fuerint.*
5 *Qualitas beneficii non immutatur sine scientia, &*
patientia interesse habentis.
6 *Ultimus status non attenditur, si non agitur de eji-*
ciendo a beneficio præsentatum.
7 *Scriptura informis quoties pro probatione admitten-*
da sit.
8 *Exceptio, quæ calumniosa, & serotina convincitur,*
admitti non debet.
9 *Successor in patronatu potest alterare leges funda-*
tionis, declarat ut n. 10. & 13.
11 *Juspatronatus præsumitur hæreditarium.*
12 *Patroni si præsentaverint titulo hæreditario, cen-*
setur Juspatronatus hæreditarium esse.
14 *Ut quis studiosus in aliqua Academia valeat repu-*
tari, quæ exiguntur.

D E C I S I O XXXVII.

1 PRæsentato ad Ecclesiam parochialem Villæ Igolomiæ
Alexandro Mleki forensi contra legem diplomatis
quondam Jacobi de Boturzovo Domini dictæ Villæ præ-
scribentis, nominationem fieri debere de Doctoribus, aut
Magistris, seu Baccalaureis, vel etiam studentibus Uni-
versitatis Cracoviæ; & in casu contraventionis præsenta-
tionem pro ea vice ab Universitate fieri demandantis;
Academia præfata requisito prius moderno patrono utendo
jure sibi competente præsentavit Basilium in eadem Uni-
versitate Lectorem Theologiæ, inter quam, & Alexan-
drum orta anno 1688. controversia super institutione, post
varia, ac inter se pugnantia judicata delatum fuit il-
lius examen ad nostrum Tribunal sub dubio: *An, &*
cui danda esset manutentio, & quatenus opus sit, im-
missio? quo bis proposito, & non resoluto, tandem
hodie ad favorem Basilii pro immissione decisum fuit.

Ex lege namque memorati diplomatis, cum supradictus
Jacobus præsentationes, tam ab ipso, quam a suis succes-
soribus faciendas, limitaverit ad Doctores, Magistros,
Baccalaureos, seu studentes Academiæ Cracovien. sequitur,
quod modernus patronus præsentando Alexandrum de-
stitutum supradictis qualitatibus adeo enixe, & sub pœ-
na devolutionis pro illa vice, exoptatis, præsentatio
exinde remanserit irrita, & invalida, nec institutionem
meruerit, juxta Theoricam Abb. *in c. cum in cunctis,*
§. inferior a n. 10. vers. sic exemplum, seq. de elect. Ro-
ta cor. Duran. *dec. 8. n. 3. in rec. dec. 474. n. 8. cum seqq.*
p. 9. tom. 2. aliisque relatis *pec. 122. n. 3. & dec. 97. num.*
2. p. 11. ita ut rite valuerit Academia pro effectu suæ
devolutionis nominare Basilium, cui tanquam in
Cracoviensi Lyceo Theologica laurea insignito, & per 2
consequens exoptatis requisitis pollenti, debita fuerat
prælectio, Vivian. *de Jurepatron. lib. 6. c. 9. n. 9.* Card.
de Luca *eodem tract. disc. 18. n. 3. & disc. 64. n. 29.*
Rot. cor. Duran. *d. dec. 8. n. 5.* cor. Manzaned. *dec. 719. n.*
1. cor. Burat. *dec. 680. n. 1. d. dec. 122. n. 1. p. 1.* & in
Nullius Orbetelli Jurispatronatus 13 Januarii proxime
præteriti cor. R. P. D. meo Scotto.

Absque eo, quod ad tuendam præsentationem de
Alexandro factam suffragari potuerunt quidam actus
nominationum de personis extra gremium Academiæ
Cracovien. & specialiter novissimi de anno 1656. &
1678. ex quibus desumi prætendebatur ultimus status, 3
ad terminos text. *in cap. consultationibus de Jurepatr.*

Sive quia ultra antiquissimam præsentationem de Ma-
gistria Theologiæ anno 1503. factam *Summ. Basilii n. 2.*
ubi de anno 1595 secuta fuit nominatio personæ extra
gremium in concursu Academicorum, prævaluerunt
istorum jura ex titulo dicti privilegii in contradicto-
rio judicio, *Summ n. 4. 5. 6.* In vacatione anni 1636.
in qua pariter fuit nominata persona forensis, nemo
ex Academia concurrere voluit, sed solum Falkovius
allegavit jus Universitatis, ut præservaretur, prout in
sententiam fuit a Vicario præservatum, *Summar. n. 8.*
Ex qua quidem præservativa, sicuti salva remanserunt
jura Universitatis, ut ex institutione extranei subinde 4
facta non læderentur, Peregrin. *de fideicomm. art. 40. n.*
70. Fusar. *de substit. q. 560. n. 29.* & in terminis Jurispa-
tronatus, Rot. *dec. 444. n. 19. p. 14.* ita etiam ex iis re-
censitis actibus in aliis successivis nominationibus de per-
sonis forensibus excluditur scientia, & patientia Acade-
miæ, sine quibus legitimæ beneficii qualitates in illius
præjudicium non poterant immutari. Ripa *in c. cum*
Ecclesia Sutrina n. 64. de caus. poss. & propr. Spada *cons. 30. n. 5.* 5
& 6. lib. 3. Rota *dec. 263. n. 4. p. 4. tom. 1. rec.*

Sive etiam quia cum prædictæ nominationes secutæ fue-
rint contra formam susceptæ obligationis nominandi ali-
quem ex gremio dictæ Academiæ, antea etiam in pluribus
vicibus servatam, ac hodie non agatur de ejiciendo a
controversa parochiali legitime immissum in illius pos-
sessionem, sed re integra disceptetur super qualitatibus
ad illam obtinendam requisitis; præsumptiva illa pro-
batio eliciat ex ultimo statu quidquam suffragari non
valet, sed ea spreta uti contraria veritati, attendi debet
censura antiqui diplomatis, ac possessio absorbetur a pro-
prietate, juxta distinctionem Felin. *in c. in nostra, n. 43.*
de rescriptis, Coccin. *in annot. ad dec. 304. n. 11.* cum aliis 6
per Rotam in Romana Beneficiatus S. Laurentii in Dama-
so 6. Februarii 1688. *§. & in omnem casum*, cor. R. P. D.
meo Ursino, & in Civitatis Ducalis Jurispatronatus 13.
Junii 1689. *§. Agnoverunt*, cor. R. P. D. meo Caprara,
& in Urgenitina Jurispatronatus 2. Maii 1691. *§. Postre-*
mo, cor. Reverendissimo Turonen.

Nec legalitas sæpe memorati diplomatis impugnari po-
tuit, ex quo sit scriptura informis carens rogitu Nota- 7
rii, & subscriptione Baronis: Quia imo contrarium patet
ex illius inspectione, cum editum fuerit coram viris fide
dignis, ac pensili ejusdem Baronis sigillo in serico filo
munitum, juxta stylum Magnatum in illis partibus ex fi.
de Ordinarii Cracovien. probatum, *Summ. n. 10.* una cum
expressione Protocolli Suffraganei Cracovien. ubi fuit
productum, & extractum, eodem *Summ. n. 10.* juncta
præsertim subsecuta observantia, pluries canonizata in
contradictorio judicio ex supradictis, per quam etiam scri-
pturæ informes plenam in judicio probationem sibi adsci-
scunt, ad text. *in auth. ad hæc de fid. instr.* Rota *dec. 141. n.*
1. & 12. penes Vivian. *de jurepatronat. dec. 29. n. 26.* cor.
Bich. *dec. 35. n. 10. & dec. 552. n. 9. & 16. p. 18. rec.*

Idque facilius, dum illegalitas dicti privilegii nunquam 8
in pluribus instantiis opposita fuit in partibus, ubi facile
notitia haberi potuisset, adeoque impugnatio documenti
jam in partibus tacite, & sufficienter approbati, hodie tan-

quam nimis serotina rejici meretur, ut in nostris terminis Rot. cor. Rembold. *dicta dec.* 74. *n.* 1. & in Vicen. Parochialis 24. Novembris 1694. §. *Clarius*, cor. R. P.D. meo Muto, & in Bononien. Jurispatron. de Ghisleriis 31. Januarii, §. *At qui solvitur*, & 22. Aprilis 1695. §. *Postremo*, coram me.

Prout etiam adversari non censuerunt, quod prædicta qualitas, præsentandi scilicet personas de gremio universitatis, adjecta non fuerit a primo fundatore, sed duntaxat patrono successore, qui proinde talem legem
9 alternativam, taliaque onera illi non valeat imprimere, ex deductis cor. Merlin. *dec.* 346. *n.* 7. *& seqq.*

Placuit namque responsio, quod id procedat, sive in jurepatronatus gentilitio, aut alias ita constituto, ut successor, qui talem alterationem impugnat, veniat jure suo directe, ac independenter ab eo, qui talem legem adjecit, sive etiam in jurepatronatus hæreditario, ubi talis alteratio inferret præjudicium Ecclesiæ, vel quia patronalem qualitatem, ipsiusque Ecclesiæ servitutem rogaret, vel quia remitteret qualitatem residentialem, & Ecclesiæ cultum restringeret, in quibus ter-
10 minis loquuntur auctoritates allegatæ *in dicta dec.* Merlini; secus vero in præsenti hypothesi, in qua secluso quolibet Ecclesiæ præjudicio versamur in jurepatronatus
11 hæreditario, tam ex generali juris præsumptione, ut per Rot. *dec.* 300. *n.* 3. cor. Cels. *dec.* 115. *n.* 20. coram Priolo, *& dec.* 120. *n.* 6. *p.* 11. *rec.* cum aliis collectis in dicta Bononien. Jurispatron. de Ghisleriis 31. Januarii 1695. §. *jam vero*, cor. me, quam ex eo quod præsenta-
12 tiones factæ fuerunt a patronis tanquam hæredibus, & possessoribus Villæ Ignolomiæ, ad tradita per Vivian. *de jurepatron. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 13. Rot. cor. Merlin. *dec.* 840. *n.* 3. *&* 4. cor. Cerro *dec.* 102. *n.* 3. *&* 10. *dec.* 275. *n.* 7. *p.* 7. *rec.* In isto enim casu, cum successores jus suum metiantur a prædicto Jacobo, qui talem passivam qualitatem apposuit, & quidem potius Ecclesiæ favorabilem, ille censeri debet jure primi fundatoris, quia si poterat in præjudicium ejus hæredum, & successorum jus patronatus Ecclesiæ remittere, vel aliis donare, multo magis po-
13 tuit illud hæredibus relinquere in aliqua parte a suo primævo statu alteratum, ut optime distinguunt Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 91. *n.* 1. Vivian. *d. tract. lib.* 14. *n.* 4. *n.* 27. Card. de Luca *dicto disc.* 18. *n.* 4. & in puncto rejecta sententia, quæ non ratione decidendi, sed ex motivo dubitandi aliquorum ex dominis habetur apud Merlin. advertit Rota *dec.* 25. *cum seqq.* cor. Ninot. & cor. Bich. *dec.* 277. *a n.* 16. *cum pluribus seqq. & d. dec.* 120. *n.* 7. *cum seqq. & dec.* 372. *n.* 17. *& seq. par.* 11. *rec.*

Et demum ejusdem irrelevantiæ fuerunt detectæ fides ad probandam qualitatem studiosi in Accademia Cracovien. exhibitæ *in Summ. Alexandri n.* 1. *&* 2. ex quibus scribentes pro eo inferebant ipsum includi in dicto privilegio de hujusmodi personis loquente. Quia præterquam quod illæ in tot instantiis nunquam in partibus fuerunt productæ, & tamen quæstio unice reducebatur ad defectum hujus requisiti, adeoque negari non potest, quin sint affectatæ, & mendicatæ, adhuc submoveri visa fuit quælibet difficultas ex eo, quod ad convincendam prædictam qualitatem studiosi requiratur nedum studiorum frequentia, quam tamen neque concludunt testes adducti, cum ut ipsi inquiunt, Alexander studuerit juri Canonico vix in primo puncto, sed etiam adnotatio in Albo Accademiæ: adeoque dictæ fides minime supplent defectum adscriptionis in matricula, per quam tantummodo suum nomen dant literariæ militiæ, ut studiosorum appellatione comprehendi, ac illorum privilegiis uti valeant, ut habetur ex Epistola Antonini
14 Pii scripta communitati Asiæ, *et relata in l. si duas, ff. de excusat. tut. ibi:* Utique non aliter de immunitate hac fruantur, nisi decreto Senatus inscripti fuerint numero concesso, & circa operationem se negligentes non habeant; & in specie probat Rebuff. *de privileg. privileg.* 41. *et* 142. *juncto* 165. Petr. Gregor. Tolosan. *de Republ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 16. Escobar. *de Pontific. et Reg. jurisd. c.* 32. *n. cum seqq.* & Mendo *de jur. accadem. lib.* 2. *q.* 8. *num.* 58. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Clericatus, seu Beneficiati S. Laurentii in Damaso.

Luna 3. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Magistraliter præsens decisio edocet, quo casu provisio facta a Pontifice de beneficio patronatus firmitatem retineat, & ad hunc effectum quæ exigantur, in ampliationem *disc.* 66. Card. de Luca *de jurepatr.*

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur a jure.*
2 *Literæ Apostolicæ, quæ patiuntur obreptionis, vel subreptionis notam, nullam promerentur executionem.*
3 *Judex quoties nulliter, aut injuste executioni demandaverit literas Apostolicas, exerceri potest arbitrium pro retardanda ulterioris executione.*
4 *Summus Pontifex potest providere beneficia de Jurepatronatus laicorum, invitis, et reluctantibus patronis.*
5 *Hæc tamen facultas nunquam solet exerceri.*
6 *Itaut si in collatione expressa, atque literalis non pateat Jurispatronatus derogatio non censetur voluisse Papa derogare, et propterea ex defectu voluntatis illa remanet nulla.*
7 *Amplia; etiamsi in collatione clausula effranata pateant apposita, et generales derogationes dignoscantur, et n.* 11. *et* 20.
8 *Quando soleant Pontifices providere beneficia Jurispatronatus laicorum, et n.* 9. *et* 10.
12 *Clausula,* dudum, *solet apponi, quando Pontifex providet de reservato.*
13 *Juspatronatus laicale non cadit sub reservationibus, et num.* 14.
15 *In claris non admittuntur interpretationes.*
16 *Dictio,* videlicet, *est declarativa, et restrictiva.*
17 *Dictiones declarativæ quid operentur.*
18 *In rescriptis semper tacite subintelligitur clausula,* si ita est.
Papa non præsumitur informatus de qualitate, et statu beneficiorum, n. 19.
20 *Contrarium est in Episcopo ob frequentes visitationes.*

DECISIO XXXVIII.

Clericatum, seu Beneficiatum, quem Joannes Baptista usque ab anno 1678. possidebat in insigni Collegiata Sancti Laurentii in Damaso, nuper resignavit in manibus Sanctissimi favore Caroli, qui expeditis literis Apostolicis in forma gratiose, ab Executore deputato immissus fuit in illius possessionem: sed cum Custodes Imaginis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum Urbis, ad quos spectat jus præsentandi ad prædictum Clericatum, nullam, & subreptitiam prætenderent resignationem, non accedente ipsorum consensu; hinc prævia præsentatione Francisci Corradini ad dictum Clericatum, utpote vacantem, a dicta executoris sententia recursum habuerunt ad Signaturam Justitiæ causamque nostro auditorio delegari obtinuerunt, cum clausula, *parite literis arbitrio*; ad cujus tenorem cum hodie disceptandum proposuerim conforme dubium: *An intret arbitrium, et an sit instituendus Franciscus Corradinus?* Domini rescripserunt intrare arbitrium pro retardatione executionis literarum, & in reliquis ordinarunt, ut particulariter videretur.

Præbuit resolutioni motivum vulgarissima propositio, 1
quod de jure, a quo regulatur arbitrium, Bart. *in extravag. ad reprimendum in verb. videbitur n.* 8. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 123. *n.* 2. *et passim*: literæ Apostolicæ, quæ patiuntur
obreptionis, vel subreptionis notam, nullam promerentur 2
executionem, *cap. super literis de rescriptis*, Rot. *dec.* 520. *n.* 1. coram Bichio; & quando non attentis hujusmodi defectibus essent, prout in præsenti, executioni demandatæ, quia judex nulliter, & injuste processit, intrat arbitrium pro retardanda ulteriori executione, Rota coram Coccino
dec. 277. *n.* 2. *et dec.* 1116. *n.* 2. & coram Card. Cerro *dec.* 3
287. *n.* 2. *et melius n.* 5.

Planum autem apparuit prænotatum subreptionis vitium, quippe quia narratum non fuit Summo Pontifici,

contro-

controversum Clericatum de jurepatronatus laicorum
existere, ut omnibus Dominis videntibus resolutum fuit
in nostro tribunali cor. Duran. *dec.* 130. *reperta in p.*
5. *rec. dec.* 144. Quod si ad Papam pervenisset hujusmodi
di notitia, resignationem, vel non, aut difficiliter admisisset,
deficienta consenso patronorum laicorum; nam
licet amplissima sit Summi Pontificis potestas in beneficialibus,
eaque extendatur etiam ad providendum de
4 beneficiis jurispatronatus laicorum, invitis, & reluctantibus
patronis, juxta famigeratam gloss. *in Clement.*
secunda, verba Apostolicæ de prabend. Lother. *de benefic. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 5. Covaruv. *pract.* 4. *cap.* 36. *n.* 1. Paris.
de resign. lib. 2. *q.* 4. *n.* 32. & 34. & *cons.* 47. *n.* 25. 26. 28.
& 34. *vol.* 4. Tondut. *q. benef. lib.* 1. *p.* 2. *c.* 4. §. 9. *n.* 33. Castropal.
in oper. moral. p. 2. *tract.* 13. *benef. disp.* 2. *punct.* 10.
n. 1. & 2. Amayden. *de styl. Datar. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 93. *vers.*
unde; attamen non solent Pontifices admittere resignationes
beneficiorum jurispatronatus laicorum absque illorum
expresso consensu, juxta disposita in Reg. 42. Cancellariæ,
ex qua ortus fuit stylus Datariæ Apostolicæ,
5 ut in literis resignationum inseratur clausula, *accedente*
patronorum consensu, plene Paris. *de resignat. lib.* 2.
q. 4. *ex n.* 4. *ad* 15. Lother *de re benef. q.* 8. *n.* 93. *p.* 2. Covaruv.
pract. q. cap. 36. *n.* 9. Card. Paris. *cons.* 47. *a n.* 25. *ad*
34. *vol.* 4. Rot. *dec.* 715. *n.* 1. *p.* 18. *rec.*

Adeo enim præclara est justitia, & zelus Summorum
Pontificum in præcavandis intactis juribus patronorum
laicorum, ne isti ab hujusmodi piis operibus fundandis retrahantur,
ut pro lege dispositum sit, quod in literis Apostolicis
debeat fieri mentio jurispatronatus laicorum dispositive,
ac specifice, & determinate, non autem conditionaliter,
& quod derogatio debeat esse expressa, & positiva,
& non subintellecta, nec conditionalis, alias illi
nunquam censeatur derogatum per Papam ex defectu intentionis
ejusdem, & gratia remanet nulla, & subreptitia
ipso jure, ut patet ex Regul. 41. Cancellariæ, & explicant
6 late Moneta *de commutat. ult. volunt. c.* 10. *a n.* 262. *a* 269.
Covaruv *pract. q. c.* 36. *n.* 1. & 2. Lother. *de re benefic. lib.*
2. *q.* 8. *n.* 93. & *q.* 10. *n.* 76. & 77. Castropal. *p.* 2. *tr.* 13 *de*
benef. disp. 2. *punct.* 10. *n.* 3 Card. de Luca *de benefic. disc.*
66. *n.* 2. & 3. Amayd. *de styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *n.*
94. & 96. Rot. *dec.* 168. *n* 45. *p.* 16. & *dec* 715. *n.* 1. *p.* 18.
Quare ad hunc effectum non sufficiunt derogationes
contentiæ in clausulis generalibus, ut si in literis Apostolicis
dictum fuerit, *ad cujuscunque collationem, seu præsentationem
beneficium pertineat*, & etiamsi subjiciatur alia
clausula, *ex certa scientia, vel motu proprio*, sub quibus,
& aliis clausulis generalibus, licet effrænatis, nunquam
veniunt patronatus laicales, ut cum communi senten-
7 tia tenent Covarr. *pract. q. c.* 36. *n.* 2. *vers. quod autem*,
Lapus *alleg.* 84. Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 36. & 37. Lother.
de re benef. lib. 4. *q.* 10. *n.* 77. & 83. Moneta *de commut. ult. volunt. c.* 10. *n.* 168. & 169.

Solumque solent Summi Pontifices providere beneficium
jurispatronatus laicorum in casibus expressis in regu-
8 la 42. Cancellariæ, quando scilicet tale beneficium tanto
tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam
legitime est devoluta; vel quia tempus patronis laicis
ad præsentandum a jure præfinitum lapsum existat; aut ad
9 id patronorum ipsorum accedat assensus. Prout etiam solent
derogare patronatibus laicalibus aliquando in totum,
& aliquando in partem: In totum, in duobus casibus tantum,
nempe si beneficium vacat in Curia, vel super illo
pendet lis pariter in Curia: In partem, quando quispræsentatus
a majori parte, vel a medietate patronorum,
10 tunc enim derogant tantum minori parti, vel alteri
medietati, ut ciratis concordantibus explicat Lother.
de re benefic. lib. 2. *q.* 8. *a n.* 97 *ad n.* 102. Et in istis casibus
requiritur expressa mentio jurispatronatus, ac illius
expressa, atque individualis derogatio, vel in to-
11 tum, vel in medietate, vel in minori parte, alias gratia
remanet invalida, & nullius roboris, quamvis provisio
esset motu proprio, Card. de Luca *de jurepatr.*
disc. 66. *n.* 2. & 3. Lapus *allegat.* 96. Lother. *dicto lib.* 2. *q.*
8. *n.* 93. & *q.* 10. *n.* 78. Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 15.
Rota *dec.* 725. *n.* 1. *p.* 18.

Quod autem in præsenti casu in literis Apostolicis resignationis
controversi Clericatus expressum non fuerit illum
esse de jurepatronatus laicali, patet ex dictarum literarum
lectura, ex qua non solum conjecturaliter argui
potest provisionem factam fuisse tanquam de jurepatronatus
laicali, quod ex supra firmatis non sufficeret, sed evi-

denter, & clare constat concessam fuisse tanquam de
beneficio Ecclesiastico reservato; idque primo loco deducitur
ex ipso literarum initio, in quo legitur clausula,
dudum, ibi - *Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica
apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, &
in posterum vacatura, collationi, & dispositioni nostræ
reservavimus* - quæ clausula tunc demum solet apponi,
quando Pontifex providet de reservato, ex traditis per 12
Rosam *de execut. liter. Apostol. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 6. & respondit
Rota cor. Coccino *dec.* 2245. *n.* 45. & *dec.* 25. *n.* 20. *p.* 19.
rec. cum aliis adductis in Cesonen. Præpositura 14.
Junii 1694. §. *Nec dubitari*, cor. me: indeque manifeste
colligitur, quod Papa non intellexerit providere
de jurepatronatus laicali, quod non cadit sub reserva- 13
tionibus; sed tantum providere cum derogatione expressa,
ut notat Amayden. *de styl. Datar. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 113.

Imo non solum non comprehenditur sub reservationibus
contentis in regulis Cancellariæ; sed neque in
reservatione majori clausa in corpore juris, de qua *in*
c. 2. *de prebend. in* 6. neque sub aliis quibuscunque generalibus
reservationibus, Gar. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 571. 14
Lother. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 7. & *q.* 10. *n.* 77. 78 83.
Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 18. *an.* 2. Amayden. *lib.* 1. *c.* 15. 15.
n. 95. & 96. Vivian. *de jurepatr. lib.* 14. *c.* 1. *n.* 10. Barb. *de*
offic. & pot. Episc. p. 3. *alleg.* 57. *n.* 25. 26. & 144. Covarr.
pract. q. c. 36. *n.* 1. 2. & 9.

Secundum argumentum desumitur ex verbis successivis 15
continentibus narrativam obtinentis gratiam, ibi - *Cum*
*itaque simplex beneficium Ecclesiasticum, Clericatum nuncupatum,
in sæculari, & insigni Ecclesia Sancti Laurentii
in Damaso nuncupati, ad quod dum pro tempore vacat nominatio,
seu præsentatio persona idonea, ad certas personas
Ecclesiasticas, videlicet ad custodes imaginis Sanctissimi
Salvatoris ad Sancta Sanctorum pariter de Urbe &c.* Ex
qua narrativa eruitur etiam notoria mentem Pontifices
fuisse providendi de beneficio jurispatronatus Ecclesiastici,
& non laicalis, cum literis cubitalibus expressum sit, nominationem,
seu præsentationem pertinere ad certas personas
Ecclesiasticas, unde intrat decisio text. *in l. ille, aut*
ille 25. *ff. de l.* 3. ibi - *cum in verbis nulla est ambiguitas,*
non debet admitti voluntatis quæstio.

Et licet post dicta verba, *ad certas personas Ecclesiasticas*
immediate adjecta sint illa, ibi, *videlicet ad custodes imaginis
Sanctissimi Salvatoris*, qui sunt notorie laici; non
bene exinde infertur, quod Papa devenerit ad notitiam
qualitatis laicalis dicti jurispatronatus, quandoquidem, 16
præfata dictio *videlicet* est declarativa, & restrictiva personarum
præcedenter expressarum, ex *c. transmissa* 4. *de eo*
qui cognovit consanguineam uxoris suæ, *l. videlicet* 27. *ff. de*
pactis, *l. videlicet* 29. *ff. ex quibus causis majoris*, Barbos.
dict. 423. Rot. *dec.* 126. *n.* 13. *p.* 7. De natura autem dictionis
declarativæ est exponere, & declarare in specie personas,
& res, quæ antecedenter in genere, vel alias minus 17
clare exprimuntur, & non præferre personas omnino diversas
ab illis, quæ declarantur; alias non esset declaratio,
sed correctio de una re significata ad aliam diversam, &
in præsenti casu fieret de una re ad aliam omnino contrariam,
si sub nomine personarum Ecclesiasticarum intelligerentur
laici. Proindeque necesse est concludere, quod eo
ipso, quod Papæ narratum fuit præsentationem hujus Clericatus
spectare ad certas personas Ecclesiasticas, videlicet
ad dd. Custodes, eidem præsuppositum fuisse ipsos Custodes
esse personas Ecclesiasticas.

Non turbante replicatione, quod ipsi vere tales non sint
ut in Urbe notorium est, ac per consequens Pontifici, ejusque
Ministris non poterat esse incognitum; quia satis est,
quod credere potuerit tales esse, quales sibi narrati fuere,
cum alias Papa non censeatur informatus de qualitate, &
statu beneficiorum, sed illa providere soleat juxta narrata
in partium supplicatione cum clausula præservativa, *si ita*
est, semper tacite subintellecta in rescriptis, quæ ostendit
Papam de narratis notitiam non habere, ut inquit Barbos.
de claus. claus. 145. *n.* 6. & in specie Rota *dec.* 4. *n.* 1. & 8. 18
cor. Cass. *de probat.* & cor. Seraph. *dec.* 989. *n.* 1. Quidquid
sit in Episcopo, qui ob frequentes visitationes de jure præsumitur
instructus de statu, & qualitate beneficiorum Diœcesis,
in quibus terminis loquitur decisio Rotæ in Novarien. 19
jurium parochialium 4. Junii 1696. §. *Non resistent*,
cit. me, in contrarium allegata.

Tertium motivum exclusivum Papæ providendi de beneficio
jurispatronatus laicalis, infertur, ex quo exprimendo,
ad quem spectaret institutio, subjungit illam

pertinere, sunt verba præcisa - *Ad dilectum filium nostrum S. R. E. Cardinalem Vicecancellarium pro tempore respectivè existen. cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis*; quæ ultima verba concordant cum antecedentibus expositis sub initio literarum, quod scilicet putaverit Pontifex, Clericatus provisionem ad ipsum spectare tanquam de reservato: quod etiam confirmant alia verba immediatè sequentia, ibi -- *Nullusque de illo præter nos hac vice disponere potuerit, sive possit, reservatione, & decreto obsistentibus supradictis*.

Minime refragante responsione, quod cum Papa in ultimis clausulis literarum expresse derogaverit cuicunque juri competenti Cardinali Vicecancellario, Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Laurentii in Damaso, ac dd. personis Ecclesiasticis, censeatur derogasse huic juripatronatus laicali controversi Clericatus. Quia ex lectura totius contextus literarum patet, in illis nullam inveniri mentionem jurispatronatus laicalis, neque illius expressam derogationem, prout ex supradictis requiritur. Absque eo quod inferri possit ex proxime relatis clausulis generalibus derogatoriis jurium spectantium ad alios inferiores collatores, & in specie ad personas Ecclesiasticas superius nominatas; quia ex supra præmissis subderogationibus contentis in clausulis generalibus, quantumcunque effrænatis, & illimitatis, non
20 veniunt jurapatronatus laicalia, quando præcipue, prout in præsenti, nulla esset facta mentio jurispatronatus laicalis.

Ex quibus censuerunt Domini intrare arbitrium pro retardanda executione literarum resignationis; demandarunt tamen, ut in reliquis particulariter videretur, hoc est, an supposito, quod resignatio non habuerit effectum, sit abdicatum jus a resignante, vel ei sit dandus regressus ad beneficium dimissum: seu potius successerit vocatio beneficii, ex quo resignatio fuerit facta sine consensu patronorum laicorum, adeout ipsi legitime præsentaverint Franciscum Corradinum, isteque sit instituendus.

Et ita utraque parte audita resolutum fuit &c.

R. P. D. PAULUCCIO.

Illerden. seu Tarraconen. Beneficii.

Merc. 24. Januarii 1685.

ARGUMENTUM.

Quæ verificari debeant, ut gratiosa subrogatio, vel mandatum de subrogando, executioni possit demandari.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de subrogando omnimodam exigit narratorum justificationem.*
2 *Juspatronatus annexum Castro transit cum illo ad dominum ipsius.*
3 *Jurium appellatione venit juspatronatus.*
4 *Mens a causa finali deducitur.*
5 *In translatione jurispatronatus non censetur contemplata propria persona supplicantis, sed qualitas, quam retinet, si tamen in supplicatione expresserit, vide n. 23.*
6 *Observantia apta est interpretari literas Apostolicas.*
7 *At etiam declarare pertinentiam jurispatronatus.*
8 *Imo immutare naturam illius, vide n. 28. & 29.*
10 *Beneficiorum quando dicatur litigiosum, ut habeat locum regula de subrogandis.*
11 *Clausula - cum annexis, connexis, emergentibus & dependentibus, totoque negotio principali, ac quam, & quas - apposita in commissione, reddit beneficium litigiosum tam in petitorio, quam in possessorio.*
12 *Licet non adsit mandatum procuræ ad commissionem obtinendam, tum præsumatur.*
13 *Gratia subrogationis ut executioni sit demandanda, quæ verificari debeant, & n. 14. 15. 16. & 17.*
18 *Juspatronatus hereditarium præsumitur.*
19 *Error non præsumitur, & ideo probandus.*
20 *Transactio servari debet, & n. 22.*
21 *Tutor super re dubia potest transigere absque decreto.*
23 *Pupillus non potest actum a tutore gestum pro parte acceptare, & pro parte impugnare.*
24 *Translatus jurispatronatus fieri nequit a patronis absque Ordinarii auctoritate.*
26 *Juspatronatus præsumitur usurpatum, nisi doceatur de titulo, quando pertractatur de personis jurisdictionem habentibus: ampliæ, ut n. 30.*
27 *Verba sententiæ sunt accipienda, uti sonant, nec possunt extendi.*

DECISIO XXXIX.

Gratiam super provisione patronalis beneficii simplicis Sancti Joannis Baptistæ in Capella ejusdem nominis Castri de Almenar Ilerden. Diœcesis obtentam a Sede Apostolica per Carolum Lupia, tanquam præsentatum ab unico dicti beneficii patrono, impugnavit Balthassar de Reart, qui gratiam pro præsentato a se ipso obtentam præferendam contendebat eo nomine, quod idem beneficium, uti annexum Castro Dembarra, esset de jurepatronatus Andreæ Reart Domini dicti Castri, & qui illum præsentavit, non vero de jurepatronatus Caroli Lopis, tanquam Ludovici Reart universalis hæredis, & qui Carolum Lupia filium præsentavit. Super simili controversia Ordinarius Tarracon. Judex executor sententiam protulit, & juspatronatus ad Carolum Lupia pertinere firmavit, quod etiam per sententiam approbavit Rota coram Reverend. P. D. meo Matthæjo, vigore commissionis a Balthassare obtentæ; in cujus locum interim defuncti Dominus D. Melchior Reart frater novus præsentatus causam prosecutus fuit, & cor. quo R. P. D. Matthæjo Carolus aliam gratiam subrogationis juribus Balthassaris præmortui exhibuit. Sententiam prædictam confirmavit sua decisione bon. mem. Guanardus, & cum die 21. Aprilis proximi præteriti, me proponente, dictum fuerit, quod omnes Domini causam viderent, dato hodie dubio, an sit standum in decisis super confirmatione sententiæ Rotalis, affirmativum responsum habui.

Dominus Melchior præcipue objicit, quod gratiam Domino D. Carolo obtentam non sit simplex gratiosa subrogatio, sed mandatum de subrogando; & ideo requiratur omnimoda narratorum justificatio, Rota *dec. 135. n. 8. part. 4.* 1
tom. 2. rec. quæ justificatio absolute controvertitur, saltem in ea parte, in qua narrativè continebat dictum Carolum ab unico patrono præsentatum, eo quia dicta unicitas patronatus non probetur, imo prætendatur contrarium induci a Domino Melchiore, ex capite annexionis ejusdem 2
Beneficii Castro Dembarra, cujus dominium pertinet ad dominum D. Andream Reart suum Auctorem, & cum eo consequenter juspatronatus, Rota cor. Pamphilio *dec. 363. n. 8. & dec. 399. n. 4. part. 2. rec.* Quam annexionem desumit a translatione ejusdem Beneficii factam Castro Almenar ad Castrum Dembarra, vigore literarum Apostolicarum Gregorii XIII. in quibus datur facultas transferendi cum omnibus fructibus, ac juribus, quorum appellatione venit juspa- 3
tronatus, Dec. *cons. 121. num. 3. vers. sed ad istud*, Seraph. *dec. 715. per tot.*

Addito, quod talis fuerit mens Pontificis, qui gratiam translationis concessit, ne ob absentiam patronorum, beneficium debitis fraudaretur obsequiis, & hoc evenire posse, si præsentatio ad alios, quam ad Dominos Castri, spe- 4
ctaret, & mentem a causa finali deduci, tradit Text. *in c. intelligentia 6. de verb. signific.* Houded. *cons. 35. n. 31. lib. 2.* Rota *dec. 966. n. 6. & 7.* coram Dunozetto. Tanto magis, quia in translatione non fuerit consideratus Ludovicus Reart supplicans uti talis, sed uti Dominus Castri, indeque ad Dominos Castri censeatur facta translatio, ex Rota *dec. 53. n. 4. p. 1. & dec. 46. n. 16. p. 9. rec.*, quibus, & aliis per informantes pro D. Melchiore adductis annectitur subsecuta observantia, orta a præsentationibus factis post translationem, una anno 1614. altera anno 1692. a Domino Castri Dembarra, quam sufficere ad 5
interpretationem literarum, dixit Rota coram Priolo *dec.*
95. *n.* 30. imo ad declarandam pertinentiam jurispatro- 6
natus, Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 9. n. 39.* Rota 7
cor. Peuting. *dec. 317. n. 22.* Pamphil. *dec. 363. n. 3. & in rec. dec. 617. n. 3. p. 2. dec. 314. n. 3. in fin. p. 4.* & cum sit septuagenaria, ad immutandam naturam juris- 8
patronatus etiam absque titulo, Rota *dec. 315. n. 3. p. 18. rec.* & in Bononien. Parochialis 1. Julii 1678. cor. Eminent. Vicecomite.

His tamen non obstantibus, in prædictam sententiam Domini inclinarunt, & primo loco dixerunt, gratiam subrogationis, sive sit simplex subrogatio, sive mandatum de subrogando, *esse* sufficienter justificatam; litis cum pendentia a Domino Melchiore negari non potest,

& quod

& quod fuerit talis, ut sufficeret ad efficiendum liti-
9 giosum beneficium, quia introductio, & continuatio
litis inter præsentatos occasione præsentationum, ac li-
terarum Apostolicarum obtentarum, aliorumque a præ-
sentationibus, institutionibus, ac literarum executione
dependentium, efficit beneficium litigiosum, ad effectum
10 regulæ de subrogandis, Sarnen. *sub dicta regula q.* 12. Add.
ad Buratt. *dec.* 917. *n.* 20. *& seq.* Rota cor. Dunozet. jun.
dec 44. Amayden. *de stil. Dat. lib.* 1. *cap.* 24. *q.* 21. *sub n.* 25.
Merlin. *dec.* 418. *n.* 4. Coccin. *dec.* 2321. *n.* 3. *ad* 6. Rota *dec.*
607. *n.* 10 *p.* 5. *tom.* 2. *dec.* 145. *n.* 2. *& dec.* 165. *n.* 8. *p.* 8. &
absque ulla difficultate in casu præsenti, quia Balthas-
sar defunctus super validitate suæ, ac nullitate provi-
sionis, commissionem *obtinuit, cum annexis, connexis,*
emergentibus, & depen. totoque negotio principali, ac
quam, & quas, &c. quæ quoad ipsum reddit litigio-
sum beneficium, tam in petitorio, quam in possessorio,
11 Dunoz. sen. *dec.* 294. *n.* 4. Merlin. *dec.* 418. *n.* 7. *cum seq.*
Celf. *dec* 107. *n.* 10. *&* 11. Emin. Cerro *dec.* 411. *n.* 6. Emi-
nentiss. Othob. *dec.* 140. *n.* 10. *&* 11. Non refragante ob-
jecto inexistentiæ mandati procuræ ad commissionem
obtinendam, quoniam ex impensa citationis cum inhibitio-
12 ne, & aliorum actuum, dictum mandatum præsumitur,
Lothei. *de re benef. lib.* 2. *q.* 18. *n.* 86. Rota penes Posth. *de*
subhast. dec. 266. *n.* 11. Add. ad Greg. *dec.* 314. *n.* 6. Add. ad
Buratt. *dec.* 593. *n.* 16. Rot. *dec.* 187. *n.* 16. *part.* 16.

Data igitur pendentia litis, & verificatione Clericatus
Caroli, ac obitus collitigantis in possessione beneficii,
quæ sunt extra dubium, gratia subrogationis, vel man-
dati de subrogando non fuit visa indigere majori justi-
13 ficatione, Put. *dec.* 495. *lib.* 2. Cavaler. *dec.* 450. Gregor.
dec. 32. *& dec.* 103. *&* 306. Merlin. *dec.* 418. Buratt. *dec.* 31.
in omnibus n. 1 & licet in narrativa gratiæ dictum fue-
rit, unicum patronum præsentasse Carolum, quod quia
agitur de mandato subrogandi esse justificandum, licet
nunquam justificabile, D. Melchior asserit; tamen ob-
jectum excluserunt Domini, vel uti non attendendum
ob non requisitam verificationem, vel uti innixum
falso supposito.

Ideoque verificationem non requiri dixerunt, quia
ab informantibus pro Com. Carolo ponderabatur, quod
narrativa præsentationis unici patroni non legitur in
literis subrogationis principaliter, ac de per se, sed tan-
tum consecutive, & dependenter a narrativa litis in
partibus introductæ, & sic requiri tantum justificatio-
nem quoad factum, quod videtur sufficienter justifica-
tum ad effectum, de quo agitur, ex fundatione juris-
patronatus pro hæredibus quibuscunque illius, cui pri-
mo loco concessum fuit, quæ qualitas hæreditaria re-
peritur in Carolo ex transactione inita cum fratre D.
Melchioris, ex qua Carolus præsentans, patronatum
retinuit, & ex sententia Ordinarii super justificatione
14 narratorum in prima gratia, quæ sufficiunt ad factum
judicandum, Dunoz. sen. *dec.* 294. *a n.* 5. *ad* 8. non quoad
validitatem, & legitimationem narratorum, ut dixit
Rota cor. Duran. *dec.* 233. *n.* 5. 306. *n.* 4. cor. Bich. *dec.* 567.
n. 18. cor. Cavaler. *dec.* 202. *n.* 3. cor. Merlin. *dec.* 343. *n.* 4.
cor. Cerro *dec.* 830. *n.* 8. *& in rec. dec.* 304. *n.* 9. 10. *p.* 10.

Idque summa ratione, cum sufficiat pro executione
subrogationis, ut subrogatus collitigans doceat de ti-
tulo etiam colorato, ac litem calumniosam non fuisse,
15 Rot. cor. Greg. *dec.* 123 *n.* 6. *&* 7. Dunoz. sen. *dec.* 294. *n.*
6. *in rec. dec.* 486. *n.* 6. *p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 607. *n.* 6. *&* 17. *p.* 5.
tom. 2. Alias si teneretur jus suum justificare, esset con-
tra mentem Papæ, qui voluit eximere subrogatum ab
alterius collitigantis vexatione, ut observat, Sarnen. &
Mandos. *in expositione regula de subrogandis in princ.* di-
ctaque subrogatio frustratoria fuisset: quia docto con-
16 cludenter de unicitate dicti juris patronatus, Carolus præ-
sentatus subrogatione non indiget, onusque concluden-
ter justificandi titulum, est quid contrarium eidem sub-
17 rogationi, Bellamer. *dec.* 116. *n.* 3. Coccin. *dec.* 1062. *sub*
n. 8. & contra omnem æquitatem in gratiis Apostolicis
per Rot. servari solitam, ut testatur *dec.* 9. *n.* 9. *par.* 2.
div. quia hoc modo subrogati deluderentur.

Ex his clara redditur justitia Caroli, sed ex sequentibus
clarior; nam justificat narrativam privativæ pertinentiæ ju-
rispatronatus, quæ tam primam, quam secundam gratiam
convalidat. Etenim jus præsentandi ad dictum beneficium
a fundatoribus concessum fuit Ludovico Icart, ac ejus hæ-
redibus universalibus; unde sequitur, quod ex dicta litera-
li dispositione sit hæreditarium, cum ad dictum effectum
sufficiat præsumptio, quæ semper intrat, nisi a literali
contraria dispositione excludatur, *Clement. plures de ju-* 18
repatronatus, Rot. *dec.* 111. *n.* 4. cor. Ubald. *in rec. dec.* 89.
n. 1. *p.* 6 *dec.* 275. *n.* 4. *&* 5. *p.* 7. *& dec.* 185. *n.* 9. 430. *n.* 19.
p. 9. *& dec.* 19. *n.* 1. *p.* 18. cor. Eminen. Othob. *dec.* 3. *n.* 5. *&*
6. & cor. Priol *dec.* 381. *n.* 9. *&* 10. Unde cum Carolus Lu-
pis, qui præsentavit, fuerit hæres mediatus dicti Lu-
dovici de Icart, de jure præsentandi non est dubitan-
dum, & consequenter de sufficienti justificatione gratiæ.

Quod certius redditur ex transactione subsecuta inter
Dominos de Reart, & D. Carolum Lupiam, in qua
conventum, ac declaratum fuit, juspatronatus ad D.
Carolum spectare; & dicta transactio de erroneitate re-
dargui nequit: quia unus ex tutoribus fuit Honuphrius
Reart Avunculus dominorum de Reart, optime infor-
matus de qualitate beneficii, ut in Summ. Caroli *n.* 19
18, cum non præsumatur error, nisi probetur, Rot.
cor. Seraph. *dec.* 976. *n.* 1. *&* 3. Buratt. *dec.* 200. *n.* 3. iden-
que transactio servanda, eo magis, quia judicis decre- 20
tum intercessit, Cyriac. *controv.* 591. *n.* 14. Rot. *dec.* 39. *n.*
11. *p.* 7. *& dec* 473. *n.* 2. 3. *&* 6. *p.* 14. *rec.* sine quo etiam
tutores super re dubia pupillorum transigere possunt,
l. præses, *C. de transact.* Cyriac. *contr.* 591. *n.* 8. Rota *dec.* 21
545. *n.* 4. *in fin. p.* 1. *& dec.* 86. *n.* 17. *p.* 6. *rec.* Non probato
autem errore, non potest Dominus Reart transactionem
impugnare, Rot. cor. Eminent. Cerro *dec.* 589 *n.* 2. *& in*
rec. dec. 473 *n.* 1 *p.* 14 præcipue, & cum ex eadem transa- 22
ctione Castrum, ac alia bona habuerit, unde dd. bonis non
dimissis, non potest pro parte acceptare, & pro parte im-
pugnare transactionem, cum actus humani, & a pupillis
facti, quoad acceptationem sint individui, Bald. *consil.* 10. 23
l. 2. Rot. cor. Seraph. *dec.* 540. *n.* 5. & in Romana depo-
siti 5. Maii 1660. cor. bon. mem. Card. Tuya.

Nec turbat translatio beneficii a Castro Al nenar, ad
Castrum Dembarra: quia cum in dicta translationis
gratia, nec in translatione ipsa fiat verbum de anne-
xione jurispatronatus, astio Dembarra, ea non est præ-
sumenda, cum nec ipsi patroni absque Ordinarii aucto- 24
ritate hoc facere valeant, *c. illud. vers. cum quis La-*
icus, et c. nullus de jurepatr. Lamberrin. *de jurepatr. p.* 2.
lib. 1. *q.* 1. *art.* 19. *n.* 1. *et* 2. Sanch. *consil. mor. lib.* 2. *c.* 3. *disp.*
76. *in fine*, Rot. *dec. ult. de jurepatr. in antiq. n.* 2. & cor.
Duran. *dec.* 463. *sub n.* 7. nec Papam id voluisse, dedu-
citur ab illis verbis — *ne ob absentiam patronorum be-*
neficium debitis fraudetur obsequiis — neque ex eo, quod
consideravit Ludovicum Icart supplicantem uti domi-
num Castri: quia, cum prædicta ad alium finem, &
causam referri possit, non inducunt necessariam conse-
quentiam voluntatis Papæ mutandi qualitatem jurispa-
tronatus contra claram illius fundationem, imo con-
trarium suadent alia verba — *cum suis juribus, et one-*
ribus — ut in proximis terminis translationis census de
uno ad alterum fundum, dixit Grat. *discept.* 113. *n.* 81. 25
Rot. *dec.* 105. *n.* 2. post Cens. *de cens.* Unde objectum exci-
tatum in §. *addita*, penitus corruit, imo potius præsu-
menda usurpatio, cum simus in casu Domini Castri,
nisi concludenter apparenti titulo, Conc. Trid. *sess.* 25. *de* 26
reform. c. 9. & ibi Barbos. *n.* 32. Rot. cor. Put. *dec.* 55. *lib.* 1.
cor. Duran. *dec.* 413. *n.* 5. cor. Pamph. *dec.* 166. *n.* 1. *et dec.*
53. *n.* 6 *p.* 1. *dec.* 245. *n.* 2. *p.* 9. *dec.* 198. *n.* 10. *p.* 6. *rec.*

Titulum vero non probari ex duabus præsentationibus
anni 1614. & anni 1662. indubium visum fuit, & incipien-
do ab illa anni 1614. licet mandatum procuræ ad præ-
sentandum factum a Dionysia de Icart, & quod ipsa,
uti Domina Castri, præsentet, videatur relativum ad
Dominium d. Castri; tamen quia præsentatio fuit ex ju-
re competenti Dionysiæ ob titulum hæreditarium Lu-
dovici mariti, quod fuit etiam repetitum in sententia
Ordinarii, Som. Caroli *n.* 17. & hoc idem evenit in se-
cunda præsentatione anni 1662. Summ. Caroli *n.* 18. unde
cum verba sententiæ sint accipienda, uti sonant, nec
possint attendi ad non expressa verba libelli mandati
petitionis, & similia, nihil ponunt in esse, Rota cor.
Pen. *dec.* 236. *n.* 5. *et dec.* 439. *n.* 1. *p.* 2. *rec.*

Hinc excluditur observantia: quia si inspiciamus senten-
tias, illam destruunt; sunt enim pro statu hæreditario: si
inspiciamus mandata procuræ, non possunt operari contra
sententias, ut observantia saltem non reddatur æquivoca,
& ideo insufficiens, cum debeat esse clara in casu contro-
verso, in quo concessa annexione venit in consequentiam
præjudicium spei libertatis beneficii, Luther. *de re benefic.*
lib. 2. *q.* 9. *n.* 54. *et* 55. & in hac eadem causa die 3. Junii 1683.

in fin. cor. bon. me. Guaxardo, in quibus terminis præjudicii observantiam non operari, dixit Rota *in rec. dec.* 412. *p.* 9. *dec.* 319. *n.* 5. *&* 336. *n.* 31. *p.* 10. *dec.* 319. *n.* 38. *&* 304. *n.* 17. *p.* 15. & eo magis concurrente præsumptione usurpationis, tunc enim præsentationes non inducunt observantiam
19 contra formam fundationis, Rot. *dec.* 53. *n.* 6. *p.* 1. *rec.*

Et ita utraque &c.

R.P.D. ANSALDO.

Corton. Beneficii.

Lunæ 18. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Ut obtineri valeat gratiosa subrogatio per obitum collitigantis, quæ requirantur, ad materiam *disc.* 67. *jurepatron.* Card. de Luca.

SUMMARIUM.

1 *Lis est fundamentum subrogationis gratiosæ, & num.* 9.
2 *Lis debet esse super titulo ad hoc, ut sit locus regulæ de subrogandis.*
3 *Lis super manutentione non inducit vitium litigiosi super titulo.*
4 *Distinguitur inter beneficium liberæ collationis, & jurispatronatus, ut in primo requiratur lis super titulo, at in secundo sufficiat quoque lis.*
5 *Suspensio petitorii præsupponit fuisse super eo litem contestatam.*
6 *Ex decreto Judicis arguitur, quod fuerit in judicio deductum.*
7 *Pontifex in materia beneficiali habet absolutum dominium.*
8 *Expressio specifica status litis est sufficiens pro obtinenda subrogatione.*
10 *Instantia de jure Canonico est perpetua.*
11 *Pro desertione litis requiritur declaratoria judicis.*
12 *Productio jurium, & effectiva oppositiones denotant non fuisse renunciatum liti.*
13 *Quæcunque causa, etiam colorata, & probabilis, excusat a calumnia.*
14 *Ecclesia, seu Monasterium a testatore exclusum non potest præsentare ad juspatronatus.*
15 *Dummodo præsentatio non coarctetur ad vitam ipsius Religiosi.*
16 *Equites Hierosolymitani sunt Religiosi.*
17 *Nemo potest impugnare factum sui authoris.*
18 *Clausula*, quatenus opus sit, & non alias, *apponitur ad cautelam.*
19 *Donatio juris præsentandi destituta consensu Ordinarii non abdicat jus a donante.*
20 *Prohibitus donandi ad hoc, ut donando cadat a suo jure, debet habere specificam scientiam prohibitionis & pœnæ.*
21 *Qualibet levissima causa præservat a caducitate.*
22 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur ad impediendam executionem literarum Apostolicarum.*

DECISIO XL.

Subrogationem gratiosam, quam ex vi regulæ Cancellariæ *in* 25. in juribus, ac possessione prædefuncti Giberti collitigantis obtinuerat Nicolaus, destruere Petrus Paulus satagebat in hodierna audientia, non quidem ex eo, quod in Nicolao non concurrerent ad formam præmissæ Regulæ duo illa generalia requisita, nimirum Clericatus ex parte impetrantis, & justificatio obitus, & possessionis prædicti collitigantis; sed sub eo unico fundamento, quod scilicet Nicolaus deficeret in salutari alterius requisiti circa litem, quæ reputatur, & est basis gratiosæ sub-
1 rogationis, prætendendo, quod vel nulla lis ad effectum, de quo agebatur, extitisset, vel in omnem casum remansisset deserta, & extincta, vel demum appareret undique calumniosa; sed hisce oppositionibus ad solitam justitiæ lancem appensis per DD. meos in propositione dubii: *An intret arbitrium pro retardatione literarum Apostolicarum, seu potius sit danda inhibitio Petro Paulo*: censuerunt, arbitrium non intrare, & consequenter supervacaneum ad secundam ejusdem dubii partem respondere.

Siquidem non placuit Dominis prima pars objecti, in qua litis existentia negabatur sub eo præsupposito, quod cum lis ad effectum Regulæ *de subrogandis* debeat esse super titulo, & proprietate beneficii, unde non sufficiat quod beneficium prætendatur uti debitum, nisi & expetatur tanquam suum, ex traditis per Rot. cor. Manzanedo *dec.* 891. *n.* 1. & cor. Coccin. *dec.* 1235. *n.* 1. *per tot.* 2
& cor. Card. Cerr. *dec.* 611. *n.* 1. *&* 2. *dec.* 427. *n.* 1. *& seq. p.* 18. *rec.* & in Leodien. Parochialis 25. Junii 1687. §. *Ultimus*, cor. R. P. D. meo Molines.

In præsenti autem lis non penderet inter Gibertum, & Nicolaum super ipso titulo, sive perpetuitate, sed solummodo super possessorio, ex quo ab initio ambæ partes protestatæ fuerant de suspensione petitorii cum successiva expeditione causæ in vim solius mandati de manutenendo facta per Vicarium Cortonen. & appellatione deinceps interposita a prædicto duntaxat mandato de manutenendo, in quibus terminis litem non esse super titulo, sed tantummodo super ipsa possessione, ad finem excludendi qualitatem, seu vitium li-
tigiosi, habetur ex Spad. *cons.* 61. *n.* 6. *lib.* 2. Adden. ad Pamphil. *dec.* 128. *n.* 25. Episcop. de Rosa *de execut. literar. Apostol. p.* 1. *cap.* 16. *n.* 125. Rota cor. Greg. *dec.* 335. *n.* 5. *& seq. & dec.* 274. *n.* 18. *p.* 19. *rec.* & in dicta Leodien. Parochialis 27. Junii 1687. §. *fin.* cor. R. P. D. Molines. 3

Animadversum quippe fuit, non esse absolute veram prædictam propositionem, quod lis debeat esse super titulo, & simplici proprietate, quoties (ut in hodierno casu) non agitur de beneficio liberæ collationis, sed jurispatronatus, quoniam cum Regula *de subrogandis* sit favorabilis & introducta ad resecanda dispendia, nec valeat patronus alium præsentando novum objicere contradictorem collitiganti superstiti, exuberat, quod quoquo modo lis inter ipsos præ-
sentatos extiterit, ut distinguendo inter beneficia liberæ 4
collationis, & de Jurepatronatus, frequenter tenuit Rota, & signanter in Florentina Parochialis de Vecchietis cor. Vitili, impressa apud de Rosa *de execut. literarum Apostolicarum dicta p.* 1. *c.* 16. *n.* 101. & cor. Coccin. *dec.* 2080. *ex n.* 21. *usque ad finem*, *& dec.* 607. *n.* 10. *p.* 5. *rec.* & in Melevitana Beneficiorum 26. Junii 1665. §. *Lis eandem*, cor. bon. mem. Bevilaqua, & in Illerden. seu Tarraconen. Beneficii 5. Julii 1683. §. *Lis autem in fine*, cor. bon. mem. Guaxardo.

Et nihilominus cessare omnem difficultatem Domini agnoverunt ex duplici circumstantia; altera nimirum, quod
ipsamet suspensio petitorii præsupponat in origine litem 5
fuisse contestatam, non minus in possessorio, quam in petitorio; alias quippe non oportuisset suspendere petitorium, si de eo veluti in lite non comprehenso, juxta regularem ordinem judiciorum, suo loco, & tempore agendum non foret, ad Text. *in l. ejus, qui in provincia vers. Quoniam, ff. si cert. petat.* & in proximis Rota *dec.* 150. *n.* 8. *&* 9. coram Ludovis. Præsertim, quia formula ipsa decreti lati ab initio per Vicarium Cortonen. tanquam approbativa præsentationis, & mandans investiri Gibertum, excessisse demonstrat 6
nudum possessorium, ut in terminis Rot. cor. Caval. *dec.* 200. *n.* 4. *& dec.* 385. *n.* 5. *&* 6. *p.* 13. *rec.*

Altera, & de per se sufficiens circumstantia promanabat ex eo, quod pro obtinenda subrogatione Nicolaus Pontifici exposuerat adamussim qualitatem, & statū ipsius litis, Summ. Nicolai *n.* 8. proindeque non erat amplius inquirendum, utrum de jure in beneficiis patronalibus lis percutere deberet titulum, & proprietatem beneficii, & an de facto illam
tangeret in casu nostro, cum Pontifex, qui absolutum habet 7
dominium in materia beneficiali, de litis statu informatus, petitæ indulserit subrogationi; quemadmodum distinguendo inter narrativam litis in genere, & expressionem individuam qualitatis, & status ipsius litis, in his terminis firmavit Rota cor. Cocc. *dec.* 2078. *ex n.* 12. *cum pluribus seq.* &
cor. Bich. *dec.* 187. *n.* 10. *cum duobus seqq. & in rec. dec.* 264. *n.* 8
5. *p.* 10. *et dec.* 627. *n.* 3. *et* 4. *p.* 18. *et dec.* 411. *n.* 18. cor. Cerro.

Minus relevare visa est subalterna pars objecti ob assertam desertionem ejusdem litis, qua stante, opponebatur, locum
non esse gratiosæ subrogationi, quæ, ut præmisimus, pro 9
suo fundamento, & base requirit actualem litis pēdentiam, ex Gloss. *in Clem.* 1. §. *Si vero*, *verb. prosequatur*, *ut lit. pend.* cum concord. per Rot. in Melevitana parochialis 5. Decembris 1691. §. *Non obstat*, *et* §. *Cæterum*, coram. Reverend. Zamoren. & prius in Leodien. Canonicatus 6. Junii 1689. §. *Et nihilominus*, cor. bon. mem. Emerix.

Cum enim post denegatam a Vicario Cortonen. appellationem in suspensivo Nicolaus recursum habuerit ad

Nun.

Digitized by Google

Nuncium *Florentinum*, ac post expiratum terminum
unius mensis cum supersessoria ejus favore reportatum mi-
nime acquieverit, sed ad quamplures ulterius actus judi-
ciales devenerit, de quibus in Summario ejusdem Nicolai
n. 5. & successive pariter non acquiescens, audita nova
præsentatione per Æneam assertum patronum erarata in
personam Petri Pauli moderni oppositoris, incontinenti
allegaverit, & objecerit cor. Vicario (ne Petrum Paulum
institueret) de hujusmodi pendentia litis, ut in Summario
ejusdem Petri Pauli *n.* 18. *&* 19. nunquam poterat censeri
inducta desertio, vel quæ animum expressum, & indubi-
tatum desistendi a lite, eamque deserendi requirit, vel
saltem loco taciti, & præsumptivi exposcit negligentiam
10 per decennium; de cætero nanque instantia de jure Cano-
nico semper est perpetua, ex animadversis per Cardin. de
Luca *de jurisd. disc.* 12. *n.* 4. Rot. cor. Bich. *dec.* 395 *num.* 17.
& seq. & dec. 388. *n.* 6. *&* 7. *part.* 18. & in Gerunden. bene-
ficii 21. Junii 1683. §. *Nec admittebant*, cor. Eminentiss.
Archiepiscopo Mediolan.

Addito, quod cum (ex infra dicendis pro exclusione ca-
lumniæ) non omnino constare appareret de malo jure Ni-
colai, satis io hoc proposito non erat, destitisse a prosecu-
tione litis; sed ubi de eadem desertione saltem dubitari con-
tingebat, tunc (nisi quoque concurrat, evidens malum jus
in quiescente) pro fundanda legitimitate desertionis, sive
totali peremptione litis, necessaria redditur declaratoria
judicis super ipsa desertione, sicuti tradiderunt adducti
11 per Rot. *dec.* 467. *num.* 5. *& seq.* coram Dunoz. jun. & cor.
Card. Cerro *dec.* 389. *ex n.* 6. *usque ad fin. & dec.* 498. *num.*
33. *& seq.* & cor. Peutiog. *decis.* 320. *ex n.* 10. *usque ad n.* 17.
& in Anglonen. Archipresbyteratus 24. Aprilis 1654. §.
Nec ex eo, cor. bo. me. Albergato.

Et ob id parum relevabat, quod procurator Nicolai re-
nunciasset appellationi a se interpositæ, postquam per exe-
cutorem Apostolicum pronunciatum fuerat super execu-
tionem gratiæ, quam Gibertus deinde obtinuerat jure devo-
luto: Quoniam, ultra quod non fuit ab ipso procuratore
absolute renunciatum appellationi, sed cum clausula, *Qua-
tenus opus sit*: adhuc tamen de facto idem procurator in
eodem actu, a quo prætenditur resultare appellationis re-
nunciationem, produxit quamplura jura demonstrantia,
præsentationem in Nicolaum suum principalem capletam
extitisse congruo tempore concesso laicis ad præsentan-
dum, idque ad unicum finem destruendi narrativam gra-
tiæ ejusdem Giberti, in qua pro fundamento præsupponi
videbatur, præsentationem factam de Nicolao prodiisse
extra tempus a jure præfinitum, Summario Petri Pauli
n. 15. Unde, quidquid foret de hac præsuppositione, ejusque
importantia, nihilominus innegabile est, nil magis repu-
gnare renunciationi, ac animo acquiescendi judicato,
quam contextualem productionem jurium, & affectivam
oppositionem subreptionis, & obreptionis gratiæ, pro
12 qua fuerat judicatum, teste Scacc. *de appell. qu.* 17. *limit.* 2.
n. 21. Rot. cor. Catill. *dec.* 221. & cor. Bich. *dec.* 324. *utro-
bique n.* 5. *& dec.* 74. *n.* 19. *& seq.* cor. Card. Cerro.

Ejusdem denique levissimi ponderis inventa est tertia, &
ultima pars objecti circa calumniam, quæ ad effectum im-
pediendi gratiam subrogationis debet esse adeo manifesta,
ut convincatur, litem usque ab initio extitisse notorie
injustam, & defuisse omnem, & quamcunque coloratam,
seu probabilem causam litigandi, ut sæpius firmata per
13 Rot. & præsertim *dec.* 28. *num.* 14. *part.* 19. *rec.* & in d. Ge-
rund. beneficii 26. Martii 1683. §. *fin.* cor. Eminent. Me-
diolanen. & in Barchinonen. beneficii 4. Julii 1692. §. *pe-
nult.* & 20. Novemb. 1693. §. *fin.* cor. Reverendiss. D. meo
Decano, & in Leodien. Canonicatus 25. Febr. 1695. §. *fin.*
cor. bon. mem. Emeria.

Talis nanque notorietas injustitiæ nullatenus visa est
resultare, ex quo fundator beneficii a jure præsentandi, &
tota hereditate, quam perpetuæ primogenituræ supponebat,
excluserit tam Ecclesias, quam Monasteria, nolens, quod
sive in conditione, sive in vocatione, *Ecclesia* ac *Monaste-
rium* stare intelligeretur loco filii; ac propterea cum Nico-
laus litem cum Giberto introduxisset in vim præsentatio-
nis, quam in ipsius Nicolai personam expleverat Pater An-
gelus Maria, seu illius nomine Conventus S. Augustini
Ordinis Eremitarum, nullum ex hujusmodi nominatione
jus probabile, & coloratum sortiri potuerit ad ea, quæ in
terminis similis exclusionis factæ de Ecclesiis & Monaste-
14 riis, responsum fuerat in Lucana jurispatronatus super be-
neficio S. Apolloniæ 15. Aprilis 1688 §. *Minus* confirmata
28. Junii ejusdem anni §. *Nec facit*, cor. bo. me. Emerix.

Præterquam etiam saltem ad præmissum finem exclu-
dendi calumniam non displicebat Dominis distinctio alla-
ta per informantes pro Nicolao, quod aut agitur de exclu-
sione Ecclesiæ, seu Monasterii a jure successivo præsentan-
di, vel progressivo primogenituræ; & tunc utique nequeat
Ecclesia, vel Monasterium progressive succedere & respe-
ctive præsentare, locum filii assumendo: At vero quæstio
est de jure mere temporali, & ad vitam ipsius Religiosi co-
arctato, eoque casu, nisi palpetur expressa, & enixa mens
testatoris, præfata exclusio non officiat, quo minus idem
Monasterium durante duntaxat vita Religiosi, qui inte-
rim reputatur, & est vere, ut naturaliter agnatus, valeat,
& præsentare, & gaudere etiam commodo primogenituræ,
vel fideicommissi alioquin injuncti pro servanda agnatio- 15
ne, ut in terminis jurispatronatus, Sanchez *de præcept. De-
cal. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 2. *& seqq.* Vivian. *de jurepatr. lib.* 3. *cap.*
2. *num.* 63. *& seq* Ciarl. *controv.* 225. *num* 8. *cum seqq.* & in
proposito primogenituræ, seu fideicommissi, Peregrin.
consil. 47. *n.* 4. *vers. Quia tamen professus lib.* 1. Ciarl. *controv.*
225. *n.* 6. *&* 7. & late Rot. Bononien. in decisione impress.
apud Modern. Camerinen. *allegat.* 124. *per totum, & si-
gnanter n.* 23. *& seq* Torr. *de primog. & majorat. Ital. part.*
2. *cap.* 11. *n.* 27. *& seq.* Rot. cor. Manzaned. *decis.* 360. *n.* 4.
cum tribus seq. & cor. Carill. *dec.* 266. *n.* 1. *et seq. et n.* 7. &
cor. Card. Cels. *dec.* 341. *n.* 9. ubi in specie de professo in Re-
ligione Augustiniana, *et in rec. decis.* 433. *et dec.* 434. *per
tot. part.* 12. *et dec.* 392 *pariter per tot. part.* 15. *et decis.* 64.
n. 31. *et* 32. post eundem Torr. *de pact. fut. success.*

Potissimum tamen fundamentum constituebant in ob-
servantia, juxta quam non solum alias fuerat etiam me-
diante sententia propria per Vicarium Cotronen. de anno
1670. ut in Summario Petri Pauli *n.* 24. canonizata præsen-
tatio emissa per Fratrem Joannem Thomam de Thomasiis
Equitem Hierosolymitanum, qui ve idcirco tanquam pro-
fessus in prædicto Ordine erat persona proculdubio Reli- 16
giosa, ut prosequitur Rota *dicta dec.* 360. *n.* 10. cor. Man-
zaned. & cor. Merl *dec.* 225. *num.* 5. et 6. et *dec.* 364. *num.* 4.
apud Posth. *de manutent.* cum aliis per Adden. ad Pamphil.
dec. 367. *num.* 16. & Lithuana donationis 5. Maii 1688. §.
Agitur enim, coram Eminentiss. D. Card. Caccia. Verum
etiam præcisive ab hujusmodi sententia, quæ tanquam
nulla, & injusta redarguebatur ex parte Petri Pauli, con-
stabat, quod idem Æneas, a quo ipse Petrus Paulus suam
reportaverat præsentationem, & in præcedenti vacatione
non tantum fassus fuerat, Patrem Angelum Mariam esse
primogenitum, *ut in Summario* Nicolai *num.* 11. sed etiam
anxius fuerat reportandi mandatum procuræ ad præsentan-
dum a Monasterio, seu Conventu Sancti Augustini ex per-
sona ejusdem P. Angeli Mariæ; quodque magis est, eodem
mandato usus erat in actuali præsentatione, in illa se enun-
ciando legitimum procuratorem memorati Conventus,
dicto Summario n. 13. unde non poterat idem Æneas, &
ab eo causam habens suæ præsentationis Petrus Paulus im-
pugnare factum, & agnationem sui Authoris, *vulgar. jur.* 17
in l. Cum a matre, C. de rei vindic. & ad rem Rot. coram
Bich. *dec.* 232. *n.* 7.

Parum refragante, quod in prædicta præsentatione,
quam etiam nomine proprio fecerat Æneas, clausulam il-
lam adjecerit, *Quatenus opus sit, et non aliàs*, quæ re-
gulariter censetur apposita ad salubrem cautelam evitandi
præjudicium, ex traditis per Rot. cor. Priol. *dec.* 193 *n.* 20.
et seq. & cor. Card. Cerr. *dec.* 552. *num.* 5. *et* 8. *et decis.* 81.
n. 31. *et seq.* post Torr. *de pact. fut. success.* Siquidem in præ-
sentia, controversia non est de præjudicio perpetuo, & ir-
revocabili, quod sibi intulerit Æneas reportando manda-
tum procuræ a Conventu ex persona P. Angeli Mariæ, il-
loque positive utendo, in quibus terminis præmissa clausu-
la salutaris valeret a quocunque damno eundem Æneam
præservare; sed pertractatur de inquirendo, utrum jus
præsentationis fundatum in jure ejusdem P. Angeli Mariæ
ad finem regulæ *de subrogandis* sit evidenter calumniosum,
vel potius dubium, probabile, & coloratum: major autem
dubietas apud Dominos desiderari posse non videbatur,
quam illamet, quam ipse habuerat Æneas, qui utique nec
mandatum ex persona P. Angeli Mariæ procurasset, nec
illud exhibuisset, ejusque nomine præsentasset, nisi de vi-
ribus ejusdem mandati, & respective juribus P. Angeli
Mariæ probabiliter dubitasset, ut ad sensum patebat.

Minus concludi calumniam Domini existimarunt, ex
quo idem P. Angelus Maria (prius in sæculo *Apollo*) spe-
cifice donaverit Joanni Baptistæ, aliisque de Maggio jus
præsentandi ad controversum beneficium, in testamento
autem

nutem. fundatoris explicite imponeretur pœna caducitatis
ipso jure incurrenda contra alienantem, seu alienare ten-
tantem jus ipsum patronatus: Quoniam, ultra quod hu-
jusmodi donatio nocere non potuit intentioni fundatoris
volentis, jus præsentandi in agnatione remanente, cum tan-
19 quam destituta consensu Ordinarii, nullum jus abdicaverit
a donante, par Text. *in cap. Quod autem, & cap. ex literis,
de jurepatron.* Adden. *ad dec. 46. num. 61. & seq. part. 9. rec.*
Rota coram Coce. *dec. 652 ex n. 2. usque ad fin.* & coram
Royas *decis. 231. num. 4. & 5.* & coram Bieb. *decis. 277.
num. 2. & 12.* & cor. Zatat. *decis. 26. num. 13. & 14.* & in
Racanaten. beneficii 10. Martii 1684. §. 1. cor. bo. me. Eme-
rix, & in Melevitana jurispatronatus 4. Julii 1696. §.
Quod autem, cor. R. P. D. meo Molines.

In omnem casum ad hoc, ut irrevocabiliter donans ae-
cidisset a jure præsentandi, necessaria extitisset scientia
(quæ non probabatur) specifica, & individualis, non mi-
nus prohibitionis, quam pœnæ, ut uno ore affirmant ad-
20 ducti per Modern. Lucen. *consult. 113. n. 4.* Rota *decis. 160.
n. 7. part. 4. rec. & decis. 958. n. 4. & seq.* cor. Dunoz. jun. *&
dec. 457. n. 2. & 6. part. 13. & dec. 44. n. 18. par. 17.* quodque
nulla subesse causa etiam quæsita, vel colorata ad excusan-
dum donantem, ea notissima propositione, quod a cadu-
citate quælibet levissima, & (ut ajunt) etiam bestialis cau-
21 sa præservat, ut per Rot. cor. Pamph. *dec. 658. n. 6.* & cor.
Cels. *dec. 15. n. 16. & in rec. dec. 281. nu. 5. part. 4. tom. 2. et
dec. 534. n. 10. par. 14.* & in Interamnen. fideicomm. 27. Ja-
nuarii 1682. cor. bo. me. Albergato; & tandem semper re-
currit, quod hodie saltem possumus dubitare de hac cadu-
citate, dum idem Æneas, a quo, ut præmissum fuit, cau-
sam habet, Petrus Paulus, etiam post donationem, & as-
sertum incursum in caducitatem sollicitus fuit de obtinen-
do, & allegando mandato procuræ ad præsentandum.

Quibus omnibus serio de more libratis visum fuit, vel
omnem cessare oppositionem adversus gratiam subrogatio-
nis, vel easdem oppositiones non esse ita claras, & perspi-
cuas, ut retardare possent promptam, & expeditam exe-
cutionem, quam non obstantibus exceptionibus altiorem
efflagitantibus indaginem merito habent, & habere debent
literæ Apostolicæ, prout in specie illarum gratiosæ subro-
gationis semper protestata est Rota, *ut in dec. 54. num. 16.
22 part. 5. rec.* & cor. Dunozett. junior. *dec. 352. n. 22.* & cor.
san. me. Alexandro VIII. *dec. 154. num. 6. et 7.* & cor. Priol.
dec. 377. n. 6. & in Augustana prioratus 28. Novemb. 1653.
§. *Non officit*, cor. bo. me. Albergato.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. ANSALDO.

Cortonen. Beneficii.

Luna 1. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Est decisio quæ alteram præcedentem confirmat.

SUMMARIUM.

1 *PEndente lite, non licet præsentare.*
2 *Lis inter compatronos, quorum quisque postulat declarari sibi jus competere ad præsentandum ad exclusionem alterius, non reddit beneficium litigiosum.*
3 *Præsentati assistentes in judicio, quorum quilibet prætendat beneficium ut suum, non qualificant litem super titulo.*
4 *Referuntur variæ opiniones super quæstione, an, et quomodo lis dicatur super titulo?*
5 *In subrogatione gratiosa sufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata, et n. 7.*
6 *Dataria sæpe solet exquirere votum a Rota.*
8 *Præsentatus prosequens litem post acquiescentiam præsentantis, de accessorio fit principalis.*
9 *Ut causa dicatur deserta, debet præcedere præfinitio terminorum ad docendum de appellatione.*

DECISIO XLI.

AUdito rursus Petro Paulo, veluti mordicus de novo
contendente, extitisse locum Regulæ de subrogandis
collitigantibus exigenti plenam verificationem litis super
ipso titulo beneficii, ejusdemque litis durationem, ad effe-
ctum, ut ligatæ remanerent manus patronorum, quo mi-
nus ipsum defuncto Gibert o præsentare valuissent, ex cen-
sura text. *in cap. 2. ut lit. pend. in 6.* Domini nihilominus 1
iterum ex solita benignitate, & justitia, introspectis fun-
damentis præteritæ decisionis, perstitere in decisis.

Gratis enim circumscribi visa est propositio, quod ubi lis
resideat inter patronos de pertinentia invicem collitigan-
tes, lis nullatenus censeatur esse super titulo beneficii, quod-
que per consequens, nec etiam ipsum beneficium efficiatur
litigiosum, cum tunc nemo ex patronis prætendat benefi-
cium sibi adjudicari, unde illud evadere queat litigiosum,
sed solum uterque respective expostulet declarari, sibi jus
competere ad præsentandum; quod sane nihil operatur ad
imprimendum aliquem litigiosi characterem circa idem
beneficium, juxta communiter receptam theoricam Inno-
cent. in *cap. cum M. Ferrarien. sub n. 9. vers. sed oppone de* 2
Constit. cum reliquis abunde deductis per Lother. *de re be-
nefic. lib. 2. q. 20. n. 5. et seq.* Adden. ad Pamph. *dec. 128. n. 34.*
Episcopus de Rosa *de execut. literarum Apostol. part. 1. cap.
16. n. 115. in fine, et n. 158. et seq.* Rot. *dec. 199. n. 17. part.
4. tom. 3. rec. et dec. 3. n. 2. et seqq.* cor. Bichio *et dec. 263. n.
15.* cor. san. me. Alexand. VIII. & in Bononien. Jurispatro-
natus, seu attentatorum 4. Julii 1681. §. *Domini autem*,
cor. bon. mem. Rondinino, & 11. Martii 1684. §. *eorun-
dem vero*, coram Reverendissimo Turonen.

Ac propterea non subsistere resoluta in decisione præce-
denti, ex quo lis principaliter ab initio, & semper vertisset,
tam in Curia Episcopali Corton. quam in Tribunali Nun-
ciaturæ Florentinæ, inter Æneam, qui præsentaverat Gi-
bertum prædefunctum, & Religiosos Sancti Augustini, a
quibus præsentationem suam desumebat Nicolaus moder-
nus impetrator gratiæ subrogatoriæ, uti liquebat ex ipso
tenore primi decreti de manutenendo relaxati ad favorem
præfati Æneæ, cum omnibus actibus successive gestis in
causa; quamvis enim, & eidem causæ interfuerint Gibertus,
& Nicolaus ab una, & altera partium præsentati; nihilomi-
nus cum hi solum accessorie, & pro eorum jure, & interes-
se assisterent litigio, Judicium, & ipsa lis dici non poterat
principaliter contestata inter ipsos præsentatos, quorum
quilibet prætenderet beneficium uti suum, sed consecutive
duntaxat, & secundario, quod non attenditur ad finem
substantiandi Judicium, & ad effectum, ut ex eorum de-
pendente comparitione lis (ut requiritur) Titulum Bene-
ficii percutere censeatur, ut consequuntur in eisdem ter-
minis uno ore, Lother. *d. q. 20. n. 7. & seq.* Adden. ad Pam-
phil. *d. dec. 128. n. 35.* Card. de Luca *de benef. disc. 92. n. 29.
& 42.* Rot. cor. Buratt. *dec. 59. num. 12. & 13. & dicta dec.* 3
263. n. 16. cor. san. mem. Alexandro VIII. *& in dicta Bo-
nonien jurispatronatus, seu attentatorum 4. Julii 1681. §.
Quo regula*, cor. bon. mem. Rondinino.

Quoniam Domini prætermissa altiori indagine quæstio-
nis, & materiæ in abstracto, nimirum, an, & quomodo
lis, sive in beneficio collativo, vel electivo, vel ad nomi-
nationem, seu præsentationem, certarum personarum, di-
ci vere, & proprie mereatur esse super titulo, quod unice
tendit ad finem inquirendi, an actio intentata realiter fe-
riat ipsum beneficium, vel potius dirigatur in personam,
aut sit solummodo implorativa officii judicis, ad hoc, ut
vitio litigiosi, a quo promanat suspensio, & impedimen-
tum novæ præsentationis, beneficium (de quo fit quæstio)
inficiatur, super qua sane disceptatione non parum ad invi-
cem sese impugnatores materiam ipsam involvisse videntur, 4
Adden. ad Ludovis. *decis. 305. n. 8. & per tot.* Lother. *de re
benefic. d. lib. 1. q. 20. per tot.* Amayden. *de styl. datariæ cap.
24. §. 2. ex num. 23.* Adden. ad Pamphil. *d. dec. 129. ex n. 15.
usque ad finem* de Rosa *de execut. liter. Apostol. d. cap. 16.
ex n. 75. cum pluribus seq.*

Jure merito existimarunt, disputandi ansam cessare in i-
psa radice, ex his, quæ insinuata fuerant *in præcedenti de-
cisione sub §. Altera*, videlicet quod cum Papæ extitisset
narrata lis eo modo, quo vere, & realiter fuerat introdu-
cta, nempe quod eadem lis non minus penderet inter præ-
sentatos, quam inter præsentantes, quoque quilibet ex
præsentantibus, seu Patronis, se unicum, & verum Pa-
tronum privative quoad alios prætendebat, non erat am-
plius perquirendum, quis eorundem præsentantium, seu
præsentatorum, principaliter, vel accessorie foret in cau-
sa, cum (ut dixit Rota cor. Seraph. *dec. 990. n. 7.*) in hac
subrogatione, quæ nuncupatur gratiosa, utpote favorabili,
& ad resecandos inextricabiles, & durissimos litium anfra-
ctus adinventa, sufficiat verificari litem eo modo, quo fuit
narrata, sequitur de Rosa *de execut. literar. Apostol. dicto* 5
cap. 16.

cap.16. n.109. subjungens, quod hujusmodi rigidiores perquisitiones, ac disputationes admitti nequeunt in subrogatione de facto jam concessa; sed solum possunt, ac referri debent circa quæstionem, utrum subrogatio veniat concedenda quemadmodum passim contingit occasione voti,
6 quod Dataria de more exquirit a nostro Tribunali, ut habetur in *decis. 15. post discept.* Contrii *dec. 180. part. 16. rec. & in Paderbonen, Canonicatus, 29. Novembris* 1683. coram bon. me. Albergato, & alibi sæpius.

Et revera absonum non est, quod Pontifex non solum utendo ea libera potestate, qua pollet, sed etiam intra cancellos rationis, & æquitatis subroget, si velit, collitigantem (quemadmodum fecerat in præsenti) ad statum litis, in quo reperiebatur defunctus, absque eo quod exinde censeri valeat præjudicium aliquod illatum Patrono, ne ad novam deveniat præsentationem: quia facta etiam nova præsentatione, adhuc lis (quoties non concurrat desertio) inter suum de novo præsentatum, & veterem collitigantem perseverasset sub illa incertitudine victoriæ, quam secum ferunt litium eventus; ideoque cum subrogatio tendat ad finem, ne novus detur collitigans, sed lites ipsæ extinguentur, tenseo utque, ut exagerant Doctores omnes in hac materia; hinc proinde, quidquid foret, ubi præjudicaretur juri tertio competenti, veluti si eidem tertio competeret regressus per obitum possessoris, aut ubi ipsa subrogatio concederetur alicui tertio ad jus, & possessionem defuncti; quando tamen benignitas Apostolica ex prædicto motivo amputandi jurgia in materia Ecclesiastica, & beneficiaria, subrogationem impartitur collitiganti superstiti, eo magis litem quoquo modo patratam verificari superabundat, ut
7 prosequendo videre est apud Rot. cor. Seraph. *d. decis. 990. n.8.* & distinguendo admisit eadem Rota *dec. 207. n.9. par. 16. & dec. 91. n.9. &* 10. *part. 17.* quas cum aliis laudat, & sequitur idem de Rosa *de execut. tom.2. in addit. ad part. 1. cap.16. n.42. & 45. fol.450. & seq & sub n.65. fol.458.*

Cæterum accedit etiam in facto, quod neque absolute dici valet (ut fuerat in objecto suppositum) litem ab initio, & semper vertisse principaliter inter patronos; quoniam Nicolaus præsentatus, acquiescentibus ipsis præsentantibus, inhærendo appellationi præcedenter ab eo interpositæ, rursus appellavit, & solus, & quadam sententia Vicarii Aretini ex capite novæ provisionis, quam Gibertus alter collitigans præsentatus obtinuerat de beneficio, tanquam devoluto, *hodierno Summario Nicolai n. unico*. Unde quidquid sit, an lis primordialiter, ac principaliter fuerit intentata inter patronos super jure præsentandi, & accessorie, ac dependenter existerent in causa præsentati; attamen successiva appellatio post acquiescentiam præsentantium emissa per Nicolaum solum satis operatur, ut de
8 accessorio effectus fuerit principalis, ut ad rem Scacc. *de appellat. q.12. n.74.* Rot. *dec.* 163. *n.6.* cor. Bichio.

Potissime introspicienda pariter in facto, quod neque certum erat, litem ab initio contestatam fuisse inter compatronos principaliter super pertinentia, quin potius ipsi vel in substantia repræsentabant figuram accessoriam, vel saltem insimul immixtam, & unitam cum suis præsentatis, dum a principio patroni in ipsa præsentatione non petierunt declarari eorum pertinentiam, sed institui suum præsentatum, & in subsequentibus instantiis, & signanter in illa coram Vicario Aretino sub die 14. Septembris 1695. comparuit nedum Æneas patronus, sed etiam ipse Petrus Paulus hodiernæ gratiæ impugnator, sub ea specifica expressione, quod ambo comparerent tam conjunctim, quam divisim, subnectendo etiam, quod nulla aderat pendentia litis super jurepatronatus, & ideirco expetebant præsentatum pro Rectore constitui, ut in præterito *Summario Petri Pauli num. 17.* ideoque eo magis ex hoc facto mere compertum est, quod non adesset sufficiens lis, & æque saltem principalis inter eosdem præsentatos, dum non solum conjunctim, sed etiam divisim præsentati ipsi erant in causa, ut ex se patere videtur ad sensum, & in dutioribus distinguit Amayden. *de styl. datar. d. 24. §. 2. sub num. 41. vers. sub interpretamur*.

His itaque non solum de jure, sed etiam de facto animadversis, & firmatis, parum insistendum esse Domini reputarunt super altero objecto desertionis (de tertio nanque circa calumniam in hac repropositione Petrus Paulus nil addidit) quamvis enim iterum hujusmodi prætensio desertionis a Petro Paulo instauraretur ob prætensam rem judicatam, promanantem non jam ex numero sententiarum, sed ob renunciationem appellationi cum successiva negligentia in prosequendo eandem appellationem; attamen pariformiter in facto constitit, tantum abfuisse, ut per quandam comparitionem, enunciatam in præterita decisione *sub §. Et ob id*, renunciatum fuerit ipsi appellationi, ut, *ex dicto hodierno Summario Nicolai num unico*, habeamus etiam in facto positivam appellationem a sententia, quam non obstante præfato actu tribuerat Judex, bene dignoscens, eundem actum deservire non posse pro vera renunciatione; Quo vero ad omissam prosecutionem ipsius appellationis, cum Gibertus primus præsentatus, quive eandem sententiam reportaverat, ex parte sua defecerit in præfinitione solitorum terminorum ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosecutione, juxta praxim, de qua Salust. Tiber. *lib.2. cap.44. n.15. & c.45. n.2.* Ridolph. *part. 1. cap. 13. ex n. 69. & n.599. & seq.* Valbert. *de mod. citand. part. 5. formul. 1. cum ibi notat.* nullusque Judex, vel Superior declaraverit, appellationem fuisse desertam, quoque plus est, positive non constet de non jure Nicolai, qui litem prosequi debuisset; non intrare idcirco desertionem ullam impeditivam gratiæ subrogatoriæ Domini censuerunt, ex jam adductis *in præcedent. decisione, §. Cum enim & seq.* quibus adjungi possunt Add. ad 9
Pamph. *d. dec.128. n.43. cum 2. seq.* de Rosa *de execut. liter. Apostol. tom.2. in addit. ad part.2. cap.16. num.64. fol.458.* Rot. cor. Dunozet. Jun. *& dec.467. n.5. & 6. & in rec. dec. 167. n.13. & 14. part. 10. & decis. 455. ex n.5. usque ad fin. part.11. dec.90. n.33. & seq. & dec.104. n.1. & seq. part.12. & dec.389. ex n.8. usque ad fin.* cor. Card. Cerro.

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELLA TREMOILLE.

Majoricen. Beneficii.

Merc. 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Declaratur *disc. 70. de jurepatron.* Card. de Luca, in quo traditur, quod pluribus existentibus de genere vocato, ii qui jus retinent præsentandi, possunt præeligere remotiorem, deciditur quoque, an graduum computatio fieri debeat juxta jus civile, vel potius secundum jus Canonicum.

SUMMARIUM.

1 *Habentibus vocationem a fundatore debetur institutio ad beneficium absque alia nominatione, seu præsentatione patronorum.*
2 *Consanguineis vocatis in jurepatronatus, institui debet is, qui gradu proximior est.*
3 *Pluribus existentibus de genere vocato habentibus jus præsentandi, datur optio præeligendi etiam remotiorem. Declara, ut n. 6.*
4 *In graduum computatione quoties agendum sit de adjudicando beneficio de jurepatronatus, jus civile attendi debet.*
5 *Proximitas in concursu alterius concludenter est probanda.*
7 *In votum paritate potest Ordinarius alterum ex præsentatis gratificare.*
8 *Possessio in præsentationibus est attendenda.*
9 *Pluribus in reservatione jurispatronatus vocatis, omnes æquales voces assequuntur. Declara, ut n.13.*
10 *Qui habet nominationem ab eo, qui majus jus habet, est præferendus.*
11 *Una pars testamenti aliam declarat.*
12 *Voluntas dubia testatoris declaratur ab observantia.*
14 *Quando attendenda sit majoritas ætatis, vel potius proximitatis.*

DECISIO XLII.

Beneficium sub invocatione Sancti Petri ex dispositione Mariæ Custurer in Ecclesia Cathedrali Majoricen. erectum, ea adjecta lege, ut illud: *L'abbiano da ottenere perpetuamente quella della mia parentela, sempre che ve ne saranno habili per possederle; e quando nò, quelle che sarà presentato per i padroni di detto beneficio*; sunt verba codicillorum fundatricis, quæ in eisdem jus activum ad illud nominandi pertinere voluit, *Al più vecchio, & antico di Cognome di Custurer della sua parentela di stato laico, &*

il più

il più propinquo, & il Reverendo Parocho della Villa di Suller; Domini censuerunt adjudicandum esse Salvatori Custurer, non autem Michaeli pariter Custurer, duplici moti ratione.

Quarum prima est, quod ex prænarrata lege fundationis beneficium de quo agitur, debitum est certo generi personarum, nempe fundatricis consanguineis; ideo illis, perinde ac si essent ab ipsa præelecti, ac nominati, debetur
1 institutio ad beneficium absque alia nominatione, seu præsentatione patronorum, Rot. *decis. 68. n. 2. & 3. part. 12. dec. 599. n. 1. & 2. part. 13. rec.* Is vero inter eosdem præelectus censetur, qui gradu proximior est, utpote tum ex legis, tum etiam ex præsumpta mente fundatricis eidem ma-
2 gis charus, & præ cæteris dilectus, Rodriq. *q. regular. in summa tom. 1. cap. 197. n. 7. & q. regular. tom. 1. q. 34. art. 3.* Pan Jord. *elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 2d.* Cævall. *commun. opin. qu. 905. n. 42. & seq.* præter alios, quos refert, & sequitur Rot. cor. Priulo *dec. 3. n. 3.*

Nec obstat, quod non probetur major proximitas Salvatoris, ex quo, si graduum computatio fiat secundum jus Canonicum, tam ipse, quam Michael septimo gradu jungantur testatrici; nec probata illum juvet, nam cum
3 uterque sit de genere vocato, habentibus jus præsentandi, datur optio præeligendi, etiam remotiorem, Cardin. de Luca *de jurepatr. disc. 70. n. 4.*

Quia quod attinet ad primam objecti partem, juxta communiorem, & veriorem opinionem in delatione juris-patronatus, graduum supputatio fieri debet secundum jus civile, cum illius delatio reguletur ad instar civilium suc-
4 cessionum, ut late discusso articulo docuit Gara *de benef. part. 7. cap. 15. n. 23. cum seq.* Murg. *eodem tract. part. 3. n. 877 & seq.* Vallet. *eodem pariter tr. lib. 1. tit. 27. n. 6.* Rot. cor. Priolo *4. decis. 3. n. 2.* & in Terulen. Beneficii 25. Junii proxime præteriti, cor R. P. D. Muto; ideoque eo spectato, Salvator septimo duntaxat gradu a testatrice distare reperitur, Michael vero octavo, ut patet ex arbore, *Summ. n. 6.*

Et quamvis pro Michaele replicetur, quod ex latere materno ipse æque, ac Salvator, septimo gradu testatrici jungatur; attamen omisso, an conjunctio ex tali latere jus ullum tribuere valeat ad hujusmodi juspatronatus, quod a scribentibus pro Salvatore familiare esse contenditur, eadem minime attendenda visa est, tanquam a Michaele concludenter non probata, ut requiritur in concursu Salvato-
5 ris, qui certo, & propinquiori gradu se conjunctum probat fundatrici, ad tradita in Ariminen. Fideicommissi 3. Martii 1692. §. *Probatio enim*, cor. Reverendiss. D. Hervault Archiepisc. Turonen. &c.

Secunda vero pars objecti non applicatur nostræ hypothesi, inspecta namque lege prænarratæ fundationis locus esse nequit optioni, seu præelectioni patronorum, quorum
6 nomen licet maneat, quiescit tamen officium, cum pro assequendo beneficio concurrunt consanguinei, qui ab ipsa testatrice electi, & præsentati censentur servato ordine proximitatis, absque ullo ministerio patronorum, quibus sui juris exercitium limitatum est circa casus duntaxat: in quibus nullo existente de genere vocato, collatio facienda sit extraneis, juxta authoritates; quæ superius allegatæ sunt.

Alia vero ratio, ob quam beneficium visum fuit adjudicandum esse Salvatori, ea est, quod licet pro illo obtinendo requireretur præsentatio patronorum, & collitigantes eodem consanguinitatis gradu fundatrici jungerentur; attamen cum uterque habeat medietatem vocum in illarum paritate, & patronorum discordia, præferendus sit Salvator habens gratificationem, & institutionem Ordinarii, cujus judicio relinquitur, quis eorum in pari causa præferendus sit, *cap. Cum nobem 24. ibique gloss. in verb. Judicia*
7 *Episcopi de jurepatronat.* ibique scribentes, Rot. cor. Cavalc. *dec. 517. n. 7. & dec. 519. n. 4.* & cor. Alex. VIII. *dec. 87. num. 1d.*

De paritate autem vocum non videtur ambigendum: quia Michael præsentatus reperitur a Parocho de Suller, Salvator vero a Bartholomæo Custurer ejus fratre, qui est alter patronus, utpote testatrici proximior, & senior de domo Custurer; illi enim uni tali ab Ordinario reservatum fuit juspatronatus, de quo agitur, *Summ. n. 9.* eodemque nomine antea deputatus fuerat in executorem testamentarium dictæ fundationis, & pro tali semper habitus, nedum ab Episcopo, sed ab ipsismet etiam adversariis, *Summ. n. 8. & 9.* Quamobrem dubitari nequit, quin ex his omnibus reperiatur in quasi possessione senioritatis, & proximioritatis ad quoscunque effectus, sed præcipue pro exercendo
jure præsentandi ad hoc Beneficium, ad normam Text. in 8
cap. Consultationibus de jurepatron. Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 45. §. 2. n. 14. & seq.*

Nec pro excludenda vocum paritate Michaeli suffragatur illorum multiplicatio figurata ex tenore fundationis, in qua Maria declarando futuros patronos, nedum nominavit: *Il più antico del Cognome di Custurer &c.* sed etiam *& il più propinquo, & il Rettore della Villa de Suller*; quapropterea inspecta nominatione, reservatio jurispatronatus æque facta dicebatur tam ad favorem senioris de familia, quam etiam ad alterius propinquioris simili modo a fundatrice nominati, qui proinde omnes una cum Parocho tres voces æquales constituunt, Rot. cor. Buratto *dec. 481. n. 1.* Cumque hic propinquior sit Antonius Custurer, 9
a quo præsentatus est Michael ejus frater, idem idcirco tanquam habens duas ex tribus vocibus veniat in adjudicatione Beneficii præferendus, *cap. quoniam 3. jurepatr.* 10

Nam hujusmodi divisio, & multiplicatio patronorum repugnat literæ fundationis, juris censuræ, menti fundatricis, & subsecutæ demum observantiæ.

Est quidem contraria sensui literali fundationis, quia si verba illa: *Et il più propinquo*, sumendæ essent divisim a seniore domus, dispositio remaneret incerta, & ambigua; haud enim constaret, an ille propinquior esset deberet de agnatis, vel cognatis laicus, vel Ecclesiasticus, quod certe testatrix declarare non omisisset, quando in designandu persona senioris de parentela Custurer has omnes qualitates adeo diligenter distinxerat.

Adversatur insuper juris censuræ, quod abhorret multiplicationem patronorum, ob quorum majorem numerum Ecclesia difficilius libertatem assequi valet, juxta notas regulas.

Aliena pariter est a mente testatoris, quæ cum in cæteris ejus dispositionibus vocavit antiquiorem, eundem pariter qualificavit semper cum eodem adjuncto proximioritatis; in iisdem enim codicillis, in quibus patronos designavit, dum deputavit executores pro adimplenda fundatione jurispatronatus, de quo agitur, voluit eos esse antiquiores, & proximiores de diversis familiis sibi conjunctis; & similiter dum erigi mandavit aliud Beneficium, cujus juspatronatus reliquit familiæ de Bordoy, voluit illud pertinere ad antiquiorem, & propinquiorem dictæ familiæ; quamobrem cum in his omnibus dispositionibus antiquiorem a proximiore non contradistinxerit, hoc idem utique voluisse dicendum est in dispositione, de qua agitur, cum testatoris 11
voluntas in parte dubia declaretur ex consimili sensu, quem habuisse dignoscitur in aliis partibus testamenti, Mantic. *de conject. lib. 3. tit. 13. n. 10.* Rot. cor. Dunoz. jun. *dec. 825. n. 5.*

Quæ denique validissime comprobantur subsecuta observantia desumpta ex ipso actu fundationis Beneficii, in quo executores de consensu Ordinarii, & quidem non contradicentibus aliis prætensis patronis, jurispatronatus reservarunt duobus duntaxat patronis, Bartholomæo scilicet de Custurer, & Parocho Villæ de Suller; nulla autem dari valet melior interpretatio voluntatis testatricis illa desumpta ex facto executorum, qui illius optime conscii præsumuntur, atque elicita ex ipsa fundatione Benefi- 12
cii, Rot. *dec. 84. n. 13.* coram Priolo; ex quibus non ap- 13
plicari dignoscitur decisio Buratti 481. loquens de pluribus patronis, propriis nominibus ab initio vocatis, qui jure pro virili admittuntur.

Denique non obstat, quod admisso etiam medietatem vocum indivisibiliter residere penes seniorem, & proximiorem alicujus familiæ; attamen in casu quo in eadem reperiantur duo, quorum alter sit proximior, alter vero senior, ad hunc pertineat illius exercitium, per ea quæ tradit Cardinalis de Luca *de fideicomm. disc. 1. nu. 19.* 14
ideoque attendenda sit præsentatio Antonii, tanquam senioris, rejecta illa facta per Bartholomæum, licet proximiorem.

Etenim objectum urgeret, si fundatrix nullo habito respectu ad gradum simpliciter vocasset majorem natu de sua parentela, & cum eadem vocaverit seniorem habita ratione ad gradum proximitatis, hujus prærogativa vincit illam ætatis, adeout censeatur vocatus major natu 15
inter plures existentes in eodem gradu, ut declarant Cancer. *variar. resolut. part 3. cap. 21. num. 301. & seq.* Mant. *consult. 95. sub* n. 26. Antonell. de *tempor. legal. lib. 1. cap. 4d. n. 9.* Tondut. *quæst. civil. cap. 98. num. 16. & 17.* Palm. sen. *consult. 9d. n. 42.* & Palm. Nep. *alleg. 84. n. 4. & seq. allegat.* 100. n. 17.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. BENINCASA.

Asculana Parochialis.

Lunæ 20. Martii 1684.

ARGUMENTUM.

An institutus in legitima consequatur pro rata jus præsentandi in patronato hæreditario, vel potius integraliter transeat ad hæredem cum universitate bonorum; & an solemnitates Constitutionis Ægidianæ exigantur in beneficialibus, eisque annexis.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, quoties sunt justificatæ, executioni sunt demandandæ.*

2 *Pertinentia jurispatronatus quomodo probetur.*

3 *Scriptura semel impugnata, amplius approbari non licet.*

4 *Testamentum, si falsum esse dubitetur, minime probat.*

5 *Solemnitates Ægidianæ Constitutionis non sunt necessariæ in contractu donationis jurispatronatus.*

6 *Filii qui de tempore dispositionis non sunt nati, censentur ordine successivo, non autem simul cum patre vocati.*

7 *Collectivo nomine vocati succedunt in stirpes, & non in capita.*

8 *Minor pars unius vocis absorbetur a majori, itaut in consideratione non habeatur.*

9 *Bona donata non revertuntur ad donantem, sed transeunt ad hæredes licet extraneos donatarii, & n. 10.*

11 *Juspatronatus præsumitur hæreditarium.*

12 *Juspatronatus hæreditarium transit cum universitate bonorum, nec institutus in legitima jus aliquod in eo assequitur.*

DECISIO XLIII.

VAcante Parochiali Ecclesia SS. Benedicti, & Christinæ Oppidi de Rosaria, ad eam tanquam de jurepatronatus laicorum fuerunt præsentati Æmigdius Capponus a Crescentio Pauluccio, & ejus filiis, atque Almontes Novellus a Maria Constantia sorore d. Crescentii, necnon filia, & hærede Baldassinæ. Verum cum præsentati contenderent, penes quos ex dictis patronis major pars vocum resideret, ambo parem gratiam obtinuerunt a Sanctiss. D. N. pro præsentato; & Beneficii possessione ab Æmigdio præoccupata, Almontes reportavit sententiam fer. fer. ab executore in literis deputato pro earum executione. Hinc devoluta causa per appellationem ad curiam, eaque commissa Reverend. D. meo Decano cum clausula, *Partito literis arbitrio, circumscripta possessione Capponi, & apposito sequestro*: prodiit resolutio sub die 27. Junii 1682. *Arbitrium intrare pro retardatione literarum Capponi*, ex defectu verificationis jurispatronatus, de quo non docuit ad formam suarum literarum coram Ordinario. Subinde concessa nova audientia, & dato dubio complicato, *An sit standum, vel recedendum a decisis, & An, & cujus literæ sint exequendæ?* resolutum fuit *esse recedend. a decisis, & exequen. literas Capponi*; tunc supposita pertinentia jurispatronatus quoad majorem partem vocum in Crescentio, ejusque liberis, & simul comprobata existentia per novam sententiam reportatam ab Ordinario super illius necessaria verificatione ut ex decisione desuper emanata 20 Aprilis 1682. ad cujus limites Reverendiss. D. meus Decanus suam protulit diffinitivam sententiam favore Capponi; postmodum vero cum ad provocationem Novelli causa fuerit commissa R. P. D. meo Hervavulo, in hoc rerum statu restricta discussione dubii ad solam pertinentiam, & facto alioquin confuso, melius dilucidato, Rota censuit sub die 22. Febr. anni præteriti, *Non esse proceden. ad legitimam, sed literas Novelli esse exequen.* indeque persistendo in resolutis 24. Maii sequentis, & successive per R. P. D. meum Hervavulo promulgata sententia revocatoria præcedentis, & confirmatoria respective alterius de partibus, mihi tandem nova commissio directa fuit cum clausula, *Alteri, qui ad legitimam*, & ad rescripti tenorem hodie proposito dubio, *Ad legitimam executionem literarum Novelli procedendum esse*, DD. responderunt.

Unica namque exceptio alias in contrarium adducta, quod major pars vocum non existeret penes Baldassinam, & quatenus existeret, adhuc transire non posset in Mariam Constantiam ipsius hæredem, quæ præsentavit Novellum, DD. visa est penitus insubsistens; quamobrem in omnibus justificatis literis Novelli, utique procedi debet ad illarum executionem, juxta text. *in capit. si quando de rescript. & in capit. si capitulo*, ibique gloss. *verb. Exequatur de concess. præbend. in 6.* Rot. cor. Eminentiss. Othob. *decis. 58. num. 1. ubi concord.* 1

Quod autem major pars vocum, imo integra portio Gasparis Saladini, de qua stricte agitur in præsenti pro dirimenda quæstione pertinentiæ, jam resederit penes Baldassinam, clare patet ex eo, quod ipsa fuit hæres mediata d. Gasparis Avi una cum Leonardo fratre, cuique per donationem Philippi filii, & hæredis d. Leonardi pariter obtigerit Baldassinæ altera medietas vocis Gasparis prænominati, plana est consequentia, ut istius portio vere in Baldassinam fuerit integre consolidata. Et hæc singillatim sicut comprobavit Novellus plura ad hunc effectum exhibendo publica documenta, ita & de controversa pertinentia, & justificatione suarum literarum amplius non est ambigendum, ut favore præsentati in vim similium titulorum plene respondit Rota coram Eminentiss. Cerro *decis 355. n. 1.* 2 *& seqq.* & coram Bichio *decis. 264. n. 7. & 8. et in rec. decis. 606. n. 5. in fin. part. 3. et dec. 169. n. 10. et seqq. part. 10. et dec. 400. n. 1. et 2. part. 12.*

Non obstat, quod Baldassina vere Gasparis non sit hæres, sed legataria, ut ex ejus testamento; & licet donataria Philippi, adhuc nullum jus transferre posset ad hæredes, eo quod donatio fuerit limitata sua vita durante.

Quoniam d. testamentum esse apocryphum, & falsum jam definitum fuit per sententiam in judicatum transactam, cumque ab ipsismet auctoribus Capponi tanquam suspectum, & vitiosum alias fuerit impugnatum, modo ab eo approbari non valet, ad reg. text. *in l. Cum a Matre, C. de* 3 *rei vendic.* maxime in hoc judicio, ubi suspicio falsitatis pro illius rejectione superabundaret, Craveu *cons. 56. n. 10.* 4 Noguerol. *alleg. 20. n. 153.* Rota *dec. 180. n. 3. part. 13. rec.*

Quo vero ad donationem, objectum corruit ex facto; ea namque alias temporanea, & vitalitia, per secundam cessionem, seu donationem fuit effecta perpetua cum expressa stipulatione, *pro hæredibus, et successoribus*, quorum nomine dubium non est, quin veniat Maria Constantia hæres Baldassinæ, adeout vigore utriusque tituli hodie sibi competentis legitime devenire potuerit ad præsentationem Novelli, ex auctoritatibus supra allegatis, *in §. Quod autem.*

In nihilo refragante, quod Philippus non solum donaverit Baldassinæ, sed & Crescentio istius filio pro se, & filiis acceptanti, qui licet jura sua retrocesserit matri, nihilominus id nulliter gesserit, vel quia solemnitates requisitas a Constitutione Marchiæ non adhibuit, vel quia filiis nascituris præjudicare non potuit, ex firmatis in contraria decisione coram Reverendissimo D. meo Decano, §. *Minus afficit, cum seqq.*

Neutrum siquidem adversari dicebatur. Non primum, quia Constitutio Ægidiana non habet locum in beneficialibus, eisque annexis, in puncto Rota *dec. 707. n. 3. p. 1.* 5 *rec.* & præter Gratian. & alios in præcedentibus alleg. notat etiam Tangl. de Rotæ nostræ Audit. *lib. 1. cap. 6. n. 3.*

Non etiam secundum, quia cum de tempore donationis filii Crescentii non essent nati, neque concepti, non simultanee, sed successive post obitum patris intelliguntur vocati, etiam quod donatio proveniat ab extraneo; ideoque facto patris adhuc viventis nullum eis præjudicium illatum 6 fuit, Bottigl. *de success. cap. 2. Theor. 105. n. 5.* Bellon. *de jur. accresc. cap. 5. qu. 26. n. 343. cum seqq.* Rota cor. Seraph. *dec. 934. n. 3. et in rec. dec. 127. n. 18. et seqq. part. 6.*

Sed quatenus simultanee vocati, dum eorum vocatio concepta est per collectivam; inde solum dicerentur habere unicam ex tribus partibus vocis donatæ, eo quod succederent in stirpes, & non in capita, ut per text. *in l. si quis Ti-* 7 *tio, ff. de usufruct. accresc.* advertit Rot. *dec. 574. n. 3. p. 4. rec. tom. 1* quæ proinde unica portio absorberetur ab aliis duabus in vim geminæ donationis obventis Baldassinæ, 8 quasi præsentatio Novelli simul processerit ab omnibus dictæ vocis compatronis, juxta decis. Cassad. *in 1. de jurepatr.* quam pluries secuta est Rota, ut coram Cavalet. *dec. 519. per tot.* & cor. san. mem. Innoc. X. *dec. 653. n. 14.* & cor. Carillo *decis. 203. n. 6. cum seqq.* & cor. Dunoz. jun. *decis. 956. n. 4. et in rec. dec. 153. n. 4. et dec. 424. ex n. 5. part. 18.*

Minus relevat, quod exemplo primæ donationis Philippi Crescentius retrodonavit matri, quousque viveret, non ut jura donata in sui præjudicium transmitteret ad hæredes: Nam ultra quod Philippus tunc temporis donationem jam protraxerat ad hæredes, adeoque militet conformationis præsumptio in contrarium, cessat difficultas, tum quia versamur in donatione inter vivos, quæ tanquam irrevocabi-

lis,

lis, & de sui natura perpetua, transit ad quoscunque successores etiam extraneos, & secluso pacto reversivo, quod vere deficit in casu, nunquam redit ad donantem,
9 *l.1. verb. Igitur cum dicimus, ff. de donat.* §. *Alia autem eod. tit.* Bald. *in l.2. C. de jur. dot.* Grat. *discept.* 386. *n.* 14. *et seqq.* Rota coram Merlin. *dec.* 664 *ex n.*13. *& in rec. decis.* 68. *sub n.* 6. *vers. secus vero, & seq. dec* 477. *n.* 1. *&* 2. ubi præcise de donatione filii favore matris; *part.* 13. tum quia concurrunt plures clausulæ tacite innuentes comprehensionem hæredum, nempe clausula, *ad habendum, constituendum, promissio non revocandi donationem, & eam observandi in perpetuum*, cum similibus, quæ appositæ, prout hic, in donatione illimitata, seu specifice non restricta ad vitam donatariæ, isti profecto famulari non possunt, ut in reliquia remaneant otiosæ; sed ita contractum extendunt, ut hæredes vel jure donationis, vel saltem jure transmissionis, omnino veniant ad exclusio-
10 nem donantis, Grat. *discept.* 568. *sub n.* 1. *cum seqq.* Rota coram Put. *decis.* 273. *num.* 6. *& seqq. part.* 3. *& dec.* 382. *a num.* 21. *usque ad fin. & decis.* 434. *ex num.* 1. *ad* 6. *part.* 13. *dec.* 179. *n.* 5. *part.* 15. *rec.*

Tandem nil officis, quod Crescentius institutus a Baldassina in legitima, æqualiter successerit in jurepatronatus cum Maria Constantia hærede universali. Etenim juspatronatus, de quo agimus, dum non probatur genti-
11 litium, vel mixtum, sed potius hæreditarium, prout alias de jure præsumitur, *cap.* 1. *&* 2. *de jurepatr.* potuit quidem transire cum hæreditate universali, non autem
12 cum sola legitima, ut mature discusso articulo docuit Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *art.* 76. *ex n.* 6. & cum eo tenuit Rota *decis.* 413. *n.* 11. *part.* 18. *rec.* cum aliis cumulatis in postrema hujus causæ decisione, §. *Jus autem præsentandi*, coram R. P. D. meo Hervavult, cui in omnibus DD. adhæserunt, unica parte informata, altera sæpius citata &c.

R. P. D. BENINCASA.

Asculana Parochialis.

Luna 5. *Junii* 1684.

ARGUMENTUM.

Superius decisa laudantur.

SUMMARIUM.

1 *NOn datur major probatio, quam ea qua oritur ex propria oris confessione, & n.* 5.
2 *Verba*, pro omni, & quacunque actione sibi competente, *nil ultra extenduntur, quam juxta titulum expressum. Declara, ut n.* 9.
3 *Filii in aliqua donatione simul cum patre vocati, censentur tanquam hæredes sanguinis duntaxat contemplati.*
4 *Nemini licet contra factum authoris venire.*
6 *Juspatronatus non transit cum universitate bonorum, si alteri fuerit legatum.*
7 *Ea quæ per rem judicatam firmata fuere, impugnari non possunt.*
8 *Ultimus status in beneficialibus attenditur.*
10 *Transactio nullam inducit præcedentis tituli novationem, si nulla considerari possit incompatibilitas.*
11 *Transactio extensionem non recipit, & titulus, de quo ipsa non loquitur, censetur præservatus.*
12 *Donatio ad vitam donatarii stipulata efficitur perpetua, si etiam pro hæredibus fuerit acceptata.*
13 *Jus accrescendi in contractibus locum non obtinet.*
14 *Jus accrescendi ex quibus excludatur.*
15 *Dictiones* dicti, *&* ipsi, *non inducunt personalitatem.*
16 *In donatione jurispatronatus licet fuerit omissa stipulatio pro hæredibus, eadē jure subintelligitur, licet adsint dictiones* ipsi, *&* dicti, *relationem habentes ad personam donatarii in donatione expresse nominati.*
17 *Institutus in re certa, vel in legitima, nullum jus assequitur in jurepatronatu hæreditario.*
18 *Juspatronatus præsumitur hæreditarium.*
19 *Juspatronatus de gentilitio hæreditarium efficitur;*
20 *In patronatu mixto exigitur qualitas hæreditaria, & gentilitia.*
21 *Præsentationes factæ in stirpes, & non in capita, demonstrant qualitatem hæreditariam.*
22 *Juspatronatus ex quibus censeatur fuisse volitum hæreditarium.*
23 *Ea interpretatio, quæ magis congruit, est attendenda.*
24 *Qualitas hæreditaria in patronatu non censetur immutata.*

DECISIO XLIV.

EMigdius Capponus præsentatus a Crescentio, & ejus liberis, tribus hodie in contrarium excitatis, (licet rejectis in præcedentibus) conabatur evertere fundamenta decisionis editæ coram me sub die 20. Martii proximi præteriti.

Primo scilicet ex eo, quod Baldassina mater, & auctrix Mariæ Constantiæ, quæ præsentavit novellum collitigantem, vere nunquam extiterit hæres Gasparis, dum ab isto fuit institutus in suo testamento Buccablanca nepos ex filia, & frater respective Baldassinæ, is a judice immissus in possessionem bonorum defuncti, imo pro tali habitus ab eademmet Baldassina, quæ ab illo recepit uti hærede florenos centum sibi jure legati a dicto testatore relictos, & hinc præ cæteris oriri dicebatur superlativa probatio, tanquam ex propria confessione resultans, ad reg. text. *in cap. per tuas de prob. cum concord. in decis.* 81. *n.* 9. *part.* 19. *rec.*

Secundo, quod si jus aliquod reportaverit Baldassina ex Gasparis successione, illi jam renunciasset in triangulari concordia ab ea specialiter stipulata cessionario nomine Buccablancæ, & licet sub involucro verborum etiam transigere se declarasset, *pro omni, & quacunque actione ipsi competente*, non inde censeri debet sibi reservasse titulum diversum ab expresso, ad cujus limites subsequens clausula generalis est restringenda, ad Rot. *dec.* 534. *n.* 4. *part.* 2. 1
& dec. 216. *n.* 18. *& seqq. part.* 11. *rec.*

Tertio demum, quod jura Baldassinæ sic restricta ad cessionem, seu vitalitiam donationem Buccablancæ, vel etiam ad retrocessionem pariter vitalitiam Crescentii condonatarii, nunquam transmitti potuerint ad hæredes, & 2
quatenus transmissa, cum idem Crescentius fuerit a Baldassina matre institutus in legitima, hoc unum pro certo habebatur, quod æqualiter successerit cum hærede universali in patronatu gentilitio, vel mixto, quale asserebatur istud controversum, vel quod tale saltem evaserit ex præfata donatione Buccablancæ tanquam facta Crescentio, & filiis, adeo ut hæredes sanguinis duntaxat videantur contemplati, ex plene traditis per Rot. coram Ninot. *dec.* 4. *a n.*
10. *usque ad fin.* ubi etiam, non obstante stipulatione pro hæredibus, & successoribus ad illos de sanguine limitanda. 3

Verum his minime refragantibus DD. perstiterunt in decisis, & quoad primum, facto potissimum innitentes advertebant, quod post immissionem scripti hæredis in asserto testamento, & post receptum dictum legatum per Baldassinam, ista expresso nomine hæreditario Gasparis Avi ad plures devenit præsentationes effectum sortitas nedum cum Buccablanca cohærede ab intestato, sed etiam cum istius filio, qui proinde sub assertiva, quod eodem titulo hæreditario sibi, dictæque suæ amitæ competeret nominatio ad Beneficium controversum, eam quoque constituit specialem procuratricem ad præsentan. ut in hodierno *Summario Novelli n.* 1. *&* 2. Quinimo qualitatem istam hæreditariam ejus favorem fassi sunt cæteri compatroni, & signanter Crescentius auctor Emigdii, tam per similes compræsentationes, seu extrajudiciales confessiones, quam etiam per judicialem impugnationem præfati testamenti, *dicto Summario n.* 9. Unde inferebant DD. vel quod Emigdius non sit amplius audiendus in eo, in quo nititur reprobare factum sui auctoris, ex allegatis in decisione coram me, §.
Quoniam; vel quod ex iteratis actibus compræsentantium 4
superius recensitis, pertinentia jurispatronatus ratione dicti tituli hæreditarii pro Baldassina simul, & suis hæredibus, satis superque remanet comprobata, ad text. *in l. pri-* 5
ma, C. de confess. Rota cor. Peuting *dec.* 251. *n.* 3. *& seqq.* & in decisione confirmatoria coram Arguel. 77. *ex n.* 6. & in prima hujus causæ die 12. Februarii anni præteriti, coram R. P. D. meo Hervavult, §. *Hinc pariter.*

Eoque magis, quia si verum fuisset prædictum testamentum, nec ipse Crescentius, desumendo sua jura a Buccablanca hærede, aspirare posset ad juspatronatum, quod ibidem alteri legatum apparet, *dicto Summario n.* 7. quodque propterea cum universitate bonorum non transivisset

ad

ad hæredem, Beto *in cap. Illud* n.12. *& seqq. de jurepatron.*
6 Rota coram Eminentiss. Othobon. *dec.* 230. *ex* n. 6.

Sed omnem dirimit difficultatem sententia Eminentissimi Gionetti, qui occasione alterius vacationis excitata controversia de pertinentia inter compatronos, dictum testamentum rejecit tanquam de falso suspectum, & dividendo juspatronatus in quatuor partes, duas ex his alias debitas Gaspari subdivisit in Baldassinam, & Buccablancam, sive Crescentium ejus donatarios; cumque eadem sententia transitum fecerit in judicatum, & ab omnibus compatronis fuerit recepta in concordia exinde stipulata de alternis vicibus præsentando, adeo confirmata veritatem controversi tituli hæreditarii, ut perperam de istius subsisten-
7 tia modo hæsitari contingat, *l. res judicata*, *ff. de reg. jur.* Rota cor. Celso *dec.* 300. *n.* 4. *&* 5. Maxime pro sustinenda præsentatione Novelli, pro qua sola sufficeret quasi possessio præsentandi exuberanter probata in Baldassina, & adhuc operativa quoad pertinentiam pro suis hæredibus, cum evidenter de malo jure non doceatur in contrarium, & pla-
8 ne doceri non possit, ex prædictis vulg. *cap. consultat. de jurepatr.* Rot. cor. Manlic. *dec.* 248. *n.* 1. *& in rec. dec.* 471. *n.* 24. *p.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 190. *n.* 19. *p.* 18 & in Camerinen. Jurispatronatus 16. Junii 1683. §. *Verum admissa*, coram Reverendiss. D. meo Matthæjo Archiepiscopo Damasceno.

Nec obstat, quod secundo loco objiciebatur, Baldassinam scilicet in concordia renunciasse cuicunque juri sibi debito ex Gasparis successione. Quoniam ibi expressa non legitur renunciatio, nec tacita desumi potest ex eo, quod ipsa transegerit cessionario nomine Buccablancæ; nam sufficit, quod ad id non se restrinxerit, sed cum dictione augmentativa, & geminata ulterius processerit superaddendo - *Et pro omni, & quacunque actione sibi competente*, quod satis explicat contrahentem se angustare noluisse ad titulum specificatum, altero quidem tacito, non autem per transactionem dimisso; quidquid sit ubi sine interjectione copulæ geminatæ præservatio jurium deduceretur ex clausula generali dependenter apposita, & in consequentiam tituli præcedenter expressi, in quibus terminis loquuntur in contrarium adducta, & distinguit Jas. *in l. si quidem n.* 4.
9 *C. de transact.* Paris. *cons.* 17. *n.* 23. *&* 24. *tom.* 1. Natt. *cons.* 416. *n.* 13. & in puncto Rota coram Duran. *dec.* 438. *vers. Minus obstat cum seq.*

Potissimum reflectendo, quod transactio respicit dumtaxat modum præsentandi per turnum, non autem pertinentiam jurispatronatus, circa quam compatroni, & præcisa Baldassina, post specificam, & genericam suorum titulorum expressionem, sese præcavere voluerunt, ibi - *In modo, che ciascuno sia Padrono di detto Beneficio per egual portione.* Qualibet autem pro æquis portionibus, non remansisset patronus, si præsupposita renunciatione juris hæreditarii, indeque recedendo a divisione facta in sententia Eminentissimi Gionetti, tantum retinerent duo simul, Baldassina scilicet, & Crescentius, quantum alter ex reliquis compatronis, ut ad sensum. Et quamvis de se transactio priorum omnium titulorum novationem expostulet, id tamen procedit, quatenus illi sint transactioni contrarii, & cum ea incompatibiles; secus vero quando unus non pugnat cum altero, & invicem se compatiuntur, ut in casu; tunc enim remanet prior titulus, & alter expressus in contractu præcedentem non innovat,
10 nec extinguit, ut in individuo respondit Rota cor. Eminentiss. Cerro *dec.* 91. *n.* 24. *ad* 30.

Quæ fortius stringunt quod Crescentium venientem ex eodem jure cum Baldassina, cum qua propterea unitim transegit, & adversus eam tanquam ausit impugnare titulum hæreditarium, minusque possessionem præsentandi, ex supra deductis. Quamobrem ipsius respectu violenta nimis esset interpretatio præsumptæ renunciationis, dum transactio favore habentis titulum, & possessionem, adeo stricte venit interpretanda, quod cessante ut supra incompatibilitate, id utique censetur præservatum,
11 quidquid non fuerit expressum, *leg. Qui cum tutoribus* 27. *juncta gloss. margin. ff. de transact.* Corn. *cons.* 148. *n.* 23. *vers. tamen prædictis tom.* 12. Riminald. sen. *cons.* 196. *n.* 5. Surd. *cons.* 285. *num.* 14. *& seqq.* optime Rota coram Cavaler. *dec.* 97. *num.* 9. *&* 10. & coram Eminentiss. Cerro *dec.* 723. *n.* 3.

Minus subsistit, quod tertio opponebatur de cessione vitalitia Buccablancæ, & consimili retrocessione Crescentii. Nam prima, licet temporanea, & vitalitia, fuit ex post effecta perpetua cum expressa stipulatione, *pro hære-*
12 *dibus, & successoribus*, ut pluries responsum fuit in præteritis, & signanter in prima decisione, cor. R. P. D. meo Hervavult 12. Febr. anni præteriti, §. *secundo, & in secunda*, cor. eodem 24. Maii sequentis, §. *De cessionibus, & in ultima*, cor. me, §. *Quo vero.* Nil relevante, quod extensio ad hæredes intelligenda sit cumulative, jura juribus addendo, absque eo, quod novaret præcedens jus accrescendi usque ab initio contractus filiis Crescentii condonatariis acquisitum.

Tum quia communis regula est in contrarium, quod nimirum jus accrescendi cessat in contractibus, *l. Reos*, 13
§. *Cum tabulis*, *ff. de duobus reis*, *l. Si mihi*, *& Titio*, *ff. de verb. obligat.* & advertit secunda decisio, coram R. P. D. Hervavult, § *fin.*

Tum quia resistit conjecturata mens donatoris, ponde- 14
randa, quod is donavit quinquagenarius pluribus enumeratis personis etiam in dispari gradu existentibus, post quorum obitum sibi reservavit regressum ad jus præsentandi, nullo tamen adjecto signo universali, vel altero æquipollenti, per quod reversio fuerit limitata ad mortem omnium copulative; ideoque inverisimile est, quod tamdiu vellet pactum remanere in suspenso, ut in se beneficium dictæ conventionis penitus expiraret, idque vi propriæ substitutionis plurimum operari ad exclusionem juris accrescendi, ex theorica Bart. *in dicta leg. Si mihi, & Titio n.* 1. *post med. ff. de verb. oblig.* ibi. Aut concedentis non interest, & non habet locum jus accrescendi, ut hic & supra *in l. si duo patroni, in princ. ff. de jur. jur.* Merend. *controv.* 36. *ex* n. 5. *lib.* 8. de Matin. ad Reverter. *dec.* 195. *n.* 5. bene Olasc. *dec.* 110. *per tot.* & signanter *sub n.* 12. *vers. Non obstat, quod ultimo*, Magon. *dec. Lucen.* 8 *n.* 14. *&* 15. & ducto argumento ab ultimis voluntatibus, quod ubi sit datus substitutus, non intrat jus accrescendi, sic resoluta pluralitate in singularitates decidit Rota in terminis contractus coram san. mem. Innoc. X. *dec.* 522. *n.* 10. *&* 11.

Quo vero ad retrocessionem Crescentii, quæ pariter vitalitia dicebatur, attentis dictionibus personalissimis, *dicta*, *ipsi*, & similibus, absque mentione hæredum, de facili solvitur objectum. Nam posito, quod versamur in materia indifferenti, & suapte natura transitoria ad hæredes, ex firmatis in decisione, quæ revidetur, § *minus relevat*, sicut non data contraria voluntate, similes dictiones nullam inducunt personalitatem, cum gratiæ tantum demon-
strationis censeantur appositæ, juxta textum *in l. pactum*, 15
ff. de probat. l. juris gentium, §. *Pactorum*, *ff. de pact.* Ita suppletur præsumptione juris omissum nomen hæredum, qui semper intelliguntur inclusi, nisi legantur exclusi, ut post Abb. Calder. & alios, in his terminis dixit Rota cor.
Priol. *dec.* 381. *num.* 3. & non obstantibus præfatis dictio- 16
nibus, cor. Eminentissimo Otbob. *dec.* 275. *n.* 5. & latius cor. eodem Priol. *dec.* 422. *ex num.* 3. In nihilo adversante dec. in Mediolanen. Clericatus 22. Martii anni præteriti, coram R. P. D. meo Emerix, ut in particula; ibi namque non erat quæstio de formali donatione jurispatronatus, prout in casu nostro, sed de mera concessione juris præsentandi unica vice, quod non patiebatur hujusmodi extensionem.

Firmato igitur, quod juspatronatus, de quo agimus, pro integra, vel saltem pro majori parte Gaspari competente, vere transiverit in Baldassinam, tam ex propria juris subsistentia, quam vi geminæ donationis Buccablancæ, & Crescentii, frustra quæritur in hac portione de comquali successione dicti Crescentii cum Maria Constantia hærede Baldassinæ matris communis, eo quod ista honorabili titulo institutionis reliquerit dicto suo filio quandam parvam pecuniarum summam pro sua legitima. Etenim quidquid sit in patronatu gentilitio, vel mixto, Rota pro constanti retinet opinionem, quod hæreditati dato universali hærede non succedat institutus in re certa, vel in sola legi-
tima, ut sequendo doctrinam Lambertini, præter alleg. 17
in præcedentibus, resolvit coram Coccin. *dec.* 1658. & coram Eminentiss. Othob. *decis.* 327. *cum duabus seqq.* cum aliis in Tridentina Jurispatronatus, coram R. P. D. meo Emerix, *in rec. dec* 223. *nu.* 8. *part.* 10. Et certe ab hac sententia non dissentit Vivian. in contrarium alleg. ut videre est *lib.* 4. *cap.* 2 *sub n.* 9. *vers. Non transit*, *& n.* 50. Molin. vero *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 27. §. 2. *conclusio*, ingenue fatetur se loqui contra communem, juxta quam ibidem concludit, quod detracta, vel non detracta quarta, juspatronatus remanere debet penes hæredem, Marc. Anton. *var. lib.* 1. *resol.* 17. *n.* 16. solum limitat conclusionem, quoties agatur de vocatione nominatim facta ex providentia fundatoris, in reliquis non impugnat doctrinam Lambertin.

Cæter

Cæteri vero, excepto Fontanel. & Tranchedio. tractant
casum diversum, videlicet de institutis in portionibus
inæqualibus, non descendendo ad quæstionem de titu-
lo universali, & particulari, ubi stat nodus difficulta-
tis. Hinc habito etiam DD. calculo, qui pro legiti-
mario afferuntur, jam versamur in claris tutiorem es-
se opinionem pro hæredibus.

Quod autem juspatronatus, de quo agimus, sit hæ-
reditarium, primo suadet præsumptio juris, ex Clem.
18 *Plures*, ubi scribentes communiter *de jurpatr.* cujus
dispositio evitari nequit eo sub prætextu, quod non
extet memoria de fundatione alioquin antiquissima, in-
deque non militet argumentum pro statu hæreditario
ante promulgationem ejusdem Clementinæ: Siquidem
Ordinarius Asculanus illam de visu fatetur usque de
anno 1383. occasione præsentationis factæ ab ipsomet
fundatore, *Summ. Nonnulli n.* 12. & sic longe post san-
ctionem dictæ Clementinæ, quæ condita fuit circa an-
num 1311. in Concilio Viennensi, memorato in prima,
& tertia Constit. Clem. V. a quo nomen desumpsit, *Bull.
nov. tom.* 1. Præterea nemo superest de familia fundato-
ris, quo casu nostri frequentius tradiderunt, quod cum
postremo descendente jurispatronatus desinit esse genti-
19 litium, & inde efficitur hæreditarium, juxta *consil.* 81.
Anchar. quem rejecto Geminian. sæpius secuta est Rota,
in dec. 385. *ex n.* 13. *part.* 1. *diverf.* & cor. Merlin. *dec.* 789.
n. 23. *& seqq. & in rec. dec.* 667. *n.* 11. *&* 12. *part.* 18.

Accedit observantia, eo quod fœminæ fuerunt ad-
missæ ad præsentandum, imo personæ penitus extra-
neæ, *d. Summ. n.* 14. quod se non compatitur cum statu
20 gentilitio, vel mixto, cum is utramque requirat qua-
litatem, sanguinis scilicet, & hæredis, Rota coram
Eminent. Ottob. *dec.* 3. *n.* 7. *& seqq.* & coram Eminentiss.
Cerro *dec.* 106. *ex n.* 6. in quibus etiam non obstante,
quod aliqui præsentassent tanquam filii, & descenden-
tes. Idem præseferunt iteratæ præsentationes in stirpes,
21 & non in capita, ut ex dicta Clementina *Plures*, alii-
que late congestis, arguit Rota coram Cocein. *dec.* 2197.
n. 21. *cum plurib. seqq.* ubi non constabat de fundatione,
& coram Ninot. *dec.* 27. *n.* 3.

Tandem id quoque agnoverunt moderni compatroni,
dum injerunt sæpe dictam concordiam *pro se, hæredibus,
& successoribus in perpetuum*, addita clausula, *ac haben-
dam*, quod exuberat ad ostenden. juspatronatus hæredita-
rium, & transitorium ad quoscunque etiam extraneos,
22 ex ratione text. *in l. sciendum, l. hæredis appellatio, ff. de
verbor. significationibus*. Jas. *in l.* 2. §. *Item etsi in facto,
ff. de verbor. obligat* Grat. *discept.* 577. *n.* 48. *&* 49. Millin.
dec. 330. *n.* 4. *&* 5. & apud Vivian. *de jurepatr. dec.* 108. *n.* 3.
& in rec. dec. 207. *n.* 7. *& seqq. part.* 6. *& dec.* 70. *n.* 6. *par.* 12.

Ex his manifeste convincitur, quam debile sit diffugium
exquirere qualitatem gentilitiam, vel mixtam, ex dicta
donatione Buccablancæ. Nam dum sumus in probatis cir-
ca qualitatem hæreditariam ante, & post ipsam confectam,
23 vel magis congruis inspectio, quod eam tanquam de
medio qualificat extrema, argumento *l. Existimo, ff.
de verbor. oblig.* Rot. cor. Bich. *dec.* 168. *num.* 13. vel cum
deficiant conjecturæ, quales aderant in casu decisionis co-
ram Ninot. in objecto alleg. nunquam dici poterit, quali-
tatem hæreditariam fuisse immutatam, imo verius confir-
matam per subsequentem stipulationem *pro hæredibus, &
successoribus*, ad ea, quæ in durioribus terminis recensuis
24 Rot. cor. Priol. *dec.* 381. *fere per tot.* & in dicta Taideotina
jurispatronatus *in rec. dec.* 223. *n.* 4. *& seq. p.* 19.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Asculana Capellaniæ.

Lunæ 18. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Computatio graduum quando fieri debeat juxta jus ci-
vile, & quando secundum jus canonicum.

SUMMARIUM.

1 *ADversus sententiam injustam competit restitu-
tio in integrum.*
2 *Graduum computatio exceptis causis matrimoniali-
bus fieri debet secundum jus civile, non vero
juxta jus canonicum.*
Declara, ut n. 3. *&* 4.
5 *Oriunditas ex quibus probetur.*
6 *Filius sequitur originem patris, licet alibi sit natus.*

DECISIO XLV.

SEntentia Rotalis decernens, prævia decisione edita sub
die 26. Junii 1693. cor. bo. me. Benincasa a controversa
Capellania excludendos esse Priorem Jo: de Amicis, & Ca-
nonicum Bernardinum Castellorum, & immittendum fo-
re ad eandem Jacobum Antonium Carestiam, quæ ob non
interpositam appellationem in judicatum transiit; injusta
allegatur per scribentes pro capitulo Collegiatæ Ecclesiæ
Terræ Offidæ, atque ideo in judicatum transire non potuis-
se, & cum contineat manifestam læsionem competere re- 1
stitutionem in integrum, subjungebant, ex traditis per
Rot. *dec.* 3. *& dec.* 870. utrobique *n.* 1. coram Cerro.

Desumebant autem injustitiam ex eo, quia Jacobus An-
tonius caret qualitatibus a fundatore requisitis; & quidem
primo, quia non sit intra quartum gradum testatoris facta
computatione graduum consanguinitatis secundum jus
civile, ad cujus formam faciendam esse insistebant; non au-
tem secundum jus canonicum, juxta quod computatio gra-
duum habita fuit in præfata decisione hujus causæ, §. *Ad ex-
clusionem*; ea ratione, quia exceptis causis matrimonialibus,
in quibus graduum dimensio a jure canonico regitur, in
cæteris omnibus quamvis beneficialibus computatio gra-
duum normam accipiat a jure civili etiam in foro Ecclesia-
stico, & terris Ecclesiæ, Can. *ad sedem* 35. *q.* 1. Garzia *de* 2
re benefic. part. 7. *c.* 15. *n.* 25 *& seqq.* Pax Jord. *de re benefic.
tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 31. *&* 36. Murga *de re benef. q.* 3. *n.*
877. *cum seqq.* Amostaz. *de cauf. piis lib.* 3. *tit. de Capellaniis
cap.* 8. *n.* 47. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 50. *n.* 8. Mierez
de majorat. lib. 2. *q.* 7. *n.* 1. Rot. *dec.* 3. *n.* 2. coram Priolo.

Et 2. quia idem Jacobus Antonius non sit oriundus Offi-
dæ patriæ fundatoris, ut iste requisivit, sed Spinetoli, & licet
Joseph ejus pater in terra Offidæ natus fuerit, tamen id non
suffragari de Jacobo Antonio, cum ejus pater illa derelicta
ad aliam Spinetuli se contulit, ibique domicilium contra-
xit, participans toto tempore suæ vitæ de honoribus d. lo-
ci, & inter ejus incolas descriptus, quo casu prætendunt,
quod filius susceptus post contractum domicilium, ut in
casu, amittat oriunditatem loci, ubi pater natus est.

Verum his non obstantibus DD. constare de re judicata
responderunt, cum allegata injustitia sententiæ non subsi-
stat. Nam in primo capite, quia in præsenti casu fundator
non consideravit inter suos consanguineos majorem pro-
ximitatem, ita ut voluerit inter istos proximiorem præfer-
ri, in quibus terminis computatio graduum facienda est
secundum jus civile, juxta authoritates supra allegatas in
§. *Desumebant*; sed simpliciter, & absolute vocavit consan-
guineos suos juxta quartum gradum, ibi - *Siano sempre pre- 3
feriti gl'attinenti à me fino al quarto grado*, quo stante,
computatio graduum consanguinitatis regulanda est se-
cundum jus canonicum, limitant itidem mer authores in
objecto allegati, & signanter Garz. *d. cap.* 7. *n.* 27. *vers. fa- 4
teor*, Pax Jord. *d. tit.* 26. *n.* 37 Castill. *contr. lib.* 5. *cap.* 67.
n. 42. *circa finem*, præsertim quia in præsenti non concur-
sunt alii consanguinei, Murga *d. qu.* 3. *n.* 879. *in fin.*

Neque in 2. dum certum est, Josephum Carestiam Pa-
trem Jacobi Antonii natum fuisse in terra Offidæ, & tam
illum, quam ejus Antenatos possedisse plura bona solvendo
onera Cameralia, & communitativa, gaudendo honori-
bus, & privilegiis aliorum habitantium, & quod prius
est, in fide Baptismatis ipsius Jacobi Antonii, quamvis na-
ti Spinetuli, dicitur ex parentibus Offidæ, quibus omni-
bus satis comprobatur oriunditas respectu Jacobi Antonii
ad effectum, de quo agitur, ex deductis per Barb. *de offic.
& potest. Episc. part.* 1. *alleg.* 4. *n.* 8. cum fundator non nati-
vitatem in Offida requisiverit, sed simpliciter oriundita-
tem, ut in simili dixit Rot. *dec.* 66. *n.* 20. *part.* 16. quæ suf- 5
fragatur filio, quamvis pater locum originis deseruerit,
& ad terram Spinetuli ad habitandum se contulerit, cum
filius etiam alibi natus sequatur civitatem, ex qua pater
originem trahit, *leg. assumptio*, §. *filius, ff. ad municip.* 6
Surd. *cons.* 343. *n.* 23. *lib.* 3. Bald. *cons.* 294. *n.* 1. *lib.* 4. Rot.
dec. 53. *n.* 16. coram Merlin. *dec.* 148. *n.* 8. coram san. mem.
Alex. VIII. *& dec.* 66. *n.* 20. *&* 21. *part.* 16.

Et ita transeuntibus DD. in reliquis cum decisione prio-
ris instantiæ, resolutum fuit utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. MUTO.

Terulen. Beneficii.

Luna 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Consanguineorum nomine qui veniant in Jurepatronatus, & an computatio graduum fieri debeat secundum jus civile, seu potius secundum jus canonicum.

SUMMARIUM.

1 *IN Jurepatronatus instituendus est ille, qui requisita volita a fundatore retinet.*
2 *Consanguineorum nomine veniunt etiam transversales, & non minus agnati, quam cognati, ac quicunque sanguine conjuncti.*
4 *Limitatur, quoties solis descendentibus pateat ex conjecturis voluntatem testatoris assistere.*
4 *Ex quibus hujusmodi voluntas deprehendatur, & n.5.*
6 *Testator qui in uno quod voluit, dixit in alio etiamsi voluisset, dixisset.*
7 *Semper præsumitur, testatorem voluisse extraneis præferre conjunctos.*
8 *Hoc præsumptio procedit in descendentibus, non vero in transversalibus.*
9 *Declaratio facta per executores testamentarios super dubia testatoris voluntate, plurimum attenditur.*
10 *Exceptio mandati procur. non opposita in præcedentibus instantiis, si deinde opponatur in alia, non attenditur.*
11 *Ex consuetudine Regni Aragoniæ computatio graduum fit secundum jus canonicum.*
12 *Graduum computatio juxta communem sententiam fieri debet juxta jus civile.*
13 *Proximioritas non suffragatur, deficiente qualitate per testatorem desiderata.*
14 *Major identitas præsentati non attenditur in concursu cum altero habente requisita volita a fundatore.*
15 *Quando præsentatio fieri debet certo genere personarum, licet admittendus fuerit a patronis, electus tamen habetur, ac si esset præsentatus ab ipso fundatore, ut veniat instituendus, & n.16.*

DECISIO XLVI.

MIchael Gomez in postremo vitæ, sub quo decessit elogio, condito de anno 1628. sic disposuit - *Voglio, & ordino, & è mia volontà, che si prenderano dalli miei beni, & effetti 800. lire dalli miei esecutori testamentarii infrascritti, e con quelle s'instituisca, e fondi un perpetuo Ecclesiastico Beneficio nella Chiesa Parochiale della Villa di Villel nella Capella di S. Giovanni* successive post expressa onera beneficiato incumbentia subjunxit. *Item voglio, & ordino, & è mia volontà, che il primo beneficiato, che ha d'esser di detto beneficio, sia uno de miei Nepoti, cioè il maggiore, se vorrà, ò qualsivoglia altro, che prima, ò più presto potrà esser Sacerdote, & in caso, che nessuno volesse esserlo, lo sia il parente più pressimo; e se concorreranno due, ò più, voglio, che l'ottenga il più habile, & idoneo; e se non vi fosse parente, voglio, che l'ottenga un figlio di Valeriano Lopez, & in suo defetto qualsivoglia altro naturale della Villa di Villel*; postremoque nominavit in beneficii patronos Joannem Gomez Fratrem, Catharinam Filiam, & Juratos pro tempore nominatæ Villæ, atque in Executores testamentarios sibi elegit eundem Fratrem, ac Filiam, Joannemque Perez, & Valerianum Lopez, illis ampla facultate, & potestate tributa, sicut latius apparet ex testamento, *Summario Petri Pauli n. 1.*

Fundarunt de Ordinarii consensu memorati Executores, prout præscriptum fuerat, beneficium, de quo agitur, & in ipsa fundatione in primum beneficiatum nominarunt Michaelem seniorem de Ximenez, ex antedicta Catharina primogenitum, & testatoris Nepotem, juxta ejus votum, deindeque post illius cessum, seu decessum declararunt - *Habbia da essere, o sia Capellano uno de figli de suoi Fratelli Adriano Ximenez, e Sebastiano Ximenez, Giovanni Ximenez, Francesco Ximenez, Nipoti del detto Michel Gomez Institutore, & il prime pressimo, che si trouverà, e se concorreranno due, ò più parenti in un medemo grado, habbi da esser, o sia preferito il più habile, & idoneo, e sufficiente à giudicio delli Padroni infrascritti, e da li avanti habbiano da essere, e siino Capellani li descendenti delli sopradetti &c.*

Secuto de mense Aprilis 1686. prænominati Michaelis senioris obitu, Joanna Maria Gomez descendens a Joanne testatoris fratre, necnon Jurati Villæ de Villel ad beneficium vacans præsentarunt dictum Petrum Paulum Catzam, ejusdem Joannæ Filium; sed quia ab ipsis Juratis, & a Michaele Ximenes, ex Catharina testatoris filia descenden. præsentatus extitit Michael Ximenez junior, inter hujusmodi præsentatos introducta fuit lis coram Ordinario Terulen. qua pendente, cum Petrus Paulus obtinuisset gratiam Apostolicam pro præsentato a medietate patronorum, cum derogatione alterius medietatis sententiam super illius executione, & adjudicatione beneficii reportavit, atque etiam in possessione fuit immissus; appellante verum Michaele ad Reverendissimum Hispaniarum Nuncium, Judex ab eo deputatus sententiam tulit, alterum revocantem, & admittendum fore Michaelem ad controversum beneficium declaravit. Devoluta deinde contentione ad Rotam, duplex dubium disputatum fuit die 19. Novembris 1694. cor. Rev. P.D. meo Caprara, in priori quorum resolutum, dandam esse institutionem memorato Michaeli, de eo tempore dumtaxat informanti; & in alio, sequestrum esse apponendum, ac sententia Rotalis super illius institutione prolata fuit, quam hodie partes coram me, tanquam non minus validam, ut non contendunt, quam justam, jure merito confirmandam esse censuerunt.

Patuit namque justitia ex eo, quod testator ad hoc beneficium post ipsius ex Catharina Filia Nepotes præsentari mandavit consanguineos proximiores descenden. qui casus cum modo obvenerit, & Michael sit proximior, atque ex antedicta Catharina descendens, institutio propterea debetur eidem, in quo etiam cætera fundationis, & juris requisita concurrunt, ut præter allegatos in relata decisione R.P.D. 1
mei Capraræ super institutione Rot. cor. Cels. *dec.* 341. *n.* 1, cum aliis in Illerden. Capellaniæ 20. Junii 1692. §. 1. coram Reverendissimo D. meo Decano.

Quod autem testator præsentari voluerit consanguineum proximiorem solummodo descendentem resultat ex relatis superius testamenti verbis, ex quibus habetur, quod primo loco fuerunt invitati Nepotes ex filia, & in defectum ipsorum, vocatus fuit consanguineus proximior, qui subintelligi debet ex eidem Nepotibus descendens, nam licet regulare sit, consanguinei nomen ex latitudine ipsius comprehendere etiam transversales, & non minus agnatum, quam cognatum, ac quoscunque sanguine conjunctos, ex adductis 2
per Peregrin. *de fideic. art.* 22. *n.* 34. & 35. Rot. post Vivian. *de Jurepatr. dec.* 72. & in Romana Fideicommissi de Mutinis 26. Aprilis 1686. §. *Nec hujusmodi nominatio*, cor. R.P.D. meo Ursino; ab hac tamen generali regula receditur, quoties solis descendentibus voluntas testatoris assistit, 3
quam uoice propositio attendi monet Text. *in l.* 3. *Cod. de liber. præter.* Rot. *in rec. dec* 49. *n.* 12. *cum seqq. part.* 4. *tom.* 2. in Ariminen. Fideicommissi 19. Junii 1690. §. *Tamen*, & in Bononien. Fideicommissi de Volta 20. Junii 1692. §. *Mox quia*, cor. R.P.D. meo Molines.

In hypothesi, testatoris voluntas pro vocatione solius consanguinei descendentis, esse non potest clarior, tam ex eo, quod consanguineum proximiorem vocavit post ejus ex filia nepotes, quam ex quo in concursu descendentium, & transversalium, quidquid foret primi non existentibus, semper vocati, seu saltem prælati censentur descendentes cum sint magis dilecti, quam transversales, ad Text. *in leg.* 4
post consanguineos 8. *ff. de suis, & legit. hæred.* quam expendit Rot. *in rec. dec.* 175. *n.* 9. *p.* 4. *tom.* 1. & *dec.* 49. *n.* 14. & 15. *eadem part.* 4. *tom.* 2. & firmat decisio R. P. D. mei Capraræ, §. *Proximiores autem*; quam etiam ex quo testator in eodem testamento, quo fundationem beneficii reliquit, sibi hæredes instituit prænominatos Nepotes, suosque descendentes, & post illos transversales substituit, quod ostendit, in Jurepatronatus passivo sub nomine proximiori consanguinei, post Nepotes immediate vocati, subintellexisse de descendenti, qui institutione hæredis fuerat immediate positos; una siquidem testamenti pars insinuat, quid senserit defunctus in alia, *l. qui filiabus* 17. *ff. de l.* 1. Rota cor. Buratt. *decis.* 899. *num.* 1. & *in recent. dec.* 243. 5
n. 10. *p.* 17.

Minime attento, quod idem testator in Jurepatronatus activo insimul cum Catharina filia consuccedere voluerit Joannem Gomez Fratrem; nam ex hoc potius desumitur, quod in Jurepatronatu passivo eum comprehendere nolue-

rit, cum alias, sicut in altero, nominasset, ad Text. *in l. uni-*
6 *ca, §. Sin autem ad deficientis, C. ad cadac. tollen.* Rot. *in rec. dec. 252. n. 3. p. 15.* Prout nec minus urgente, quod cum in defectum hujusmodi consanguinei proximioris vocati fuerint extranei, filii scilicet Valeriani Lopez, vel naturales Villæ, si vocatio consanguineorum restricta fuisset ad solos descendentes, exclusi transversales remansissent ab extraneis
7 contra præsumptam testatoris voluntatem præferendi semper conjunctos extraneis, *ex l. acutissimi, C. de fideic.* nam id solum procedit in descendentibus, secus autem, ut hic, in transversalibus, erga quos hujusmodi præsumptio non
8 militat, juxta cumulatos per Pereg. *de fideic. art. 13. n. 46.* Fusar. *de substit. q. 473. n. 33.* Rot. cor. Seraphin. *dec. 1190. n. 4. & in rec. dec. 1. n. 16. cum seqq. p. 15.*

Omnemque prorsus difficultatem eliminat declaratio emissa per executores testamentarios, quod sub vocatione dicti consanguinei proximioris comprehensi tantum dicantur descendentes, non autem transversales, quæ tametsi versaremur in dubio, foret attendenda, Rot. *in rec. decis. 499. n. 11. & dec. 327. n. 7. p. 15.* & in Corduben. Capellaniæ
9 26. Martii præteriti, *§. Quæ vero*, coram me. Quin obstet responsio, talem declarationem emissam fuisse per Procuratorem ipsorum executorum non docto de aliquo procuræ mandato; nam illud revera intervenisse præsumitur, tum ex eo, quod cum in ipsa fundatione, facta per eundem Procuratorem, declaratio fuerit emissa cum enunciatione mandati procuræ, illiusque diei, & anni, verisimile non est, Ordinarium fundationem, & declarationem approbantem, voluisse Procuratorem, ad hæc peragenda, admittere, absque mandato procuræ. Tum etiam ex quo talis exceptio defectus mandati procuræ nunquam in duabus instantiis opposita fuit in partibus, ubi facile erat illum recognosci,
10 adeoque tanquam nimis serotina non meretur attendi, ut ad propositum observat Rot. in Vicen. Parochialis 14. Novembris 1694. *§. Clarius*, cor. me, & in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis 31. Januarii, *§. Atque solvitur*, & 22. Aprilis 1695. *§. Postremo*, & in Cracovien. Parochialis 14. Maii præteriti, *§. Idque facilius*, cor. R.P.D. meo Pio.

Hinc valido jure denegata fuit institutio Petro Paulo competitori, licet per gradum contendat, se esse Michaelis proximiorem, facta computatione graduum secundum jus Canonicum ex peculiari consuetudine Regni Aragoniæ,
11 de qua Portel. ad Molin. *verb. Judex n. 51. cum seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 51. n. 162. ad med.* Fontanell. *dec. 12. sub n. 6.* Sess. *dec. Arag. 13. num. 9.* ac eo se esse magis idoneum ob majorem ætatem, fuisseque a majori patronorum parte præsentatum, necnon gratiam Apostolicam pro præsentato cum derogatione medietatis vocum ad cautelam habere; nam respectu proximioritatis, quidquid sit de subsistentia prætensæ consuetudinis, contrariæ communi theoricæ modo receptæ, computationem graduum in his casibus fieri debere secundum jus civile, de qua Rot.
12 cor. Priol. *dec. 3. n. 2.* in Illerden. Capellaniæ 20. Junii 1692. *§. final.* cor. Rever. D. meo Decano, & in Ausculana Capellaniæ 28. Junii 1693. *§. Desumebant*, cor. R.P.D. meo Molines, cum ipse transversalis existat, non est de comprehensis in fundatione, vocante consanguineos descen-
13 dentes, ut inde proximioritas non suffragetur deficiente qualitate per testatorem volita, Rot. cor. Seraphin. *dec. 77. n. 1. & in rec. dec. 47. n. 18. p. 9.*

14 Et ex hac ratione nec major idoneitas Petri Pauli venit attendenda; nam eadem urgeret concurrentibus qualitatibus in fundatione præscriptis, sicut advertit Rot. cor. Seraphin. *dicta dec. 774. num. 4.* Minusque prætensa præsentatio a majori, seu æquali patronorum parte, seu gratia præsentato prælationem aliquam præbere potest, nedum ob præfatam resistentiam legis fundationis, ut præsentatio tanquam de incapaci evanescat, & gratia nullius evadat roboris, signanter ob præservativam præjudicii tertii, specialiter ibidem appositam, sicuti advertitur in dicta de-
15 cisione R.P.D. mei Caprataæ, *§. final.* quam etiam ex quo receptum est in hac materia, quod quando præsentatio fieri debet de certo personarum genere, licet admittendus fuerit a patronis neglectus, tamen habetur pro præsentato ab ipso fundatore, ut veniat instituendus, ad Text. *expressum*
16 *in l. si unum ex familia, §. 1.* ubi DD. *ff. de legatis 2.* Rot. *in rec. dicta dec. 47. num. 19. p. 9.* cum aliis in Mediolanen. Beneficii prima Junii 1693. *§. final.* coram Reverendissimo Zamoren. & in dicta Corduben. Capellaniæ 26. Martii præteriti, coram me, *§. in fin.*

Et ita conclusum utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Senogallien. Capellaniæ.

Ven. 16. Aprilis 1696.

A R G U M E N T U M.

An patronus possit Capellanum tanquam amovibilem nominare, & post ejus obitum tanquam perpetuum efficere in successoris supplantationem; & quatenus non amoveatur in vita nominatis, an nominatio possit pura reputari, ut perpetuus Capellanus censeatur.

S U M M A R I U M.

1 *CApellania vacare non dicitur, nisi probetur decessus, vel cessio, ex quibus vacatio inducitur.*
2 *Nominatio Capellani facta de tempore, quo Capellania non vacat, est irrita.*
3 *Patronus non potest durante ejus vita Capellanum tanquam amovibilem nominare, & post ejus obitum tanquam perpetuum efficere in supplantationem successoris.*
4 *Limitatur, quoties habeat a fundatore facultatem.*
5 *Nominatio Capellani cum reservatione juris illum amovendi, si nominans d. facultate usus non fuerit, nominatio dicitur pura.*
6 *Actus dicitur purus, licet per conditionem potuisset resolvi.*
7 *Nominatio cum qualitate perpetuitatis post obitum nominantis, & cum clausula - adesso per allora munita, licet adsit reservatio amovendi durante vita, operatur, ut purificata conditione non remotionis, Capellanus dicatur perpetuus usque ab initio.*
8 *Et talis nominatio sustinetur.*
10 *Et per patronum successorem nequit impugnari.*
11 *Nominatio Rectoris fieri debet intra quatuor menses.*
12 *Ilque præsentari debet coram Ordinario.*
Id tamen non procedit, si agatur de Capellania laicali, num. 14.
13 *Quo casu Capellania minime dicatur Ecclesiastica, sed laicalis.*
15 *Capellania nequaquam efficitur Ecclesiastica, ex quo Ordinarius fecerit institutionem.*
16 *Ordinatio testatoris, ut instituatur Juspatronatus, intelligi potest de Capellania laicali, non de beneficio Ecclesiastico.*

D E C I S I O XLVII.

PRistinum litigium, quod exarsit in nostro Auditorio inter Abbatem Ignatium Cherubinum, & Canonicum Petrum Mariam de Rubeis super nullitate remotionis ejusdem Petri Mariæ controversa Capellania facta a Petro Antonio primo patrono, cui ex lege fundatricis competebat jus nominandi Capellanum perpetuum, vel amovibilem, licet remanserit per transactionem extinctum, nihilominus novum fomentum recepit ex alia nominatione per præfatum Canonicum de Rubeis ad sui favorem reportata a Cæsare ejus fratre, qui per mortem dicti Petri Antonii absque filiis vigore substitutionis ordinatæ ob eadem fundatrice successit in dicto jure nominandi; unde proposito dubio, an, & cui sit adjudicanda d. Capellania? Domini favore Cherubini responderunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia ipse habet nominationem dicti Petri Antonii primi patroni conceptam per hæc verba - *Elegge per Capellano del sudetto Altare &c. il Signor Ignatio Cherubini &c. con riserva à se medesimo di poterlo rimovare ad ogni cenno, piacere, dispositione, volontà, ad nutum &c. e in caso che il medesimo Signor Pietro Antonio morisse senza far altra elettione, e nominatione di Capellano &c. vuole, e dichiara, che la nominatione sudetta in persona del medesimo Signor Ignatio &c. s'intenda fatta, come adesso per all'hora &c. in perpetuo &c.* Unde cum nunquam fuerit idem Cherubinus remotus, quinimo dictus Petrus Antonius primus patronus cum declaraverit Capellanum perpetuum per alium actum successive gestum, hinc sequitur,

quod

quod Cappellania non dicitur vacare, nisi probetur deces-
1 sus, vel cessio, ex quibus vacatio inducitur, ex Text. *in
cap. susceptum de rescript. in 6.* Vivian. *de Jurepatronat.
lib. 5. cap. 5. num. 25. & 28.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl.
n. 3. & 8.* adeoque exclusa vacatione, non potuit Cæ-
sar de Rubeis patronus successor aliam Capellanum nomi-
nare, & nominatio facta de tempore, quo controversa
Capellania erat jam plena, de jure irritatur, tanquam de
2 re non vacante, per Text. *in c. Illud, de Jurepatr. & c.
final. de concess. praben l.* ibique communiter Canonistæ,
Lotber. *de re benefic. lib. 2. q. 6. n. 1.* Card. de Luca *de Jurep.
disc. 64. n. 34.* Marescott. *var. resol. c. 33. num. 1. lib. 2.* Rota
dec. 46. n. 6. p. 12. rec.

Non relevante, quod dicta nominatio Cherubini, tan-
quam amovibilis in vita primi patroni, & perpetua post
ejus obitum, in casu non secutæ remotionis, non sit per-
missa a jure, cum attendat ad supplantandos successores in
patronatu, & antecessor imponeret falcem in messem
alienam ad impediendam futuram vacationem, juxta de-
3 cisa per Rotam in Romana Officii 26. Martii 1694. §. *Ab-
sulatum*, confirmata 4. Martii 1695. §. *Neque*, coram
R. P. D. meo Caprara. Siquidem objectum forsan posset
procedere, nisi antecessor patronus in nostro themate ha-
buisset ex lege fundatricis amplissimam facultatem nomi-
nandi Capellanum ad nutum amovibilem, ac etiam per-
petuum; hoc enim casu, si illum nominavit pro aliquo
tempore amovibilem, & deinde pro reliquo perpetuum,
4 nulli fecit injuriam, cum usus fuerit jure suo, per Text.
in leg. 2. Idem labeo, ff. de aqua pluv. arcen. Rota *dec. 434.
n. 36. par. 4. tom. 3. recen. & dec. 49. num. 56. par. 19. rec.* Et
doctrinæ in contrarium allegatæ non applicantur, quia
loquuntur in diversis terminis, nempe Officialis, qui ha-
bet limitatam potestatem, & durante solum ejus officio,
& ideo non potest aliquid peragere in præjudicium succes-
sorum.

Minusque obstat, quod qualitas perpetuitatis in dicta
nominatione fuerit collata in tempus, a quo incipere non
poterat, nempe post mortem primi patroni, sicque de eo
tempore, quo jam expiraverat suum jus, & apertum fue-
rat jus novi successori patroni; quoniam ex lectura dictæ
nominationis superius recensitæ patet, quod respectu no-
minantis fuit pura, & simplex: & licet respectu Capella-
ni videatur adesse conditio perpetuitatis dependentis ab
arbitrio patroni, qui sibi reservavit facultatem illum re-
movendi; attamen cum Cherubinus Capellanus nunquam
fuerit remotus, patronus nominans dicitur noluisse uti
dicta facultate, & per consequens nominatio remansit per-
5 petua, ut in proximis terminis firmat Rot. cor. Coccino,
dec. 953. n. 6. actus namque semper dicitur purus, licet
6 per conditionem potuisset resolvi, ad tradita per Paris.
cons. 11. num. 37. volum. 1. Surd. *cons. 38. num. 24. tom. 1.*
Quod mirifice comprobatur in præsenti hypothesi, quia
nominatio cum qualitate perpetuitatis non secuta Capel-
lani remotione legitur etiam concepta cum clausula, ibi,
Adesso per all' hora, quæ operatur, ut purificata condi-
tione non remotionis, Capellanus dicatur perpetuus us-
que ab initio, retrahendo dispositionem ad tempus actus,
7 Gloss. *in Clementin. Nolentes vers. Ex tunc*, & ibi Card.
aliique Canonistæ de Hæreite. Surd. *cons. 179. n. 12. & cons.
122 n. 53.* Barbos. *de clans. claus. 26. n. 2.* Vivian. *de Jure-
patr. lib. 13. cap. 8. n. 57.*

Nec in hujusmodi nominatione potest considerari ullum
tempus intermedium, in quo interim aliquod jus potue-
rit acquiri patrono successori, nam eo ipso, quod in vita
patroni antecessoris nominantis non fuit secuta remotio
8 Capellani, istius nominatio evasit perpetua ante mor-
tem ejusdem patroni, in quo nulla fraus admitti potest,
quæ redoleat supplantationem successoris; tum quia, ut
dictum est, usus fuit facultate sibi ex lege fundatricis at-
tributa; tum quia nominando Cherubinum Cappellanum
perpetuum sub conditione quatenus eum non removeret,
nominatio potius dici debet ordinata ad bonum finem,
9 ut scilicet Capellanus agnoscendo se posse removeri, dili-
genter inserviret Capellæ, ut ponderant Gutierez *lib. 3.
pract. q. 11. n. 27. vers. Quo fit*, Amostaz. *de caus. piis lib. 3.
cap. 1. n. 34. vers. Ratio est*.

Verum quatenus prædicta nominatio aliquam invol-
veret difficultatem, an perpetuitas sub conditione con-
cepta, fuerit resoluta, itaut remanserit in esse puræ
amovibilitatis, sicut lato calamo scribentes pro dicto
Canonico de Rubeis conabantur demonstrare; nihilo-
minus Dominis visa est cessare quævis difficultas, quia

præscindendo etiam a dicta prima nominatione non defi-
cit altera nominatio pura, simplex, & perpetua, nullam
admittens exceptionem favore dicti Cherubini, *Summ.
ejusdem n. 6.* qua stante, non potest Cherubinus remove-
ri per patronum successorem, ad tradita per Marant *contr.
jur. respons. 13. per tot. tom. 4.* Amostaz. *de caus. piis lib. 3.* 10
cap. 1. n. 41. versus finem.

Nec obstat, quod tam conditio contenta in prima no-
minatione præseferens perpetuitatem, quam secunda no-
minatio pure perpetua nequeant suum operari effectum,
illa uti non purificata intra quatuor menses concessos
patronis ad præsentandum, Vivian. *de Jurepatron. part.
2. lib. 8. cap. 6. n. 24.* Card. de Luca *eodem tract. de curs. 64.
num. 27.* Garz. *de benefic. par. 8. cap. 2. num. 3.* Rota *decis.* 11
108. num. 6. part. 10. & dec. 261. num 9. part. 14. ista nun-
quam intra dictum tempus minime præsentata coram
Ordinario ad effectum consequendi institutionem, juxta
glos. *in cap. unic. vers. casu de Jurepatron.* Garz. *de ... par.* 12
7. cap. 1. n. 34. Rota *dec. 739. num. 13. & dec 816. n. 2. & 3.
par. 18. rec.*

Etenim pro totali remotione hujus bicipitis objecti
animadversum fuit, quod non agitur de Capellania ca-
nonice erecta authoritate Ordinarii, in titulum veri,
ac perpetui beneficii Ecclesiastici, juxta mentem funda-
tricis, in quibus terminis procedunt doctrinæ in con-
trarium adductæ; sed de pura Cappellania laicali, & ma-
nuali, habente simplex onus Missarum annexum, ut col-
ligitur ex testamentaria dispositione fundatricis deman-
dantis patronis amplam facultatem eligendi Capellanum
ad nutum amovibilem, vel perpetuum; nec non præ-
sentandi seipsos, absque eo quod requisita fuerit in ere-
ctione authoritas Ordinarii, ad tradita per Navarr. *cons.
6. sub num. 1. de prabend.* Lata *de Cappellan. lib. 2. cap. 1.* 13
num. 22. & seq. Amostaz. *de caus piis lib. 3. cap. 2. num. 9.*
Rota *dec. 254. n. 2. & 3. par. 2. & dec. 101. num. 2.* coram
Dunozett. jun. & præcisa in Pampilonen. Capellaniæ 25.
Maii 1646. §. *Quinimo*, coram Corrado, & indivi-
dualiter de hac eadem Capellania respondit in Senogal-
lien. Capellaniæ Lunæ prima Julii 1686. §. *Omisso nan-
que*, coram Reverendiss. Turonen. quæ de stylo est sup-
ponenda.

Exclusa igitur qualitate beneficiali, & præsupposita
illa laicali, est certum, quod cessant regulæ juris, &
doctrinæ loquentes de præsentationibus requisitis in be- 14
neficiis Ecclesiasticis faciendis intra quadrimestre, &
excludentibus conditiones non purificabiles intra dictum
tempus; & per consequens parum refert, an condi-
tio perpetuitatis concepta in prima nominatione fue-
rit, vel non purificata intra quatuor menses præscri-
ptos ad præsentandum, & an secunda nominatio in-
tra dictum tempus fuerit, vel non præsentata coram
Ordinario; nam in hujusmodi Capellaniis laicalibus
non est a S. Canonibus statutum tempus, neque est
necessaria præsentatio coram Ordinario habente facul-
tatem instituendi, sed plenum jus illas administrandi
confertur per solam nominationem, seu deputationem
factam a patronis, quibus ex lege fundatricis compe-
tit jus nominandi, nec Ordinarius habet in eis jus in-
stituendi, seu destituendi, multoque minus conferen-
di, ut ex professo probant Gonzal. *ad regula 8. Can-
cell. gloss. 5. num. 35.* Tolosan. *de benefic. cap. 11. num.
10. versic. Si tamen Capellania*, Garz. *de benefic.
part. 1. cap. 2. num. 102.* Amostaz. *de caus. piis lib. 3.
cap. 2. num. 2. & seq.* & in terminis nostris, Rot. in d.
Pampilonen. Capellaniæ, §. *Minus obstat, cum seq.* cor.
Corrado.

Nec ex eo, quod Cherubinus præsentaverit suam
primam nominationem coram Ordinario, & ab eo in-
stitutionem obtinuerit, desumi valet, controversam
Capellaniam esse beneficium Ecclesiasticum, quia con-
stito ex prædictis de statu laicali ex lege fundatricis,
subsecuta institutio facta ab Ordinario non potuit im-
primere qualitatem beneficii Ecclesiastici, nisi appa-
reat de vera illius erectione Canonice facta auctoritate
Ordinarii in titulum veri, & perpetui beneficii Eccle-
siastici, ex dicta mente fundatricis, ut dixit Rota *dec.
101. n. 3.* cor. Dunoz. jun. & in d. Pampilonen. Capella- 15
niæ, §. *tum quia*.

Minusque sæcularitati dictæ Capellaniæ adversantur
verba fundatricis, ibi: *Si erigga, instituisca, e fondi un
Juspatronato perpetuo*, cum hæc æque adaptari possint ne-
dum beneficio Ecclesiastico, quam Capellaniæ sæculari,

quia prædicta verba plerumque accipiuntur largo modo, & multoties uti prolata ab imperitis fundatoribus, non semper significant beneficium vere Ecclesiasticum, ut pluribus congestis probat Lata *d.c.2. a num.22. & seq.* & in terminis firmatum fuit in toties laudata decisione Pampilonen. Capellaniæ, *§. Hinc etiam tollitur*, cor. Card. Corrado,

Et ita, prætermisso articulo validitatis, seu invaliditatis transactionis initæ inter dictos Cherubinum, & Petrum de Rubeis, quem DD. supervacaneum censuerunt examinare, resolutum fuit, utraque parte &c.

R. P. D. PIO;.

Derthusen. fundationis beneficiorum.

Merc. 23. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Testator demandaverat executoribus testamentariis fundationem beneficii, prævia Jurispatronatus reservatione, in cujus voluntatis implementum absque hæredum assensu bona testatoris fuerunt distracta; examinatur itaque, an distractio sustineatur?

SUMMARIUM.

1 *EXecutor testamentarius, qui hæredis vices non obtinet, potest ad effectum exequendi voluntatem defuncti bona distrahere inconsultis hæredibus.*

2 *Contrarium tenent multi Doctores, & n. 4.*

3 *Prima opinio pro certo procedit, si pertractetur de adimplendo aliquo legato pio, nedum si hæredes requisiti non fuerint, sed etiamsi relucta rint.*

5 *Hæcque sententia eo magis procederet, si testator designaverit bona, ex quibus opus pium fieri debeat.*

6 *Testator, qui executores deputavit pro adimplendis operibus piis, censetur eisdem omnis tributa facultas fundandi beneficium.*

7 *Super bonis legatis cadere non potest institutio hæredis.*

8 *Evictio in legatis non præstatur, si incipiant a traditione.*

9 *Actus non corruit in totum, si aliquid in eo expletum fuerit absque facultate.*

10 *Vicarius non potest absque speciali mandato Episcopi reservare Juspatronatus.*

11 *Mandatum tamen potest ex præsumptionibus, & conjecturis probari ad effectum sustinendi actum.*

12 *Exceptio serotina attendi non debet.*

13 *Voluntas testatoris in ultimis voluntatibus totum operatur, & pro lege habetur.*

14 *Institutio debetur ei, qui qualitates a fundatore volitas retinet.*

15 *Testator non censetur a dispositis in testamento voluisse in Codicillis recedere, nisi in iis rebus, quæ a priori voluntate in testamento expressa literaliter dissonant.*

16 *Adeunt oculis corporeis immutatio legatur.*

17 *Et quatenus diversitas appareat, secunda, non prima voluntas est attendenda, & n. 19.*

18 *Is qui primus esse debet, nullum alium ante se potest habere.*

DECISIO XLVIII.

SUpremis in tabulis, sub quibus e vivis excessit, quondam Joseph Franquet villæ de Aldover Diœcesis Derthusen. inter cætera primo disposuit, quod secuto ipsius obitu fundarentur per executores testamentarios ad id specialiter deputatos duo perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica, quæ esse deberent de Jurepatronatus Rectoris, & Juratorum pro tempore illarum de Aldover, & de Arnes; primum in Parochiali Ecclesia d. villæ de Aldover, quod conferri jussit Petro Friasont, eoque mortuo Matthæo Muret, & utroque vita functo, ad illud vocavit sibi proximiores consanguineos cum prælatione in gradus paritate arbitrio Episcopi, & in eorundem defectum invitavit cives dictæ villæ; alterum vero in Parochiali Ecclesia de Arnes, & de hoc provideri mandavit d. Matthæum Muret, quatenus beneficium erigendum in Ecclesia Oppidi de Aldover possideri contingeret a Petro Friasont, & post utriusque mortem voluit pariter collationem faciendam esse ejus consanguineo magis benemerito arbitrio Episcopi, eisdemq; consanguineis non existentibus, ordinavit, ut admitterentur filii naturales præfatæ villæ de Aldover, & pro dote utriusque beneficii assignavit nonnulla bona expresse nominata, ut latius continetur in testamento, de quo Summar. Petri, & Michaelis, *n. 1.*

Effluxis a die conditi testamenti pluribus annis, idem testator immutata, ut humani ingenii inconstantia est, voluntate, exaravit Codicillos inhibitos *citato Summ. n. 2.* atque in illis abrogando testamentariam dispositionem in ea parte, in qua arbitrio Episcopi commiserat electionem nominatorum ad memorata beneficia, præcepit, quod in casu vocationis patroni præsentarent eo modo, quo dispositum invenient in testamento, ac Codicillis; & postea distinguendo beneficia, respectu primi voluit, præsentationem faciendam esse, prout in testamento ordinaverat; & quoad secundum revocavit patronorum nominationem, & Juspatronatus activum reliquit Joanni Fontanet, & post eum illius filio primogenito, deficientibus autem ejus filiis, vocavit consanguineos ejusdem, quousque extarent, cum qualitate proximioritatis, ac senioritatis ætatis, & tandem in horum deficientiam patronos esse voluit Rectorem, & Juratos d. villæ de Arnes; postea vero prospiciens Juripatronatus passivo, in quo in testamento vocaverat Matthæum Muret, jussit, ut in isto succederet Franciscus Fontanet d. Joannis filius, & deinceps proximior, & senior consanguineus ejusdem Joannis; & ubi deficerent omnes ejus filii, & descendentes, tribuit patronis facultatem præsentandi quem maluerint ex naturalibus filiis Oppidi de Arnes, aut de Aldover.

Post hæc obiit testator; quapropter Petrus Friasont alter ex testamentariis executoribus, quibus tam privatim, quam divisim exequendi facultas fuerat impartita, devenit ad beneficiorum fundationem cum auctoritate Ordinarii, *d. Sum. n. 3. lit. A, & B*; quæ subinde juxta leges in testamento, & Codicillis præscriptas collata fuere, primum nempe villæ de Aldover eidemmet Petro de Friasont, qui statim possessionem acquisivit, alterum vero villæ de Arnes d. Francisco Fontanet Joannis filio, ut in Codicillis dispositum erat: de quo deinde per obitum dicti Francisci, secutum in Mense Apostolicæ Sedi reservato, provisus fuit Michael Fontanet Joannis Patruelis, qui gratiam pro præfanisto reportavit, & prævia executione literarum Apostolicarum in forma dignum ab Episcopo Derthusen. obtenta, possessionem memorati beneficii adeptus fuit.

Cum autem adversus prædictorum beneficiorum fundationem insurrexissent hæredes testatoris, illam de nullitate redarguentes, utpote quæ ipsis requisitis expleta fuit, & ulterius collationem beneficii de Arnes particulariter impugnaret d. Matthæus Muret, qui primus in testamento ad idem beneficium nominabatur; hinc instructa in partibus lite cor. Vicario Tarraconensi, placuit huic per definitivam sententiam declarare nullam, ac irritam beneficiorum fundationem, & consequenter, collationes ejusdem virtute factas, minime sustineri, necnon Matthæum Muret esse præferendum Francisco Fontanet jam defuncto, ac Michaeli proviso Apostolico: verum interjecta debito tempore appellatione ex parte Petri, ac Michaelis, ejusque causa mihi delegata, dubium hodie in Rota proposuit: *An constet de validitate fundationis, & cui beneficia sint adjudicanda?* & DD. visum fuit respondere, *Constare de validitate fundationis, & beneficia esse adjudicanda Petro, & Michaeli.*

Quod enim attinet ad fundationis validitatem, eadem satis clara patuit; siquidem quamvis inter nostros interpretes mira adsit varietas in quæstione illa, an executori testamentario particulari, qui hæredis vices non obtinet, competat necne facultas voluntatem defuncti in prophanis exequendi, illius hæredibus inconsultis, & distrahendi hac de causa bona hæreditaria, in qua alii affirmativam tuentur, & præ cæteris Alex. *cons. 215. n. 10. lib. 6.* Caph. *cons. 625. n. 11. commun. opin. divers. tom. 3. de ultim. volunt. & univers. test ant. disposit. loc. 7. cap. 6. vers. tamen executor*, Alphons. de Azevedo *ad ll. Regias Hispaniæ tom. 3. lib. 5. tit. 4. de los testamentos lib. 6. n. 2. vers. neque tenentur* fol. mihi 139. pluresque alii congesti per Balass. Thomas tr. 3. *de execut. volunt. tit. 12. cap. 27. n. 189.* 1

2 Alii vero, & melius arbitrantur, id specialibus executoribus minime licere, ut sunt Duran. *de testor. & execut. caut. 10. num. 1.* Benedictus de Capra *de executor. membr. 6. n. 84. cum seqq. & num. 113.* Gomez. *var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 12.* Faber. *in C. lib. 2. tit. 3. defin. 12. in add. num. 6.* Cyriac. *contr. 534. n. 44. & 45.* Valenzuol. *cons. 35. n. 6. & 13.* Bursatt. *cons. 133. n. 11. & 12.* Penheyr. *de testam. in appendice disp. unica sect. 2. §. 3. n. 88.* Marta *de success. legal. part. 4.*

part.4. q.15. art.1. n.6. & n. 18. Ondeldsop. *de execut. testam. tit.6. n.1.*

Attamen inter has diffidentes opiniones frequentiori scribentium voto recepta in foro est sententia, ut nempe, ubi, prout hic, agitur de executione legatorum piorum, fas sit executoribus particularibus, nedum absque ulla hæredum requisitione, quinimo iisdem expresse reluctantibus, bona hæreditaria vendere, assignare, ac alio quovis modo in causam destinatam distrahere, ad hoc, ut testantis judicium pro
3 eorum conscientia impleatur, ut ex doctrina Baldi *in l.nulli n.7. & 8. C. de Episcop. & cler.* aperte voluerit Gabriel. *commun. concl. lib.2. de cit. concl.* 1. *n.* 193. Altograd. *consil.* 87. *sub n.*47. *& seqq. lib.* Tiraquell. *de privil. piæ causæ, privileg.*81. *in fin. vers. nam & executores*, Spin. *de testam. gl.* 28. *de execut. testam. n.*31. Carolus Ant. de Luc. *in animad. vers.* ad Gratian. *discept.*329. *n.*14. Balthass. Thomas *ubi supra cap.*27. *n.*26. Mangil. *de evict. cap.*192. *n.*19. & 23. Capnn. *contr.*54. *n.*23. Giurba *ad consueta l. Messan. p.*1. *cap.*2. *glos.*13. *n.*17. qui testatur de communiori, Barry *de success. lib.*11. *de adit. & repudiat. tit.*20. *n.*6. *vers si pauperes*, Bellon. *de jure accrescend. cap.*7. *q.*14. *n.*71. ubi quod sicut causa pia habetur loco hæredis, ita etiam executor operis pii, Leoncill. *de privil. pauper. privil.*139. *n.*2. & 4. & articulo discusso, ac rejectis contrarium sentientibus, Novar. *de privil. miserabil. person. privil.*110. *per tot.* Rota Bonon. penes Urceol. *post consult.*90. *n.*19. & *in rec. dec.*49. *a n.*42. *usque ad fin. part.* 12.

Quæ sane conclusio potiori jure admittenda venit, concurrentibus geminis fortissimis circumstantiis, quarum altera est, quod Joseph. testator expresse designavit bona constituenda pro dote beneficiorum erigendorum, ut liquet ex testamento; quo fit, ut monitio hæredis minime in his terminis necessaria reputetur, quandoque cum ea ad solum finem exposcatur, ut videlicet commodius exequi possit testatoris mens, & minus quam fieri valeat, hæredi, ac hæreditati damnum inferatur, ut ponderant omnes, & in-
4 gnanter Gomez. *loc. cit. tit. de legat. cap.*12. *n.*12. Barry *de success. ubi supra n.*6. *vers. & ad hoc isto casu*, Borgnin. Cavalcan. *dec. Frivizzan. p.*1. *decis.*4. *n.*7. profecto ratio ista non congruit in hac hypothesi, ex quo hæredi nullum præjudicium potest irrogari ob jam specificatam ab ipso testatore qualitatem, & quantitatem bonorum tradendorum ab executoribus, de cujus fide, & solicitudine summopere con-
5 fidit in ejus voluntatis executionem, ut prosequitur Borgn. Cavalcan. *d. dec.*40. *n.* 8. & licet testator omiserit declarare personas, per quas fieri deberet fundatio beneficiorum, nihilominus in dubio omnis ratio suadet, ut tacite facultas hæc censeatur executoribus concessa; si enim testator illos deputavit pro adimplendis operibus piis, succedit, quod voluerit, fundationem, & traditionem faciendam quoque esse ab eisdem, cum regulare sit, quod per concessionem consequentis, præsumi debeat attributum etiam antecedens
6 ad illud necessarium, ut in puncto sequendo theoricam Speculatoris *lib.* 2. *p.* 2. *vers. tale præditum de instr. edit.* totidem fere verbis arguit Ferrat. *in pract. Papien. de forma libellandi ad redden. rationem tutel. in vers. at executores ubi num.*4. *vers. aut alius est datus hæres fol. mihi* 326. & faciunt Balthassar. Thomas *d. tit.* 12. *cap.*13. *n.*170. Caprata *de execut. testam. membr.*6. *n.*86.

Cui circumstantiæ succedit altera, quod scilicet testator prius ab ipsius hæreditate segregavit bona, quæ inservire debebant pro exoptata beneficiorum fundatione, & postmodum in residuali ejus patrimonii portione hæredes vocavit, ibi: *Item assegno per eredi in questo mio ultimo testamento Pietro Alessandro, e Michele Muret &c. cioè, che adempiti li miei legati, e fondati li beneficii, & opere pie, e l'ottava, & anniversarii, e consegna de possessioni al Rettore di Aldover* (idest Petro de Friafont executori testamentario) *come ho detto, di quello verrà à restare de miei beni, è di mia volontà, che lo compartiscano facendo le parti eguali come eredi miei*: quod cum ita sit, consequitur, bona relicta pro operibus piis non esse amplius connumeranda inter effectus hæreditarios, tanquam præcedenter ab hæreditate excerpta, adeoque nullam hæredibus super illis competere facultatem, quæ arctet executores testamentarios ad illorum consensum requirendum in fundatione beneficiorum, cum super bonis ad hunc effectum legatis, non cadat eorundem institutio, ut in proximo casu tradunt Peregr. *de*
7 *fideicomm. art.*7. *n.* 44. Surd. *dec.*209. *n.* 1. Rota *decis.*340. *n.*1. & 2. *part.* 19. *rec.*

Et frustra factum prædictorum hæredum in assignatione bonorum requisitum dici valet ex eo, quod testator in po-

steriori parte testamenti, ubi facultatem dedit hæredibus dividendi residuum ejus bonorum post adimpleta legata, & opera pia, subdiderit: *E doppo la consegna de' beni al Rettore*, quasi quod hæc verba supponant eidem Rectori faciendam esse consignationem bonorum per dictos hæredes. Etenim cum antedicta verba sint impersonaliter prolata, neque directa sint ad hæredes, quos non nominavit, neque instituit in dictis bonis, non possunt juxta præordinatam testatoris voluntatem ad eosdem hæredes referri; sed magis congrue intelliguntur, vel de consignatione bonorum facienda Rectori per semetipsum, juxta facultatem eidem datam adimplendi, vel adimplere faciendi dicta opera pia, nec non accipiendi diversas pecuniarum summas ab ejus hæreditate, nulla facta mentione hæredum, de qua *in Summario Friafont, & Fontanet, n.* 1. *lit. A,* , *& C*; vel in omnem casum intelliguntur de consignatione eorundem bonorum facienda per Franciscam Fontanet uxorem ipsius testatoris, quam executricem pariter reliquit tam conjunctim, quam disjunctim cum dicto Rectore, necnon etiam usufructuariam eorundem bonorum ejus vita naturali durante, *d. Summar. n.* 1. *lit. A, & F.*

Neque ad evitandam ass. nullitatem major vis fieri poterat in eo, quod executor præmaxime læserit hæredes, ex quo pro evictione bonorum assignatorum in causam fundationis obligaverit omnia bona hæreditatis, quando ad id peragendum nullam a testatore facultatem reportaverat: quia admisso etiam, quod de jure hæreditas non teneretur pro evictione dotis, cujus constitutio incepit a tradi- 8
tione, ut respondit Rota *dec.*62. *n.*10. *part.* 11. *recent.* non inde tamen promanat, ut fundatio nulla, ac irrita dici mereatur; nam promissio evictionis tanquam indebita, & absque requisita facultate facta, vitiatur quidem, sed non vitiat actum, qui ea non obstante in ejus firmissima vali- 9
ditate debet residere.

Minusque officit altera nullitatis exceptio ex eo petita quod fundatio confirmata fuerit a Vicario Generali, qui absque speciali Episcopo mandato tali potestate non pollet, cum erectio beneficii, ex qua resultat Jurispatronatus reservatio, nonnisi ad habentem jura Episcopalia spectet, Rota *dec.*99. *n.*9. & *dec.*111. *num.*1. & 2. cor. Royas: Etenim 10
respondebant DD. præsumendum esse, Vicarium habuisse requisitum mandatum Episcopi, nedum ex subsecuta observantia fundationis bonorum resultan. ex successivis institutionibus factis ad dd. duo beneficia in Curia Episcopali, & ex possessione pacifica judicialiter adepta per dictos institutos, necnon ex literarum Apostolicarum executione super gratia pro præsentato ad unum ex dictis beneficiis demandata per executorem Apostolicum in partibus deputatum, *ut in d. Summ. n.*4. *usque ad* 9. ex quibus actibus eruitur taci-
tus, & præsumptus consensus Episcopi sufficiens ad validi- 11
tatem fundationis eorundem beneficiorum, ut dixit Rota *dec.*298. *n.*19. *p.*11. *rec.* & in Melevitana Jurispatronatus 4. Julii 1696. §. *fin.* cor. R.P.D. meo Molines: sed magis ex eo, quod hujusmodi defectus in partibus non fuit appositus ex parte hæredum, nec in actu appellationis a dicta fundatione, neque successive coram Metropolitano, qui licet sententiam tulerit pro nullitate fundationum, ex aliis tamen rationibus motus fuit, quam ex defectu facultatis Vicarii ut patet ex dicta sententia, in qua juxta morem illarum regionum adnotatæ leguntur rationes, motiva judicis, *Summario responsionis Friafont, & Fontanet num.* 1. & 2. Unde cum id evenisse censeatur ex eo, quod de facili hæc veritas detegi potuisset, objectio hujusmodi, tanquam nimis recentina, nullam promeretur animadversionem, ut alias respondit Rota in Bononien. Jurispatronatus de Ghisleriis 31. Januarii, §. *Atque solvitur*, & 22. Aprilis 1695. & in Cracovien. Parochialis 14. Maii anni præteriti, §. *Indeque* 12
facilius, coram me, & in Bononien. Immunitatis Macelli 19. Decembris ejusdem anni, §. *fin.* coram Revet. P. Dom. meo Muto.

Comprobata ergo fundationis validitate, eaque ab impacto nullitatis vitio sufficienter vindicata, in necessarium emergit consequens, primum beneficium villæ de Aldover adjudicandum esse Petro Friafont, ad cujus favorem militat geminata testatoris voluntas expressa in testamento, ac in Codicillis, quæ, ut inquit textus *in l. fideicommiss.*, §. *Item si quis*, *ff. de legat.*3. & *in l. ex facto*, *ff. de hæredib. instituendis*, in ultimis dispositionibus totum operatur, & 13
omnino pro lege observanda est: atque alterum villæ de Arnes adjudicandum foret Michaeli habenti pro se gratiam Apostolicam in omnibus coram executorem justificatam, qui cum sit præditus conjunctis qualitatibus in fundatione

requisitis, utpote Patruelis Joannis Fontanet, & ætate major, ei utique debetur prælatio in concursu Matthæi non habentis qualitates pro assequenda collatione, juxta ejusdem
14 fundationis legem a testatore desideratam, ut dixit Rota *decis. 679. n. 1.* coram Cerro, *& decis. 187. n. 2. & seq. part. 11. recent.*

Nec relevare visum fuit id, quod a scribentibus pro Matthæo replicabatur, nempe beneficium de Atnes esse eidem adjudicandum, cui assistit dispositio testamentaria, illum primum beneficiatum designans, a quo testatorem Codicillis non censetur recessisse, nisi in his rebus, quæ a priori voluntate in testamento expressa literaliter dissonant, juxta
15 responsum Scevolæ *in l. Alumna 30. §. Qui filias, ff. de adim. legatis*, quod exornant Altogtad. *contr. 31. n. 29. & seqq.* Mans. *consult. 282. n. 12.* Pinheyr. *de testam. tom. 1. disp. 2. sect. 10. p. 6. n. 487. & seq.* Unde inferebatur, quod cum in Codicillis non constet contrarium, quoad Matthæum fuisse dispositum, mansisse præsumendum sit quoad illum voluntas testatoris in præcedenti dispositione declarata, cum stare non prohibeatur id, quod oculis corporeis immutatum
16 fuisse non apparet, ut bene ratiocinatur Natta *consil. 176. num. 6. & seqq.*

Etenim argumenti robur facile eliditur, ponderando, quod idem obtinere quidem posset, quotiescunque versaremur in casu, quo inter dispositionem, & Codicillos non adesset manifesta contrarietas, atque ad invicem non adversarentur, in quibus terminis certum est, admittendam esse juridicam interpretationem, ut in quantum fieri potest, prior dispositio firma stare debeat; ac secus vero quando inter utranque dispositionem evidens intercedit discrepantia, cum tunc Codicilli a priori voluntate aberrantes immutent, ac revocent id, quod antea testator disposuerat, argu-
17 mento Text. *in l. cum proponatis 3. C. de Codicillis*, & docens Surd. *cons. 230. sub num. 18. vers. non obstat*, Simon. de Præt. *de interpr. ultim. volunt. lib. 2. interpr. 1. dubit. 1. vol. 10. n. 23. fol. mihi 99. a tergo com. 1.* Patis. *cons. 34. n. 50. & 53. lib. 2.* Mans. *consult. alt. 132. n. 33. lib. 2.* Rot. *dec. 237. n. 1.* & 2. cor. Merlin. *& dec. 247. n. 15.* coram Bichio.

In præsenti autem themate pugnare Codicillos cum dispositis in testamento indubium est, si utranque dispositionem comparemus; ut enim liquet ex recensita superius facti serie, hic non inutiliter repetenda, Juspatronatus activum beneficii erigendi in Ecclesia Parochiali villæ de Atnesio testamento reservatur Rectori, & juratis ejusdem oppidi, & in primum beneficiatum nominatur Matthæus Muret, post cujus mortem vocantur consanguinei testatoris magis idonei eligendi ad arbitrium Episcopi Derthusensis, & in deficientiam eorundem filii naturales dictæ villæ de Atnes; e converso autem in Codicillis abrogatur nominatio patronorum scripta in testamento, & Juspatronatus activum relinquitur Joanni Fontanet, & post eum illius filio majori natu, & deficientibus filiis ejusdem Joannis ad illud invitantur illius proximiores, & seniores consanguinei, quousque extent, & tandem antedictis omnibus deficientibus reservatur Rectori, & juratis dictæ villæ. Quo vero ad Juspatronatus passivum, primo nominatur Franciscus Fontanet Joannis filius, & post illum proximior, & senior consanguineus Joannis, & in defectum consanguineorum Joannis, conceditur facultas patronis nominandi filios naturales, tam villæ de Atnes, quam villæ de Aldover. Quibus dispositionibus recte perspectis, atque collatis, illico deprehenditur incompatibilitas, & irreconciliabilis repugnantia inter utranque voluntatem, quæ respectu Jurispatronatus passivi non patitur interpretationem, ut Franciscus Fontanet censeatur vocatus post mortem Matthæi Muret, cum ea nimis discreperet a literali verborum intelligentia; si enim, ut
18 legitur in Codicillis, Franciscus Fontanet esse debet primus beneficiatus, utique nullum alium ante se potest habere, Jason. *in l. rescripta n. 2 & in leg. fin. n. 3. C. si contra jus, vel util. public.* cum aliis per Barbos. *in thesaur. loc. commun. in cap. 98. axiom. 3.* Non obstante, quod testator in Codicillis ordinaverit, quod in casu vacationis beneficiatorum ea præsentarentur modo, & forma, quo in testamento mandaverat; quia id procedit respectu illius partis, in qua idem testator expresse non reformavit priorem dispositionem, non autem illius, in qua Codicilli contradicunt testamento; nam quoad istam voluntas testantis dicitur immutata, &
19 testamentum revocatum, ut firmavimus, & animadvertunt communiter scribentes *in dicta l. Alumna 30. §. qui filias, ff. de adim. legat.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Masianen. & Accien. pensionis.

Veneris 13. Januarii 1696.

ARGUMENTUM.

Si pensio reservata fuerit ad supplicationem titularis, nullam pensionarius facere tenetur probationem super valore beneficii, pro sustentanda pensione.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulari debet a jure.*
2 *Litera Apostolica justificata celerem expostulat executionem.*
3 *Valor beneficii pro sustentatione pensionis sufficienter dicitur justificatus, si pensio reservata fuerit ad supplicationem titularis, cum tunc ulterior non exigatur probatio, & n. 4. & 5.*
6 *Enunciative contra enunciantem, & successorem plenissime probant.*
7 *Verbum solvere, secum fert veram, realem, & effectivam solutionem.*
8 *Existens in mala fide nequit allegare præscriptionem, & observantiam ex cursu temporis elicitam.*
9 *Ministri Ecclesiæ non possunt efformare observantiam ipsi Ecclesiæ præjudicialem recipiendo minorem pensionem, quam debetur.*
10 *Clausula sublata, & decretum irritans, quamcunque contrariam observantiam prosternit.*
11 *Debitores summariorum cogi possunt ad solvendum, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, præscriptionibus, aliisque privilegiis in contrarium adductis.*
12 *Episcopus de jure dicitur tutor, & administrator Seminarii.*
13 *Adeout, si Seminarium aliquod præjudicium recipiat, ab Episcopo est emendandum.*

DECISIO XLIX.

Erecto in Civitate Bastiæ Marianen. Diœcesis Seminario pro educatione puerorum ad præscriptum Sacr. Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 18.* eoque carente sufficienti reditu pro alimentis dictis pueris præstandis, san. memor. Gregorius XIII. ad preces tunc temporis Episcopi, favore dicti Seminarii annuam reservavit pensionem scutorum 200 auri in auro super reditibus utriusque mensæ Episcopalis Marianen. & Accien. solvendam imposterum ab omnibus Episcopis pro tempore existentibus, prout late constat ex literis Apostolicis reservationis datis die 30. Martii 1577. *Summario utriusque partis n. 1.*

Cumque præfatam pensionem solvere recusaret modernus Reverendissimus Episcopus, hinc Consul, & Antiani dictæ Civitatis, assumpta defensione Seminarii, illum jus vocarunt cor. A. C. qui per sententiam favore dicti Seminarii pronunciavit literas Apostolicas esse exequendas, mandatumque in sequelam pro pensionibus decursis, & in futurum decurrendis relaxavit ad rationem dd. scut. 200. auri in auro quolibet anno. A quo judicato cum appellaverit præfatus Episcopus, fuit mihi per Signaturam justitiæ commissa causa cum clausula, *Parito literis arbitrio*, ad cujus normam proposito de more dubio, *An intrat arbitrium pro retardatione executionis dd. literarum?* domini unanimiter negative respondendum esse censuerunt.

Siquidem arbitrium regulari debet a jure, ad tradita per
Barbos. *claus. 10. n. 20.* Rot. *dec. 141. n. 2. p. 19. rec.* & alibi 1
passim. De jure autem quando (prout hic) literæ Apostolicæ sunt justificatæ, celerem debent obtinere executionem,
per Text. *in cap. literis de rescript. cap. Si capitulo, ibique* 2
gloss. in verb. exequatur de concess. præbend. in 6 Rot. *dec. 83. n. 2. p. 17 & dec. 541. n. 3. p. 19. rec.*

Nec de justificatione literarum quoad valorem redituum Episcopatus narratum Papæ dubitatum fuit in casu, de quo agitur: quia cum reservatio controversæ pensionis fuerit facta ad supplicationem tunc temporis Episcopi, accedente ejus expresso consensu, ut patet ex lectura ipsarum
literarum, utique dicitur justificatus valor, ad Text. *in leg.* 3
cum pretium, C. de lib. caus. Lother. *de re benefic. lib. 1. q. 38. num. 49.*

num.49. Rot. post Tondut. *de pens. dec.7. num.3. & dec.83. n.3. part.17. rec.*

Præterea domini animadverterunt, quod, cum valor ex-
pressus non fuerit præcipuum fundamentum gratiæ, utpote
non petitæ a Seminario, neque innixæ clausulæ, *Ut asseris*,
quo casu possunt procedere quæcunque allegantur in contra-
rium, sed Pontifex aliunde se moverit ad elargiendam con-
troversam pensionem eidem Seminario, juremerito vel præ-
sumendum est Papam habuisse certam notitiam valoris, vel
in omnem casum Seminarium non tenetur ad ullam verifi-
4 cationem, ad tradita per Ros. *de execut. lit. Apostol. cap.6. n.*
44. Rot. cor. Caval. *decis.533. n.5.* Adden. ad Buratt. *decis.*
621. *n.25.* præsertim quia gratia legitur munita cum præ-
gnantissimis clausulis, *sublata, decreto irritanti, & quod*
5 *nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio,
aut intentionis defectu notari possit*, quibus concurrentibus
non meretur attendi exceptio non justificationis, ex cumu-
latis per Ros. *de execut. lit. Apostol. cap.5. n.112.* Rota cor.
Caval. *dec.499. n.5.* & cor. Peuting. *dec.64. n.4.*

Nec relevat allegata ex parte Episcopi prætensa centenaria
præscriptio, ex quo per hoc temporis intervallum nunquam
fuit soluta pensio; quia visum fuit removeri objectum ex
geminis confessionibus emissis ab Episcopis pro tempore in
Sacra Congregat. Concilii occasione relationis factæ in vi-
sitatione Sacr. Liminum, altera nempe de anno 1603. & al-
tera de anno 1618. in quibus referendo statum dictæ Eccle-
siæ, ipsius valore, & onera, ingenue fatentur, Episcopatum
Marianen. ascendere ad reditum scutorum bis millium, &
quingentorum aureorum, ibi: *Redditus ad bis mille quin-
gentos aureos*, ex quo potest desumi plenissima justificatio
valoris; & successive, ibi: *Ex his solvuntur Illustrissimo
Cardinali S. Marcelli mille auri in auro, ducenti Semina-
rio*; ex quibus verbis manifeste elicita fuit destructio præ-
tensæ centenariæ non solutionis.

In nihilo relevante objecto adducto ab informantibus pro
Episcopo, quod scil. prædictæ confessiones, ut supra emissæ
ab aliis Episcopis antecessoribus, resolvantur duntaxat in
simplicem enunciativam nullum onus inducentem, & quod
verbum, *solvuntur*, non debet interpretari de vera, & effe-
ctiva solutione de præterito facta, sed potius intelligendum
sit de nuda obligatione nullum sortita effectum.

Etenim, præter quod dominis visum fuit incredibile præ-
fatos Episcopos antecessores fuisse mendaces in dictis rela-
tionibus, quas unusquisque de statu suæ Ecclesiæ tenetur
accurate facere suo debito tempore Sedi Apostolicæ, & in
d. S. Congr. Conc. maxime cum agatur de facto proprio;
etiamsi essent enunciativæ, adhuc contra enunciantes,
6 ejusque successores, constito de enunciato, probant, ad
tradita per Rot. cor. Coccin. *dec.199. n.10.*

Insuper per omnimoda eliminatione objecti dictum fuit,
quod illud verbum, *solvuntur*, emissum in dicta relatione,
nequit extra suum germanum sensum impropriari, quia
vere secum fert realem, & effectivam solutionem antece-
7 denter factam, per Text. *expressum in l. solutionis 176. de
verb. signific.* ibi: *Solutionis verbo satisfactionem omnem
accipiendam esse placet, & solvere eum dicimus, qui id fa-
cit, quod facere promisit.*

Præcipue quia dd. confessionibus, ut supra emissis, ad-
stipulatur novissima visitatio facta de anno 1686. per Reve-
rendissimum Episcopum Lunen. Sarzanen. Apostolicum vi-
sitatorem, qui comperto, quod d. pensio solvebatur Semi-
nario ad rationem scut. 200. de lib. quatuor monetæ Januæ,
sicque in diversa specie, & in minori quantitate, quam il-
la, in qua concessa fuit, per decretum expressum ordinavit,
dictum Seminarium reintegrandum esse quoad solutionem
imposterum faciendam, vel in dd. scutis 200. auri in auro,
vel in alia moneta juxta valorem dd. scutorum aureorum
tempore solutionis currentem, *Sum. Alteris n.4.*

Quæ visitatio nedum fomentum dedit ad comproban-
dam præteritam effectuationem circa solutionem contro-
versæ pensionis, verum etiam ex ea elicita fuit mala fides
moderni Episcopi adversarii, qua concurrente nequit ipse
excusari a restitutione, seu solutione pensionum jam decur-
sarum, & ab aliis in futurum decurrendis, secundum con-
8 demnationem factam ab A.C. Rot. cor. Cavaler. *dec. 91. n.
10. & dec.312. n 8. p.19. rec.*

Demum minime visa fuit obstare prætensa acquiescentia
Seminarii: quia præter quod agitur contra proprium Anti-
stitem superiorem, a quo verisimile est fuisse præstita impe-
dimenta, ne possent extrahi ex libris Episcopatus partitæ so-
lutionum præteritarum, ut insinuabant informantes pro eo-
dem Seminario; hoc unum certum est, quod ministri, &
Procurator ejusdem, sive neglexerint petere ab Episcopis
solutionem controversæ pensionis, sive illam receperint in
minori quantitate, & in diversa specie monetæ, nunquam
potuerunt præjudicare juribus dicti Seminarii, ad tradita
per Rota *dec. 430. n.4. p. 4. rec.* relat. per Card. de Luca *de
benefic. disc.89. n.17.*

Fortius, quia Seminarium fundat intentionem in literis 9
Apostolicis supra justificatis, in quibus leguntur clausulæ
prægnantes, nempe quod d. pensio nullo unquam tempore,
quavis occasione, vel causa annullari, & invalidari, &
ad minorem summam reduci valeat, juncta clausula, *subla-
ta, & decreto irritanti*, quæ prosternunt, & annichilant
quamcunque contrariam observantiam, & præscriptionem,
constituuntque Episcopum in mala fide, Posth. *de manut.
observ.46. n.5. & seq.* & Rot. apud eundem *dec.393. num.4.* 10
& 5. coram Cerro *decis.572. n.11. & 12. & in rec. dec.430.
n.2. & 9. juncto n.16. p.19.*

Quæ omnia eo libentius per dominos amplexa fuere, quia
agitur de pensione spectante ad Seminarium pro instituen-
dis pueris in disciplina Ecclesiastica, cujus principalis defen-
sio, & manutentio spectat ad proprium Ordinarium, juxta
claram dispositionem Sacri Conc. Trid. *sess.23. cap. 18. de* 11
reform. qua cavetur, debitores Seminariorum posse cogi ad
solvendum, non obstantibus quibuscunque exemptioni- 12
bus, præscriptionibus, aliisque privilegiis in contrarium
adductis; quapropter, cum Episcopus dicatur de jure tu-
tor, & administrator ejusdem Seminarii, utique si istud a-
liquod passum fuit præjudicium, debet emendari ab eodem
Episcopo, tamquam proveniens ex ejus culpa, & negligentia,
juxta censuram Text. *in l. si tutor constitutus, ff. de admin.* 13
tutor. & l. 2. C. de arbitr. tutel.

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. URSINO.

Lauden. Pensionis.

Ven. 4. Februarii 1695.

ARGUMENTUM.

Licet consensus præstitus in reservatione pensionis liberet pensionarium ab onere verificandi valorem, nihilominus quoties pensio conditionaliter fuerit reservata cum clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, consensus quamvis simplex, & effrænatus nihil operatur, juxta ea, quæ distinguendo utrunque casum notavit Card. de Luc. *in disc. 2. de pens.*

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatum, si non fuerit prosecuta appellatio infra legitima tempora.*
2 *Pensio remanet nulla in totum, si non remanent centum Rectori libera ab omni onere.*
3 *Et hæc probatio est facienda a pensionario.*
4 *Limita stante consensu tenularis, ac etiam obligatione in forma Cameræ.*
Contra, num.5.
6 *Ducatus aureus quanto valutatur.*
7 *Testis unicus contra inducentem plene probat.*
8 *Onera beneficii sunt deducenda in calculanda congrua.*
9 *Pensio est nulla in totum, nec est reducenda, si ante clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *etiamsi expressus valor deficeret in obulo, & n. 10.*

DECISIO I.

Cum hodie R.P.D. Thomas Vidonus proponeret causas restitutionis in integrum, quam sibi competere existimabat adversus sententiam A.C. Thomati latam super nullitate pensionis alias, & usque de anno 1678. ejus favore auctoritate Apostolica reservatæ in summa ducatorum 56. anni de Camera cum uno quarto alterius ducati similis super fructibus certis, & incertis Ecclesiæ Parochialis S. Zenonis Lauden. Diœcesis: illam DD. censuræ sub congruo dubio supposui; quo disceptato, cum adinventæ fuerint minoris ponderis, prodiit rescriptum, *Constare de re judicata.*

Illa namque legitime exoriebatur a memorata sententia A.C. Thomati, a qua etsi pensionarius appellaverit, causam tamen appellationis intra annum consuetam minime fuit prosecutus, cum nec intra annum consuetam citatio-

nem transmiserit ad dicen. contra commissionem, minusq; in biennio acta transportaverit, prout juris erat. Unde appellatio remansit deserta, ac in rem judicata sententia lata transivit, ex utroque capite, ut de primo testatur Rota *in*
1 *rec. p. 1. dec.* 156. *n. n.* 1. *& seqq.* & de secundo tenuit Bich. *dec.* 345. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 219. *n.* 1. *& seqq. p.* 11. *rec.*

Justitia vero laudatæ sententiæ obsistens expetitæ in integrum restitutionis satis patebat, ex quo pensio præfata in summa ducatorum 56. reservata fuit sub narrativa valoris annui Parochialis in duc. 180. auri de Camera, ac sub expressa conditione, ibi: *Dummodo ex fructibus Parochialis Ecclesiæ illam pro tempore obtinenti centum ducati aurei de Camera liberi, etiam deductis omnibus, & singul s illius oneribus, annuatim remaneant integre persolvendi*. Unde ad validandam pensionem, nedum verificari debet valor expressus, quo deficiente ruit fundamentum gratiæ, & pensio in totum annullatur, ad sensum Rotæ cor. Amat. Dunoz. *dec.* 880. *n.* 1. cor. Coccin. *dec.* 1639. *n.* 14. penes Priol.
2 *dec.* 780. *n.* 1. *& seqq.* & in Tridentina pensionis 10. Maii 1683. §. *Justitiam verò*, cor. bon. mem. Albergato; sed ul-
3 terius probare necesse est ducatos centum auri de Camera Rectori detracta pensione remanere, & hoc unum pensionario incumbit, & si agat contra eum, qui pensioni consensit, quia cum qualitas hujusmodi sit expressa per modum conditionis, consensus nonnisi conditionate præstitus censetur, ad magistralem distinctionem Rotæ in Salamantina pensionis 28. Maii 1543. coram Gipsio, quem refert, & sequitur Garz. *de benef. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 424. & comprobat Rota *decis.* 120. *& seqq. p.* 16. *rec.*

Licet namque fere indubitatum sit in jure, pensionarium relevari ab onere verificandi valorem in literis expressum per ascensum, quoties, ut in hoc casu, contendit cum titulari, qui pensioni consensit, ac in forma Cameræ sese ad solutionem obligavit, quique etiam onus probandi valorem assumpsit in se, quidquid sit, si ageretur cum successore, qui consensum non præstitisset, ut distinguendo firmavit Rota *dec.* 288. *n.* 9. *&* 10. *part.* 12. *rec.* & in Romana pensionis 5.
4 Junii 1684. §. *Demum non obstat*, coram Rev. Mediolanen. nihilominus in hac facti specie, vel pensionarius tenetur justificare ea, quæ per viam conditionis expressa leguntur in literis reservationis; nam conditiones appositę in se rapiunt, ac in propriam naturam convertunt titularis consensum,
5 ad nihilum deservit illis non verificatis, ut in simili de clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, respondendo pro nullitate pensionis, firmavit Rota *decis.* 187. *n.* 9. *& seqq. part.* 11. *recent.* & præcise favore Rectoris, qui pensioni consensit, illamque solvere promisit, assumpto quoque onere probandi valorem, eadem Rot. *in recent. dec.* 210. *n.* 7. *cum plur. seqq. p.* 16.

Vel ipse titularis, rimatis probationibus a pensionario factis, liquido ostendit valorem beneficii non ascendere ad ducatos 180. auri de Camera, ut prædictum est, per ascensum expressos, minusque sibi remanere ducatos centum similes; nam ex tenoris articulis cor. A. C. ad ejusdem pensionarii instantiam productis, quam aliis datis coram judice delegato in partibus, liquet valorem in primis fuisse articulatum in scutis 280. monetæ, & in secundis in libris Imperialibus 1700. constan. scut. 226. 66. ex quibus duabus summis neutra constituit ducatos 180. auri de Camera constantes scut. 288. monetæ Romanæ, calculando ducatum ad rationem
6 juliorum sexdecim, uti notum est, & tradit Pitth. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 7. *& seqq.* Adden. ad Burat. *dec.* 626. *n.* 8. Rota in dicta Tridentina pensionis 10. Maii 1683. §. *Non suffragante*, cor. bon. mem. Albergato.

Id ipsum evincitur ponderando depositionem unici testis ex parte pensionarii formiter examinati; nam ille narrans ascensum fructuum certorum Parochialis Ecclesię ad libras imperiales 1300. constantes, ut præfertur, scut. 200. evincit differentiam valde notabilem veri valoris ab illo in libris expresso, cui quidem testi uti a pensionario inducto contra ipsum plena fides adhibetur, juxta regulam, de qua Rota *in*
7 *rec. dec.* 348. *n.* 24. *& dec.* 394. *n.* 15. *p.* 17. & alibi millies.

Confovetur ulterius assumptum depositionibus quinque testium per titularem examinatorum, qui recensendo bona, ac redditus per singulas species, firmant annuum fructum computatis incertis ascendere ad scut. 260. quę pariter summa est valde inferior ducatis 180. per ascensum expressis, & nihilominus detrahendo etiam fuisse onera Ecclesiæ, vel in scutis triginta, ut alias censuit Rota coram Buratto
8 *decis.* 428. *num.* 7. *& decis.* 468. *num.* 1. aut saltem in scut. [illegible] uti firmavit eadem Rota *in rec. part.* 17. *decis.* 120. *n.* 22. ex irrefragabili ratione, quod in [illegible] beneficii valore deducenda sunt illius onera, cum fructus dicantur deductis oneribus, Amat. Dunoz. *dec.* 880. *num.* 6. Rot. *in rec. dec.* 41. *n.* 3. *&* 245. *n.* 10. *p.* 17. *&* 680. *num.* 5. *p.* 18. & passim alibi.

Conjunctis igitur talibus probationibus, cum liquido constet valorem beneficii esse valde inferiorem valori per ascensum narrato, non potest esse dubium, quod pensio nulla sit in totum, cum ad hunc effectum sufficiat dictum expressum valorem etiam in obulo deficere, ad hoc ut pensio corruat in totum, juxta sententiam perpetuo a nostro Sacro
Tribunali amplexam, ut late traditur *in dec.* 6. *n.* 6. *& seq.* 9
& dec. 245. *n.* 3. *& seq.* ubi etiam quod non intrat æquitas pro scata parte, sed rigor servari debet, *p.* 17. *dec.* 375. *n.* 10. *& infra p.* 19. cum aliis in Romana pensionis 25. Junii 1683. §. *Receptum est*, cor. bon. mem. Rondinino.

Prout nec dubium esse potest super ejusdem pensionis totali nullitate ob non verificatam dictam clausulam, *Dummodo remaneant ducati centum aurei annuatim Rectori*, etc.
nam cum ex eisdem probationibus pateat, nec de tempore 10
reservationis, nec in posterum centum pro Rectore remanere ab omni onere exempti, utique eadem pensio in totum corruit, ut bene advertit Rot. *dec.* 41. *n.* 6. *& seq.* & melius *dec.* 120. *n.* 25. *& seq.* ubi quod pensio est nulla in totum, & solum intrat reductio, si de tempore reservationis remanebant centum pro Rectore, & postea fructus decl[r]averunt, *& dec.* 245. *n.* 32. *& seq. p.* 17. *rec.* & cor. Bich. *dec.* 255. *n.* 28. *& seqq.*

Et ita utraque parte audita conclusum fuit in causa &c.

R. P. D. CAPRARA.

Lauden. Pensionis.

Merc. 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Enotantur eadem, quæ noscuntur decisa in superius edita decisione.

SUMMARIUM:

1 *Consensus titularis licet eximat pensionarium a probatione valoris, attamen id non procedit, quoties agatur de consensu, qui sit qualificatus a gratia in se conditionem retinente*, dummodo remaneant centum pro Rectore.
2 *Eo enim casu consensus licet effranate præstitus, conditionalis efficitur.*
3 *Valor per ascensum expressus, per pensionarium probari debet.*
4 *Valor ducati quomodo reguletur.*
5 *Procurator testificare non potest.*
6 *Et testis, qui deponit de auditu a Procuratore, non probat.*
7 *Pensionarius nedum valorem, sed etiam verificationem clausulæ*, dummodo, *copulative verificare debet.*
8 *Et si deficiat probatio in minimo, pensio corruit in totum.*
9 *Pensio reducitur, non verò rescinditur, si de tempore reservationis verificabantur ea, quæ verificari debebant, licet ex post superventa fuerit fructuum diminutio.*
10 *Causa remanet deserta, si intra annum effectu non fuerit de actis commissio, & intra biennium transportata acta.*
11 *Post rescriptum Signaturæ cum clausula*, sine præjudicio, *amplius de nullitatibus judicati agendum non est.*

DECISIO LI.

POstquam A. C. per sententiam declaravit nullam pensionem ducatorum quinquaginta sex, & unius quarti super Ecclesia Parochiali S. Zenonis ad favorem Reverendissimi Archiepiscopi Edessani reservatam, quæ transitum fecit in judicatum, & postquam eidem fuit denegata restitutio in integrum coram R. P. D. Ursino, qui pro effectu rei judicatæ expensas taxavit, fuit iterum commissa causa restitutionis in integrum R. P. D. Scotto, qui ad eruendam veritatem veri valoris expressi tertiam remissoriam con-

concessit, in cujus executionem fuit confectus novus processus remissorialis, & ad instantiam titularis mihi eidem Scotto absenti subrogato exibitus; unde hodie proposui dubium: *An constet de causis restitutionis in integrum?* ad quod fuit negative, prout in præcedenti instantia coram R. P. D. meo Ursino, responsum.

Inconcussum enim fuit apud dominos, quod licet consensus titularis regulariter eximat pensionarium a verificatione præcisa valoris, hoc tamen non procedat absolute, ubi consensus est qualificatus a conditione in litteris reservationis apposita, ut in præsenti, ibi: *Dummodo ex fructibus Parochialis Ecclesiæ illam pro tempore obtinenti centum aurei de Camera libere, etiam deductis omnibus, & singulis illius oneribus, annuatim remaneant*
1 *integre persolvendi*, quæ tantum vim habet, ut rapiat eundem consensum, & in propriam, & identificam naturam convertat, Rota in Salamantina pensionis 26. Maii 1543. cor. Gypsio, relata per Garz. *de benef. p.1. cap. 5. §.4. n.414. fol. mihi* 67. *& n.464. fol. mihi* 74. Lother. *de re benef. lib.*1. *q.* 30. *n.*45. Adden. ad Greg. *dec.* 57. Seraph. *dec.* 1017. Dunoz. jun. *dec.* 633. Bich. *dec.* 222. itaut consensus quamvis effrænate datus appareat, non dicatur tamen nisi conditionate a supradicta clausula præstitus,
2 Rota *dec.*187. *n.*9. *& seqq. part.* 11. *& dec.*140. *n.*7. *par.*16. *rec.* & in similibus dixit Rota in Calaritana pensionis 1. Decembris 1692. cor. Reverendiss. Decano; quod fuit etiam admissum in eadem decisione sub die 24. Aprilis 1695. licet ex facti circumstantiis revocatoria alterius decisionis, in quo casu pensionarius non eximitur ab onere satisfactionis valoris, Rota *dec.*380. *part.*1. *divers.* Card. Seraph. *dec.* 1017. Dunoz. jun. *dec.*633. *num.*3. Rota *dec.*306. *n.*12. *p.* 12. *rec.* ubi quod consensus non præjudicat titulari, quin ejusmodi defectum opponat. Hoc onus probandi agnovit idem pensionarius, qui proinde novos testes induxit, ex quorum discussione, ut ex revolutione processus, non solum non verificatur, quod quantitas congruæ in ducatis centum aureis in literis reservata, remaneat integraliter Parocho, sed nec verificatur valor per ascensum expressus, ut fieri debebat, Milliq. *decis.*169. *n.*11. *& seqq.* & Royas *dec.*169. *n.*7. Dunoz. jun. *dec.* 880. *n.*7. Rota in Compostellana Parochialis 2. Maii 1691. §. *Non obstat*, coram me, & in decisione die 4. Februarii 1695. in præcedenti instantia cor. R. P. D. meo Ursino emanata.

3 Ex testibus enim noviter examinatis, primus, qui est Joannes Baptista Fontana Agrimensor, fructus annuus certis redditibus computat in libris 1334. ut ex originali processu fol. 21. & fol. 22. quibus superaddidit fructus incertos, ut sunt emolumenta, quæ retrahuntur annuatim, tam ex baptismate, consistentia in sudariolo, & in eleemosyna monetæ, quæ dicitur *la parpajola*, quæ ex dicto testis non solvitur indistincte ab omnibus, quam ex matrimonio, scilicet in quadraginta solidis, & quandoque in tribus libris; & sic pro funeralibus ad rationem quatuor librarum pro infantibus, & duodecim librarum pro majoribus ætate; qua perceptione lucrorum incertorum multiplicata in tot vicibus figuratis a teste, ut ex calculo titularis dato *in Summ. n.* 3. conflatur integra summa librarum 1734. fructus incerti cumulati in totum ascendunt ad scuta ducentum, & triginta unum monetæ, qui est valor longe infra valorem centum octuaginta ducatorum in literis expressorum, qui ex notoria ratiocinatione reducti ad scuta monetæ constituunt scuta ducentum octuaginta octo, ut Pyrr. Corrad. *in prax. benef. lib.*2. *cap.*13. *n.*6. Tondut. *de pension. cap.*4. *n.*1.
4 Card. de Luc. *de pens. disc.* 33. *n.*12. Rota *dec.* 233. *num.* 17. *p.*19. *rec.* & in Romana pensionis 24. Februarii 1694. §. *Illud*, cor. R.P.D. meo Pio.

Neque potuit fieri major vis in dicto Antonii de Curte Fabri lignarii, qui fuit secundo loco examinatus: quia licet respectu fructuum certorum conveniat cum primo in libris 1300. ut ex eodem processiculo fol. mihi 30. a tergo, & fol. seq. disconveniat tamen notabiliter in fructibus incertis, & extraordinariis, quos supponit in libris 500. longe excedere libras 400. a primo teste figuratas, ut in processiculo fol. 31. ubi recensendo integros reditus, ibi: *L'entrata sarà da circa lire* 2300. *ogn'anno comprese le rendite ordinarie, e straordinarie*, concludit discrepantiam a primo in libris 500. *in circa*, respectu incertorum, & consequenter ob testium discordiam corruit probatio validitatis pensionis assumpta a pensionario, & corruit dictum secundi testis, dum refert non ex propria scientia, sed de auditu a Canonico Pasino, ut patet ex eodem processiculo fol. 31. ubi idem testis refert, ibi: *Mo l'ha detto il medesimo Canonico Pasini*; & infra interrogatus de scientia dicti, & causa scientiæ, subdit, ibi: *Lo so per informazione dal suddetto Canonico Pasini*, qui testem ad examen induxerat, & fuerat, & in hoc processu procurator specialiter constitutus ad agendum a pensionario, ut in dicto processu fol. 8. & seq. ubi judex delegatus profitetur ad confectionem hujus processus procedere, ibi: *Ad instanza del Sig. Canonico Pasini, come procuratore di Monf. Illustr. Vidoni*, & ex aliis comparitionibus factis in hoc processu per Pasinum fol. 8. ubi registratur per extensum mandatum procuræ Pasini ad hunc effectum obtentum a pensionario; & proinde sicuti Canonicus Pasinus tanquam procurator repellendus est a limine judicii, ad text. apert. *in l. mandatis*, *ff. de testib*, Vincent. de Franch. *decis.*221. *n.*1. Card. Cels. *dec.*178. *n.*4. Rota *dec.* 54. *n.* 13. *par.* 17. *&* 5
dec. 31. *n.* 12. *p.*18. *rec.* ita nulla fides danda est Antonio habenti informationem ab ipso Canonico Pasino, ne plus credatur copiæ, quam originali, ad text. *in cap. li-* 6
cet de testib. cap. fraternis. eod. tit. Rot. *dec.* 327. *n.*9. *p.*17. *& dec.* 194. *n.*18. *rec.* & in Calaritana pensionis 1. Decemb. 1692. §. *Non justificavit*, cor. R. Decano.

Probatio igitur valoris ex novo processiculo, si quæ resultat, erit in sc. 231. ex dicto primi testis, cui conformatur dictum alterius testis examinati a pensionario in vim alterius remissoriæ, ut in Summario in alia instantia dato sub die 4. Februarii 1694. cor. R. P. D. meo Ursino: & accedunt alia cor. eodem deducta.

Cæterum etiam justa hanc mensuram scut. 231. deficerent scuta quinquaginta septem ad verificandam expressionem factam per ascensum in ducatis 180. qui reducti ad scuta monetæ faciunt scuta 288. imo subducta pensione scut. 90. ab his scutis 231. non superessent pro titulari, nisi scuta 141. quæ correspondent integraliter ducatis centum libere, & integre & deductis oneribus titulari remanendis, ex clausula, *dummodo*; & tamen utrunque debebat verificari, Rota *dec.* 120. *n.* 9. *part.* 16. 7
rec. & in decisione R. P. D. Ursini, §. *Justitia*, cum tendant ad diversos fines, Bich. *dec.* 255. *n.* 9. *& dec.* 379. *n.* 5. *par.* 10. *rec.* & prædictis non verificatis defectus in minimo vitiatet pensionem in totum ratione individuitatis, Gigas *de pens. q.* 35. *n.* 2. Garz. *de benef.* p. 1. *cap.* 5. §. 8
10. *n.*476. *fol. mihi* 66. Rot. *decis.* 1720. apud Posthum. *de manutent.* Dunoz. jun. *dec.* 880. *num.* 8. Rota *dec.* 375. *n.* 8. *p.* 19. *rec.* & cum relatis in Rom. pensionis 25. Junii 1603. §. *Receptum*, cor. bon. me. Rondinino, & in dicta decisione, cor. R. P. D. Ursino, §. *Conjunctis*, cum in hac materia non admittatur reducibilitas; quidquid esset, si de tempore reservationis remansissent ducati centum, & ex post fructus Ecclesiæ remanserint diminuti, in quo casu admitteretur reductio proportionata diminutioni supervenientæ, Rot. cor. Peuting. *decis.*427. & cor. Bich. *decis.* 9
255. *n.* 28. Rot. *decis.* 306. *n.*19. *p.*10. *& dec.* 187. *n.*9. *p.*12. *& dec.* 178. *n.* 18. *& n.* 23. *& dec.* 240 *p.*12. *rec.* & in decisione R. P. D. mei Ursini, §. *fin.* & in Majoricen. pensionis 28. Martii 1689. §. *Quoniam*, cor. Rev. Decano, & in Calaritana pensionis 1. Decembris 1692. §. *Cessante*, coram eodem.

Constitit itaque de insubsistentia pensionis, & quod pensionarius intra annum a die interpositæ appellationis non citaverit ad dicendum contra commissionem, nec infra biennium transportaverit acta, causa appellationis remansit deserta, Ridolph. *part.*1. *cap.*1. *n.* 547. Rota *dec.* 356. *part.*2. *rec.* ex congestis in Ravennaten. censuum 16. Maii 1695. §. *constitit*, cor. R. P. D. meo Muto, & in decisione R. P. D. mei Ursini, §. *Illa*, & postquam Signatura Justitiæ rescripsit cum clausula *sine præjudicio*, indulgendo tantum de causis restitutionis in integrum, non fuit habenda ratio de prætensis nullitatibus, quæ tanquam insubsistentes fuerunt per supervenientiam rescripti Signaturæ obliteratæ, itaut non fuerit agendum, nisi de Justitia, vel injustitia, ut in similibus fuit dictum in Bituntina Olei 1. Julii 1693. §. *Ex mente*, cor. me.

Atque ita informante tantum titulari, sæpius tamen intimato pensionario, fuit resolutum.

R.P.D.

R. P. D. PRIOLO.

Melevitana pensionis.

Merc. 22. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Pensionarius qui semel verificavit valorem, amplius hanc probationem reiterare non debet; sed titularis illiusque successor negativam tenentur concludere, si pensionis nullitatem prætendant.

SUMMARIUM.

1 *Sententia habet pro se præsumptionem validitatis, & justitiæ.*
2 *Qui consensit reservationi pensionis, nisi doceat de errore vel fructuum diminutione, illam impugnare non potest.*
3 *Pensionarius quoties semel justificavit valorem beneficii amplius cogi non potest ad reiterandam probationem, sed titularis tenetur concludere errorem, aut probare fructuum diminutionem.*
4 *Et contrarium tantum recipitur, quatenus nunquam extiterit facta probatio.*
5 *Conclusio, de qua num. 4. procedit etiam in pensione reservata cum clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore.
6 *Pro annullanda pensione exactissimæ exiguntur probationes.*

DECISIO LII.

De Parochiali Ecclesia sub invocatione Nativitatis B. M. Virginis Casalia Naxari fuit provisus Dominicus Missud, qui illam reperiens gravatam duabus pensionibus beneficio pleno ab antecessore impositis, easdem prætendit nullas ob non justificationem literarum Apostolicarum; nihilominus pro validitate judicatum fuit, primo in partibus, deinde hic in Curia, ac tertio appellante Rectore dedi dubium, an pensiones debeantur, vel sustineantur, & DD. affirmative responderunt; quia literæ reservationis fuerunt plenissime justificatæ, & ideo omnimodam executionem exigunt; sub duplici enim conditione dictæ pensiones reservatæ fuerunt, una nempe quod valor beneficii per ascensum esset ducatorum centum sexaginta auri de Camera, & secunda, dummodo centum ducati auri de Camera liberi deductis oneribus remanerent pro Parocho, in cujus præcepti executionem pensionarii literas prædictis in partibus earum executori præsentarunt, ac citato Rectore ad dicendum contra articulos, quatuor testes optime informatos, & sacerdotes deduxerunt, qui medio juramento deposuerunt Parochialem Ecclesiam excedere annuum reditum sc. 400. monetæ Melevitanæ, itaut deductis dictis pensionibus, remanere pro Rectore duc. 100. auri liberos, & francos; & præter dignitatem sacerdotalem, quæ semper fidem depositionibus multum auget, optimam causam scientiæ reddunt; nam omnes sunt de eodem loco, & pluries sermonem habuerunt cum Rectore de proventibus dictæ Ecclesiæ, ac libros, in quibus reditus annotabantur, præ manibus habuerunt; quæ probatio cum utramque conditionem comprehendat, satis concludens visa est executori, qui præfixo novo termino Rectori ad deducendum, ac iterum citato ad sententiam pro reservatione dictarum pensionum pronunciavit, & propterea tanquam rite, & omnia recte gesta, veniunt exequenda.

Nec relevat, quod in tali judicio nunquam Rector comparuit, ex quo intrat suspicio collusionis, & maxime inter patruum & nepotes, & quando jura Ecclesiæ non fuerunt legitime defensa, nunquam possunt successoribus præjudicare.

Quoties enim sententia pronunciata est a judice, citatis interesse habentibus, est valida, & habet pro se præsumptionem justitiæ, ne sit in arbitrio alicujus impedire judicis officium, Rot. *decis.* 18. *n.* 3. *p.* 4. *com.* 2. *rec.* donec contrarium
1 probetur; sicut nec ex non comparitione Rectoris statim est supponenda fraus, sed potius veritas probationum, contra quas cum nihil haberet, quod opponeret, jure merito se abstinuit, & earum corroborationi justificatum etiam fuit, quod idem beneficium in præcedenti vacatione in majori quantitate gravatum remansit.

Prout nec defectuosæ dici possunt depositiones dd. testium, quia reditus non specificarunt, & nihil de oneribus dixerunt; nam si interrogati fuissent, fusius deposuissent, & ad satietatem crediderunt, probatos remanere reditus d. Ecclesiæ, quando dixerunt, quod deductis dictis pensionibus, remanebant pro Rectore duc. 100. liberi, & franchi, sub quibus verbis comprehendi possunt etiam onera; sed ab abundanti dictum fuit, quod talis Ecclesia nullum sustinebat onus.

Ulterius pro validitate dictarum pensionum facit etiam consensus præstitus ab eodem titulari in expeditione suarum literarum, mediante speciali mandato procuræ; & quia primum non erat sufficiens, aliud magis amplum confecit, cujus vigore in Cancellaria Apostolica promisit dictas pensiones solvere, & literas suæ provisionis obtinuit, quam obligationem non potest modo impugnare, nisi docto de errore, vel de diminutione fructuum in progressu temporis, Rota *dec.* 519. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* & *dec.* 25. *n.* 5. *p.* 8.

Neque obstat, quod talis consensus non fuerit absolute 2
præstitus, sed ad formam literarum Apostolicarum, quæ reservatio importat, quod dictæ duæ conditiones habeantur, ac si repetitæ de novo fuissent; nam hoc non fuit impugnatum neque a pensionariis, sed cum quæstio tantum esset, ad quem spectaret onus probandi valorem beneficii, omnes auctoritates allegatæ concludunt, quod quando pensionarius de tempore gratiæ justificavit suas literas, non tenetur amplius suas probationes repetere, quia esset nimis durum, eidem imponere tale onus toties, quoties beneficium vacare contigerit: sed si titularis, ea post prætendit annullare, vel diminuere pensionem, ad eundem pertinet demonstrare insubsistentiam probationum factarum, vel diminutionem redituum, ut bene Rota *decis.* 307. *per tot. p.* 13. *rec.* & 3
illæ in contrarium ponderatæ procedunt, quando pensionarius nunquam justificaverit suam gratiam, quia in tali casu semper, & quandocunque titularis potest illum obligare ad probandum valorem beneficii narratum tanquam fundamentum suæ intentionis, neque negligentia antecessoris potest præjudicare successori, ut est casus *dec.* 120. *p.* 16. & 4
dec. 41. *part.* 18. *rec.*

Nec titularis conditionem meliorem facere potest clausula *dummodo centum &c.* quia hæc quidem importat perpetuitatem favore Parochi, ut semper illi remanere debeant centum, sed non ideo transfundit onus probandi in pensionarium, quod dicta centum in quocunque tempore remaneant integra, & immunia ab omni onere, quia etiam hoc justificato a principio, tenetur Parochus in posterum concludenter probare, quod congrua illi assignata sit diminuta in totum, vel in parte, ut respondit Rota *dec.* 372. 5
n. 3. & *seq. part.* 19. *rec.*

Talis autem probatio in præsenti casu non resultat ex attestationibus nonnullorum testium exhibitis, cum sint depositiones ad perpetuam, & quod magis est, ad alium effectum procuratæ, nempe pro obtinendo beneficio absque nova impositione pensionis, prout colligitur ex combinatione temporum; istæ enim apparent confectæ sub die 21. Junii 1686. literæ vero provisionis signatæ fuerunt tantum de mense Aprilis 1687. & propterea ante consecutionem beneficii; sed hoc clarius declaravit unus ex dictis testibus, in quo casu facilius obtinentur attestationes, quia quælibet favorabilis interpretatio admitti potest, cum non agatur de præjudicio tertii, sed pro annullanda, seu diminuenda pensione requiruntur concludentissimæ probationes, & maxime in concursu aliarum pro validitate formiter factarum, Rota *dec.* 120. *n.* 3. *p.* 16. *rec.* & *dec.* 880. *n.* 4. cor. Amat. Dun. 6
quam veritatem agnovit etiam titularis expediendo literas remissoriales, sed forsan considerata difficultate se abstinuit ab illarum exhibitione, non approbando factum sui procuratoris, & sub prætextu, quod tale onus incumberet pensionariis, quod tamen ex deductis non subsistit.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Pensionis.

Lun. 16. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Exactissimæ debent esse probationes, quæ pro annullanda pensione proponuntur; quæ autem inefficaces de jure soleant reputari, in hac decisione notantur.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *PEnsio totaliter corruit, si expressio valoris non verificetur usque ad obulum.*

2 *Testi deponenti de re spectante ad ejus officium fides adhibetur.*

3 *Ad probandum errorem per eum, qui contra se retinet juris præsumptionem, & inverisimilitudinem, concludentes exiguntur probationes.*

4 *Dictio*, in circa, *apta est recipere diminutionem usque ad quartam partem.*

5 *Quandoque tamen ex facti circumstantiis, arbitrio judicis pensandis, importat argumentum usque ad quartam partem, non autem diminutionem, &* num. 6.

7 *In re notoria, & spectante ad proprium officium, quis decipi non potest.*

8 *Ex quantitate pensionis exacta argui non potest valor beneficii.*

9 *Pensionarius, qui semel beneficii valorem justificavit, amplius probationes reiterare non tenetur.*

10 *Si fructus beneficii diminuantur pro rata, reducitur pensio.*

D E C I S I O LIII.

PEnsiones beneficio pleno reservatas super Ecclesia Parochiali B. Mariæ Virginis Casalis Naxari, tanquam non justificatas, impugnavit Dominicus Missud modernus illius possessor: Et quia post duo judicata sibi contraria Rota etiam censuit, pensiones sustineri, ut videre est in decisione emanata sub die 22. Junii 1695. cor. me, totus conatus scribentium pro titulari in hodierna revisione decisionis versatus fuit super eo, quod ex probationibus deductis in actu executionis literarum Apostolicarum justificatus non remansefit valor in eisdem literis per ascensum narratus in ducatis 160. auri de Camera; idque desumebant ex eo, quod etiamsi juxta depositiones testium probaretur annuus reditus Parochialis in sc.400. monetæ illius regionis, quia tamen iste, facta valutatione cum intrinseca bonitate ducati auri de Camera, non adæquabat illius valorem, imo potius decrescebat plusquam in annuis scutis viginti monetæ; ideirco subdebatur, quod non verificato plene, & concludanter valore de tempore gratiæ, pensiones sine causa reservatæ redderentur nullæ, etiamsi defectus esset in obulo, juxta opinionem constanter amplexam in hoc Sacro Auditorio, cor. Dunoz. *dec.*88. *n.*9. *& in rec. dec.*446. *n* 6. *cum seq. p.*4. *tit.*2. *& dec.*306. *num.*1. *&* 2. *p.*10. *& dec.*178. *n.*12. *&* 13. *par.*12. *& dec.*6. *num.*9. *&* 8. *p.*17. & in Calaguritana pensionis 1. Octobris 1692. §. *sententia enim*, cor. bon. me. Emerix, & alibi sæpe.

1 Ea probationibus tamen cumulatis pro pensionariis comperta insubsistentia hujus exceptionis, DD. steterant in decisis. Apparuit siquidem ex uniformi depositione quatuor testium tunc examinatorum, reditus Ecclesiæ invariabiliter fuisse calculatos in annuis scut.400. monetæ Melevitanæ, & ex attestatione publicorum officialium constat similia sc.400. illius monetæ, facta peræquatione valoris, constituere scuta 366. & duos tertios monetæ Siciliæ; cumque istorum valor correspondeat sine cambio intrinsecæ bonitati duc.164 de Camera, tunc currentium, negari non potest, quin facta valutatione monetæ de una specie ad aliam, valor expressus in literis non remaneat abunde justificatus ex attestatione mercatorum, quibus in hac materia peræquationis, & valutationis monetarum plenissime deferendum venit; maxime quia cum unus ex illis interveniat in ratiocinationibus Datariæ, ubi reducuntur monetæ ad ducatos de Camera, & sit quoque versatissimus in foro Melitæ, videtur quasi deponere de re spectante ad suum officium, ac ei integra fides adhibeatur, ut in his terminis advertit Rot. cor. Dunoz *decis.*846. *n.*7. *& plene in rec. decis.* 315. *fere per tot. & signanter n.*6. *par.*1. & in Ferratien. pecuniaria 2. Martii 1693. §. *Ducatos vero*, cor. Rev. D. meo Decano.

2 Et quod vere valor expressus in duc.160. auri de Camera correspondeat scut.400. monetæ illius regionis, comprobatur ex facto ipsius executoris, qui cum post receptas probationes super reditibus Parochialis exequi mãdaverit literas Apostolicas, præsumendum est hoc factum fuisse, quia recognita valutatione utriusque monetæ, comperiit, utrunque correspondere in intrinseca æqoivalenti bonitate ejusdem valoris: Unde, ne judex dicatur in intelligentia rei ita notoriæ incidisse in errorem adeo crassum, requiruntur in contrarium demonstrationes clarissimæ, quæ illum penecesse concludant, ut in terminis advertit Rota in d. Ferratien. pecuniaria 2. Martii 1693. §. *resolutionibus basim cum seqq.* cor. Rev. meo Decano. 3

Tales autem non sunt probationes ex adverso deductæ; nam quatenus duo ex testibus, deponendo super fructibus Ecclesiæ, dicunt, quod illi *un'anno per l'altro ascendono à scut.*400. *in circa di moneta di rame*, nulla vis fieri potest super illa dictione *in circa*: quia licet juxta ejus naturam præseferat incertitudinem, & dubietatem super valore, itaut ista minui possit usque ad quartam partem, per ea, quæ tradit Rot. cor. Burat. *dec.*722. *n.*7. ibique Add. *& in rec. decis.* 4 2. *n.*10. *p.*17. nihilominus, quia supersunt duo alii testes, qui præcise deponunt super certo, & invariabili reditu Ecclesiæ, & in sequelam hujus judicialis depositionis subsecuta quoque fuit uniformis sententia executoris, ex his non solum remanet sublata illa incertitudo, quæ alioquin resultare potest ex illa dictione *in circa*; sed potius, attentis facti circumstantiis, juxta modum, & qualitatem subjectæ materiæ, poterit quantitas arbitrio judicis etiam ampliari usque ad quartam partem summæ principalis, ut ita non minus sustineatur gratia, quam factum executoris, ut firmat Rot. *decis.*95 *num.*12. *cum seqq. p.*16. *rec.* & in puncto in d. Ferratien. pecuniaria 2. Martii 1683. §. *circa vero ducatum*, 5 cor. Rev. D. meo Decano; concurrente præsertim expressione majoris in alia provisione hujus Parochialis facta de anno 1650. quæ coadjuta ex dispositione testium, & gravata tunc majori pensione, plene conducit ad probationem hodierni valoris, Rot. *in rec. dec.* 62. *n.*59. *cum seqq. part.* 10. *& dec.*192. *n.*2. *pariter cum seq. p.*16.

Et ita quoque insubsistens visa est probatio diminutionis 6 valoris ex eisdem testibus desumpta, nam licet ab istis regulatus fuerit valor ducati de Camera ad rationem unicæ unius, & tarenorum duorum pro quolibet ducato, & qualibet unica constituta fuerit ex Juliis 15. monetæ Romanæ, & unus julius ex duobus tarenis, itaut facta peræquatione resultet defectus in ducatis 12. auri de Camera; nihilominus, quia testes circa valutationem, & peræquationem monetæ hallucinari potuerunt super re ad eorum officium non spectante, illorum depositioni præponderare debent attestationes mercatorum in contrarium adductæ, quia isti decipi non potuerunt super re adeo notoria, & ad proprium 7 mercimonium pertinente, ut advertitur in sæpe d. Ferrat. pecuniaria 2. Martii 1663. §. *ducatus*, *& §. exhibitio vero*, cor. Rev. D. meo Decano.

Non relevante, quod juxta valorem a testibus rationatum subsecutæ quoque fuerint pensionum solutiones, quia posita illarum validitate, parum relevat, quod fuerint in excessu exactæ; nam ultra quod talis solutio fieri potuit habito respectu ad augmentum ducati de Camera secutum de mandato fa. me. Alex. VIII, adhuc tamen, si fuisset excessiva, poterat condici, tanquam indebita, maxime quia pensionarii non egerunt pro solutione pensionis in tanta quantitate, sed tantum receperunt, quod illis ultronee a titulari solvebatur; sed nullam præseferre potest dubietatem super valore, quando iste remanet aliunde ex aliis probationibus concludentissime verificatus, prout in proposito tradit Grat. *consf.*14. *n.*17. *lib.*1. & Rot. cor. Coccin. *dec.*2139. *n.*21. cum aliis adductis in sæpe laudata Ferrat. pecuniaria 2. Mar. 8 tii 1693. §. *exhibitio vero*, cor. Rev. D. meo Decano.

Et tanto magis insubsistentes apparuerunt hujusmodi probationes: quia cum super valore in literis expresso adsit sententia in judicatum transacta contra antecessorem moderni titularis, & in nova provisione fuerit per successorem, prævio speciali mandato procuratæ, præstitus absolutus consensus reservationi pensionum, remanent pensionarii liberati ab onere ulterioris probationis: quia satis est, quod valor fuerit per ipsos semel justificatus in actu executionis gratiæ, ut onus probandi contrarium transfusum deinde removeat in titularem, ut pluribus relatis advertit Rota cor. Priolo *dec.*351. *n.*1. *cum seq. & in rec. decis.* 607. *per tot. p.*13. non 9 obstante clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore*: quia cum ista præsumatur verificata de tempore gratiæ, nil aliud operatur, quam quod si per Rectorem probatum fuerit, fructus deinceps ita fuisse diminutos, ut ipse solvendo pensionem se, & onera Ecclesiæ supportare non possit, fiat locus reductionis pro modo convenientis quantitatis, ut ex Garz. *de re benef. p.*1. *cap.*5. *n.*399. *cum seqq.* cum aliis relatis, observant Barbos. *d. claus.*47. *n.*2. & Rot. cor. Bi- 10 chio *decis.*255. *n.*11. *cum seq.* & alii allegati in decisione, quæ revidetur, §. *neque obstat cum seqq.*

Et ita, prætermissa oblatione per titularem facta dimit-

tendi

tendi singulos fructus Parochialis, assignata sibi congrua ducatorum centum de Camera, quam DD. tanquam extraneam ab hoc judicio reservarunt particulari disputationi, conclusum fuit utraque &c.

R. P. D. BUBALO.

Salamantina Pensionis,

Ven. 16. Februarii 1695.

Argumentum ex summario patet.

S U M M A R I U M.

1 *PEnsio pure reservata, si Papa solvendam esse demandaverit post extinctas pensiones praeventive reservatas, quoties una extinguatur, pensio est pro rata solvenda.*

2 *Et d. casu extinctio antiquioris cedit commoda pensionarii.*

D E C I S I O LIV.

REservata fuerat annua pensio 480. ducatorum super fructibus, & distributionibus quotidianis Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Salamantinæ in favorem Rev. D. D. Francisci Sarmienti, tunc Rotæ Auditoris, nunc Episcopi Giennensis, ex causa resignationis, seu cessionis per ipsum factæ in favorem Joannis de Mendoza; & quoniam d. Canonicatus erat gravatus tribus pensionibus antiquis usque ad quantitatem 480. ducatorum, D. Franciscus supplicaverat sibi reservari d. pensionem, & quod ipse teneretur ad solutionem pensionum antiquarum; quod quidem non fuit sibi concessum, sed in clausulis supplicationis fuit appositum decretum sub his verbis, videlicet: *Et quatenus antiquæ pensiones 480. ducat. super d. Canonicatus, & Præbendæ fructibus, &c.* diversis personis reservatæ sint, desumpta pensionis reservatione pro D. Francisco, *postquam antiquæ cessaverint*. Evenit postea cessatio unius pensionis antiquæ 360. ducat. quam ad sui favorem vacasse prætendebat d. Rev. Episcopus; ideo proposui dubium, An stante d. decreto omnes pensiones antiquæ cessare debeant, ad effectum, ut data pensio dicatur reservata; an vero una cessante subin-
1 trent pensio reservata pro D. Episcopo pro illa rata, &c.

Ex his resolutum fuit, reservationem pensionis fuisse puram, effectum autem solutionis ad tempus fuisse dilatum, postquam antiquę cessaverint; & ex quibus resolvitur etiam prior difficultas: quia cum reservatio sit pura ab initio, ef-
2 fectus solutionis potest dividi, itaut una pensione cessante, subintret reservatio pro illa rata, & sic cessat in favorem secundi pensionarii, non autem titularis. Et ita, &c.

R. P. D. MOLINES.

Florentina Pensionis.

Ven. 22. Martii 1697.

A R G U M E N T U M.

Plene habetur apud Card. de Luc. *de pens. disc. 4. disc. 5. & disc. 80.* quod secunda pensio reservata absque expressione primæ corruat; hæc autem regula nedum in præsenti decisione amplectitur, sed quoque ampliatur, etiam si prima deinde extincta remaneat, secunda motu proprio extiterit reservata, illaque per plures annos exsoluta, quoties agatur in judicio petitorio, non vero in possessorio.

S U M M A R I U M.

1 *SEcunda pensio ruit, si in reservatione facta non fuerit mentio primæ existentis in suo robore validitatis.*

2 *Amplia, ut non reviviscat, etiam si prima extinguatur, & n. 3.*

4 *Amplia quoque, licet secunda pensio reservata fuisset motu proprio.*

5 *Existentia primæ pensionis quomodo probetur.*

6 *Nullitas secundæ pensionis proveniens a non facta expressione primæ salvatur, si taciturnitas non fuerit dolosa.*

Contrarium est verius, quando agitur in judicio petitorio, n. 7. 8. & 9.

10 *Ex consuetudine, & stylo Pontificis antecessoris, elicitur voluntas Pontificis successoris.*

11 *In judicio petitorio valet narratus per ascensum, & conditionis verificatio, quod centum remaneant pro Rectore, concludenter est justificanda.*

12 *Amplia, etiam si titularis consensisset pensioni reservatæ ad favorem alicujus personæ.*

D E C I S I O LV.

DEtecto onere cujusdam antiquæ pensionis sc. 40. monetæ Romanæ, qua in favorem Scarlattæ a fa. me. Clemente IX. gravata reperiebatur Parochialis Ecclesia, seu Plebania S. Cæciliæ de Decimo, Laurentius de Ventiis modernus Curatus cœpit prætendere nullitatem aliarum trium pensionum, quæ favore diversarum personarum reservatæ fuerunt de anno 1687. quo ipse provisus fuerat de d. Plebania a fa. me. Innocent. XI. & quamvis in judicio possessorio contra eum intentato a tribus posterioribus pensionariis succubuerit; nihilominus promoto postmodum ab eodem titulari contra eosdem pensionarios judicio petitorio super nullitate pensionum, favorabilem reportavit sententiam in partibus a Vicario Generali Florentino, a qua cum ad provocationem dd. pensionariorum fuerit mihi directa hujus causæ commissio, efflagitante continuo eodem titulari propositionem causæ adversus contumaciam dd. pensionariorum informare recusantium, ac dilationem petentium, dubium alias subscriptum hodie proposui: *An pensio debeatur in casu &c.* quod per Dominos negative resolutum fuit.

Stetit enim ratio decidendi in hac indubitata juris theorica, quod nunquam sustineri possit secunda pensio, quando (prout hic) reservata fuit absque explicita mentione primæ existentis in suo robore validitatis, per text. *in cap. super literis*, ibique scribentes *de rescript.* Oldr. *cons. 23. n. 4.* Cassador. *dec. 3. & 4. de pens.* Corrad. *in prax. benef. cap. 2. n. 19. lib. 5.* Tondut. *de pens. cap. 44. & q. benef. lib. 1. q. 5. cap. 7.* Parl. *de benef. q. 1. cap. 5. a num. 561.* Rot. cor. Millin. *dec. 279. n. 4.* & cor. Priol. *dec. 298. n. 1. & dec. 252. num. 1. p. 16. rec.* Quæ quidem nullitas secundæ pensionis provenit ipso jure, non autem ope exceptionis, adeo ut nec reviviscerer, etsi prima pensio cessaret, ut probat Cassador. *d. dec. 3. n. 5.* Lother. *de re benef. lib. 1. q. 38. n. 59.* Rot. *decis. 169. n. 2. p. 7. rec.* Idque procedit ex verisimili mente Pontificis, qui non præsumitur velle duplici onere gravare Ecclesiam, per text. *in c. mandatum de rescript.* Card. de Luc. *de pens. disc. 4. n. 2.* Rot. *dec. 107. n. 16. p. 10. rec.* Et quamvis secunda pensio reservata fuisset motu proprio, Tondut. *de pens. cap. 31. n. 36. & 37. & cap. 44. n. 10.* Parlad. *d. cap. 5. n. 561.* Mantic. *decis. 93. n. 1.* Rot. *d. decis. 169. n. 4. p. 7. rec.* ibique concordantes.

De existentia autem prioris pensionis, ejusque validitate dubitatum minime fuit, tum inspectis literis Apostolicis datis in *Summ. num. 1.* tum attenta actuali solutione vigore sententiæ a primo pensionario obtentæ contra ipsum titularem, quæ omnia simul juncta ad hunc effectum optime probant, ad tradita per Cardin. de Luc. *de pens. d. disc. 4. n. 5.* & dixit Rot. *dec. 739. n. 4. p. 2. rec.*

Neque postrema reservatio dd. pensionum salvari potest a patroni nullitatis vitio, quatenus a pensionariis diceretur, vel quod taciturnitas primę pensionis non fuerit dolosa ob illios ignorantiam, vel quod ipsi verisimiliter credere potuerint fuisse extinctam tanquam non exactam per plures annos, per ea, quæ tradunt Maresc. *var. resol. c. 21. n. 15. l. 1.* Gig. *de pens. q. 85. n. 4.* Rot. cor. Priol. *dec. 266. n. 22.*

Nam objectum visum fuit removeri ex illa indubitata juris conclusione, quod cum gratia dependeat a voluntate Pontificis concedentis, qua cessante, reservatio pensionis dicitur carere substantialibus, Rot. *dec. 169. n. 16. p. 7. rec.* hinc necessario sequitur, quod ignorantia primę pensionis in hoc casu non excusat secundā pensionem a nullitate resultante ob non factam mentionem primæ, ut in puncto docet Tondut. *de pens. cap. 44. n. 7.* & optime firmat Rot. *dec. 279. n. 4. p. 17. rec.* minusque præsumpta extinctio ob non factam solutionem d. primæ pensionis per plures annos suffragari potest in hoc judicio petitorio, quidquid dicendum esset in possessorio, & quando disputatur dubium, an sit locus arbitrio pro retardatione, ex distinguendo, & declarando doctrinas in objecto allegatas, relatis concordant. firmavit Rot. cor. Priol. *decis. 295. n. 11. & in d. dec. 279. n. 3. p. 13. rec.*

Nec defectus non factæ mentionis primæ pensionis visus fuit

fuit Dominis posse sanari, vel ex clausula, *dummodo rema-*
neant centum pro Rectore, vel ex aliis clausulis, ibi - *non ob-*
stantibus quibuscunque ordinationibus &c. & quacunque alia
sedis Apostolica indulgentia, contentis in literis secundæ
reservationis dd. trium pensionum. Nam cum prima censea-
tur apposita ad favorem Curati, non debet proinde in illius
odium retorqueri, ut in individuo firmavit Rot. cor. Mill.
d. dec. 279. n. 3. Secundæ vero cum sint executivæ non tol-
lunt effectum subreptionis, sed removent tantum ea, quæ
possunt obstare expressis, Gemin. *cons. 86. n. 6.* Corn. *cons.*
245. n. 6. lib. 1. punctualiter Rot. *dec. 739. n. 5. par. 2. rec.* ubi
refert commune dictum, quod hujusmodi clausulæ non
supplent defectum d. subreptionis, nec minus ampliant gra-
10 tiam reservationis pensionis, per text. *in Clem. 1. in fin. de*
praben. Vetall. *dec. 83. n. 3. p. 1.* Surd. *dec. 43. n. 17.*

Quæ omnia eo facilius amplexa fuerunt in præsenti hy-
pothesi, concurrente duplici circumstantia; altera nempe,
quod quãdo reservata fuit pensio favore Scarlatti, Summus
Pontifex Clem. IX. noluit, illam habere suum effectum, nisi
postquam extingueretur altera antiqua pensio reservata fa-
vore q. Lapi de Nicolinis, ea qua consuetudine sive stylo
non gravandi hanc Ecclesiam novis pensionibus, nisi extin-
ctis antiquis, regulanda venit voluntas Pontificis successo-
ris in posterioribus gratiis similium pensionum, ut in pro-
posito advertit Card. de Luca *de pens. disc. 12. n. 7.*

Altera est, quod posteriores pensionarii non justificave-
runt (prout supponitur) valorem Plebaniæ narratum in sc.
200. per ascensum, minusque d. clausulam, *dummodo rema-*
neant centum pro Rectore, quæ in hoc judicio petitorio pro-
moto a titulari contra dd. pensionarios concludenter ab eis-
dem justificari debent, ut distinguendo tradunt Capon. *disc.*
11 *for. 253. n. 35.* Paris. *de resign. lib. 6. q. 2. n. 25.* & pluribus
cumulatis firmat Adden. *ad dec. 261. num. 17.* ubi quod ista
12 conclusio procedit, quamvis titularia concessisset pensioni
reservatæ ad favorem alicujus personæ, Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Florentina Pensionis.

Lun. 17. Juni 1699.

ARGUMENTUM.

In disc. 4. de pens. affirmat Card. de Luca, quod secunda pensio reservata absque expressione primæ possit sustineri, si id non ex malitia pensionarii processerit; in hac vero decisione firmatur, quod opinio Cardin. de Luca possit admitti, vel quando fuit reservata secunda cum expressione primæ in minori summa, vel quando cum falsa expressione valoris concurrat bona fides impetrantis, & verisimilis mens Pontificis concedentis.

SUMMARIUM.

1 *Secunda pensio, in qua non fuit facta expressio primæ, corruit.*
2 *Limitatur, si omissio expressionis non provenerit a malitia, vel dolo.*
5 *Contrarium magis verum demonstratur*, *n. 4. & 5.*
6 *Papa non præsumitur velle Ecclesiam duplici onere gravare.*
7 *Amplia, licet in reservatione pensionis apposuerit clausulam*, dummodo remaneant centum pro Rectore.
8 *Amplia quoque non obstantibus verbis* - quibuscunque ordinationibus non resistentibus.
9 *Voluntas Pontificis successoris est regulanda juxta stylum Dataria, & consuetudinem antecessoris.*
10 *In judicio petitorio probatio valoris expressi per ascensum facienda est per pensionarium.*
11 *Et quidem concludenter.*
12 *Præsertim, si in pensionis reservatione adsit clausula*, ut asseris, & dummodo remaneant centum.
13 *Ut sustineri valeat reservatio pensionis, probatio valoris respicere debet tempus ipsius reservationis.*
14 *Pretia rerum mutantur.*
15 *Valor, si probetur per præsumptiones & conjecturas, non sufficit pro sustentatione pensionis.*
16 *Secunda pensio reservata cum expressione primæ in minori summa, potest convalidari.*
17 *Prout etiam, si falsus valor fuerit expressus, sed cum bona fide.*
18 *Secunda pensio ob non factam expressionem primæ corruit in totum.*
19 *Et convalescere non potest, licet prima extinguatur.*
20 *Non justificato valore, pensio non reducitur, sed in totum rescinditur.*

DECISIO LVI.

AMplectentes DD. fundamenta decisionis editæ cor. me
sub die 22. Martii proxime præteriti iterum censuerunt
pensiones, de quibus agitur, non sustineri.

Retenta siquidem facti serie alias exposita in decisione,
quæ revidetur, cum controversæ pensiones reservatæ fue-
rint per Summum Pontificem ad supplicationem partium,
nulla facta mentione alterius antiquæ pensionis, qua repe-
riebatur gravata Plebania, seu Parochialis Ecclesia S. Cæci-
liæ de Decimo; hinc sequitur, quod Laurentius de Ventiis
modernus Curatus in hoc judicio petitorio super nullitate
earundem pensionum fundet suam intentionem inconcus-
sa juris regula, quod semper invalida censeri debet secunda
pensio, quando apparet reservata absque explicita mentione
primæ existentis in statu validitatis, Paris. *de resign. lib. 6. q.*
2. n. 4. Lothet. *de re benef. lib. 1. q. 38. n. 58.* Rot. cor. Manric.
dec. 12. n. 3. cum aliis adductis in decisione, *que §. steris enim.*

Nec ad effectum recedendi a d. regula suffragatur secun- 1
dis pensionariis eorum prætensa ignorantia, seu bona fides,
quibus stantibus, cum ipsi prætenderent excludere quodcun-
que proprium dolum, seu malitiam in taciturnitate primæ
pensionis, hinc inferebant posse quoque sustineri secundas 2
pensiones ad ipsorum favorem reservatas, per ea, quæ tra-
dit Card. de Luca *de pens. disc. 4. n. 8.* Rot. cor. Dunoz. sen.
dec. 349. n. 13. & dec. 164. n. 4. p. 16. rec.

Quoniam hujusmodi illatio in jure visa est non subsistere; 3
nam cum in hac materia pensionum gratia dependeat tota-
liter a voluntate Sum. Pontificis, non autem ab intentione
partium, ut firmatum fuit in decisione, quæ revidetur §.
Nam objectum, est certum, quod impetrantes novas pensio-
nes, sive sciverint, sive ignoraverint antiquam, aut dolose,
aut bona fide illam non expresserint, quocunque modo hoc
secutum fuerit, nunquam sustinetur secunda pensio, non fa-
cta mentione primæ, ut ampliando regulam superius firma-
tam in puncto omissis generalibus, tradit Tondut. *d. c. 44.*
n. 7. & distinguendo firmavit Rot. *dec. 46. n. 6. 7. part. 5. rec.*

Nec obstant doctrinæ in objecto allegatæ, quia licet ali-
qualiter tangant articulum præsentis controversiæ, non
merentur tamen attendi, dum Card. de Luca *in d. disc. 4.* lo- 4
quitur sine ulla alia auctoritate, quinimo dubitative, Rot.
cor. Dunoz. sen. *in d. dec. 349. n. 13.* nihil de certo firmat,
sed videtur potius retorqueri, dum asserit nullitatem secun-
dæ pensionis esse allegandam a resignatario, non autem a
tertio, & demum Rota *in dec. 164.* incidenter materiam
tractat occasione remissoriæ, & de facto in repropositione
causæ super negotio principali decisum fuit pro nullitate
pensionis, ut videre est *in dec. 270. n. 1. par. 17. rec.*

Atque hinc superfluum visum est immorari in confutan-
dis aliis auctoritatibus generaliter loquentibus de diversis
gratiis, quæ se tenent, tam ex parte impetrantium, quam ex 5
parte Pontificis concedentis, ut explicat Fagn. *in c. super li-*
teris de rescr. nam quicquid sit, quod in illis considerari va-
leant bona, vel mala fides, scientia, vel ignorantia, ad effe-
ctum incurrendi, vel evitandi subreptionem, est certum,
quod hujusmodi generales doctrinæ visæ sunt non posse ap-
plicari in nostra hypothesi, in qua, ut dictum est, unice at-
tenditur voluntas Pontificis, qui nunquam præsumitur
velle gravare Ecclesias præsertim Curatas duplici onere,
per text. *in c. mandatum de rescript.* d. Card. de Luc. *in d. disc.* 6
4. n. 2. de pens. Rot. *dec. 17. n. 16. par. 10. rec.*

Nec pro arguenda voluntate Pontificis in nostra hypothesi
fieri potest aliquod fundamẽtum, tam in illa clausula, *dum-*
modo remaneant centum pro rectore, apposita in literis reser-
vationis secundæ pensionis, quam etiam in aliis clausulis
pariter ibidem contentis, scil. *non obstantibus quibuscunque* 7
ordinationibus, & quacunq; alia sedis Apostolica indulgen-
tia; quia iterum placuit respõsio, quod prima uti respiciens
favorem Curati, non debet in illius odium retorqueri, Graz.
de benef. p. 1. c. 5. n. 563. Rot. cor. Millino *dec. 279. n. 30.* secun-
dæ tanquã executivæ removent solũ ea, quæ possunt obstare
expressis non autem ampliant gratiam reservationis secun-
dæ pensionis nullæ ex defectu mentionis primæ, per text. *in* 8
Clem. 1. in fin. de preb. punctualiter Rot. *dec. 739. n. 5. p. 2. rec.*

Quini-

Quinimo argumétum elicitum ex verisimili mente Pontificis mirifice retorqueri visum est ex consuetudine non gravandi Parochialem, seu Plebaniam S. Cæciliæ duplici onere pensionum; dum Clemens IX. in alia reservatione facta favore Scarlatti noluit, ut gratia haberet effectum, nisi extincta altera antiquiori pensione, adeout sustineret optima conclusio, quod voluntas Pontificis successoris sit
9 regulanda juxta stylum Datariæ, & consuetudinem antecessoris, ut bene in proposito advertit Card. de Luca *de pens. disc.* 12. *n.* 7. Rot. cor. Buratt. *dec.* 510. ibique Adden. *n.* 11. & cor. Greg. *dec.* 150. ibique Adden. *n.* 10.

Ultra nullitatem controversarum pensionum resultantem ex non facta mentione primæ, de cujus validitate, & existentia satis iterum visum est constare ex datis in præterito Summ. relato in decis. quæ revidetur, *§. de existentia*, cócurrit etiam defectus probationis valoris narrati in duc. 200. per ascensum, quæ probatio nequit hodie revocari in dubium, quin facienda foret per pensionarios, cum versemur in judicio petitorio, ut distinguendo firmat Rot. cor.
10 Cerro *dec.* 183. *n.* 13. *& dec.* 216. *num.* 1. Adden. ad Buratt. *dec.* 261. *n.* 17. & quidem dictus valor narratus per ascensum importantem modum affirmativum, debebat per con-
11 cludentissimas probationes justificari, Garz. *de benef. q.* 1. *cap.* 5. *n.* 476. Rot. cor. Buratto *dec.* 437. *n.* 9. cum aliis pluribus allegatis *in d. dec.* 216. *n.* 3. *&* 4. cor. Cerro, præsertim attentis clausulis, *ut asseris*, *dummodo remaneant centum*, quarum utraque reddit gratiam conditionalem, itaut corruat illis non justificatis, ut de clausula, *ut asseris*, tradit Barbos. *in prax. exigen. pension. q.* 1. *&* 2. *n.* 5. Rota Posth. *de*
12 *manus. dec.* 316. & cor. Cerr. *d. dec.* 183. *n.* 15. & de clausula, *dummodo*, quæ requirit etiam concludentem probationem, Adden. ad Buratt. *d. dec.* 201. *sub n.* 18. Rota cor. Seraphino *dec.* 1121. *n.* 2. Adden. ad Greg. *dec.* 245. *n.* 11.

Hujusmodi autem concludens probatio minime visa est resultare ex testibus ad instantiam pensionariorum repetitis: quia omissis aliis responsionibus datis per informatores pro titulari, inspecto illorum singulari examine super interrogatoriis dato in Summar. responsionis d. Titularis *n. unico* omnes fassi sunt nescire annuos reditus dictæ Plebaniæ, & proinde, ut de se patet, nihil probant.

Absque eo, quod probatio dicti valoris valeat fomentum recipere a visitatione Ordinarii, ubi dicitur ascendere ad annua scuta 500. quia dicta visitatio tanquam peracta de anno 1636. ad nihil deservit, cum non percutiat tempus reservationis controversarum pensionum, factæ de anno 1687. quod vere est inspiciendum ad effectum justificandi
13 valorem, Oldrad. *consil.* 58. *num.* 1. Rota *dec.* 10. *de concess. prabend. in antiquis*, & cor. Seraph. *dec.* 1470. *n.* 1. & cor. Dunoz. jun. *dec.* 780. *n.* 5. & cor. Coec. *dec.* 1628. *n.* 4.

Atque hinc etiam destruitur præsumptio elicita ex eo, quod hujusmodi Ecclesia fuerit solita gravari pensione centum duc. auri de Camera, quia ultra quod non bene infertur ad probandum valorem de uno tempore ad aliud cum ex humanis vicissitudinibus pretia rerum mutentur, per
14 text *in l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* & docet quotidiana experientia; est certum, quod in hac materia valor non debet probari per præsumptiones, & conjecturas, sed per concludentissimas probationes, ut ultra doctrinas supra alle-
15 gatas firmat Rot. cor. Dunoz. jun. *d. dec.* 880. *n.* 1.

Firmata itaque nullitate controversarum pensionum, tam ex capite non factæ mentionis primæ, quam ex capite non justificati valoris expressi per ascensum, frustra prætendebant pensionarii esse saltem locum reductioni: quia quidquid sit in aliis casibus, quando nempe fuit reservata secunda pensio cum expressione primæ in minori summa, in qui-
16 bus terminis loquitur Rot. cor. Merlin. *dec.* 722. *num.* 5. vel quando cum falsa expressione valoris concurrat bona fides impetrantis, & verisimilis mens Pontificis concedentis, prout erat casus decisionis in Lucana pensionis *impressa inter rec. la* 536. *n.* 1. *&* 2. *p.* 4. *t.* 3. *rec.* cujus meminit Card. de Luca *de pens. disc.* 17. *n.* 5. est certum, quod in casu nostro non potest admitti prætensa reductio, cum controversæ pensiones sint nullæ in totum, ut ex primo capite non factæ mentionis antiquæ pensionis, in puncto dixit Rot. *dec.* 279. *n.* 11. *p.* 17. *rec.* adeout neque possent convalescere secundæ pensiones, quamvis prima extingueretur, Cassador. *dec.* 4. *n.* 5. *de pens.* Lotther. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 58. *& seqq.* Rot. *dec.* 169. *num.* 2. *par.* 17. *rec.* & de secundo ob defectum justificationis valoris, ut etiam corruat in totum pensio, novissime dixit Rota in Lauden. pensionis 4. Februar. 1695. *§. Conjunctis*, cor. Rev. meo Decano,

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Florentina Pensionis.

Veneris 24. Januarii 1698.

A R G U M E N T U M.

Secunda pensio absque expressione primæ est nulla, licet illius mentio omissa fuerit non ex dolo, & malitia, sed ex probabili, & justa ignorantia, ac beneficium capax sit utriusque pensionis, adeo Papa si primam scivisset adhuc secundam reservavisset, & declaratur Card. de Luca *in disc.* 4. *de pens.*

S U M M A R I U M.

1 *Justitia sententiæ Rotalis promanat ex decisionibus in causa editis.*
2 *Reservatio pensionis est nulla, si in ea non fuerit facta expressio, quod altera reperiebatur.*
3 *Limitatur, si mentio primæ pensionis omissa fuerit non ex dolo, & malitia, sed ex probabili, & justa ignorantia.*
Contra num. 7.
4 *Impetrans beneficium absque mentione alterius sibi absenti, & ignoranter antecedenter collati, valide agit.*
Declara num. 11.
5 *Gratia non invalidatur, quando taciturnitas veritatis provenit ex ignorantia.*
Declara, ut n. 12. 13. 14. *&* 15.
6 *Portio per aliquod tempus non exacta, præsumi potest extincta.*
8 Card. de Luc. de pension. disc. 4. n. 8. *declaratur.*
9 Rota coram Dunozett. Senior. dec. 349. num. 13. *explicatur.*
10 Rot. dec. 164. n. 3. part. 16. rec. *in quibus casibus procedat.*
16 *Reservatio secundæ pensionis absque expressione primæ est nulla, licet beneficium sit utriusque pensionis capax.*
17 *Ad cognoscendum, quæ sint illa, quibus expressis verisimiliter Papa gratiam concessisset, attenditur stylus Principis, & usus Cancellariæ, ac aliarum literarum per Principem concessarum, vel quæ solent concedi.*
18 *Reservatio secundæ pensionis non facta expressione primæ irritatur, & nec attenditur, quod Papa, si facta esset expressio, adhuc gratiam concessisset.*
19 *Voluntas Pontificis reservantis posteriores pensiones semper regulari debet juxta stylum antecessoris.*
20 *Secunda pensio præsumitur reservata super fructibus in reservatione expressis, qui si sint in minori quantitate, quam illi, quos beneficium reddit, præsumitur fuisse detractum valorem antiquæ pensionis.*
Contrarium est verius, n. 22.
21 *Onus ignoratum non præsumitur deductum.*
23 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *cum dicatur apposita favore titularis, in ejus odium retorqueri non debet.*
24 *Quæ clausulæ tollere soleant quodcunque impedimentum in extractione pensionis, licet non fuerit facta mentio alterius, quæ in beneficio reperitur imposita.* *n.* 25. *&* 26.
27 *Ad sustinendam vel irritandam pensionem ex defectu valoris, attenditur tempus, quod percutit illius reservationem.*
28 *Ad d. effectum exiguntur testes informati de bonis, & redditibus Ecclesiæ.*
29 *Ac de oneribus beneficii, atque expensis pro recollectione fructuum.*
30 *In judicio petitorio concludens exigitur probatio super valore beneficii, ut sustineri possit pensio illi reservata.*
31 *Pensio in totum annullari non debet, sed reduci in casu non factæ expressionis primæ pensionis, si mala fides deficiat.*
32 *Prout etiam in casu non expressionis veri valoris.*
33 *Contrarium in utroque casu esse verius, probatur, &* *n.* 34.

DECISIO LVII.

A Sententia R. P. D. mei Molines præviis duabus deci-
sionibus emanata, confirmatoria alterius latæ ab Or-
dinario Florentino declarantis nullam esse reservationem
arium pensionum factam de anno 1687. super Plebania S.
Cæciliæ de Decimo favore Laurentii, Benedicti, & Cosmi,
denuo provocantibus pensionariis commissa fuit mihi ap-
pellationis causa, unde consulti DD. in præsenti audientia
super dubio - *An sententia Ratalis sit confirmanda, vel in-
firmanda?* pro confirmatione responderunt,

Validitas enim non fuit controversa, & justitia satis ple-
ne resultare videbatur ex dictis duabus decisionibus in cau-
1 sa editis sub diebus 22. Martii, & 17. Junii 1697. cor. R. P. D.
meo Molines, ut respondit Rot. *dec.* 81. *n.* 6. *& decis.* 185.
n. 2. *p.* 19. *rec.* & passim alibi. Cum enim in reservatione
prædictarum pensionum non fuerit facta mentio alterius
pensionis annuæ scut. 40. monetæ Romanæ, qua benefi-
cium prædictum gravatum reperiebatur usque ab anno
1679. per fel. record. Clementem IX. favore Joannis Bapti-
stæ de Scarlattis, utique dicta reservatio nullatenus susti-
neri valet; sed est ipso jure nulla, & subreptitia, cum non
præsumatur, Papam voluisse duplici onere gravare benefi-
2 cium, Gig. *de pension. quæst.* 29. Mandos. *ad regul.* 32. *Can-
cell. quæst.* 6. *num.* 7. *& sequentibus*, Azor. *institut. moral.
part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *quæst.* 3. Leo *in Thesaur. quæst. forens.
Ecclesiastic. cap.* 22. *num.* 68. Tondut. *de pension. cap.* 44.
Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 192. Spad. *consil.*
29. *num.* 1. *lib.* 3. Capon. *discept.* 243. *n.* 28. *& discept.* 253.
cap. 2. *n.* 10. Ros. *de execut. lit. Apostolicar. part.* 1. *cap.* 4.
num. 209. Card. de Luca *de pens. disc.* 4. *&* 5. *utrobique n.* 2.
Rota coram Merlin. *decis.* 804. coram Bichio *decis.* 236.
n. 8. cor. Cerro *decis.* 201. *num.* 7. *& decision.* 250. *num.* 15.
& seq. & in rec. dec. 739. *part.* 2. *decis.* 169. *num.* 1. *& seqq.
part.* 7. *decis.* 107. *num.* 16. *p.* 10. *dec.* 379. *n.* 10. *p.* 14 *decis.*
69. *num.* 4. *& seq. & dec.* 152. *n.* 1. *p.* 16. *dec.* 279. *n.* 2. *& seq.
p.* 17. *dec.* 123. *n.* 2. *& dec.* 294. *n.* 10 *p.* 18.

Neque ad declinandam dictæ regulæ efficaciam subsistere
visæ sunt binæ limitationes per pensionarios iterum repeti-
tæ; non quidem prima, quod dicta regula non procedat,
quoties, prout in præsenti, mentio primæ pensionis omissa
fuit non ex dolo, & malitia, sed ex probabili, & justa igno-
3 rantia, per ea, quæ firmant Cardin. de Luca *de pens. disc.* 4.
num. 7. *& seq.* Rota coram Dunoaett. *decis.* 349. *num.* 13.
& in recent. decis. 162. *num.* 3. *part.* 15. exemplo impetran-
4 tis beneficium a Sede Apostolica, qui tametsi mentionem
non fecerit alterius beneficii ab ejus Episcopo sibi absenti,
& ignoranti antecedenter collati, non tamen vitiat im-
petrationem, juxta textum expressum *in cap. gratia* 7. *de
rescript. in* 6. cum regulare sit in jure, quod gratia non
invalidatur, quando taciturnitas veritatis provenit ex
ignorantia, *cap. super literis de rescript. capit. dudum, vers.
5 considerantes de praben. in* 6. Fagnan *in dicto cap. super li-
teris de rescript. a num.* 52. Rot. in Conchen. Beneficii 10.
Maii 1610 *num.* 1. coram Sacrato, impressa penes Mar-
chesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 463. *& in recent. decis.* 536.
6 *n.* 3. *part.* 1. *tom.* 3. *dec.* 310 *num.* 3. *& decis.* 419. *n.* 2. *part.* 14.
quam pensionarii in hoc casu deducere conabantur ex
eo, quod cum a principio, & per spatium decem, & septem
annorum dicta antiqua pensio nunquam fuerit exacta ex
tanti temporis lapsu juste præsumi poterat extincta, ex fir-
matis per Rotam coram Buratt. *dec.* 591. *num.* 9. ubi de solo
quinquennio, coram Priol. *decis.* 266. *n.* 22. *& in rec. dec.*
152. *num. fin. part.* 16. ubi ex solo decennio antiqua pensio
præsumebatur extincta.

Siquidem in jure receptum est, reservationem secundæ
pensionis esse nullam ob non expressionem primæ pensio-
nis, sive illius existentiam scieverit, sive ignoraverit pen-
7 sionarius, quia in hac materia non attenditur intentio par-
tium, sed voluntas Pontificis reservantis, juxta tradita in
puncto per Gambat. *de auctor. legat. lib.* 6. *titul. de pens. n.*
231. *vers. sed quid dicemus?* quem sequitur Patis. *de resign.
lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 48. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 8.
cap. 9. *q.* 3. *vers. sed dubium est*, Corrad. *prax. benef. lib.* 5.
cap. 1. *num.* 47. *vers. qui*, Tundut. *de pens. cap.* 44. *num.* 7.
Rota *in recent. dec.* 379. *n.* 4. *part.* 17. & in prima decisione
hujus causæ, §. *Nam objectum*, & in secunda, §. *Quo-
niam*. Quibus non merentur opponi doctrinæ in objecto
allegatæ, cum nulla ex illis præcise firmet hujusmodi limi-
8 tationem, ut optime ostendit secunda decisio R. P. D. mei
Molines §. *Nec obstant*. Etenim Card. de Luca *decis.* 4. *n.* 8.
idem consuluit non esse faciendam mentionem antiquæ pen-
sionis in resignatione Ecclesiæ; quia in ejusdem pensionis
translatione facta in vim indulti aderat vitium intrinsecum
annullativum actus, & translatarius spatio viginti anno-
rum nunquam illam petierat, Rota cor. Dunoz. Sen. *decis.* 9
349. *n.* 13. ultra quod loquitur in judicio manutentionis,
& in illius casu pro sanandis nullitatibus obtenta fuerat
gratia, *perinde valere*; admitti nullitatem secundæ pensio-
nis allegari posse a resignatario, & solum hujusmodi facul-
tatem negat in resignante: quia ex illius culpa contigerat
non fieri mentionem secundæ pensionis; *decis. demum* 164.
n. 3. *part.* 16. *recent.* tale quid non firmat, sed solum dicit
sufficere publicam vocem, & famam obitus primi pensiona-
rii, ad effectum obtinendi remissoriam; quinimo post com-
pletum examen proposita causa super negotio principali, 10
Rota declaravit ignorantiam antiquæ pensionis non excu-
sare a nullitate reservationis secundæ, quoties de anterio-
ri omissa fuerit mentio, *ut in dec.* 279. *n.* 4. *p.* 7. *rec.*

Indeque non obstat, quod ex dispositione text. *in capit.
gratia* 7. *de rescript. in* 6. sustineatur impetratio beneficii
obtenti sine mētione alterius ob justam ignorantiam, quod
illud fuisset absenti collatum; quoniam omissis diversis so-
lutionibus dicto textui per Doctores datis *in cap. super lite-
ris de rescript.* quas late refert Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.*
21. *num.* 60. responsum fuit, quod ideo in illo textu subre-
ptio ex causa ignorantiæ gratiam non vitiavit: quia cum
beneficium collatum fuerit absenti, & ignoranti, ante ac-
ceptationem impetrans non habebat jus in re, sed tantum 11
ad rem, *cap. si tibi absenti de prabend. in* 6. & in literis A-
postolicis fieri debet mentio duntaxat de jure quæsito, non
autem de jure ad rem, seu quærendo, *cap. si motu proprio
eodem tit. de prabend. in* 6. *Clement. gratia de rescript.* &
ita intelligendum esse dictum text. *in cap. gratia*, tenent
Mocz. ibidem Bero *in cap. super literis num.* 42. *de rescript.*
ibidemque Fagnan. *n.* 170. *vers. Doctores*, Gonzal. *in cap.
ad aures n.* 14 *eodem tit.* Sanch. *de matrim. d. di. p.* 21. *n.* 60.
Ponc. *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 36. *n.* 19. Rosa *de execut. lit.
Apostol. cap.* 5. *sub n.* 90.

Minusque urget regula, quod taciturnitas veritatis pro-
veniens ex simplicitate, vel ignorantia, non vitiet gratiam,
ex dicto *cap. super literis de rescript. cum concordan.* Tum
quia hoc non procedit, ubi gratia simpliciter pendet a vo-
luntate concedentis, & suppressio veritatis est fundamen- 12
tum, vel causa concessionis, ut in dicto *cap. super literis*,
ibi - *Si vero* - ibique Gloss. *verb. literas*, Abb. *n.* 4. *&* 6.
& Fagnan. *n.* 62. Ros. *de execut. lit. Apost. cap.* 5. *num.* 70.
& sub n. 90. Rot. *dec.* 120. *n.* 20. *part.* 17. *rec.* prout contingit
in præsenti casu, in quo, ut dictum est, attenditur sola vo-
luntas Pontificis, qui non censetur duplici onere voluisse
gravare Ecclesiam, nisi de præcedenti pensione expressa 13
facta fuerit mentio, ut præter auctoritates superius allega-
tas, sunt text. *in cap. mandatum, cap. licenti de rescript.
& in cap. duobus eodem tit. in* 6. Cassador. *dec.* 3. *n.* 4. *de pen-
sion.* Rota in Senogallien. pensionis prima Julii 1695. §. *Ex
eodem cum seq.* cor. Reverendissimo Domino meo Deca-
no, & in secunda decisione hujus causæ, §. *Atque hinc su-
perfluum*. Tum etiam, quia ignorantia, & credulitas non
excusat, quoties tacetur id, quod de jure, & de stylo Da- 14
tariæ erat exprimendum, *cap. si motu proprio de prabend. in*
6. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 201. *n.* 27. Corrad. *in prax.
dispens. lib.* 7. *cap.* 4. *n.* 52. Fagnan. *in d. cap. super literis n.*
58. *&* 69. Rosa *de execut. lit. Apostol. d. cap.* 6. *n.* 52. quem-
admodum succedit in mentione primæ pensionis, quæ de
jure, & stylo Datariæ omnino fieri debet, adeo quod ea
non facta, impetratio ipso jure sit nulla, non autem ope
exceptionis, Lother. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 59. Tondut.
de pens. dicto cap. 44. *num.* 8. *& seq.* Cassador. *decis.* 3. *& di- 15
cta decis.* 4. *utrobique num.* 5. *de pens.* Rot. *decis.* 199. *n.* 2.
part. 7. *recent.* & in prima decisione hujus causæ, §. *Stetit
enim*.

Nec valet replicatio, quod ob ignorantiam antiquæ
pensionis semper sustineatur secunda, quoties beneficium
utriusque sit capax, ad tradita per Patis. *de resignat. lib.* 6. 16
q. 2. *num.* 48. *vers. quod quidem*, Azor. *instit. moral. part.* 2.
lib. 8. *cap.* 9. *q.* 3. *vers. sed dubium est*. Quoniam admisso
etiam, quod Plebania, de qua agitur, fuisset capax utri-
usque pensionis, quod cæteroquin non subsistit in facto,
attamen sola capacitas beneficii non redderet validam re-
servationem secundæ, quia ob non mentionem primæ defi-
ceret voluntas Papæ gravandi Ecclesiam utroque onere,
ut præcise respondit Rota coram Merlin. *decis.* 804. *num.* 3.
vers. quoniam.

Non

Non item subsistere visa est secunda limitatio elicita ex
verisimili voluntate Papæ, quod etiamsi scivisset antiquam
extare pensionem, adhuc novas reservasset, tum ex stylo
Datariæ de illo tempore vigente gravandi Parochiales in ea
quantitate, quæ excedebat summam duc. centum pro con-
grua Rectoris, ad formam Sacri Concilii Tridentini *seß.*
24 de reformat. cap.13. §. Ad hæc; tum ex particulari stylo
gravandi pensionibus prædictam Parochialem, dum super
illa alias fuerunt impositæ in summa scutorum centum au-
ri, Summario pensionariorum *n.2.* cum ad cognoscendum,
quæ sint illa, quibus expressis verisimiliter Papa gratiam
concessisset, attendatur stylus Principis, & usus Cancel-
lariæ, ac aliarum literarum per Principem concessarum,
17 vel quæ solent concedi, Fagnan. *in dicto cap. literis n.57.*
in fin. vers. ad cognoscendum autem, Rota coram Celf. *dec.*
345. n.9. & 11. & in recent. decis. 536. num.6. & seqq. par.
4. tom.3. decis. 162. n.43. p.12. decis. 310. n.6. & decis. 319.
n.5. part.14.

Nam cum mentio antiquæ pensionis, ut supra firmatum
est, fieri debeat de jure, & stylo Datariæ, non attenditur,
an Papa facilius, vel difficilius concessisset, sed illius ta-
citurnitas vitiat omnino gratiam, *dicto cap. si motu pro-*
18 *prio de præbend. in 6.* Garz. *de benef. part. 8. cap. 3. sub n.*
20. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 201. num. 27. & seqq.*
Fagnan. *in dicto cap. super literis num. 58. & 69.* Add. ad
Ludovis. *decis. 150. num. 11.* Si enim subsisteret motivum
præsumptæ voluntatis Papæ, destrueretur regula, & sem-
per sustineretur secunda pensio non facta mentione primæ,
quoties beneficium esset capax utriusque gravaminis, quod
tamen nullatenus dicendum est; & multo minus in casu
præsenti; nam Pontifex Clemens IX. in reservatione pen-
sionis favore Scarlatti, licet Ecclesia tunc temporis majo-
ribus gauderet redditibus, noluit tamen illam suum conse-
qui effectum, nisi extincta fuisset alia pensio ducator. 50.
antiquitus reservata favore Lapi Nicolini; ex hujusmodi
enim consuetudine non gravandi dictam Ecclesiam novis
pensionibus, nisi extincta antiqua, nedum cessat alle-
gatus stylus illam gravandi in ea quantitate, quæ excedit
congruam Rectoris: sed etiam excluditur verisimilis vo-
luntas Pontificia reservantis posteriores pensiones, cum
illa semper regulanda sit juxta consuetudinem, & stylum
antecessoris, ut optime observant decisiones R. P. D. mei
Molines, prima nempe in §. *Quæ omnia*, & secunda in
19 §. *Nec pro arguenda*.

Quia suffragetur responsio, quod Clemens IX. ideo vo-
luerit dictam pensionem non habere effectum, nisi alia ex-
tincta, quia alias Ecclesia nimis gravata fuisset, ex quo
tunc temporis ferebat onus aliarum duarum pensionum in
summa ducatorum quadraginta trium, non autem quia
revera noluerit illam gravare in omnibus redditibus ultra
congruam Rectoris. Ultra quod enim non docetur, Pa-
pam motum fuisse ex hac ratione, sed ex eo duntaxat, quod
Ecclesia reperiebatur gravata pensione prædicta ad favo-
rem Nicolini, & quod magis est, in literis reservationis
pensionis favore Scarlatti; nec etiam constat, quod tunc
durassent binæ præallegatæ pensiones, ut in d. Summario
pensionariorum *num.1. & 2.* cessat fundamentum ex eo,
quod admissa etiam illarum duratione, adhuc ob ingen-
tem beneficii valorem de illo tempore remansissent pro
Rectore plusquam centum ducati de Camera; unde cum
hoc non obstante noluerit dictus Pontifex pensionem habe-
re effectum, nisi alia præcedenti extincta, signum evidens
est, quod voluntas Papæ non fuit gravandi Ecclesiam
usque ad congruam Rectoris.

Nec dicta verisimilis voluntas Pontificis desumi potest
ex eo, quod quemadmodum valor Plebaniæ longe excedit
summam ducator. bis centum expressam in reservatione no-
varum pensionum; ita censendum sit deductum fuisse ex
præfato valore onus antiquæ pensionis, novamque consti-
20 tutam fuisse super fructibus in reservatione expressis, juxta
firmata per Caputaquen. *decis. 311. alias 312. par. 2.* quem
sequitur Paris. *de resign. lib.6. quæst. 2. num. 59. vers. limita*
quinto. Quoniam si ignorata fuit antiqua pensio, ut suppo-
nunt informantes pro pensionariis, non potest dici expres-
sionem valoris factam fuisse, deducto illius onere, quod
21 erat ignorum, *l. manifestissimi, C. de furt.* Cost. *de fact.*
scient. & ignor. inspect. 85. n.25. part. 19. rec. & in omnem
casum cum valor taliter expressus in facto non justificetur,
cessat suppositum verisimilis mentis Pontificis, & conse-
quenter nec etiam applicatur dicta decisio Caputaquen.
cujus de cætero nulla esset habenda ratio, cum Rota ab il-
22 la videatur recessisse *in decis. 313. alias 314. d. p. 2.* coram
eodem, ut animadvertit eadem Rot. coram Merlin. *decis.*
804. num. 4.

Multoque minus Pontificis voluntas argui potest ex
clausula: *Dummodo remaneant centum pro Rectore*, in li-
teris reservationis apposita: quia cum non respiciat favo-
rem pensionariorum, sed ipsius titularis, non debet in il- 23
lius odium retorqueri, *l. quod favore, ff. de legib.* Tondut.
de pens. cap. 44. n.13. & seq. Rot. cor. Mautic. *decis. 93. n.3.*
& cor. Millin. *dec. 279.* pariter *n.3.* & firmant præcedentes
decisiones, prima scilicet in §. *Nec defectus*, & secunda
in §. *Nec pro arguenda*.

Demum nec elicitur ex alia clausula: *Non obstantibus*
Constitutionibus, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia,
per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non inser-
tam effectus gratiæ dictæ pensionis impediri valeat quomo-
dolibet, vel differri, quam tollere quodcunque impedi-
mentum, firmant in his terminis Paris. *de resign. lib.6. di-*
cta q.2. sub n.54. vers. & si aderat, Caputaquen. *decis. 96.* 24
num.8. & seqq. part.2. Nam dicta clausula licet executiva,
non tollit defectum subreptionis, sed ea tantummodo,
quæ possunt obstare expressis, Corrad. *in prax. benef. lib 5.*
cap.2. num.20. in fin. vers. verum, Rot. *decis. 739. num.4.* 25
part.2. recent. & in decisionibus hujus causæ in § *proxime*
citatis. Quibus non contradicunt Paris. & Caputaquen. in
objecto allegati, quia loquuntur in terminis, quando una
cum prædicta clausula aderat alia, *Præsens, & aliæ desu-*
per assignatæ pensiones non excedant medietatem fructuum,
qua stante, sustinetur reservatio secundæ pensionis, quam-
vis non sit facta specifica mentio antiquæ, quia tunc Pa- 26
pa saltem in genere de illa creditur cogitasse, Paris. *dicta*
q.2. n. 53. & seqq. Lotbet. *de re benefic. libr. primo, quæst.*
38. num.62. Azor. *instit. moral. part.2. lib.8. cap. 9. quæst.3.*
versic. sciendum, Tondut. *de pens. dicto cap. 44. num. 12.*
Card. de Luca *eodem tit. disc.4. num.19. & in alio tract. de*
pens. ad ornatum Constitutionis san. mem. Innocentii XI.
cap. 10. num. 11. Rota coram Vaccal. *decision. 298. num.2.*
lib. 2.

Ex his itaque cum reservatio pensionum, de quibus est
quæstio, tanquam nulla, & subreptitia ob non factam men-
tionem antecedentis pensionis nullo modo valeat sustineri,
superfluum DD. existimabant descendere ad aliam nullita-
tem premanantem ex defectu probationis valoris in ducat.
200. de Camera per assensum expressi, quam late Rota
amplexa fuerat in præcedenti instantia. Et tamen ex abun-
danti, ut pateat, reservationem prædictam esse insanabili-
ter nullam etiam ex hoc capite, transierunt pariter cum fir-
matis in decisionibus R. P. D. mei Molines, quod scilicet
dictus valor plene non justificatur per pensionarios, tum
ex eo, quod probationes non percutiunt tempus reserva- 27
tionis novarum pensionum, Lotber. *de re benefic. lib. pri-*
mo, quæst. 38. n. 69. Tondut. *de pens. cap 44. num.14.* Card.
de Luc. *eodem titul. disc. 7. num. 5. & disc. 8. pariter nu-*
mer. 5. & 7. Rot. coram Dunozett. jun. *decis. 880. num 5.*
coram Merlin. *decis. 123. & in recent. decis. 245. num. 31.*
part. 17. tum etiam quia testes per ipsos inducti igno-
rant, quæ bona, & redditus Ecclesia possideat, Rota cor. 28
Cavalcr. *dec. 383. num. 2. & in recent. dec. 680. num. 6. &*
seq. & dec. 798. num.6. par. 18. nec dedocunt onera benefi- 29
cii, minusque expensas necessarias pro recollectione fru-
ctuum, Tondut. *de pens. cap. 14. num. 14.* Palm. Nep. *alleg.*
45. n.6. Rot. cor. Greg. *dec. 147. num. 2.* cor. Cerro *dec. 115.*
n.7. & 9. cor. Dunoz. jun. *dec. 880. num. 6.* & cor. Bich. *dec.*
325. n.25. & in rec. dec. 6. n. 5. part. 17. & dec. 375 num. 25.
& seqq. part. 19. & in Calatitana pensionis 11. Januarii
1697. §. *Testes*, coram R. P. D. meo Muto; cum tamen in
hoc judicio petitorio requiratur probatio omnino perfecta
& concludens ad verificationem valoris expressi per ascen- 30
sum, & pro justificatione clausulæ, *Dummodo remaneant*
centum pro Rectore, Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num.*
473. & 475. & sequent. Lotber. *de re benef. lib. 1. q.43. n.1.*
& 4. Tondut. *de pens. dicto cap. 14. num. 1. 11. & seq.* Rota
cor. Cerr. *dec. 578. n. 4.* coram Peuting. *decis. 427. & in rec.*
decis. 7. n. 6. part. 17. dec. 680. n. 24. p. 18. dec. 385. n. 1. & 19.
p. 19. & in dicta Calatatina pensionis §. *inevitabiliter*, &
similiter in prima decisione hujus causæ §. *final.* & in se-
cunda §. *ultra nullitatem*.

Non relevante, quod ubi cessat suspicio doli, quamvis
non sit facta mentio antiquæ pensionis, & ubi expressus
non sit verus valor, dictæ pensiones debeant proportiona-
biliter reduci, ut in casu non factæ mentionis primæ pen- 31
sionibus bona fide, tenet Card. de Luc. *de pens. disc. 4. n.8.*
in fine, & in caso non expressionis veri valoris, movet ipse-
met

met de Luc. *d. disc.* 4. *n.* 6. *& disc.* 12. *n.* 5. Rot. *decis.* 536. *n.* 1. *& seq. p.* 4. *tom.* 3. Quia placuit DD. responsio data in ultima decisione hujus causæ §. *fin.* quod cum memoratæ pensiones in utroque casu sint nullæ ipso jure in totum, non valeant ullo modo reduci ad tertiam valoris beneficii, ut in terminis nullitatis ob non expressam antecedentem pensionem, firmant in puncto Tondut. *de pension. d. cap.* 44. *n.* 11. Jul. Capon. *discept.* 253. *n.* 11. *&* 47. Rot. cor. Merl. *decis.* 728. *n.* 4. *& in rec. dec.* 279. *n.* 15. *p.* 17. & in terminis alterius nullitatis ob non justificationem per ascensum expressi, Card. de Luca *de pens. disc.* 6. *n.* 12. *& disc.* 12. *n.* 3. Tondut. *in eodem tract. cap.* 15. *n.* 5. *& seq.* Fagnan. *in cap. ad hoc n.* 29. *de celat.* Rota *decis.* 169. *n.* 18. *& seq. p.* 7. *dec.* 187. *n.* 34. *&* 36. *p.* 11. *decis.* 152. *n.* 11. *p.* 16. *dec.* 180. *n.* 25. *& seqq. & dec.* 245. *n.* 32. *par.* 17. & in Calaritana Pensionis 1. Decembris 1691. §. *cessante igitur*, *& seq.* cor. bon. mem. Emerix.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. URSINO.

Senogallien. Pensionis.

Ven. 1. *Julii* 1695.

ARGUMENTUM.

Nullitas secundæ pensionis ob non factam mentionem primæ existimavit Card. de Luca *de pens. disc.* 4. quod obesse non posset, si probaretur, quod titularis scientiam habebat de prima, & adhuc in secunda consensit; minus tamen veram esse hanc doctrinam, in ista decisione affirmatur.

SUMMARIUM.

1 V*Alor, atque verificatio clausula, dummodo, probari debet per pensionarium, licet iste reservationi consenserit.*

2 *Differt expressio valoris per non excessum a narrativa facta per ascensum.*

3 *Si non verificetur clausula*, dummodo, *inserta in reservatione pensionis, dicitur fraudata voluntas Papæ, & pensio atque ab initio habetur pro infecta.*

4 *Reservatio secundæ pensionis absque expressione primæ corruit, & n.* 5.

6 *Limita, si titularis consensum præstiterit, non obstante scientia primæ pensionis.*

7 *Contrarium esse verius demonstratur, & n.* 8.

9 *Negligentia expeditionerii in non exprimendo ea, quæ in mandato continentur, principali non præjudicat, declara, & n.* 10.

11 *Dolus est concludentissime probandus.*

12 *Denegatur manutentio in judicio plenario, si illa unice pendeat ab executione literarum, quæ patent inexigibiles.*

DECISIO LVIII.

Literas Apostolicas reservationis geminarum pensionum super Parochiali Ecclesia SS. Gaudentii Castri Murri Senogallien. Diœcesis, obtentas a Vincentio, & Petro de Ursinis, causa, & intuitu resignationis ejusdem met Parochialis expletæ a Thoma Ursino eorum patruo ad commodum Pauli Æmilii Bettii, impugnare satagens postremus hic resignatarius, postquam a Judice ab A. C. deputato in prima instantia favorabile reportaverit judicatum, hodie coram me in gradu appellationis disputati obtinuit dubium, *An literæ Apostolicæ sint exequendæ, & pro effectu executionis sit danda manutentio?* Et cum dispunctis iis, quæ proponebantur, visæ fuerint dd. literæ Apostolicæ non solum minus justificatæ, sed etiam subreptitiæ, non hæsitarunt rescribere, *Literas Apostolicas non esse exequendas.*

Justificatio nanque removebatur, ex quo pensiones controversæ reservatæ fuerunt sub duplici conditionali; altera valoris Plebaniæ per ascensum ad duc. 130. auri de Camera; secunda vero reservationis ex illis centum liberorum pro Rectore, & quidem prægnantissimis verbis, ibi, *Et dummodo de fructibus dictæ Ecclesiæ illius Rectori pro tempore existen. duc.* 100. *auri de Camera liberi, & deductis omnibus illius oneribus annuatim remaneant persolvendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium reservamus*, Et tamen

neutra ex conditionibus apparet verificata, quando tamen hoc onus de jure incumbit pensionario in quocunq; judicio etiam adversus illum, qui pensioni consensit, ac ad solutionem se adstrinxit: quia consensus semper præstitus censetur sub eadem conditione, quam habet gratia, cui accedit, adeo ut conditione non verificata, consensus nil operetur, cum nunquam extendi valeat ultra formam reservationis, ut hisce formalibus verbis respondit Rot. cor. Bich. *decis.* 221. *n.* 1. 2. *&* 3. & dixerunt Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 3. §. 4. *sub num.* 164. *vers. Quia ille consensus*, Card. de Luca *de pens. disc.* 2. *n.* 5. Rot. cor. Seraph. *decis.* 1017. *sub num.* 3. *vers. Secus si sit conditionalis*, *& magistraliter in rec. dec.* 187. *n.* 9. *cum seqq. p.* 11. cum aliis in Calaritana Pensionis 1. Decembris 1691. §. *Neque ad relevandum*, cor. Rever. D. mea Emerix Decano.

Nec pro verificatione valoris deservit consimilis expressio facta a Betto in literis resignationis; tum quia cum illa 2
facta fuerit per non excessum, multum differt a narrativa facta per ascensum in reservatione pensionis; ideoque ab una nihil valet inferri ad aliam; tum, & fortius, quia cardo causæ non stat tantum in deficientia probationis valoris, sed in reservatione centum ducatorum de Camera pro Rectore apposita, ac præservata per strictissimam conditionalem, quando tamen nec minimum ad id illatum fuit documentum; imo nec afferri posse patebat: quia supposita etiam legitima, ac valida expressione in duc. 130. cum beneficium gravatum reperiretur antiquis pensionibus ad commodum R. P. D. Piccolominei, ac Philippi Marroni, in scut. 47. monetæ, si his jungantur alia scut. 40. pensionum, de quibus res est, facili arithmetico calculo liquebit, pro Rectore solos duc. 78. remanere, & non centum; ideoque dignoscitur fraudata voluntas Papæ reservantis, ac ab initio ex tali defectu pensio dicitur irrita in radice, & infecta, ut plene per Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 146 Rot. cor. Merlin. *decis.*
728. *n.* 8. *&* 9. *& in rec. dec.* 375. *n.* 7. *cum seq. p.* 19. 3

Ex eodem autem fonte promanat subreptio notata in literis, quia antiquarum pensionum, de quibus nuper diximus, nulla in eis fuit facta mentio, a qua taciturnitate oritur subreptio irritans novas pensiones super impositas, ad
tradita per Fagn. *in cap. super literis n.* 73. *de rescript.* Rot. 4
coram Merlin. *dec.* 11. *n.* 3. & coram Millino *dec.* 279. *n.* 4. & in citata Calaritana Pensionis, §. *Nec demum turbat*, coram Reverendissimo Decano. Et ratio est evidens: quia cum non præsumatur, Papam voluisse duplici onere Plebaniam prægravare, si ei narrata fuisset antiquæ pensionis existentia, novam gratiam vel minime concessisset, vel difficilius, quæ sunt vulgata extrema subreptionis in his præcisis terminis expressa a Soccin. sen. *cons.* 260. *n.* 8. *lib.* 2.
plene Camerat. *resp.* 10. *n.* 36. *lib.* 1. Rota coram Cassador. 5
dec. 3. *n.* 1. *cum seqq. de pens.* & cor. Mantic. *decis.* 93. *n.* 1. & penes Merlin. *dec.* 722. *n.* 1. *cum seq. & in rec. dec.* 739. *n.* 1. *p.* 2. *& dec.* 107. *n.* 15. *&* 16. *part.* 10. *rec.*

Nec urget, resignatarium præcisam, & individualem scientiam habuisse antiquarum pensionum, ac ex minime obstante consensum præstitisse reservationi, quæ idcirco ex hoc capite redargui non valeat de nullitate, ad sensum
Card. de Luc. *de pensionibus disc.* 46. *&* 10. & Rota coram 6
Rembold. *decis.* 445. *numer.* 5. Nam in hac materia non spectatur præjudicium titularis, quod unice supplere valet ejus scientia, sed voluntas, & intentio Papæ, quæ unice dat robur reservationi, quæ in consequens validari non potest a scientia partium, data ignorantia in Papa reservante, cui idcirco de jure narrari debent omnia, & singula onera beneficio annexa, ut in individuo Mandos. *ad regul. Cancell. regul.* 33. *quæst.* 6. *num.* 7. *&* 8. Tondut. *de pension. cap.* 44. *n.* 7. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 58. & Camerat. *resp.* 10. *n.* 36. Ventrigl. *in praxi part.* 2. *de pens. adnotat.* 11. §. 1. *num.* 36. *in fine*, ubi testatur ita decisum
per Rot. coram Accorambono *decis.* 15. incipien. licet resi- 7
gnans, quidquid dicat Card. de Luca in terminis diversis regressus, qui non nititur valido fundamento, cum se fundet in authoritate Lapi, & Cassador. *dec.* 3. *&* 4. quæ nullatenus firmant assumptum, cum de cætero Rot. coram Rembold. summis labiis materiam attingat, ac solum per-
functorie loquatur in circumstantiis summopere a nostra 8
hypothesi disparatis.

Minusque relevat, in mandato procuræ ad resignandum explicitam mentionem factam fuisse antiquarum pensionum, quæ si ex post in supplicatione reticitæ fuerunt Pontifici, id irrepsisse dicatur ex errore expeditionerii negligentis fines mandati, qui nequeat principali præjudicium inferre, ad firmata per Rot. *dec.* 270 *n.* 5. *post* a. *vol. cons.* Farin.

dec. 536. *n.* 26. *& seq. p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 310. *n.* 4. *& decis.* 319. *num.* 3. *p.* 14. *rec.* Quia id locum sibi vindicat tantum, vel quando gratia non est alteri præjudicialis, vel quoties principales literis usi non fuerunt in judicio, & re integra correctionem expetierunt, ita ut cesset omnis suspicio fraudis, & doli & isti sunt termini authoritatum in objecto laudatarum: secus tamen est, quando gratia tertio præjudicat, &
10 literæ sic vitiatæ fuerunt in judicio pro fundamento intentionis productæ; nam hoc casu ne aperiatur via fraudibus, allegata excusatio non admittitur, cum a productione, & usu literarum inducta dicatur illarum ratificatio cum omnibus qualitatibus, & vitiis in eis contentis, ut advertit Ros. *de execut. literarum Apostol. c.* 5. *n.* 105. & magistraliter Rot. *in rec. dec.* 21. *n.* 7. *& seq. p.* 21. *& signanter n.* 1. *et* 16.

Demum nec juvit allegare dolum, & malitiam resignatarii, qui præsens in Curia curaverit malam hanc expressionem fieri ob rentu irritandæ pensionis; nam materia hæc objectiva, & sapiens delictum, exposcit exquisitissimas probationes, quæ hodie allatæ non fuerunt, cum de cætero præsumptio stet in contrarium, & circumstantiæ in idem colliment, cum expeditionarius fuerit ignotus resignatario, & res apparerent gestæ cum candore, & sinceritate,
11 ad quam excludendam afferenda sunt documenta concludentia, *ut in dec.* 165. *n.* 12. *p.* 11. *rec.*

Data igitur ex his inexequibilitate literarum, non potuit concedi manutentio expetita, quia cum illa in hoc judicio plenario unice pendeat ab executione literarum, una
12 exclusa, altera in consequentiam cessat, juxta deducta in proposito *in dec.* 56. *n.* 1. *&* 2. *p.* 8. *rec.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. F L O R E Z.

Romana Pensionis.

Lunæ 4. Julii 1684.

A R G U M E N T U M.

An valor extrinsecus monetæ habendus sit in consideratione pro regulando valore beneficii, quæque expensæ, & onera ad hunc effectum soleant ex fructibus detrahi, ad materiam *disc.* 8. *& disc.* 35. *de pens.* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *OB novum factum, novum debet mutari consilium.*
2 *Ad effectum probandi valorem pro sustentatione pensionis sufficit probare reditus quinque annorum ante, & post reservatam pensionem.*
3 *Ducatus aureus de Camera calculatur in juliis sexdecim.*
4 *Scutum aureum ante Pontificatum Alexandri VIII. non excedebat valorem juliorum 15.*
5 *Id quod solvitur pro habendo scuto auree, nequaquam habetur in consideratione pro diminuendo valore expresso in reservatione pensionis.*
6 *Onera variabilia, & voluntaria, non minuunt valorem beneficii in præjudicium pensionarii.*
7 *Inter hæc onera, quæ pensionario non præjudicant, enumerantur expensæ pro reparatione, & melioratione, sive domorum, sive bonorum Ecclesiæ.*
8 *Rursus expensæ, quæ fiunt pro reparatione ipsius Ecclesiæ.*
9 *Item expensa pro litibus, & salariis Procuratorum.*
10 *Et demum recognitiones, & strenæ, quæ vulgo mancie appellantur.*
11 *Testi deponenti de re verisimili, consueta, & modici momenti, est deferendum.*
12 *Decimæ, quæ temporaliter, & accidentaliter solvuntur, non diminuunt valorem beneficii.*
13 *Partita per Notarium extracta, plene probant.*

D E C I S I O LIX.

1 EX novo facto novum quoque consilium emergere edocet ratio, & inquit Text. *in l.* 1. *de ventr. inspic.* hinc mutata in causa facti specie quoad suppositam non justificationem valoris Archipresbyteratus S. Mariæ in Cosmedin, quem Leonardus pensionarius expressit in annuis duc. 225. auri de Camera, merito a præteritis resolutionibus approbatis cor. me dicta. Februarii nuper elapsi Domini recedendum censuerunt.

Omissis quippe juris articulis hucusq; in præfatis disputationibus acerrime discussis, animadversum fuit, prædictum valorem optime justificatum remanere, ex quo habita ratione integri decennii, nimirum quinque annis ante,
& aliis quinque post reservationem pensionis, juxta praxim, quam ad effectum, de quo agitur, observat Rota, 2
ut *in dec.* 745. *n.* 1. *& seq. part.* 18. *& dec.* 275. *n.* 9. *&* 10. *par.* 19. *rec.* partitæ reddituum Archipresbyteratus, quæ supponebantur non excedere scuta 1799. 54. hodie ex aliis partitis recenter extractis patet, has cum aliis prædictis insimul coacervatas, constare nedum sufficientem, verum etiam summam valde excedentem valorem, ut supra, narratum.

Quandoquidem firmando præcisam quantitatem supradicti valoris expressi, Domini præmittebant, eam non excedere summam annuorum scut. 200. monetæ currentis in integro decennio, constituentium scuta 2000. dicebant
enim, valorem ducati aurei de Camera calculandum esse 3
in juliis sexdecim pro quolibet ducato, quia constituitur ex uno scuto auri in auro, & ab uno julio, Gret. *discept.*
417. *num.* 16. Gemmin. *de indult. Card. in* §. *Regularia n.* 84. 4
scutum autem aureum, secundum suum valorem intrinsecum, non excedit valorem juliorum quindecim, ut testantur expeditionarii practici Datariæ, & Cancellariæ, & sæpius dixit Rota, & signanter *in decis.* 500. *sub n.* 3. *&* 3. *par.* 14. *ac decis.* 133. *n.* 7. *part.* 19. *rec.* Et licet ex particulari usu negotiatorum ita permisso ratione parvitatis, seu defectus monetarum auri, pro quolibet scuto auri in auro exigi soleat aliquid plus, quod vocant agium, consistens in quarta parte, & quandoque in medietate julii, proportionabiliter ad majorem, vel minorem copiam istarum monetarum auri, ut bene concludit fides ab ipsomet Abbate Piazza exhibita; id tamen non immutat valorem intrinsecum dictæ monetæ, sed referendum esse ad lucrum mere extrinsecum illius, qui loco exigendi scutum auri in auro, pro quo jus
habet fundatum in obligatione debitoris, contentus est illius pretium recipere, ita tamen, ut juxta currentem stylum, & æstimationem, possit, si velit, cum eadem moneta ab altero scutum auri in auro sibi comparare, prout accidit in præteritis solutionibus controversæ pensionis, & pluribus relatis testeckit Rota *dec.* 139. *n.* 1. cor. Dunozett. sen. & Adden. ad Butatt. *decis.* 626. *n.* 7. 5

His vero circa quantitatem narrati valoris ita prænotatis, illius justificatio optime desumitur ex eo, quia, ut superius innuimus, redditus integri decennii desumptus ex libris repartitionum Capituli, & productus ab ipsomet Abbate Piazza, non controvertitur, nec impugnari potest in scut. 1799. 54. Verum quia partitæ ex dd. libris repartitionum extractæ dignoscuntur detractis prius oneribus Capitularibus mere temporalibus, voluntariis, & variabili-
bus, quæ licet repartiri soleant inter Canonicos, qui illas 6
conferunt, nihilominus non minuunt valorem Beneficii in præjudicium pensionarii, respectu cujus attenduntur solum onera certa, necessaria, & perpetua, Tondut. *de pens. qu.* 14. *n.* 23. Rota *decis.* 188. *n.* 9. *part.* 18. *rec.* coram Butait. *dec.* 418. *n.* 1. *& seq.* coram Merlin. *dec.* 587. *n.* 71. *& decis.* 608. *n.* 5 *&* 6. & coram Bich. *decis.* 86. *n.* 18. inde patet, dictæ summæ scut. 1799. 54. primo addendam esse partitam scut. 79. 99. quæ est decima pars spectans ad Archipresbyterum ex scutis 759. 85. ad quæ (computato duntaxat cursu octo annorum, pro quibus tantum fuit facta extractio, cum pro aliis duobus annis fieri non potuerit, ex quo libri horum duorum annorum non erant penes Secretarium, sed penes Camerarium absentem) ascendunt omnes partitæ hujusmodi onerum variabilium, & incertorum, quales sunt expensæ pro reparatione, & melioratione, sive do-
morum, sive aliorum bonorum Capituli, ut ad hunc ip- 7
sum effectum, de quo loquitur, dixit Rota *d. dec.* 808. *n.* 6. coram Merlin. *& dicta decis.* 213. *n.* 31. coram Bichio,
& in fortioribus terminis, loquendo de expensis factis pro 8
reparatione Ecclesiæ, eadem Rota *in recent. decis.* 158. *n.*
20. *part.* 1. itidem expensæ pro litibus, & salariis procura- 9
torum, Cavaler. *decis.* 462. *n.* 1. & coram Bichio *decis.* 80.
num. 14. *& decis.* 215. *num.* 28. *& dec.* 188. *n.* 8. *part.* 18. *rec.* 10
ac demum recognitiones, & strenæ, quas mancias vulgus appellat, de quibus, ut diximus in proposito uti mere arbitrariis, ac voluntariis, nulla videtur habenda ratio, Rot. coram Cavaler. *dd. dec.* 462. *n.* 2. *in fine* & coram Butatt. *dec.* 4. 8. *n. in fine.*

Secundo loco addenda pariter visa fuit partita annuorum

rum

rum scut. 8. provenientium ex præbenda Archipresbyteratui annexa, quæ calculata pro decem annis constituit summam scut. 80. & probatur ex libro Capituli, quem nuncupant rubrum.

Tertio, calculari meretur partita quindenniorum in
10 eodem decennio exactorum in scuto uno, & obolis 20.

Quarto, nec omittenda videntur scuta sex pro valore casei, quem singulis annis Archipresbytero elargiuntur affictuarii herbarum, ut testantur tres Canonici ejusdem
11 Ecclesiæ, quibus uti deponentibus de re verisimili, confecta, & tam modici momenti, omnino deferendum dictum fuit, ad tradita per Escobar. *de ratiocin. cap.* 10. *n.* 58. *&* 59. Rota in Romana Pensionis 5. Julii 1684. §. *Quaeconfessio in fine*, cor. R. P. D. meo Caccia.

Quinto demum, his etiam cumulare placuit partitam decimarum a Capitulo solutarum, quæ proportione tangente ad Archipresbyterum in totum constant scuta 51,71. ex harum siquidem solutione, tanquam temporali, & accidentali, non minui valorem beneficii, sed in eo computandas,
12 ad hoc, ut verificatus dicatur valor in certa summa narratus, dixit Rota d. dec. 238. n. 20. p. 1. rec. quam sequitur Buratt. d. dec. 418. n. 4. *&* dec. 158. n. 9. cor. Eminentiss. Cerro.

Ex his igitur solis partitis constantibus summam scut.
13 20. 14. 44. abunde justificata dignoscitur expressio valoris narrati; & tamen non deficiunt aliæ plures certius adhuc, ac majorem probantes excessivitatem redituum Archipresbyteratus, ultra summam Pontifici expressam, cujusmodi sunt illæ, quæ pertinent ad Capitula, Missas Canonicales, Processiones, legatum Castellini, expositionem Sanctissimæ Eucharistiæ, & ceram distribui solitam, quæ per extensum referuntur *in Summ. Leonardi n.* 2. & tanquam per
14 Notarium Rotalem extractæ a libris Capitularibus, & productæ, optime probant ad effectum, de quo loquitur Lother. *de re benef. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 8. *&* 9. Card. de Luca *de pens. disc.* 6. *n.* 14. Rota cor. Eminent. Cerro *decis.* 832. *n.* 6. quæ omnes partitæ ascendunt in totum ad scuta 97.20. & sic ad-
15 junctæ supradictæ summæ scut. 2018. 44. constituunt summam scut. 2115. 64. Quibus si addantur aliæ duæ, quarum prima fundatur in recognitione Camerarii, adnotata inter dictas partitas librorum Capitularium, & in alia in scut. 33. quæ pro ejus proportione Archipresbytero obtigerunt dicto decennio ex scut. 300. brevi manu solutis Capitulo a molitoribus pro eorum primo ingressu, sive prælatione in affictu molæ frumentariæ iis locatæ, ut colligitur ex dicto libro rubro, de quo in *Summ. respons. Leonardi n.* 1. incontrovertibilis apparet supradictus magnus excessus; verum quoad istas duas ultimas partitas, uti superflue examinandas, Domini nihil statuere voluerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Romana Pensionis.

Luna 1. *Julii* 1686.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem re in præcedenti decisione decisa.

SUMMARIUM.

1 *UT pensio reservata sustineatur, sufficit, quod valor narratus beneficii correspondeat juxta stylum Dataria, & Cancellaria, nec attendenda est æstimatio variabilis, & accidentalis mercatorum.*

2 *Pro pensionis sustentatione sufficit probare quantitatem fructuum, quinque annorum ante, & quinque annorum post reservatam pensionem.*

3 *Libro adminiculato fides præstatur.*

4 *Adhoc, ut valor expressus in reservatione pensionis dicatur probatus, sufficit justificare, quid beneficium soleat reddere, licet titularis reditus exigere non curet, n.* 6. *&* 8.

5 *Capitulum ex distributionibus quotidianis tenetur solvere pensionem pro titulari ex beneficio gravato percipere negligente.*

7 *Cera quæ distribuitur per beneficiatum Parochianis, aliisque extraneis personis, diminuit fructus beneficii; illa vero quam ipse beneficiatus percipit, & quæ comparatur ex communibus proventibus, inter fructus beneficii computari debet.*

9 *Reditus incerti non enumerantur inter fructus beneficii, qui autem isti sint, vide n.* 10.

11 *Onera variabilia, & incerta in consideratione non habentur pro irritanda pensione ex defectu verificationis valoris.*

12 *Contrarium servatur in pensionibus reservatis in Parochialibus.*

DECISIO LX.

OB non verificationem valoris in reservatione controversæ pensionis narrati, illius nullitatem demonstravit Rota, mediantibus duabus conformibus sententiis a me, & R. P. D. meo Ursino prolatis, & confirmatis etiam in tertia instantia, mediante alia decisione edita cor. Illustr. Domino meo Florez die 12. Februarii anni præteriti. Cum vero Leonardus pensionarius, relicta discussione articulorum juris contra ipsum decisorum, dictam verificationem valoris assumpserit, & fructus Archipresbyteratus gravati ex libris Capitularibus licet diminute extractos nostro Tribunali discussioni proponeret, favorabilem reportavit decisionem pro validitate dictæ pensionis, editam die 4. Junii 1685. coram eodem Illustr. Florez; per cujus assumptionem ad Granaten. Præsidentiam ego subrogatus dubium proposui, an esset standum in primo, vel secundo loco decisis; sed quia illius resolutio potius quam a juris articulis a calculo arithmetico fructuum & recognitione plurium partitarum dependebat; ideo Domini illatum integram extractionem, & electionem periti curialis ad hunc effectum demandarunt, suppletam postmodum mediante calculo omnium partitarum, tam concordatarum, quam controversarum, coram me præcedenter discussarum, quo inspecto ultima decisio confirmationis robur obtinuit.

Supposito enim, quod valor narratus in duc. 115. auri de Camera ascendat ad scut. 200. monetæ Romanæ currentis, prout satis probat dicta præcedens decisio Illustriss. Domini mei Florez, §. *Quandoquidem*, juxta communem usum, & stylum Cancellariæ, & Dataria, relatum etiam a practicis Procuratoribus; qui stylus quatenus etiam non correspondeter valori inter mercatores aliquando vertenti supra dicta imaginaria moneta, sufficeret tamen ad salvandam expressionem a pensionario factam, eumque excusandum a quacunque culpa, si juxta communem consuetudinem practicorum officialium, non autem secundum variabilem, & accidentalem æstimationem mercatorum, suam narrativam composuit, juxta glos. *in leg. si merces* 28. §. *penult. verb. diligentissimus, ff. locat.* Cyriac. *contr.* 459. *sub n.* 18. *vers. tertio respondes*, Rot. cor. Priol. *dec.* 20. *n.* 6. 1

Talis summa apparuit sufficienter justificata, si singulis quibuscunque annis proportionabiliter distribuatur portio fructuum a titulari perceptorum ultra summam scut. 2000. per integrum decennium computan. pro medietate ante, & pro medietate post reservationem controversæ pensionis, juxta modernam opinionem, & regulam nostri Tribunalis, approbatam in decisionibus relatis in dicta ultima præ- 2
cedenti hujus causæ, §. *primo*.

Ex novo quippe calculo conflato tam ex partitis in prima extractione adnotatis, quam ex aliis in alia posteriori adjunctis, constat, quod partitæ fructuum concordatorum ascendunt ad scut. 1855. 50. quibus tamen additis aliis inter partes quidem controversis, sed per DD. approbatis, utique apparet conflata, & superata dicta summa scut. 2. mill. in toto decennio computanda.

Primo itaque inter fructus Archipresbyteratus calculanda videbatur præbenda consistens in annuis sex cadis musti dicto beneficio assignatis ex quibusdam Canonibus Ecclesiæ Collegiatæ debitis, & valutatis in annuis scut. 8020. constituentibus in toto decennio scut. 82. cujus assignationis memoria descripta legitur in quodam libro asservato in Archivio Capituli, vulgo *libro rosso* nuncupato; non attentis exceptionibus oppositis contra legalitatem dd. libri, qui prætendebatur non capitularis, & publicus, sed memorialis, a simplici Canonico sine die, & Consule scriptus, ideoque ineptus ad instruendam publicam fidem, & d. assignationem probandam; quidquid enim sit de fide dicti libri, qui tamen uti asservatus in publico Archivio, & ab ipsomet moderno titulari collitigante, in hac ipsamet partita assignationis canonis subscriptus, non levem habet juris præsumptionem, & assistentiam; adhuc frustra impugnari videbatur veritas dictæ assignationis, & existentia dictæ præbendæ inter fructus Archipresbyteratus, dum illa etiam aliud probatur, scilicet quod duos cados mu-

Qi ex instrumento venditionis vineæ gravatæ, & quoad
alios eadem quatuor ex acceptis ipsiusmet moderni titu-
laris existentibus penes debitorem emphyteutam, ex qui-
bus vel dici potest sufficienter probata assignatio, & per-
tinentia præbendæ, vel saltem ita confirmata fides præ-
fati libri, ut etiam si ista penitus in formis supponatur
extrinsecus, tamen & urgentibus adminiculis fulsulius ple-
nam fidem mereatur, Menoch. *conf.* 928. *n.* 25. Rot. cor.
Seraph. *dec.* 1192. *n.* 2. & 10r. Dunoz. jun. *decis.* 708. *n.* 14.

3 Minorem meruit animadversionem exceptio, quod
non probetur exactio dictæ præbendæ facta a titulari
prædecessore tempore decennii, quod necessarium præ-
tendebat modernus titularis, superfluum autem recogno-
vit Rota: quia supposito, quod illa spectet ad Archipres-
byteratum, & potuerit ab Archipresbytero exigi, hoc suf-
ficit pro verificatione narrativæ factæ per pensionarium,
4 qui exposuit quidem Pontifici quantitatem fructuum ad
beneficium spectantium, non autem quantitatem exactio-
rum a titulari; nec istius negligentia nocere potuit pen-
sionario, alias esset in arbitrio cujuslibet beneficiati, per
voluntariam omissionem in exigendo aliquos fructus ad
beneficium spectantes falsam reddere narrativam valoris
pensionario emissam, & pensionis solutionem evitare;
quod tamen in jure repugnat, ut in fortioribus termi-
nis, quod dicta pensio solvenda sit etiam a Capitulo ex
distributionibus quotidianis pro titulari ex beneficio gra-
vato percipere negligente, pluries respondit Rota, scili-
5 cet in Burgen. Pensionis 29. Octobris 1591. coram Pamphi-
lio, in Romana Pensionis 4. Junii 1593. cor. Litta, cujus
summam refert Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 214. & litera-
lem tenorem Marchel. *de commiss. p.* 1. *fol.* 552. cor. Mer-
lin. *decis.* 448. ubi refert similem declarationem factam a
Pontifice, & cor. Eminent. Cerro *dec.* 380. *n.* 3. *&* 6. talesque
que resolutiones, omissis antiquis quæstionibus, hodie
DD. communiter sequuntur, præsertim Gonzal. *ad regul.*
6 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 5. *n.* 44. *& seq.* Tondut. *resolut. benef.* c.
lib. 1. *q.* 35. *n.* 13. *& seq.* & Card. de Luc. *de pens. disc.* 23. *n.* 7.

Secundo, in valore beneficii calculari debet annuus ca-
non scut. 5. constituens in toto decennio sc. 50. debitus
ab illis de Buccabella, & assignatus Archipresbytero, jux-
ta memoriam adnotatam tam in dicto libro Rubeo,
quam in alio libro Secretarii, non impugnatam a moder-
no titulari solliugante, qui cum etiam quoad istam par-
titam eandem opponeret exceptionem non probatæ exa-
ctionis ab antecessore, iisdem responsionibus mox dedu-
ctis confutatus apparuit.

Tertio, pariter calculanda videbantur sc. 20. quæ toto
decennio titularis percepit in ceræ distributionibus solitis, tam
occasione anniversarii Castelli, quam solemnis diei Puri-
ficationis B. Mariæ: quæ distributio licet aliquando con-
sideretur potius pro onere, quam pro fructu beneficii,
quod etiam in hoc casu titularis prætendebat; nihilomi-
nus animadversum fuit, quod hoc procedit in terminis
ceræ distribui solitæ per beneficiatum Parochianis, aliis-
que extraneis personis, quam certum est diminuere, non
augere fructus beneficii, in quibus terminis loquuntur
auctoritates a titulari allegatæ: secus autem dicendum est
in cera, quam ipsemet beneficiatus percipit, & quæ com-
paratur ex communibus proventibus Collegiatæ ad effe-
ctum distribuendi Capitularibus; sicut enim pretium præ-
fatæ ceræ, si in istius emptionem non erogaretur, au-
geret massam communem, & fructuum cujuscunque be-
neficii, ita in eodem fructu computari debet cera sub-
rogata, ex pari natura subrogatorum, de qua text. *in
cap. Ecclesiæ, ut lit. pend.* Paris. *cons.* 42. *n.* 17. *lib.* 1. Rot.
7 cor. Dunoz. jun. *dec.* 608. *n.* 6.

Quarto, approbarunt Domini ad fructum Archipres-
byteratus illas partitas pariter controversas constituentes
in totum scut. 34. primam scilicet scut. 28. debitorum Ar-
chipresbytero pro distributione ei contingente occasione
plurium processionum per integrum decennium celebra-
tarum, & scut. 6. pro assistentia cuidam anniversario Ca-
stelli, & solitæ Expositioni Sanctissimi Sacramenti per 40.
horas, ut in facto non controvertitur; parum relevan-
te, quod non probetur assistentia Archipresbyteri in o-
mnibus dd. functionibus, pro quibus statutum emolu-
mentum distribuitur; recurrit enim responsio pluries con-
traposita, quod scilicet ad salvandam narrativam pen-
sionarii sufficit illa emolumenta ad Archipresbyteratum
gravatum pertinere, illaque potuisse a titulari percipi,
ad hoc, ut ejus negligentia, vel culpam pensionarii re-
8 ferri non valeat, ex juribus superius indicatis.

Incongrue autem opponebatur a titulari, quod dicta
emolumenta Archipresbytero competentia ob assistentiam
processionibus, anniversariis, aliisque functionibus supe-
rius relatis reputari debeant omnino incerta, nec ad cer-
titudinem reducibilia, mediante arrendamento non con-
fecto juxta distinctionem relatam, & comprobatam in 9
alia Romana Pensionis 12. Junii 1682. cor. me.

In facto enim non verificatur imo aperte excluditur
supposita incertitudo; illa enim consideratur a DD. & 10
nostro Tribunali in funeralibus, matrimoniis, aliisque
accidentalibus functionibus, quæ ab eventu, vel volun-
tate hominum dependent; ideoque trahi non potest ad
functiones, de quibus est quæstio, & quæ per anni de-
cursum omnino fixæ, & determinatæ sunt: quod si in-
certitudo prætendatur respectu assistentiæ a titulari præ-
stitæ, vel non præstitæ, & præstabilis, vel non præsta-
bilis, ista reddere quidem poterit incertam receptionem
emolumentorum, non autem fructus beneficii, nec im-
portare nullitatem pensionis.

Quinto, crescunt fructus Archipresbyteratus in annuis
scut. 51. 71. 1. si inter eos reponantur decimæ Papales spa-
tio propositi decennii pro illo solutæ, & ex supradicta
quantitate fructuum concordatorum jam detractæ prout
reponen. esse iterum Domini censuerunt, ea quidem ra- 11
tione, quod istæ adhuc effectum non minuunt valo-
rem beneficii, & uti onera variabilia, & incerta, sicut
prævideri non potuerunt a Pensionario, quando fructus
Pontificis narravit; ita nec falsam istius narrativam,
nec ullam reddere possunt pensionem super beneficio sim-
plici, & simpliciter reservatam, juxta inconcussam opi-
nionem nostri Tribunalis comprobatam in d. ultima de-
cisione Illustr. Dom. mei Florez, §. *quinta demum*; quid- 12
quid sit in pensionibus reservatis super Parochialibus, &
cum clausula, *dummodo centum remaneant pro Rectore
&c.* quæ uti importans fixam conditionem, nec etiam ab
accidentali eventu pendere debet, in quibus terminis lo-
quuntur authoritates a Titulari allegatæ, licet tales de-
cimas non specificantes, scilicet, *dec.* 550. *n.* 22. *p.* 4. *to.*
2. *& dec.* 120. *sub num.* 16. *vers. a quo detractis p.* 16. *rec.*

Calculatis igitur omnibus præfatis partitis, vel a par-
tibus, vel a Rota approbatis, & ascendentibus in totum
ad scut. 2082. patet, quod integre, imo exuberanter com-
pletur summa sc. 2000. ideoque inutilem putarunt dd.
particulare examen aliarum partitarum, iam concernen-
tium alios diversos reditus Archipresbyteratus in dicto
calculo enunciatos, quamplures expensas, & onera ejus-
dem uti voluntarie rejecta in ultima decisione; siqui-
dem quatenus etiam aliqua ex istis non omnino volun-
taria, sed necessaria diceretur, præsertim autem concer-
nentia restaurationem Ecclesiæ, & bonorum capituli, ad-
huc tamen exinde non diminueretur supradictus calculus
fructuum, dum omnes dictæ partitæ controversarum ex-
pensarum jam detractæ fuerunt ex massa communi, &
per consequens ex parte Archiepiscopi, ut supponitur in
eadem decisione confirmata, in qua cum fundamentu,
quod expensæ essent voluntariæ, decidit fructus bene-
ficii per illarum repositionem esse augen. Unde patet,
quod quatenus etiam decidi contingeret illas esse mere
necessarias, non exinde sequeretur diminutio præfatæ
summæ scut. 2082. sed solum non augmentum; ideoque
illarum singulari discussione omissa, ut alias servatum
fuit *in d. dec.* 120. *n.* 18. *p.* 16. *rec.* Domini ex fundamentis
superius recensitis standum esse in decisis responderunt &c.

Utraque parte informante &c.

R. P. D. RONDININO.

Romana Pensionis.

Veneris 16. Julii 1687.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eadem materia in duabus antecedenti-
bus decisionibus agitata.

SUMMARIUM.

1 *Ducatus aureus de Camera constituitur ex uno
scuto aureo, & ex uno julio.*

2 *Sufficit exprimere valorem juxta communem usum,
& stylum Datariæ, ut pensio valida sit reputanda,*

dicet

licet idem valor non respondeat valori extrin-
seco, & variabili inter mercatores.

3 *Valor beneficii ut dicatur probatus, exuberat justi-*
ficare reditus quinque annorum ante, & quinque
annorum post.

4 *Necesse non est probare, quod titularis fructus be-*
neficii exegerit, ut pensionis sustentatio valeat
obtineri.

5 *Valor de tempore gratiæ justificari debet.*

6 *Onera extraordinaria non diminuunt valorem be-*
neficii in præjudicium Pensionarii.

7 *Fructus quando sunt omnino incerti, & ad certi-*
tudinem non reducibiles, tunc inter reditus be-
neficii non computantur; secus e contra.

8 *Expensæ voluntariæ a valore beneficii non detra-*
huntur in præjudicium Pensionarii.

9 *Proventuum, & emolumentorum appellatione venit*
quidquid tradunt assistentiæ.

D E C I S I O LXI.

NOn acquiescente D. Abbate Piazza Archipresbytero S. Mariæ in Cosmedin duabus decisionibus pro validitate controversæ pensionis ad favorem Domini Leonardi Severoli emanatis sub die 4. Junii 1685. cor. Illustr. Præside Granatensi, die 1. Julii anni præteriti cor. me, & pro tertia vice proposita causa super iisdem, DD. steterunt in decisis. Censuerunt enim plene justificatam fuisse narrativam valoris expressi per ascensum in ducatis 125. auri de Camera, quæ, ut firmatur in dictis decisionibus, constituunt summam scut. 200. monetæ Romanæ; ducatum enim auri de Camera calculandum est in juliis sexdecim pro quolibet ducato, cum consistat sit ex uno scuto auri in auro, & uno julio, juxta communem taxationem, de qua testan-
1 tur *Doctores allegati in 1. decis. §. quandoquidem*, & firmavit Rota in Romana pensionis 6. Junii 1678. cor. me, *impressa in rec. dec. 233. part. 19. n. 7. juncto n. 1.* Scutum vero auri juxta verum, & intrinsecam æstimationem non excedit valorem quindecim juliorum secundum communem usum, & stylum Datariæ, & Cancellariæ, qui licet fortasse non respondeat æstimationi, & valori extrinseco, & variabili inter mercatores, attenta consuetudine; excusandus tamen est Pensionarius, si secutus praxim in computando valorem semper in Rota servatum in sua narrativa calculavit ad solam rationem juliorum quindecim pro quoli-
2 bet scuto aureo, & ostat secunda decisio, §. *Supposito enim*, firmato igitur ex prædictis valorem Archipresbyteratus narratum in supplicatione excedere annua scut. 200. monetæ Romanæ, illius justificatio resultat ex calculo redituum, qui si coacerventur per decennium proximum reservationi pensionis, juxta regulam a Rota sæpius traditam, & in decisionibus causæ approbatam, nempe in pri-
3 ma decisione, §. *primo*, & in secunda, §. *talis summa &c.* constituunt summam longe excedentem scut. 200. quæ in singulos annos distributa respondent valori narrato.

Reditus enim ab Abbate non controversi ascendunt ad sc. 1853. 50. quibus si superaddantur partitæ per DD. approbatæ in præteritis decisionibus, & quæ hodie bene justificari visa sunt, dubitari non poterit de sufficienti probatione valoris expressi.

Et quidem prima partita scut. 8 a. pro præbenda consistente in annuis sex cadis musti, ponenda est in calculo, cum sit reditus certus assignatus Archipresbytero, ut apparet ex quodam libro rubro nuncupato; & comprobatur quoad duos cados ex instrumento venditionis vineæ gravatæ, & quoad alios quatuor cados ex receptis ipsiusmet moderni titularis existentibus penes emphyteutam; parum obstante exceptione non probatæ exactionis de tempore proximo reservationi pensionis, sufficit enim potuisse exigi, alioquin negligentia titularis noceret pensionario, si verificatio valoris ab exactione dependeret, ut firmat secunda decisio, §. *minorem*.
4 Quod vero fuerit facta aliqua mutatio in modo solvendi cados quatuor, & per concordiam diminutum illorum pretium de anno 1679. cum hujusmodi mutatio non percutiat tempus reservationis factæ de anno 1671. de quo tempore, & per quinque annos ante, & quinque post reservationem aderat præbenda in valore antiquo, hic est attendendus ad effectum calculandi decennium, & justificandi valorem narratum, juxta regulam, quod valor de tempore gratiæ justifi-
5 cari debet, de qua Rota cor. Ludov. *dec. 13. & alibi passim*.

Item computanda est alia partita scut. 30. ratione canonis assignati Archipresbyterus Cardinali Dato, qui canon dici
Decis ad Theatr. de Luca Vol. IV.

non potest subrogatus in locum præbendæ, cum fuerit assignatus Archipresbytero ob diminutionem aliorum emolumentorum, quæ communia nuncupantur *Summ. Abbatis, n. 2.*

Imputanda pariter est partita sc. 51. 71. 2. pro Decimis Papalibus, quæ tanquam onera extraordinaria non diminuunt valorem beneficii in præjudicium pensionarii, & ad effectum annullandæ pensionis, Adden. ad Greg. *decis.*
245. n. 12. Rot. *dec. 298. n. 2. p. 2. divers. & in aliis allegatis* 6
in 1. dec. dict. 4. Junii 1685. cor. Illustr. Florez, *§. his vero.*

Calculandæ etiam sunt ad augendum valorem beneficii plures partitæ in ultima decisione tertia, & quarto loco consideratæ, constituentes in totum sc. 44. quæ licet debeantur ratione interessentiæ in processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis, sunt nihilominus imputandæ in fructibus beneficii, cum pensio sit reservata super omnibus emolumentis, reditibus, proventibus, & aliis quibuscum- 7
que; incertitudo autem quæ suffragari tantum solet ad hunc effectum, in emolumentis omnino incertis, & ad certitudinem non reducibilibus, mediante accendamento, in præsenti non verificatur, cum functiones, de quibus est quæstio, per anni decursum omnino fixæ, & determinatæ sint: respectu vero assistentiæ titularis, quæ est incerta, hujusmodi incertitudo reddere quidem poterit incertam perceptionem emolumentorum, non autem incertos efficere fructus beneficii, ut latius observat ultima decisio, §. 4. *approbarunt, & §§. seqq.*

Præter supradictas partitas ascendentes simul cum summa concordata ad scut. 2082. censuerunt DD numerandas esse in augmentum fructuum Archipresbyteratus alias tres in ultima decisione prætermissas, nempe sc. 19. 30. pro expensis litium, quæ uti onera incerta, & extraordinaria, non minuunt valorem beneficii ex supra firmatis, sc. 5. 90. pro strenis, & recognitionibus, quæ tanquam expensæ volun- 8
tariæ non detrahuntur in præjudicium pensionarii, Tondut. *de pension. cap. 54. n. 23.* Adden. ad Greg. *dec. 245. n. 12.* Rot. cor. Cavaler. *decis. 462. n. 2. præter adductos in decisionibus*, & tandem sc. 6. pro casco, quem Archipresbyter percipit ab affictuariis herbarum, dubitari non potest venire appellatione proventuum, & emolumentorum, Barb. 9
appell. 87. n. 1. 2. 4. & appellat. 227. n. 2. & 3.

Quæ partitæ constituentes summam sc. 30. & ultra ostendunt evidentius justitiam resolutionum ob plene justificatam narrativam valoris cum magno excessu plus quam 112. scutorum in toto decennio.

Et ita rejectis aliis exceptionibus per titularem adductis ex defectu probationum, penitus insubsistentibus, & ab informantibus pro Leonardo plene sublatis, DD. steterunt in decisis.

Utraque &c.

R. P. D. H E R V A V U L T.

Romana Pensionis.

Mercurii 28. Junii 1690.

A R G U M E N T U M.

Ea quæ in tribus decisionibus superius extensis firmata fuere, in hac laudantur.

S U M M A R I U M.

1 *VAlor beneficii dicitur probatus ex justificata*
fructuum perceptione per integrum decennium
computandum quinque annis ante, & quinque post
reservationem pensionis.

2 *Verificationi narrativæ valoris non officit negligen-*
tia titularis exigere non curantis proventus il-
los, quos ex legitimo titulo percipere poterat.

3 *Valor fructuum verificari debet de tempore gratiæ.*

4 *In verificatione valoris beneficii nulla est habenda*
ratio augmenti eventualis contingentis ob majo-
rem, vel minorem affluentiam monetæ aureæ.

5 *Decimæ quæ quandoque per Summos Pontifices im-*
ponuntur, non diminuunt valorem beneficii in
præjudicium.

D E C I S I O LXII.

DD. censuerunt, constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum, adversus sententiam bonæ mem. Rondinini declarantem, sustineri pensio-

nem in quantitatem ducatorum quadraginta duorum auri reservatam favore Leonardi super Archipresbyteratu S. Mariæ in Cosmedin urbis; cum validitas dictæ rei judicatæ non controvertatur, & justitia resultet ex quatuor decisionibus ante illam editis, quarum prima emanavit ab Illustrissimo Florez die 4. Junii 1685. reliquæ prodierunt a bon. me. Rondinino die 1. Julii 1686. 26. Junii 1687. & 15. Martii 1688. in quibus plene probatur valor redituum Archipresbyteratus a pensionario in Summo Pontifici per ascensum narratus in annuis duc. 125. auri de Camera, quæ juxta communem usum, & stylum Cancellariæ, ac Datariæ, plurium Curialium testimonio assertum, atque alias in nostro Tribunali receptum, constant scut. 200. monetæ Romanæ, ut diserte probant præfatæ omnes decisiones.

Calculando enim fructus a titulari perceptos per integrum decennium computandum quinque annis ante, & quinque annis post reservationem pensionis, juxta praxim hodie inconcusse in Rota, Curiaque servatam, compertum sit, illos excedere sc. 2000. nam ea ita quæstionem est partitas inter partes non controversas, & adnotatas in fo-
1 lio jam alias concordato cor. bo. me. Rondinino ascendere ad sent. 1855. 50.

Quibus DD. addenda esse visa sunt annua scut. 8. 20. quanti æstimari consuevit canon cadorum sex musti assignatus præbendæ annexæ Archipresbyteratui, quæ spatio decennii constituunt summam scut. 82.

Existentis autem, & assignatio d. canonis frustra impugnatur: Tum quia est descripta in quodam libro asservato in publico Archivio d. Ecclesiæ, qui liber approbatus, & ab ipsomet titulari in hac præcisa partita subscriptus reperitur; Tum etiam quia de realitate canonis constat ex instrumentis venditionis cujusdam vineæ, in qua hoc onus ab emphyteuta agnoscitur, & ex receptis ejusdem titularis alias relatis in prima decisione Rondinini, §. *Primo itaque*, in qua
2 & *seq.* occurritur objecto, quod non probetur illius exactio facta ab antecessore, cum verificationi narrativæ valoris non officiat negligentia titularis exigere non curantis proventus illos, quos ex legitimo titulo percipere poterat.

Nec urget, quod controversa præbenda quoad cados quatuor tempore reservationis factæ anno 1671. esset litigiosa, & canon eidem assignatus diminutus deinde fuerit in quadam transactione inita cum emphyteutis; quia lis introducta apparet anno 1675. duntaxat, *Summ. pensionarii n. 4.* & reductio canonis postmodum subsecuta non obest, quia valor fructuum verificari debet de tempore gratiæ, ut
3 advertit secunda decisio Rondinini, §. *Et quidem primo*.

Rursus inter proventus Archipresbyteratus computandus est alius annuus canon sc. 5. solvi consuetus a DD. de Buccabella, spatio decem annorum conficiens summam sc. 50. ut optime probant omnes præcedentes decisiones.

Nec obstat, quod iste canon fuerit declaratus indebitus per sententiam R. P. D. Pastacciani, quia illa emanavit lite pendente, & pensionario non citato, ideoque uti res inter alios acta attendenda non est.

His demum omnibus addenda sunt alia sc. 75. 80. conflata ex pluribus aliis minoribus partitis, quæ simul cum aliis coacervatæ excedunt summam sc. 2000 ut calculanti patet.

Cumque hæ omnes partitæ jam abunde justificatæ fuerint in præteritis disputationibus, & decisionibus, inanis est labor, easdem vendicare ab objectis hodie repetitis, & alias plenissime confutatis.

Quia eorundem fructuum quantitas minui valeat, eo quia in æstimando valore ducati non sit habenda ratio valoris intrinseci duntaxat, sed etiam illius extrinseci augmenti, quod pro collybo, seu, ut dicitur, aggio debetur. Nam ut dictum est, optime probat decisio Illustr. Florez, valor intrinsecus ducati, juxta æstimationem Datariæ, & Cancellariæ, est juliorum sexdecim duntaxat. Unde
4 nulla est habenda ratio augmenti omnino eventualis, quandoque contingentis ob majorem, vel minorem effluentiam monetæ aureæ.

Ut etiam in diminutionem valoris recensenda non est partita decimarum, quia illarum onus nec certum est, nec perpetuo infixum beneficio; sed ob urgentes necessitates imponitur arbitrio Summi Pontif. illisque cessanti-
5 bus remittitur, ea plene seductis in omnibus præteritis decisionibus.

Nec juvat replicare, ad easdem teneri etiam Pensionarium; nam omissa quæstione, an, & in quibus casibus id locum habeat, quantum attinet ad rem nostram, satis est respondere, hodie quæri solum, num onus decimarum sit certum, & perpetuo infixum beneficio, adeout minuere possit illius valorem per ascensum expressum, quem non minuere patet ex jam dictis.

Demum quod attinet ad expensas pro restauratione, & conservatione bonorum in decisione Illustr. Florez calculatas favore Pensionarii, DD. superfluum existimarunt illas examinare, cum ex aliis narrativa valoris plenissime verificata appareat.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P I O.

Romana Pensionis.

Veneris 12. Februarii 1694.

A R G U M E N T U M.

Superius firmata approbantur, & ulterius deciditur, quod si in reservatione pensionis apposita non fuerit clausula, *dummodo*, censeatur fuisse derogatum congruæ ex conciliari decreto debitæ Rectori, quodque si Papa expressit solvendam esse pensionem, etiam si fructus non recolligantur, titularis tenetur ad illius solutionem, quacunque submota exceptione, super fructuum diminutione.

S U M M A R I U M.

1 *Valor extrinsecus ducati pendens ex facto privatorum eo tantum casu est attendendus ad sustinendam, vel irritandam reservationem pensionis, si promissa fuerit æstimatio, seu pretium; secus si ipse ducatus stet in obligatione, & n. 2. 3. 4. & 5.*

2 *Reservatio pensionis in tot ducatis, isti dicuntur esse in obligatione.*

6 *Observantia interpretativa in claris efficaciam minime retinet.*

7 *Titularis qui tenetur certam speciem pecuniæ solvere, vel speciem ipsam præstare tenetur, vel tantundem in moneta usitata, quo illa emi possit, sive evenerit decrementum, sive augmentum, & n. 8.*

9 *Ex actu præbente exceptionem litis finitæ, inceptio illius dici non potest.*

10 *Sola fructuum non exactio falsam non reddit narrativam valoris.*

11 *Minasve diminutio præbendæ ex post secuta.*

12 *Pars pretii dicitur, quod solvitur pro ingressu rei locatæ.*

13 *Ad sustinendam pensionem computanda sunt inter reditus præbendæ emolumenta, quæ titularis assequitur ex anniversariis, processionibus, aliisque similibus functionibus, & n. 14.*

15 *Valor affirmative narratus æstimari debet deductis oneribus.*

16 *Intellige de oneribus consuetis, & necessariis.*

17 *Secus si onera sint incerta, temporalia, & omnino extraordinaria, & n. 19.*

18 *Emolumenta omnino incerta non computantur in valore beneficii ad sustinendam pensionem.*

20 *Inter onera quæ non subducuntur a valore beneficii, computantur impensæ pro reparatione domorum.*

21 *Prout etiam strenæ certis annis temporibus donari consuetæ, nec non expensæ litium, eodem numer. 21.*

22 *Pensionarius contribuere non tenetur ad expensas litium, quas sustinet titularis.*

23 *Cera distribui solita a Parochianis diminuit valorem beneficii; secus si agatur de distributione, quam faciunt capitulares, & n. 24.*

25 *Onera extraordinaria, & diminutiones fructuum, licet non computentur ad irritandam pensionem, tamen Pensionarius tenetur illa pro rata subire. Limita, si agatur de beneficio non curato, & de pensione, quam Papa integre solvendam mandavit, n. 27. & 28.*

26 *Diminutio fructibus beneficii reducitur pensio.*

29 *Limitatur, si concludenter diminutio non probetur.*

30 *Quodque illa sit perpetua, cum alias non sufficeret, & n. 31.*

32 *Limitatur quoque in beneficio non curato, & num. 33. 34. ac 36.*

35 Clau-

35 *Clausula*, dummodo medietatem fructuum non excedat, *non subintelligitur, nisi expresse in reservatione pensionis ponatur.*

37 *Congrua non debetur ei, qui curam animarum non retinet.*

38 *Congrua non elargitur nec Parocho, si in literis clausula*, dummodo, *non reperiatur.*

39 *Ab obligatione gestandi clericalem habitum liberatur pensionarius miles Lauretanus.*

40 *Prior Capitum regionum urbis potest retinere pensionem.*

DECISIO LXIII.

CAusa hæc diu in nostro Sacro Auditorio agitata, juxta varias facti species, sub quibus proposita, varias quoque judiciorum vices experta fuit. Primo enim favore Moderni Archipresbyteri Sanctæ Mariæ in Cosmedin duæ prodierunt sententiæ, subreptitiam, nullamque declarantes pensionem ducatorum 42. reservatam super Archipresbyteratu, ob falsam narrativam valoris redituum ejusdem expressi per ascensum ad ducatos 125. quem tantum revera esse, nondum dominis plene constiterat. Sed hæ duæ sententiæ in ulteriori deinde causæ decursu revocatæ fuerunt, quia Pensionarius, conquisitis undique novarum probationum adminiculis, demonstravit, quod facta per æquatione redituum integri decennii, juxta notoriam praxim, de qua apud Card. de Luca *de benefic. disc.* 90. *n.* 24. illa non solum ascendebant ad scuta 2000. monetæ, ut valoris narrativa exponebat, sed præterea redundabant in scut. 114. ut uberrime probant quatuor decisiones, quarum prima emanavit die 4. Junii 1685. ab Illustriss. Florez, reliquæ prodierunt a bonæ mem. Rondinino, die nempe 1. Julii 1696. 16. Junii 1687. & 15. Martii 1688. quas demum subsecuta fuit sententia prioribus contraria, eademque ob non interpositam appellationem transacta in judicatum, titularis auxilio restitutionis in integrum, judicium reintegravit; sed causa cecidit cor. Reverendiss. D. Hervavuit Archiepiscopo Turonensi, qui post decisionem editam die 20. Junii 1690. pronunciavit constare de re judicata, non autem de causis restitutionis in integrum, hic consequenter decernendo taxationem expensarum, super cujus necessitate non levis excitata fuit quæstio similiter contra titularem definita, ut patet ex decisionibus editis die 23. Junii 1692. & 27. Februarii anni præteriti coram Reverendiss. Cacéia Hispaniarum Nuncio, ac R. P. D. meo Molines: Et licet post semel denegatam restitutionem in integrum, postque expensas jam refectas, illa non esset amplius concedenda, ut *tot. tit. Codice, si sæpius in integrum restitutio postuletur, & ex Paulo in lib. 1. sententiarum*, ait Cujaccius *tit.* 15. *tom.* 1. *oper. prin.* nihilominus tamen titularis in ulteriori appellationis diffugio præfatum beneficium iterum impetravit, postulans, ut in hodierna disputatione sub dubio: *An constet de re judicata, vel potius de causis restitutionis in integrum*, exquirerem etiam, *An pensio sit reducenda, seu potius congrua titulari assignanda?* quibus hodie propositis.

DD. responderunt, *Constare de re judicata: Non esse locum reductionis pensioni, & congruam non deberi.*

Quod attinet ad rem judicatam, res plana visa est; nam validitas sententiarum impugnata nunquam fuit, earundem vero justitiam patefaciunt supra memoratæ decisiones, quæ ab objecta subreptione vindicant narrativam valoris Pontifici factam, validissimis argumentis confirmando illius veritatem, quæ etiam hodie dominis constare apparuit, ut facile ostenderur, rejiciendo iterum singulas exceptiones, quæ pro diminuendo valore narrato in præteritis instantiis, deductæ, ac penitus confutatæ fuerunt.

Haud enim subsistit primum objectum petitum ex valore ducati aurei Cameræ, quem Titularis æstimandum esse ajebat scuto uno auri, & non julio, facta etiam accessione quartæ partis unius julii pro collybo, & ut vulgo dicitur, *aggio*, qui solvitur nummolariis in permutando dicto ducato in aliud genus pecuniæ usitatæ, ac per consequens computationem fructuum faciendam esse, habita ratione hujus argumenti valoris extrinseci ducati.

Illud siquidem removetur, adhibita distinctione alias tradita per Rotam coram Dunozett. *sen. decis.* 139. *numer.* 1. & 2. juxta quam valor extrinsecus pendens ex

facto privatorum inspiciendus forsan esset, si in reser- 1
vatione pensionis promissa fuisset æstimatio, seu pre-
tium ducati; sed cum ex literis originalibus in hodier-
na disputatione DD. exhibitis, pensio, de qua agitur,
reservata noscatur in certa nummorum specie, in tot
nempe ducatis aureis Cameræ, ibi proinde præcise sunt
in obligatione, Gratian. *discept. forens. cap.* 117. *num.* 2. 2
Rota *decis.* 430. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.* & *dict. dec.*
139. coram Dunoz. iidemque, ut bene prosequitur ea-
dem decisio, æstimantur pretio constituto voluntate Pa-
pæ, qui in subjecta materia provisionis beneficiorum
non respicit valorem extrinsecum indies mutabilem, vel
ob hujusmodi nummorum penuriam, vel ob mercato-
rum abusum, Gloss. *in Clem.* 2. *versic. consuetam de de-* 3
cimis, Tondut. *de pension. cap.* 40. *numer.* 16. sed atten-
dit valorem, quem juxta pondus, bonitatemque intrin-
secam, non solum mercatorum, sed cæterorum omni-
um usus ducato assignat; quo spectato, cum modernis
temporibus tanti æstimetur ducatum aureum Cameræ,
quanti ad scutum commune auri stampatum cum addi-
tione unius julii, ut ex pragmaticis tradiderunt Pyr.
Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 6. & *seqq.* Amay- 4
den. *de stylo Dataria lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 12. in beneficia-
listis Card. de Luca *de pension. disc.* 35. *numer.* 12. Ton-
dut. *eodem tract. cap.* 40. *numer.* 1. & *seqq.* Gratian. *di-*
scept. 417. *num.* 16. & *seqq.* & pluries dixit Rota *decis.*
501. *num.* 2. *part.* 14. *decis.* 233. *num.* 7. *part.* 19. & *ali-*
bi passim, fit inde, ut narrativa valoris omni ex parte 5
constare dicatur, si quantitas fructuum in ea expressa
respondeat vero valori ducati, qui præcise est in obli-
gatione, quique voluntate Principis, & intrinseca bo-
nitate constatur.

Frustra autem adversus hæc objicitur observantia de-
sumpta ex attestationibus Officialium Datariæ, & Can-
cellariæ, necnon ex solutionibus a titulari semper fa-
ctis, cum augmento collybi: Tum quia, ut dictum est,
dum versamur in pensione expresse reservata in certa
monetæ specie, recurri nequit ad observantiam interpre-
tativam, cui in claris locus non est, Tondut. *d. cap.*
40. *num.* 5. Gratian. *dict. discept.* 417. *num.* 21. & *seqq.* Ro- 6
ta *dicta decis.* 139. *num.* 5. coram Dunozett. sen. Tum et-
iam quia eadem non respicit narrativam, & substantiam
gratiæ, sed modum solutionis faciendæ Pensionario, qui
vel solvenda est ipsamet species pecuniæ promissæ, vel
tantundem præstandum in moneta usitata, quo illam
emere possit, ut observant præcitati Doctores, & latissi- 7
me tradit Lother. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 34. *num.* 165. &
207. & *seq.* ita sane exigente æquitate, quæ vult, ut ti-
tularis, qui lucrum consequeretur ex decremento va-
loris speciei promissæ (illam enim præstando liberare-
tur) ita etiam damnum sentiat ex illius augmento, 8
Rota *d. dec.* 149. *n.* 3. coram Dunoz. sen.

Detracto igitur collybo ex valore ducati, patet 25. ducatos permutari scutis 200. monetæ currentis; pluris autem valere annuos reditus Archipresbyteratus, præsefert subsequens calculus.

Illorum enim quantitas post primam decisionem Illustrissimi Florez inter collitigantes concordata coram bonæ memoriæ Rondinino, attingit summam scutorum 1855. 50.

His autem addenda est præbenda annua Archipresbyteratui, conflata ex sex cadis musti, qui loco Canonis percipiuntur ex duabus vineis subjectis directo dominio Ecclesiæ.

Inter partes non controvertebatur, illos æstimatos olim fuisse scut. 7. 20. ideoque decennii spatio ascendere ad scut. 81. ut pariter eosdem assignatos fuisse Archipresbytero, constabat ex quodam Codice in Capituli Archivio retento, in quo præbendæ Archipresbyterali adscripti leguntur, cujus Codicis fides, si qua ex parte nutaret, fulcita remanet, tum subscriptione Archipresbyteri talem assignationem ratam habentis, tum etiam instrumento venditionis alterius ex præfatis vineis, in quo hujus canonis onus exprimitur, ac denique apocis repertis penes emphyteutam, cui Archipresbyter de recepto musto fidem exsolvit, juxta ea quæ latius habentur in prima decisione bonæ memoriæ Rondinini, §. *Primo itaque*, & *in secunda*, §. *Et quidem*, quibus cæteræ adhærent.

Verum a scribentibus pro Archipresbytero duo opponebantur. Primum, tempore reservatæ pensionis, anno scilicet 1671. quatuor ex præfatis sex cadis musti calculatis

in toto decennio scut. 50. fuisse inexigibiles, & revera
nunquam exivisse a titulari exactos ob quandam litem ab
emphyteuta motam contra Capitulum usque ab anno 1642,
quæ tandem sopita fuit transactione inita anno 1679. &
rursus eorundem valorem calculandum non esse in dictis
scut. 50. sed in longe minori summa, quam redacti fuerunt
in d. transactione.
Neutra tamen exceptio urgere valuit: primam enim suffulsit ipsummet instrumentum præfatæ concordiæ a titulari pro suæ intentionis fundamento allatum, licet in actis
nunquam exhibitum; in eo enim vix ulla legitur fuisse
controversia facta. Nam scilicet deberetur, & ab Archipresbytero exigeretur dicta annua præstatio quatuor cadorum musti, cum quasi possessionem illam exigendi jam
confirmasset Rev. Patris Dominus Vicesgerens, mandatis
de manutenendo relaxatis anno 1676. quorum fit mentio
in memorata transactione, & agnovissent rei possessores
vinearum, illam desumentes ex antiquiori concordia celebrata anno 1642. inter Capitulum, & Ducissam de
Comitibus tunc emphyteutam; sed major, ac præcipua
quæstio versabatur circa jus, an nempe emphyteuta incidisset in caducitatem ob dilatam per aliquot annos dd.
cadorum quatuor solutionem, ad quam evitandam, ille
ajebat non agi de contractu emphyteutico, ex quo hac sancita pœna canon debeatur præfinita die, & tempore; sed
de contractu locationis, ex quo citra eandem pœnam pensio solvenda sit.
Quæ cum ita sint, in vanum Archipresbyter contra Capitularis Codicis fidem præseferentem præbendæ assignationem ab ipso approbatam, contra auctoritatem publicorum instrumentorum, canonis onus, debitum que confirmantium, contra longævam quasi possessionem ex geminatis transactione, & exactionibus re ipsa factis desumptam, & contra demum Tribunalium judicata, præbendam subducere curat e calculo redituum Archipresbyteratus prætextu hujusmodi litis: cujus præterea exordium
male desumit ex transactione anni 1642. cum illa transactio anni 1679. enunciata fuerit in confirmationem quasi
possessionis, & jurium Capituli, non autem ad designandum initium litis, quæ, ut cuique patet, deduci nequit
ex actu præbente exceptionem litis finitæ, quinimo impediente novæ litis ingressum, ex juribus per Rotam apud
9 Card. Cerro decis. 632. n. 16. Jure igitur Pensionarius recensuit inter reditus beneficii integram præbendam seu cadorum musti ex præfatis titulis sibi debitum, ut traditum
fuit in præscriptis decisionibus.
Titularis vero sibi imputet, si tempore reservatæ pensionis præbendam non exigebat; sola enim fructuum
non exactio fallam non reddit narrativam valoris, ne
sit in potestate Titularis, negligentia, vel omissione
exactionis Pensionarium frustrari, prout bene in propo-
10 sito prima decisio bonæ memoriæ Rondinini, §. minorem merore, & secunda, §. Et quidem, quas sequitur
illa Reverendissimi Turonensis, §. Existentiam autem
cum seqq.
At longe minori animadversione digna visa est diminutio præbendæ, quam, utpote secutam novem annis post reservatam pensionem, non obesse, tradit Card.
11 de Luca de pension. disc. 7. n. 6.
Sublatis itaque exceptionibus contra valorem præbendæ per Titularem adductis, devenerunt domini ad enumerationem aliorum redituum Archipresbyteratus, inter quos recensuerunt alium annuum canonem scutorum 5. decennio tempore constantem scuta 50. qui ob
diminutionem aliorum fructuum a Cardinali Deto olim assignatus fuit Archipresbytero, & contra quem
nihil opponitur; ut etiam referenda sunt in augmentum redituum scutor. 6. quæ solvebantur pro caseo ab
emptoribus herbarum Capitulo præstari solito, & in-
12 super alia scuta 33. quæ Archipresbytero obveniunt ex
scut. 300. a conductore cujusdam Molendini Capitulo
elargitis pro jucundo, ut dicunt, ingressu, & quæ esse
partem pretii, ait Rot. decis. 261. num. 14. part. 4. tom. 2.
rec. Nec demum omittenda sunt scutor. 34. quæ Titularis percepit occasione Anniversariorum, Processio-
13 num, aliarumque similium functionum, simpliciter
computanda in valore beneficii pro sustinenda pensione a Papa expresse, & indefinite reservata super distributionibus etiam quotidianis, & emolumentis quocunque nomine nuncupatis, Tondut. de pension. cap. 41. per
tot. Maxime quia hujusmodi obventiones inter emolumenta omnino incerta calculari non possunt, cum percipiatur ob fundationes quotannis certo, & determinato tempore celebrari solitas, ut bene advertit prior
decisio Rondinini, §. Quarto approbarunt, & secunda, 14
§. Cumulanda enim.
Cumque hæ summæ additæ quantitati fructuum non
controversæ scut. 1859. 30. eam urgeant ultra quantitatem sc. 2000. facile erit multo etiam longius eandem
perferre, si subducantur onera, quæ pro diminuendis
fructibus beneficii a Titulari cumulata fuere.
Quamvis enim valor affirmativæ narratus æstimari
debeat deductis oneribus, Dec. consil. 156. n. 2. Valenz.
cons. 189. n. 134. & seqq. Rota in rec. decis. 640. num. 3. 15
part. 3. & decis. 288. num. 10. part. 11. id tamen intelligitur de oneribus consortis, & necessariis, perpetuoque
inhærentibus fructibus beneficii, Fagnan. in cap. præterea num. 71. Ne Prælati vices suas, Rota coram Ve- 16
rall. decis. 328. part. 3. Mantic. decis. 184. n. 7. Ubag. dec.
103. n. 7. Secus vero si onera sint temporalia, incerta,
ac omnino extraordinaria, Tondut. de pens. cap. 14. n.
22. & seqq. de Luca de benef. disc. 90. num. 80. Adden. ad
Gregor. decis. 245. num. 12. Rota coram Buratt. dec. 418. 17
& coram Merlin. decis. 587. num. 8. & decis. 808. num. 5.
& seqq. Et jure quidem; nam sicuti pro sustinenda pensione emolumenta omnino incerta regulariter non computantur in valore beneficii ex quo non sunt de illius 18
corpore, nec augent præbendam, ut post Oldrad. consil.
128. docuit Felin. in cap. ad aures num. 14. de rescript.
de Luca de benefic. d. disc. 90. n. 69. & de pension. disc. 8.
num. 8. ita vice versa, pro eadem cassanda, ratio ha- 19
benda non est onerum, quæ extrinsecus accidunt, d.
dec. 418. n. 4. & 5. coram Buratt.
Porro tales esse censenda illa, de quibus agitur, manifestum fit, eadem singillatim percurrendo; sic enim
de decimis, & reparationibus domorum spectantium
ad præbendam, respondit Rota dec. 158. in fin. part. 1.
rec. Idemque potiori jure determinandum de strenis cer- 20
tis anni temporibus nonnullis ministris donari consuetis, & de expensis litium; nam illæ omnino volun- 21
tariæ, ideoque non computandæ inter onera, Adden.
ad Greg. dec. 245. sub n. 12. Buratt. dec. 418. n. 3. hæ vero penitus incertæ sunt, solumque quæri posset, an
Pensionarius ad illas contribuere teneatur, in qua quæstione negativam sententiam tuetur Riccius in praxi 22
resolut. 448. part. 2. ac demum etiam e calculo onerum
dispungenda est cera in Festo Purificationis Beatæ Mariæ
distribui solita, non quidem Parochianis, quo casu
jure inter onera referretur, Tondut. de pens. cap. 14. n. 23
22. Rota decis. 120. n. 18. part. 11. rec. sed cum inter
Capitulares distribuatur, hi loco pretii ex communi 24
massa decerpti speciem recipiunt.
Ad hæc replicabatur, præfata onera, quamvis incerta, & extraordinaria sint, ideoque non computanda in
narrativa valoris, quod pertinet ad primam dubii partem; attamen quia illa extenuant fructus beneficii, quibus inhærent, quæ præterea ob temporum vicissitudines,
maximam perpetuamque passi sunt diminutionem eandem
per consequens subeunda pro rata a Pensionario, Mohedan. dec. 4. de locat. & conduct. & decis. 161. n. 3. part. 2.
divers. qui nec partem ullam eorum onerum evitare va- 25
let, quæ Ecclesiam, ejusque fructus respiciunt, ut pro
regula tradit Rebuff. cons. 109. n. 14. quem sequitur Tondut. de pension. cap. 6. num. 13. nec similiter exemptus a
reductione pensionis diminuendæ, diminutis fructibus,
super quibus imposita legitur, Coccin. dec. 2330. num.
3. quandoquidem titulari salva semper esse debet illorum
mediætas ob clausulam, dummodo medietatem fructuum 26
&c. in qualibet reservatione pensionis subintelligendam,
de qua in altera dubii parte quæremus.
Sed utraque pars objecti nullo negotio tollitur; haud
enim agitur de pensione reservata super beneficio curato cum clausula, Dummodo congrua, quæ conditio
congruam Titulari præservat, nullo diminutionis periculo obnoxiam, juxta ea quæ habentur in t. penultimo prima decisionis bonæ memoriæ Rondinini, cui
ceteræ adhærent; sed, ut infra dicetur, pure imposita
reperitur super beneficio non curato, & quidem cum
exemptione a qualibet contributione; tum quia Papa
Pensionario illam integre solvi voluit, quo excluditur
quæcunque partium diminutio, Carol. Matant. con- 27
trov. respons. 28. num. 13. & pluribus sequent. part. 2.
tum etiam quia ob effrænatas, & amplissimas clausulas ex stylo Datariæ insertas solitas præfatis literis Pen-
sione-

Beneficius liberatus ab omni, & quocunque onere, quamvis extraordinario, Navarr. *cons.* 1. *de Eccles. ædificat.* Riccius *in praxi ref.* 428. *n.* 1. *p.* 2. Barbos. *in praxi exigendi pension. p.* 1. *q.* 7. *n.* 31. Tondut. *de pension. dicto cap.* 6. *n.* 20. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 172. Costa *de ratione rata q.* 10. *n.* 3. *in fin.* Rota in una Bergomen. pensionis cor. Pirovano apud Leonem *de offic. Capell. q.* 5. *sect.* 17 *sub n.* 270. Adden. ad Mohedan. *d. dec.* 4. n. 2. *dec.* 161. *n.* 2. *p.* 2. *divers. & in rec.*
27 *dec.* 702. n. 2. *in fin. p.* 2. coram Duran. *dec.* 157. *n.* 1.
28 Quemadmodum pariter evimitur a prætensa reductione, nam omisso, quod Titularis non probat suppositam fructuum diminutionem, cui innititur, Rota in una Firmana pensionis 27. Junii 1697. §. *alterius additur*, coram Meltio, cum cæteroquin, nisi doceatur de extrinseca causa illius,
29 fructus talis, tantique esse præsumantur, quanti erant tempore reservatæ pensionis. Rota *dec.* 120. *n.* 13. & *dec.* 266, *n.* 2. *p.* 7. *rec.* neque etiam eandem hujusmodi esse, ut perpetuo sit duratura; nam ob exiguitatem fructuum alicujus anni, non fit reductio pensionis Rotæ nos. Coccin. *dec.* 2329.
30 *n.* 5. & 6. *repetita dec.* 215. *p.* 8 *rec.* sed sterilitas unius anni compensatur aliorum ubertate. Felin. *in cap. ad audientiam, il* 2, *n.* 7. *de rescript.* Castrens. *cons.* 288. *sub n.* 3. *lib.* 1. Gonzadin. *cons.* 83. n. 13. Tondus, *de pens. cap.* 13. *n.* 9. & *cap.* 38. *n.* 38. Lother, *de re benef. lib.* 2. *q.* 33. *n.* 68. ubi allegat
31 opinionem Rotæ coram Puteo *dec.* 183. *lib.* 2.
Attamen cum, ut dictum est, non versemur in pensione reservata super Parochiali cum clausula, *Dummodo*, allegata diminutio, tametsi probata, nullius esset momenti; quia Summus Pontifex illius solutionem demandavit in casu etiam fructuum omnium amissionis; vel eorum quoque modo non recollectionis, juxta verba Bullæ: Quo
32 circa sibi imponit, ut si beneficium hac adjecta lege acceptando, fortunæ casibus se subjecit, Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 39. *n.* 68. Costa *ubi supra q.* 10. *n.* 6. Tondut. *dicta c.* 13. *n.* 9. Rotam Burats. *dec.* 841. *n.* 3. ibique Adden. *n.* 3. cum aliis in nostris terminis per Rotam Mediolanen. pensionis 22. Junii 1682. §. *siquidem*, cor. R. P. D. Ursino; quibus minime obnoxius est Pensionarius cui pensio integre debetur, non solum actione reali, quatenus scilicet nascuntur fructus, qui stare dicuntur causæ de-
33 monstrationis, non autem taxationis, Castrens. *loco supra citato*, quem sequitur Felin. *d. cap. ad audientiam*, Gigas *de pension. q.* 62. *n.* 7. & *seq.* sed independenter ab hac conditione aliam pure consequitur actione personali, orta ex quasi contractu inito cum Titulari suscipiente beneficium tali onere gravatam, Rota in dicta
34 Firmana pensionis, §. *Agitur enim*, *in eadem Mediolanen*, §. *De jure*, & relatis concordantibus Barbos, *in praxi exigend. pension. par. prima quæst.* 2. *n.* 47.
Ex quibus cum Titularis obligatio pura appareat, nullique sit subjecta conditioni, sublatum remanet confugium ad clausulam, *dummodo pensio medietatem fructuum non excedat*, quia hæc conditionalis clausula nunquam tacite subauditur, cum literis reservationis non est expresse apposita, Rota coram Mohedan *dec.* 11. *in fine*, & in dicta Firmana
35 Pensionis, §. *Etenim quando*, coram Meltio: quod si ille gravatum se sentit ob beneficium impar oneri, imprudenter acceptatum, non ideo vexare licebit Pensionarium,
36 denegando pensionis solutionem, Manica *dec.* 250. *n.* 4. Coccin. *dec.* 5. sed juxta vulgatum dicterium, vel illam solvere tenebitur, vel beneficium dimittere poterit, de quo præsertim Rota in *cit. Mediolanen.*
At vero tunc inquiens, hæc locum habere posse in pensione reservata super beneficio simplici, vel cui nulla imminet cura animarum; at minime procedere in pensione contra imposita Archipresbyteratui; quæ est prima dignitas Ecclesiæ Collegiatæ, annexam habens curam habitualem animarum, quem proinde omnis æquitas, omniaque sacrorum Canonum decreta clamant tanta non esse gravandum pensione, quæ vel totum, vel congruæ Titulari debitæ partem absorbeat, de quo in postremo dubii parte.
Verum hujusmodi prætensio nullo facti, nulloque juris adminiculo fulcitur: Non quidem facti, quia in una Romana Juriam Parochialium 23. Januarii proxime præteriti coram Rev. P. D. meo Muto, juxta stylum bodie supponendam, decisum fuit, præfato Archipresbyteratui nec actualem, nec habitualem curam animarum incumbere. Quocirca illa cessante, non debetur congrua, illius duntaxat ratione
37 assignanda, Lother, *de re benef. lib.* 2. *q.* 12. *n.* 24. Rota coram Mantic. *dec.* 250. & 255. & *in rec. dec.* 7. *p.* 2. Nec Juris, quia pensio reservata legitur absque consueta clausula, *dummodo centum &c.* quo casu etiamsi ageretur de Ecclesia Parochiali, Papa præsumitur sciens, volensque illam gravare voluisse onere pensionis integre solvendæ, tacite derogando congruæ ex concilii decreto debitæ Rochbelt. Rota cor. Martin. Andrea *dec.* 62. *per tot.* Barbos. *in collect. de claus. claus.* 48. *n.* 2. & 3. Rota in una 38
Feretrana pensionis coram Ottembergo apud Marchesan. *de commiss. p.* 1. *fol.* 535. & in sæpe citata Firmana Pensionis, §. *Etenim quando*, coram Meltio.
Jam vero vendicata pensione, tam a nullitate deducta ex falsa expressione valoris, quam a reductione petita prætextu occursum diminutionis fructuum, vel congruæ Titulari assignandæ; reliquum esset, ut vendicaretur etiam ab extinctione opposita ob non incessum Pensio- 39
narii in habitu, & tonsura, & ob exercitium muneris Prioris capitum regionum, quod ob jurisdictionem civilem, & criminalem, qua pollet, ipso jure induxisse prætendebatur pensionis extinctionem.
Sed ab obligatione gestandi clericalem habitum Pensionarius liberatur notissimis privilegiis Militiæ Lauretanæ concessis, passimque in nostro Sacro Auditorio receptis, & approbatis, cui tempore reservatæ pensionis illum adscriptum fuisse asseritur, nec contrarium ostenditur a Titulari; objecto vero desumpto ab exercitio prædicti officii occurrit decisio claræ memoriæ Card. Taya, edita die 14. Aprilis 1679. in una Romana pensionis, quam in hoc casu secuta fuit decisio bonæ memoriæ Ronaldini die 15. Martii 1688. quibus DD. adhærendam esse censuerunt, omisso inani la- 40
bore repetendi rationes, ibi eleganter deductas, nimisque superfluis disputationibus, post tot acerrimas causæ discussiones, post rem judicatam, & post semel, atque iterum denegatam restitutionem in integrum, minime instaurandis.
Et ita omnibus DD. suffragantibus, utraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. M U T O.

Calaguritson Pensionis,

Ven. 13. *Junii* 1698.

A R G U M E N T U M.

Pensio ex defectu probationis valoris si nulla sit, dijudicanda nequaquam est reducibilis sed corruit in totum, etsi bona fides pensionarii concurrat, in declaratione *disc.* 32. *de pens.* Card. de Luca.

S U M M A R I U M.

1 *Pensio corruit in totum, nec est reducibilis, si probatur non fuerit valor expressus,* per ascensum, *& cum clausula,* ut asseris, *&* n. 12.
2 *Amplia in pensione reservata nedum in actu reservationis, sed etiam in casu obitus.*
3 *Limitatur hujusmodi traditio in casu, quo non adsit expressio valoris,* per ascensum, *& cum clausula,* ut asseris.
4 *Limitatur quoque in terminis pensionis conditionalis, & cum clausula,* dummodo medietatem non excedat.
5 *Conclusio de qua n.* 1. *ampliatur, sive concurrat dolus, & mala fides, sive non.*
6 *Præcipue, si Titularis falsam narrativam valoris non retractaverit, sed potius pro illius executione institerit.*
7 *Cardin. de Luca de pension. disc.* 32. *numer.* 15. *declaratur.*
Rot. dec. 331. *num.* 3. *&* 204. *n.* 4. *post Tors. de pact. futur. success. explicatur, eodem n.* 7.
8 *Decisio* 188. *post.* 2. *vol. con. Farinacc. in quo casu procedat.*
9 *Decisio* 536. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. in quibus terminis loquatur.*
10 *Decisio in Vercellen. pensionis* 5. *Junii* 1694. *cor. R. P. D. Pio explodatur.*
11 *Pensio non reducitur, sed in totum annullatur ex defectu probationis valoris, etiam si in reservatione expressa fuerit causa subveniendi de alimentis ei, cujus favore reservata fuit pensio.*

DE

DECISIO LXIV.

ADversus editas decisiones in hac causa, altera cor. bon. mem. Emerix Decano sub die prima Decembris 1692. alterasque geminas coram me subrogato in diebus 11. Januarii 1697. & 21. Februarii præteriti, declarantes nullitatem pensionis, de qua agitur, ex capite non justificati veri valoris expressi, atque illius reducibilitatem excludentes; impetrata per Machin. pensionarium ex benignitate Tribunalis nullei nova audientia super reducibilitate tantum, super qua unice insistebant, ac propterea ad singulare examen fundamenti præteritarum resolutionum in hac parte revocati, Patres in decisis permanendum esse autumarunt.

Cum siquidem ex præadductis resolutionibus ad evidentiam convincatur defectus veri valoris in literis reservatoriis san. mem. Urbani VIII. in ducatis 3500. per ascensum, & cum clausula, *ut asseris*, per pensionatium expressi, ex hu-
1 jusmodi defectu pensio præfixa corruit in totum, nec ad mensuram deficientiæ valoris est reducibilis, Garz. *de benef.* p. 1. c. 5. n. 427. Tondut. *de pens. cap.* 15. n. 5 & 6. Rota penes Post. *de manut. dec.* 278. n. 2. cor. Dunoz. jun. *dec.* 850. *per tot. in rec. dec.* 342. n. 12. & *seq.* p. 4. *tom.* 2. *dec.* 187. n. 34. *cum seqq.* p. 11. *dec.* 41. n. 4. *dec.* 120. n. 2. *dec.* 245. n. 32. p. 17. *dec.* 375. n. 2. *cum seq.* & *dec.* 379 a n. 4. p. 19. in Romana pensionis 25. Junii 1683. cor. bon. mem. Rondinino, & in illius confirmatoriis 14. Januarii, & 20. Martii 1684. cor. R. D. meo Decano, & in Majoricen. pensionis 20. Martii 1689. §. *Quoniam*, cor. bon. mem. Emerix, & in Florentina pensionis 17. Junii 1697. §. *finali*, cor. R. P. D. meo Molines, & 24. Januarii proxime præteriti, §. *similiter finali*, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Quæ conclusio procedit nedum in pensione reservata in actu resignationis, prout solum admittere videbantur scribentes pro Pensionario, sed etiam in casu obitus, ut expresse tenent Add. ad Buratt. *dec.* 369. n. 8. *vers. Vel sumus in*
2 *causa vacationis per obitum*, & Rot. in d. Romana pensionis 14. Januarii 1684. §. *Idque absque ulla hæsitatione*, & 20. Martii ejusdem anni, § *finali*, cor. R. D. meo Decano. Non attentis auctoritatibus in oppositum adductis ad firmandum, quod in terminis pensionis reservatæ super beneficio vacante per obitum eadem sit reducibilis; nam Spad.
3 *cons.* 64. *lib.* 3. non loquitur in terminis similis pensionis, ut hic, reservatæ cum expressione valoris per ascensum, & cum clausula, *ut asseris*: similiter Garz. *de benef.* p. 1. *cap.* 5. n. 423. ibidemque Rut. in Monopolitana pensionis, & *dec.* 342. n. 12. p. 4. *tom.* 2. loquuntur de pensione conditionali, & cum clausula, *dummodo medietatem non excedat*, in qua
4 viget diversa ratio a præsenti reservata pure, & cum expressione certi valoris, ac cum clausula, *ut asseris*, non reducibili, ut admisit ipsemet Garz. *in loco superius citato n.* 427. *vers. ad secundum*, & d. *dec.* 342. n. 14. p. 4. *tom.* 2.

Absque eo, quod hujusmodi pensionis reductio ad mensuram deficientiæ valoris suaderi possit ex eo, quod illius expressio per ascensum dolosa non fuerit ex parte Pensionarii, tunc in undecimo ætatis anno constituti; sed potius censeri debeat ex facto speditionarii per errorem secuta: quandoquidem cum falsa expressio valoris sit causa motiva gratiæ, ac præjudicium ingerat Titulari, tametsi eadem facta fuerit absque dolo per simplicitatem, seu per errorem, gratia corruit in totum, nec potest in parte sustineri seu reduci; nam in hoc casu non attenditur bona fides seu
5 ignorantia Pensionarii, sed defectus intentionis, & consensus Papæ concedentis, ad notata in c. *super literas*, ibique Canonistæ de rescriptis, Rota coram Bich. *dec.* 306. n. 24. & *seq.* p. 10. *dec.* 220. n. 18. & *seq.* p 17. d. d. 375. n. 19. *in fin.* p. 19. in Eugubina pensionis 4. Maii 1671. §. *Minorem*, & in dicta Florentina pensionis 28. Martii, §. *Neque postrema cum seqq.* & 17. Junii 1697. §. *atque hinc*, cor. R. P. D. meo Molines.

Potissime quia Pensionarius post transactam puerilem, & minorem ætatem, non solum falsam narrativam valoris expressi non retractavit, neque institit pro illius correctione, sed gratiam in judicio produxit, totisque viribus usque ad præsens per tot judicata narrativa sustinere curavit, cum expeditione duplicis remissoriæ, ut cum ex hoc præsumptio oriatur eam cum suis qualitatibus ratificasse, juvari minime potest ex capite minoris ætatis, simplicitatis, seu erroris, Rota cor. Bich. *dec.* 410. n. 18. *in rec. dec* 120. *pariter n.* 18. *in fin.* p. 17. & aliis congestis in dec. hujus causæ, cor. bo. me. Emerix Decano, 1. Decembr. 1692. §. *fin.*

Nec contrarium firmant auctoritates adductæ per scribentes pro Pensionario; nam Card. de Luca *de pens. disc.* 32. n. 15. & Rot. *dec.* 131. n. 3. & *dec.* 204. n. 4. post Tarr. *de pens. futur. success.* non solum fundantur in deficientia doli in Pen- 7
sionario resultante ab expressione veri valoris in mandato procuræ per errorem variatis per expeditionarium, sed in verisimili voluntate Papæ concedendi reservationem aliarum pensionum consimilium sub expressione ejusdem valoris contenti in d. mandato procuræ, & in aliis circumstan- 8
tiis, quæ hic deficiunt; *dec.* 288. a n. 1. *usque ad fin. post secundum vol. cons.* Farinac. procedit in terminis extraneis a pensione, & de falsa expressione non tendente ad alicujus præjudicium; *dec.* 536. p. 4. to. 3. *rec.* loquitur similiter in di- 9
versis terminis; nam ibi agebatur contra titularem, qui pensioni consenserat, non aderat ut hic clausula, *ut asseris*, impetrans gratiæ usus non fuerat in ætate majori, & præjudicium nō erat nisi Titularis, qui cum dicta narrativa se obligaverat ad pensionem; & decisio in Vercell. pensionis 5. Julii 10
1694. §. *fin.* cor. R. P. D. meo Pio, non tangit articulum reductionis pensionis, sed tractat de omissa exactione terminorum pensionis reservatæ beneficio pleno, quam firmat non obesse Pensionario existenti in puerili, & minori ætate.

Minus pro petita reductione recurri potuit ad verisimilem voluntatem Pontificis concedentis; nam ex perperam desumebatur ab expressione causæ subveniendi Pensionario de alimentis, quia est generalis, & apponi solita in omnibus fere reservationibus pensionum, & non validat pensionem nullam ex defectu expressionis veri valoris, alias destrueret regulam superius nemata, cum, excepta pensione ex causa onerosa transactionis, in cæteris aliis regulariter adjicitur causa subveniendi Pensionario de alimentis, ex his quæ habentur penes Lotber. *de re benef. lib.* 1. q. 36. n. 11
47. Tondut. *de pens. c.* 57. n. 28. & patet ex formulis traditis per Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. c. 2. & 3. prout male arguitur, ex quo, sicuti apparet eundem Papam voluisse majorem summam pensionis reservare data narrativa expressi valoris, credendum itaque verisimiliter sit eundem minorem pensionem voluisse reservare, si minor quantitas valoris fuisset expressa; nam quidquid sit in reservationibus pensionum narratis per non excassam, & cum clausula conditionali, *dummodo pensio duas vel tres partes valoris narrati non excedat*, in reservatione, ut hic pura, & cum expressione certi valoris *per ascensum*, res diversimode se habet: quia tunc si valor non justificatur in summa expressa, cessare dicitur voluntas Papæ concedentis, gratia redditur subreptitia, & ratione individuitatis corruit in totum, juxta distinctionem amplexam per Rotam *in rec. dec.* 342. n. 12. *cum seq.* p 3. *tom.* 2. *dec.* 375. n. 10. *cum seq.* p. 19. & in d. Romana pensionis 14. Januarii 1684. §. *Veruntamen cum seq* & 20. Martii ejusdem anni, a §. *Nec controversa*, cor. Reverendissimo D. meo Decano.

Et ita conclusum utraque &c. DD. omnibus suffragantibus.

REVEREND. D. EMERIX DECANO.

Cordaben. pensionis.

Lun. 12. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

An post deputationem Oeconomi pensionatius teneatur obligatos fructus beneficii decurrendos pro terminis decursis tempore, quo Oeconomus administravit, & non solvit?

SUMMARIUM.

1 *CEssante causa, debet quoque cessare effectus.*
2 *Pensionarius pro terminis decursis a die deputationis Oeconomi actionem habet contra ipsum Oeconomum.*
3 *Non vero contra titularem, qui ad illos amplius non tenetur.*
4 *Præsertim quando Pensionarius expresse consensit liberationi casu, quo fiat fructuum assignatio, seu divisio in manibus Oeconomi.*
5 *Ea casu tot dicuntur esse pensiones, quot sunt anni.*
6 *Et si eveniat alicujus pensionis cessatio, ista cedit beneficio titularis, non vero Pensionarii creditoris.*
7 *Deputatio Oeconomi per stipulationem acceptata potest retracta-*

Digitized by Google

tractari, si iste velit pensiones decurrendas exsolvere.

8 *Dummodo præstetur cautio de solvendo pensiones futuras,*

D E C I S I O LXV.

AD dirimendas controversias, quæ frequenter oriebantur inter Emin. Cardinalem de Salazar Episcopum Cordubensem, & plures, quibus reservatæ reperiuntur pensiones in summa ducatorum 10517. super fructibus ejus mensæ Episcopalis sub solita clausula, *dummodo in simul unitæ tertiam partem fructuum non excedant*, consensit idem Card. usque de anno 1696. liberæ dimissioni tertiæ partis fructuum in manibus Oeconomi per pensionarios deputandi, eademque dimissio approbata fuit a Reverendiss. Nuncio Hispaniarum ad effectum, ut pro eo tempore, quo ipse pensiones non solveret, per ejusmodi dimissionem liberatus foret ab ulteriori ipsarum solutione: cum autem diminutum per obitum nonnullorum ex pensionariis illarum onere Dominus Cardinalis instituisset judicium manutentionis, sive reintegrationis ad jura pristinæ administrationis fructuum, obtulissetque pro securitate pensionariorum cautionem de persolvendis integre pensionibus imposterum decurrendis, hujusmodi instantiæ sese opposuerunt pensionarii cor. eodem Rev. Nuncio Hispaniarum, a quo obtento decreto favorabili, delataque ab eo causa appellatione per Card. interposita ad Rot. consului hodie DD. *An ipsi concedenda foret manutentio, seu potius reintegratio?* Responderunt concedendam esse reintegrationem, præstita tamen idonea cautione pro pensionibus decurrendis.

Fundamentum resolutionis stetit in eo, quod dimissio 3. partis fructuum non fuit facta simpliciter per D. Cardinalem, neque absolute ad commodum pensionariorum, sed caure duntaxat ex eo, quod mensa Episcopalis reperiretur gravata ultra modum expressum in literis Apostolicis, & pro eo tempore, quo D Card. cujus favore adjecta fuerat clausula; *dummodo pensiones in simul unitæ tertiam partem fructuum non excedant*, non mallet illas persolvere; proindeq; dum hodie diminuto illarum onere per obitum aliquorum pensionariorum, cessat casus, propter quem illa principaliter facta fuit, & Cardinalis mavult per se ipsum immediate pensiones solvere, quam subjacere ulterius oneri Oeconomatus, cessare etiam debet effectus dimissionis, ad Text. *in c.*
1 *cum cessante de appell.* quem in terminis deputationis Oeconomi sequitur Rot. *dec.* 919. *n.* 10. cor. clar. me. Card. Cerro.

Nec placuit, quod titularis admitti nequeat ad hujusmodi reintegrationem, nisi prius integre soluti fuerint termini pensionum decursarum: quia cum fructus, ex quibus cum pretio pensionarii consequi debebant satisfactionem, assignati fuerint Oeconomo ab ipsis deputato, adversus eundem agere debent pro consecutione pensionum decursarum tem-
2 pore ejus administrationis, ad tradita per Burat *cons.* 361. *n.* 14. Gig. *de pension. q.* 65. *per tot.* Guttier. *can. q. n.* 23. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 111. Rot. *dec.* 669. *per tot.* cor. Buratt. non autem adversus titularem, qui per dimissionem proportionabilis ratæ fructuum penes eundem Oeconomum satisfe-
3 cisse dicitur propriæ obligationi, ut in proximis terminis titularis non obligati pro eo tempore, quo fructus fuerunt ab alio percepti, tradit Bursatt. *d. cons.* 361. *n.* 19. *vers.* 2. Garz. *de benef. d. p.* 1. *q.* 10. *n.* 14. *& seq.* Rot. *dec.* 699. *n.* 1. *p.* 1. *diversorum*; præsertim quando, prout hic, pensionarii
4 expresse consenserunt, quod per assignationem tertiæ partis fructuum cujuslibet anni titularis liberatus foret ab ulteriori solutione pensionum. In his enim terminis creditum unius anni nihil commune habet cum credito alterius, sed tot dicuntur esse pensiones, quot sunt anni, ad trad. per Lo-
5 thet. *de re benef. lib.* 1. *q.* 39. *n.* 90. Barb. *in praxi exigendi pensiones p.* 1. *q.* 12. *n.* 52. & fructus sequentium annorum non evaserunt majores, seu pinguiores ob majorem ubertatem soli, sed propter aliarum pensionum cessationem, quæ ce-
6 dere debet commodo titularis, non pensionariorum, ex adductis per Cacciam Cust. *de pens. p.* 21. *n.* 4. *cum concord.*

Prout nec magis relevat, quod dimissio acceptata fuerit per pensionarios, & successive per judicem approbata, ideoque deinceps retractari nequeat per titularem in præjudiciū pensionariorum, quibus ex ea irrevocabiliter jus fuit acqui-
7 situm tanquam ex contractu, vel tanquam ex sententia in judicatum transacta; quia cum acceptatio dimissionis, ejusque approbatio facta fuerit ex certa causa, restrictive ad tempus, quo D. Cardinalis pensiones non solveret, nullum ex ea quæsitum fuit jus irrevocabiliter pensionariis, sed obligatio pendet ab arbitrio titularis, quousque velit per solutionem pensionum ad primæva jura redire.

Tantoque fortius præmissa procedere visa fuerunt, quia per hujusmodi reintegrationem nullum infertur præjudicium pensionariis, quorum indemnitati satis consultum esse censuerunt DD. per exhibitionem idoneæ cautionis pro 6
fructibus decurrendis, quam in his terminis approbat Mand. *de sign. grat. tit. de pens. vers. advertendum etiam*, Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 1. *n.* 360. Barbos. *in prax. exigend. pension. p.* 1. *q.* 2. *n.* 51. Et ita resolutum fuit utraque.

REVEREN. D. EMERIX DECANO.

Cordoben. Pensionum.

Merc. 16. Januarii 1697.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia in præcedenti decisione per, tractata, & deciditur, quando locum obtineat conclusio firmata per Card. de Luca *de pens. disc.* 19. quod nempe omnes fructus beneficii censeantur favore pensionarii hypothecari.

S U M M A R I U M.

1 *DEputatio Oeconomi cessare debet, si titularis velit pensiones decurrentes ipse exsolvere, & ad hunc effectum præstare cautionem, & n. 2. & 4.*

3 *Deputatio quæ ad d. effectum fit, reputatur temporalis, & revocabilis.*

5 *Ampli a, licet pensionarii de pensionibus decursis ab Oeconomo non fuerint satisfacti, & n. 6.*

7 *Tot dicuntur esse pensiones, quot sunt anni, si pensionarius consenserit liberationi titularis per deputationem Oeconomi.*

8 *Fructus omnes beneficii sunt hypothecati pro pensionibus. Limita, ut n. 9.*

D E C I S I O LXVI.

CUm hodie suffectus in locum bo. me. Emerix Decani dubitaverim super resolutis coram eo die 25 Junii an. ni præteriti, DD. approbando decisa iterum fuerunt in sensu Emin. de Salazar Episcopo Cordubensi concedendam esse reintegrationem ad tertiam partem fructuum suæ mensæ Episcopalis jam dimissæ usque, & per totum annum 1686. in manibus Oeconomi per pensionarios deputati, ut se suamque mensam liberaret a solutione quamplurium pensionum super fructibus mensæ reservatarum sub solita clausula, *dummodo in simul unitæ tertiam partem fructuum non excedant*. Quia cum cessio, seu dimissio dd. redituum facta fuerit per Emin. Titularem, ac etiam a Rev. Nuncio admissa non simpliciter, & absolute ad commodum pensionariorum, sed ex certa, ac determinata causa, & ad solū effectum, ut ipse titularis liberatus totaliter esset a solutione, & satisfactione pensionum pro illis tantum annis, in quibus noller hoc onus assumere, & consignaverit integram tertiam partem eorundem redituum, ut sonant verba decreti Nuncii, Summ. Card. n. 4. ibi: *Si dichiara haver compito det. to Emin. Sig. Card. con la paga, e sodisfazione delle pensioni dell'anni che consegnerà la d. terza parte intiera:* hodie diminuto onere pensionum mutatus fuit rerum status, & causa dimissionis cessavit, ac per cautionem oblatam ab Eminentissimo titulari pro pensionibus decurrendis satis consultum est interesse pensionariorum, cessat casus, propter quem principaliter facta fuit dimissio, & in consequens cessare etiam debet dimissionis effectus, & deputatio Oeconomi, ut ex text. *in c. cessante de appell.* firmat Rot. cor. Cerro *dec.* 629. *n.* 3. & titulari, ratione civilis possessionis, quam animo semper retinuit, fas est competere remedium reintegrationis ad fructus suæ mensæ causative tantum di- 1
missos, ad tradita per Pacific. de Salvian. *interd. inspect.* 8. *c.* 1. *n.* 120. Thomas. *de March.* 52. *n.* 3. *& seq.* Rot. cor. 2
Greg. *dec.* 254. *n.* 1. & cor. Merlin. *dec.* 291. *n.* 3.

Unde sub hac hypothesi extranei prorsus remanent termini assignationis perpetuæ, & irrevocabiliter factæ in judicio formalis concursus ab ipso debitore efformati, juxta thema quæstionis propositæ a Salgad. *in labyrinth credit. p.* 3. *c.* 16. *n.* 11. *& seq. usque ad* 46. Quia in præsenti non agi- 3
tur de debitore, vel beneficiato obærato, qui cessit bonis

fuit,

ſuis, vel anctoritate judicis in perpetuum, & irrevocabiliter creditoribus aſſignavit omnes reditus ſui beneficii; quo caſu ſi ceſſio ce vocabilis nn eſt ad libitum debitoris, niſi creditoribus integraliter ſatisfactis, ad ſenſum Salgad nuper laudati: ſed verſamur io titulari non obligato ad ſolvendum penſiones, niſi ea fructibus ſui beneficii, & ex tertia tantum illorum parte, qui ut ſe eximeret a d. ſolutione, ſpontanee ceſſit tertiam partem fructuum pro illis tantum annis, in quibus nolebat onus penſionum ſubire, ſicque in dimiſſione temporali, cauſativa, & limitata, quæ temporalem tantum effectum, quandocunque revocabilem ſortiri poteſt, ut comprobat prima cauſæ deciſio, *§. fundamentum*.

Ultra quod omnis quæſtio removetur: quia cum dimiſſio fuerit cauſativa ad effectum ſolvendi penſiones decurſas, utique illis ſolutis, ſeu adimpletis a titulari oneribus ei in-
4 cumbentibus, locus eſt remotioni Oeconomi, ut limitando contraria, late probat Salgad. *in objecto laudatas in labyr. cred. p. 3. cap. 16. n. 37.*

Nec relevat, penſionarios non fuiſſe integre ſatisfactos, ſed adhuc remanere creditores uſque ad finem anni 1691. in regalibus 377540. ut liquere dicebat ex atteſtatione Oeconomi edita 20. Novembr. præteriti, & data *in ſum. penſionariorum n. 4.* Nam diſtinguendo tempora, ab an. ſcilicet 1686. uſque ad annum 1691. quo fuit deputatus Oeconomus, & ab iſto tempore uſque io præſens, ac præſuppoſito, prout inter partes erat iocontroverſum, pro hoc ſecundo tempore penſionarios remanſiſſe integre ſatisfactos ad intentum Emin. Titularis, nil obſtat, an pro primo tempore penſionarii remaneant creditores, dummodo probet io integraliter Oeconomo conſignaſſe tertiam partem redituum menſæ E-
5 piſcopalis, quia hoc onere ab eo adimpleto penſiones, quoad ipſum habentur pro effective ſolutis, & penſionarii ſolam actionem habent contra Oeconomum, qui fructus percepit, & adminiſtravit, ut allatis concordantibus fuſe probat prætoria deciſio, *§. Nec placuit cum ſeq.*

Quod autem Emin. Epiſcopus integre conſignaverit Oeconomo tertiam partem redituum menſę ab anno 1686. uſque ad 1691. probatur concludentiſſime. Primo ex ſolenni declaratione Oeconomi data in ejus Sum. *n. 2.* io qua refert, quod D. Card. ſolverit tertiam partem grani, blandatum, & pecuniarum, ibi: *Che reſtava dovendo di d. terza parte ſin' al fine dell'anno* 1691. Et quia circa quaſdam rerum ſpecies aderat controverſia, omnes ſummæ fuerunt concordatæ in ducatis 8000. quos Card. perſolvit, & pro illis amplam receptam reportavit, ibi: *Acciochè in neſſun tempo poſſano domandarla li Sig. Intereſſati veruna di quello ha toccata la terza parte ſin' al fin del* 1691.

Secundo id ipſum evincitur ex inſtrumento redditionis rationis geſtæ ab Oeconomo, & datæ in Sum. replicationis Emin. Epiſc. *n. unic.* in quo diſerte enumerantur omnes rerum ſpecies a D. Card. conſignatæ Oeconomo pro fructibus ab anno 1686. uſque ad finem anni 1691. & quia ſuper certis rerum ſpeciebus aderat inter Oeconomum, & Eminent. Card. quæſtio, penſionarii dederunt Oeconomo in mandatis, ut eum eo concordaret pro ſumma ducatorum 8000. quæ cum fuerint ſoluta, titularis reportavit ab Oeconomo ampliſſimam apocham liberatoriam, aut ex contextu d. inſtrumenti ſub geminatis *lit. A, & D*, a quibus proinde palam fit Emin. Epiſcopum cum effectu oneri ſibi incumbenti ſatisfeciſſe, & in conſequens, quoad ipſum penſiones reputari integraliter ſolutas.

Cum prædictis autem probationibus optime compatitur alia atteſtatio Oeconomi allegata pro penſionariis, quia ea non excludit Emin. Epiſc. integre conſignaſſe tertiam partem fructuum, ſed ſolum præſefert creditum penſionariorum in d. regalibus 377 m. quod cum provenire poſſit non ex defectu facti conſignationis redituum, ſed ex defectu juris, quia nempe penſiones tertiam partem fructuum excedant, facillime conciliatur, ut patet ad ſenſum.

Arguendo ergo ex præmiſſis aſſequimur, quod aut fructus in tertia parte integre dimiſſi a titulari ſufficiunt pro penſionibus, & penſionarii pro aſſequendo credito agere debent contra Oeconomum adminiſtratorem, non autem
6 adverſus titularem, qui jam propriæ obligationi ſatisfecit ad tradita per Buratt *conſ. 361. n. 19. verſ* 2. Garz. *de benef. p. 1. c. 5. n. 182.* Barboſ. *in prax. exig. penſion. p. 1. q. 10. n. 14. & ſeq* & Rot. *dec. 699. n. 1. p. 3. diverſ.* & alias in prima cauſæ *§. placuit, & ſeq.*

Aut tertia pars fructuum ſpatio decennii per Oeconomum adminiſtrata, ad integram ſatisfactionem penſionum non ſufficit, & Emin. Titularis ad nil aliud tenetur; quia ſtante conſenſu ab ipſiſmet penſionariis præſtito, ab ulteriori onere liberatus remanſit per conſignationem fructuum cum ſub his literalibus verbis contentis in decreto Nuncii prolatis de conſenſu utriuſque partis, liberationem titularis ſtipulati fuerunt, ibi: *E coſtando l'antiera conſegna d'eſſa* idest tertiæ partis fructuum, *ſi dichiara haver compito d. Emin. Sig. Card. con la paga, e ſodisfattione delle penſioni negl'anni, che conſegnerà la d. terza parte antiera:* In his namque terminis non contingit dubitari, an titularis teneatur ex fructibus uberioribus annorum ſequent. ad penſiones annorum præcedentium, quia cum ex conſenſu ipſorum penſionariorum titularis liberatus remanſerit ab ulteriori onere per aſſignationem redituum, creditum unius anni in hoc caſu nil commune habet cum credito alterius, ſed tot dicuntur eſſe penſiones, quot anni, ut optime tradit Lotther. *de re benef. lib. 1 q. 39. n. 90.* Barboſ. *vot. dec. tom. 2. lib. 3. vot. 108. ſub n. 23. verſ. unde cum in penſionibus, &* 7
in praxi exigen penſion. p. 1. q. 2. n. 51.

Nam quidquid ſit, an de jure fructus omnes beneficii ſint hypothecati pro penſionibus, juxta *dec. 369. n. 6.* cor. Duran. hoc certe non applicatur, quoties penſionarii ipſi contenti fuerunt ſola hypotheca limitata ad ſingulos annos; nam tunc ex ſtipulatione contrahentium credita effecta fuerunt diverſa, ut optime proſequitur Barb. *in prax.* 8
exigen. penſ. d. p. 1. q. 2. ſub n. 51. verſ. verum licet hoc attento rigore juris, & videtur admittere ipſa *dec. 369.* cor. 9
Duran. *ſub n. 8. & 9.* ubi totam vim facit in forma reſervationis, & obligatione Camerali.

Et ita in partium contradictorio concluſum fuit &c.

REVEREND. D. EMERIX DECANO.

Romana Penſionis.

Lun. 5. Julii 1694.

A R G U M E N T U M.

Hæc deciſio emanavit in eadem cauſa, de qua ſcripſit Card. de Luca, qui in ea edidit *diſc. 22. de penſ.* ſuper articulo, an in caſſatione penſionis exigatur expreſſio qualitatis, quod illa fuerit pro dote alicujus Loci Pii reſervata, quodque expreſſe derogetur regulæ de jure quæſito non tollendo, & an individualis revocatio, aut mentio requiratur clauſulæ derogatoriæ in reſervatione appoſitæ.

S U M M A R I U M.

1 *Caſſatio penſionis reddit immune beneficium ab onere.*
2 *Judex, etiam parte non opponente, poteſt penſionarium repellere agentem pro ſolutione penſionis, quoties conſtet illam fuiſſe caſſatam.*
3 *Penſio ſi caſſetur ab eodem Papa, qui illam reſervavit, non exigitur, quod exprimatur fuiſſe reſervatam pro dote.*
4 *Quando in caſſatione penſionis opus non ſit revocare, ſeu mentionem facere de clauſula derogatoria in reſervatione appoſita, & n. 5.*
6 *In caſſatione penſionis neceſſaria non eſt revocatio regulæ de jure quæſito non tollendo, & n. 7.*
8 *Ex omnibus ſimul ſumptis præjudicium eſt metiendum non ex aliqua tantum parte actus.*
9 *Regula de præſtandis conſenſibus eſt odioſa.*
10 *Et ideo extenſionem non patitur de uno caſu ad alium.*
11 *Derogatio ad omnia eſt referenda.*
12 *Rector dicitur legitimus adminiſtrator Collegii ſeu beneficii.*
13 *Obſervantia, quæ jus alterius tollit, debet eſſe legitime præſcripta.*
14 *Unumquodque diſſolvitur eo vinculo, quo colligatum eſt.*
15 *Decretum irritans quid operetur.*
16 *Ineffectuatio ex quibus excludatur.*
17 *Geſta in eodem actu correſpectiva dicuntur.*
18 *Penſio ex partium conſenſu reconvalidari non poteſt, ſed nova gratia, & auctoritas Papæ requiritur.*
19 *Nil validum, quod non ſit præcognitum.*
20 *In iis, quæ a Papa proveniunt, non obeſt acceptatio, vel recuſatio partis.*
21 *Reconvalidatio penſionis ex obſervantia præſumi non poteſt.*
22 *Præſcriptio ex quibus excludatur.*

23 *Per*

23 *Per unionem Ecclesiæ privilegia illius non extinguantur, sed transeant in eam cui facta est unio.*

DECISIO LXVII.

Renuente Collegio Germanico diutius persolvere Collegio Græco pensionem scut. 100. auri in auro per san. mem. Gregorium XIII. Græco reservatam super fructibus Abbatiæ S. Crucis Fontis Avellanæ unitæ Germanico, ob comperta documenta illius cassationis, & extinctionis ab eodem Papa emanatæ occasione unionis Græcu peractæ Abbatiæ SS. Trinitatis Mileti; commissaque per san. mem. Alexandrum VII. lite desuper inter utrunque Collegium eorum Congregationi particulari quinque Prælatorum decidenda de voto Rotæ, prodiit die 8. Junii 1665. cor. clar. me. Card. Cerro, dec. inter ejus impressas 816. firmans pensionem non deberi: & ab inde citra Collegium Græcum siluit per spatium plurium annorum; sed cum paucis ab hinc annis litem resumpserit, & post varias illius distractiones ad alios Judices, nuper a Sanctissimo D. N. obtinuerit pro ipsius definitione deputari particularem Congregationem aliorum quinque Prælatorum, eidemque Congregationi postmodum superaddi commissionem procedendi de voto nostri Auditorii, negotio mihi de more delato, proposui dubium: *An sit standum, vel recedendum a decisis*, cor. clar. mem. Card. Cerro, & DD. responderunt standum.

Constat siquidem, quod idemmet Papa qui pensionem reservavit Collegio Græco super Abbatia S. Crucis unita Germanico, in actu, quo deinceps Græco univit, æquivalen- 1
tis, imo etiam pinguioris reditus Abbatiam SS. Trinitatis, motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, pensionem cassavit, & extinxit, ut ex supplicatione unionis Abbatiæ per eum signata, & prægnantissimis clausulis munita, cum decreto, quod illa sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, contraria regula non obstante, & ex Bulla super ipsa expedita, ac ex geminatis consensibus cassationi, & extinctioni pensionis præstitis per Rectorem, procuratorem, & magistrum superiores administratores Collegii pensionarii, a tergo scilicet ipsius Bullæ, & seorsim a Bulla per publicum instrumentum: unde stante cassatione, & extinctione, quæ præsefert reductionem in pristinum statum, ut in similibus terminis notat Angel. *in l. ab empt. n. 6. vers. Et sic, ff. de pact.* Rot. *dec.* 192. *n.* 1. post Salg. *in labyr. cred.*
2 *p.* 4. & assimilatur morti pensionarii, ut per Toodut. *de pens. c.* 21. *n.* 35. pensio amplius non debetur, & potest, ac debet judex etiam parte non opponente pensionatium repellere agentem pro ejus exactione, ut in hac ipsa causa consultus inquit Card. de Luc. *de pens. dist.* 22. *n.* 2.

3 Non obstant tria nullitatum capita contra cassationem, & extinctionem pensionis adducta; non quidem primum, quod omissa fuerit in cassatione expressio, quod pensio fuerat Collegio Græco reservata pro ejus dote, quia quidquid sit, an satis doceatur de qualitate dotali pensionis, difficultas cessat ex eo, quod cassatio procedit ab eodem Papa, qui
4 fecit reservationem, & sic optime novit qualitatem pensionis, quam reservavit, qua stante Papæ notitia non potest dari de subreptione, vel defectu intentionis, Menoc. *cons.* 20. *n.* 50. Cyriac. *contr.* 160. *n.* 28. Rota in Romana dotium 14. Junii 1677. §. *Prout non subsistit*, cor. Rev. Bourlemont. Non attenta replicatione, quod in Papa ob multitudinem negotiorum præsumi possit oblivio, quia hæc excluditur ex specifica, ac distincta narrativa reservationis per eum habita in cassatione; ex commemoratione enim substantiæ præsumitur reminiscentia qualitatis, maxime quia fuit specialiter narrata perpetuitas pensionis, quæ est una ex præcipuis circumstantiis perpensis ad effectum suadendi qualitatem ejus dotalem.

Neque secundum, quod cassatio nullam præseferat specialem derogationem, sive mentionem decreti in literis reservationis appositi, quod pensio nullatenus reduci, vel annullari valeat, & quod reducta, vel annullata nō censeatur, nisi per literas plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum mentionem facientes ejus reservationis; tum quia non agitur de simplici cassatione, sed de cassatione mixta cum unione Abbatiæ majoris reditus, quæ sapit permutationem quandam magis, & quidem Collegio pensionario, utilem & proficuam, quam reductionem, seu cassationem; tum etiam quia cassatio facta fuit motu proprio, & cum generali clausula, *non obstantibus*, quæ sufficit adhoc ut secunda concessio motu proprio emanata sustineatur, ac tollit primam etiam sine speciali mentione, seu revocatione istius derogatoriæ, ut pluribus relatis firmat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl.* 36. *n.* 43. Tum demum quia, cum ex præmissis liquet de scientia Papæ, qui expresse meminit reservationis, eamque cassare voluit, nulla requiritur derogatio, quia non potest per quodcunque decretum Papa, nec sibi, nec successoribus suis legem dicere, a qua recedere non liceat, ad Text. *in c. innotuit de elect. & in c. fin. de rescript. in* 6. ut distinguendo, & conciliando contrarias auctoritates, tradit
Card. Zabarell. *cons.* 52. *n.* 3. *& num.* 6. *vers. nisi cum appareat* 5
Papam specialiter reminisci, Gonz. *ubi supra n.* 63. *&* 68.

Nec denique tertium, quod non fuerit in actu cassationis derogatum regulæ de non tollendo jure quæsito, minusque alteri de præstandis consensibus. Quo enim ad regulam de non tollendo necessaria non est ejus derogatio in cassatione tanquam de sui natura præjudiciali, Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 67. *& seq.* Rot. post Marchesan. *de commiss.*
p. 1 §. 1. *fol.* 534. *dec.* 125. *n.* 7. cor. Dunoz. jun. & in Hi- 6
spaleo. Decimarum de Olivares 30. Januarii 1679. §. *In applicabiles*, cor. Reverendissimo Bourlemont. Non subsistente ponderatione, quod id procedat in re, ex qua præjudicium oritur consecutive, non autem in re, ex qua oritur præjudicium directe: quoniam imo procedit etiam in re directe præjudiciali, quando, prout hic, præjudicium non venit
ex narratis, sed ex natura actus, Adden. ad Buratt. *dec.* 7
576. *n.* 16. Rot. *dec.* 607. *n.* 4. *&* 5. *p.* 15. *rec.* ultra quod objectum corruit in radice: quia nec adest præjudicium, sed potius utilitas, & commodum Collegii pensionarii, cui loco pensionis unita fuit majoris reditus Abbatia. Non enim ex una, vel altera dispositionis parte, sed ex omnibus simul sumptis, metiendum est præjudicium, ut in
terminis læsionis, dixit Rota in Melilen. transactionis 8
28. Februarii 1684. §. *fin.* coram D. Flores.

Et quoad regulam de consensibus, hæc nulla ex parte redditur applicabilis; primum quia loquitur de reservationibus, & assignationibus, & ideo trahi nequit ad cassationes; nam regulæ hujusmodi sunt odiosæ, ut de hac ipsa sennit Rot. *dec.* 106. *n.* 10. *p.* 18. *rec.* ac uti tales extensio-
nem non patiuntur de uno casu ad alium, Patil. *cons.* 3. *n.* 9
94. *lib.* 4. *& de resignat. lib.* 12. *q.* 2. *n.* 8. Gigal. *respons.* 34. *n.* 4. Rot. *dec.* 246. *n.* 1. *lib.* 1. *in correct.* cor. Puteo. Dein-
de quia in supplicatione unionis expressa legitur ejus dero- 10
gatio. Nec officit, quod immediate legatur post reservationem pensionis Cardinalis Madrutii: quia cum nullam in literam specialem relationem dicat ad ipsam reservationem, generaliter ad omnia referri debet, quibus regula
obstare valet, Gabr. *comm. concl. lib.* 6. *concl.* 9. *n.* 1. Rot. 11
dec. 167. *n.* 16. cor. Coccin. & demum quia non deest etiam positivus consensus explicatus, ut diximus, per Rectorem, & Procuratorem, & Magistrum, superiores administratores Collegii pensionarii, a tergo Bullæ unionis, & seorsim a Bulla per publicum instrumentum.

Neque consensus iste impugnari valet ex eo, quod regimen, & administratio Collegii resideret solum penes Car-
dinalem ejus protectorem, quia (præter quod jus in hac 12
parte assistit Rectori, qui dicitur legitimus administrator Collegii, seu beneficii, Abb. *in cap. deputati n.* 11. ibique Bellarm. *n.* 2. *de judic.* Beron. *cons.* 116. *n.* 9. *lib.* 2. & in terminis Collegii Germanici dictum fuit in Romana seu Pottuen. Tenutarum 5. Maii 1687. §. *Neque secunda*, coram me, & viceversa resistit Card. Protectori, cujus jus sonat in defensionem, seu protectionem, non autem in gubernium, & administrationem, non suffragante contraria observantia, quæ ad hoc uti uni tollat, & alteri tribuat adversus juris dispositionem, debet esse legitime præscripta,
Butr. *in c. Cum dilectus n.* 18. *de consuet.* Rota in Cesarau- 13
gustana jurisdictionis 10. Decembris §. *tertius.* cor. me.) animadversum fuit, quod in reservatione nuncupati fuerint duntaxat Rectores, administratores, & scholares, quorum proinde consensus satis fuit in cassatione; nam unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est,
ad Text. *in l. nihil tam naturale, ff. de regul. jur.* Mandos. 14
ad reg. Cancellariæ regul. 32. *q.* 15. *n.* 2. *&* 4.

Minus obstant solutiones pensionis continuatæ per spatium 60. annorum, & ultra, ex quibus deduci contenditur ineffectuatio cassationis, vel pensionis reconvalidatio, vel præscriptio: ineffectuatio siquidem cassationis cessat ex eo, quod adjectum fuit in cassatione decretum irritans, quod
inficit quemcunque non usum, vel contrarium usum, *c. si* 15
eo tempore de elect. in 6. Rot in Colon. jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. *Nec suffragari*, cor. bon. mem. Albergato. Et rursus ex eo, quod effectuata fuit unio Abbatiæ favore Collegii, quod semper illam abunde citra possedit, ac possidet, & sic damnati inquit de ineffectuatione cassationis, quæ

fuit

sole unionis correspectiva, ad tradita per Rot. in Bonon. fi-
16 deicommissi de Antoniuis 9. Junii 1673. §. *Unde consensus*, cor. Reverendissimo Bottiemont. Nec correspectivitas hujusmodi controverti valet, quia de illa evidenter constat ex eo, quod tam cassatio, quam unio celebratæ fuerunt in una,
17 & eadem supplicatione, ut ponderat Surd. *cons.* 551. *n.* 10. Grat. *discept.* 924. *n.* 1. Rot. Romana, seu Hispalen. pecuniaria 17. Martii 1683. §. *quod autem*, cor. R. P. D. meo Ursino; & ex consensu per Rectorem, Procuratorem, & magistrum superiores administratores Collegii pensionarii, uti supra præstito cassationi a tergo Bullæ unionis, qui clare denotat cassationem fuisse cõtemplatione unionis secutam.

Cessat quoque pensionis reconvalidatio, quia per ejus cassationem resolutus fuit illius titulus, nec ad ipsum reconvalidandum sufficit consensus partium, sed requiritur nova gratia, & auctoritas Papæ, ut præter allegatos in decisione
18 bo. me. Card. Cerri, tradit Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *c.* 10. *n.* 63. Nec replicare juvat, quod ex observantia tam longi temporis præsumatur non acceptata cassatio, quia non probatur in Germanico scientia cassationis, prout requireretur,
19 cum nihil volitum, quin præcognitum, *l. non est ferendus, ff. de transact.* Rot. in Cameriuen. fideicommissi 24. Januarii 1687. §. *nec visum*, cor. bo. me. Bencincasa; imo per contrarium verisimilis redditur ignorantia ex lapsu 17. annorum, & intermediis mutationibus Rectorum, & quatenus probaretur, non relevaret, quia cassatio executionem habet ex facto Papæ, nec circa eam potest obesse acceptatio, vel recusatio titularis, ex notatis per Dec. *cons.* 114. *n.* 5. *lib.* 1.
20 Rot. *dec.* 610. *n.* 50. cor. Caval. Prout nec subsistit, quod ex eadem observantia detur aliquis reconvalidationis præsumptus etiam in hoc genere rerum, quæ non sunt in partium commercio; quoniam auctoritates ad hunc effectum adductæ loquuntur, vel in terminis derogationum assensuum Apostolicorum, ac dispensationis, in quibus non agitur de præsumenda ex integro substantia tituli, sed solemnitate duntaxat, vel qualitate, quæ facilius præsumitur, quam
21 substantia, Menoch. *cons.* 94. *n.* 15. Surd. *dec.* 220. *n.* 7. vel in casu, quo simpliciter agatur de præsumendo titulo, non autem in casu, quo (prout hic) agitur de præsumenda reconvalidatione adversus claram, & irrefragabilem cassationem, cui proinde semper stari debet tanquam certæ in concursu simplicis præsumptionis resultantis ex observantia, quæ præsertim ex ignorantia, vel errore, de quo supra, reddi valet æquivoca.

Et denique cessat præscriptio; quia quemadmodum firmatur in decisione Cerri, non adest nec justus titulus, nec bona fides, nec tempus sufficiens ad præscribendum; non inquam justus titulus, quia hic per cassationem redactus fuit ad non titulum; nec bona fides, quia ipsemet procurator,
22 qui primus pensionem exegit, fuit, qui a tergo Bullæ unionis cassationi consensit; nec tandem tempus sufficiens, quia Abbatia Fontis Avellanæ speciali gaudet privilegio, quod nequeat adversus ipsam præscribi, nisi spatio centum annorum. Nec mala fides procuratoris confunditur ex inverisimilitudine, quod tam ipse quam Card. S. Severinæ Collegii protector, qui illum constituit ad exigendum, conspirare voluerint adversus Germanicum pro exactione pensionis, quam novissent esse cassatam, quoniam inverisimilitudo potius militat in oppositum, quod dum ipsis cassatio innotuerat, agentes deinceps pro exactione reconvalidationis, nec meminissent; nec privilegium Abbatiæ extinctum fuit per ejus unionem, quia per unionem Ecclesiæ privilegia illius non extinguuntur, sed transeunt in eam, cui facta est unio, gloss. in c. auon. & temporis qualitas, *vers. unire* 16. *q.* 1.
23 *& in c. nov. vers. uniendo ne sed. vac.* Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 2. Sanch. *ad præcepta Decal. lib.* 7. *c.* 29. *n.* 146. & cum aliis plene relatis in Cæsaraugustana jurisdictionis 8. Februarii 1690. §. *neque ad eludendum*, cor. me.

Et ita decisum fuit utraque parte acriter informante.

REVEREND. D. EMERIX DECANO.

Romana pensionis super manutent.

Lun. 5. Junii 1694.

A R G U M E N T U M.

Non attenta possessione, repellitur pensionarius, etiam in judicio manutentionis, quoties de ejus malo jure constet, & pensio per multum tempus exacta non fuerit.

S U M M A R I U M.

1 *MAnutentio concedi non potest pensionario, si pensio cassata pateat.*

2 *Ampliá, licet adversus cassationem plura opponantur, quæ turbida sint.*

3 *Pensionarius qui diu distulit pensionem exigere, possessionem amittit.*

4 *In judicio possessorio audiendus est titularis, qui exceptiones petitorium requirentes proponit, quoties pensionarius per multum tempus pensiones exigere non curaverit, & n. 6.*

5 *Instantia ex spatio triginta annorum perimitur.*

D E C I S I O LXVIII.

EX deductis in altera decisione hodie pariter coram me, edita super bono jure confirmatoria alterius editæ die 8 Junii 1685. cor. clar. me. Card. Cerro, firmantis, pensionem non deberi Collegio Græco tanquam per fa. me. Gregorium XIII. qui eam ad illius favorẽ reservaverat, motu proprio cassatam, & extinctam, responsum fuit eidem ipsi denegandam esse manutentionem: quia licet constet de illius quasi possessione exigendi pensionem ab anno 1599. usque ad annum 1662. ex præfatis tamen decisionibus constat de clara ipsius cassatione & extinctione, & sic de nullitate tituli, quæ inficit quasi possessionem, & impedit, quominus concedatur possessori manutentio, Menoch. *de retin. poss. remed.* 3. *n.* 683. Rota *dec.* 56. *n.* 1. *p.* 8. *rec. dec.* 404. *n.* 1. cor. 1
Ludov. *dec.* 41. *n.* 14. cor. Priolo, *& dec.* 757. *n.* 10. cor. Cerro.

Non obstat, quod exceptio cassationis sit turbida, quia nempe cassatio contendatur nulla, vel ineffectuata, aut pensio reconvalidata, vel præscripta, & ideo illius discussio rejicienda veniat ad petitorium: quia cõclusio procederet, quotiescunq; turbiditas versaretur in ipsa exceptione cassationis; secus autem in casu quo, prout hic, exceptio cassationis est undique clara, ac nitida; nam cassatio literaliter legitur in supplicatione per Papam signata, & in Bulla super ipsa expedita, & turbiditas versatur in extrinsecis oppositionibus, de quibus supra, adversus illam quæsitis, quæ etiam, ex firmatis in sæpe dictis terminis, exceptio per se clara discutienda est in hoc judicio, nec per extrinsecas oppositiones in replicatione contentas, quæ forsan exigant altiorem indagi- 2
nem, rejicienda ad petitorium, ut declarat Posth. *de manut. observ.* 40. *n.* 143. Rot. *dec.* 757. *n.* 11. cor. Cerro.

Eoque certius in casu nostro, quia Collegium pensionariorum ab anno 1662. usque in præsens cessavit in exactione pensionis; ex hac enim tam diuturna cessatione, vel quasi possessionem, quam habuit, amisit, Gratian. *discept.* 365. *n.* 3
40. Posth. *de manut. observ.* 59. *n.* 10. Rot. *dec.* 589. *n.* 6. cor. Bich. *& dec.* 45. *n.* 12. *p.* 10. *rec.* vel certe pati debet, quod benignius agatur in hoc judicio cum titulari, qui per annorũ decursum obstrictus non fuit ad solutionem, ut advertit Rot. *dec.* 241. *n.* 5. cor. Cavaler. adeout eo magis admitti de- 4
beat exceptio cessationis per se clara, nec curandũ de frivolis replicationibus, quibus illã offuscare satagit pẽsionarius; nam restagante instantia, quæ usque ab initio denegatæ per Germanicum solutionis pensionis ex parte Græci peracta dicitur pro manutentione: quia (quidquid sit de illius existentia, & validitate, quarum utraque in controversiam revocatur ex parte Germanici) hoc certum est, quod non fuit prosecuta per spatium 30. annorum, & ultra, quod efficit, quod instantia dicatur perempta, *l. sicut, & l. omnes, C. de* 5
præscript. 30. *vel* 40. *annorum*, Rot. *dec.* 379. *n.* 2. *p.* 17. *rec.* vel, ut diximus, quod non sit adeo stricte, & rigorose 6
procedendum in manutentione pensionarii.

Et ita decisum fuit utraque parte informante.

R.P.D. S C O T T O.

Romana pensionis super bono jure.

Ven. 9. Decembris 1695.

A R G U M E N T U M.

Quoties Summus Pontifex cassat pensionem favore alicujus Loci Pii pro dote reservatam, an ut cassatio vigere valeat, expressa requiratur mentio qualitatis dotalis, & consensus ejus, cujus favore fuit facta reservatio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Justitia sententiæ ex decisionibus in causa editis justificatur.*
2 *Nil fortius, & potentius allegari potest, quam motus proprius Pontificis factus de plenitudine potestatis.*
3 *Cassatio pensionis, ut sustineri valeat, debet exprimi qualitas dotalis, si ista concurrat.*
4 *Pensio, ut pro dote reservata dicatur, exigitur, quod specialis fiat expressio.*
5 *Discretivus modus loquendi multum urget in interpretanda gratia Pontificis.*
6 *Cassatio pensionis ob non expressam qualitatem dotalem nequaquam irritatur, si inter reservationem, & cassationem non longum intercesserit tempus.*
7 *Præcipue, si cassatio facta fuerit motu proprio.*
8 *In materiis levioris ponderis præsumitur Papæ oblivio etiam in rebus ab ipso gestis ob negotiorum multiplicitatem.*
9 *Defectus expressionis, quod pensio sit dotalis, non vitiat gratiam, si non agatur de cassatione, sed permutatione, & n. 10.*
11 *Correspectivitas resultat, si actus in eadem dispositione contineantur.*
12 *Correspectivitas ex quibus desumitur.*
13 *Rota in Salamantina beneficii 5. Junii 1604. cor. R. P. D. Molines declaratur.*
14 *In diversis fieri non potest illatio.*
15 *Cassatio pensionis a Pontifice impetrata absque expressione amplissimarum derogatoriarum, ac decreti in litteris reservationis appositi (quod illius exactio impediri non posset per literas Apostolicas non facientes expressam, ac de verbo ad verbum de indulto mentionem,) non sustinetur.*
Declara, ut n. 16. & 17. ac 18.
19 *Derogatio regulæ de jure quæsito non tollendo non requiritur in gratia de sui natura præjudiciali.*
20 *Ac ubi præjudicium remaneat, compensatur.*
21 *Minusve, si jus adhuc perfecte non fuerit quæsitum.*
22 *Regula 45. de consensibus, quæ loquitur de reservationibus, trahi nequit ad cassationem.*
23 *In cassatione pensionis facta de plenitudine potestatis nullus exigitur consensus.*
24 *In utilitatem propriam nemo dissentire præsumitur.*
25 *Verba in fine posita, omnia superius expressa qualificant.*
26 *Consensus cassationi pensionis fieri debet ab eo, cujus favore fuerat illa reservata.*
27 *Et resultare dicitur, si acceptata fuerit unio in cassatione secuta.*
28 *Recipiens scripturam, eaque utens, omnia in eadem contenta approbasse censetur.*
29 *Consensus cassationi pensionis debet ante ipsam cassationem intervenire.*
Declara, ut n. 30.
31 *Allegatio unius tituli facit cessare præsumptum.*
32 *Præcipue in materia pensionis.*
33 *Voluntas absque scientia non datur.*
34 *Solutio ignoranter facta non præjudicat.*

DECISIO LXIX.

Sententiam R. P. D. Sperelli de voto nostri Auditorii prolatam, canonizantem cassationem pensionis scut. 1000. auri, reservatam super fructibus Abbatiæ S. Crucis Fontis Avellanæ, in actu unionis de eadem factæ Ven. Collegio Germanico de anno 1578. favore Collegii Græcorum, exigendam tamen post cassationem alterius ex duabus pensionibus temporaneis, quibus illa reperiebatur gravata per appellationem a Collegio Græco interpositam, & ad me devolutam, tanquam validam, & justam domini in hodierna audientia confirmandam esse censuerunt.

Validitas enim non fuit in dubium revocata inter ipsas partes; justitia vero, ultra quod desumebatur ex duabus decisionibus dictum votum præcedentibus, altera nempe clar. mem. Card. Cerri 8. Junii 1665. *quæ est inter ejus impressas dec.* 816. & altera cor. Reverendissimo D. meo Decano sub die 5. Julii 1694. quarum solida fundamenta, cum adhuc vigeant inconcussa, utique sufficiunt pro hujusmodi sententiæ justifica-
1 tione, Rota cor. Greg. *dec.* 324. *n.* 4. & *dec.* 97. cor. san. mem. Alex. VIII. *n.* 3. & in Romana testamenti 15. Februarii 1694. §. *De validitate*, cor. R. P. D. Muto, ex eo insuper resultare visa fuit, quod cassatio, & extinctio hujusmodi pensionis facta fuerit a Papa motu proprio, & plenitudine potestatis, qua nihil fortius, & 2
potentius allegari valet, *c. 2. de præbend. in 6.* Tondut. *de pens. cap. 2. n. 6.* Rot. cor. Cocc. *dec.* 995. *n.* 4. cor. Cerr. *dec.* 549. *n.* 6. & *in rec. dec.* 292. *n.* 7. *p.* 6.

Et licet admissa potestate ad impediendum effectum d. cassationis insurgerent, scribentes pro Collegio Græco super defectu voluntatis ex quatuor capitibus, illa tamen nullatenus subsistere comperta fuerunt; quoniam primum, in quo præcipue insistebatur, deductum, ex quo in cassatione prædicta non fuerit expressa qualitas dotalis hujusmodi pensionis, ad validitatem cassationis omnino requisita, ad firmata in Salamantina beneficii 7. Maii, & 5. Junii 1694. cor. R. P. D. meo Molines, visum fuit DD. cessare non solum ex eo, quod in reservatione hujusmodi pensionis prædicta qualitas adjecta non legitur, prout fuisset necessarium ad hoc, ut illa 3
dici posset reservata pro dote, Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 60. Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 6. *art.* 1. *n.* 9. & *seq.* 4
Rot. cor. Duran. *dec.* 285. *n.* 31. & *dec.* 268. *n.* 5. *p.* 4. *to.* 1. *rec.* sed etiam, quia cum Colleg. Græcor. per biennium ante dictam reservationem fuisset erectum cum particulari annuo assignamento sub specifico titulo dotis, *Summ. Collegii Germanici n.* 11. hinc cum in fundatione esset de dote provisum, & in reservatione pensionis prædictæ nulla dotis mentio facta fuerit, debet præsumi non fuisse pro dote reservatam, sumpto argumento a discretivo loquendi modo, quo regulariter utimur, dum interpretamur gratias Pontificias, ad Text. *in l. cum prætor. ff. de judic.* Rot. cor. 5
Dunoz. jun. *dec.* 632. *n.* 10. & *dec.* 599. *n.* 9. *p.* 18. *rec.*

Ulterius accedit, quod quatenus etiam hujusmodi pensionis assignatio naturam dotis, sive illius augmenti assumpsisset, nihilominus non fuisset necessarium id Pontifici exprimere; etenim cum ipse Collegium Græcum tanta animi solicitudine motu proprio erexisset, & triennio duntaxat ante cassationem, hujusmodi pensionem ad illius favorem reservasset, utique de facto tam recenti, & insigni, in eodem oblivio præsumi non potest, ut gratia cassationis ejusdem pensionis valeat de defectu intentionis, ac proinde de 6
subreptione redargui, Felin. *in c. super literis sub n.* 8. *vers. tertio regula de rescript.* Menoch. *de arbitr. c.* 201. *n.* 124. Paris. *cons.* 5. *n.* 123. & *seq.* & 128. *lib.* 4. Præcipue cum hu- 7
jusmodi cassatio facta fuerit motu proprio, *c. si motu proprio de præbend. in 6.* Rot. cor. Cocc. *dec.* 1001. *n.* 7. & 2252. *n.* 1. licet in aliis materiis levioris ponderis, & in quibus tales circumstantiæ non concurrunt, admitti possit contraria conclusio de præsumpta Papæ oblivione, etiam in rebus ab ipso gestis, ob negotiorum multiplicitatem, *ut in c. cum olim*, §. 1. *in fin. de sent. & re jud.* Paris. *cons.* 16. *n.* 8
122. *lib.* 1. Rot. cor. Rembold. *dec.* 67. *n.* 23. & 24.

Eoque certius prædicta procedere visa fuerunt, quia Pontifex non devenit simpliciter ad hujusmodi pensionis cassationem, sed quidem correspective ad unionem Abbatiæ Militen. majoris reditus factam eidem Collegio Græco, adeoque dici non potest eidem dotem sustulisse, sed potius in aliam pinguiorem permutasse; quo casu, sicuti non intrant termini simplicis cassationis, ita ex hoc titulo de vitio obreptionis, aut subreptionis damnari non potest, Rot. cor. Duran. *dec.* 306. *n.* 5. & cor. Cocc. *dec.* 2299. *n.* 9. Et expressio qualitatis dotalis utique Papam non retraxisset, 9
quominus illam cassaret, & consequenter operari non poterit nullitatem prædictæ cassationis, Caputaquen. *dec.* 42. 10
p. 2. & & cor. Buratt. *dec.* 638. *n.* 6.

Quæ quidem correspectivitas non solum resultat ex eo, quod cassatio pensionis, & unio Abbatiæ Militen. in una eademque gratia continentur, Rot. cor. Card. Cerr. *dec.* 752. 11
n. 4. & *in rec. dec.* 128. *n.* 12. & 215. *n.* 2. *p.* 18. sed insuper quia in literis unionis, prædictæ causa unionis expresse tribuitur cassationi pensionis præfatæ, *Sum. Collegii Germanici n.* 4. qua propter inter utrumque ex prædictis actibus major correspectivitas desiderari non valet, *l. si fundus*, §. *si duo*, 12
ubi Bart. *ff. de pign.* Rot. cor. Card. Cerr. *dec.* 264. *n.* 4.

Et hinc ex prædictis patet inapplicabilitas resolutionis captæ cor. R. P. D. meo Molines, *in Salamantina beneficii, superius in objecto allegata*, cum non simus in terminis puræ, & simplicis cassationis dotis, cujus differentiam ulterius ab hac præsenti controversia considerabant DD. ex eo, quod in illo casu dotis constitutio erat clara, & collatio ejusdem beneficii in dotem ab uno Pontifice dati, ab altero 13

in

in favorem alterius erat facta, & quidem ad supplica-
tionem partis, & sine ulla mentione præcedentis gra-
tiæ, & qualitatis dotalis; In præsenti autem, ut di-
ctum est, neque constat de qualitate dotali, & actua
cassationis habetur grativa ab eodem Pontifice motu pro-
14 prio, & quidem prævia abundanti recompensatione re-
dituaj unde stante tam aperta diversitate unius casus ab
altero, nulla illatio fieri potuit, *leg. Papinianus*, *ff.
de minor.* Coccin. *dec.* 2212. *n.* 8. *& dec.* 90. *n.* 5. *p.* 18. *rec.*

Prout neque secundum caput nullitatis relevare visum
est, quod nempe in d. cassatione nulla fuerit habita mentio
amplissimarum derogatoriarum, ac decreti in literis reser-
15 vationis appositi, quod illius exactio impediri non posset
*per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam,
ac de verbo ad verbum de indulta hujusmodi mentionem*, de
quibus si Papa recordatus fuisset, præsumendum sit, vel ad
cassationem non devenisse, nisi servata forma hujusmodi
decreti, vel saltem difficilius devenisse, ex quorum propte-
rea inobservantia nullitas cassationis resultet, ad Text. *in
l. si quis in principio testamenti* 22. *ff. de l.* 3. Rot. in dicta
Salamant. beneficii 7. Maii 1694. §. *Tertia quia*, cor. d.R.
P. D. meo Molines. Quoniam hujusmodi verba præservant
duntaxat solutionem pensionis favore Collegii Græcorum
ab aliquo generali privilegio, quod Collegium Germani-
cum reportare potuisset exemptivum a cujuscunque pen-
sionis solutione, per quod Papa noluit Collegio Græcorum
16 præjudicari, adeoque decretum prædictum, tanquam ad
hunc casum restrictum, ulterius non est operativum, *l. cum
pater*, §. *Dulcissimis*, *ff de l.* 2. Peregrin. *cons.* 36. *n.* 12.
lib. 2. Rot. cor. Bich. *dec.* 241. *n.* 22. *& in rec. dec.* 83. *n.* 24.
& seq p. 19.

17 Sed insuper quia posita scientia, & recordatione Pa-
pæ omnium qualitatum facti adeo insignis, & quod
pensionem non cassavit simpliciter in damnum Collegii
Græcorum, sed illam in melius permutavit, cum ex
his non fuerit Collegio illatum præjudicium, expressio
prædictorum necessaria non erat, Rot. *dec.* 240. *n.* 16.
p. 1. *divers. & dec.* 45. *n.* 4. cor. Millin.

Addito, quod Greg. XIII. apponendo adeo amples dero-
gatorias in reservatione hujusmodi pensionis, providere
quidem voluit, ne alius Pontifex circumveniri posset, ad
facilius præjudicandum Collegio Græco, in cassanda, seu
18 reducende simpliciter hujusmodi pensiona, per ipsum ei-
dem reservata; non autem voluit sibi, aut aliis manus li-
gare, quin idem Collegium ipse Gregorius, vel ejus suc-
cessores possent de melioribus, & opulentioribus reditibus
providere, quod cum facere non potuisset, *ut in c. inno-
tuit de elect. & in c. fin. de rescript. in* 6. neque vo-
luisse credendum est, Rot. *dec.* 38. *n.* 5. *p.* 19. *rec.*

Tertia nullitas desumpta ex omissa derogatione regulę de
jure quæsito non tollendo, facilius removeri visa fuit; tum
quia cum agatur de gratia de sui natura præjudiciali, dero-
gatio hujusmodi regulæ non erat necessaria, Rot. cor. Mer-
lin. *dec.* 243. *n.* 1. & cor. Cerr. *dec.* 685. *n.* 12. tum etiam
19 quia præjudicium, quod inferebatur per hujusmodi cassa-
tionem, ubertime compensatum remanebat per unionem
contemporaneam perpetuæ Abbatiæ Milsen. Rot. *in Mili-
ten. transact.* 28 Febr. 1684. §. *fin.* cor. Rev. D. Florez; tum
20 demum quia hujusmodi jus non poterat dici adhuc perfecte
quæsitum, dum pendebat ab evantualitate; exigi nanque
non poterat hujusmodi pensio, nisi post cassationem alte-
rius ex duabus pensionibus, quibus ille de tempore reserva-
tionis gravata reperiebatur, qui casus adhuc non evenerat
de tempore cassationis ejusdem, adeoque minus præjudi-
cium considerari valet in illius cassatione, dum fuit facta
correspective ad certam, & majorem utilitatem, quam
21 illico post unionem Collegium fuit consecutum, Lambert.
de Jurepatron. p. 3. *lib.* 2. *q.* 9. *art.* 19. *in fin.* Rot. cor. Mil-
lin. *dec.* 45. *n.* 4. Merlin. *dec.* 243. *n.* 10.

Demum neque quarta, quod deficiat consensus Colle-
gii in cassatione prædicta. Quoniam ultra quod regula
45. de consensibus, loquitur de reservationibus, ac proin-
22 de tanquam odiosa trahi nequeat ad cassationem, ut in
Clement. 1. *de renunc.* Tondut. *de pens. q.* 41. *n.* 28. cum cas-
satio prædicta secuta fuerit motu proprio, & de plenitudi-
ne potestatis, nullus propterea requirebatur consensus,
23 Mandos. *ad Regul. Cancell. regul.* 16. *q.* 6. *n.* 6. *in fin.* Monet.
de commut. ult. volunt. c. 7. *n.* 124. Et cum actus cassationis
prævia recompensatione unionis Abbatiæ redundaret in
utilitatem Collegii Græci, remanet inutilis prætensio con-
sensus præstandi, cum in utilitatem propriam nemo dissen-
24 tire præsumatur, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.*
23. *n.* 84. Adden. ad Greg. *dec.* 97. *n.* 8. cor. Cerr. *dec.* 34. *n.* 28.

Cessat insuper hæc objecta nullitas, ex quo prædictę
regulæ expresse fuerit in cassatione derogatum, prout
firmatum fuit in utraque decisione, nempe cor. Cerr.
n. 4. & illa Rev. D. mei Decani 5. Julii 1694. §. *Et quoad
regulam*. Neque hujusmodi derogatio restringi potest ad
pensionem reservatam in eadem gratia favore Card. Ma-
drutii, quoniam, cum fuerit in fine posita per dictio-
nem additativam commoda referibilem ad singula de-
super in eadem gratia expressa, omnia præcedentia de-
bet parisormiter qualificare, ad Text. *in l.* 1. *ubi DD.* 25
C. de lib. præter. Rot. cor. Cocc. *dec.* 166. *n.* 2. *& dec.* 267.
n. 16. *& in rec. dec.* 345. *n.* 4. *p.* 16.

Præcipue autem cum in proposito adsit etiam positivus
consensus ministrorum Collegii pensionarii, qui cassatio-
nem præfatam per instrumentum publicum solemniter ac-
ceptarunt, *Summario Collegii Germanici n.* 5. qui consen-
sus utique sufficiens reputari debuit, dum si illius reserva-
tio concepta fuerat favore Rectoria, administratoria &
scholarium ejusdem, *Summ. Collegii Græci n.* 4. conve-
niens erat, ut eorundem consensus in illius cassatione
requireretur, & sufficeret, *Auth. contra si filii*, *C. de* 26
repud. & l. nihil jam naturale, *ff. de reg. jur.*

Et reassumptis iis firmatur pro remotione hujus objecti in
dicta dec. cor. Reverendiss. D. meo Decano, §. *Neque con-
sensus*, quæ iterum DD. placuerunt; accedit insuper ta-
citus consensus resultans ex acceptatione unionis, correspe-
ctive ad dictam cassationem securæ, & in eadem Bulla
cassationis contentæ, qui pariter sufficiens reputatur,
Cassador. *dec.* 1. *n.* 3. Pur. *dec.* 100. *n.* 2. *lib.* 2. Cavel. *dec.* 27
26. *n.* 4. recipiens namque scripturam, eaque utens, om-
nia in eadem contenta approbasse censetur ad Text. *in
leg. cum tabernam*, §. *Idque quæsivit in fin. ff. de pign.* 28

Nec obstat, quod hujusmodi consensus debuisset an-
tecedenter ad cassationem intervenire, ex *dec.* 387. *p.* 2.
rec. Quoniam cum gratia cassationis emanaverit motu
proprio Papæ, utique nullus consensus eam antecedere
potuisset, tanquam inopinatam; neque etiam contem- 29
poraneę interesse, dum tanquam correspectiva ad uti-
liorem unionem, statim fuit effectuata, cum unusquis-
qua præsumatur, ut dictum est, consensum præstare, 30
& acceptare ea, quæ in proprium commodum, & uti-
litatem redundant, Roland. *cons.* 19. *n.* 34. *lib.* 1. Bot-
satt. *cons.* 304. *n.* 55. Rimin. jun. *cons.* 108. *n.* 13. Me-
noch. *cons.* 371. *n.* 19. Surd. *dec.* 111. *n.* 13.

Quo vero ad ineffectuationem cassationis, vel pensionis
reconvalidationem, sive præscriptionem, deducta ex lon-
gæva ejusdem pensionis exactione facta per Collegium
Græcum, post secutam illius cassationem, cum idem Col-
legium in judicio allegaverit, & produxerit titulum reser-
vationis, atque in eo suam intentionem fundaverit, *Sum.
Germanici n.* 7. reservatio autem præfata appareat sublata
per Pontificiam ejusdem pensionis extinctionem, alterius
tituli præsumptivi allegatio, ex præfatis solutionibus, per
longissimum tempus continuatis, deducti, minime atten-
di meretur tam ad effectum rejiciendi prætensam reconva- 31
lidationem, quam adductam præscriptionem, cum alle-
gato titulo omnino incompatibilem, *c. pervenit de cens.* de
Luca *de pens. disc.* 21. *n.* 7. *Paris. cons.* 27. *n.* 29. *& cons.* 114.
n. 12. *lib.* 1. Rot. cor. Bich. *dec.* 50. *n.* 10. & in Bononen. Jus-
patronatus de Gisleriis 31. Januarii 1695. §. *Aut enim*, *&
seq* cor. R. P. D. meo Pio. Potissimum in hac materia pen-
sionis, in qua Papæ voluntas totum facit, nec ad ipsius in-
ductionem, seu reconvalidationem quidquam operatur
partium consensus, sed unice venit attendenda auctoritas
Papæ, dum sumus in tali genere rerum, quæ in commer-
cio non cadunt, ex firmatis *in dec.* 816. *n.* 7. in hac
eadem causa cor. Cerro, & ejusdem confirmatoria, cor. 32
Rev. Decano 5. Julii 1694. §. *Cessat quoque*.

Inacceptatio vero ejusdem cassationis minus potest ad-
duci, dum concludenter non probatur in Germanico talis
cassationis notitia, ut esset necessarium, ad hoc ut ex
subsecutis solutionibus talis voluntas in eadem convinci
posset, *l. fin. C. plus valor. quod agit.* Menoch. *cons.* 389. *n.*
22. Rota cor. Coer. *dec.* 656. *n.*.. Imo ex mutatione Recto- 33
rum per lapsum 17. annorum, qui effluxerunt a tempore
cassationis ad illud primævæ exactionis dictæ pensionis fa-
ctæ per ministros Collegii Græcorum, redditur admodum
verisimile, quod hujusmodi solutiones ex Ignorantia po-
tuerint præjudicare Germanico, Menoch. *d. cons.* 389. *n.*
22. Rota coram Cerro *decis.* 435. *n.* 19.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. SCOTTO.

Romana Pensionis super manutentione.

Ven. 9. Decembris 1695.

A R G U M E N T U M.

Etiam si pendente lite in petitione sit pensionarius manutenendus, adhuc si nimis clare patet de hujusmodi jure manutentio ei denegatur.

S U M M A R I U M.

1 *PEtitorium quando absorbet possessorium, manutentio non conceditur.*

2 *Bonum vel malum jus semper pro concedenda vel deneganda manutentione in consideratione solet haberi.*

3 *Pensio qua cassata fuit, peti non potest, licet concurrat possessio, & adversus cassationes exceptiones extrinseca proponuntur.*

D E C I S I O LXX.

SIcuti ad dubium super bono jure responsum fuit, sententiam latam de voto Rotæ esse confirmandam, eo quia pensio tanquam cassata amplius non deberetur Collegio Græcorum, ut ex altera decisione hodie cor. me edita; ita etiam quoad præsens dubium super manutentione insimul per ma propositum resolutum fuit, illam esse denegandam Collegio Græcorum.

Etenim cum de cassatione, & extinctione hujusmodi pensionis clara constet per literas Apostolicas motu proprio, & de plenitudine potestatis emanatas, utique attendi non meretur longæva possessio ejusdem Collegii; præsupposita nanque prædicti tituli invaliditate, sibi lo-
1 cum vindicat regula, quod petitorium absorbeat possessorium, & consequenter quod manutentio sit deneganda Collegio Græcorum ex traditis per Abbat. *in c. Consultationibus nu. 9. de jurepatr.* Rota *dec. 167. num. 9. & 10. par. 2. divers.* coram Dunozet. jun. *dec. 798. nu. 6.* coram Bich. *dec. 396. nu. 29.* & coram fan. mem. Alex. VIII. *dec. 234. nu. 32. & 33.*

Hinc propterea adversari non videbantur ea quæ circa turbiditatem prædictæ cassationis denuo reparebantur pro parte dicti Collegi Græci. Quoniam cum exceptiones omnes ex adverso oppositæ sint omnino extrinsecæ ipsimet cassationi, quæ nullo vitio apparenti potest notari, ejusque legalitas, & relevantia, prout insubsisten-
2 tia extrinsecarum exceptionum fuerint plene cognitæ per duas decisiones ante sententiam emanatas, & hodie iterum cor. me respectiva comprobatæ in decisione super bono jure, quarum fundamenta pro concedenda, vel deneganda manutentione, semper solet nostrum Tribunal in maxima consideratione habere, ut videre est *in dec. 623. nu. 25. part. 18. & dec. 277. nu. 12. part. 19. rec.* his positis, exceptiones prædictæ dici non possunt aptæ ad inducendam turbiditatem in dicta cassatione undique clara, per quam infecta remansit possessio Colle-
3 gii, Post. *de manut. observ. 42. num. 137. & seq. & num 142.* Rot. *dec. 105. n. 7.* post Zacch. *de oblig. Cam.* & cor. Cerro *dec. 757. nu. 10.*

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calaritana Pensionis.

Lunæ 1. Decembris 1692.

A R G U M E N T U M.

Pensionarius concludentissime probare tenetur valorem expressum, ut pensio sustineatur, licet pensio simpliciter fuerit reservata, per multum tempus soluta, & nulla de jure exoptaretur necessitas exprimendi valorem in illius reservatione.

S U M M A R I U M.

1 *PEnsionarius in judicio contra titularem, qui pensioni non consensit, tenetur probare valorem expressum in literis reservationis.*

2 *Clausula, ut asseris, indicat Papam dubitare de valore Beneficii.*

3 *Et importat conditionem saltem tacitam, quæ æquivalet expressæ.*

4 *Differentia inter pensionem conditionalem, & puram est, quod in prima pensionarius debet justificare valorem etiam adversus eum, qui pensioni consensit, quod non tenetur facere in secunda.*

5 *Per expressionem valoris etiam extra necessitatem factam obligatur pensionarius ad illius justificationem, & de ratione.*

6 *Consensus præstitus per antecessorem provisum non afficit successorem venientem independenter ab illo.*

7 *Ex lapsu triginta annorum oritur præsumptio justificationis valoris.*

8 *Exactiones facta vigore mandati de manutenendo non suffragantur ad præsumendam justificationem valoris resultantem ex lapsu temporis.*

9 *Tempus pacifica exactione conjungitur cum tempore decurso post desertionem causæ.*

10 *Protestatio preservat jus protestantis.*

11 *Expressio valoris per non excessum verificatur in qualibet summa, ut expressio facta per ascensum debet verificari in summa narrata.*

12 *Pretermissa expressione antecedentis pensionis, corruit posterior, tanquam subreptitia.*

13 *Ex expressione pensionis emissa per provisum non inducitur illius approbatio.*

14 *Testes non informati nihil probant.*

15 *Testes de auditu non probant.*

16 *Testes deponentes super fructibus alicujus rei, non deductis expensis necessariis, non probant.*

17 *Ad hoc ut fructus Beneficii, super quo fuit reservata pensio, dicantur justificati, debet constare de reditu per quinque annos ante reservationem, & quinque post.*

18 *Testes deponentes de una, vel altera summa, attenduntur in summa minori.*

19 *Libra Sardinia constituit julios tres, & Bononenos quatuor moneta Romana.*

20 *Testes ad perpetuam examinati non faciunt adminiculum.*

21 *Ad justificandum valorem supputatur tempus reservationis.*

22 *Locationes continuatæ per spatium plurium annorum probant valorem reditus.*

23 *Pensio ex defectu justificationis corruit in totum, nec reducitur ad mensuram deficientia valoris.*

24 *Obreptio oritur ex falsa expressione.*

25 *Clausula, ut asseris, facit gratiam conditionalem, & individuam.*

26 *Reservata pensione cum clausula*, dummodo remaneant centum pro rectore, *pensio semper manet firma in eo quod superest.*

27 *In reservatione pensionis inspicitur voluntas Papæ concedentis.*

28 *Ex non retractatione resultat gratificatio expressiva precedenter facta.*

29 *Papa ex narratione valoris instituitur ad rectam distributionem redituum Ecclesiasticorum.*

30 *Pro consequenda pensione exprimitur in supplicatione ratio subveniendi pensionario de alimentis.*

D E C I S I O LXXI.

SAn. mem. Urbanus VIII. super Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ Calaritanæ vacante per obitum Antonii Angeli Santucchii, & pensionibus ducatorum 1200. auri de Camera gravato, quem per literas datas nonas Decembris 1637. ab Archiepiscopo conferri, & assignari mandaverat Dominico Martio, reservavit eodem die, & anno de consensu ipsius Dominici, & sub narrativa valoris *per ascensum*, ad 3500. ducatos similes, cum clausula, *ut asseris*, aliam pensionem similium ducatorum 625. favore Ambrosii Santucchii Mochin, qui illam exegit usque ad annum 1655. quo Dominicus supervixit; sed post hujus obitum detrectante Georgio Martio, qui vigore gratiæ coadjutoriæ cum futura successione Canonicatum adeptus fuerat, in illius solutione continuare, egit, & obti-

nuit adversus ipsum anno 1658. a Vicario Generali Calaritano judice in literis reservationis pensionatio deputato mandatum de manutenendo, quod devoluta causa ad A.C. Bulgarinum revocatum fuit per sententiam absolventem Georgium ab impetitis, & ulterius declarantem pensionem esse nullam. Appellante autem Ambrosio, & commissa causa clar. me. Cardinali Cerro, fuit in possessorio, prævia decisione 629. inter ejus impressas, relaxatum mandatum de manutenendo favore Ambrosii, & in petitorio, præviis duabus decisionibus, prima nempe coram Cerro inter ejus impressa 899. & altera, coram Eminentissimo Vicecomite illi suffecto, 6. Inter impressas par. 17. rec. lata fuit per ipsummet Eminentissimum Vicecomitem sententia priori A.C. Bulgarini conformis pro nullitate pensionis. Contra quam interjecta rursus appellatione pro parte Ambrosii, & causa commissa bo. me. Priolo, præviis geminis decisionibus inter illius impressas 351. & 369. pronunciatum fuit per bon. mem. Albergatum per ejus obitum in causa substitutum infirmandam esse sententiam Eminentissimi Vicecomitis, & pensionem sustineri; sed ab hac sententia commissa ad provocationem Georgii causa appellationis R. P. D. Rondinino, & post varios actus coram ipsos gestos; utroque, tam scilicet Georgio, quam Rondinino, ab humanis erepti, ac in Georgii locum de Canonicatu proviso Joanne Paulo Nurra, & in locum Rondinini suffecto R.P.D. meo Cavellerino nunc ad Christianissimum Regem Nuncio Apostolico, proposito per ipsum consueto dubio, *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, nec ulla capta resolutione, excepto ordine dato sub die 3. Julii 1690. quod *stricte scriberetur super reducibilitate pensionis*, tandem hodie coram me, illius vice causam reproponente, conclusum fuit pro infirmatione sententiæ Rotalis.

Sententia enim (ut liquet ex decisionibus bo. me. Prioli, quatenus ad formam ille emanavit) unice fundata fuit in eo, quod ob consensum per Georgium tunc tempus titularem pensioni præstitum in assecutione gratiæ coadjutoriæ relevaretur Ambrosius pensionarius ab onere justificandi valorem *per ascensum* ad 3500. ducatos anni de Camera, narratum in literis reservationis, tam in possessorio, quam in petitorio: sed cessavit hujusmodi fundamentum in hodierna instantia, quæ non amplius agitur cum Georgio, sed cum Joanne Paulo per ejus obitum proviso, qui non modo nullum præbuit pensioni consensum, verum imo (*ut inferius apparebit*) adversus illam positive dissensit, & reclamavit, ac refugit aliud amplexum per decisiones bo. me. Cerri, & Eminentissimi Vicecomitis, quod videlicet pensionarius in judicio petitorio, & contra titularem, qui pensioni non consensit, teneatur plene, & concludenter justificare valorem præfatum, alias pensio non sustinetur, ut tradit Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 476. & seq.* Lothes. *de re benefic. lib. 1. quæst. 38. num. 72.* Adden. ad Gregor. *dec. 57. num. 11.* Rot. *dec. 206. num. 1. part. 10. dec. 41. num. 1. part. 17. recent. dec. 136. num. 9.* cor. Bichio *dec. 830. n. 5.* coram clar. me. Card. Cerro in Viterbien. Pensionis 26. Junii 1682. §. *Cum enim*, cor. R.P.D. meo Ursino in Albanen. Pensionis 2. Aprilis 1683. §. *Secundo quia*, coram bon. mem. Rondinino, & in Romana Pensionis 25. Junii ejusdem anni; §. *Nitebantur*, coram eodem, confirmata 20. Martii 1684. coram D. meo Ursino. Præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ facit conditionem, & præsefert, Papam fuisse ad Beneficii valorem dubium, deque eo voluisse a pensionario doceri, ut ad-
2 vertit Rot. *d. dec. 306. num. 3. & 4. part. 10. dec. 266. nu. 3. part. 15. dec. 130. nu. 3. & seqq. part. 18. recent.* in dicta Viterbien. Pensionis, §. *Eoque fortius*, coram D. meo Ursino, & in decisione sine discussu edito pro concordia in Majoricen. Pensionis 28. Martii 1689. §. *Quoniam cum seqq.* coram me.

Neque ad relevandum ab hoc onere pensionarium quidquam facit, quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione, sed pura, quodque in illius reservatione facta occasione provisionis per obitum nulla, nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris; nam quod pensio reservata non fuerit sub aliqua explicita conditione (præter quod confunditur ex præcitata clausula, *ut asseris*, quæ vel importat expressam conditionem, vel saltem virtualem, ac tacitam, quæ ad hunc effectum æquipollet expressæ, ut constat ex notatis per Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 460.* Rot. *dec. 880.*
3 coram Dunoz. jun. *& dec. 130. num. 3. & 4. p. 18. rec.*) nihil pertinet ad punctum oneris justificandi valorem, quod æque incumbit pensionario in pensione conditionali, ac pura, cum hac solum differentia, quod quando agitur de pensione conditionali, justificatio fieri debet etiam adversus eum, qui pensioni consensit, cum consensisse dicatur sub eadem conditione; quod secus est, quando agitur de pensione pura, ut explicant Marescott. *var. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 74. & 75.* Adden. ad Gregor. *dec. 57. nu. 12.* Et quod nec de jure, nec ex regulis Cancellariæ requireretur expressio valoris in reservatione pensionis, occasione provisionis per obitum (quidquid sit, an subsistat) non urget in casu, quo, penes hic, ejus expressio, licet forsan alias non necessaria, legitur in actu reservationis peractæ ad pensionarii supplicationem, & cum sæpe dicta clausula, *ut asseris*. In his enim terminis necessaria fit illius verificatio ex facto, seu voluntate, tam pensionarii, qui hanc sibi viam elegit ad obtinendam, ut ponderans Gutier. *Can. quæst. lib. 2. cap. 15. sub num. 76.* Cokies. *ad regul. Cancell. 61. num. 22. & seqq.* Tondut. *de pens. q. 61. num. 3. & 4.* quam etiam Papæ, qui sub hac conditione, sive lege, detulit reservationi, ad tradita per Lothee. *de re benef. lib. 1. q. 41. num. 33.* Rot. *dec. 144. n. 12. & tribus seqq. part. 4. rec. tom. 2.*

Minus subsistit, quod Dominicus primus titularis, auctorizante Papa, pensioni consenserit pro se, & sui successoribus, ibi *Pensionem annuam &c. per d. Dominicum cujus ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos Canonicatum, & præbendam prædd. pro tempore quomodolibet obtinentes &c. integre persolvendam &c.* quoniam (ut ex hismet ipsis verbis satis constat) successores fuerunt particulariter comprehensi in obligatione solvendi pensionem, quæ nihil influit in consensum, qui in subjecta materia non tangit substantiam debiti, sed potius modum debendi, & dicit solum approbationem, seu confessionem, quod Beneficium sit capax tali pensione; consensus autem personaliter relatus ad ipsum Dominicum, neque per consequens efficit successores, qui non veniunt dependentes ab ipso, sed jus metiuntur a Papa, ex pro- 6
visione per obitum, ut tradit Rot. *dec. 144. num. 16. & seq. part. 4. tom. 2. dec. 306. num. 6. part. 10. dec. 187. n. 13. & 14. part. 11. decis. 27. num. 2. & dec. 265. num. 4. part. 15. recent. 112. num. 1. versic. tam ex eo*, coram Card. Seraph. *& dec. 343. num. 1. versic. nec ab onere cum seqq.* coram Merlino.

Prout nec refert, quod ab anno 1637. usque in præsens pensio semper exacta fuerit, itant ex tam longi temporis exactione oriatur justificationis præsumptio; siquidem exactiones, quæ præcesserunt litem instructam coram Vicario Calaritano, non complectuntur spatium 30. annorum, 7
prout omnino requiritur ad inducendam hujusmodi præsumptionem, ut firmat Adden. ad Burat. *dec. 296. num. 12. vers. minus autem tempus*, Rot. penes Marchesanum de Commissione *part. 1. fol. 523. nu. 2. dec. 569. nu. 4.* coram Pœnia, *& dec. 41. num. 17. & 18. part. 17. rec.* Aliæ autem subsecutæ non fuerunt pacificæ, quia lis, ut præmissum est, a Vicario Calaritano delata fuit ab A.C. Bulgarinum, & ab A.C. Bulgarino ad nostrum Tribunal, in quo deinceps perpetuo viguit, & adhuc viget; ac factæ fuerunt calore mandati de manutenendo pensionario concessi, & a Signatura justitiæ canonizati, cum clausula præservativa executionis: & sic, sive ex uno, sive ex altero capite, non suffragantur, ut de primo tradit Rot. *dec. 294.* 8
n. 13. & seqq. cor. Royas, & de secundo *dec. 273. per tot. lib. 1.* coram Puteo, *& dec. 921. nu. 31.* coram Dunoz. jun. Non attenta conjunctione temporum pro complendo 30. annorum spatio prætensa sub obtentu, quod post directam causæ commissionem bo. me. Rondinino, titularis tunc 9
temporis litem deseruerit, & pensionem persolverit usque ad obitum, quoniam litis desertio cessat in facto: quia scilicet anno 1678. fuit ex parte ejusdem titularis productus cor. bo. me. Rondinino processus remissorialis, & anno subsequenti 1679. ad ejus instantiam propositum, ac disputatum hodiernum dubium, prout ex causæ positione tunc distributa.

Nec demum turbat, quod etiam Joannes Paulus modernus titularis saltem tacite pensioni consenserit per hoc, quod in supplicatione Papæ porrecta pro consecutione Canonicatus narraverit eundem valorem ducatorum 3500. narratum in literis reservationis, expresserit hanc ipsam pensionem ducatorum 625. de cujus validitate agitur, & ulterius consenserit reservationi novæ ducatorum 100. quoniam narrativa valoris ducatorum 3500. facta fuit ad præceodum Officialibus Datariæ, qui pro eorum interes-
se

Google

se recusarunt admittere supplicationem cum minori ex-
10 pressiona, & facta fuit cum præambula solemnè protesta-
tione non consentiendi valori, nec ex defectu illius justi-
ficationis impugnandi pensionem immediate etiam dein-
ceps actualiter impugnatam, prout in specie respondendo
huic objecto animadvertit Rot. *dec.* 306. *n.* 8. *par.* 10. *rec.*
& denique facta fuit per modum *negativum*, videlicet *per
non excessum*; neque proinde trahi valet in approbationem
alterius in literis reservationis concepta per modum af-
11 firmativum, scilicet, *per ascensum*, quæ est longa diversa,
cum prior verificetur in qualibet summa, hæc autem præ-
cise verificari debeat in summa narrata, ut dixit Rot.
dec. 182. *num.* 15. *part.* 17. *recent. dec.* 237. *num.* 4. *& seq.* cor.
Millin. *dec.* 196. *nu.* 11. *& seq.* & coram Royas *decis.* 860.
num. 7. *& seq.* coram Dunozet. jun. & in Compostellana Pa-
rochialis 2. Maii proxime præteriti, §. *Non obstat*, cor.
R. P. D. meo Caprara. Expressio autem controversa
pensionis, ultra quod facta fuit cum protestatione mox
allegata, & fieri potuit, ac debuit ad differendam pro ejus
rata solutionem annatæ, & ne illa reticita posterior cor-
12 rueret tanquam subreptitia, ut observat Rot. *dec.* 3. *&* 4.
de pens. cor. Gassadoro *dec.* 66. *num.* 3. coram Mantica,
& dec. 270. *num.* 4. cor. Millino, non ducit approbatio-
13 nem pensionis, sed nudum factum reservationis, quod
etiam invalide expleri potuit ex defectu intentionis Pa-
pæ, seu verificationis narratorum, ut retractando con-
trariam sententiam ampleaam in decisionibus in objecto
allegatis, firmavit Rot. *dec.* 278. *num.* 3. *&* 4. penes Posth.
de manutent. dec. 306. *num.* 7. *& pluribus seqq. part.* 10. *rec.
dec.* 343. *num.* 4. *&* 5. coram Merlino, & in Aritulnen.
Pensionis 10. Maiè 1662. §. *Quia tum pensio*, coram bon.
mem. Avunculo meo; & demum consensus reservationi
novæ pensionis considerabilis esset adversus novum pen-
sionarium, non autem adversus antiquum, qui hujusmo-
di consensum non habet, maxime quia ille præsumitur
novæ pensionis præscitus sub justa credulitate, seu op-
positione, quod antiqua esset nulla.

Non justificavit autem prætecensitum valorem ducato-
rum auri de Camera 3300. (quemadmodum ex hucusque
firmatis tenetur) Ambrosius pensionarius; nam testes ad
hunc effectum adducti, qui ad ejus instantiam examinati
fuerunt vigore remissoriæ expeditæ, cor. clar. mem. Card.
Cerro, patiuntur plures notabiles exceptiones late recensi-
tas in decisione Eminentissimi Vicecomitis, quod nempe
interrogati de valore Canonicatus respondent se nescire,
omnes loquuntur de auditu, non deducunt expensas in re-
collectione fructuum necessarias, neque onera Canonica-
tus, & denique se restringunt ad annos quinque, eosque
(ut ipsi clare asserunt) fertiliores; non autem testantur de
quinquennis ante, & quinque post reservationem, juxta
14 notoriam praxim in hac materia receptam, ac per conse-
quens nihil probant, ut de testibus non informatis, Lothet.
15 *de benef. lib.* 2. *quæst.* 43. *n.* 13. *& lib.* 3. *quæst.* 28. *num.* 85. ac
de testibus deponentibus de auditu; idem Lothet. *d. lib.* 3.
16 *quæst.* 20. *num.* 84. Tondut. *de pens. cap.* 14. *num.* 11. *&* 12.
& de aliis non deducentibus expensas, & onera, Felin.
in cap. ad aures num. 14. *de rescript.* Rot. *dec.* 40. *num.* 7. co-
ram Pamphil. & in Burgen. Præstimonii 9. Junii 1684.
17 §. *Neque visum*, coram me, ac de non deponentibus per
quinque annos ante, & quinque post reservationem. Rot.
dec. 224. *num.* 7. cor. Bichio, & distinguendo inter valo-
rem narratum, *per non excessum*, & alterum narratum,
per ascensum, in quo gratia Papæ fundatur, *dec.* 66. *n.* 13.
par. 10. *rec.* & in d. Burgen. Præstimonii, *d.* §. *Neque visum*,
coram me.

Non obstat discursus, qui fit super eisdem testibus, quod
scilicet ipsi deponant de omnibus, & singulis fructibus
Territoriorum Villasor, & Sanlur, ab anno 1637. usque
ab 1642. quod fructus Canonicatus consistant in tribus ex
quinque partibus decimæ horum fructuum, quodque juxta
eorum calculo juxta pretia tunc currentia tres quintæ par-
tes ascendant ad annuas libras 19950. quæ juncta cum
aliis libris 464. quæ quotannis percipi solent ex distribu-
tionibus quotidianis, & aliis canonibus, & emolumentis,
de quibus supponitur apparere ex libris capituli, conficiant
annuas libr. 20414. constituentes ad juliorum quatuor pro
qualibet libra ducatos auri de Camera 5103. quoniam
(præter quod ille fundatur in testibus patientibus exce-
ptiones supracitatas, quæ non sinunt eis haberi fidem) non
est etiam in semetipso perfecte concludens; primum quia
18 testes non deponunt constanter, ut fine de ex fructuum, eo-
rumque pretiorum summa, quæ ex parte pensionarii cal-
culata fuit, sed de una summa, vel altera, ex quibus sumpta
(prout fieri debet) summa minori, ut monet Tondut. *de
pension. cap.* 14. *num.* 15. patet valde decrescere præmissum
valorem ducatorum 5103. ac deinde quia nec detrahunt
portiones eorum, qui exempti sunt a decimæ solutione,
quibus non detractis nulla habetur certitudo quantitatis
decimæ, neque per consequens fructuum Canonicatus, qui
ex ejus tribus quintis partibus constant, accedente prætere-
ea quod libra Sardiniæ non constituit julios quatuor mo- 19
netæ Romanæ, sed solum julios tres, & Bonon. quatuor,
ut ex fide mercatorum data per circulatam.

Neque depositiones eorundem testium supplentur, seu
roborantur ex adminiculis; non enim relevant dicta te-
stium nuper ad perpetuam rei memoriam examinatorum,
quia isti nec faciunt adminiculum, ut dixit Rota in Civi- 20
tatis Castellanæ Bonorum 4. Junii 1681. §. *ex prædictis*,
coram bon. mem. Paluccio; nec pariter similes narrati-
væ valoris emissæ in bullis provisionibus Dominici, &
Georgii, una cum solutione pensionis facta per Domini-
cum per spatium fere 20. annorum; etenim narrativæ le-
guntur etiam in præcedentibus provisionibus remissiores
videlicet anno 1608. in ducatis 1250. & anno 1624. in du-
catis 2000. & quod plus est, factæ fuerunt, *per non ex-
cessum*, quæ (ut præfatum fuit) verificantur in qualibet
summa, & pensionis solutio fieri potuit etiam ad effugien-
das molestias, & lites, quæ, ut docet quotidiana praxis,
non brevi temporis spatio, nec sine magno labore, ac sum-
ptu terminari solent adversus pensionarium existentem in
quasi possessione exigendi, neque demum affictus anno
1631. stipulatus pro libris ab omni obligatione pensionum,
& onerum, quia hic pluribus annis præcedit tempus re-
servationis, quod solum spectari debet ad effectum justi-
ficationis valoris, ut tradit Lothet. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 35. 21
n. 69. plene in Rota in Pampilonen. Beneficii 12. Januarii
1685. §. *Minus obstat*, & §. *Sed e contra*, coram R. P. D.
meo Caccia.

Quinimo hujusmodi tam testes, quam adminicula pro-
sternuntur ex testibus vigore alterius remissoriæ Rotalis
examinatis ad instantiam Georgii Titularis, ac ex aliis
examinatis, ad perpetuam rei memoriam deponentibus
fructus Canonicatus non excedere valorem librarum 8000.
qui longe distat a valore ducatorum 3500. pro quo con-
flando juxta memoratam Mercatorum fidem requiruntur
libræ 1627. 10. & rursus ex contrariis adminiculis; primo
nempe, quod una ex quinque partibus decimæ fructuum
præfatorum Territoriorum spectans ad Ecclesiae Paro-
chiales, ab anno 1637. usque ad 1654. semper locata fuit
pro libris 1300. circiter, & solum anno 1651. pro libris
1450. ut patet ex serie locationum exhibitarum pro parte
ejusdem titularis, quæ tanquam continuatæ per spatium
tot annorum bene probant valorem, ut pluribus addu-
ctis dictum fuit in Salernitana Pensionis 4. Maii 1633. 22
coram bo. me. Ghislerio, in Alatren. Pensionis 7. Junii 1634.
§. *inter alios*, coram bo. me. Verospio, & in Romana Lo-
cationis 23. Martii 1639. §. *non poterit*, coram eodem: &
altero, quod cessio pensionario fructibus Canonicatus per
Georgium antecessorem, pensionarius in redditione ra-
tionis administrationis eorum gesta per plures annos re-
mansit creditor titularis in libris 2730. & in ducatis auri
de camera 4000. pro pensionibus decursis, prout ex calculo
per eundem pensionarium dato, coram bon. me. Priolo,
& ex decisione super hoc puncto edita sub die 7. Janua-
rii 1676. coram Reverendissimo Bouslemont.

Cessante igitur ex his Pensionario in justificatione va-
loris sibi incumbente, pensio, ut sub initio dictum fuit, non
sustinetur, neque etiam, quæ postrema fuit pensionarii
prætensio, ad mensuram deficientiæ valoris est reducibi-
lis, quia scilicet pure reservata sub narrativa certi valo-
ris, *per ascensum*, & cum clausula, *ut asseris*, in quibus
terminis ex defectu illius justificationis corruit in totum, ut
firmant Fagnan. *in cap. ad hoc num.* 29. *de solut.* Garz. *de be-
nefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 427. Tondut. *de pens. cap.* 15. *n.* 3. 23
& 6. Adden. ad Bureatt. *dec.* 369. *num.* 8. & semper tenuit
nostrum Tribunal, *ut in dec.* 27. *num.* 1. *&* 2. *de rescript.*
coram Crescentio *dec.* 884. *nu.* 1. *&* 2. coram Manzanedo
dec. 880. *per tot. & præsertim n.* 8. coram Dunoz. jun.
dec. 278. *nu.* 2. penes Posth. *de manutent. dec.* 341. *nu.* 12.
& seq. part. 4. *tom.* 2. *dec.* 187. *num.* 34. *&* 36. *par.* 13. *dec.* 41.
num. 4. *dec.* 220. *num.* 2. *dec.* 245. *num.* 32. *part.* 17. *recent.*
& in præcitata Majoricen. Pensionis 28. Martii 1689.
§. *quoniam*, coram me; ex duplici ratione, prima
quod ex falsa valoris expressione oritur vitium obreptio-

nis, quod inficit totam gratiam, ut docet Felin. *in cap. ad*
24 *audientiam n. 2. de rescript.* & secunda, quod ea clausula
ut asseris, inducitur conditio, ex qua gratia fit individua,
25 & ratione individuitatis in totum nulla, ut ratiocinatur
Grazias loco mox allegato *num.* 425. *& seq.* Rot. *dec.* 379.
nu. 9. *part.* 19. *recent.* Non refragantibus auctoritatibus in
contrarium laudatis, quæ procedunt in reservatione pen-
sionis, facta cum clausula, *dummodo tantum pro rectore
remaneat*, vel *dummodo tertiam partem fructuum non
excedat*, ex qua conjicitur Papam voluisse pensionem sub-
26 sistere in eo, quod superesset, salvis reservatis, ut in spe-
cie illas declarando dixit Rot. *dec.* 375. *ex num.* 2. *usque ad*
15. *& dec.* 379. *n.* 4. *& seq. par.* 19. *recent.* & in dicta Roma-
na Pensionis 25. Junii 1683. coram bon. mem. Rondinino
confirmata 14. Januarii, 20. Martii 1684. coram R. P. D.
meo Ursino.

Nec reductio petita valet ex eo, quod de tempore reserva-
tionis pensionatius reperiretur puer undecim annorum,
quodque in illius literis expressa fuerit ratio subveniendi
ipsis de alimentis, quoniam puerilis ætas non est apta præ-
servare gratiam a nullitate, de qua agitur; non enim in
27 hac specie attenditur simplicitas supplicantis, sed voluntas,
& intentio Papæ concedentis, ad literam Text. *in cap. super
literis de rescriptis*, ubi Hostiens. *num.* 10. *vers. vel per
simplicitatem*, Abbas *n.* 4. *& 6.* Joan. Andr. *num.* 10. Decius
num. 8. late Fagnan. *num.* 62. Craveta *cons.* 58. *num.* 11.
Mascard. *de probat. conclus.* 846. *n.* 4. *& seqq.* Rot. *dec.* 410.
num. 10. coram Bichio *dec.* 306. *num.* 24. *& seqq. part.* 10.
num. 120. *n.* 28. *& seqq. part.* 17. *& dec.* 375. *nu.* 19. *in fin.
par.* 19. *rec.* signanter in casu, quo, prout hic, post trans-
actam puerilem, imo etiam minorem ætatem pensiona-
rius non modo narrativam non retractavit, & institit pro
gratiæ correctione, sed ipsam gratiam in judicio produxit,
& narrativam totis viribus sustinere curavit, expediendo
etiam ad hunc effectum remissoriam pro examine testium.
28 His enim stantibus censetur narrativam ratificasse, & suam
agnovisse, nec ex capite simplicitatis evitare valet nullita-
tem derivantem ex ejus falsitate, ut firmavit Rot. *dec.* 181.
n. 4. *lib.* 1. cor. Puteo *dec.* 410. *n.* 18. cor. Bichio *dec.* 306. *n.* 26.
part. 10. *dec.* 21. *num.* 15. *& seq. part.* 11. *& dec.* 120. *num.* 18.
in fine part. 17. *& dec.* 375. *num.* 15. *& seqq. part.* 19. *recent.*
ubi respondetur *dec.* 536. *part.* 4. *rec. tom.* 3. adductæ pro
pensionario. Et ratio subveniendi pensionario de alimentis
29 respicit effectum gratiæ magis, quam causam, quæ stat in
narrativa valoris, ex qua Papa instruitur ad rectam ratio-
nem distributionis redituum Ecclesiasticorum, ad notata
per Sarnen. *ad regul. Cancell. de valor. exprim. quæst.* 1. *n.* 20.
alioquin actum esset de conclusione tradita per Doctores,
ac toties in nostro Auditorio canonizata, quod ex defectu
justificationis valoris, *per ascensum*, narrati, pensio tota-
liter irritatur, cum vix una dari valeat reservatio, in qua
hujusmodi expressio non legatur, ut inquit Lothar. *de re be-
30 nef. lib.* 2. *quæst.* 35. *num.* 47. & patet ex ejus formulis relatis
per Corrad. *in praxi benefic. lib.* 5. *cap.* 2. *& 3. n.* 2.

Et ita decisum fuit utraque &c.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Calaritana Pensionis.

Ven. 12. Maii 1692.

A R G U M E N T U M.

Recedit hic Rota a superius adnotata decisione ex facti circumstantiis, ex quibus valor prætendebatur probatus,

S U M M A R I U M.

1 *IN materia probationis debent omnia insimul accipi.*
2 *Testis agricola deponens super recollectione fructuum constituit probationem.*
3 *Probatur recollectio fructuum per testes deponentes de auditu ab ipsis collectoribus.*
4 *Ac etiam per publicam vocem, & famam.*
5 *Præsertim, quando agitur de recollectione fructuum alicujus universitatis bonorum.*
6 *Titularis agens ad nullitatem pensionis ex defectu valoris, necesse habet illam concludenter probare per quinque annos ante reservationem, & totidem post. Pensionario autem agenti ad illam sustinendam sufficit probare valorem de tempore reservationis.*
7 *Defectus unius testis suppletur aliunde.*
8 *Dataria convertit monetas exterarum regionum in ducatos auri de Camera.*
9 *Valutatio monetarum facta per Officiales Datariæ est diversa a stylo mercatorum.*
10 *Solutiones per spatium longi temporis continuatæ probant veritatem valoris.*
11 *Valor Beneficii talis præsumitur, qualis fuit expressus.*
12 *Testis de auditu valoris Beneficii ab ipso titulari admodum est attendendus.*
13 *Fides diminuta Notarii absque tenore totius instrumenti nec facit adminiculum.*
14 *Rigor probationum relaxatur, ubi scriptura ex aliquo infortunio fuerunt deperdita.*

D E C I S I O LXXII.

CUm ex defectu justificationis valoris Canonicatus in literis reservationis pensionis per ascensum ad ducatos auri Cameræ 3500. & cum clausula, *ut asseris*, narrati die septima Decembris 1692. decisum foret coram me, infirmandam esse sententiam per bo. mem. Albergatum præviis geminis decisionibus editis coram bon. mem. Priolo inter ejus impressas 231. & 365. pro validitate pensionis in proxime præcedenti instantia prolatam, petiit, & obtinuit Ambrosius pensionarius remissoriam ad supplendas, seu roborandas probationes valoris tunc usque per semetipsum adductas. Eaque expedita, ac ejus vigore compilato in partibus, & ad nos transmisso novo processu, reproposui causam sub die 28. Junii 1694. & dictum fuit, *dilata ad Kalendas*, & rursus die 29. Nov. subsequentis, *iterum proponatur, & videant omnes*; hodieque videntibus omnibus resolutio tandem prodiit, *pro recessu a decisis*.

Licet enim dubium non fuerit apud Dominos, quin pensionarius ad effectum sustinendi pensionem in judicio petitorio, in quo versamur; & adversus titularem qui reservationi pensionis non consensit, teneatur plene, & concludenter probare valorem; præsertim stante clausula, *ut asseris*, quæ efficit actum reservationis conditionalem secundum auctoritates pleno calamo relatas in præterita decisione, §. *Sententia*; ejusmodi tamen probatio (...tis) resultare visa fuit in præsenti ex depositionibus testium ad instantiam pensionarii examinatorum anno 1668. ac pluribus circumstantiis, & adminiculis, de quibus infra, sumptis porissimum non seorsum singulis, sed insimul omnibus, ut fieri debet in materia probationum, Lothar. *de re benefic.
lib.* 1. *quæst.* 43. *n.* 23. 38. *& 29.* Rot *dec* 246. *num.* 2. *& seqq.*
coram Gregor. *dec.* 644. *num.* 6. *& seqq.* coram Dunozett. 1
jun. *dec.* 556. *num.* 7. cor. Bich. *& dec.* 183. *ex num.* 7. *usque
ad* 12. coram Card. Cerrn.

Ex depositionibus testium; quoniam ipsi dilucide affirmant, quod fructus Canonicatus consistunt in tribus ex quinque partibus decimarum fructuum Villarum Sor, & Saulor, quod fructus earundem Villarum ad ann. 1636. usque ad 1642. & sic de tempore resolutionis pensionis
secutæ anno 1637. singulo quoque anno collecti, ac ven-
diti fuerunt in quantitatibus, seu summis per eos relatis, 1
ex quibus computatis etiam juxta sensum prioris decisionis summis minoribus, patet, tres quintas partes decimarum constare libras 1758. iisque additis distributionibus quotidianis in summa annuarum librarum 464. de quibus constare ex libris Capituli, ac vice versa detractis expensis transportationis, conservationis, ac venditionis fructuum, necnon oneribus Canonicatui inhærentibus in annuis libris 2081. de quibus deponunt testes nuper in vim remissoriæ Rotalis examinati, valorem Canonicatus ascendere ad annuas libras 16041. & sic longe excedere ducatos auri Cameræ 3500. dum ad istos conficiendos requiruntur libræ duntaxat 12590.

Nec obstant objecta contra testes adducta; nec enim officit, quod ipsi versati non fuerint in recollectione fructuum Canonicatus; quod deponant de simplici auditu; quodque signanter interrogati de ejusdem Canonicatus valore respondeant se nescire; Quoniam sufficiunt rationes alias per ipsos adductæ, quod a nemine informati vel subordinati dicere, ac testificari possunt, & sciunt ex certa scientia, quia sunt *Agricolæ, & oriundi culturam exercebant, & quolibet anno publicari consueverat in dicta villa quantitas fructuum recollectorum, & quod sic audierunt a collectoribus decimarum, quodque erat publica vox, & fama*, ut 2
de

3 de testibus agricolis, Rota *dec. 79. alias 10. nu. 4.* coram
4 Cæsare de Grassis, & de audito a collectoribus fructuum,
& Beneficiatis Ecclesiæ, *dec. 283. num. 6. & part. 7. recent.*
& de publica voce, & fama Campanil. *diverſ. jur. can.*
rubr. 11. cap. 13. num. 195. §. Similiter, Rota *dec. 275.*
num. 1. & ſeqq. & dec. 277. ſub num. 3. & 4. cor. Gre-
gor. ponderando, quod non agitur de probandis fructi-
bus unius, vel alterius prædii, sed in universum omnium,
& singulorum prædiorum Villarum Sor, & Sanlur, in
quibus terminis propter impossibilitatem habendi testes de
facto proprio, vel de casu, admittendi sunt testes etiam
5 de propalationibus in loco fieri consuetis, & de auditu
a collectoribus, juxta Theoricam Abbatis in *cap. cum cau-
ſam num. 8. de teſtibus*, Cardinal. Zabarell. *in cap. præ-
terea nu. 6. eodem tit.* Bellamet. *in can. teſtes, §. De his 3.
quæſt. 9. num. 1. & 2.* & firmata per Rotam *dec. 277. ſub
nu. 2.* coram Gregor. Hincque tollitur, quod testes dicant
se nescire, quia intelligi debet, quoad valorem Canoni-
catus directum, & immediatum, & de præcisa quantita-
te fructuum, usque ab obulum, super qua fuerunt inter-
rogati; non autem quoad indirectum, & mediatum de-
ducendum scilicet, ut supra, ex quantitate fructuum, ac
decimarum præfatarum Villarum.

Prout nec relevat, quod testes non deponant constan-
ter, ac fixe de certa fructuum quantitate; quod de eisdem
fructibus non deponant per decennium, videlicet quinque
annos ante, & quinque post reservationem; & quod in
specie deponant de annis fertilioribus; nam quod de certa
quantitate fructuum non deponant constanter, ac fixe,
nihil detrahit eorum depositionibus, dum ex præfatis ac-
6 cipiuntur summæ minores: Rigorosa probatio per decen-
nium requiritur solum, ubi titularis agit ad annullandam
pensionem, non autem ubi, prout hic, agit pensionarius
ad illam sustinendam, quo casu satis est, quod concludat
de tempore reservationis, per aliquot tantum annos ci-
dem proximos, ut distinguendo tradit Lother. *de re benef.
lib. 1. quæſt. 43. num. 23.* Rota *dec. 211. num. 25.* coram
Bich. *dec. 53. num. 22.* coram Dunozet. jun. *& dec. 83.
nu. 2.* post Tonduc. *de penſion.* Et quod depositiones lo-
quantur de annis fertilioribus, cessat, quoties, ut disi-
mus, sufficit, quod percutiant tempus reservationis, vel
aliquos ei proximos annos, maxime quia non tam par-
ticulariter referri valent ad annatas, quam universaliter
ad tempora fertiliora, quia scilicet ab inde citra successit
contagium in Regno Sardiniæ, quo bonorum reditus
decreverunt.

Nec demum turbat, quod testes non deducant nec ex-
pensas pro fructibus necessarias, nec onera Canonicatus,
nec portiones exemptorum a præstatione decimarum; quo-
niam hi defectus supplentur aliunde, prout bene sup-
7 pleri posset, notat Rot. *dec. 263. num. 3. & dec. 355. ſub
num. 1. part. 1. diverſ. dec. 1831. num. 19.* coram Coccin.
dec. 245. num. 10. coram Gregor. *& dec. 227. ſub num. 9.*
coram Dunoz. sen. Nam quoad expensas ex dispositio-
nibus novissimorum testium, de iis constat in summa sum-
tasat librarum 315. pro transportationibus fructuum, &
in summa librarum vix 300. pro pensionibus botteorum,
& custodia eorundem fructuum, licet istæ ad abundan-
tiam ex parte pensionatii admittantur in summa libra-
rum 550. per ipsum articulata: Quoad onera testantur
iidemmet testes, & liquet ex libris capituli consistere so-
lum in subsidio pro triremibus, & donativo, ascendenti-
bus lib. 216. Quoad portiones exemptorum, ea, ut testes
iidem referunt, vel nullæ adsunt, vel satis modicæ, adeout
ut iis etiam deductis ex libris 16 41. in quibus valor pro-
batus fuit, semper remaneant plusquam libræ 14500. quæ;
ut præfertur, conficiunt ducatos auri Cameræ 3590. non
attenta depositione unius ajentis, *che le migliori are ſono
degl'eſenti*, quia illa, ultra quod ad Villam Sor, cujus
testis erat incola, refertur, confunditur ex aliis concor-
dites ajentibus, vel nescire sese, quod adsint, vel certe
paucos adesse exemptos.

Minus obstant objecta contra valutationem monetæ;
nam quod ad conficiendos 3500. ducatos auri de Camera suf-
ficiant libræ 14500. monetæ Sardiniæ, probatur ex manda-
to procuræ per Dominicum primum titularem expleto
ad consentiendum pensioni ducatorum mill. monetæ Sar-
diniæ, cum expressione etiam valoris Canonicatus in duca-
tis 500. similibus; nam quilibet ducatus constat ex libris
duabus cum dimidia, & sic ducati 5000. constituunt libras
12500. Eoque fortius stringit ejusmodi mandatum, quia re-
lative ad ipsum facta fuit, imo fieri debuit expressio va-
loris in literis reservationis, in quibus specifice narratus
legitur consensus titularis, & probatur id ipsum ex eo,
quod pensio, licet in origine reservata in ducatis auri Ca-
meræ 625. fuit nihilominus deinceps semper pro tempo-
re soluta in ducatis mille monetæ Sardiniæ conficientibus
libras 2500. Ex denique probatur ex eo, quod consimilis
valutatio, seu conversio monetæ Sardiniæ in ducatos auri
Cameræ, servata dignoscitur in aliis causis ejusdem Regni,
ut in Ampurien. Decimarum coram Merlin. inter ejus im-
pressas 662. & in Turritana congruæ coram bon. me. Car- 8
dinali Taya inter impressas *in recent. dec. 287. & dec. 500.
part. 14.* per regulam arithmeticam, quam ad hunc effectum
ponderant informantes.

Nec in contrarium allegari meretur attestatio Merca-
torum asserentium, quod ducati auri Cameræ 3500. con-
ficiant libras circiter 17000. quoniam ipsi monetas calcu-
lant, seu valutant juxta valorem earum intrinsecum,
non autem juxta valorem extrinsecum, cum quo hac in
re procedi voluit per Officiales Datariæ. Nec novum est,
quod in materia valutationis monetarum stylus Mercato-
rum discrepet a stylo Officialium Datariæ, ut signanter
animadvertere licet in *dec. 186. num. 23. & 24. & dec.* 9
213. num. 26. & 28. part. 6. recent. in quibus ducati
Regni Neapolitani valutantur in ducatis auri Cameræ 75.
pro quolibet centenario, & in dictis *dec. 287. & 500.
part. 14. rec.* in quibus libræ centum monetæ Sardiniæ
calculantur in ducatis auri Cameræ 33. cum dimidio,
quando attento intrinseco earum valore constituerent du-
catos auri Cameræ duntaxat 20. Nec pariter calculus per
placidum levantem exaratus occasione administrationis
fructuum Canonicatus susceptæ per pensionarium, quia
confectus, & ordinatus fuit ad finem diversum, & sem-
per recurris, quod cum agatur de re transacta per Da-
tariam, non Mercatorum stylus, sed Datariæ spectari
debet.

Et ex pluribus circumstantiis, & adminiculis, quorum
primum est, quod pensio per omnes titulares soluta fuit
videlicet ab anno 1637. usque ad annum 1658. per Domi-
nicum, ab anno 1658. usque ad annum 1689. per Gene-
gium, & ab anno 1689. usque in præsens per Joannem
Paulum modernum collitigantem; hujusmodi enim solu-
tiones per tantum temporis spatium continuatæ, pluri- 10
mum conferunt ad arguendam veritatem narrati valoris,
ut in specie advertit Rota *dec. 186. num. 16. & dec. 113.
num. 23. part. 6. recent. dec. 247. num. 6.* ibique Adden.
num. 14. coram Gregor. *dec. 867. num. 5.* coram Merlin.
dec. 542. nu. 8. coram Dunnaer. jun. *& dec. 183. num. 16.*
coram Ceren. Non obstante, quod dicantur non fuisse
specificæ, quia ab anno 1637. usque ad annum 1638. de li-
te, seu alias interruptione solutionum non constat, & ab
anno 1658. licet aliqualis intercesserit usque ad annum
1679. ea tamen potius in oppositum retorqueretur, & au-
get præsumptionem præfatam animadvertendo, quod tunc
titularis assumpsit sibi onus justificandi deficientiam valo-
ris, & tamen nihil unquam deinceps justificare valuit, &
pensionem persolvit usque ad obitum, licet reditus ab
anno 1653. superventu contagii diminuti fuissent. Secun-
dum, quod concurrunt aliæ narrativæ valoris in ducatis
auri Cameræ 3500. in provisionibus tam titularium ante-
cessorum, quam etiam moderni, quæ etsi factæ per non
excessum, deserviunt tamen ad comprobationem narra-
tivæ valoris etiam per ascensum, cum talis præsumatur
Beneficii valor, qualis fuit expressus, ut dixit Rota *dec.
62. num. 18. & 19. par. 10. rec.* & in proximis terminis 11
nuper in Ferrarien. Capellaniæ 10. Maii 1693. §. *mirifice*,
cor. R. P. D. meo Ursino. Tertium denique fundatum
in depositionibus testium ultimo loco servatis servandis
examinatorum, testantium de communi voce, & publica
fama, Canonicatum esse pinguiorem omnibus aliis Eccle-
siæ Cathedralis, ac etiam de audito a Dominico primo
titulari, ejus reditum citra tempus reservationis pensio-
nis ascendisse ad libras 18000. qui quidem testes de auditu
a titulari, ejusque confessione, multum ad hunc effectum
sunt attendendi, ut notat Rota *dec. 293. nu. 1. verſ. tam* 12
*etiam part. 1. diverſ. dec. 294. num. 19. part. 7. & dec. 62.
n. 15. part. 10. recent.*

Nec urgent circumstantiæ, & adminicula in contra-
rium ponderata; nam ex duobus testibus ad instantiam
Georgii secundi titularis examinatis deponentibus de va-
lore Canonicatus in libris 9000. primus tanquam profi-
tens se natum in Villa Sanlur, & in eadem versatum,
ejusque Curatum, ac decimarum collectorem, ...

dica il testimonio saperlo di vera scienza per esser informato della quantità delle sudette decime, e del valore de frutti per essere della medesima Villa de Sanluri, e per esser stato Curato in essa, per haver collettato dette decime, e per essere cosa publica, & notoria &c. vel videtur intelligendus de quantitate decimarum ejusdem Villæ, prout etiam redditur verisimile, perspectis depositionibus aliorum testium, quorum mox meminimus, de valore Canonicatus in libris 18000. vel certe nihil concludit quoad decimas alterius Villæ Sor, super quibus nullam reddit causam scientiæ: Et secundus dignoscitur aperte mendax in eo, quod dicit se ratiocinatorem capituli pro quintis decimarum ad ipsum spectantibus, & rursus distributiones quotidianas ab anno 1637. redidisse libras 337. singulis annis &c. quoniam satis constat, nullum ex quintis decimarum, de quibus agitur, spectare ad capitulum, & distributiones quotidianas ascendisse, ut præmisimus, ad annuas libras 464. Et ambo tolluntur ea eo, quod iis non attentis Georgius postmodum acquievit, & in solutione pensionis continuavit usque ad obitum, Locationes regulariter non probant valorem, eoque minus ubi (prout hic) non afferuntur instrumenta desuper stipulata, ex quibus percipi valeat, cum quibus pactis initæ fuerint, & an comprehendant omnes fructus, vel potius certas eorum species; sed simplex diminuta fides Notarii
13 super eorum existentia, quæ nec facit adminiculum, Rota *dec. 116, n. 2. part. 2. diversf. dec.* 12. *n.* 10. *par. 7. & dec.* 263. *n. 2. par.* 10. *rec.* & demum quod pensionarius ex administratione fructuum Canonicatus per ipsum assumpta creditur superextiterit, non meretur animadversionem, sive quia non probatur omnes fructus fuisse pensionario cessos, vel per ipsum exactos; sive quia fructus diminui valuerunt, prout in effectu diminui dicuntur ex causa contagii; sive tandem quia de tempore susceptæ administrationis pensionarius creditor remanebat pro terminis decursis.

Et in universum facilius hæc omnia recipienda sunt Dominis: quoniam anno demum 1669. pensionarius assumpsit onus probandi valorem, & sic non solum post triginta annos, & ultra a die reservationis pensionis, verum post inter medium contaginm in Regno Sardiniæ, quo verisimiliter perierunt homines, & scripturæ, quibus manifestior fieri posset probatio valoris; in his quippe terminis mitius agendum cum pensionario, benigniusque tractandæ, ac discutiendæ sunt ejus probationes, ad tradita per Cyriac.
14 *controv.* 462. *n.* 33. & 34. Rot. *dec.* 277. *n.* 5. coram Gregor. & *dec.* 645. *n.* 4. & 5. coram Merlin.

Et ita decisum fuit utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Calaritana Pensionis.

Ven. 11. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Reditur ad propria decisa, regulæ in prima decisione firmatæ emologantur, & probationes super valore, quæ efficaces reputatæ fuerunt, confutantur.

SUMMARIUM.

1 *PEnsionarius in petitorio plene, & concludenter tenetur probare contra titularem, qui pensioni non consensit, valorem expressum per* ascensum, *& cum clausula,* Ut asseris.
2 *Alias corruit, & quidem in totum.*
3 *Valor vero probari debet per quinque annos ante, & per quinque annos post reservationem.*
4 *Quoties tamen agitur de substernenda pensione, sufficit, quod probatio percutiat tempus reservationis, vel per aliquot annos ante, vel post.*
5 *Quot libræ monetæ Sardiniæ efforment ducatum.*
6 *Pro valoris probatione beneficii non sufficiunt testes singulares.*
7 *Nec illi qui non sint versati in loco, neque informati.*
8 *Minusque ii, qui deponunt de audito.*
9 *Neque alii deducentes onera, vel expensas, & portiones exemptorum.*
10 *Incola scire non præsumitur quantitatem fructuum recollectorum in toto territorio, quem inhabitat.*
11 *Agricola præsumitur tantum informatus de fructibus agri per ipsum culti, non de aliis totius territorii, & n. 12.*
13 *Publicatio quantitatis fructuum relata a testibus non est sufficiens probando valore beneficii.*
14 *Rota dec. 283. n. 5. part. 17. rec. declaratur.*
15 *Inverisimilitudo reddit testes suspectos, & inefficaces, licet plurimi sint.*
16 *Testis contra inducentem plene probat.*
17 *Ad probandum valorem non sufficiunt solutiones pensionum, nisi ista sint spontaneæ, & emissæ per spatium triginta annorum ante motam litem, & num. 18.*
19 *Expressio valoris per non excessum facta per titularem successorem inservire non potest pensionario, qui habeat reservatam pensionem cum expressione valoris per ascensum.*
20 *Testes deponentes de publica voce, & fama, attenduntur, si agatur de probatione valoris expressi per non excessum.*
21 *Secus autem si expressus fuerit per ascensum, cum tunc concludentissimæ exigantur probationes.*
22 *Libris capitularibus plena fides præstatur.*
23 *In judicio petitorio, ut pensionarius succumbere debeat, sufficit aliquo modo reddere turbidas ejus probationes super valore expresso.*

DECISIO LXXIII.

PEnsionem ducatorum 625. auri de Camera favore Machini reservatam per fan. mem. Urbanum VIII. usque de anno 1637. super fructibus Canonicatus Ecclesiæ Calaritanæ narratis per ascensum ad ducatos similes 3500. & cum clausula *Ut asseris* fuisse nullam, atque invalidam, pronunciavit A.C. in petitorio judicio, deindeque in gradu Appellationis Tribunal nostrum coram Cardinali Vicecomite, præviis duabus decisionibus, altera coram Cardinali Cerro, cui ille subrogatus extitit, inter suas 889. alteraque coram eodem impressa *in recent. dec. 6. part.* 17. discussis, ac rejectis testibus, tunc per pensionarium inductis super verificatione valoris expressi; sed ab hac sententia recessit, declarando subsistentiam pensionis coram Albergato, Priolo suffecto, præcedentibus istius geminis decisionibus inter impressas in ordine 351. & 369. sub fundamento relevationis pensionarii ab onere probandi valorem expressum contra Georgium tunc titularem ob præstitum ab ipso consensum in expeditione gratiæ coadjutoriæ. Cumque de hujus ultimi judicati viribus acerrima fuisset disputatio assumpta per Joannem Paulum Nuxam modernum titularem coram bo. me. Emerix junioré, sub die prima Decembris 1691. prodiit resolutio pro infirmatione dictæ sententiæ, redeuntes DD. ad priorem sensum nullitatis pensionis ob cessatum motivum consensus præstiti a Titulari præcedente, & versa vice ob recursum ad denuo vigentem defectum justificationis valoris per pensionarium expressi. Et quamvis postmodum examinatis pro parte pensionarii novis testibus vigore alterius remissoriæ Rotalis, exquisitis omnium DD. Votis, recessum fuerit a decisis sub die 22. Aprilis 1699. attamen coram me in locum defuncti Collegæ subingresso acrius revocata in hodierna audientia disceptatione super viribus posterioris contrariæ decisionis in concursu potioris die prima Decembris 1692. illiusque ferrea libertatis, Rota censuit redeundum esse ad primo loco decisa, autumans iterum constare de nullitate pensionis ex capite non justificati veri valoris in literis reservationis expressi.

Inevitabilis siquidem visa fuit nullitas hujusmodi; nam cum Machin pensionarius plene, & concludenter fructus controversi Canonicatus narratos non probat, sicuti tale onus eidem incumbit; nam agitur in petitorio judicio de pensione imposita per ascensum, ac cum clausula *Ut asseris* nec non adversus modernum titularem pensioni non
1 consentientem, Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 476. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 72. Rota coram Bich *dec.* 236. *n.* 8. coram Cerro *dec.* 830. *num.* 5. *in recent. dec.* 444. *num.* 1. *part.* 2. *dec.* 526. *num.* 1. *part.* 3. *decis.* 294. *part.* 4. *tom.* 2. & late in decisione hujus causæ, coram bo. me. Emerix prima Decembris 1692. §. *Sententia enim*, ac admittitur in altera subsequenti coram ea 22. Aprilis 1695. §. *Licet enim*, cor. eodem; pensio corruit in totum, nec potest in parte subsistere, juxta opinionem in-
2 concusse tentam per Rot. & præ cæteris coram Manzaned. *dec.* 884. *num.* 1. & 2. coram Dunoz. jun. *dec.* 880. *per tot.* & præsertim *n.* 8. *in rec. dec.* 187. *n.* 34. & 36. *par.* 11. & *dec.* 245. *num.* 32.

num. 32. *par.* 17. & in Majoricen. Pensionis 28. Martii 1689. §. *Quoniam*, coram bo. me. Emeria juniore, & plenius est in decisione hujus causæ, prima Decemb. 1692. §. *Cessante igitur*, *&* §. *seq.* in quibus de ratione contrariisque respondetur.

In hypothesi, aut pensionatius concludere tenetur valorem per quinque annos ante, & quinque post reservationem pensionis, prout suadere satagebant informantes pro
3 Nurra, ex Rot. cor. Royas *dec.* 208. *num.* 2. *&* 3. *dec.* 288. *n.* 6. *&* 7. *part.* 12. *dec.* 6. *n.* 4. *part.* 17. *dec* 745. *num.* 9. *&* 10. *part.* 19. in Romana Pensionis 4. Junii 1685. §. *Emissis quippe*, coram Reverendissimo Florez, & in Compostellana Parochiali, §. *Eorum depositiones*, coram R. P. D. meo Caprara, seu latis est, quoties agitur de pensione sustinenda, quod probatio valoris percutiat tempus reservationis, vel per aliquot annos ante & post, prout distinguen-
4 do tradit Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 43. *nu.* 23. Card. de Luca *discurs.* 90. *num.* 56. *juncto num.* 61. Panimol. *dec.* 136. *n.* 40. Add. ad Buratt. *dec.* 538. *num.* 42. *vers. verum*, Rot. cor. Cæsar. de Grass. *dec.* 3. *de probat. num.* 1. cor. Dunoz. jun. *dec.* 542. *num.* 9. *&* 10. cor. Priol. *dec.* 301. *num.* 6. cum aliis ibid. allegatis. Quodque pro conficiend a 3500. duc. auri de Cam. in reservatione Pontifici expressis, vel sufficiant 12500. mon. Sardiniæ ex probationibus desumptis ex mandato procuræ per primum titularem expleto, ex successivis solutionibus, atque demum ex resolutionibus Rotalibus talem valutationem præsupponentibus,
5 ut firmat d. postrema decisio, §. *Ac anne obstans*, *&* §. *seq.* aut requirantur libræ 16727. ut dictum fuerat in dec. hujus causæ prima Decembris 1692. § *Quinimo*, coram. bo. mem. Emerix jun. ex attestationibus Mercatorum, relatione periti, aliisque ibidem deductis, quomodocunque res accipiatur, visum fuit DD. valorem expressum non convinci.

Testes siquidem examinati vigore utriusque remissoriæ, vel sunt singulares, dubitativi, aut non versati in loco, multoque minus in recollectione fructuum, *Summ. Nurræ num.* 15. *&* 16. & non referunt de visu circa illorum quantitatem, seu de auditu, *d. Sum. n.* 10. deponunt inverisimilia, quod singulis annis fuerit conformis recollectio fructuum, & quod uti simplices agricolæ non possunt certitudinaliter testari de fructibus integri Territorii, quorum neque collectores fuerunt; non deducunt onera, & expensas necessarias pro collectione, & conservatione illorum, *dicto Summ. n.* 13. *& n.* 20. non considerant exemptos a solutione decimarum, solumque in genere narrant quantitatem fructuum, qui recolligebantur in utraque Villa de Sanlur, & Sor, ab anno 1637. ad 1642. imò dicunt, nescire, qui fructus spectent ad canonicatum, *Sum. n.* 7. *& n.* 19. ea propter ex his nulla fides ad effectum, de quo agitur, testibus præstanda venit, sicuti de testibus singularibus, Gratian. *discept.* 909. *num.* 1. Add. ad Greg. *dec.* 390. *num.* 11.
6 Sperell. *dec.* 170. *n.* 76. in specie Palm. Nep. *alleg.* 36. *num.* 16. Rot. in Compostellana Parochialis 26. Junii 1693. §. *Nec refert*, cor. R. P. D. meo Caprara; de deputativis plene Rota in Cavallicen. Pecuniaria 15. Junii 1693. §. *Similiter*, cor. me, de testibus non versatis in loco, neque informatis, Card. de Luca *de benef. disc.* 90. *num.* 62. Rot. in
7 *rec. dec.* 550. *n. par.* 1. *dec.* 269. *n.* 4. *& dec.* 288. *n.* 10. *par.* 11. *& dec.* 6. *n.* 1. *par.* 27. cor. Caval. *dec.* 383. *n.* 3. coram Buratt. *dec.* 538. *n.* 14. cor. Royas *dec.* 208. *n.* 3. in d. Compostellana; §. *Neque probationem*, & in d. Tuden. Parochialis 29. Maii 1694. §. *finali*, coram eodem R. P. D. meo Caprara; de deponentibus de auditu, & non de visu Palm. Nep. *d. alleg.* 35. *& alleg.* 111. *n.* 7. *&* 8. Tundut. *de pens. c.* 14.
8 *num.* 11. *&* 12. Lother. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 84. Rota coram Royas *dec.* 22. *num.* 9. aliique in d. Compostellana, §. *Longe majores*; de inverisimili deponen. Vermigliol. *cons.* 74. *n.* 4. Pignatell. *consult.* 9. *num.* 10. *tom.* 9. deque demum testibus non deducentibus onera, vel expen-
9 sas, & portiones exemptorum, quod non probent, Palm. Nep. *eadem alleg.* 35. *n.* 6. Rot. cor. Buratt. *dec.* 976. *n.* 8. coram Pamph. *dec.* 40. *n.* 7. cor. Royas *d. dec.* 208. *num.* 1. Dunoz. jun. *dec.* 880. *n.* 6. *in rec. dec.* 736. *num.* 3. *par.* 2. *dec.* 500. *n.* 15. *part.* 5. *tom.* 2. *dec.* 288. *n.* 9. *par.* 11. *dec.* 188. *n.* 21. *part.* 12. dicta Compostellana, §. *Ambo prædicti*, & coram. R. P. D. Caprara in Tuden. Parochialis 29. Maii 1693. §. *finali eodem*, atque in Romana Pensionis 17. Februarii 1694. §. *Quamvis*, coram R. P. D. meo Pio.

Absque eo, quod vis, & efficacia relatarum exceptionum contra testes semissoriales per pensionarium inductos cessare visa fuerit, ex quo nonnulli ex testibus sint incolæ dd. locorum, alii agricolæ, & oriundi, culturamque exercuerint, & deponant quolibet an. publicari consuevisse quantitatem fructuum recollectorum, ac testes novæ remissoriæ referant onera, & portiones exemptorum, seu non adsint, vel sint in modica quantitate, aut cum fuerit probatus valor in summa majori, quam fuerit expressus, adhuc dempta ratione exemptorum valor sufficienter probatus remaneat: quandoquidem regulariter Incola scire non præsumitur quantitatem fructuum recollectorum ex integro Territorio loci, quem inhabitat, ut advertit Bald. *in l. solam n.* 12. *vers. ultimo sciat*, *C. de test.* Farinac. *de test. q.* 70. 10
n. 12. Pax Jordan. *Lucubr. tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *nu.* 294. *cum seqq.* prout nec etiam agricola, qui solum informatus censetur fructuum agri per ipsum culti, & elaborati, in quibus terminis procedit *dec.* 79. *alias* 10. *de testibus*, cor. Cæ- 11
sar. de Grass. secus autem valoris fructuum universi Territorii, Rot. cor. Buratt. *dec.* 538. *num.* 7. & ratio, quod anno 12
quolibet inter vassallos consuetum erat publicari quantitas fructuum perceptorum, refertur ad simplicem auditum, 13
qui non sufficit ex præmissis ad probandum valorem. Non attenta *dec.* 283. *n.* 6. *par.* 17. *rec.* in ultima contraria deci- 14
sione allegata: quia in hoc casu testes insuper viderant notulas recollectionis fructuum, ac primitiatum, aliæque circumstantiæ concurrebant, quæ deficiunt in præsenti, & testes narrantes onera non percutiunt tempus reservationis pensionis, sed longe posterius; non concludant negativam, quod non adsint alia onera, quæ præexistere, nempe inter cætera tiremiunt, parlamenti, & visitationum, ut referunt testes examinati ex parte antiqui titularis, *ut d. Summ. moderno num.* 14. *vers. Item super* 3. & ulterius iidem testes pensionarii verisimilia deponunt, dum post longissimum tempus annorum 30. contingunt se adamussim recordari de qualibet specie, & quantitate fructuum collectorum in Territoriis ambarum villarum ab an. 1637. usque ad 1642. quando de sequentibus usque ad annum 1656. protestantur se non recordari, *Summ. Nurræ num.* 9. *&* 12. Inverisimilitudo namque reddit testes undique suspectos, & fide non dignos, ut in fortioribus terminis inquit Pignatel. *consult.* 9. *n.* 10. *tom.* 9. referens a Rota fuisse rejectos tredecim testes, licet contestes, sed inverisimilia deponentes.

Portiones autem exemptorum adesse dubitatum non fuit, cum referant etiam postremi testes remissoriales, *Summ. Nurræ nu.* 11. deponentes plures esse exemptos a decimis, vel in totu vel in parte, & quidem non in modica quantitate, ut supponit d. contraria decisio; nam per sextum testem ab ipso pensionario inductum, & datum *in Summ. Nurræ num.* 11. expresse asseritur, *La maggior parte dell' are grosse di grano e biade, e dell'altre specie sopradette e dell' esenti*; qui testis cum fuerit per pensionarium inductus, contra ipsum plene probat, Rot. *in rec. dec.* 278. *n.* 2. *par.* 10. *dec.* 271. *n.* 10. *par.* 11. *dec.* 9. *n.* 14. *par.* 15. *dec.* 278. *n.* 11. *par.* 18. in Bonon. dotis, seu antephati 6. Aprilis anni præteriti, §. *Argenta vero*, cor. me, & in specie dictum fuit in Luden. pensionis 4. Februarii 1695. § *Id ipsum*, cor. Reverendiss. D. meo Decano; maxime quia cum eo consonant super existentia exemptorum 7. 8. & 9. testes novissimæ remissoriæ; & rursus adminiculantur a fide testium data, *Sum. Nurræ n.* 12. id ipsum deponen. quæ fides præferen. est alteri dat *n* Machin in contrarium, quia concordat cum dicta judiciali depositione, itant hic nihil stringat præsupposita probatio valoris in summa majori, tum quia non est perfecta, & concludens, tum etiam quia sicut deponit dictus testis pensionarii, quod major pars pingulum arearum spectat ad exemptos, ut nequeat istorum portio restringi ad quid modicum, sed majoris partis fructuum diminutionem importet.

Minus ad suadendam præfatorum testium fidem, ac probationem veri valoris in reservatione expositi, recurri potest ad adminicula; nam primum desumptum ex solutionibus continuatis per longum temporis spatium, relevare in nihilo visum fuit, eo quia triennio post, & de anno 1641. reservatam hujusmodi pensionem introducta fuit lis per Dominicum priorem titularem coram A. C. super nullitate ejusdem ex capite non veri valoris, *Summ. Nurræ n.* 24. quæ tunc & si sopita fuisset per reductionem temporaliter factam, *ut in eadem Sum. Nurræ n.* 25. & tradit in hac causa scribens Card. de Luca *de pens. disc.* 36. *nu.* 1. & Rot. cor. Priolo *dec.* 378. *n.* 4. tamen de anno 1658. per Georgium titularem successorem reintegrata fuit prius coram Vicario Calaritano, denique coram A. C. qui de anno subsequenti protulit sententiam pro nullitate pensionis, & postremo in Tribunali nostro, in quo usque adhuc pendet, ut

constat ex decisionibus editis, cor. Cerro 629. & 661. &
889. cor. Priolo *dec.* 351. & 369. coram Vicecomite *dec.* 6.
par. 17. & dec. 182. *par.* 19. ex mandato de manutenendo
contra titularem approbato per Signaturam Justitiæ, ex
16 productione processus Parochialis de anno 1678. ex successiva propositione causæ in Rota de an. 1679. cor. bo. mem.
Rondinino, in qua suspensa fuit resolutio, ex subrogatione
eidem defuncto Eminentiss. Cavalerinij & huic ad Nunciaturam Regis Christianissimi misso, bo. me. Emerix junioris, cor. quo emanarunt relatæ geminæ decisiones de an.
1692. & 1695. ex quibus omnibus emicat ad evidentiam,
quod solutiones pensionum fuerunt coactæ metu mandati,
& pendente lite, quo casu, signanter dum agitur de judicio
petitorio, nullatenus relevant, cum necesse sit lapsum temporis annorum 30. fuisse completum, quodque solutiones
factæ fuerint spontaneę, & non post motam litem, per ea,
17 quæ observant in his terminis Palm. Nep. *alleg.* 35. *num.* 37.
vers. quia primo loco, Garz. *de benef. par.* 1. c. 5. *n.* 468. Rot.
co. Buratt. *dec.* 269. *n.* 3. cor. Dunoz. jun. *dec.* 880. *n.* 10. cor.
Cels. *dec.* 406. *n.* 5. *in rec. dec.* 41. *n.* 17. & 18. *par.* 18. & *in dec.
hujus causæ* 134. *n.* 4. & 5. *par.* 15. *dec.* 6. *n.* 16. & 18. *par.* 17.
& in alia bo. mem. Emerix prima Decembr. 1692. §. *Prout
18 nec refert*, minime obstantibus *dec.* 245. *n.* 6. Gregor. *dec.* 183.
num. 12. & 76. cor. Cerro, aliisque in postrema contraria
decisione citaria, cum ibi solutiones supponantur pacificæ, spontaneæ, & ante motam litem secutæ, ut reddantur inapplicabiles.

Similis irrelevantiæ detegitur secundum adminiculum
elicitum ab expressione pariformis valoris ducatorum
3500. facta per titulares, tam antecessores, quam modernum: quoniam præterquam quod datur provisio cum expressione valoris in solis ducatis 1250. *Summ. Nurræ num.* 1.
taler expressiones antecedentium titularium secutæ fuerunt
ad parendum Officialibus Datariæ pro eorum interesse, cum
præambola solemni protestatione ipsius Nurræ, factæque
nos-untur per non excessum, quæ cum possint verificari etiam in qualibet summa, ad nihil deserviunt in probationem
veri valoris per ascensum, Card. de Luc. *de benef. disc.* 90.
n. 22. Rot. cor. Greg. *dec.* 13. *n.* 5. Dunoz. jun. *dec.* 880. *num.* 7.
19 *rec. dec.* 120. *n.* 15. *par.* 17. & in relatis Compostellana Parochialis 26. Junii 1693. §. *Non obstat vers. quia ad effectum*,
co. R. P. D. meo Caprara, & in Tuden. Parochialis, §. *Ex
his in fine*. coram eodem.

Sicuti nec urget tertium adminiculum depromptum ex
testibus deponentibus de publica voce, & fama, & de auditu a primo titulari, quia hic non agitur de probatione va-
20 loris per non excessum, in quibus terminis procedit Rot.
dec. 293. *n.* 1. *par.* 1. *divers.* & *in rec. dec.* 62. *n.* 15. *par.* 17. sed de
probatione valoris per ascensum, ubi requiruntur probationes plenæ, & concludentes ex firmatis per Palm. Nep. *alleg.*
21 36. *n.* 1. & 2. Rot. cor. Coccin. *dec.* 2276. *n.* 12. coram Bich. *dec.*
255. *n.* 4. *cum seq.*

Præterea cessat quælibet difficultas: quia e converso duo
testes, quos induxit titularis prædecessor, ambo Sacerdotes,
& versati in prædictis villis, cum alter fuerit collector, alterque computator decimarum, referunt de tempore reservationis valorem Canonicatus non excedere lib. 9000
longe minorem expresso, signanter cum adminiculentur
ex attendamentis datis in *Summ. Nurræ num.* 28. ex descriptione facta in libris capitularibus novissime exhibitis, ubi
habetur fructus de tempore reservationis esse longe minores quantitate narrata, quibus fidem esse præstandam, observant Card. de Luca *de pens. disc.* 6. *num.* 14. & *de re benef.
22 disc. ers.* 90. *num.* 68. Rot. *in recent. dec.* 550. *n.* 2. *par.* 1. *dec.* 830.
num. 12. & in Romana Pensionis 4. Junii 1685. §. *Ex his
igitur*, cor. Illustriss. Florez, & prima Julii 1686. §. *Primo
itaque*, cor. bo. me. Rondinino, ex locationibus, & cessionibus fructuum plene recensitis in decisione prima Decembris 1692. §. *Quinimo*, cor. bo. me. Emerix, ut ex his vel
penitus destruatur probatio pensionarii; seu in omnem casum negari non potest, quod hæc omnia deducta per modernum titularem reddant dubias probationes illius, qui in
hoc petitorio judicio tenetur plene justificare valorem ex-
23 pressum, itaut titulari reo convento sufficiat ejus probationes offuscare, bene Rot. cor. Cerro *dec.* 838. *n.* 11.

Et ita resolutum DD. omnibus videntibus, & partibus
acerrime informantibus.

R. P. D. MUTO.

Calatitana Pensionis.

Ven. 21. *Febr.* 1698.

ARGUMENTUM.

Superius recensita decisio emologatur.

SUMMARIUM.

1 *PEnsio in totum corruit, si pensionarius non probaverit valorem expressum.*

2 *Valor ad dictum effectum est probandus per uniformem fructuum perceptionem.*

3 *Testes dubitative loquentes inservire non possunt pro valoris probatione ad effectum sustinendæ pensionem.*

4 *Testes de auditu a personis incertis non attenduntur.*

5 *In materia testium non admittitur retrotractio, sed probatio debet esse certa.*

6 *Testis contra inducentem plenissime probat.*

7 *Nec attenditur exceptio, quod censeatur approbata persona testis, non autem dicti, si inducens depositione usus fuerit, & n.* 8.

9 *Expressio facta per non excessum est verificabilis in qualibet summa minori.*

10 *Pensionarius non probat valorem beneficii ex solutione mediata annata per titularem successorem exarata.*

11 *Solutio pensionis, si pacifica non fuerit, præbere non potest adminiculum pro verificatione valoris.*

12 *Valor expressus*, per ascensum, & cum clausula, ut asseris, *est per univocas, & concludentes probationes verificandus.*

13 *Limita, si agatur de probatione valoris non affirmative, sed conditionaliter expressi.*

14 *Prout quoque, si retractaretur in judicio summaria ad effectum exequendæ gratiam.*

15 *Probationes imperfectæ attenduntur, quoties proponuntur ad coadjuvandam probationem, quæ perfecta sit.*

16 *Ut indicia & præsumptiones sufficiant in iis, in quibus perfectæ requiruntur probationes, exigitur lapsus octuaginta, & ultra annorum.*

17 *Testes deponentes de tempore gratiæ tollunt quamcunque contrariam præsumptionem.*

18 *Locationes decimarum inserviunt pro adminiculo verificandi quantitatem fructuum beneficii.*

19 *Libris capituli standum est.*

DECISIO LXXIV.

PErstiterunt hodie PP. in ultimo loco decisis coram me
sub die 11. Januarii superioris anni, rursus autumantes constare de invaliditate pensionis, de qua agitur, reservatæ per san. mem. Urbanum VIII. super Canonicatus Ecclesiæ Calatitana fructibus ad favorem Ambrosii Santucchir Macchin; siquidem cum iste Pontifici exposuerit, hujusmodi Canonicatus fructus ascendere ad duc. auri de Camera 3500. deindeque valorem narratum juxta ejus incum- 1
bentiam non probarit, nec eundem valorem excludere
tenea(tur) Joannes Paulus Nurra modernus titularis non contendens, certi juris est, pensionem præfatam in totum corruere, nec posse in parte sustineri, ad firmata in decis. 2
edita in hac causa coram bo. me. Emerix Decano die 1. Decembris 1693. §. *Sententia enim*, & in d. postrema coram
me, §. *inev tabilis, siquidem*, & ultra ibidem congestos,
Rot. *in rec. dec.* 342. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 129. *n.* 2. & *seq. p.* 17.
& *dec.* 355. *n.* 1. *ac dec.* 379. *n.* 4. & 6. *cum seqq. par.* 19.

Absque eo, quod ad hanc probationem eliciendam iterum recurrit potuerit ad testes remissoriales, ob plures relevantissimos defectus, quos patiuntur; nam vel sunt singulares in ipsorum dictis, aut dubitativi, & de auditu, seu non
versati in recollectione fructuum, & de suorum credulitate,
& in judicio, non tamen de certa scientia, & quod magis
est, inverisimilia deponunt referentes post lapsum 30. annorum quantitatem istorum fructuum, & quidem semper
uniformem singulis annis, ut ex his nullam præstandam
esse fidem dd. testibus, plene advertitur in d. postrema decisione, cor. me, §. *Testes siquidem*, & præter ibidem alle- 3
gatos, quoad testes dubitativos, Cyriac. *conter.* 50. *n.* 27. *lib.* 1.
Palm. Nep. *alleg.* 351. *n.* 19. *tom.* 4. Rot. coram Dunoz. jun.
dec. 804. *n.* 8. & *in rec. dec.* 171. *n.* 6. *part.* 10. & de test. de credulitate, & non ex certa scientia deponentibus, Thomat. *dec.*
214. Rot. coram Manzaned. *dec.* 194. *utrobique n.* 15. *in rec.
dec.* 267. *num.* 1. *par.* 18. & in Camerinen. bonorum 24.

Martii

Martii 1681. §. *Secundus testis*, coram bon. mem. Pauluccio.

3 Minus obstante, quod agatur de probatione quantitatis fructuum universi territorii duarum villarum, ex quibus proportionaliter Canonicatus reditus constituitur, ut sit impossibile, seu saltem difficile fuerit reperiri testes, qui de singulis fructibus certitudinaliter, & de visu deponant; præter quam quod enim assumpta, & articulata duntaxat fuit probatio valoris fructuum Canonicatus, secus autem universi Territorii, præsupposita impossibilitas, seu difficultas removetur, ex quo aderant collectores decimarum, qui pro concludendo vero valore fructuum induci poterant testes, prout infra induxit antecedens titularis, adeout sibi imputet pensionarius, si iisdem neglectis examinari curaverit testes rusticos, non informatos, & de simplici audito referentes, quibus præsupposita difficultas probationis potius obsistit, quam fidem conciliet; nam cum non fuerint in recollectione fructuum versati, tam audacter de
4 ipsorum quantitate deponere non poterant, quin suffragetur aditus ab aliis, nam habitus ex personis incertis, nullius relevantiæ, argumento Textus *in cap. licet ex quadam de testibus*, ibique Gloss. & DD. habitus vero per 5. testes de Villa Sanlur, & per alium de Villa Sor a collectoribus decimarum, redditur inverisimilis, cum fuisset valor naturæ certus, & invariabilis, non autem ut hic dubitativus, & inconstans. Nec est, quod replicetur 5. 6. & 7. testem certitudinaliter deponere, ac insimul optimas scientiæ causas reddere; nam contrarium præsefert lectura responsionis ad septimum interrogatorium; prout etiam nec tollit recensitam ipsorum testium inverisimilitudinem animadversio contraria, quod non deposuerint constanter, & fixe de certa fructuum quantitate, sed per non excessum usque ad certam summam; nam nihilominus ultra dictorum testium irrelevantiam ad probandum valorem inverisimilitudo non cessat, ex quo unoquoque anno absque distinctione unionis ab altero semper eadem quantitas fructuum refertur.

Indubitanter testium fides in totum destituitur, tum ex non deductione onerum, & expensarum in conservatione, & recollectione fructuum; & quamvis posterioris remissoriæ testes deponant de oneribus, quia non percutiunt tempus reservationis pensionis, nec attento, quod indefinite deponant, cum exinde referri non possint ad quodcunque tempus, nam in materia testium non admittitur retrotractio,
5 sed probatio debet esse certa, & concludens, Magon. *dec. Florent.* 55. *num.* 40. Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 72. *num.* 8.

Tum magis, quia recensiti testes a relatis fructibus non subducunt portiones exemptorum a decimis, quos adesse deponunt quatuor testes per ipsum pensionarium inducti, nimirum 6. 7. 8. & 9. Nullatenus adversante, quod præter 6. cæteri alii de exemptorum existentia duntaxat in genere deponant; nam vel id sufficit ad effectum excipiendi de non plena probatione valoris istorum fructuum pensionario incombente, aut saltem ex dicto speciali præfati sexti testis per ipsum pensionarium inducti, atque ex aliis adminiculati, etsi in genere deponant, nihilominus probant, per ea, quæ ad propositum considerat Rota coram Coc-
6 cin. *dec.* 1130. *n.* 4. coram Royas *dec.* 329. *n.* 11. & in Colonien. Præcedentiæ super bono jure 4. Julii 1696. §. *Et licet*, coram me. Nec minus urgente, quod de hac exemptione non constet, quandoquidem ad effectum excipiendi de non facta probatione veri valoris, quidquid foret, si ageretur principaliter de exemptione, opus non habet modernus titularis exemptionem per privilegium, seu immemorabilem concludere; sed satis est ostendere, quod de facto extitant exempti, præsertim ex depositione dicti sexti testis a pensionario inducti, qui contra ipsum plene probat licet excipiatur, quod per inductionem censeatur solum
7 approbata persona testis, ex Rota præ cæteris Cavaler. *dec.* 366. coram Coccin. *dec.* 177. *num.* 4. post Zacchiam *quæst. Medich. legal. dec.* 39. *num.* 5. *& in recent. dec.* 344. *nu.* 20. *par.* 9. cum pensionarius hunc testem, & alios non solum induxerit, sed ipsorum depositionibus usus fuerit, per quem usum illos, eorumque dicta approbasse censeatur,
8 Cancer. *var. resol. part.* 1. *cap.* 20. *n.* 73. §. *Quamvis*, Mergon. *dec. Lucen.* 46. *n.* 32. *in fin. vers. & usus*, Rot. *in rec. dec.* 191. *n.* 11. *part.* 12.

Detectis insubsistentibus testium depositionibus, facili negotio submoventur adminicula, quibus eadem fulciri prætenditur ad probationem veri valoris. Quoniam primum desumptum ab expressione facta per Nuriam modernum titularem fructuum istius Canonicatus in pari summa ducatorum 3500. & ex uniformi solutione medietatis annatæ, nullius relevantiæ apparuit; quoniam expressio facta fuit per non concessum, quæ verificabilis est in qualibet summa minori, ex allegatis in Compostellana Parochiali 26. Junii 1693. §. *Non obstat*, coram R. P. D. meo 9
Caprara, & solutio medietatis annatæ ad eandem rationem successit petendi gratia officialibus Datariæ, quæ ex hac causa non præjudicat, ut in specie respondit Rota *in* 10
recent. dec. 306. *num.* 7. *cum seq. part.* 10. Neque plus valuit aliud adminiculum desumptum ex longæva solutione pensionis, eo quia solutio non fuit pacifica, sed in ipsomet exordio reservationis hujusmodi pensionis primus titularis ex capite non justificati veri valoris eam concedere cœpit, deindeque titulares successores, ut fidem perhibent tot resolutiones Tribunalis nostri, aliique judiciales actus ordinarium recensiti in postrema decisione coram me, §. *Minus ad suadendum*; solutione nanque pacifica non existente, ex ea nullum desumi potest adminiculum pro sustinenda pensione, ad tradita per Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 458. 11
Rota coram Dunozet. jun. *dec.* 880. *n.* 10. cor. Cels. *dec.* 406. *n.* 5. *in rec. dec.* 41. *n.* 17. *&* 18. *part.* 18. *cum aliis in dicta postrema dec.* coram me, *eodem*, §. *Minus ad suadendum in fin.* ubi concordanter. Nec oppositum firmat. Rot. in Romana pensionis 17. Junii superioris anni coram me; nam ibi aderat antiquissima solutio Magni Perpei titularis, una cum sententia pro validitate pensionis in petitorio judicio lata, deinde roborata transactione confirmata in forma specifica per san. mem. Urbanum VIII. & post extinctam litem subsecuta fuerat diuturna, & pacifica solutio pensionis spatio 30. annorum, quæ circumstantiæ deficiunt in hypothesi, sed potius contrariæ concurrunt, ex quibus hæc decisio redditur inapplicabilis.

Neque ex dictis testibus, & præsuppositis adminiculis licet ut supra irrelevantibus, verumque valorem non concludentibus, præsumi potest sufficientem nihilominus probationem fuisse constitutam, ex quo agatur de liquidando valore difficilis probationis post lapsum triginta annorum postque casum epidemiæ secutum de anno 1656. Etenim cum agitur de valore affirmative expresso per assensum, & cum clausula, *ut asseris*, super quo fundatur gratia reservationis pensionis, certum est, ad illius justificationem requiri probationem omnino concludentem, nec satis esse minus validas, & imperfectas, Lother. *de re benef. lib.* 1. *q.* 43. *n.* 1. 12
cum seqq. Garz. *de benef. par.* 1. *c.* 1. *ex n.* 476. *& n.* 517. ubi refert plures resolutiones Sac. Rotæ, Toodus. *de pension. c.* 15. *n.* 11. *&* 12. Rot. *in recent. dec.* 144. *num.* 1. *& seqq. part.* 2. & coram Cardin. Cerro *dec.* 578. *n.* 3. *&* 4. *cum aliis in dec. hujus causæ alleg.* & signanter in postrema coram me, §. *Incvisabilis*. Quidquid foret, si ageretur de probandis fructibus beneficii ad effectum, ut ex eis possit Rector sustentari, seu pro verificatione clausulæ, *Dummodo remaneant centum pro Rectore seu mille pro Episcopo*. Ex quo mitius proceditur pro justificando valore posito in conditione, quam affirmative expresso, & super quo tota substantia gratiæ fundatur, in quibus terminis loquuntur *dec.* 245. *&* 277. cor. Gregor. 13
dec. 556. *num.* 20. coram Bieb. *dec.* 861. *num.* 7. *&* 8. coram Merlin. *in oppositum allegata*, vel si agatur de probanda narrativa valoris ad effectum exequendi gratiam in judicio summario, juxta sensum Rotæ *in recent. dec.* 90. *num.* 7. 14
& 8. *part.* 17. pariter in adversum adduct. aut imperfectæ probationes adducantur in judicio petitorio ad effectum coadjuvandi alias probationis species perfectas, & efficaces, cum eo casu tendant potius ad supplendam superlativam probationem, *ut in dec.* 163. *&* 216. *dec.* 6. coram Card. Cerro 15
in contrarium relat.

Circumstantiæ autem, quod testes examinati fuerint post triginta, & amplius annos a die reservationis pensionis, & post epidemiam secutam in Regno Sardiniæ de anno 1656. ideoque de tempore minus apto ad inveniendas perfectas probationes per testes, non minuit hoc onus rigorosæ probationis; tum ex quo tempus antiquum pro admittendis præsumptionibus, & indiciis ad constituendam probationem, debet esse magis longum 80. & ultra annorum, ut observant Farinac. *de testib. q.* 69. *n.* 142. Card. de Luca *de jurepatr. disc.* 57. *n.* 33. Rota coram Ver. *dec.* 18. *n.* 4. *par.* 1. tum etiam ex quo si deficiebant testes, aliunde valor Canonicatus in Ecclesia Cathedrali per libros, & scripturas 16
authenticas justificari potuisset.

Demum cessare visa fuit quælibet difficultas ex probationibus in adversum ex abundanti adductis per Nurram modernum titularem pro exclusione valoris in literis te-

fatuæ

Digitized by Google

fervationis expressi, quarum prima resultat *ex duobus testibus altero collectore, alteroque computatore decimarum*, alias per Georgium præcedentem titularem examinatis, & percutientibus tempus præcisum reservationis pensionis, aliosque plures annos ante, & post, longe minorem summam narrata referentibus, qui tollunt quamlibet contrariam præsumptionem, & subvertunt ass. adminicula, Rota
17 *in rec. dec.* 527. *num.* 12. *part.* 14. *& dec.* 396. *num.* 13. *par.* 18. Secunda descendit ex publicis instrumentis locationum quinti decimarum spectantium ad Parochiales Ecclesias dictarum villarum idem confirmantibus, quæ multum deser-
18 viunt ad probationem valoris, Rot. *in rec. dec.* 158. *nu.* 17. *&* 18. *par.* 1. *& dec.* 186. *num.* 8. 11. *&* 16. *par.* 16. & præsertim, *si locationes, ut hic, sint plures, & adminiculata*. Et tertia constituitur ex descriptione minoris valoris facta in libris capitularibus, quibus fidem præstandam esse firmat dicta postrema mea decisio, §. *finali*. Non subsistente pro diminuenda fide dd. libris, ac pro arguenda ipsorum inexistentia, quod Capitulum non habeat in his decimis interesse, cum tres quinti spectent ad Canonicum, alius ad Parochos, & alter ad Ecclesias Parochiales, eo quia super quinto Ecclesiarum Parochialium participat Capitulum pro tertia parte, ut testatur Canonicus Cosmus Scarcionus secundus testis, Georgii antecedentis titularis olim collector, super primo, & tertio articulo, & resultat ex locatione ejusdem quinti facta per ipsummet Capitulum, cum expressione pertinentiæ sibi tertiæ partis. Consimilis inefficaciæ est aliud objectum, quod Archivium capitulare non sit legale, cum oppositum ostenditur ex ipsomet *Sum. pensionarii dato in propositione diei* 19. *Novembr.* 1694. *n.* 13. Et postremo perperam relevantia librorum contenditur, ex quo concordent cum dictis locationibus, cum ex illi potius adminiculentur, & robur accipiant; quodque illius partitæ in extractione fuerint proprio marte a Notario suppositæ ascendere ad quintum decimarum, nam id cessat, eo quia pensionarius in illarum extractione fuit præsens, & nihil opposuit extractioni partitarum, sed duntaxat post peractam extractionem ab anno 1620. usque ad annum 1646. abivit declarando, quod jam videat, & quod ipsi sufficiebat recognitio quinque annorum ante, & quinque annorum post reservationem pensionis.

Et ita, neglecta oblatione facta per pensionarium assumendi in se administrationem, & præstandi congruam titulari, resolutum fuit PP. omnibus suffragantibus, & partibus auditis.

REVERENDISS. D. URSINO DECANO.

Neapolitana Pensionis.

Lun. 22. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

In judicio possessorio licet tantum nudum factum sit respiciendum, nihilominus quando in eo petitur solutio pensionis, exigitur coloratio tituli, adeout si excipiatur extinctam esse pensionem, ex quo pensionarius statum mutaverit; non sufficiat pro impetranda manutentione possibilitas indulti pro illius retentione, minusve ipsius indulti exhibitio, si elare constet suffragare non posse, & ad hunc effectum declarantur ea, quæ notavit Card. de Luca *in disc.* 45. *de pens.*

SUMMARIUM.

1 *Manutentio pensionario denegatur, si nimis patens ejus malum jus in petitorio convincatur.*

2 *In materia pensionum solum factum legitimam possessionem non tribuit, n.* 3.

4 *Adeout exigatur coloratio tituli, qui si patet infectus insufficiens etiam pro effectu manutentionis reputatur.*

5 *Ad impediendam manutentionem ex capite nullitatis reservationis pensionis opus est ipsam nullitatem verificare ex iisdem literis.*

6 *An si nullitas fundatur super extinctione pensionis, sufficit, ut aliunde etiam verificetur.*

7 *Exceptio, quod pensionarius contraxerit matrimonium, impedit manutentionem.*

9 *Declara, ut non procedat, si adsit indultum, cujus relevantia dignosci tantum debet in judicio petitorio.*

9 *Subdeclara, ut declaratio sit tantum admittenda, quoties indultum oppositum extinctioni illam evidenter cessare faciat, & probabiliter dubitari non possit de illius efficacia*

10 *Vel saltem quoties incontinenti non constet, indultum urgere non posse, & n.* 11. 12. 13.

14 *Indultum pro retinendis pensionibus reservandis, non operatur quoad pensiones jam reservatas.*

16 *Dispensationes tanquam odiosa stricte sunt interpretanda ad limites literæ, prohibita quacunque extensione, vel subintellectu.*

16 *An indulta præservatione obtenta pro pensionibus reservandis suffragentur etiam pro transferendis? & n.* 17.

18 *Dispensatio pro obtinendis pluribus beneficiis non suffragatur pro obtentis.*

19 *In indulto pro retinendis pensionibus expressio transferendarum non dicitur otiosa, cum submoveat quæstionem, an sub reservandis contineantur transferendæ.*

20 *Pensio, quæ transfertur in alium, est eadem in substantia, quæ ab initio fuit reservata, & tantum per eam mutatur persona, & delegatio solutionis alteri facienda.*

21 *Ex quibus probetur negativa non existentia alterius indulti.*

DECISIO LXXV.

Amplectendo hodie iterum PP. fundamenta resolutionis coram me editæ sub die 26. Novembris proxime præteriti, denuo fuerunt in sensu, Aloysium titularem incontinenti docuisse de pensionis extinctione ob contractum matrimonii per verba de præsenti e pensionario initum, qua data, illi, etsi possidenti etiam post contractum matrimonialem, denegandam crediderunt manutentionem ob resistentiam regulæ, quæ data nullitate tituli notoria inficiente possessionem, ac inhabilitate pensionarii, & extinctione pensionis probata per liquidissimas, & incontrovertibiles probationes, denegat manutentionem ad limites possessionis, & operatur, ut petitorium absorbeat possessorium, & a titulo, non a possessione etiam in summariissimo judicio dijudicetur, de qua plene Vaimes *cons.* 284. *per tot.* Tondut. *de pension. cap.* 51. *n.* 7. Rocc. *select. jur. dispot. cap.* 192. *n.* 39. & Rot. *dec.* 617. *n.* 7. *par.* 1. *dec.* cum aliis fusius allegatis in præterita causæ decisione, *in* §. 1. *vers. finem*. 1

Hoc enim speciale est in materia pensionum, ut solum factum legitimam possessionem non tribuat; quia cum non agatur de exigenda certa summa nudum factum requirente, sed de exigenda pensione, cujus causa efficiens est gratia Papæ, sicuti non exhibitis literis, vel supplicatione signata, pensionarius ex nuda pensione non posset per judicem manuteneri, quia deficeret coloratio possessionis requisita per exhibitionem gratiæ reservatoriæ, ut de antiquiori stylo testatur Buratt. *dec.* 542. *n.* 3. qui dicit ita practicasse, dum erat 2
Aud. C. Locumtenens, & eadem methodo Rotam processisse ex attestatione tunc temporis Decani, qui testabatur de tempore sui ingressus ita audivisse ab antiquioribus Auditoribus, & signanter a claræ mem. Cardinali Pamphilio, & innuit Rota penes Posth. *de manutent. dec.* 316. *sub num.* 1. & de recentiori monet Lotber. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 35. 3
n. 47. *& seqq.* & præcisius *sub n.* 50. *&* 51. & Card. de Luca, *de pens. disc.* 37. *n.* 8. ita per claram extinctionem vitiato effectu gratiæ Apostolicæ, & per notoriam exceptionem titulo redacto ad non titulum deficit necessaria illa coloratio possessionis, & illa remanet nuda, & sine adminiculo, proindeque inepta ad manutentionis effectum, ut optime se ex- 4
plicant Garz. *de benefic. p.* 1. *c.* 51. *nu.* 556. Posth. *de manut. observ.* 62. *n.* 12. *& observ.* 64. *nu.* 7. Tondutus *de pens. c.* 50. *sub n.* 14. *versic. quod ego tamen intelligo*, *& cap.* 51. *n.* 7. & Rota cor. Coccino, *dec.* 1622. *nu.* 1. Idem nanque est non exhibere gratiam, illamque exhibere vel notorie vitiatam, vel patenter infectam.

Et hujusmodi theorica locum sibi vindicat, sive extincto titulo desumatur ex eisdemmet literis reservationis, sive ex facto novo post reservationem supervento: quia licet ad impediendam manutentionem possideri ex capite nullitatis reservationis oporteat illam verificare ex eisdemmet literis, ut tenuit Rota coram Buratt. *dicta dec.* 542. *num.* 5. *& seqq.* 5
quando tamen nullitas fundatur super extinctione pensionis supponente validam reservationem, sufficit, ut aliunde verificetur, ut legere est apud Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. 6
num. 559. *&* 557. ubi loquitur de extinctione per professionem regularem, vel contractum matrimonii, & dixit Rota in Romana pensionis super manutentione 5. Julii 1694. cor. bonæ mem. Emerix, & 9. Decembris 1695. cor. R. P. 7
D. meo Scotto, *utrobique* §. 1.

Cum

Cum ergo in themate præsentis controversiæ dubitatio non emergeret super extinctione clara, & incontinenti probata ex contractu matrimonii ab ipsomet pensionario non impugnato, prællegatæ regulæ optime militabant favore titularis etiam ad manutentionis effectum.

Nec ad illas declinandas juvit allegare indultum Apostolicum a pensionario obtentum a san. mem. Alexandro VII, quasi quod data indulti existentia, ea revalidetur possessio, itaut opus non sit in judicio manutentionis discutere illius relevantiam, vel efficaciam, sed ea rejicienda veniat ad pe-
28 titorium, ex sententia Cardin. de Luca *de pensionibus disc. 45. numer. 2. & 3.* & nostri Auditorii, penes Peutinger. *dec. 377. num. 34. decis. 657. num. 6. & seqq.* coram Bich. *dec. 55. nu 10.* post Zuff. *de legitim. process. & decis. 215. par. 10. rec*, & in Cæphaluden. pensionis super manutentione 3. Junii, & 10. Decembris 1683. coram me; etenim vel hæc opinio intelligi potest, quoties indultum oppositum extinctioni illam evidenter cessare faciat, & probabiliter dubitari non posset de illius efficacia: quia alias data clara extinctione, & indulto altiorem indaginem requirente, Doctores non desunt, qui firmant turbiditatem residere in replicatione pensionarii, & ab ea non effici materiam ita disputabilem,
29 ut mereatur rejici ad petitorium, sed discutiendam esse in ipsomet judicio manutentionis, ut magistraliter docet Garz. *de benefic. dicta part. 3. cap. 5. numer. 557. & seqq.* Posth. *de manutent. observ. 51. nu. 143.* Rocca *disp. 191. nu. 41. & 42.* & Rot *dec. 559. par. 1. rec.* & punctualissime in laudata Romana pensionis 9. Junii 1694. §. *Non obstat*, cor. bon. mem. Emerix.

Vel quatenus opportuniori conciliatione sententia illa amplectenda veniat, nunquam intelligi poterit, nec ut sola materialis indulti existentia, nec quod indultum incontinenti detectum inefficax, & nullius roboris, valeat possessionem pensionarii revalidare: sed quod dato indul-
30 to, vel in se efficaci, aut saltem legales, & validas exceptiones secum ferente adversus extinctionem, possit ejus vigore rejecta formali disputatione ad petitorium ex facto possessionis manutentio concedi; Et in hoc sensu se explicant Doctores in objecto laudati, qui nec in indulto ex ipsamet lectura detecto inefficaci, minusque in illius sola materiali oppositione fundantur, ut ex distincta eorum perquisitione apparebit.

31 Cardinalis nanque de Luca *de pens. disc. 44. nu. 2. & 3.* ad clientis opportunitatem, & verius pro obtinenda concordia fatetur consuluisse possessorii discussionem, admittens de certo irrelevantiam indulti, quoties incontinenti invalidum, vel non justificatum appareat.

32 Rota coram Peut. *dec. 377 nu 34* loquebatur de indulto, quod satis gravem quæstionem patiebatur, ex conditio in eo apposita adimpleri debuisset a die obtenti indulti, vel contracti matrimonii, quæ suapte natura specialem discussionem in petitorio requirebat; & in eisdem terminis est *decis. 215. par. 16. rec.* ut patet ex lectura.

Rota vero penes Bich. *dec. 656.* post Zuff. *de legit. process.* &
33 in Cæphaluden. pensionis coram me, non solum quæstionem agitat in terminis indulti, pro cujus efficacia satis probabiles rationes militabant; sed de indulto ab ipsamet Rota pro optime operativo recognito, ut deprehendi potest ex allegatis decisionibus, & signanter *a decis.* 258. Bichii, ut in eadem causa Cæsaraugustana pensionis disputata super bono jure, sicuti in præcedenti decisione discussa fuerat in puncto manutentionis, Rota canonizavit indultum efficax; idemque habetur in Cæphaluden. pensionis super bono jure sub eisdem diebus 3. Junii, & 10. Decembris 1683. coram me.

Indultum autem, de quo agitur, non solum visum non est Dominis probabiliter relevans ad effectum, de quo agitur, aut saltem pati legales dubitationes, ex quibus mereatur in petitorio quæstionem assumere, quinimo apparuit incontinenti in ipsamet sui facie, & ex simplici lectura inefficax, ac ineptum ad revalidandam claram pensionis extinctionem: Nam conceptum legitur pro pensionibus reservandis, sicque insufficiens operari pro jam reservatis, prout erat ista super Cimiliarchatu Cathedralis Nea-
34 politanæ, reservata ante annum 1656. tempus obtenti indulti, ut prosequitur prima causæ decisio, §. *Non urget*, *& seqq.*

Nec inficiari valet, indultum loqui de pensionibus reservandis, & transferendis, ex quo in ipso registro supplicationum Datariæ Apostolicæ verbum illud, *reservan.* fuit abbreviatum, ut concipi etiam valeat de reservatis, quia plures, & quidem evidentissimæ demonstrationes contrarium ad oculum suadent: Et primo sumptum authenticum, citata parte, & cum omnibus solemnitatibus extractum pro parte Titularis, cui summopere fides est deferenda, maxime data renitentia pensionarii in producenda supplicatione originali, vel brevi illius vigore obtento.

Secundo dispensatio, & habilitatio pro pensionibus reservandis, & transferendis, clarissime registrata habetur in libris componendæ, *Summ. Titularis n. 6.* & in registro officii minoris gratiæ, *eodem Summ. n. 7.* adeoque quatenus abbreviatura adesset in registro supplicationum, declarata, & explicita est ab aliis eandem gratiam adnotantibus.

Data autem patenti restrictiva indulti ad pensiones reservandas, subintrant notæ regulæ, quod dispensationes hujusmodi, uti valde odiosæ, stricte interpretari debent, & sine ulla extensione de casu ad casum, nec ex verisimili mente concedentis, nec ex identitate, vel majoritate rationis; quia in hac materia exorbitanti non attenditur, quod obtinere expedivisset, vel potuisset, sed quod peti- 35
tum fuerit, & concessum ad limites literæ, omnique prohibita extensione; vel subintellectu, ut bene propositionem tuentur Sanchez *de matr. lib. 8. de dispens. disp. 1. n. 32.* Pax Jordan. *var. elucubrat. tom. 2. lib. 9 tit. 1. de dispens. n. 34.* Pignatell. *consult. canon. 19. nu. 1. tom. 3.* & Rota *dec. 514. n. 33. & seqq.* coram Coccino.

Exorbitantiam vero de jure insidentem consimilibus dispensationibus non tollit indulto, de quo res est, animadversio, quod illud non sit revalidatorium post contractum matrimonium, & ita involvens præjudicium Titularis, sed præventivum, & præservativum re integra impetratum ante matrimonium contractum, & ideo favorabile & late interpretandum. Quia quidquid sit, an ista indulta præservativa obtenta pro pensionibus reservandis suffragentur etiam pro transferendis, inter quas nullum adest discrimen extensionem requirens, in quo themate quæstionem pertractant de Luca *de pension. ad ornatum Bullæ Innocen-* 36
tiana disc. 13. numer. 20. & Rota *decis. 50. part. 5. recent.* & melius se explicat Tondut. *de pension. cap. 76. numer. 32. in fine*; hoc unum certum est, quod quando agitur de amplianda de casu ad casum dispensatione regula, quæ illi resistit, non fundatur in præjudicio tertii, nec in qualitate gratiæ revalidaturiæ, vel præventivæ, sed in naturali habilitationis exorbitantia, & in derogatione, quam per eam patiuntur Sacri Canones, prohibentes conjugato retentionem pensionum Ecclesiasticarum; quapropter sive præcedat, sive subsequatur, semper Sacris Canonibus, & Ecclesiis est odiosa, & exorbitans, rejiciens proinde omnem ampliationem, & subauditum intellectum extensivum, ut præter superius allegatos defendunt Coriadus *in praxi dis-* 37
pensat. lib. 1. num. 8. & seqq. & alii approbative relati a Rota *dec. 17. nu. 11. & seqq. & dec. 212. num. 7.* apud Tort. *de pact. futur. success.* & novissime in Forosempronien. pensionis 29. Maii 1693. §. *Quoniam*, cor. Rev. Hervault.

Ex qua ratione compertum est; dispensationem pro obtinendis pluribus beneficiis non suffragari pro obtentis, de 38
quibus Papa notitiam non habeat; ut dixit Rota *dec. 253. n. 26. part. 1. divers. & dec. 258. num. 5. part. 1. recent.* sicut etiam quod indultum transferendi reservatas non comprehendat reservandas, probatum fuit in prima decisione, §. *Et eo consimili*.

His vero ita firmatis, non recedendo a litera indulti, parum urgebat, vel quod in eodem adesse expressio, *seu transferendos*, quæ otiosa remaneret, si antecedens dictio verificaretur solum de reservandis, aut quod verba ibidem annexa: *In loco, seu locis, ac in termino, seu terminis in earum reservationibus contentis, seu exprimendis, ut præteritum tempus respicientia verificari valeant in pensionibus reservatis*. Nam facili negotio omnia hæc tolluntur: quia expressio transferendarum non est otiosa, sed subinovet 39
quæstionem, an sub reservandis continerentur transferendæ, quæ alias agitata fuit *in dec. 30. par. 5. rec.* dictiones vero *præteritum tempus* complectentes, necessariæ apprime erunt in sequelam gratiæ obtentæ pro pensionibus transferendis, quæ cum potuerint esse ante gratiam reservatæ, illis conveniunt verba priorem reservationem designantia: quia pensio, quæ transfertur in alium, est eadem in substantia cum ea, quæ ab initio fuit reservata, & regulariter quoad solutionem, locum, & terminos secundo priores literas reservationis, solumque per translationem mutatur persona, & delegatio solutionis alteri faciendæ, ut firmavit Rot. cor. Buratt. *dec. 638. nu. 3. dec. 18.* coram Georg. ibique Adden. *nu. 12. & in rec. dec. 327. n. 4. par. 1. & dec. 733. sub num. 1. part. 2.*

Dete-

Detecta autem funditus insufficientia indulti, quod proponebatur; minus relevabat idealis possibilitas alterius validioris, cujusque sola spes dicebatur sufficiens ad manutentionem assequendam; etenim possibilitas etiam ista fuit elisa, dum pro parte Titularis fuerunt exactissimæ factæ diligentiæ, citata parte in Dataria Apostolica, tam in regestris ordinariis, & publicis, quam in regestris earum expeditionum, quæ transeunt per viam secretam, *Summ. Titularis*
21 *nu.* 4. ac alterius mediante juramento requisiti Officiales de mandato Eminentissimi Prodatarii a Procuratore ejusdem Titularis, an adessent alii libri perquirendi, & an alibi gratiæ habilitationis adnotari valuisset, qui cum concorditer respondissent alibi non potuisse registrari, quam in libris perquisitis, *ut in eodem Summ. n.* 4. diligentiæ dicuntur legitimæ, & plenæ, & ab eis probatur negativa alterius indulti, ad firmata per Cassador. *dec.* 4. *n.* 5. Verall. *magistral. dec.* 256. *par.* 1. fusiusque Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 46. *nu.* 50. *&* Rosa *de execution. cap.* 6. *n.* 20. *in fine*, & docet Rota coram Ludovis. *dec.* 242. *n.* 8. *&* 8. & coram Celso *dec.* 76. *n.* 17. *& dec.* 130. *num.* 12.

Et ita partibus auditis &c.

R. P. D. ANSALDO.

Neapolitana Pensionis.

Lun. 17. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Confirmantur ea, quæ supra patent decisa.

SUMMARIUM.

1 *Judicatum, quoties de primo non meminit, illudque nominatim non revocat, est nullum.*
2 *Sententia notorie, & evidenter injusta non indiget revocatione.*
3 *Sententia specifice non revocata non inducit nullitatem contrariæ sententiæ secundo emanatæ, si de ipsa non fuerit per succumbentes in actis opposita.*
9 *Causa ad Curiam delata debet in ea prosequi, nec potest citra vitium nullitatis, & attentati, amplius ad partes redire.*
5 *Judex non tenetur mentionem facere in ejus sententia de contrario judicato prius promulgato, ubi in vim independentis commissionis, & vigore novi processus, seu probationum processit.*
6 *Judicium petitorium intentatum ab eo, qui non contendit se possidere, non impeditur per possessorium a collitigante propositum.*
7 *Manutentio Pensionario denegatur, si potest dubitari de extinctione pensionis.*
8 *Pensionarius contrahens matrimonium reddit prorsus extinctam pensionem.*
9 *Amplia, licet vel mulier per solemnem professionem ante copulam dirimat matrimonium, vel matrimonium ipsum declaretur nullum, quia adhuc pensio non reviviscit.*
10 *In materia pensionis quando petitorium est clarum, non attenditur possessorium.*
11 *Ubi pertractatur de pensione, possessorium a petitorio dependet.*
12 *Indultum retinendi pensionem, quoties dubium sit, an suffragetur, urgere non potest pro obtinenda manutentione.*
13 *Contra recusantem exhibere scripturas oritur præsumptio, quod illæ contra ipsum loquantur.*
14 *Deperdito protocollo, seu matrice, fides adhibetur exemplari, quod per successorem deputatum fuit transcriptum.*
15 *In ambiguitate interpretatio est desumenda potius a prima transcriptione, quam ab aliis.*
16 *Scriptura dubia semper ab aliis certis est declaranda.*
17 *Reus sufficit vincere per non jus actoris.*
18 *Quando verbum abbreviatum interpretandum sit quod loquatur de tempore præterito, vel futuro.*
19 *Probatis extremis media præsumuntur.*
20 *Pontifices qui solent concedere indulta, ut pensiones retineantur, non obstante matrimonio, specifice includunt pensiones reservatas, & reservandas.*
21 *Itaut si in aliqua gratia alteram de prædictis non expresserit, censetur aliam includere noluisse.*
22 *Minor virtus est quærere, quam parta tueri.*
23 *Æquitas in jure non scripta minime non attendenda.*
24 *Indulta pro retinendis pensionibus benignam non merentur interpretationem.*
25 *Ea quæ petitorium respiciunt, retardare non possunt manutentionem.*
26 *Pensionarius, qui matrimonium contraxit, non est in exactione manutenendus cum præsupposito, quod possit in petitorio indultum ostendere, n.* 28.
27 *Præsumitur ex productione unius tituli, quod alter non adsit.*
29 *Pensionarius qui pensionem exegit post matrimonium contractum, eam tenetur restituere.*
30 *Amplia, ut nec excuset bona fides.*
31 *In sententia potest fieri condemnatio de iis, quæ virtualiter in decisionibus continentur, & n.* 32.

DECISIO. LXXVI.

Expertus in præcedenti instantia coram Reverendissimo Domino meo Decano illud idem, quod sibi accidisse testatur Hieron. Gigas *in suo tractat. de pension. qu.* 54. *sub num.* 4. nimirum, quod per contractum matrimonii pensionem, quam obtinebat super quodam beneficio Ecclesiastico, deperdiderit, provocavit Alphonsus a sententia pronunciata per eundem Reverendissimum Decanum, tam super extinctione pensionis, quam super cessatione manutentionis sub ulteriori condemnatione refundendi pensiones post celebratum a se matrimonium de anno 1684. ideoque impetrata commissione coram me conquestus est non minus de injustitia ejusdem sententiæ, veluti prætendens, se fuisse per S. Sedem legitime dispensatum ad effectum retinendi, matrimonio non obstante, pensiones Ecclesiasticas in longe majori summa ducatorum 500. quam etiam de nullitate, ex quo memorata sententia fimbrias excesserit ordinis judicialis, ac decisionum, quæ præcesserant: Sed Domini post accuratum reclamationis interpositæ examen responderunt, & sententiam Rotalem esse confirmandam, & dandam non esse manutentionem Alphonso.

Nulla siquidem nullitas reperta est aliquam habere subsistentiam, quamvis enim primo loco dicerent, præfatam sententiam apertissime corruere, ex quo cum Alphonsus usque de anno 1685. reportasset in Tribunali Auditoris Cameræ sententiam sibi favorabilem super duratione, ac validitate pensionis controversæ, non poterat, nec debebat Reverendissimus Decanus definire contrarium, nedum expresse non revocata, sed nec etiam facta mentione sententiæ præcedentis, quando regulariter notorium est, posteriorem judicatum collabescere, & esse nullum, quoties explicite non meminit de primo, illudque nominatim non revocat, & infringit, juxta literale respon- 1
sum Imperatoris Alexandri in *l.* 1. *C. quando provoc. non est necess.* Rota *dec.* 188. *& dec.* 212. *part.* 5. *recent. dec.* 223. *part.* 7. *dec.* 191. *part.* 14. *& dec.* 60. *part.* 19. *in omnibus n.* 1. *cum seqq.*

Multiplici responsione remansit abscissum primum hoc nullitatis caput; posthabita nanque notoria injustitia sententiæ ejusdem Auditoris Cameræ, veluti fundatæ super quodam (ut inferius) insubsistente sumpto prætensæ gratiæ retinendi pensiones, in quibus sane terminis, quia notorietas injustitiæ æquiparatur positivæ nullitati, opus non est facere mentionem de actu nullo, qui non est, ut Philosophi, & jura nostra dicunt, æquiparatur, Surdus *cons.* 160. *n.* 50. Grattian. *dec. March.* 197. *in addit. nu.* 2. ibique Scopp. *ex n.* 15. *usque ad fin.* Rota coram Seraphin. *dec.* 2
1123. *num.* 5. *&* 6. Dunozet. jun. *dec.* 326. *num.* 2. Bich. *dec.* 370. *num.* 18. *&* 19. *& dec.* 166. *num.* 11. coram Card. Cerro.

Placuit reflectere, quod id potius Alphonso, ejusque defensoribus foret imputandum, quam judici; cum enim iidem defensores emiserint in actis non solum objectare, sed etiam allegare præfatam sententiam, judex, qui non tenetur divinare, sed de justitia respondere, prout dicitur, secundum acta, & approbata, nullitatem minime incurrit, si de facto sibi non noto non meminit in sua sententia; quemadmodum huic eidem oppositioni, seu prætensæ nullitati respondentes tradiderunt, Roman. *consil.* 410. *num.* 4. Surdus *dicto cons.* 160. *n.* 51. latissime Cancer. *variar. resolut.* 3
part. 3. *cap.* 17. *a n.* 1. *usque ad n.* 63. Altimar. *de nullit. rubr.* 13 *quæst.* 19. *n.* 62. Rot. coram Bich. *dicta dec.* 370. *num.* 20. *& dec.* 468. *nu.* 7. *& in recent. decis.* 92. *num.* 7. *part.* 10.

decis.

decis. 193. *num.* 3. *part.* 13. *dec.* 443. *num.* 3. *part.* 14. *decis.* 706. *n.* 4. *part.* 18. & in Bononien. Fideicommissi de Ghisellis super renunciatione, & usufructu 4. Julii 1687. §. *Alia demum nullitas*, coram Eminentissimo Caccia Archiepiscopo Mediolanen.

Certius, quia Reverendissimus Decanus in hoc negotio processerat vigore commissionis, sive appellationis interpositæ a quodam decreto Vicarii Nepolis, quod idem modernus Dux Alphonsus reportaverat forsan attentate, nempe postquam causa de lata fuerat ad Curiam super manutentione in ass. quasi possessione exigendi; quapropter si memoratus Alphonsus loco prosequendi judiciales suas petitiones in Curia redit ad partes, vel instant ea ejus parte attentata, aut nullitas, per ea, quæ discussa fuerunt in Bonon.
4 nien. fideicomm. de Bedotis 24. April. 1693. cor. R. P. D. meo Muto, vel in omnem casum judex, qui processit in vim commissionis independentis, & vigore novi processus, novarumque probationum, non tenebatur, etiamsi aliunde sciret, facere mentionem de judicato, quod remanebat extraneum a sua commissione, sicuti perbelle firmant Gabr. *cons.* 54. *sub n.* 8. *vers. tertium lib.* 1. Rot. coram Bich. *decis.* 290. *n.* 6. *repetit. dec.* 24. *n.* 4. *par.* 10. *recent.* & *dec.* 449. *n.*
5 2. & 3. coram Cardin. Cerro.

Ejusdemque frigiditatis compertæ sunt secunda, & tertia nullitas; altera nimirum, quod stante protestatione contra judicium petitorium, sive suspensione facta pro parte ejusdem D. Ducis ipsius judicii petitorii, nequisset judex secundæ instantiæ pronunciare super meritis, vel eodem petitorio; & altera, quod multo minus sese immiscere valuisset in condemnando Alphonsum citra refusionem perceptarum pensionum; siquidem quatenus pertinet ad primam ex his postremis, Domini, qui alias transire poterant cum regula, quod ubi petitorium absorbet possessorium, de eodem possessorio curandum non est; nihilominus etiam scrupulositati ordinis ex abundanti inhærentes existimarunt procedi posse, ac debere, prout frequentissime practicatur, cum doctrina Bartol. optime distinguentis *in leg. naturaliter*, §. *Nihil commune sub nu.* 26. *vers. restat quando*, *ff. de acquir. possess.* nimirum quod vel actor, & reus certant ad invicem super possessione, tuncque si alterutra partium instet prius super possessorio pronunciari, idest super controversia inter easdem partes præcise, & primordialiter vertente, eoque casu ligatæ censeri valeant manus judicis, ne tangat petitorium, de quo tunc non est positiva controversia apud litigantes; aut vero altera non negat se non possidere, sicut contingebat in hodierna hypothesi, ex quo Titularis minime contendebat, se esse in quasi possessione libertatis non solvendi, tuncque citra nullitatem potest judex super petitorio sententiam ferre, quam sane doctrinam Bartol. pluries secuta est Rota, & signanter *dec.* 97. *num.*
6 3. *part.* 2. *diversor. decis.* 126. *num.* 4. & 5. & *decis.* 337. *n.* 11. coram Bucatt. & *dec.* 357. *num.* 2. coram Merlin. & *decis.* 294. *num.* 4. *part.* 14. *recent.* & in terminis pensionis eadem Rot. *decis.* 340. & 341. *utrobique num.* 3. & 4. apud Posthium *de manutent.* & coram Peutinger. *decis.* 229. *numer.* 34. & Coram Caril. *decis.* 245. *nu.* 5. & *seqq.* & *decis.* 301. *num.* 2. *cum seqq.* & in Tridentino pensionis 10. Maii 1683. §. *Quia sententia*, coram bonæ memoriæ Albergati.

Et licet doctrina Bartoli, & aliæ præcitatæ authoritates percutiant revera terminos præservandi a nullitate sententiam latam super petitorio, etiamsi fuerit de illius suspensione protestatum, non vero ad effectum, ut quemadmodum se gesserat Reverendissimus Dominus meus Decanus in sua sententia, pronunciaretur nedum super petitorio, sive extinctione pensionis, verum quoque super possessorio, denegando manutentionem Alphonso; attamen & valide, & necessario super ipsa possessione, & manutentione sententia Reverendissimi Domini mei Decani, quam hodie Domini confirmarunt, manus immisit; quia si ad effectum impediendi manutentionem pensionario, quantumvis actu reportasset mandatum de manutenendo, sive ad finem retardandi effectum, aut executionem ejusdem mandati de manutenendo jam concessi, forte sat est, dubitari valde probabiliter posse de extinctione
7 pensionis, ut censuit Rota in una Mediolanen. Pensionis 5. Decembris 1607. coram Marquemontio, & secuta est eadem Rota *decis.* 524. *num.* 15. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* utique in casu nostro extinctio pensionis de per se absque alia extrinseca probatione, vel disputatione reddebatur indubitata ex incontroverso apud partes matrimonio, quod contraxerat Alphonsus; cum enim pensio juxta suam veram, ac legitimam introductionem reservari soleat existentibus in ordine Clericali loco beneficii, eo ipso, quod per eundem Clericum contrahitur matrimonium, & cogitur idem Clericus dimittere beneficium, & pensio extinguitur; vel ex eo, quia Clerico conjugato nullum remanet ex Apostolica Indulgentia Privilegium, nisi Canonis, & fori, ut in *capit. unic. de Cleric. conjug. in* 6. vel ex eo, quia Clericus celebran- 8
do matrimonium, si non totaliter redditur indignus emolumentorum Ecclesiæ, censetur saltem militiam Sacram deserere voluisse, & renunciare aliis privilegiis charactere concessis, & signanter beneficiis, atque pensionibus, quemadmodum sine contradictore, ad interpretationem text. *in cap.* 1. & 2. *de Cler. c. conjug. in decretal.* & *dicto cap. unic. eodem titul. in* 6. juncto stylo Curiæ pro regula infallibili, tradiderunt Gig. *de pens. dicta qu.* 54. *nu.* 4. & *seq.* Tondut. *eodem tract. cap.* 75. *ex num.* 4. *cum seqq.* Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disputat.* 44. *num.* 5. Capon. *discept.* 40. *col.* 4. *num.* 3. Episc. Roec. *select. disput. jur. cap.* 49. *sub num.* 89. Rota *dec.* 166. *num.* 2. coram Cavaler. *dec.* 86. *num.* 14. & 15. & *dec.* 791. *numer.* 2. coram Baratt. & *dec.* 95. *num.* 5. post Vivian. *de jure patron.* & in Camerinen. Pensionis 16. Junii 1641. §. *Verum*, coram cl. mem. Card. Panzirulo, & *dec.* 165. *num.* 1. *cum* 2. *seqq. part.* 17. *recent.*

Idque adeo verum, ut non defuerint, qui amplexantes regulam præmissam, constanter voluerint, jus, titulum, sive commodum pensionis, adeo in radice evelli ab officibus Clerici matrimonium ineuntis, ut pensio adhuc remaneat extincta, licet vel mulier per solemnem professionem ingrediendo Monasterium dirimat in suis casibus ante copulam matrimonium contractum, vel matrimonium ipsum deinceps declaretur nullum, dummodo nullitas non proveniat ex defectu consensus, sicuti in proposito primæ pro- 9
positionis videre est apud Gig. *de pens. dicta qu.* 54. *num.* 8. Ciarlin. *controv.* 36. *nu.* 55. Tondut. *de pension. dicto cap.* 75. *ex num.* 16. *usque ad* 24. & in proposito secundæ, idem Tondut. *resolut. benef. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 5. §. 4. *nu.* 18. & 24. Capon. *discept.* 253. *cap.* 1. *sub num.* 20. Card. de Luca *in post. tract. de pension. cap.* 13. *num.* 7. *in fin.* Adden. ad Baratt. *dicta dec.* 791. *num.* 10. Rota coram Caval. *dicta decis.* 166. *nu.* 3. & *seqq.*

Cum itaque cessasset in radice jus, titulus, & commodum pensionis respectu Alphonsi, non poterat judex ei non denegare manutentionem, quando & ea denegatur, quoties, (ut diximus) aut petitorium absorbet possessorium, aut idem possessorium a petitorio dependet, ut sic in primis terminis Spad. *cons.* 55. *nu.* 10. & 11. *lib.* 3. Posth. *de ma- 10
nutent. observ.* 42. *nu.* 158. *cum seqq.* Pignatel. *consult. Canon.* 144. *n.* 8. *tom.* 9. Rot. *dec.* 83. *nu.* 5. *part.* 5. *recent. decis.* 333. *n.* 17. & 18. *par.* 17. *dec.* 182. *n.* 13. & 14. *par.* 18. 11
& in Melevitana Commenda 22. Apr. 1676. §. & *quarto*, coram bonæ me. Bourlemont; & in secundis, Spad. *cons.* 279. *nu.* 2. *lib.* 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *qu.* 15. *nu.* 17. Rot. *dec.* 418. *num.* 1. *ad fin. part.* 4. *rec.* & *dec.* 215. *nu.* 24. apud Posth. *de manutent.* & in Nullius Provinciæ Tarraconen. jurisdictionis super bono jure 30. Aprilis 1693. §. *fin.* coram bonæ mem. Emerix.

Et de facto totus conatus pro parte defensorum Ducis Alphonsi versabatur in eo, quod ipse consecutus esset a san. mem. Alexandr. VII. indultum retinendi pensiones, non obstante matrimonio, cumque ad hunc effectum exhiberet idem sumptum, super quo lapsus fuerat, ut supra A. C. in proferenda sententia super duratione pensionis, itaut etiam ex hoc capite Domini prima vice propositionis causæ a me factæ resolutionem distulerint; agnitum nihilominus successive fuit, prætensam dispensationem, sive indultum minime suffragari, & propterea adhæserunt aliar denegatæ manutentioni, & dixerunt, sententiam Reverendissimi Decani mereri confirmationem etiam in petitorio super extinctione pensionis; circa namque primam partem, in qua proprius consistebat hæc secunda nullitas, superabundasset, juxta jam firmata, sive præmissa, sola turbiditas ex *dicta decis.* 524. *nu.* 15. *par.* 5. *recent.* Sed 12
cessabat amaritudo ex attenta perquisitione facti coram me concordati, juxta quam non tantum memorata turbiditas stabat in exceptione opposita per Ducem, at clarissime liquebat, indultum, ac dispensationem nullo modo cantare circa pensiones de præterito, & ante matrimonium, (ut erat ista) reservatas, sed quod in posterum reservandas; promisso enim, quod pro parte D. Ducis nullatenus exhibentur Brevia, seu indulta originalia, quod-

quodque plus est, nec etiam supplicationes pariter originales, sub quibus apponitur signatura Papæ, quæve tunc penes ipsas partes ultro relinquebantur ab Officialibus ejusdem Papæ, & certum erat, ac necessarium illas supponere, tam ad ejusdem D. Ducis favorem, quam alterius ejus fratris, simili gratia retinendi per san. mem. Alex. VII. communiti, ac decorati: quapropter non levis adversus eundem Ducem Alphonsum legalis insurgeret præsumptio, quod eadem brevia, ac supplicationes, quas sub prætextu deperditionis recusabant illius defensores exhibere, expresse dicerent, seu sonarent de pensionibus re-
13 servandis, & non de reservatis, ut in similibus sæpius dictum fuit, præsertim *in decis. 294. num. 21*, coram Priolo *& dec. 644. num. 9.* coram Card. Cerro & in Forosempronien. Testamenti 4. Martii 1697. §. *fin.* coram R. P. D. meo Caprara, confirmata 11. Decembris ejusdem anni, §. *Movet etiam*, & rursus in alia edita sub hac eadem die, §. *Verum*, coram me.

Adhuc introspecta memorata perquisitione palpatum abunde fuit in primis, quod in libro detineri solito per Officialem Datariæ a compositionibus, sive taxis emolumentorum nuncupatum *delle Componende*, gratia, sive indultum, quod fuerat Alphonso impartitus san. mem. Alex. VII. specifice dicebat idem indultum esse circa pensiones reservandas, non autem reservatas, *Summ. Titularis date sub die 16. Januarii proxime preteriti nu. 6.* qui sane liber nuncupari meretur, & est prima copia, quæ depromitur per eosdem Officiales, ac Ministros Datariæ respectu Bullarum, ac Brevium originalium, quæ a Sanctissimo D. Nostro signantur, & conceduntur; unde juxta non exhibitione originalis, ut supra, proculdubio in hac controversia, utrum gratia cantaret de pensionibus reservatis, vel reservandis, standum erat primæ copiæ, sive exemplo, quemadmodum habemur in aliis publicis instrumentis, in quibus deperdito protocollo, seu matrice, etiam fortuito fides adhibetur primæ transcriptioni, sive exemplari, quod per successorem, vel Ministrum ad id deputatum fuerit transcriptum, ut ait
14 Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 11. num. 719. & seqq.* & concordat Rot. cor. Burat. *dec. 724. sub n. 3. vers. & prima, & dec. 165. n. 21. cum duob. seqq.* cor. san. mem. Alex. VIII.

Eoque fortius, quia cum post primariam descriptionem factam in præfato libro *delle Componende*, transportentur supplicationes originales ad librum inscriptum, *Registro di Suppliche*, in illo signanter, in quo extitit annotata, seu registrata hæc præcisa supplicatio Ducis Alphonsi, nullatenus apparebat subextensio literæ, quæ ad oculum complecteretur pensiones jam reservatas, totumque idcirco sistebat æquivocum in eo, quod litera aperta præseferebat tantummodo, *reserva*, cum quadam lineolæ subductione, & (ut scriptores dicunt,) *gambetta*, sub hac forma videlicet, *reserva*, proindeque, & cessante originali, ut supra, non exhibito pro parte Alphonsi, quodve penes ipsum præsumebatur existere, & stante prima transcriptione literaliter sonante circa pensiones reservandas, utique non poterat præfata subductio lineolæ unquam referri ad effectum volitum a D. Duce pensionario, cum potius posita saltem ambiguitate, interpretatio desumenda veniat a prima transcriptione tanquam a primo exempla-
15 ri, sicuti prosequitur Rot. *dec. 281. num. 5.* cor. Manzaned. *& dec. 244. n. 38.* coram san. me. Alex. VIII. concomitante regula, quod scriptura dubia semper ab aliis certis declaran-
16 da est, ad Rot. cor. Coccin. *dec. 235. n. 10. & in rec. dec. 686. n. 17. par. 4. tom. 3. & dec. 209. n. 36. par. 19.*

Augebatur pro parte Titularis claritas, quamvis eidem sufficeret vincere per non probatam ab excipiente suam
17 exceptionem, in qua dicitur actor, *vulg. l. qui accusare, Cod. de edend. & in l. in exceptionibus, ff. de probation.* quia revolutis voluminibus super consimilibus registrationibus supplicationum in præsentia mei non parum probi, accurati, ac diligentis studiorum adjutoris, quive mecum sustinent in hoc Sacro Tribunali pondus diei, & æstus, compertum fuit, quod illa indulta, brevia, ac gratiæ, quæ ex necessitate sermonis percutiebant præterita, explicite ultra vocalem secum ferebant literam T, ut pluries, ac præcisius effulgebat in verbis frequentioribus occasione privilegiorum, vel statutorum amissis, nempe *roborata, & confirmata*; quemadmodum e converso, quotiescunque
18 significandum erat tempus futurum, usurpari passim solebat præfata subductio, sive adjectio lineolæ post vocalem inferius descendentis, exempli gratia circa verbum, *saneque, & transferre*, quod utique non præterlapsum, sed futurum, juxta grammaticos, tempus concernit, ac fuerit, sicque omnibus hucusque insinuatis accedente diversitate formulæ scriptorum (qui quandoque, ut dicebat Macrobius, dum breviores fieri volunt, obscuriores fiunt) in uno casu respiciente futurum, & in altero percutiente præteritum, diversam quoque capessendam esse interpretationem Domini non dubitarunt, ex iis, quæ in proximis, sub eadem tamen ratione, consideratum adductis per Modern. Lucen. *consult. 99. n. 41.* Rot. *dec. 154. n. 3. & dec. 492. n. 24.* cor. Bicch., *& dec. 302. n. 6. vers. item concurrit par. 1. rec.*

Ac denique evidentius, quoniam ostendit solers Patronus D. Aloysii Capycii Galeottæ Titularis, quod in Codicibus Cancellariæ, in quibus transcribuntur Brevia, & Bullæ Pontificum per extensum, vocanturque, *Minores Gratiæ*, apparebat annotatum indultum obtentum a D. Duce, necnon a D. ejus fratre sub clara, ac explicita expressione pensionum reservandarum, quamobrem conjungendo primam transcriptionem factam in libro Componendarum Datariæ, hancque postremam in illis Cancellariæ, intermedia registratio, quæ etiam de per se præfulgebat contraria Alphonso, non poterat alium recipere intellectum, quam a suis extremis, quibus (ut fert adagium) me-
dia consimilia præsumuntur, ut inquit Bero. *cons. 96. n. 14. volum. primo* Alzugrad. *cons. decimoquarto n. 83. lib. 2.* Cost. *de scient. & ignor. cent. 2. dist. 21. n. 19.* Rot. *dec. 111. nu. 14. cum duobus seqq. par. 5. rec.* 19

Neque ad majorem firmitatem petitorii, secum in consequentiam trahentis, ut præmisimus, judicium possessorum, majora profecto oprari posse videbantur argumenta demonstrativa, quod indultum allegatum ex parte D. Ducis contra sobitaneam extinctionem pensionis contracto matrimonio minime illum adjuvaret; & tamen perpensum fuit, quod quando Pontifices benigne, ut par est, indulgentes iis personis, qui vel in Conclavi, vel suo servitio addicti impensiores subeunt labores, intendunt matrimonio non obstante eisdem personis elargiri facultates opportunas in ordine ad pensiones, formaliter exprimunt gratiam, quam attribuunt, tam circa pensiones reservatas, quam circa reservandas, prout videre est in formula transcripta, ac examinata in Romana pensionis 12. Februarii 1685. *sub §.
Cumque D. Vanninus*, coram bonæ mem. Paluccio, & 20
colligitur etiam *ex decis. 265. nu. 4. 11. & 13 par. 17. rec.* Ac propterea cum idipsum in gratia, de qua agitur, factum non fuerit, itaut tota defensio Alphonsi maneret sub intelligentia præfatæ lineolæ seu gambettæ, profecto diversitas hujus styli ab eo practicati, quando Papa censuit, ac voluit, diversam quoque arguit intentionem, ac voluntatem ita con-
cedente, ad tradita per Card. de Luca *de pens. disc. 2. n. 9 &* 21
disc. 75. n. 10. Rot. cor. Coccin. *dec. 328. n. 2. & dec. 691. nu. 3.* cor. Dunozett. jun. *& decis. 174. nu. 48. & 49. part. 12. recent.*

Unica suberat æquitativa ponderatio, seu reflexio, quod captivari non valebat intellectus, quare fuerit imposita supplicatio, & gratia concessa super pensionibus, quæ a futuro pendebant eventu, magis quam pro pensionibus actu obtentis, & permanentibus penes indultarium, cum minor
virtus sit quærere, quam parta tueri, ut in alio proposito 22
innuebat Rot. *dec. 725. num. 8. & 9. part. 18.* sed hac reflexione non obstante, Domini non existimarunt posse recedere a præmissis, tribuendo huis facto quamplures compensativas rationes, vel quia forte Papa noluit præservare pensiones jam reservatas, quasi in majorem sequelam Canonum, sive in quandam pœnam, in quam sciens incurrebat Alphonsus, si volebat contrahere matrimonium, omittendo sic certa, & persequendo incerta; vel quia id totum acciderit ad evitandum majus dispendium, quod in expeditione unius, sive alterius gratiæ obtigisset; aut ex incuria expeditoris, aut denique quia Dux Alphonsus plus speraret verisimiliter consequi a claræ memoriæ Cardinali Philomarino ejus patruo, quam de præsenti haberet, sicuti respectu pensionum etiam ex post obtentarum demonstrabant scribentes pro Titulari, *hodierno Summario num. final.* In omnem vero casum sola hæc consideratio non potuit detorquere Dominos a sententia prædicta: quia cum
æquitas in jure non scripta parum veniat facienda, ad no- 23
tata per Bartol. *in l. 1. num. 1. Cod. de legibus*, Card. de Luca *de regal. disc. 166. num. 10.* Rota *decis. 386. num. 22. & dec. 367. num. 57. & seqq.* coram Merlin. prævalebat exorbitantia, & odiositas materiæ retinendi contra Canones supra relatos emolumenta Ecclesiastica in statu conjugali, quæve idcirco non admittebat, ut de casu ad casum benignior fieri posset interpretatio, vel extensio notoriis juribus,

bus, de quibus Spad. *conf.71. nu.1. & conf.74. sub n. 2. vers. tertio quia, & nu.4. lib. 3.* Rota *dec. 69. nu.27. & seq. decis. 217. num. 9.* coram Cardin. Cell. *& decis. 212. num. 7.* apud Tort. *de pact. futur. success.* cum cæteris in prima decisione hujus causæ 26 Novembris 1696. §. *Nec urget, & seq.* & in secunda diei 22. Aprilis 1697. §. *Data autem*, coram Reverendiss. D. meo Decano.

Superlative itaque detecta insufficientia indulti, de per se evanuit inculcata insistentia super possessorio, ex illo alio fundamento, quod nec matrimonium de sui natura capax esset rumpendi manutentionem debitam pensionario existenti in quasi possessione exigenda, cum posset hoc in petitorio docere de indulto sufficienti, vel quod sola possibilitas alterius indulti sufficiat pensionario, ne interim privetur commodo suæ quasi possessionis, etiamsi perpensum, & allegatum, ut supra, non subsisteret, per ea, quæ in terminis antecedentia conclusionis habentur apud Spad.
35 *cons.72. ex nu.1. cum seqq. & signanter n. 5. lib. 1. & cons.55. nu. 9. lib. 3.* Barbos. *in prax. exig. pension. part. 1. quæst. 2. n. 55.* Tondut. *de pension. cap. 50. nu. 14. & cap. 51. nu. 1. & 5.* Cardin. de Luca *eodem tract. disc.45. no.2. & seqq.* Rot. *dec. 318. nu. 8.* apud Posth. *de manutent. & dec. 124. nu. 16. part. 19.* & ad effectum subsequentia tradiderunt Lother. *de re benefic. lib. 2. quæst. 48. no. 296. cum duobus seq.* & Rot. *dec. 422. n.10.* penes eundem Posth. *de manuten. & dec.277. nu. 34. & seq.*

Quoniam ultra responsiones optime adductas in secunda decisione Reverendiss. Domini mei Decani 22. Aprilis anni proximi præteriti ex §. *Nec ad illas declinandas cum plur. seqq.* ubi singulariter, & bene declarantur doctrinæ, quæ circumferebantur in oppositum; jam fuse superius ostensum fuit, matrimonium suapte natura evellere a pensionario jus, titulum, & commodum cujuscunque emolumenti Ecclesiastici, sive consistat in Officio, sive in beneficio, sive in pensione; unde excipiens de possibilitate indulti, veluti habens resistentiam juris contra se, & maxime cum similia indulta non fiant adeo frequentia, & solita, sed rara, & ex particulari ratione semper a S. Sede concessa, tenetur de hujusmodi indulto edocere, tanquam de fundamento suæ intentionis in perseverando circa legitimam facultatem continuandi in exactione pensionis, juris, & SS. Canonum gladio ab ipso momento contracti matrimonii obtruncatam: cum etenim extrinseca qualitas habilitativa, vel Apostolica dispensatio regulariter non præsuma-
36 tur, teste Mascard. *de probat. conclus. 522. nu. 1.* Marescot. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 32.* Passerin. *in cap. Ordinarii nu. 27. & nu.44. in fin. de offic. ordin. in 6.* Rota *dec.360. nu. 7.* coram Bich. idcirco Alphonsus qui habebat, præsumptionem sibi reluctantem, arctabatur pernecesse probare
37 contrarium, ut inquit Ramon. *cons. 42. sub nu. 11. vers. & is*, Contrins *discept. forens. 74. sub nu. 12. vers. quoniam*, Modern. Lucens. *consul. 95. num. 12.* & Modern. Lucens. *consul. 95. num. 13.* & Modern. Perusin. *de contract. minor. glos. 6. §. 13. num. 69.*

Quinimo quantumvis ad exuberantiam possibilitas alterius indulti, seu dispensationis, non parum submovebatur in facto per rimationem officii registri, tam publici, quam secreti, in quo solent, ac debent adnotari supplicationes omnes porrectæ pro dispensationibus, & gratiis a Papa concessis, *Summario Titularis*, dato sub die 10. Januarii proxime præteriti *nu. 4.* & in jure: quia præter proxime animadversa, eo ipso quod Alphonsus produxit coram A. C. sumptum san. mem. Alex. VII. repertum insubsistens, non potest convolare ad aliam suppositionem, & possibilitatem; quisve namque præsumitur semper produxisse titulum meliorem, maxime in judicio formali, & super quo
38 sententiam extorsit, juxta alias firmata *in dec. 552. num. 8.* coram Coccin. & coram Dunozett. jun. *dec. 731. num. 55.* Royas *dec.80. n.7. & 8.* Card. *dec. 94. nu. 4.* Cels. *dec. 239. n. 11. & dec. 273. n. 12.* & cor. Priol. *dec. 40. n. 16. & in rec. dec. 204. n. 18. & 19. part. 18.*

Remansisset discutienda postrema nullitas elicita ex eo, quod citra formam decisionum in præcedenti sententia, processum fuerit ad condemnationem D. Ducis super refusione pensionum perceptarum a die contracti matrimonii, & maxime quia Modernus Cimiliarca Titularis non solverat præcedentes terminos, sed solum demortuus ejus antecessor: Sed Domini quantumvis, tam de stylo, quam ex vi Constitutionum Apostolicarum, abstractive admittement nullitatem latius explicatam in Romana Cambii 31. Januarii mox elapsi coram me, in qua aliæ vetustiores decisiones reassumuntur id ipsum firmantes.

Attamen facili negotio super hac nullitate transierunt; quia cum in necessariam, & ex eodem judicio patefactam, ac palpabilem consequentiam veniret restitutio pensionum, quas exegisse probatur pensionarium post initum a se matrimonium, ut probat Loth. *de re benef. lib. 1. qu. 38. num. 228. & seqq.* Rot. *dec. 15. per to.* post Zacch. *de obligat. Camer. & dec.693. n.1. in fin. par.1. rec.* itaut deficiente substantia tituli, sive radice exigendi, neque bona fides excusat, quia remaneret penes exigentem lucrum sine causa, ut prosequitur idem Lother. *d. q.38. nu. 232. & seqq.* & dixit Rot. *dec. 3. n.6. & 7. & dec. 28. ex n. 1. cum plur. seqq. p. 7. rec. dec. 418. n. 6. & seqq. & dec. 509. a n. 4. cum plur. seqq. par. 9. & dec. 818. n. 2. & 3.* cor. Dunoz. Jun.

De plano sequebatur, quod Reverendiss. D. meus Decanus rite, ac recte descenderit ad hujusmodi condemnationem; quia quemadmodum dicimus de excutiente granum a spicis, nihil is agit de novo, sed tantummodo detegit, quod totus erat, ut per text. *in l. adeo, ff. de acquir. rer. domin.* advertit. Card. de Luca *de benefic. disc. 36. no. 8.* ita statim, ac Rota censuerat extinctam esse pensionem, sententia nullo modo excidebat, sed duntaxat melius explicabat deducta, & firmata decisionibus, quæ præcesserant, ex iis, quæ passim videri possunt, *ut in dec. 188. n. 3. & 1.* apud Cenc. *de cens. dec. 159. n.8. part. 21. dec. 229. n. 7. & seqq. par. 17.* in Romana Census 15. Februar. 1686. §. *fin.* coram Eminentiss. Caccia Archiepiscopo Mediolanen. in Ferrarien. Capellaniæ super Gratia si neutri 10. Junii 1695. §. *fin.* coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana, seu Portuen. Tenutarum super negotio principali 17. Junii anni præteriti, §. *Et quidem*, coram R. P. D. meo del Olmo.

Atque ita cum in sententia pluries memorati Reverendissimi D. mei Decani nihil diceretur, ad cujus favorem restituendæ forent pensiones (nempe vel ad favorem Cameræ, vel hæredum, aliorumque) sententia, quæ ex vulg. prout de jure semper intelligitur, hodie juste, & valide ab assertis nullitatibus vindicata, promeritam confirmationem obtinuit, utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Pensionis.

Ven. 29. Martii 1692.

ARGUMENTUM.

Jurisdictionem temporalem exercentes, incapaces reputantur retinendi pensiones; an autem hæc traditio procedat in feudatariis Sanctæ Sedis, & in iis qui Equites sunt Lauretani, licet signum Crucis non deferant, juxta casum *disc. 46. de pens.* Card. de Luca, in hac decisione habetur.

SUMMARIUM.

1 *Pensio retinet naturam beneficii, & subjicitur omnibus legibus loquentibus de beneficio.*
Contra, n. 3. 5. 5. & 5.
2 *Beneficium quod habuit pater, non potest conferri filio.*
An idem sit in pensione, eodem n. 2.
3 *Pensio est quid mere temporale.*
In aliquibus differt a beneficio, d. n. 3.
4 *In impetratione beneficii quando sit facienda mentio pensionis reservatæ.*
7 *Regressus conceditur, si Titularis non solverit pensionem, & non alio casu, & quando.*
8 *Pensionis est incapax habens merum, et mixtum imperium.*
Idem est in exercendo jurisdictionem sanguinis, seu officium criminale, eod. n. 8.
9 *Miles secularis est incapax pensionis.*
10 *Baro habens feudum est incapax pensionis;*
Contra, n. 11. Declara, ut n. 12.
13 *Miles in servitio Sedis Apostolicæ non amittit pensionem.*
14 *Clericus ut dicatur privatus statu clericali, et pensione, requiritur trina monitio, ut deserat militiam, et reassumat habitum.*
15 *Papa censetur dispensare, eo ipso quod dirigit gratiam alicui inhabili,*
16 *Equites Lauretani sunt pensionum capaces.*
17 *Amplia, etiam si non detulerint signum Crucis.*
18 *Observantia inservit in materia pensionum.*

DE-

DECISIO LXXVII.

REv. P. D. Alexander Matthæjus de anno 1621. renunciavit in manibus san. mem. Gregor. XV. ad favorem Cardinalis Ludovici Ludovisii insignem Abbatiam S. Silvestri de Nonantula sibi commendatam, & ne ea hac cessione nimium dispendium pateretur, idem Gregorius reservavit eidem annuam pensionem scut. 3. mill. cum facultate transferendi ejus medietatem uni, vel pluribus personis Ecclesiasticis etiam familiaribus, quocunque gradu consanguinitatis conjunctis, aut alias quomodolibet capacibus per ipsum Alexandrum nominandis, ut ex literis Apostolicis *in Summario D. Ducis nu.* 1.

In executionem dictæ facultatis R. P. D. Matthæjus 24. Julii 1624. coram Reverendiss. Archiepisc. Rhodien. transtulit ratam d. pensionis, videlicet scuta quingenta, in D. Hieronymum Matthæjum nepotem militem Lauretanum, qui postea titulo Ducis super Castro Jovis decoratus, impetravit indultum retinendi pensionem, etiamsi officia militiæ Lauretanæ, quæ retinebat, alienare contigisset, & si Clericus non sit, & uxorem habeat, & absque quod in habitu & tonsura Clericali incederet, cum specificatione facultatis transferendi prædictam pensionem coram Notario, & testibus, & ad favorem cujusvis personæ familiaris & consanguineæ, Clericali tamen charactere insignitæ; imo occasione novi indulti de transeundo ad secundas nuptias cum alia muliere etiam Vidua, eidem Hieronymo per san. mem. Alex. VII. concesso, fuit iterum concessa facultas transferendi pensionem coram solis Notario, & testibus.

Dux Hieronymus inhærendo novis facultatibus, ac indultis, coram solis Notario, & testibus die 15. Januarii 1676. transtulit pensionem scut. 500. Alexandro filio militi Lauretano, qui licet esset in infantili ætate sex annorum constitutus, tamen ex dispensatione Apostolica san. mem. Clem. X. fuerat præcedenter Clericali charactere munitus, qui successive pensionem pacifice exegit per undecim alios annos, donec Abbatia fuit de anno 1697. commendata Eminentiss. Cardinali de Angelis, qui pro singulari zelo, quo fertur in tuitione libertatis Ecclesiasticæ, existimans Abbatiam a solutione hujus pensionis (quam vere extinctam existimavit) in posterum liberandam, fuit pulsatus coram A. C. in judicio manutentionis, in quo succubuit, mihique per Signaturam justitiæ fuit commissa appellatio cum clausula, *sine præjudicio, & non retardata*, unde consului Dominos in petitorio super eo: *An pensio esset extincta?* & negative fuit responsum.

Dux enim Modernus pensionarius habet intentionem fundatam in prædictis literis reservationis, & indultis de transferendo, *ut in Summ. Ducis n.* 1. ac translatione subsecuta favore Ducis Hieronymi ob militiam Lauretanam capacis *d. Summ. n.* 2. & indultis san. mem. Innoc. X. & Alex. VII. per Hieronymum impetratis, ac in subsecuta translatione de anno 1676. ad favorem Alexandri filii ex indulto Clem. X. capacis, quam etiam in possessione exigendi pensionem ab anno 1624. per Duces Hieronymum, & Alexandrum ejus filium usque ad annum 1687. pacifice exacta a clar. mem. Cardin. Ludovico Ludovisio, Antonio Barberino, & Jacobo Rospigliosio, ac Ministris Reverendæ Cameræ pro tempore, quo Abbatia vacavit.

Adversus hujusmodi pensionem tot indultorum interventu solemniter reservatam, ac incontroverse solutam tria per defensores Abbatiæ opponebantur. Primum, quod cum pensio tanquam originaliter reservata super Abbatia ex causa liberæ dimissionis, non exuerit naturam beneficii in deducendo ex clausula, *ne ex hujusmodi cessione dispendium patiretur*, & ex decreto regressus in casu retardatæ illius solutionis, & ex ipsa facultate transferendi in reservatione restricta ad ministerium personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ex quo inferebatur, quod eam pensio

1 retineret naturam beneficialem, & beneficii substantiam, per quam subjicitur omnibus legibus, quibus beneficia regulantur, Garz. *de benef. part.* 1. *c.* 5. *n.* 84. Rota in Romana pensionis 3. Junii 1665. coram bon. mem. Albergato, & in alia Romana pensionis 12. Februarii 1675. coram R. P. D. Florez, & proinde non potuerit transferri per Ducem Hieronymum uxoratum, & bigamum propria auctoritate coram simplici Notario, qui ut laicus est incapax conferendi beneficium, & auctorizandi translationem pensionis beneficialis, ex Canone *si qui deinceps*, & *Can. Laicis* 16. *q.* 7. Jo. de Selva *de benef. par.* 2. *q.* 15. *inter tract. magn. to.* 15. *p.* 1. *per tot. fol. mihi* 42. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 27. eo minus ad favorem Ducis Alexandri filii, qui per translationem fuisset admissus ad perceptionem redituum Paterni naturæ beneficialis, contra universalem prohibitionem succes-

2 sionis hæreditariæ in materia beneficiali, *c. ex transmissa, & c. ad extirpandos de filiis Presbyt.* Card. de Luc. *de benef. disc.* 66. *n.* 7. Navarr. *cons.* 9. *n.* 7. *de filiis Presbyt.* Seraph. *dec.* 1442. *n.* 6. inferebatur, indultum de transferendo esse subreptitium ex eo, quod Pontifici non fuerit expressa qualitas beneficialis.

Quæ omnia licet coacervatim constipata, nullatenus Dominis visa sunt urgere; quidquid enim sit, an pensio sub certis respectibus, quodammodo videatur superinduere naturam beneficii, & illi assimilari, seu cum eo symbolizare, se-

3 cundum Lotter. *de benef. lib.* 1. *q.* 45. *n.* 16. *vers. causam*, ad effectum, ut pensionarius regulariter debeat esse Clericali charactere insignitus, habitum, ac tonsuram deferre, & Officium recitare; verum tamen est, quod pensio in abstracto sumpta est quid mere temporale super fructibus distinctum,

4 & semper separatum a beneficio, Card. de Luc. *de pens. disc.* 10. *n.* 5. & *disc.* 49. *n.* 5. & *disc.* 78. *n.* 10. Tondut. *de pens. disc.* 45. *n.* 8. nec præcise venit sub nomine beneficii, ex doc. per Surd. *cons.* 133. *n.* 10. Bursatt. *cons.* 137. *n.* 32. Gigas *de pens. qu.* 54. *n.* 4. Jo. Baptistam Caccialup. *de pensionibus Ecclesiasticis q.* 30. *n.* 10. *fol. mihi* 331. *inter tract. magn. to.* 10. *par.* 1. & Fagnan. *in c. ad audientiam n.* 2. *de rescriptis n.* 98. & *in c. cum in cunctis n.* 100. & 191. *de elect.*

Et si beneficialistæ quærant, an in impetrantibus beneficium debeat necessario fieri mentio de pensione reserva-

5 ta cum clausula, *ne resignans nimium dispendium patiatur*, & hoc eodem jure quo fieri debet expressio beneficii, ut ex Garz. *de benef. par.* 1. *c.* 5. *n.* 80. qui prætendit pensiones hodie succedere loco beneficii, Tondut. *quæst. benef. par.* 2. *c.* 1. *§.* 4. *n.* 22. hæc ad summum procederent in pensione in titulum Ecclesiasticum, vel perpetuum reservata, Caccialup. *de pens. d. q.* 40. *n.* 13. Bursat. *cons.* 178. *n.* 31. per quam reditus dismembrantur, ut ex illis fiat novum beneficium; secus est in pensione simpliciter reservata resignanti, *ne nimium dispendium patiatur*, adjecta ratione emolumenti, &

6 commodi bursalis, non ad hoc, ut mutata natura pensionis in beneficium transire debuerit, & de illa fieri debeat mentio in impetratione beneficii, ut rejecto Garz. ostendit Tondut. *de pens. q.* 64. *nu.* 8. & 10. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 45. *nu.* 10. & 14. ubi quod pensio Ecclesiastica non venit sub materia beneficiali, Jo. a Coccbier. *in addit. ad glossar. antiq. in reg.* 61. *nu.* 28. 29. *fol. mihi* 502. ubi quod hoc hodie servat Rota, Gonz. *ad reg. Cancell. gl.* 5. *n.* 18. & 21. cum hæ pensiones cum facultate transferendi, ut plurimum reserventur adhoc, ut exuant naturam beneficii, & translatarius vivat in statu laicali cum uxore, ut inquit Card. de Luca *de pens. disc.* 12. *nu.* 14 quod eo magis evenit in R. P. D. Matthæjo, qui loco transferendi pensionem sc. 1500. ut habebat in facultatibus, transtulit ratam, hoc est sc. 500. nepoti ad familiam nobilem, & sobolem conservandam destinato, qui ut laicus, & uxoratus, ac uti bigamus etiam pensionem habuit, & transtulit in filium vigore facultatis transferendi in quemcunque stricto consanguinitatis gradu conjunctum.

Hæc fortius verificantur in concreto nostræ pensionis, ubi san. me. Gregorius dedit facultatem R. P. D. Matthæjo cassandi pensionem, & illam extinguendi, & post extinctam, & cassatam unam, vel plures, & in pluribus vicibus, super fructibus d. Abbatiæ reservandi pensiones favore cujuscunque personæ, quamvis non Ecclesiasticæ, alias capacis; quod implicat cum natura beneficii, quia hoc vocari, non cassatur, aut extinguitur, & resignatur, non transfertur & nullatenus recipit divisionem; e contra Papa voluit pensionem dividi, & sic cessat asserta subreptio indulti.

Nec a facultate transferendi, quæ est quid extrinsecum, & diversum a natura pensionis, procedit illatio ad pensionem Caputaq. *dec.* 99. *n.* 23. Rot. *dec.* 287. *n.* 12. *p.* 18. *rec.* 7

Nec minus refragatur illatio deducta ex clausula *regressus*, opposita in prima reservatione pensionis, quæ uti non valet intentari, nisi a persona Ecclesiastica; ita pensio non potuerit transferri, nisi in persona ordinis Ecclesiastici, quia regressus censetur concessus, quatenus translatarius esset capax & ut posset relevari, si titularis non solverit, & dicitur apponi accessorie, & in pœnam non solventis, ut ad literam dicit Rota in Veronen. pensionis 14. Januarii 1613. coram 8
bo. me. Veruspio per March. *relata in p.* 2. *§. Nam respondetur fol. mihi* 555.

Secundum objectum consistebat in eo, quod Dux Alexander per mortem patris fuerit effectus Dux Jovis, & acquisiverit subditos, & merum, & mixtum Imperium, &

gladii potestatem, & jus sanguinis, ex quo amissa pensio,
cum ejus retentio sit incompatibilis cum habente habitualē
jurisdictionem, & potentiam exercendi actus jurisdictiona-
8 les, ut de causis sanguinis est Text. *in cap. Clerici*. ubi Inn.
noth. & Host. *in Cler. vel Monach.* Barbos. *de jure Eccl. uni-*
vers. lib. 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 79. Rot. in Cæsaraugustana pen-
sionis 14. Junii 1660. §. *Siquidem*, cor. Leon. Verosp. & in
Firmana pensionis 1. Julii 1661. cor. bon. mem. Albergato,
& in Romana pensionis 15. Junii 1668. cor. eodem, & in
alia 8. Junii 1686 cor. bon. mem. Rondinino, ex communi
ratione, quod electio ministerii sæcularis incompatibilis
cum militia Ecclesiastica supponit renunciationem præce-
9 dentis militiæ Dei, per Text. *in cap. si quis Clericus, si feud.*
defunct. contr. Felin. *in cap. in præsentia n.* 11. *ad fin. de pro-*
bat. & ad effectum amittendi pensionem, Card. Cels. *dec.* 69.
& 216. & fuit dictum in eadem causa in alia instantia sub
princ. 1. Julii 1661. cor. bon. mem. Albergato, & in d. Ro-
mana pensionis 1668. §. *Fundamentum*, cor. eodem, juncto
quod ex acquisitione feudi novus Baro, quando militiæ spe-
ciem assumat ex obligatione sequendi Dominum in bello, un-
de cingulum militare sæculare Christi excludat, *in d. cap. si*
10 *quis Cler.* & ibi Felin. *ubi sup. n.* 11. Grass. *de eff. Cler. effect.* 4.

Sed objectum facile excutitur; oppositores enim usque
adhuc defecerunt in exhibitione qualitatis jurisdictionalis
Terræ Jovis, & cujus naturæ sit illa jurisdictio, quæ per
Pontificem Dominum fuit concessa, hoc est, an vere Dux
retineat ibi jus sanguinis, cujus exercitium prætenditur in-
compatibile cum clericatu in pensionatii requisito, quod
debebant oppositores præcise justificare tanquam intentio-
nis suæ fundamentum contra pensionatium existentem in
possessione exigendi, cum alias certum sit jus sanguinis re-
sidere penes supremum Principem; & ideo passim videmus
fundatarios S. Sedis Apostolicæ etiam primi Ordinis reti-
nere pensiones, & plures esse Clericos cum retentione feu-
11 dorum in statu Ecclesiastico, Jas. *cons.* 117. *lib.* 4. Fagnan.
in cap. quæ in Ecclesiar. de Constit. Rota in Mediolan. pen-
sionis 28. Junii 1666. coram Ottalora.

Præterea debebat etiam secundo justificare, quod Dux
Jovis sit de illis fundatariis, qui teneantur sequi Dominum
in bello, eumque associare, inserviendo in expeditionibus
militaribus more sæculari, modo, & forma implicante
cum illo, qui percipit portionem redituum, & fructuum
beneficii sub nomine pensionis.

Cæterum hæc propositio procedit in terminis feudatariis
Principis sæcularis, qui verisimiliter præstat juramentum
sequendi Principem in bello, non autem in feudatario Papæ,
cui Clerici militando inserviunt, juxta famigeratum *cons.*
12 117. Jasonis *vol.* 4. emanatum in causa pendente inter Card.
Alexandrum Farnesium ad Pontificatum assumptum sub
nomine Pauli III. & Rev. Cam. Apost. ubi postquam dixit es-
se verisimile, Principes laicos nolle in suis feudis sæculari-
bus admittere Ecclesiasticos, deinde firmat non reperiri ali-
quo jure expresse prohibitos a feudis Pontificiis; ubi etiam ad
rem nostram assignat peculiarem rationem differentiæ, quia
Ecclesiasticus propter feuda Ecclesiastica non efficitur miles
sæculi, sed durat esse miles Ecclesiæ, & secundum ejus quali-
tatem potest impendere servitia Domino Papæ, Fagnan. *in*
cap. quæ in Ecclesiarum n. 102. *&* 104. *de constit.* Argel. *de*
legit. Contract. q. 20. *art.* 6. *n.* 220. Bellet. *disq. Cler. p.* 1. *de*
ben. Cler. §. 19. *n.* 13. Card. de Luca *de pens. disc.* 46. *n.* 10. ubi
excludit incompatibilitatem, & in *tract. de feud. disc.* 54.
13 *n.* 10. quod ob militiam Papæ, & Sedis Apostolicæ, non
amittitur pensio, Rota in Mediolanen. pensionis 28. Junii
1666. cor. bon. mem. Ottalora, § *quia jure*; ideoque cum
incapacitas feudalistæ Principis sæcularis non proveniat ab
irregularitate, quæ contrahitur in militia, sed potius a sub-
jectione sæculari Duci militum, vel Principi, cui præstatur
juramentum de fideliter serviendo, cessante hac ratione in-
compatibilis subjectionis in servitio Papæ, cui tanquam le-
gitimo, & universali Superiori, ac Domino, Ecclesiastici
præstant subjectionem, & juramentum fidelitatis naturali-
ter debitæ, ut ratiocinatur Cardin. de Luca *de pension. disc.*
46. *n.* 12. resolvitur proinde quivis fumus incōpatibilitatis,
& quævis affecta repugnantia cum statu Clericali, quæ ad in-
ducendam privationem pensionis positive requirebatur, dū
animus dimissionis status Clericalis præsumitur abesse, ad
quem dignoscendum debebat procedere trina monitio, seu
14 Superioris interdictum, quo pensionatius instrueretur, an-
tequam privetur, Rota *dec.* 297. *n.* 4. *p.* 16. *& dec.* 172. *n.*
11. *p.* 19. *rec.* & in Romana pensionis 24. Aprilis 1679. §.
quia pensionarium, cor. Card. Taya, & in Romana pensio-
nis 8. Junii 1685. cor. bon. mem. Rondinino.

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

Animadversum pariter fuit hic, quod san. mem. Innoc. X.
in indulto de transferendo direxit concessionem Hierony-
mo Matthæjo Duci Jovi (quod oppidum idem Pontifex
paulo ante in Ducatum erexerat) ex qua directione disposi-
tionis in Ducem Dominum jurisdictionis effectiva censen-
dum est Papam cogitasse de implicantia exercitii jurisdictio-
nis Baronalis cum pensionis retentione, & voluisse impli-
cite dispensare, ex de d. per Sanch. *de matr. l.* 8. *de dispens.* 15
disp. 4. *n.* 2. Barbos. *in voto dec. lib.* 1. *vot.* 5. *dub.* 2.

Cumque in prima translatione de anno 1654. facta Hie-
ronymo Militi Lauretano, & in alia de an. 1676 Duci Ale-
xandro, qui a prima instantia emerat officia hujus militiæ
Lauretanæ, ut in Summ. *n.* 9. uterque fuerit repertus inter 16
hos milites descriptus, & ad statum laicalem redactus, ut ex
Constitutione san. mem. Sixti *in* 93. pro retentione pensio-
nis, & evitanda extinctione, utique suffragatur indultum
Sixtinum, ut in terminis equitis Lauretani, Card. de Luca
de pens. disc. 45. *n.* 10. Greg. *dec.* 12. Bich. *dec.* 335. *n.* 1. & 17
de equitibus Hierosolymitanis, Rot. *dec.* 172. *n.* 1. *p.* 16. *rec.*

Minoris relevantiæ fuit tertia oppositio ex eo, quod pri-
vilegium Sixtinum indultum militibus Lauretanis de non
incedendo in habitu, & tonsura, non potuerat suffragari
pensionario, quem non constat gessisse visibiliter Crucem
militiæ Lauretanæ ad formam in Constit. 93. ejusdem Sixti
præscriptam; quia negativa delationis insignium militiæ
Lauretanæ non fuit satis probata ex simplici fide, lite pen-
dente extorta, Rota *dec.* 931. *n.* 8. *p.* 16. *rec.* non relevaret,
cum ibi delatio fuerit per modum facultatis concessa, non
sub pœna privationis præscripta, ut in Mediolanen. pensio-
nis 28. Junii 1666. §. *Nullus*, cor. Ottalora, cui interpretatio-
ni adstipulatur notorius usus in Curia bonum militum Lau-
retanorum non deferendi visibiliter insignia prædictæ mili-
tiæ, de quo usu testatur d. decisio Ottalora de anno 1666.
edita, quæ observantia indistincte communis nobilibus vi-
ris sub oculis Pontificis dispensat a pœnis, Rot. *dec.* 194.
n. 15. *p.* 4. *tom.* 2. *& in dec.* 729. *n.* 20. *p.* 18. *rec.*

Cæterum, si quid superesset ex triplici oppositione, quod
prætenderetur non sufficienter evacuatum, itaut zelus Emi-
nentissimi Abbatis Commendatarii, quo fertur in tuitione
rerum Ecclesiæ, nequeat acquiescere; omnis umbra elide-
retur ex uniformi exactione, ac respective solutione pensio-
nis per 64. annos constanter continuata, nec interrupta,
vel in dubium unquam revocata per tot, ac tam egregios
Cardinales Commendatarios, in decisione Ecclesiasticæ
exemptionis vigilantissimos, quorum res œconomica, &
Abbatiæ, ac jurisdictiones administrabantur, ut notorium
est, per Congregationes deputatas, in quibus interveniebant
egregii Prælati, ac primarii Curiæ Advocati, & Patroni,
itaut nihil oscitanter actum, vel omissum præsumatur; un-
de resultat interpretativa observantia indultorum de reti-
nendo, ac transferendo, ac translationem activé, & passi-
ve, quæ operatur, ut omnia rite, & recte præsumantur ge-
sta, dum alias tot interessati tanto tempore non acquievis-
sent, si aliqua suspicio nullitatis irrepsisset, ut in similibus
advertit Rota *dec.* 385. *n.* 35. *p.* 19. *rec.* & in Toletana juris- 18
dictionis super decimis 21. Aprilis 1690. §. *hujusmodi*, cor.
R. P. D. Molines, & in Nicien. decimarum 27. April. 1689.
§. *Minus adversatur*, cor. bon. mem. Rondinino, 23. Ju-
nii 1690. §. *Atque* cor. R. P. D. Hervavult.

Et ita pensionem non fuisse extinctam, fuit resolutum
partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. M U T O.

Romana Pensionis.

Luna 17. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Etsi pensio amittatur, quoties pensionatius guberniis
sæcularibus incumbat, adhuc antequam ab illo jus
valeat abdicari, opus est, ut trina monitione mo-
neatur ad effectum, ut a gubernio se abstineat, &
Ecclesiastica tantum exerceat.

S U M M A R I U M.

1 P*Ensio, ejusque translatio, ex quibus sustineantur.*
2 *Incapax est acquirendi pensionem is, qui guber-*
niis sæcularibus incumbit.
3 *Declara, ut n. 3.*

4 *Ex prolatione sententiæ capitalis incurritur in irregularitatem, non autem redduntur incapaces retinendi pensiones illi, qui eas retinent.*
5 *Adscripti in Ordine Equestri Militum Jesu Christi sunt incapaces retinendi pensiones. Declara, num. 6 7 & 8.*
9 *Transactio inita per Rectorem afficit quoque successores, si eorum quoque nomine fuerit stipulata.*
10 *Præcipue, si concurrat bona fides.*
11 *Quæ differentia intercedat inter aperitionem oris, & reductionem gratiæ ad terminos juris.*
12 *Observantia facit præsumere justificationem literarum.*
13 *Observantia non interrumpitur ex lite, si in ea veniens contra observantiam succubuerit.*

DECISIO LXXVIII.

SUper fructibus certis, & incertis in ducatis auri biscentum expressis Ecclesiæ Parochialis Divi Nicolai ad Cæ-
1 sarinos de Urbe reservata fuit in anno 1624. annua pensio ducatorum 60. similium favore Felicis Pernei quam solvit, quousque vixit, magnus titularia tunc temporis; sed Lippa successor eam contendere cœpit anno 1638. cor. A. C. Argelo, in quo tamen judicio Felix mandatum de manutenendo in quasi possessione exactionis reportavit una cum favorabili sententia super subsistentia, & validitate pensionis hujusmodi confirmata per Signaturam Justitiæ cum clausula, *sine præjudicio literarum Apostolicarum, & non retardata solutione pensionis*. Verum titularis præfatus non acquiescens, causam committi curavit in Rota, & cogitantes deinde partes magis profuturam concordiam, ad eandem de anno 1642. devenerunt, ubi prævio recessu a lite, reducta concorditer fuit pensio ad annua scuta 80. ac transactio per san. mem. Urbanum VIII. in forma specifica confirmata extitit, Felixque in pacifica quasi possessione exigendi remansit usque ad ejus obitum obventum de anno 1668.

Memoratus Felix de hoc eodem anno extremo ejus vitæ vigore specialis indulti san. mem. Innocentii X. hanc pensionem transtulit ad favorem Thaddæi Pernei ejus filii, quod in Lippa titulari novum litis desiderium excitavit; quapropter anno 1672. in judicio coram Aud. Cam. obtinuit Thaddæus pensionarius sibi ferri sententiam deinde in judicatum transactam super executione literarum Apostolicarum mox dictæ translationis; defunctoque Lippa, Laurentius Silvanus successor cœpit & ipse pensionem contendere in duobus ex integro motis judiciis, altero ad illius instantiam coram R. P. D. Vicegerente super assignatione congruæ, aliorumque onerum Ecclesiæ persolvendorum ante pensionem, & altero ex parte pensionarii coram Aud. Cam. pro manutentione in quasi possessionem exigendi: In primo prodiit sententia declarans, ex fructibus certis Ecclesiæ taxatis in eadem sententia in scut. 253. esse deducendos ducatos auri de Camera 40. pro oneribus necessariis divino cultui, & servitio Ecclesiæ, ac ducatos auri similes 30. pro satisfactione legatorum piorum ejusdem Ecclesiæ, & demum titulari assignandos esse ducatos 100. auri pro ejus congrua; & in altero judicio pensionarius mandatum de manutenendo, & ejus vigore executivum pro solutione terminorum decursorum reportavit, cum sententia absolutoria ab exceptionibus invaliditatis pensionis, reservationis, atque illius extinctionis ob prætensam irregularitatem incursam, & incapacitatem, tam transferentis, quam translatarii. A quibus judicatis devoluta causa ad hoc Sacr. Tribunal, eademque per Signaturam Justitiæ commissa primitus bon. mem. Rondinino cum clausula, *si quid exequendum*, non retardata solutione congruæ ad ratam scutorum 100. mandatæ sub die 8. Junii 1685. responsum fuit pro executione mandati Aud. Cam. prout ex dec. cor. eodem emanata, deinde confirmata 9. Junii 1692. cor. Emin. Mediolanen. ac insimul etiam resolutum exequen. esse literas Apostolicas Thaddæi contra Mansonum Julianum titularem; in quo sensu in hac parte permansit Rota, ut in decisione 9. Junii ejusdem anni coram eodem, assumptaque postmodum controversia coram Rev. P. Dom. meo Priolo super congrua, resolutum fuit eam deberi in scutor. 100. mandatis prout ex dec. editis sub diebus 10. Aprilis 1693. & 15. Martii subsequentis anni, in postrema quarum similiter dictum fuit detrahenda esse onera pro summa in relata sententia R. P. D. Vicegerentis specificata: a quo judicato appellantibus hæredibus antedicti Silvani, commissaque mihi causa per Signaturam Justitiæ cum clausula, *si quid exequendum* pro scutor. 15. annuis, in reliquis sine præjudicio - *geminæ hodie disputanda proponuntur dubia ad instantiam Hospitis Apostolici pauperum invalidorum interesse habentis ad causam admitti, atque hæredum præstati Silvani*, & PP. *super eo* - An pensio, ejusque translatio sustineatur, non resoluto sub diebus 4. Maii & 10. Decemb. anni proxime præteriti, responderunt pensionem, ejusque translationem sustineri; nam Thaddæus pensionarius habet intentionem fundatam literis Apostolicis reservationis in subsecuta concordia cum Brevi Apostolico cõfirmata in indulto de transferendo, atque in subsecuta translatione, & in possessione exigendi pensionem, & in qua tam ejus antecessor fuerat, quam ipse extitit, ut his recollectis firmavit Rota in Ro- 1
mana pensionis 29. Febr. 1692. §. *Dux enim*, cor. R. P. D. meo Caprara.

Nec in diversam sententiam trahere DD. valuerunt in contrarium deducta; non quidem primo, quod Felix pensionem transferens usque ab initio fuisset incapax illam acquirendi, magisque retinendi, & transferendi, ex quo cum exercuisset quamplura gubernia sæcularia tam in civitate Prænestina, quam terra Montis Rotundi, & in hæc is se immiscuisset, assumendo cognitionem capitalium, & præser- 2
tim criminis abigeatus, ad Text. *in cap. Cleric. ne Cler. & Monach. Can. nullus 15. q. 4. can. sæpe, & can. is, a quibus 23. q. 8.* Rota *in dec. 253. n. 10. & seq. p. 19.* nam huic objecto satisfaciunt decisiones in hac causa editæ, & sane advertebant DD. quod cum motivum talis amissionis pensionis consistat in amissione clericatus, ista in hypothesi secuta dici non potest, nec ex susceptione judicii in genere cum habitualitate criminalis, cum nullus ex præadductis Canonibus firmet, ex hujusmodi susceptione privari ipso jure clericum pensione, seu beneficio, sed in omnem casum præcedere debeat trina monitio, in declarando decisiones, quæ 3
in hac materia videntur contrariæ, cum pluribus firmavit Rota in d. Romana pensionis, §. *cæterum in fin.* cor. R. P. D. meo Caprara; minusque pro assumpto judicio criminis abigeatus; nam præterquam quod non apparet Felicem super eo sententiam, & quidem capitalem protulisse, non exinde clericatum amisisse, & per consequens pensionem, sed solum in irregularitatem incursus prætendi potuisset, ut
explicat Rot. *dec. 173. n. 17. p. 19.* cum ibi allegatis; nec contrarium tenet Abb. *in cap. Clericis n. 20. & seq. ne Cler. vel Mon.* cum potius tractat de irregularitate, quam de amissione clericatus, vel pensionis, adductis *in decis. 179. n. 4. & seq. 4. 16.* & in Romana pensionis 15. Julii 1668. cor. bon. mem. Alberg. loquuntur in terminis militiæ sæcularis, qui versantur præseferre renunciationem militiæ sacræ, qualis est clericatus, & propterea non applicabiles. 4

Minus obsistere visum fuit secundum objectum prætensæ incapacitatis ex parte Thaddæi translatarii, ex quo de tempore translationis pensionis adscriptus reperiretur in ordine Equestri Militum Jesu Christi, resistente Constit. S. Pii V. *in ord. 73. §. 2.* præmisso siquidem tres esse species illorum militum; prima est illorum, qui sunt vere regulares, cum emittant tria vota substantialia paupertatis, castitatis, & obedientiæ, incedant in habitu regulari, & degant in claustris, prout sunt existentes in Monasterio oppidi de Thomar, & in Collegio Academiæ Conimbricen. ubi observat Barbos. *de jur. Eccl. univer. lib. 3. cap. 7. n. 27. vers. constat.* & 5
ista species cadit sub præcitata dispositione Bullæ Pianæ, quæ revocando privilegia Pontificum prædecessorum hujusmodi militiæ concessa ea reduxit ad terminos juris communis, per quod pensiones, seu beneficia sæcularia regularibus quantumvis clericis interdicta remanent, ex regula Text. *in cap. cum singula de præb. in 6.* sed hujus speciei non est Thaddæus, qui nec emisit tria vota, nec deget in claustris, nec in habitu regulari incedit; 2. species est eorum, qui morantur extra claustra, sed in habitu militari, & ducunt uxores: sed nec istius speciei est Thaddæus cum nec duxerit uxorem, nec in habitu militari incedat; 3. demum species est militum honorariorum, inter quos sunt illi, qui omnino sunt nec religiosi, nec regulares, nec uxorati, sed vivunt in habitu clerici sæcularis, nec indigent aliquo indulto ad acquirendas pensiones, neque cadunt sub d. Piana Constitutione, ut species militum S. Jacobi de Spata, & aliorum militiarum non emittentium tria vota substantialia, statuit S. Cong. Conc. die 10. Novembris 1660. Et sic paulo post Bullam Pianam in decreto, quod referunt, & sequuntur Pignat. *consult. 75. n. 1. tom. 7.* Garz. *de benef. in addit. ad 1. p. cap. 4. n. 34.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 174. & de jure Eccl. lib. 3. cap. 7. n. 23.* 6
7

Demum pensionis nullitas objici non potuit ex capite

male

malæ expressionis valoris in ducatis 200. auri in originaria illius reservatione factæ, etenim DD. veritatem hujusmodi expressionis desumpserunt tam ex processu fabricato coram A.C. Argelo, quam ex confessione Lippæ titularis successoris emissa in d. transactione inita cum Felice transferente alique de ann. 1642. per san. me. Urb. VIII. in forma specifica confirmata, quæ nedum afficit ipsum transigentem, sed & ipsius successores, sub quorum etiam nomine stipulata fuit,
9 ut respondit Alex. III. *in c. veniens de transact.* ibique gloss. *sub verb. confirmatn*, Rota cor. Merlin. *dec.* 480. *n.* 1. cor. Celso *dec.* 68. *n.* 1. & 3. cor. Bich. *dec.* 57. *n.* 5. cor. Cerro *dec.* 162. *n.* 8. & in Romene funeralium 4. Martii 1695. §. *quia illa*, cor. R. P. D. meo Molines, & in Nullius, seu Senogallien. bonorum super manutentione 13. Jun. ejusdem anni §. *Ulterius post me i.* coram me, & præsertim cum facta fuerit bona fide, & post obtentam ex parte pensionarii sententiam favorabilem, ad Text. *in cap. statuimus, & cap. ve-*
10 *hemens de transact.* Rot. *in rec. dec.* 79. *n.* 6. *p.* 1. & cor. Royas *dec.* 135. *n.* 3. Et quidem absque quo suffragari valeat aperitio oris obtenta ab hæredibus Silvani, & Mansoni in dec. bon. mem. Rondinini 20. Martii 1688. quia ista solum fuit apta removere obstaculum clausulæ, *sublata*, adjecta in Brevi, ita ut ipsi admitterentur ad faciendas contrarias probationes pro demonstranda erroneitate transactionis, hic nullatenus peractas, sed non substulit de medio robur ipsius transactionis, & Brevis Apostolici, cum hæc sit differentia inter simplicem apertionem oris, & inter reductionem gratiæ ad Dominos juris communis, ut relatis plu-
11 ribus Rotæ decisionibus firmat Marescot. *var. resol. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 67. *& 69. & seq.* Rot. *dec.* 769. *n.* 10. *p.* 18. *rec.*

Adstipulatur quoque inconcussa & tam adeo antiqua observantia earundem literarum mediante diuturna solutione pensionis facta per titulares, quæ præmissis probationibus juncta operatur, ut gratia sub initio præsumatur justificata, Rot. *in rec. dec.* 505. *n.* 3. *p.* 1. cor. Card. Cerro *dec.* 183. *n.* 1. *cum seqq.* & in dec. hujus causæ 9 Junii 1690. §. *Veri enim valoris*, cor. D. Mediolan. quin interrupta remanserit ex lite mota signanter cor. A. C. Argelo; nam cum pensionarius in ea victoriam reportaverit, nedum interrumpitur, sed potius quasi possessio, & observantia confirmatur, juxta doctrin. Felin. communiter receptam *in cap. illud n.*
12 17. *de prosc.* Rot. cor. Seraph. *dec.* 1027. *n.* 6. cor. Cels. *dec.* 961. *n.* 7. *& in rec. dec.* 828. *n.* 6. *p.* 2. *dec.* 136. *n.* 2. *cum seq. p.* 19. & in Colonien. præcedentiæ 4. Junii 1696. §. *crescitque talis præsumptio in f. m.* cor. me.

Et ita omisso examine partitarum pro desumendo valore, atque etiam subductionis onerum, ac propositarum desuper exceptionum, tanquam ex præmissis superfluo, resolutum fuit DD. omnibus suffragantibus, ac partibus auditis &c.

R. P. D. P I O.

Vercellen. Pensionis.

Luna 5. Julii 1694.

A R G U M E N T U M.

Quando effectiva pensionis solutio sit probanda ad sustinendam pensionem reservatam beneficio pleno favore conjunctæ personæ.

S U M M A R I U M.

1 *Titularis, qui se obligavit in forma Cameræ solvere pensionem, retardare non potest ob illius nullitatem ejus solutionem.*

2 *Pensionis solutio actualis probari debet in reservationibus pensionum beneficio pleno ad favorem conjunctæ personæ, aliàs ipsa pensio extinguitur.*

3 *Declara, ut hoc conclusio vera sit, si agatur inter pensionarium, & successorem titularis, qui consensum præstitit reservationi; secus est, si agatur inter titularem consentientem, & pensionarium, cum tunc licet pensio soluta non fuerit, extingui non debeat, & n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

13 *Ex proprio fraudulento facto quis compendium consequi non potest.*

D E C I S I O LXXIX.

SUper fructibus certis, & incertis rectoralis, seu præpositurali Ecclesiæ S. Stephani Oppidi Rubii Diœcesis Vercellen. a Carolo Antonio possessæ, reservata olim fuit de illius consensu a san. mem. Alex. VII. annua pensio scut. 50. auri de Camera favore Petri Jacobi ejusdem præpositi pronepotis, octavum fere suæ ætatis annum agentis, adjecto tamen in literis Apostolicis solito decreto: *Volumus autem, quod si dictus Carolus Antonius in ejus vita, & quamdiu d. Ecclesiam obtinuerit, dictam pensionem tibi realiter, & cum effectu non persolverit, præsens reservatio nulla sit ipso jure &c.*

Certior factus post decursum annorum 28. de hujusmodi pensionis impositione Petrus Jacobus, statim ann. 1692. litem instituit coram Ordinario adversus propatruum super executione literarum Apostolicarum, cui, quæstione indecisa, pariter ad S. Sedem remittenda visum fuit. Hinc reintegrata eminentione cor. A.C. iste sententiam protulit declarantem pensionem esse nullam, irritam, atque indebitam, & propterea literas Apostolicas non esse exequendas; sed ad pensionarii provocationem causæ cognitione ad hunc nostrum supremum Tribunal devoluta, proposuit bon. mem. R. P. D. Benincasa 26. Martii proxime præteriti dubium: *An pensio debeatur?* quod tamen sub dicta die non resolutum, cum ego in hodierna audientia subrogatus in dicti Collegæ locum hoc interim defuncti reproposuerim, DD. responderunt favore pensionarii rescribendo *pensionem a moderno titulari deberi*; nam cum actio pensionarii inhæreat literis reservationis, & consensui titularis, illiusque obligatione in forma Cameræ, nullo modo sob prætextu invaliditatis promissa solutio potest avitari, ut in similii 1
dixit Rota cor. Cels. *dec.* 346. *n.* 1.

Nec obstat, quod cum non justificetur solutio terminorum decursorum, reservatio ex vi præmissi decreti irritantis in totum corruerit, & pensio remanserit extincta, Tondut. *de pens. cap.* 3. *n.* 2. Rota cor. Priolo *dec.* 280. *n.* 7. *& dec.* 2
316. *n.* 12. cum aliis in Lauretana pensionis 13. Junii 1692. §. *Resolutionis*, cor. eodem, R. P. D. Benincasa.

Objectum siquidem afficere non valet in præsenti hypothesi, quia quæstio non incidit inter pensionarium, & successorem titularis, qui consensum præstitit reservationi, nam tunc juxta auctoritates pro objecto allegatas, nisi ex publicis instrumentis constaret de actuali integra numeratione pecuniarum debitarum pro terminis decursis, decretum irritans appositum in literis Apostolicis operaretur pensionis resolutionem; sed vertitur inter pro patruum titularem consentientem, & pronepotem; quo casu, ex quo decretum præfatum qualificat gratiam respectu successoris, ac libertatis beneficii, ut in individuo respondit Rota *dec.* 457. *n.* 1. *& 4. p. 4. to. 1. rec* non relevatur idem titularis a solutione, 3
etsi nullos terminos persolverit; nam cessante ratione prohibendi, quæ, ut dixi, indemnitatem dumtaxat successoris respicit, consequens est, ut deficiat ipsamet prohibitio, & annullatio eidem rationi famulativa, ut arguit Bald. *in l. si quis Serv. n.* 18. *C. de furt.* Rota cor. Dur. *dec.* 40. *n.* 40.
quodque cessante ratione motiva legis, lex quoque evanescat, late Carpen. *ad Stat. Mediolan. c.* 389. *n.* 82. Mar. 4
Antonin. *res.* 30. *n.* 8 *l.* 2. Rocc. *disp. jur. lib.* 1. *c.* 57. *n.* 65. 5
de Franc. *dec.* 536. *n.* 28. Rot. cor. Bichio *dec.* 55. *n.* 7.

Rationem vero prohibendi fuisse tantum indemnitatem beneficii, ac successoris in illo, ut supponit Rota *in cit. dec.* 457. *p.* 4. *to.* 1. *rec* triplici argumento suadetur; & primo 6
quidem, quia cum pensiones istæ beneficio pleno, ut plurimum reservari soleant favore sanguine conjunctorum, nec non amicorum; ideo ad eradicandas fraudes, & collusiones, quæ de facili committi possent, juxta stylum Romanæ Curiæ adjici semper in literis Apostolicis consuevit memoratum decretum annullativum adhoc, ut pensio vere, realiter, & cum effectu persolvatur, prout testantur Gonz. *ad reg. Cancell. reg.* 8. §. 3 *proœm. n.* 146. *cum seq.* Tondut. *de pens. c.* 3. *n.* 1. Card. de Luc. *eod. tr. disc.* 8. *n.* 4. Unde 7
æquum non est, quod decretum istud opituletur titulari reservationi consentienti, quia ob non factas præstitutis temporibus solutiones, oritur præsumptio simulationis usque a principio, & elicitur animus supplantandi successorem, & sic ille impugnando ex hoc capite pensionem videtur fateri propriam turpitudinem, & apertam simulationem, quæ ubi habet admixtam fraudem, in jure non toleratur, neque potest allegari a simulante, Rotæ cor. Cocc. *dec.* 1177. *n.* 5. cum aliis in Firmana Immissionis 10. Maii 1675. §. *propter quam*, cor. bon. mem. Albergati, & in Romana fideicommissi 8. Junii 1674. § *de qua DD. & seq.* cor. clar. mem. Card. Matthæjo.

Vel etiam, quia si a pensionario urgeri nequiret ad promissam pensionis solutionem, sequeretur, quod ab ejusdem

arbitrio absolute penderet validitas, vel invaliditas reser-
8 vationis, quod nentiquam est permittendum; nil enim
magis absurdum, quam quod substantialis contractus in
9 libera unius solum ex partibus facultate conferantur, ut
inquit Text. *in l. sed hac conditione, ff. de act. & oblig. & leg. in vendenti 13. C. de contrah. empt.* Paccion. *de locat. & conduct. cap. 165. n. 27. & seq.*

Secundo, quia licet virtute dicti decreti requirantur effe-
ctivæ solutiones factæ a titulari consentiente reservationi
ex insinuato motivo obviādi fraudibus, quibus persæpe ma-
teria hæc obnoxia esse reperitur; nihilominus sola confessio
de recepto, alioquin insufficiens ad gravandum successoré,
10 prodest pensionario agenti contra eundem titularem, Ton-
dut. *de pens. cap. 3 n. 6.* quod apprime ostendit vim decreti
irritantis titulari, conditionem implere debenti, ac recusan-
ti, non suffragari, illudque esse appositum in gratiam suc-
cessoris in beneficio, cui Pontifex consulere intellexit; alias
enim idem rigor in justificandis solutionibus exposceretur,
ne diverso jure uterque casus esset judicandus, quando uni-
cuique eorum ratio adjectæ conditionis æque congrueret.

Tertio, demum ex eo, quia recensitum decretum apposi-
tum in literis Apostolicis non simpliciter disponit, & an-
11 nullat pensionem, si titularis non solvit, sed resolvitur in
modum limitatum, ita ut quandiu titularis vixerit, & Re-
ctoriam retinuerit, conditio existat in statu valido, & ob
eam gravetur, ut in puncto dixit Rot. cor. Merlin. *dec. 478. n. 3. vers. nec obstare*; propterea que ne jus exinde pensionario
quæsitum efficiatur inutile, actionem sibi competentem po-
12 test ir semper experiri; quod si contrarium dicendum esset, &
hujusmodi jus titulari vivente non esset exercibile, etiam in
illius vita contra Pontificis mentem pensio extingui posset.

Et in hunc sensum eo procliviores convenerunt DD. quia defectus solutionum Petro Jacobo pensionario non est imputabilis, qui tempore reservationis in adeo tenera ætate aderat constitutus, & deinceps cum adoleverit, ab ann. 1670. usque ad ann. 1686. studiis operam navans, in Seminario Vercellen. & in Collegio Novarien. semper commoratus fuit; e converso autem inexcusabilis redditur mala fides patrui pensionarii, literas reservationis apud se occultas retinentis, ex quo proinde proprio fundamento facto compendium consequi posse, non est permittendum, ut in specie Rot. *dec. 971. n. 7. & 8.* cor. Dunoz jun.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Terracinen. Pensionis.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Exceptio deductionis congruæ non admittitur in judicio possessorio. Titularis integre solvere tenetur pensionem, si in literis clausula, *dummodo*, non reperiatur, nec audiatur, si velit dimittere fructus, congrua reservata.

SUMMARIUM.

1 *Existenti in quasi possessione exigendi pensionem debetur manutentio.*

2 *Exceptio deductionis congruæ retardare non potest manutentionem.*

3 *Titularis integre solvere debet pensionem, licet fructus beneficii pro congrua non sufficiant, si ipse in forma Cameræ se obligaverit, & in literis non adsit clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore.

4 *Amplia, ut nec audiatur, si velit dimittere fructus, reservata congrua.*

DECISIO LXXX.

SUper fructibus, & redditibus tam certis, quam incertis Archipresbyteratus Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Seria, S. mem. Innocentius XI. ultra antiquam pensionem scut. 20. favore Claudii Ferrari, de anno 1680. reservavit aliam sc. 30. annorum Abb. Josepho Sanctiflammæ liberam, & exemptam, ut sunt verba literarum, ab omni onere, nec non belli, pestis, famis, sterilitatis, siccitatis, alluvionis, fluctuumque etiam omnium amissione, & quocunque alio fortuito, & inopinato casu pro tempore quomodolibet contingente; cui reservationi consensum suum præstitit Andreas Balladorius titularis, & solutionem facere promisit in locis, terminis, temporibus, & cum libertatibus, & exemptionibus, ac obligationibus in dd. literis reservationis expressis, prout diu, & absque contradictione persolvit. Cumque in ultimis annis supponens superventam devastationem Pischeriarum tam Capituli, quam ipsius Archipresbyteratus, de speciali ordine Sanctissimi D. N. & cum gravi diminutione redituum, renitens fuisset pensiones persolvere, coacti fuerunt Abbas prælatus, prout alter pensionarius judicialiter eundem pulsare coram A. C. Thomato pro solutione terminorum decursorum, deductaque per ipsum titularem hujusmodi diminutione fructuum, factaque dimissione ad commodum pensionariorum omnium, & singulorum fructuum Archipresbyteratus, congrua sibi tamen reservata, idem Judex per sententiam definitivam pronunciavit antedictos pensionarios manutenendos fore, & esse in possessione, seu quasi, exigendi ipsorum pensiones pro terminis decursis usque ad diem factæ dimissionis fructuum, ac etiam pro terminis imposterum decurrendis, solutis tamen ante, & anticipate scut. 100. monetæ pro congrua eidem Rectori per Oeconomum deputandum, & subministrandis expensis necessariis, & consuetis pro manutentione d. Ecclesiæ, & Parochiæ, prout latius ex eadem sententia, Summ. Archipresbyteri *num. 6.* Adversus quam commissa mihi per Signaturam Justitiæ appellationis causa, consului DD. in audientia diei 1. Julii superioris anni: *An, & quomodo sit relaxandum mandatum de manutenendo?* & tunc resolutione dilata ad aquas, hodie tandem favorabile responsum prodiit, Abbati pensionario relaxandum esse mandatum de manutenendo.

Docuit siquidem de quasi possessione in exactione con-
troversæ pensionis spatio plurium annorum a Balladorio
titulari facta, per ipsumque admissa, ut eidem manuten-
tio denegari non potuerit, ex *vulgata, §. retinendæ Inst. de interdict.* Rot. coram Priol. *decis. 443. n. 1.* in Vercellen. 1
pensionis 28. Junii, præcedentis anni, §. 1. coram R. P. D.
meo Caprara, & nuper in Aleriren. pensionis 6. currentis
mensis, §. *Quod enim*, coram me.

Non obstat unica exceptio deductionis congruæ præcedenter per titularem faciendæ, stante diminutione fructuum ex devastatione dd. Pischeriarum, & altera dimissione singulorum illorum ad commodum pensionariorum; nam ultra quod talis devastatio non subsistit, cum solum Pischeriæ deductæ fuerint ad modum licite piscandi, sumus in judicio manutentionis, in quo hujusmodi exceptio non admittitur, sed discutienda reservatur in petitorio, ut præcise respondit Rot. apud Posth. *de manuten. dec. 163. n. 2. & 7.* cor. Roys *dec. 240. n. 9. cum seqq.* cor. Cels. *dec. 315. n. 7. & 8.* coram Priolo *dec. 443. n. 14. & 15.* ubi præsertim, si hæc exceptio non constet, vel per confessionem partis, vel per instrumentum publicum, seu per rem judicatam.

Præterea considerabant DD. quod in literis reservatio- 2
nis pensionis Abbatiæ Sanctiflammæ, de qua hodie dunta-
xat agitur, utpote Palatinæ, non fuit apposita clausula,
dummodo remaneant centum pro Rectore; sed potius Ponti-
fex demandavit, ut in eventum cujuscunque diminutionis,
sicuti sonant verba in exordio relata, pensio libere solvi de-
beat, & sub hoc modo cum obligatione Camerali Ballado-
rius titularis consensit; in his enim circumstantiis ipse pen-
sionem integre, & absque diminutione solvere tenetur, &
sibi imputet, si beneficium hac lege acceptando, fortunæ
casibus se tribuerit, ex firmatis per Tondut *de pens. cap. 58. n. 37.* Adden. ad Buratt. *decis. 481. n. 5.* Lothet. *de re benef. lib. 1. q. 38. n. 137. cum seqq.* ubi concord. Card. de Luca
de pens. disc. 16. n. 8. & disc. 17. n. 7. Rot. cor. Mantic. *decis. 250. n. 4.* cor. Coccino *dec. 5. n. 2. & per tot. disc. 342. in fin.*
p. 14. in Mediolan. pensionis 22. Junii 1682. §. *Siquidem*, 3
coram R. D. meo Decano, & in Romana pensionis 12.
Decembris 1694. §. *verum in fin. & §. ex quibus*, cor. R. P.
D. meo Pio, ubi contrariis respondit.

Nec potest cum dimissione fructuum reservata congrua
hanc solutionem pensionis effugere, quia post initam dict.
obligationem, non potest ad præsidium dictæ immissionis
confugere, Fagnan. *in cap. Odoardus n. 27. de solut.* Grat. 4
discept. for. cap. 22. n. 50. Genuen. *in praxi cap. 3. n. 10.* Garz.
de benef. p. 1. cap. 5. n. 137. Barb. *de jure Eccl. univers. lib. 1. cap. 39. §. 6. n. 39.* Tondut. *de pens. cap. 21. n. 7. & 8.* Rot. coram Royas *decis. 240. n. 9 & 10.* & cor. Zarat. *decis. 217. n. 7. & seqq.* ubi assignantur rationes.

Et ita conclusum utraque &c.

RE-

REVEREND. P. D. MOLINES DECANO.

Vaden. Canonicatus.

Ven. 19. *Junii* 1705.

ARGUMENTUM.

Beneficium, ad quod vocantur illi de Civitate, & diœcesi debet conferri civibus originariis, & veris, non autem fictis per incolatum, seu assecutionem alterius beneficii; vel saltem cives veri sunt fictis præferendi, & gratificatio Ordinarii irrationabilis potest a Judice superiore sperni.

SUMMARIUM.

1 *PAtroni tenentur servare legem fundationis, si hac demandet præsentandus esse personas certi generis.*

2 *Habens qualitates a fundatore requisitas habetur pro præsentato, etiamsi patroni alium non habentem dictas qualitates præsentaverint.*

3 *Habens prædictas qualitates est omnino instituendus, & maxime, si ad ejus favorem concurrat cumulativa præsentatio patroni.*

4 *Gratificatio Episcopi tunc admittitur, & procedit, quando concurrentes sunt pares in qualitatibus a fundatore requisitis, & hoc casu exclusus nequit conqueri, nisi de irrationabilitate judicii.*

5 *Non autem admittitur, quando quis non est ad terminos fundationis qualificatus; nam etiamsi iste quam maxime in meritis excelleret, postponi debet qualificato, & n. 26.*

6 *Sub nomine civium veniunt non tantum oriundi, sed etiam illi, qui civilitatem ex incolatu, vel beneficio residentiali quæsiverant, quando sumus in fundatione vocante cives, & diœcesanos.*

7 *Secus autem, si fuerunt vocati illi de civitate, & diœcesi; nam tunc veniunt propriè originarii.*

8 *Dictio, de, adjecta loco, & civitati, exigit causam immediatam naturalitatis, & originis.*

o *Quando locus, seu civitas est expressa in genitivo, vel alio casu similis importantiæ, tunc non restringitur præcise ad civitatem, sed comprehendit suburbium, & territorium.*

10 *Quando vero mentio civitatis fit cum propositione, in, tunc suburbia excluduntur.*

11 *Ratio differentiæ inter unum, & alterum casum assignatur.*

12 *Promittens tradere rem in aliquo oppido, non adimplet per traditionem in territorio oppidi.*

13 *Dictio, ex, denotat causam immediatam, atque apposita loco, vel personæ, exigit, ut vocati ab illo loco, vel persona, immediate proveniant omni exclusa extensione, atque intermediatione.*

14 *Voluntas disponentium principaliter est attendenda, & ad illius tenorem verba sunt interpretanda.*

15 *Sed tamen, ubi voluntas non resistit, standum est rigorosæ verborum significationi, maxime ubi agitur de dispositionibus factis per contractum.*

16 *Verba in contractibus sunt propria, & naturaliter interpretanda, postposita legali, & juridica significatione.*

17 *Maxime, quando contrahens non erat Jurisconsultus, & callebat juris subtilitates.*

18 *Verba in dubio sunt potius accipienda in sensu naturali, quam civili, sive agatur de dispositione Statuti, sive hominis.*

19 *Sub civium nomine præsumitur, quod veros, & naturales cives fundator solum comprehendere voluerit, quando ipse quoque erat civis naturalis, & verus.*

20 *Si sub dispositione non comprehenduntur cives, qui expressam aggregationem habent, nec minus sub ea venire possunt illi, qui habent aggregationem tacitam resultantem ex habitatione, vel beneficio residentiali.*

21 *Si fundator contradistinxit cives originarios ab illis, qui accidentaliter, & ficte civilitatem quæsiverunt in determinato solum casu istos vocando, signum evidens, quod in aliis casibus intellexit de civibus veris.*

22 *Quando etiam sub nomine civium comprehenduntur cives tam veri, quam ficti, tamen ex præsumpta voluntate semper veri debent præferri fictis.*

23 *In fideicommissis, quando sub nomine descendentium, seu consanguineorum veniunt tam legitimi, quam illegitimi, tamen semper legitimi obtinent prælationem.*

24 *Civilitas vera, naturalis, & originaria non acquiritur, nisi per nativitatem, & originem in civitate.*

25 *Familiæ appellatione licet possint venire etiam arrogati, tamen id non procedit in dispositionibus factis ad favorem veræ familiæ, & agnationis.*

27 *Consanguineus fundatoris debet in concursu præferri extraneo, illique danda est gratificatio.*

28 *Item gratificatio concedenda est illi, qui nullum aliud habet beneficium, in concursu alterius habentis.*

29 *Gratificatio Ordinarii, quando constat de ejus clara irrationabilitate, potest a Judice superiore sperni.*

DECISIO LXXXI.

INstitutionem ad Canonicatum nuper in Ecclesia Cathedrali S. Angeli in Vado vacatum, quinquesere contemporanee ad ipsius Cathedralis erectionem pius Sacerdos Franciscus Ferrus fundari mandaverat, concedendam esse respondit Rota die 30. Junii præteriti Canonico Florido Humili, uti a vero illius patrono legitime præsentato, ac rursus veluti omnes obtinenti qualitates a nominato fundatore præscriptas, excluso sacerdote Jo: Antonio Gratiano, non jam ex quo ipse similibus careret requisitis, sed quia in concursu Floridus, uti præcellens in personalibus qualitatibus, gratificationem ab Ordinario Vadensi reportaverat. Hodie tamen revocatis ad veritatis trutinam fundamentis prædictæ decisionis, ex nova facti accuratione, & explanatione copertum habuerunt Domini Florido deficere qualitatem originariæ civilitatis Vaden. revera a fundatore in præsentandi ad d. Canonicatum volitæ, & præscriptæ; proindeque non dubitarunt prævio recessu a decisis rescribere = *Institutionem competere, & dandam esse Gratiano.*

Explorati quippe juris est, patronos habentes legem scriptam fundationis, demandantem certi generis personas esse præsentandas, illam nequaquam transgredi posse, sed teneri, & obligatos esse ipsam ad unguem servare; atque quatenus præsentarent destitutum qualitatibus a fundatore designatis, Clericus illas obtinens habeatur pro præsentato in 1
limine fundationis, & institutionem assequi debeat, quamvis patroni nominatione careret, Lother. *de re benef. l.* 2
2. *q.* 38. *n.* 26. Rota cor. Bich. *dec.* 189. *n.* 9. *&* 10. *& dec.* 68. *n.* 1. *cum seqq. p.* 1a. & millies alibi. Parum, imo nihil refert, propterea quod Floridus reportasset præsentationem a patrono, quodque polleat quampluribus personalibus requisitis, si eidem deficit illud substantialissimum civis originarii Vaden. quod fundator concurrere voluit in præsentandis ad Canonicatum; sed institutio danda est Gratiano vero originario dictæ civitatis, aliisque necessariis prædito requisitis, & qualitatibus, *c. monasteriorum* 16. *q.* 7. *c. cum Bertoldus de re judic.* Rota *dec.* 100. *n.* 1. cor. Royas, & in 3
Valentina beneficii 9. Januarii 1693. §. *Motè*, coram me; cum neque de cætero eidem deficiat cumulativa veri patroni præsentatio, quam Jus Canonicum fieri permittit, *cap. cum autem*, *c. quod autem de Jurepatr.* cum aliis plena manu citatis in præterita decisione, §. *Nil urgente.*

Citra quod ulla veniat habenda ratio gratificationis obtentæ per Floridum ab Ordinario, quia termini gratificationis locum sibi vindicant cæteris paribus, ac ubi concurrentes haberent qualificationes a fundatore beneficii volitas, & præscriptas, unus tamen præcelleret alterum in meritis, & qualitatibus personalibus, seu alias haberet qualitates, prælationem de jure tribuentes; in hoc quippe casu licitum est 4
Episcopo uni gratificare, absque eo, quod exclusus conqueri valeat, nisi de irrationabilitate judicii, & quidem omnibus numeris probata, ad Text. *in c. cum autem de Jurepatr. & cap. Pastoralis eod. tit.* cum aliis congestis in præterita decisione, quæ revocatur, §. *quoniam*. Secus vero, quando alter ex præsentatis non habeat qualitates a fundatore demandatas; quia tunc, etiamsi alias excellentissimis esset meritis ornatus, cessarent adductur termini gratificationis, & Ordinarius nequit sine manifesta labe injustitiæ respuere 5
concurrentem, qui cuncta obtinet requisita in fundatione præordinata, tametsi cæteroquin destitutus esset in illa meritorum copia, qua esset stipatus competitor, *Clem. plures de Jurepatr.* §. *fin.* Lambert. *de Jurepatron. l.* 2. *p.* 3. *art.* 6. *q. princ.* 5. *per tot.* Rot. *dec.* 3-. *n.* 2. cor. Buratt. *& dec.* 343. *n.* 4. Peuting. *& dec.* 45. *n.* 4. cor. Card. Cerro.

Ex ea autem ratione Domini crediderunt, fundatorem Canonicatus requisivisse in præsentandis originariam civilitatem Sancti Angeli in Vado, & noluisse suffragari fi-

Digitized by Google

ctam ex privilegio, & acquisitam ex incolatu, vel assecutione residentalis beneficii, quia illius dispositio non cantat, quod ad eundem Canonicatum præsententur Cives, & Diœcesani, in qua hypothesi procedere possunt authoritates
6 congestæ in contraria decisione, firmantes, quod sub nomine Civium veniant tam veri oriundi, quam etiam illi, qui civilitatem comparant, vel ex incolatu, aut ex retentione beneficii residentalis, ut ex theorica Bart. *in l. 1. n. 14. ff. ad municipal.* tenent relati *in dec.* 73. *n.* 6. *cum seqq.* cor. Card. Cer. *repet, in p.* 9. *rec. dec.* 127. aliæque relatæ in præterita decisione, §. *Nec subsistit*.

Sed præcipit fundator, ut præsententur illi *de civitate vel saltem de Diœcesi Vaden.* Qui modus loquendi importat
8 vocationem eorum, qui proprie originem, & naturalitatem ducunt ab ipsa civitate, vel Diœcesi Vadan, cum illa dictio, *de* adjecta loco, & civitati, importet causam immediatam naturalitatis, & originis ab ipsa civitate, ut ex doctrina Bart. *in l. provinciales in fin. ff. de verb. signif.* tradunt Dec. *cons.* 150. n. 6. Felin. *in c. significante, n. 8. de restript.* Tiraquell. *in tr. cessante causa limit.* 20. *n*.... *vers. nam & dicto*, Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 11. *tit.* 12. *n.* 17. Surd. *dec.* 129. *n.* 15. Et in hisce nostris terminis, Mandos. *in reg. de infirmis resignant. q.* 11. *vers. Et ista opinio*, Gara. *de benef.* q. 10. *c.* 9. *n.* 22. Rota cor. Merlin. *dec.* 63. *n.* 17. *& seqq. & dec.* 492. *n.* 12. *p.* 19. *rec. & dec.* 20. cor. Zarat. *n.* 24. & in Arimin. Capellaniæ 20. Martii 1676. §. *Certiae*, & in Firmana Capellaniæ 1. Julii 1678. §. *Minus obstat*, cor. eod.

Nec profecto singulare, sed famigeratissimum est in jure nostro, quod ad eliciendam significationem verborum, inspiciendi sint casus, quibus illa sunt prolata, & ad propositiones, quibus junguntur; & omissis generalibus, in finiti-
9 libus terminis nostræ quæstionis sese offert illa communiter recepta distinctio, quod ubi nomen civitatis, seu loci est expressum in genitivo, vel alio casu similia importantium, tunc dispositio non restringitur ad locum præcisum civitatis, sed capit etiam suburbium, & territorium, juxta theoricam Bart. *in l.* 1. §. *Cum verbis n.* 11. *ff. de offic. Præfecti Urbis*, & *l.* 2. *n.* 2. 3. *ff. de verb. signif.* Sed quando de civitate facta est
10 mentio cum propositione, *in*, excluduntur ea, quæ sita sunt in suburbio, juxta aliam theoricam Bar. *in l. gallus*, §. *ille casu n.* 2. *v.* 2. *casu*, *ff. de lib. & post.* gam Ea quidem discriminis ratione, quia quando locus exprimitur in genitivo, sive alio verbo denotante causam immediatam; & tunc sub nomine loci venit totum id, quod in sui amplitudine ipsa locus significat: quando vero locus profertur in ablativo cum propositione, *in*, istius natura coarctat amplitudi-
11 nem nominis, restringitque dispositionem ad locum expressum, itaut non comprehendat extrinsecum, nec capiat actus explendos in convicinis prope, vel extra, ut etiam distinguendo tenent Alex. *in dicta leg. Gallus n.* 15. Jason. *n.* 21. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 120. *n.* 5. Gratian. *discept. forens. c.* 460. *n.* 60. *cum seqq.* & egregie Rota *dec.* 42. *n.* 4. *& dec.* 100. *n.* 7. *cum seqq.* cor. Cerr. ubi conciliatis antedictis Bart. theoricis resolutum fuit, quod qui tenentur ex conventione ad traditionem rei in aliquo certo Op-
12 pido, non adimplent obligationem per traditionem in Territorio illius Oppidi, ponderando illam dictionem, *in*, conjunctam cum ablativo, quæ denotat intrinsecitatem, & indicat actum expleri debuisse in loco expresso, ac si actus fuisset intra Terram dicti Loci, seu Oppidi, pluribus exemplis assumptum comprobando.

Nec dissimilis urgentiæ ad casum nostrum est alterum exemplum vocationis personarum ex aliquo Loco, Civitate, vel ex aliqua determinata, ac designata persona; nam tunc stante dicta propositione, *ex*, quæ causam immediatam designat, sub tali dispositione veniunt solummodo orti in illo loco expresso, & ex personis designatis, omni
13 sepulta extensione, & intermediatione, ex tradita per Gratian. *discept. forens.* 765. *n.* 8. *&* 9. Rota *dec.* 507. *n.* 9. *& dec.* 667. *n.* 6. *p.* 2. *dec.* 244. *n.* 1. *p.* 12. *& dec.* 378. *n.* 14. *p.* 13. *& dec.* 262. *n.* 7. *p.* 17. *& dec.* 304. *p.* 19. & in Romana fideicommissi 10. Januarii 1698. §. *Quippe cernitis, & per totum*, coram R. P. D. meo Lancetta, impress. ad ornatum Card. de Luc. *sub tit. de fideicom. disc.* 19. *n.* 5. *& seq.* & in alia Romana Pecuniaria de Moronia 10. Maii 1697. §. *Quandoquidem*, coram bonæ mem. Pio.

Et quamvis tam principalis firmata propositio, quam exempla in illius confirmationem adjuncta, uti fundata in rigoroso cortice verborum, & dictionum, communem recipiant limitationem, constito de contraria voluntate disponentium, quæ in subjecta materia semper principalem obtinet locum, & juxta illa verba sint interpretanda, etiam quatenus opus sit, cum aliqua ipsorum impropriatione per
ea, quæ tradunt ex *leg. ex facto*, §. *Si quis rogatus*, *ff. ad* 14
Trebellian. Rota cor. Bich. *dec.* 7. *n.* 4. *& dec.* 49. *n.* 12. *&* 13. *p.* 4. *tom.* 2. *rec. & dec.* 370. *n.* 3. cor. Peutinger. *et dec.* 81. *n.* 22. *p.* 16. & in Auximana Jurispatronatus, prima Martii 1703. §. *Minime*, cor. R. P. D. meo Muto.

Æque tamen certum est, quod in dubio, & ubi voluntas non resistit, standum est rigorosæ verborum significationi, Hostiens. *in c. ad liberandum de Judæis sub n.* 1. ubi quod in
dubio melius est deservire verbis, quam aliud fantastice di- 15
vinare, Jo. Andr. *ibid. n.* 13. *vers. Et in dubio* Anchar. *n.* 10. Rota *dec.* 365. *n.* 7. *p.* 16. Præsertim quoties agitur de dispositionibus factis per contractum inter vivos, ut est in casu nostro, *l. Veteribus*, *ff. de pact. et in l. Labeo*, *ff. de contrahent. empt.* cum aliis notissimis.

Tantum porro abest, quod in hoc themate obsistat fundatoris voluntas, ut imo faveat interpretationi, & rigorosæ significationi dictorum verborum; & adeo faveat, & consonat, ut quatenus verior opinio esset in oppositum, eo quod supra firmatum est, quod omne sub nomine illorum de civitate non veniant tantum veri, & naturales Cives, sed etiam ficti, & tales effecti ex incolatu, aut beneficio residentiali, adhuc recedendum esset ab illa opinione, stante clara, & manifesta fundatoris voluntate in contrarium; quæ sane voluntas elicita fuit tam ex generalibus, & intrinsecis conjecturis, quam etiam ex pluribus argumentis desumptis ex visceribus ipsius fundationis; inter generales enim haud ultimum occupat locum animadversio, quod non versamur in dispositione Juris, & Legis, sed hominis, & quidem facta per contractum, quorum verba regulariter, proprie, &
naturaliter, & non civiliter sunt interpretanda, *c. Ad au-* 16
dientiam de Decim. leg. Non aliter 3. *ff. de legib. Cum lege*, *ff. de Testam.* Ruin. *cons.* 180. *n.* 8. *lib.* 4. Roland. a Valle *cons.* 68. *n.* 8. *lib.* 1. Surd. *cons.* 313. *num.* 15. Card. Mantic. *de Tacit. lib.* 2. *tit.* 55. *n.* 19. *et seq.*

Secunda conjectura promanat ex qualitate fundatoris, qui non erat Jurisconsultus, sed pius Sacerdos natus in Castro Palatiorum Diœcesis Vaden. ac per consequens subtilitatum Juris ignarus; unde ejus verba sunt interpretanda naturaliter, & non civiliter, per ea, quæ tradit Bal. *in leg.*
Julia in fin. de Rit. Nupt. et cons. 441. *n.* 1. *vers. In contra-* 17
rium lib. 3. Corn. *cons.* 169. *n.* 8. *lib.* 3. Barbos. *Vot. dec.* 98. *n.* 57. cum aliis adductis per Modern. Roman. *discept.* 41. *sub n.* 3. §. *In Hispanis*.

Præstat tertiam conjecturam propositio communiter recepta, quod in dubio verba accipi debent potius in sensu naturali, quam civili, sive agitur de dispositione Statuti, sive hominis, ut in terminis Statuti consuluit Bald. *respons.* 44.
n. 1. *vers. Sed in Statutis lib.* 2. & in dispositione hominis, 18
Farinac. q. 13. *n.* 45. Lattea *dec.* 31. *n.* 8. *in fine*, Gonzal. *gl.* 5. *n.* 125 *cum seq.* Gara. de benef. *p.* 7. *c.* 13. *n.* 53. *in fin.* Tiraquell. *de Jur. major. gl.* 7. *n.* 14. *et de Jur. Primog. q.* 1. *n.* 1. Surd. *dec.* 303. *n.* 1. Pae Jurdan. *elucubr. tit.* 26. *n.* 48. Castropal. *tr.* 13 *de benef. disp.* 1. *punct.* 9. *n.* 12. Rot. *dec.* 361. *n.* 21. *et seq. p.* 4. *tom.* 1. *rec.* & in puncto, quod expressio Civium, & Diœcesanorum accipi debet naturaliter, & non civiliter, Gara. *de benef. p.* 7. *cap.* 9. *n.* 32.

Quæ sane generales conjecturæ fortiores redduntur ex efficacioribus argumentis elicitis ex visceribus fundationis, & inter plura, quæ afferebantur, illud primo loco observarunt Domini, quod Ferrus fundator, uti natus in Castro Palatiorum, licet habitator Castri Torrioli, erat verus, & originarius Diœcesanus Sancti Angeli in Vado, talemq; se denominavit in principio Instrumenti fundationis, ibi: *Il molto Illustre, e Molto Reverendo Sig. Francesco di Mauritia di Francesco Ferri della Torriola, continuo abitatore della Terra di Sant'Angelo in Vado*: Omnis autem verisimilitudinis ratio dictat, quod Diœcesanus fundans Canonicatum in Cathedrali suæ civitatis, in beneficium Civium, prospicere voluisset convicibus, & condiœcesanis veris, &
naturalibus, & non aliis acquirentibus civilitatem, vel per 19
privilegium, aut per accidentalem habitationem, & casualem assecutionem beneficii residentalis in civitate, ad Text. *in l. si quis ad destinandum* 38. *circa med. v. Ubi autem indistincte*, *C. de Episc. et Cleric.* Alexandr. *cons.* 91. *num.* 7. *lib.* 7. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 2. *num.* 8. *vers. Si Testator*, *et seqq.* & plene Rot. *dec.* 358. *n.* 1. *et.* 2, *et* 378. *n.* 1. 9. & 10. & coram Peutinger, in quibus ex supradicta verisimilitudine firmatum fuit, quod Seminarium erectum pro alendis juvenibus, ex præsumpta Testatoris mente censetur fundatum pro Juvenibus, & adolescen-

tibus

tibus Patriæ Testatoris, & eorum contemplatione ex-
clusis adolescentibus aliorum locorum quorumcunque
Patriæ Fundatoris aggregatorum. Quæ autem dicuntur
20 de expressa aggregatione locorum, multo magis proce-
dunt in tacita aggregatione Civium, resultantes ex ha-
bitatione, & residentiali beneficii assecutione, & dixit
etiam Rot. *in dec. 1. n. fin.* cor. Priolo, & *dec. 12. n. 3. &*
4. cor. Zarat. *& dec. 201. n. 1.* cor. Card. Cels. *& in Arimi-*
nen. Legati 12. Martii 1693. §. Secundo elicitur, coram
Tondut. *confirmata 5. Maii 1694. §. Placuit*, cor. R. P. D.
meo Caprara, *& in Cusentina Capellaniæ 2.* Februarii
1703. §. *Si autem cum seqq.* cor. R. P. D. meo Scotto, *&*
in Romana seu Senen. Dotium 22. Junii 1703. §. Ma-
xime, cor. R. P. D. meo Caprara.

Fortius est secundum argumentum ex eo desumptum,
quod ipsa fundatio expressa contradistinguit Cives ori-
ginarios, & naturales a Civibus accidentaliter effectis;
nam Fundator primo loco reservavit Juspatronatum pas-
sivum favore descendentium Pauli Severi, quatenus fue-
rint incolæ Civitatis Vaden. sin minus, alium ipsi bene-
visum, dummodo sit de dicta Civitate Vaden. ibi: *De-*
beat præsentare aliquem de descendentibus a Paulo Se-
vero a Sancto Sixto, si fuerit incola Sancti Angeli,
& de linea masculina, alias præsentare valeat, quem
sibi placuerit, dummodo sit bona vita, & fama, & de
Civitate, vel saltem de Diœcesi Vaden. & clarius ea-
dem discretiva legitur in casu, quo Juspatronatus acti-
vum devolveretur ad Capitulum, & Canonicos dictæ
Civitatis, ibi: *Cum conditione, & pacto expresso, ut te-*
neatur semper succedente illius vocatione quandocunque
præsentare ad illum aliquem per lineam masculinam, ut
21 *supra, descendentem a Paulo Severo de Sancto Sixto, si*
fuerit idoneus, domiciliumque contraxerit in eadem Ci-
vitate Sancti Angeli; quo non existente, præsentare de-
beat, quem eisdem Canonicis placuerit, dummodo sit de
dicta Civitate, aut illius Diœcesi. Dum itaque Fun-
dator in certo genere personarum requisivit civilitatem
accidentalem; quæ per incolatum, & Domicilium ac-
quiritur ad evidentiam; inde sequitur, quod in aliis
personis, quas voluit esse de Civitate Vaden. vel saltem
de ejus Diœcesi, requisiverit naturalem, & originariam
civilitatem; quemadmodum enim civilitas accidentalis
procedens ab incolatu, & Domicilio fuit expressa quoad
consanguineos Fundatoris, ita fuisset quoque explicita
quoad extraneos, quatenus illam suffragari voluisset,
& non dixisset solum, quod esse deberent de Civitate,
& Diœcesi Vaden. ex regula Text. *in c. Ad Audientiam de*
decim. & in famigerato Text. *in leg. unica, §. Sin autem,*
Cod. de caduc. tollen. Soccin. jun. *cons. 128. n. 53. vers. Quia*
Testator lib. 1. Rot. cor. Priolo *dec. 110. n. 8. & dec. 170. n.*
6. & seq. cor. Alexandro VIII. & in Romana Donationum
04. Januarii 1701. §. *Aut demum* cor. me, *& in Mediola-*
nen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. Neque obstat pariter,
coram me.

Ex quibus patet, quod sive attendatur propria, &
rigorosa verborum significatio, sive inspiciatur volun-
tas Fundatoris, reservatio controversi Jurispatronatus pas-
sivi facta fuit ad favorem illorum de vera, *naturali*,
& originaria Civitate Vaden. in exclusionem extraneo-
rum, qui per privilegium, vel alio ficto, seu acciden-
tali modo civilitatem acquisivissent: sed in omni casu
22 innegabile esse putarunt Domini, mentem Fundatoris
extitisse, ut in concursu originarii, & naturalis Civis
cum altero ficto, vel accidentali, daretur prælatio Ci-
vi originario, utpote magis dilecto, ut in similibus
terminis habetur, quod vocatis ad fideicommissum de-
scendentibus, & consanguineis, quorum nomine ve-
niunt tam legitimi, quam illegitimi, ex præsumpta vo-
luntate Testatoris, semper legitimi obtinent prælatio-
nem, & in istorum defectum succedunt illegitimi, ex tra-
ditis per Grat. *discep. 218. n. 4.* Lothec. *de re benef. lib. 2. q.*
23 *11. n. 150.* Rot. *dec. 351. n. 2. post. 2. vol. cons.* Fasin. & *dec.*
115. n. 3. p. 1. rec. & dec. 7. n. 10. cor. Bich. & in Viterbien.
fideicommissi apud Palm. Nep. *alleg. 243. n. 12.*

Stabilito, quod fundatio includat veros, & originarios
cives, & excludat fictos ex domicilio, vel incolatu,
aut ex beneficio residentiali, tantum in primorum con-
cursu nihil urget propositio, quod Cives ficti, & ac-
cidentales reputentur veri, & originarii Cives: quoniam
hujusmodi eorum civilitas accidentalis ipsis suffragari
valet pro acquirendis juribus, & prærogativis, quæ com-
petunt Civibus in genere; secus vero ad acquirendum ju-
ra taxative in beneficium Civium naturalium, & ori-
ginis relicta, quorum nomine nunquam venire possunt
Cives ex fictione, seu privilegio, aut alio accidentali
modo, cum civilitas vera, & naturalis, & originaria
non acquiratur, nisi per nativitatem, & originem in
Civitate, Rota *dec. 63. n. 17.* cor. Merlin. & in Firmana 24
Capellaniæ 1. Junii 1678. §. *Minus obstat*, cor. bon. mem.
Bourlemont. Congruitque illud simile, quod nempe licet
sub nomine totius familiæ veniant tam veri agnati,
quam arrogati, illi tamen nunquam succedunt in di-
spositionibus factis favore illorum de vera, & non fi-
cta familia, sed agnatione, ex theor. Bart. *in l. si cogna-*
tis n. 1. post med. vers. si vera aliquis, ff. de reb. Grat. *discept.*
390. n. 4. & 35. Card. de Luca *de primog. disc. 13. n. 25.* Ro- 25
ta in Romana, & Bonon. protectionum 20. Aprilis
1671. §. *Neque substitutio*, cor. bon. mem. Albergati, &
recentissime sub die 8. hujus mensis, plene dixit Rota
in Montis Regalis decimarum, §. *alia solidissima cum*
seqq. cor. R. P. D. meo Caprara.

Cessatque pariformiter alterum motivum, cum quo
processit contraria decisio, quod scilicet Florido debe-
batur institutio ratione gratificationis reportatæ ab Or- 26
dinario; tum quia, ut supra præmissum fuit, extranei
sunt termini gratificationis, quoties alteri ex præsen-
tatis deficiat aliqua qualitas a Fundatore requisita; tum
pariter quia in omni casu judicium Ordinarii visum
fuit irrationabile; nam stantibus supra deductis, illud
certissimum est, quod Grat. obtinet sine ulla ratione du-
bitandi omnia requisita a Fundatore volita, & præscri-
pta; e contra Floridus vel eis caret, vel saltem, & in-
negabiliter dubium est, an ipsis potiatur; qua sola stan-
te dubietate, justum, æquum, ac rationabile judicium
inclinare debebat favore illius, qui certo certius est de
qualificatis, postbabito alio, de quo ambiguum, & di-
sputabile est, an sit de illis, attentis præmaxime aliis
duabus circumstantiis, una scilicet, quod Grat. ultra
qualitatem veri, & naturalis Civis Vaden. est consan-
guineus Fundatoris, & de illius sanguine, ex qua sola
qualitate in concursu extranei prælationem obtinere de-
bebat, ad Text. *in c. ult. in fin. de elect. 6.* ubi gloss. *verbo*
expresserit, Grat. *discept. 911.* Rocc. *disp. jur. 102. n. 8.* Ro- 27
ta *dec. 66. p. 5. dec. 68. n. 1.* apud Vivian. *de Jurepatr.* & in
Mediolanen. Jurispatronatus 3. Julii 1684. cor. bon. mem.
Paluccio, §. *Observarunt impress. post discept. 38.* Mo-
dern. Roman. Altera circumstantia est, quod Floridus
possidet alterum Canonicatum, Grat. vero nullum ob-
tinet beneficium; unde ex hoc alio capite isti debita
videbatur prælatio ad Text. *in c. te eni 18. de preb. in* 28
6. Rot. *dec. 773. n. 1. & 5.* cor. Seraph. *dec. 588. n. 3.* coram
Pen. *& dec. 448. n. 10.* cor. san. mem. Alex. VIII. Quæ sa-
ne omnia simul juncta, concurrentia in Gratiano, apud
quodcunque rationabile judicium prævalere debebant aliis
personalibus qualitatibus, quas Floridus habebat. Po-
tissime reflectendo, quod Gratianus nequaquam caret
requisitis personalibus, dum est sacerdos optimæ famæ,
in matura ætate constitutus, confessarius ab ipso Or-
dinario approbatus, examinator synodalis, judex que-
relarum, & ab omnibus ejus Patriæ Civibus pro ob-
tinendo controverso Canonicatu dignior reputatur, ut
ex ejus Summario *n. 7. 8. & 9.* Unde judicium Ordi- 29
narii, stante tam clara irrationabilitate, a Judice su-
periore sperni potest, per ea, quæ tradunt Vivian. *de*
Jurepatr. lib. 2. cap. 10. n. 11. & seq. Tusch. *de visit. lib. 2.*
cap. 10 n. 3. Barbos. *de potest. Episcop. p. 3. alleg. 72. n. 200.*
& seqq. Vermigli. *in prax. Eccles. annot. 1. §. 3. n. 63.* Rota
in Cracovien. Scholasteriæ 16. Junii 1698. *Numerando*,
cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Et ita utraque parte acriter informante responsum fuit.

MANTISSA DECISIONUM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Ad Librum Decimumquartum
THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA,
Qui eſt

De Regularibus, Matrimoniis &c. Decimis &c. & de Miſcellaneis Eccleſiaſticis &c.

ARGUMENTA DECISIONUM
De Regularibus, Matrimoniis &c. Decimis &c. & de Miſcellaneis Eccleſiaſticis &c.

DECISIO I. *Romana Hæreditatis.*

SUbnectitur hæc deciſio, ubi agitur de Statuto Veliternum, an comprehendat Clericos, & eo uti poſſint Clerici per modum privilegii?

DECISIO II. *Bononienſis Manutentionis.*

An Statutum liget Clericos, & iſti in favorabilibus uti poſſint per modum privilegii? & quid requiratur, ut dicatur conſtare de tali uſu?

DECISIO III. *Gerunden. Capparum.*

Expenſæ pro paramentis, ornamentis, luminaribus, pluvialibus, a quo ſint ſubminiſtrandæ in Eccleſia; an Epiſcopus teneatur ad contributionem pro fabrica Eccleſiæ, & uſque ad quam ſummam, cappæ Canonicia a quo ſint ſubminiſtrandæ?

DECISIO IV. *Carpentoracten. Matrimonii.*

Validum eſt matrimonium factum coram Parocho, & duobus teſtibus, niſi præceſſerit adulterium, & fides inter conjugatos viciſſim data, & reciproce acceptata contrahendi matrimonii; ſed duo illa requiſita ad matrimonii diſſolutionem neceſſaria concludenter probanda ſunt per teſtes omni exceptione majores, adeo ut probationes debeant eſſe adeo claræ, ut æquipolleant probationibus, quæ ſunt in judiciis criminalibus.

DECISIO V. *Carpentoracten. Prælegati.*

Licet ad certas nuptias allicere ſub ſpe lucri conditionaliter quærendi: Et an hæc opinio procedat in magno lucro, & in filia, in qua amiſſio paternæ hæreditatis æquiparatur pœnæ? Prælegata quæ abſorbent hæreditatem ejus loco ſuccedunt; Præjudicium alteri reſultans ex diſpoſitione quando Principi dicatur innotuiſſe ad evitandam ſubreptionem.

DECISIO VI. *Carpentoracten. Filiationis.*

Filiatio plene, & concludenter probari debet ad hoc, ut filius naturalis obtinere poſſit portionem hæreditatis paternæ a tertio poſſeſſæ; ſecus vero ad effectum, ut a patre aut ejus hæredibus alimenta conſequatur; tunc enim conjecturæ ſuffragantur ad excludendam præſumptionem, *leg. miles, §. defuncte, ff. de adulter.*

* DECISIO VII. *Romana Funeralium.*

Funerale non factum juſte exigi poteſt, debetque ab Epiſcopo, vel alio ſuperiore juxta facultatem defuncti taxari; & Romæ adeſt Statutum, cujus vigore hæredes ad funus faciendum coguntur juxta taxam præſcriptam a Camerario Cleri; funus vero non factum integre debetur Eccleſiæ Parochiali, nec dividitur cum Eccleſia tumulante; aliaque ad materiam.

INDEX DECISIONUM.

B

BOnonien. Manutentionis, *Luna 1. Junii 1. 1697. Pio*, Deciſio II.

C

Carpentoracten. Filiationis, *Luna 14. Januarii 1704. Molines*, Deciſio VI.

Carpentoracten. Matrimonii, *Luna 28. Aprilis 1701. Priolo*, Deciſio IV.

Carpentoracten. Prælegati, *Vener. 27. Januarii 1703. Anſalde*, Deciſio V.

G

Gerunden. Capparum, *Luna 27. Januarii 1698. Pio*, Deciſio III.

R

Romana Hæreditatis, *Luna 4. Februarii 1697. De la Tremoille*, Deciſio I.

* Romana Funeralium, *Luna 15. Junii 1699. Molines*, Deciſio VII.

R. P. D.

R.P.D. DE LA TREMOILLE.

Romana Hæreditatis,

Lunæ 4. Februarii 1697.

A R G U M E N T U M.

Subnectitur hæc decisio, ubi agitur de Statuto Velitrarum, an comprehendat Clericos, & eo uti possint Clerici per modum privilegii?

S U M M A R I U M.

1 *Successio defertur proximioribus, sublata differentia sexus.*

2 *Statutum Civitatis Velitrarum exclusivum fœminarum est.*

3 *Statuta laicorum hodie comprehendunt bona Clericorum ex recentiori Constitutione Innoc. XI. si excludunt fœminas.*

4 *Constitutio Innoc. XI. super exclusione fœminarum non comprehendit hæreditates antea delatas.*

5 *Clericus per modum privilegii potest uti laicali Statuto.*

6 *Clericus ut dicatur uti Statuto laicali, debet esse certa ejus voluntas, non autem conjecturata.*

D E C I S I O I.

SEntentiam Rotalem R. P. D. mei Pii concedentem Abbati Josepho & Joanni Lucæ fratribus de Cruciis immissionem pro sexta parte in bonis hæreditatis cl. mem. Card. Marci de Ginnetis, hodie etiam DD. censuerunt esse confirmandam; valida enim non modo inventa est ex actorum revolutione, juxta vulgata adeo requisita, *dec.* Caponaq. 260. *p.* 5. sed etiam undequaque justa, dum præfatis actoribus ideo in hujusmodi quota denegari nequit immissio, quia jus suum metiuntur a valida cessione ipsis facta per Mariam Annam Cardinalis neptem, quæ concurrere debet ad successionem defuncti, una cum quinque ex fratre nepotibus in eodem consanguinitatis gradu conjunctis; sublata enim antiquioris differentia sexus masculini & fœ-
1 minini fit locus promiscuæ successioni proximiorum, *leg. maximum vitium C. de lib. præter.* Butair. *dec.* 262. *n.* 12. & *decis.* 188. *per tot.* quæ dari debet in capita & non in stirpes, *l.* 3. §. *post. fratres fratrumque, C. de legit. hered.* §. *si plures in verb.* admittantur *instit. lib.* 3. *de legit. agnat. success.* Thesaur. *decis.* 162. *n.* 4. Rota *in rec. dec.* 280. & *dec.* 278. *p.* 6. & *decis.* 138. *part.* 7. *per tot.* & latius in decisione prædicta 27. Januarii 1696. R. P. D. meo Pio.

Nec exclusionem Mariannæ a tali successione suadere visa fuit alias allegata Statuta Civitatis Velitrarum, atque
2 hujus Almæ Urbis, *c.* 145. & 146. *lib.* 2. decernentia, fœminas contentas esse debere suis dotibus, si contigerit con-
3 currere cum fratribus, aut nepotibus; etenim licet ista ex recentiori Constitutione fel. mem. Innocentii XI. hodie comprehendant ipsamet bona Clericorum, de quibus in hypothesi agitur, nihilominus vires suas hæc nequit porrigere ad hæreditatem Card. Marii longe antea delatam, ut præ-
4 cæteris *in decis.* R. P. D. mei Pii allegatis 27. Januarii anni proxime elapsi, firmatum fuit in puncto Innocentianæ, coram Florez 28. Junii 1674. §. *prout etiam*; & quidem tam ex vulgata juris regula, quod leges & Constitutiones futura tantum respiciant, non vero præterita, *l. leg. C. de legatis l. meminimus in fin. C. de hered. instit. l. constitutum C. de legib.* ubi Cuman. *n.* 6. quam etiam ponderando literam Pontificiæ declarationis in hæc verba disponentis, *Statuimus, ut in successionibus in posterum & post præsentium publicationem aperiendis & deferendis &c.* quæ omnem penitus dubitandi ansam videntur eliminare.

Minus juvat replicatio, Cardinalem potuisse saltem per modum privilegii uti dictis laicalibus Constitutionibus ex
5 text. *in c. si adjunctorium distinct.* 20. Etenim haud bene infertur ab ejus potestate ad voluntatem, quæ pro determinanda successione ad normam Statutorum debet esse certa, & ex certum qualitatibus & conditionibus determinata, ut ex Baldo tradit Cravett. *conf.* 802. *n.*... *tom.* 5. Honded.
6 *conf.* 77. *n.* 110. *tom.* 2. & latius comprobat *d. decis.* cor. R. P. D. meo Pio, §. *non urgente in fin.* non autem longius arcessita ex levioribus & vagis inductionibus, quæ etiam in materia conjecturali admitti non solent, Angel. *in l. in* 4. *fin. ff. ad l. Falcid.* Rota *in rec. dec.* 143. *n.* 26. *p.* 8. *rec.*

Et ita cæteris omissis tanquam minoris momenti, vel prævent'va sublatis in Decisione de mense elucubrata cor. R. P. D. Pio resolutum fuit, unica tantum parte &c.

R. P. D. P I O.

Bononien. Manutentionis.

Lunæ 1. Julii 1697.

A R G U M E N T U M.

An Statutum liget Clericos, & isti in favorabilibus uti possint per modum privilegii, & quid requiratur, ut dicatur constare de tali usu?

S U M M A R I U M.

1 *HÆredes testamentarii, licet posteriorem possessionem habentes, manutenendi sunt contra successores intestatos habentes anteriorem.*

2 *Statutum Bononiæ, quod solus hæres capit possessionem.*

3 *Statutum Bononiæ præfert hæredes in possessione, & alios privat commodo possessionis.*

4 *Statutum laicorum non ligat Ecclesiasticus seu Ecclesiæ bona, licet sint favorabilia.*

5 *Statuta laicalia quando nullam mentionem faciunt de Ecclesiis, seu Ecclesiasticis personis, isti possunt uti per modum privilegii.*

6 *Clerici, si non possent uti Statutis laicalibus ad eorum favorem, essent deterioris conditionis quam laici.*

7 *Clerici cives sunt, & appellatione civium in favorabilibus continentur.*

8 *An requiratur Clerici explicita declaratio, ut possit uti Statutis laicalibus?*

9 *Clericus testator præsumitur se conformasse cum Statuto laicali, & quando.*

10 *Testamentum dicitur approbatum per petitionem legitimæ relictæ.*

11 *Falsitatis exceptio contra testamentum rejicitur ad petitorium, nec retardat manutentionem hæredis.*

D E C I S I O II.

DOmini manutentionem, quam Matrino denegarunt, concedendam esse censuerunt pauperibus S. Leonardi, & litis consortibus; manutentus hi namque titulo legalis testamenti Hieronymi Dicaliti, ac proinde licet possessionem in tempore posteriorem habentes, contra quoscunque anteriores detentores hæreditatis ex titulo intestati venientes manutenendi, ad firmata in specie per Rot. cor. Cerr. *dec.* 757. *n.* 1. & *per tot.* & in Romana manutentionis 14. Januarii 1686. §. *adhuc enim*, cor. Emin. Caccia. Idque ex optima ratione, quia cum venientibus ab intestato exhibito testamento, sublata remaneat quælibet actio, ut tradunt Botel.
conf. 37. *n.* 1. Sixtin. *inter conf. Marpurgen. lib.* 2. *conf. n.* 14. 1
Rot. in Romana testam. 15. Febr. 1694. §. *de validitate*, cor. R.P.D. meo Muto, consequens est, ut illico deficiente titulo, cum eo quoque possessio ejusdem virtute apprehensa inficiatur, Grat. *discept.* 870. *num.* 17. & prosequitur Rot. in d. Romana manutent. *eodem* §. *adhuc enim*.

Quæ quidem juris communis dispositio in præsenti hypothesi fulcitur ex censura Statuti Bononien. relati per 2
Monteren. *lib.* 5. *sub rubr. quod nullus occupet possess. rei hereditar.* §. *statuimus*, juxta quod nemini alii, quam hæredi, licet mortuo possessore bona sub quovis quæsito colore occupare, vel ingredi, & occupata vel ingressa retinere, etiam authoritate Judicis; & si quis contra fecerit, cadit ab omni jure, & commodo ipsius possessionis. Quamobrem Martinus, qui taliter possidens a Statuto privatur omni possessio- 3
nis commodo, haberi debet, ut iniquus occupator, nec potest reportare manutentionem, quæ est principale commodum possessionis, Signorell. *conf.* 262. *n.* 4. cum aliis discusso articulo relatis per Rot. in terminis hujus Statuti cor. Dunoz. jun. *dec.* 730. *n.* 6. & *in rec. decis.* 38. *n.* 9. *cum seqq.* & *dec.* 230. *n.* 3. & *seq.* & *dec.* 265. *n.* 5. *p.* 20. *rec.*

Neque vis patrii Statuti declinatur ex eo, quod testator esset Clericus, ideoque illud tanquam laicale in ejusdem testamento nihil operari, valet siquidem, tametsi leges, &
Statuta laicorum non ligent Ecclesiasticos, seu Ecclesiæ bo- 4
na, licet essent favorabilis, quia Statutorum conditores nulla super iisdem potiuntur jurisdictione, nisi consensu, & approbatione Summi Pontificis accesserint roborata c. Ecclesia S. Mariæ &c. quæ in Ecclesiarum, ubi late Gonz. *n.* 6.

de con-

de constitut. Marc. *de jurisd. cas.* 5. *n.* 26. & *cas.* 52. *n.* 8. Sales *de l. disp.* 4. *sect.* 8. *n.* 92. Dematin. *lib.* 2. *var. resol. c.* 213. *n.* 1. Germon. *de sacros. Immunit. lib.* 2. *cap.* 11. *in fin.* Franc. *de compet. v.* 99. *n.* 2. & 3. Ex vi solum discretiva, & rationis, & naturali justitia, a qua nemo subducitur, si juri Canonico, & libertati Ecclesiæ non repugnent, ab illis non eximuntur, ut distinguunt omnes supra citati, & præ cæteris Gunzal. quibus addi possunt Antunez *de reg. donat. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 75. & *seq.* Modern. Episc. Verulanus *ad Statut. Fanent. in observat. ad rubr.* 13. *n.* 7.

Adhuc tamen semper recepta fuit præmissæ conclusionis declaratio, ut scilicet quando Statuta nullam mentionem faciunt de Ecclesiis, seu Ecclesiasticis personis, tunc quia in
5 generali dispositione non cadit superioritas statuentium, Clerici, & Ecclesia illis possint uti per modum privilegii, & illorum dispositione juvari uti mere privilegiativa, Gl. *cap. novit. vers. quicunque de judic.* & docet Abb. Panormit. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ n.* 47. quem sequuntur communiter DD. & signanter Bursat. *cons.* 93. *n.* 22. *lib.* 1. Dec. *cons.* 115. *n.* 1. *vers. sed tamen his minime obstantibus*, Surd. *cons.* 2. *sub n.* 19. & *cons.* 302. *n.* 24. Mascard. *de gener. statut. interpret. concl.* 1. *n.* 192. *cum seq.* Ambrosin. *de immunit. Eccl. c.* 21. *n.* 18. & *seq.* Grass. *de effect. cler. effect.* 2. *n.* 43. Bellet. *disquisit. cleric. tit. de exempt. cleric. a statut. secul. p.* 1. §. 2. *n.* 36. & *seq.* Ciarlin. *contr. forens. cap.* 45. *n.* 5. & 6. Sperell. *decis.* 10. *n.* 35. & hanc sententiam constanter amplexa fuit Rota, ut cor. Millino *dec.* 146. & cor. Cerro *dec.* 276. *utrobique n.* 6. & *in rec. dec.* 438. *n.* 7. & 50. *p.* 8. & *dec.* 343. *n.* 36. & *seq. p.* 12. & *dec.* 369. *n.* 13. *p.* 16. & *dec.* 175. *pariter n.* 13. *p.* 17. & *dec.* 392. *n.* 20. *p.* 18. & novissime in Romana hæreditatis 27. Januarii superioris anni, §. *non urgente*, cor. me, confirmata 4. Februarii prox. præt. cor. R. P. D. meo de la Tremoille, §. *minus juvat*.

6 Alias nanque deterioris conditionis adessent Clerici quam Laici, si privilegium irritandi possessiones, præter testatorum voluntatem adeptas, istis concessum illis dene-
7 garetur, qui pariter cives sunt, & civium appellatione in favorabilibus continentur, *text. est litteralis in c. si adjutorium dist.* 10. ibi, Si in adjutorium vestrum etiam certam imperii leges assomendas putatis, non reprehendimus; fecit enim Paulus, cum adversus injurias civem Romanum se esse testatus est; & itadunt Novar. *de gravamen. Vassall. tom.* 1. *gravam.* 32. *n.* 8. Botell. *de præstant. Reg. Cathol. c.* 71. 14. Barbos. *vot. dec.* 26. *n.* 51. Sperell. *dec.* 11. *n.* 9. Imo in eo consistit privilegium Ecclesiæ, seu Clerici, ut possint juvari lege, quam contra se non tenentur admittere & uti Statuto, quo non ligantur, bene Surd. *d. cons.* 2. *n.* 35. & 47. Hunded. *cons.* 78. *num.* 110. & *seq. lib.* 1. Lamberteng. *de contract. mulier. gloss.* 2. *num.* 58. Fenzon. *ad statut. urb. in proœmio n.* 113. Sperell. *citat. dec.* 11. *n.* 7.

8 Minusque obstare videtur, quod saltem ad hunc effectum requireretur explicita declaratio ipsius Hieronymi ab initio actus, ut exinde deduci posset illius voluntas utendi memorato laicali Statuto, ad sensum Rotæ in Romana Salviati 23. Martii anni præteriti, §. *absque eo quod*, & in d. Romana hæreditatis ejusdem anni cor. me. Quoniam cum non versemur in actu hujus explicitæ declarationis a principio capace, ex quo de tempore conditi testamenti Hieronymus cogitare non poterat, quod injusta possessio ejus hæreditatis jure successionis intestatæ occuparetur, & sic casus utendi Statuto advenit post obitum Clerici; in his sane terminis habetur pro sufficienti declaratione, quod Clericus statuto laicali uti voluerit, si nihil contra formam Statuti egerit, quia eo ipso eidem dicitur se conformasse, ut in specie notat Vulpell. *de immunit. p.* 2. *n.* 43. Grass. *d. effect.* 2. *n.* 498. & magis præcise Rota *dec.* 392. *n.* 23. & *seq. p.* 18. *rec.*

In facti autem contingentia dispositio Hieronymi non solum in nihilo contrariatur statutariæ sanctioni verum expresse cum illa consonat, si ponderentur verba, quibus legitur concepta, ibi, *Adesso per allora seguita la mia morte voglio che da se possa senza ministero di Giudice apprendere il possesso, & sia transferito in lei per tal effetto di manutentione*, & rursus, *E non voglio, che altri possa ingerirsi nella mia Eredità*, quæ concordant cum prærecensita Statuti dispositione, juncta præsertim juris communis assistentia, quod
9 etiam conformationem voluntatis cum legibus patriis Statuti in testatore præsumit; de qua Menoch. *cons.* 524. *n.* 5. Peregr. *cons.* 41. *n.* 11. *lib.* 1. & *de fideic. art.* 25. *n.* 53. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 4. Altogr. sen. *cons.* 47. *n.* 16. *lib.* 2. Marr. *de success. legal. p.* 1. *qu.* 9. *art.* 6. *n.* 2. & 5. *alter.* Altograd. *contr.* 68. *n.* 21. Quinimo declaratio hujusmodi remanet approbata ex facto ipsiusmet Martini, hic enim constanter tam in vita Hieronymi filii, quam post illius obitum, jura successionis expetiri velle protestatus fuit ad formam patrii Statuti, summ. *n.* 10. a qua quidem declaratione adeo serio ac iterato emissa hodie amplius ei resilire non permittitur.

Quibus ergo ita se habentibus, superfluum visum fuit immorari super asserta falsitate testamenti, ex quibusdam extrajudicialibus testium depositionibus deducta, sive quia Martinus instando pro assignatione legitimæ in vim illius jam illud approbasse censetur, Giurvagn. *respons.* 7. *n.* 8. *lib.* 2. Magon. *dec. Florent.* 58. *n.* 33. sive etiam quia hæc respiciunt petitorium, atque ideo non sunt admittenda in præsenti manutentionis judicio, in quo regulare est, quod exceptiones altiorem exquirentes indaginem rejici debent, ut ad eam in nostris terminis dixit Rota in Pisauren. testamenti, 1. Aprilis 1686. cor. R. D. meo Decano, & in Romana manutentionis 12. Junii ejusdem anni, §. *fin.* cor. Eminent. Mediolanen. Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. PIO.

Gerunden. Capparum.

Luna 27. Januarii 1689.

ARGUMENTUM.

Expensæ pro paramentis, ornamentis, luminaribus, pluvialibus, a quo sint subministrandæ in Ecclesia; an Episcopus teneatur ad contributionem pro fabrica Ecclesiæ, & usque ad quam summam, cappæ Canonicis a quo sint subministrandæ?

SUMMARIUM.

1 *Expensa pro paramentis, ornamentis, luminaribus ac cæteris omnibus cultui divino necessariis, veniunt, & involvuntur cum onere reparandi Ecclesiam, & ex introitu pro fabrica destinato sunt solvenda, & habent locum etiam in pluvialibus.*

2 *Constitutio & Statuta Ecclesiæ maxime observata sunt attendenda.*

3 *Expensarum solutionem pro paramentis facere debent omnes, qui vigore Statuti, vel consuetudine ad eas concurrere debent, etiamsi fuisset constituta particularis administratio.*

4 *Consuetudo de una Ecclesia ad aliam non venit extendenda, neque de loco ad locum, sed in specie probari debet.*

5 *Testes examinati, pendente lite, & absque literis remissorialibus, non probant.*

6 *Expensa ubi fuissent facta, in partitis librorum in scriptis redacta fuissent.*

7 *Acta qui dederunt causam liti, non attenduntur.*

8 *Dignitates dicuntur esse de Capitulo, imo caput ipsius Capituli.*

9 *Solutiones facta per illos, qui vocem in Capitulo non habent, non præjudicant.*

10 *Consuetudine supposita superfluum est Statutum.*

11 *Expensa pro paramentis, & aliis similibus, sunt augenda, quando id quod confertur in opus ad id æstimatum, non sufficit.*

12 *Episcopus tenetur pro fabrica indigentiis exponere quartam partem redituum mensæ Episcopalis.*

13 *Expensa pro paramentis, & fabrica Ecclesiæ, si non sufficit id quod debet contribuere Episcopus, & opus ad id æstimatum, sunt subministranda per Canonicos, & dignitates.*

14 *Promissio solvendi certam quantitatem in ingressum Capituli, & præbenda canonicalis, non tenet.*

15 *Statutum factum contra jus, & sacros Canones, non valet.*

16 *Nuntius Hispaniarum non potest statuere contra sacros Canones.*

17 *Legatus a latere non potest statuere contra sacros Canones.*

18 *Consensus præstitus a duabus dignitatibus, reliquis sex officere non potest.*

19 *Consensus omnium requiritur, ubi versamur in actu voluntario.*

20 *Capitulum tenetur exhibere cappas Canonicis, stante consuetudine, etiam absque solutione.*

21 *Dignitates, quæ vocem non habent in Capitulo, non sunt connumeranda inter personas de Capitulo.*

22 *Indebita solutione probata locus est restitutioni.*

DECI-

Google

DECISIO III.

EO sub fundamento quod in Ecclesia Gerunden. vigeret
consuetudo, & observantia, ac etiam adessent Statu-
ta, quod obtinentes unam ex octo dignitatibus teneren-
tur persolvere in ingressu pro cappis seu pluvialibus duplas
quindecim, capitulum ejusdem Ecclesiæ parem summam
indebite exigit a procuratore in partibus constituto per Be-
nedictum Vadellam pro capienda possessione Archidiaco-
natus Bisuldunensis, de quo per Sanctissimum fuerat pro-
visum. Verum renuentibus Canonicis, summam exactam
restituere, hinc Benedictus, ut propriæ ac aliarum digni-
tatum indemnitati consuleret, obtinuit subscribi dubium,
an capitulum possit quidquam exigere a dignitatibus pro
prætensa subministratione cappatum, & easdem cappas de
administratione communi libere, & absque ulla solutione
ministrare teneatur, ita ut sit locus restitutioni summæ
exactæ: quo in hodierna audientia per me proposito con-
formis ejusdem Benedicti petitioni prodiit resolutio.

Etenim in Ecclesia Cathedrali Gerunden. ab antiquissimo
tempore constituti reperiuntur particulares reditus pro fa-
brica, quam vocant administrationem operis, ac proinde
nequit capitulum, quidquam exigere a dignitatibus pro di-
cta præstatione cappatum, sed illas de præfata operis admi-
nistratione libere, ac absque ulla solutione ministrare tene-
tur; tum ex juris communis dispositione, secundum quam
onus reparandi Ecclesiam, involvit etiam impensas pro pa-
ramentis, ornamentis, luminariis, ac cæteris omnibus ho-
1 norifico Dei cultui necessariis, quæ fabricæ æquiparantur,
ad text. *in c. fin. de testam.* ibi, Ornamentis seu fabrica, lu-
minariis, sive aliis ad perpetuum cultum divinum &c. And.
Barbos. *cons. 26. n. 1. & 4. lib. 3.* Surd. *cons. 62. sub n. 4. & 5.*
Sperell. *dec. for. Ecclesiast. 58. n. 9.* Genuen. *in praxi Archie-
pisc. cons. 109. sub n. 13. circa fin.* Franc. *de Eccles. Cathedr.
cons. 20. n. 34. & seq.* Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cons. 1. n. 25.*
Ventrigl. *in praxi adnot. 18. n. 2. p. 2.* Tondut. *resol. benef.
part. 1. cons. 39. n. 9.* qui in specie id exemplificat in pluvia-
libus; tum etiam ex specialibus ejusdem Ecclesiæ Statutis
ac ordinationibus registratis, in libro viridi nuncupato, ibi:
*Cappas omnes sericas ipsi Ecclesiæ necessarias esse solvendas
de bonis ipsius operis, præter illas quæ debent fieri, & exsol-
2 vi per personas de capitulo in novitate sua.* Quæ sane consti-
tutiones cum sint laudabiles, ac in Ecclesia Gerunden. huc
usque observatæ, veniunt in judicio attendendæ, ut alias
respondit Rota in Gerunden. administrationis Episcopa-
tus, sede vacante, 24. Jan. 1687. *§. tum demum* & 20. Junii
ejusdem anni, *nec objici valet*, coram bo. Emeria Decano.

Non subsistente responsione, quod in universis Cathedra-
libus provinciæ Cathaloniæ, & signanter in Ecclesia, de
qua agitur, cappæ non sint conficiendæ ex reditibus ope-
ris, sed parandæ veniant de particulari administratione pro
reficiendis cappis erecta, quodque ex consuetudine ibidem
usu recepta, ac insuper de anno 1684. confirmata per ca-
pitulare Statutum cum interventu Vicarii Generalis, ac
nonnullarum dignitatum existentia, conditum, & subin-
de per R. Hispaniarum Nuncium specifice approbatum,
non minus Canonici, quam dignitates pro illius manuten-
tione duplas quindecim in eorum ingressu, non obstante
præfato decreto in libro viridi contento, huc usque persol-
3 verint, *Summario capituli n. 1. ac seq.* adeout propterea ad
evitandam contrarietatem ejusdem decreti cum recensita
consuetudine, omnino dicendum sit, quod dum ibi exci-
piuntur expresse pluviales cappæ a personis de capitulo per-
solvi solitæ, sub nomine personarum de capitulo fuerint
etiam comprehensæ dignitates, vel saltem in dicto libro vi-
ridi solum annotatum fuisse onus Canonicis incumbens,
absque eo quod fuerit expressum aliud æque simile, quo di-
gnitates gravantur, & per consequens ex eodem probari
solum affirmativam, quod nempe personæ de capitulo ad
solutionem teneantur, non autem concludi valeat negati-
va, utpote quia reticendo onus earundem, nulla adhibita
fuerit dictio exactiva respectu personarum de capitulo, quo
casu juxta notissimam juris regulam, de qua text. *in l. cum
prætor. ff. de judic. & in l. quamvis, C. de pignor.* inclusio
unius haud probat exclusionem alterius.

Siquidem tametsi in dubium revocari nequeat conclu-
sio, quod ubi fuit constituta particularis administratio,
ex qua virtute consuetudinis ac Statuti, paramenta confi-
cienda sint, omnes qui illius manutentioni concurrere de-
bent, ad solutionem debitæ quotæ veniunt compellendi,
ut tradunt Beto. *cons. 3. num. 1. lib. 1.* Franc. *de Eccles. Ca-
thedral. cons. 13. num. 9. & seqq.* Ventrigl. *in praxi annot.
18. num. 2. part. 2.* Panimoll. *decis. 6. adnot. 8. num. 1.* Rot.
cor. Manric. *decis. 284. num. 2.* cor. Coccin. *decis. 829. n. 1.
repetita in recent. decis. 627. num. 1. part. 1. & dec. 434.
numer. 4. part. 3. earundem recent.* attamen nec existentia
hujus particularis massæ pro cappis seu pluvialibus con-
ficiendis destinata, cui dignitates quidquam persolvere
consueverint, sufficienter probari videbatur, nec Statu-
tum conditum anno 1684. ejusdem dignitatibus dicebatur
obesse.

Non quidem primum; nam quidquid revera sit in reli-
quis Cathedralibus Cathaloniæ, quod ubi etiam conclu-
denter probatum esset, nullatenus officeret, ex quo consue- 4
tudo extrahenda non est de loco ad locum, sed in specie
probari debet, Rot. cor. Seraphin. *dec. 1159. n. 6. in rec. de-
cis. 214. n. 2. part. 7.* & in Hispalen. divisionis simultaneæ
21. Februarii anni præteriti, *§. similiter*, ac in Hispalen. ju-
ris sedendi in Choro, 21. Junii ejusdem anni, *§. mansque*,
coram R.P.D. meo Muto, & in puncto coram Mantica *d.
decis. 284. n. 6.* particularis consuetudo in Ecclesia Gerun-
den. minime probata remansit, utpote deducta solum ex
quibusdam testium depositionibus, quæ nullam animadver-
sionem merentur, nedum quia pendente lite, & absque lite-
ris remissorialibus ab ipsis Canonicis interesse habentibus,
vel eorum ministris fuerunt emissæ, ad plene tradita per
Rot. in Dertusen. Jurisdictionis 6. Februarii 1696. *§. cum 5
quia*, coram me; verum etiam quia extrahendo partitas
solutionum, quæ dubio procul ubi intercessissent, in scri-
ptis fuissent redactæ, per ea quæ ponderat Rot. coram Bich.
dec. 74. n. 43. ubi concordantes cum aliis in Romana pecu- 6
niaria seu locorum montium 14. Junii præteriti, *§. & alte-
ra vero*, coram R.P.D. meo dell'Olmo, puta rei probatio
ex publicis documentis potuisset haberi. Card. de Luca *de
jurisdict. disc. 37. n. 8.* Rota cor. Cavalet. *decis. 87. n. 1. et
in rec. decis. 196. num. 8. part. 1. decis. 18. n. 6. p. 6. et decis.
252. n. 1. part. 7. rec.*

Quam veritatem agnoscentes Canonici, de facto extrahi
curarunt nonnullas partitas, quæ tamen æque inepte DD.
visæ sunt; nam exceptis duabus posterioribus, quæ licet
probent solutiones emissas per Archidiaconum de Silva, &
Benedictum Vadellaman. 1692. & respective an. 1695. at-
tamen attendi nequeunt, ex quo sunt actus, qui causam
liti præbuerunt, ut observat Rota *in recent. decis. 334. n.
4. part. 1.* coram Bich. *decis. 169. num. 21. et decis. 522. num.* 7
20. & coram Priol. *decis. 128. n. 8. et 377. nu. 18.* cæteræ o-
mnes sunt penitus extraneæ casu nostro, utpote solum
præseferentes vel solutiones per Canonicos factas, qualis
est illa, quæ contigit anno 1540. *Summaria capituli num.
9. litera A.* vel præstationem librarum quinque pro secialis
secuta de anno 1539. *d. Summ. num. 8. litera C.* quas libras
quinque tanquam a dignitatibus persolvi consuetas, citra
difficultatem exhibuit etiam ipse Benedictus Vadella; vel
denique probantes portiones solutas per Episcopos, tum ta-
tione duplicis præbendæ canonicalis, quam obtinent in sua 8
Ecclesia, tum etiam ratione propriæ dignitatis, ob quam
cum esse dicatur de capitulo, imo caput ipsius capituli,
ad text. *in cap. novit. et c. quando, de his quæ fiunt a major.
part. capit.* Coin. *cons. 193. num. 3. lib. 3.* Cardin. de Luca
de benef. disc. 1. sub n. 34. et disc. 28. sub n. 19. extra contro-
versiam easdem administrare tenetur, ut cavetur in supe-
rius enunciatis ordinationibus in libro viridi descriptis;
ideoque earum solutio dignitatibus præjudicium inferre
non potuit, quia cum hæ vocem in capitulo non obtineant,
de capitulo dici nequeunt, ut in similibus terminis alterius
capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis ejusdem Civitatis 9
Gerundæ dixit cor. Coccin. *decis. 497. n. 1.* cor. Bich. *decis.
203. et seq. et dec. 211. in fin.*

Nec relevat, antiquitus consuevisse dignitates conferri
personis actu Canonicis existentibus, & idcirco mirum
non esse, si non reperiantur solutiones in nostris præcisis
terminis factæ; nam ut se habeat veritas hujus assumpti,
cum inverisimile videatur, dignitates iis tantum collatas
fuisse, qui canonicali præbenda potiebantur, & eo fortius
quia ex octo dignitatibus Ecclesiæ Gerunden. sex ad præ-
sens detinentur a personis, qui canonicatu non sunt insi-
gniti; placuit DD. responsio, quod hoc non obstante, si
Canonici in ingressu ad dignitatem aliquid solvissent, fa-
cile posset capitulum de solutione docere.

Cæterum defectus consuetudinis, & observantiæ, ultra
quod probatur etiam ex ipso statuto de recenti condito;
nam data consuetudine, superfluum fuisset, edere Statu- 10
tum, ut ponderat Rota coram Coccin. *dec. 829. n. 11.* ad
evidentiam demonstratur ex ipsa et Canonicorum confes-
sione

sione emissa in expositione Statuti; ibi nanque quamvis stu-
deret capitulum oneri solutionis capparum dignitates sub-
jicere, ingenue tamen fatetur solos Canonicos præfata con-
suetudine huc usque obstrictos fuisse; verum quia (inquit)
etiam dignitates cappis utuntur, & ex illis honorem sen-
tiunt, æquum est, quod quemadmodum illas solvunt, &
solvere consueverunt Canonici, ita etiam illas solvant di-
gnitates; confessio autem partis omne genus probationis
excedit, juxta vulgatum text. *in c. de tuas de probat.*

Sublata ex his prima objecti parte, a consuetudine de-
sumpta, minus roboris habere visa est altera Statuto innixa,
virtute cujus saltem consuetudo Canonicos afficiens, ad
dignitates quoque extendi contendebatur. Quippe quia
omissa inspectione validitatis ejusdem Statuti, super qua
hodie DD. non insistebant, & sublato æquivoco, quod E-
piscopus intersuerit capitulo per organum sui Vicarii, cum
Vicarius haud intervenerit exquirendo capitularium vota,
sed solum cum aliis consederit tanquã simplex Canonicus.

Censuerunt DD. memoratum Statutum tanquam inju-
stum sustineri non posse, quia quidquid sit, an hujusmodi
capitulo competat facultas statuendi, adhuc ut ista in hy-
pothesi casus nostri revocari deberet ad actum, duo essentia-
liter requirerentur; primum videlicet, quod reditus ope-
ris, cui, ut præmisimus, inspectis consuetudine, ac Ec-
clesiæ Statuto, duplas quindecim in eorum ingressu per-
solvere tenentur, impares pro impensis supportandis fue-
rint adinventi, ita ut urgeat præcisa necessitas alicujus sub-
sidii suppeditandi; aliàs enim, illa cessante, nemo esset mo-
11 lestandus, ut bene explicat Gloss *in cap. 1. in fin. verbis de
Eccles. ædific.* & tenent ibi Henric. Boich. *in fin.* Hostiens.
*n. 1. vers. & hoc intelligas, quando portio deposita non suffi-
cit*, Abb. *ibidem n. 3.* Butrigar. *nu. 6. vers. opponitur etiam
circa fin.* Anchar. *n. 2.* Bero *cons. 3. n. 5. vers. & tunc ante
omnia recurrendum esset lib. 1.* Piasecc. *in praxi Episc. p. 1.
cap. 3. n. 1. & seq.* Valasc. *consult. 179. n. 11. & 12.* Panimol.
decis. 6. annot. 8. n. 2. Sperell. *decis. 67. n. 2.* Ventrigl. *de pra-
xi annot. 18. n. 2. p. 2.* Rot. cor. Mannc. *decis. 284. num. 3.*
& cor. Coccin. *dec. 829. n. 5.*

Ulterius autem, quod deveniatur ad contributionem,
juris ordine servato, ut nempe probata necessitate Ecclesiæ,
Episcopus pro illius reparatione prius impendat quartam
partem redituum mensæ Episcopalis, non solum futurorum,
sed etiam præteritorum, cum ei non liceat illos in alios u-
sus consumere, sed eosdem reservare teneatur pro fabricæ
12 indigentiis, Gloss. *in cap. 1. verbis fin. de Eccles. ædific.* &
tradunt omnes superius adducti, & præsertim Bero *d. cons.
3. n. 9. vers. nec refragatur lib. 5.* Franc. *de Eccles. Cathedr.
cap. 12. n. 22. & seq.* Rot. cor. Manlic. *sæpe citata dec. 284.
n. 4.* Quando nec quarta Episcopi satis esset, tunc cogere-
tur capitulum pariter de quarta Canonicatuum supplere,
& deinde servatis Justitiæ distributivæ limitibus, dignita-
tes cum reliquo Clero per Statutum ad præfatum subsidium
pendendum adstringi possent, ut prosequitur Franc. *de Ec-
13 cles. Cathedral. cap. 13. n. 42. vers. quo modo prædicto, &
cap. 10. n. 39. & seq.* Panimoll *decis. 6. adnot 8. n. 6.* Barbos.
de offic. & potest. Episc. alleg. 64. n. 5. & respondet Rot. *de-
cis. 829. num. 8. & 9.* cor. Cocc. repetita, ut jam dictum est,
in rec. dec. 627. p. 1. rec.

Quamobrem cum memorata capituli dispositio, prædi-
ctis nullatenus attentis, subjecerit dignitates oneri dupla-
tum quindecim in ingressu subministrandarum, emissa uti-
que censetur ad sublevandam tantum propriam ac Episcopi
obligationem, ac proinde tanquam injusta sustineri non va-
14 let, quamvis probaretur interventus ipsiusmet Episcopi, &
facta diceretur pro majori Dei cultu, ut optime advertunt
Franc. ubi supra *cap 13. n. 42.* Rot. cor. Coccin. *dec. 829. n. 4.
& 5.* & respondit Sacra Congregatio in quadam Palentina
registrata per extensum apud Garz. *de benef. p. 8. cap. 1. n. 90.*

Episcopus enim (supposita obligatione propria, & etiam
exemptione dignitatum emergente, tam ex dicta generali
juris dispositione expresse præcipiente contributionem Ec-
clesiasticorum pro reparatione fabricæ faciendam esse ordi-
ne superius exposito, quam ex peculiaribus Ecclesiæ ordi-
nationibus formiter usque ad hunc diem servatis, solas per-
sonas de capitulo in actu adipiscendæ possessionis contro-
versæ præstationi adstringentibus) eximendo se a propria
obligatione, haud valet in eorum præjudicium, ipsis inau-
ditis, quidquam statuere, quod a juris censura, & a recta
15 Ecclesiæ suæ Canonibus deviet, ut docent Abb *in cap. at si
Clerici, §. de adulter. n. 10. de judic.* Dom. de Sanct. Gemin.
in cap. licet in princ. n. 8. de elect. in 6. & in terminis alte-
rius Statuti in Ecclesia Gerunden. pariter inconcusse obser-
vati decisum fuit coram Seraph. *decis. 590. num. 5. & seqq.*
Greg. *dec. 154. n. 5. in fin. vers. & fuit sæpe.*

Atque ex hoc capite existimarunt DD. neutiquam re-
levare, quod idem Statutum a Reverendissimo Hispania-
rum Nuncio confirmatum extiterit: quoniam nec ipsi li-
cet rescribere, statuere, aut indulgere contra sacros Ca-
nonum censuram, ut monuit gloss. *in cap. fin. verb. figu-* 16
ra, vers. dubitari solet, de hæretic. in 6. Jo. Andr. *in cap.
fin. n. 7.* ibique Hostiens. *sub n. 11. usque ad fin. de offic. Ar-
chipresb.* & in fortioribus terminis Legati a Latere tradunt
Grat. *disc. 300. n. 50.* Tondut. *resol. civil. 67. n. 17. tom. 1.*
in Ravennaten. donationis 5. Aprilis 1677. *§. in præsenti*,
cor. bon. mem. Card. Vicecomite, & in Avenionen. do-
nationis 30. Aprilis 1682. cor. R. P. D. meo Ursino Deca-
no, & novissime concordantibus adductis responsum fuit
in Tolentina administrationis 26. Junii superioris anni, *§.
altera* cor. me.

Minusque refragari, quod in editione ejusdem Statuti 17
nonnullæ dignitates capitulo intersuerunt, quodque e-
tiam ipsæ cappis utantur; primum enim tollebatur ne-
dum ex eo, quod prædictæ dignitates capitulo interve-
nerant tanquam Canonici, cum alias eisdem interesse
minime licuisset, dum voces in capitulo non habebant,
ut probatum est; verum etiam ex quo consensus e duo-
bus præstitus, reliquis sex officere non potest, ad text. 18
in cap. 1. & tot. tit. de his quæ fiunt a majori parte cap.
& firmat Rota in Gerunden. Anniversariorum 15. Decem-
bris 1575. coram Cæsare de Grassis ubi supra; attento
potissimum, quod versamur in actu voluntario, in quo
consensus omnium interesse habentium requiritur, ut ex 19
text. *in cap. humilis*, ubi Innoc. *num. 2. vers. maxime, de
major. & obedient.* Rota cor. Bich. *dec. 256. n. 23.*

Secundum vero cessabat, advertendo, quod cum di-
gnitates sint exemptæ a solutione, tam ex dicta generali
juris dispositione, quam ex particulari lege Cathedralis
Ecclesiæ Gerunden. ac insuper de reditibus operis, capi-
tulum semper dignitatibus cappas libere præstiterit, du-
bio procul tenebitur in posterum illas exhibere, sicuti
de facto easdem subministrare non dedignatur cæteris Ec-
clesiæ beneficiatis absque eo quod ratione usus nihil un-
quam exsolverint, ad tradita per Card. de Luca *de Canon.
& dignitatibus lib. 3. n. 3. & seq.* Rot. *decis. 542. n. 4. & seq.
& dec. 543. num. 1. & seq.* cor. Bich. *& in rec. decis. 380. per
tot. part. 11. rec.*

Quibus ita statutis, nec dubitare contingit, sub ve- 20
teri decreto in libro viridi compilato, sub nomine per-
sonarum de capitulo, Canonicos tantum fuisse admis-
sos; siquidem sublata de medio contraria consuetudine,
dignitates quæ vocem in capitulo non habent, juxta ju-
ris dispositionem inter personas de capitulo, per solos
Canonicos constituto, connumerandæ non sunt, ut ul-
tra authoritates superius adductas *in §. quum veritatem in
fin.* specifice loquentes de Ecclesia Gerunden. generaliter 21
firmant Compostell. *in cap. 1. n. 4. vers. nunquam portiona-
rii*, Fagnan. *in d. cap. 1. n. 43.* Valen. *cons 194. n. 21.* Fer-
ret. *cons. 115. per tot.* Card. de Luca *de Canon. & cap. disc. 4.
n. 3.* Rot. cor. Seraph. *dec. 98. n. 1.* cor. Martin. Andræa *dec.
53. n. 2. & in rec. decis. 708. n. 3 part. 2.*

Unde a primo ad ultimum jure sequi visum fuit,
quod cum nulla ratione suffultum capitulum exigere va-
leat a dignitatibus prætensas subministrationes duplarum
quindecim, cogendum esse ad restitutionem æqualis sum-
mæ a Benedicto exactæ, quæ nunquam evitari potest,
quoties indebita processit solutio, ita sanciente textu *in
l. 1. & toto tit. ff. de condit. indebit.* Joan. Galemart. in de-
clarat ad Sacr. Concil. Trid. *cap. 14. n. 1.* Rota cor. Priolo 22
dec. 42. n. 105. & cor. Nigr. *dec. 2. n. 8.*

Et ita post secundam causæ propositionem, respon-
sum fuit, utraque parte informata.

R. P. D. PRIOLO.

Carpentoracten. Matrimonii,

Lun. 28. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Validum est matrimonium factum coram Parocho, & duo-
bus testibus, nisi præcesserit adulterium, & fides inter
conjugatos vicissim data, & reciproce acceptata contra-
hendi matrimonii, sed duo illa requisita ad matrimonii
dicto.

dissolutionem necessaria, concludenter probanda sunt per testes omni exceptione majores, adeo ut probationes debeant esse adeo claræ, ut æquipolleant probationibus, quæ fiunt in judiciis criminalibus.

S U M M A R I U M.

1 *Validum est matrimonium factum coram Parocho, & duobus testibus.*
2 *Fallit, si præcessit adulterium, & fides vicissim data contrahendi matrimonii, vivente altero conjuge, & n. 12.*
3 *Sola promissio ineundi matrimonii ab uno facta, sine acceptatione alterius, non est sufficiens ad dirimendum matrimonium, & n. 7.*
4 *Adeo ut taciturnitas illius, cui promissio facta est, ejus consensum, & acceptationem excludat.*
5 *Testis depositioni super interrogatoriis potius standum est, quam super articulis.*
6 *Testis sibi contrarius non probat, & n. 10. & 17.*
8 *Fœmina a testificando repelluntur, ubi agitur de dissolutione matrimonii.*
9 *Testis singularis nihil probat.*
11 *Testis inverisimilia deponens, & singularis, non attenditur.*
13 *Probationes ad dissolutionem matrimonii debent esse adeo claræ, ut æquipolleant probationibus quæ fiunt in judiciis criminalibus.*
14 *Adulterium præcedens sine promissione matrimonii, & fide hinc inde data, non sufficit ad dissolutionem matrimonii.*
15 *Testes viles, & sibi contrarii non probant.*
16 *Testes ad dissolutionem matrimonii debent esse omni exceptione majores.*
18 *Testes ab inducente reprobati, pro ipso non probant.*
19 *Conjectura ad dissolutionem matrimonii non sufficiunt, sed requiruntur concludentes probationes.*
20 *Testes contra inducentem plene probant.*
21 *Si adulterium longe præcessit promissionem fidei datæ, & obitum primæ uxoris, illud non suffragatur ad dirimendum matrimonium subsecutum.*

D E C I S I O IV.

1 DOmini censuerunt constare de validitate matrimonii contracti inter Baronem de Balmis, & Claram de Pometio, quia cum fuerit initum in facie Ecclesiæ, & coram Parocho, & in præsentia duorum testium, omni jure sustineri debet, Rota coram Royas *dec.* 431. *num.* 4. *cum seq.* & in Leodien. matrimonii 29. Aprilis 1699. §. 1. coram me.

Nec ad illud dirimendum obstare visa sunt illa duo simultanea requisita, nempe copula, & fides vicissim data, vivente adhuc uxore Baronis; nam etsi, quando utraque intercedit, voluerint sacri Canones, quod tale matrimonium anathematizetur, ut propter detestabilem illius spem præbeatur adulteris ansa conspirandi in perniciem conjugis viventis, ut videre est *in c. significasti*, &
2 *in cap. fin. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* in casu tamen præsenti, neutrum ex præfatis requisitis remanet probatum a testibus in contrarium datis.

Quatenus enim pertinet ad promissionem factam per Baronem de desponsando Claram, vivente adhuc prima conjuge, DD. ponderabant, quod etiamsi illa probata fuisset, non probatur tamen a testibus, fuisse acceptatam per Claram, & multo minus probatur illius repromissio; ideoque cum sola fides data per Baronem, non probata acceptatione Claræ, resolvatur in simplicem pollicitationem, ista non videtur sufficiens ad dirimendum matrimonium, ut firmat Barb. *in d. cap. fin. de eo qui duxit in*
3 *matrim.* & comprobant omnes alii inferius recensendi, agentes de matrimonio, nempe Bonac. *qu.* 3. *punct.* 6. *n.* 9. Pont. *lib.* 7. *cap.* 45. *n.* 2. Sanch. *tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 79. *n.* 21. *cum seq.* Gutier. *cap.* 105. *n.* 28. *vers.* 5. *conditio*, Rossignol. *tom.* 2. *contr.* 15. *pranot.* 13. *assert.* 11.

Quod autem ex tribus testib. inductis per Baronem probata non videatur fides vicissim data, & repromissa, clare apparet ab examine eorum depositionis; primus enim super interrogatoriis asserit, Baronem dixisse velle ducere in uxorem Claram, si ejus conjux decederet; sed æque deposuit, quod Clara nihil respondit: unde si ista fidem, quam Baro præstitit, explicite non acceptavit, satis est, quod tacuerit, ut illius consensus non præsumatur, maxime ad evitandam maculam peccati, & votum captandæ mortis, ut 4
bene observant Barbos. *in d. c. fin. num.* 2. Sanch. *de matrim. d. disp.* 79. *n.* 13. Reginald. *in prax. pænit. lib.* 31. *num.* 137. Tancred. *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *de impedim. matrimon. disp.* 79. *num.* 10.

Non relevante, quod idem testis in articulis successive deposuerit, quod Barone admonito, & redarguto ab uxore de impuritate nuptiarum, Clara subdiderit: *Madama di Berard è licito à una povera figlia come io sono di cercare la sua fortuna, e prenderla, mentre se ne presenta l'occasione.* Non prætermisso, quod hæc depositio emanaverit super articulis, & tanquam emissa ad satisfaciendum parti, non venit attendenda in concursu alterius emanatæ super interrogatoriis, Rot. cor. Dunoz. jun. *dec.* 780. *n.* 9. & cor. Seraphin. *dec.* 1073. *n.* 9. *vers. magis autem attenditur*, & *in rec. dec.* 381. *n.* 15. *p.* 9. adhuc tamen eo minus attendi debet ob contrarietatem, quæ intercedit inter utranq; depositionem; nam si in prima emissa super interrogatoriis, testis asseruit, quod in actu datæ fidei per Baronem, *la Damigella di Pomerio non rispose niente nel suddetto discorso al Sign. Barone*, repugnat cum hac depositione acceptatio Claræ, successive per eundem deponentem testificata super articulis; unde cum iste testis sit sibimet contrarius, & quidem contrarius non circa accidentalia, sed super ipsamet substantiâ, in qua residet tota vis causæ, nullam proinde facere debet probationem, Farinac. *cons.* 60. *n.* 14. Vermigl. *cons.* 34. *n.* 4. Rot. 6
cor. Gregor. *dec.* 298. *n.* 7. & *seq.* & *in rec. dec.* 6. *n.* 8. *p.* 11.

Sed admisso etiam per possibile, quod conciliari posset utraque depositio, reflectebatur tamen, quod illa verba, ex quibus desumi prætenditur acceptatio Claræ, non fuerunt emissa repromissive, & responsive ad fidem datam per Baronem, sed apparent unice directa in responsionem ad ea quæ dixerat Domicella de Berard; unde cum fides non fuerit vicissim data, & repromissa, hoc sufficit, ut inter Baronem & Claram non dicatur præventive stipulatus contractus futuri matrimonii: quia ad istum effectum requiritur pro parte unius promissio fidei, & pro parte alterius univoca illius repromissio, & acceptatio, ut ad propositum tradit 7
Sanch. *de matrim. d. disp.* 79. *num.* 21. & Rota in Theatina matrimonii 21. Januarii 1697. §. *jam satis in* .*n.* & §. *itaque optime*, cor. R. P. D. meo Pio.

Ejusdem irrelevantiæ est depositio aliorum duorum testium; nam ultra quod vel patiuntur suas exceptiones personales, & tanquam fœminæ repelluntur a testificando in causa, ubi agitur de dissolutione matrimonii, ut tradunt Fa- 8
rin. *de testib. q.* 59. *n.* 38. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 41. *n.* 4. *cum seq.* Gabriel. *de testibus concl.* 8. *num.* 3. Rot. *post* 2. *vol. cons.* Farin. *dec.* 64. *n.* 5. & cor. Caputaquen. *dec* 20. *part.* 2. examinando tamen uniuscujusque illorum depositiones, apparent inter se irreconciliabiles, & contrariæ; nam quatenus secundus testis asserit, Claram Baroni offerenti matrimonium respondisse, *Saret ben scema, e matta, di rifiutare la mia felicità*, manifeste contradicit testimonio primi testis deponentis, in illo actu per Claram nullum responsum datum fuisse. Unde cum iste remaneat in suo dicto singu-
laris, nihil probat, ad text. *in cap. licet causam* 9. ubique 9
Gloss. *in verb. singulare de probat.* Bald. *in l. de quibus*, *ff. de legib.* Cyriac. *contr.* 487. *num.* 1. *cum seq.* Rot. cor. Bich. *dec.* 317. *n.* 29. & *in rec. dec.* 103. *n.* 26. *p.* 10.

Et denique quatenus tertius testatur, Claram de tempore exhibitæ fidei per Baronem dixisse, *Madama non è ancora morta, non bisogna parlar di questo*, manifeste contradicit præcedenti depositioni aliorum duorum testium; & quamvis deinde in articulis deponat de acceptatione Claræ, recurrit responsio superius data, & quod in hac parte non meretur attendi, maxime quia cum semetipso contrariatur; nam si prius deposuerat, Claram fuisse omnino 10
alienam ab acceptatione fidei per Baronem datæ, eo quia tunc temporis vivebat illius uxor, redditur inverisimile, quod statim mutato consilio, voluerit a sua opinione recedere, acceptando fidem Baronis, quam prius recusaverat; ideoque cum iste inverisimilia deponat, & sit in suo dicto singularis, nullatenus venit attendendus super iis quæ in articulis evacuavit, Rot. cor. Bich. *decis.* 628. *num.* 11
17. cor. Card. Cerro *d. decis.* 421. *num.* 13. & *in rec. decis.* 179. *n.* 6. *p.* 14.

Verum etsi ex depositione præfatorum testium erui posset in Clara aliqua vehemens propensio nubendi cum Barone, ita ut ipsa ex parte sua removendo quodcunq; obstaculum, & concurrendo per viam promissionis, enixe desideraverit effectuationem hujus matrimonii, hoc tamen animi desi-

desirium

detinm non sufficeret pro dirimendo matrimonio; nam ad istum effectum concurrere debet ex utraque parte fides vicissim data, & reciproce etiam acceptata, & de tali acceptatione debet quoque dari certa, & manifesta probatio; ideoque si dicta testium superius enonciata referri possunt ad solam propensionem Claræ habentis se mere permissive, & non approbative, ad futuras nuptias Baronis, ex hac dispositione dici non potest concludenter probata ex parte Claræ explicita illius acceptatio, cum alioquin in contingentia casus præsentis requirantur probationes adeo claræ, ut æquipollant probationibus, quæ fiunt in judiciis cri-
13 minalibus, ut tradunt Cathar. *de crim. 48. n. 5a. & dec. 49. n. 80.* Magon. *dec. Lucan. 39. n. 8.* Trevisan. *decis. Venet. 21. n. 4. lib. 1.* & Rot. in d. Theatina matrimonii 21. Junii 1697. *§. jam satis*, cor. R. P. D. meo Pio.

Cum igitur ex prædictis pateat non probari promissio-
14 nem hinc inde acceptatam, DD. transeundo ad examen alterius requisiti, quod etiamsi esset probatum, in isto casu non relevaret, crediderunt ex testibus per Baronem inductis non constare de asserto crimine adulterii; de illo namque deponunt tres testes omnes de una familia nempe ma-
15 ter, filius, & nurus, qui cum sint personæ viles, & facili negotio subornationis capaces, ac demum sint inter se contrarii, & mendaces, admitti non debent ad testificandum in causa matrimonii, in qua propter reverentiam Sacramenti, testes debent esse omni exceptione majores, Ulde-
16 ric. Zasius inter consil. matrim. Zilett. *cons. 12. n. 31. lib. 2.* Rot. inter recollect. Farin. *dec. 64. num. 5.* & in d. Theatina matrimonii d. *§. jam satis*, cor. R. P. D. meo Pio.

Contrarietas enim desumebatur ex eo, quod non sunt concordes circa tempus partus; unus enim deponit Claram peperisse de mense Maii, alius vero de mense Junii, & (quod magis est) primus contrariatur cum semetipso; nam super interrogatoriis ait, nunquam vidisse Claram prægnantem de mense Junii, & deinde immemor hujus depositionis super articulis deponit, illam in eodem mense enixam fuisse unam puellam, *e ciò saperlo per haverlo veduto;* hæc autem contrarietas facit, ut illis deferendum non veniat, ubi superlativæ desiderantur probationes, ad tradi-
17 ta per Ricc. *Collect.* 3879. Gratian. *discept. 75. n. 44.* Borell. *in summ. dec. tom. 3. tit. de sponsal. matr. n. 47. cum seq.* Barb. *vot. dec. tom. 1. lib. 2. vot. 17. n. 26.* & in Recollect. apud Farinac. *d. dec. 68. n. 5. in fin.* & in d. Theatina matrimonii, ubi supra, cor. R. P. D. meo Pio.

Et tanto minus attendi meretur d. istorum testium, quia Baro illos expresse reprobavit tanquam conductos, & subornatos a suis consanguineis ad ita deponendum; ideo-
18 que cum ex confessione ejusdem Baronis illorum fides reddatur valde suspecta, non potest modo juvari eorum testimonio, ne propriam turpitudinem allegare videatur.

Nec ad probationem hujus criminis conferre videntur adminicula in contrarium ponderata; nam quidquid sit ad alium effectum, in isto sane casu, ubi agitur de dirimendo fœdere matrimonii, probatio est aliunde desumenda, quam a conjecturis, & præsumptionibus; quia cum istæ concludere non valeant nisi præsumptive complementum criminis, judex non potest in pœnam patrati delicti præsumptive diri-
19 mere matrimonium; quia quando est infligenda pœna, requiritur concludens, & perfecta probatio, per ea quæ tradunt Jo. Andr. *in cap. fin. n. 4.* ibique Abb. *pariter n. 4.* & Card. *in fin. de eo qui duxit &c.* Gutier. *de matr. cap. 105. num. 28.*

Et quamvis istæ conjecturæ, & præsumptiones etiam singulariter examinatæ, bene rejectæ fuerint a scribentibus pro Clara, remanent tamen in universum sublatæ ex uniformi testimonio nonnullorum testium inductorum per Baronem, qui cum desertis verbis deponant de honestate Claræ, de tempore quo ipsa conversabatur cum Barone, veniunt proinde in concursu præferendi, & contra indu-
20 centem plenam faciunt probationem, Dec. *cons. 163. n. 11. vers. & ad hoc lib. 1.* Crevett. *cons. 6. n. 62.* Gabriel. *de testibus conclus. 4. n. 88.* Rot. cor. Greg. *dec. 215. n. 9. & in rec. dec. 622. n. 3. & dec. 500. n. 6. p. 4. tom. 2.*

Ponderando denique, quod si ex omnibus desumi posset aliqua suspicio copulæ, ista tamen longe processisset promissionem fidei datam per Baronem, & obitum suæ primæ uxoris, & propterea nunquam dici posset, quod commix-
21 tio, quæ intercessit inter Baronem, & Claram, fuisset causa proxima promissionis, & machinationis in vitam conjugis, ex quo capite redditur detestabile secundum matrimonium juxta text. supra laudatos.

Et ita omissis reliquis levioris ponderis resolutum fuit, utraque parte informante, &c.

R. P. D. ANSALDO.

Carpentoracten. Prælegati.

Ven. 26. Januarii 1703.

ARGUMENTUM.

Licet ad certas nuptias allicere sub spe lucri conditionaliter quærendi: Et an hæc opinio procedat in magno lucro, & in filia, in qua amissio paternæ hæreditatis æquiparatur pœnæ? Prælegata quæ absorbent hæreditatem ejus loco succedunt: Præjudicium alteri resultans ex dispositione quando Principi dicatur innotuisse ad evitandam subreptionem.

SUMMARIUM.

1 *AD matrimonium licet allicere spe lucri, non autem pœna metu libertatem auferre.*

2 *Ademptio paternæ hæreditatis facta filiis qui non servaverint certum ordinem nubendi, potius videtur pœnam, quam amissionem lucri, contr. num. 14.*

3 *Amissio magni lucri pœnæ æquiparatur, & infert justum metum libertati matrimonii, & n. 15.*

4 *De potestate Summi Pontificis ambigere nefas est.*

5 *Maxime, si illius dispensatio versatur in negotio alias de jure ancipiti.*

6 *Voluntas Principis concurrere debet, ut ejus gratia subsistat.*

7 *Gratiæ subreptio resultat ex Principis circumventione per veri reticentiam, aut falsi expressionem causata.*

8 *Contravenientis portio requiritur obedienti.*

9 *Prælegata ab hæreditate non distinguuntur, si in prælegatario concurrat qualitas hæredis.*

10 *Pater relicta dote vel legitima filiæ valet quemlibet extraneum sibi hæredem conscribere.*

11 *Prælegata dum absorbent hæreditatem, ejus loco succedunt.*

12 *Filius patris hæres, excepta legitima, reliquum a patris largitione recognoscit.*

13 *Filius, excepta legitima, nullam habet spem vel jus considerabile in vita patris.*

16 *Derogatio Papæ rem claram reddit.*

17 *Statutum declarans articulum juris dubii, censetur potius favorabile, quam odiosum.*

18 *Declaratio Summi Pontificis, suggestionibus exterta, gratiam revocare nequit.*

19 *Maxime si res non sit amplius integra.*

20 *Injustitia sententiarum probanda est ad obtinendam in integrum restitutionem.*

DECISIO V.

RESpondente Papiniano, *in celebri l. Titio centum, §. Titio centum, il primo, ff. de cond. & demonstr.* aliud esse, eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium certa lege invitari, non levis ob id exarsit controversia inter Spiritam, & Catharinam; cum enim utraque supra communem titulum hæreditarium honorata appareat insigni prælegato, a Matthæo genitore relicto, quoties ambæ matrimonium inirent cum filiis Pauli consobrini ipsius testatoris; hinc Spirita quæ paternum votum impleverat, judicium usque de ann. 1658. procaciter instruxit adversus Catharinam veluti eidem præcepto sub conditione refractariam, & inobedientem; sed adeo inutili apparatu, ut non solum iterato per geminam sententiam in Auditorio nostro succubuerit, prodeunte prima cor. Bevilaqua *pravitis decis. 408. part. 12. & 185. part. 13. rec.* & altera coram Hieronymo Priolo, mediante pariter decisione inter suas hodie registrata 189. sed & idem infortunium quodammodo transmisit in Alexandrum illius filium; is enim maternam instaurans prætensionem vigore commissionis in Signatura Sanctissimi reportatæ cum clausula, *sine præjudicio rei judicatæ*, & sic ad terminos meræ restitutionis in integrum, pariformiter in hodierna procubuit audientia; non constare quippe de causis restituendi Alexandrum in integrum DD. serio materia assumpta rescripserunt.

Non enim juvit Alexandrum ad limites enunciati text. *in l. Titio centum*, denuo conclamare, quod cum tam utraque filia Matthæi prælegantis existeret inscripta hæres, prælegatum vero, de quo agebatur, foret undique voluntarie relictum ab ipso communi genitore, tenere idcirco illius præceptum, quod Catharina contempserit, de nubendo certo generi personarum, etiam sub pœna caducitatis, cum hoc voluntarium additamentum censeri nequiret pœna positiva, cujus metu libertas sacrosancti vinculi ma-

tri-

trimonialis infracta remaneret, sed existeret merum lucrum, & elargitio spontanea ad alliciendam eandem Catharinam, 1 quæ peninde non poterat prælegatum ex una parte retinere, & ex altera conditionem inhibitam respuere, sicuti eidem dispositioni, *l. Titio centum*, innixi unanimiter convenere scribentes relati per Capyc. Latr. *consult. 72. n. 1. & seq. & cons. 134. num. 3. cum seq.* Gratian. *discept. 863. n. 1.* Balduc. ad Ramon. *cons. 94. sub num. 59.* Sanch. de *matrim. lib. 1. discept. 33.* Mart. *de success. legal. p. 4. qu. 15. num. 3. & 4.* & super hoc adest celebre Consil. Oldradi il 16. cum quo procedunt Balduc. & Grat. supra proxime allegati, Tort. *de primog. ital. p. 2. qu. 49. num. 5.* Modern. *de justit. dispens. matrim. lib. 2. cap. 4. num. 90.* Card. de Luc. *de testam. disc. 73. n. 21. nu. 3. 4. & seq.* Rot. *decis. 93. n. 7. part. 10. rec.*

Quoniam replicabant informantes pro Josepho filio Catharinæ, quod hujusmodi distinctio, cæteroquin in se verissima, præsenti non aptabatur hypothesi, ex quo tractabatur inter filias testatoris, quibus de jure debita erat omnimoda successio in bonis genitoris; proindeque quidquid dicendum foret in hæreditate, vel relicto personis extraneis, quod semper erat lucrum gratuitum, certe in terminis filiorum vel filiarum, hæc in substantia ademptio hæreditatis seu prælegati, pœnam redolebat, & non simpliciter amissionem lucri; quare non egrediendo confinia memoratæ distinctionis, & ad rem applicando, potius ademptio prælegati quasi totam absorbentis hæreditatem sonabat in puram pœnam, & proinde sperni valebat impune, secundum ea quæ in hisce terminis filiorum vel fi-2 liarum æquitative saltem animadverterunt Menoch. *consil. 425. num. 4. & cons. 1063. sub nu. 7. & 8.* Modern. Manz. *consult. 377. n. 8.* Marcian. *disp. 77. num. 11.* Capyc. Latr. *cons. 70. n. 16. & 17. cum seq.* Card. de Luc. *de testam. disc. 73. num. 22.* Rota post Censal. ad Peregr. *de fideicomm. dec. 46.* & admisit in decisionibus hujusce causæ coram Priolo *dec. 289. num. 4. & dec. 73. p. 10. & dec. 408. part. 12. & dec. 158. p. 13. rec.*

In omnem vero casum subjungebant, quod etiam præcisive ab hac prægravi consideratione debitæ successionis ademptæ, negari saltem non poterat, quod cum prælegatum contineret, ut tetigimus, fere totam vel majorem substantiam hæreditatis, justa trepidatio illam amittendi, quanquam non induceret cautionem libertati matrimonii contrariam, & consequenter quod hæc conditio foret insustentabilis, & habenda pro non scripta, amissio quippe magni lucri nedum pœnæ comparatur, sed & illicitam coactionem infligit, ex communiter recepta theorica, 3 Cyn. *in d. l. Titii sub n. 4.* Jas. *n. 10. ff. de condit. & demonstrat.* de qua Ruin. *cons. 221. sub n. 10.* Cephal. *cons. 295. n. 17.* Roland. *cons. 100. n. 126. lib. 4.* Menoch. *consil. 425. n. 7.* Capyc. Latr. *consult. 72. n. 26. cum seq.* Cyriac. *contr. 450. n. 83. & seq.* Card. de Luc. *de matr. disc. 14. num. 6.* Rota *dec. 326. n. 2.* cor. sa. me. Greg. XV. *& dec. 493. n. 30. & seq. p. 4. tom. 2. rec.*

Et quando hæc omnia aliquam in se dubietatem involvere valerent, pro omni amaritudine submovenda, super accedebat dispensatio Pontificia, per quam san. me. Alexand. VIII. Catharinæ supplicanti literaliter indulserat, ut ea, non obstante paterno præcepto, nubere posset, cui vellet, absque ullo metu, vel incursu caducitatis; ideoque sive ex intrinseca ejusdem percepti invaliditate, sive ob extrinsecam illius relaxationem factam a Summo Pontifice, nequibat Joseph Catharinæ filius desuper inquietari, cum fas non foret ambigere de potestate supremi Pontificis, seu Ecclesiæ 4 pastoris universalis, & insimul Principis temporalis in Statu Avenionensi, & Comitatu Venaissino, maxime quoties eadem Principis seu Papæ relaxatio versatur in negotio aliat ancipiti de jure, secundum ea quæ in præcisis terminis re-5 spondent Ruin. *cons. 189. n. 14. lib. 2.* Grat. *discept. for. 548. n. 1.* Barbos. *de Episc. p. 3. alleg. 83. n. 1.* Rot. *decis. 883. n. 1.* cor. Buratt. *dec. 289. n. 6.* cor. Priolo *dec. 544. n. 3. p. 1. decis. 93. n. 14. & 15. p. 10. dec. 408. n. 3. p. 12. dec. 185. part. 13. rec.*

Quin dispensationi huic obsisteret alter defectus voluntatis, quæ sane voluntas semper intercedere debet ad hoc ut 6 quælibet relaxatio seu gratia subsistat, ne alias pariter supradicta potestate alias in Principe infallibili per circumventionem, sive veri reticentiam, aut falsi expressionem abutantur, ad tradita per Castald. *cons. 112. n. 7.* Modern. Argent. *in appendic. ad collect. 43. n. 6.* Card. de Luc. *de fideic. disc. 163. n. 2.* Rot. *dec. 301. n. 3.* cor. Dunoz. jun. *dec. 87. n. 1. & dec. 152. n. 3.* cor. Priolo, *dec. 20. n. 6.* cor. Emerix sen. & in Romana census 1. Julii 1701. *§. ita*, cor. me.

Siquidem uti postremo sibi objiciebant, & replicabant informantes pro Josepho, nullibi de hujusmodi circumventione, subreptione, aut obreptione apparebat, quia quod Catharina tacuisset, quod portio sui prælegati cederet favore sororis quatenus nupsisset extra genus volitum a testatore, parum refragabatur; nisi enim aderat hæc ad amussim individua expressio, expositum tamen legebatur Summo Pontifici æquipollens, dum Catharina narraverat ambas sorores extitisse pari præcepto colligatas, quodque ipsa ad normam hujus præcepti remansisset contraveniendo privata hæreditate paterna, jam enim de jure erat, quod portio contravenientis semper acquiratur alteri personæ obtemperanti, per text. *in l. cum pater 79. §. libertis, ff. de legat. 2.* cum alleg. in decisionibus hujusce causæ *dec. 408. n. 3. & 4. p. 12. decis.* 7 *185. n. 4. p. 13. & dec. 289. n. 15. cum duobus seq.* cor. Priolo.

Quod autem pariformiter Catharina non expressent tractari de prælegato, ut diximus, voluntarie relicto a communi genitore utrique filiæ, sed Papa præsupposuerit agi de hæreditate, adeo ut ipsemet Pontifex in ejus Signatura gratiæ requisitus pro sanatione noluerit illam indulgere, quinimo declaraverit nusquam intellexisse de prælegato, o-8 ptime replicabant informantes pro Josepho parum obesse: quoniam cum negari non posset eundem Pontificem certo certius concedere voluisse, ac de facto concessisse Catharinæ gratiam præventivam ab incursu caducitatis, quatenus tractatum foret de hæreditate, utique cum filiæ insimul essent hæredes, & prælegatariæ, nullaque adesset mixtura aliarum personarum, vel hæredum extraneorum; parum prælegata distinguebantur ab hæreditate, quidquid dicendum esset in casu, quo ageretur de fideicommisso injuncto 9 super hæreditate, non autem super prælegato, ex plane dissertis per Castald. *cons. 16. n. 17.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 194. n. 2.* Peregr. *de fideic. art. 7. n. 34.* Crass. *§. fideic. qu. 47. n. 7.* Rot. Florent. apud Saminiat. *controv. 133. n. 83. & seq. tom. 2.* Rot. *dec. 534. n. 6.* cor. Card. Cerro *dec. 98. n. 7.* cor. Zarate, *in rec. d. cens. 140. n. 11. part. 15.* & in Romana fideicommissi de Matthiettis 7. Decembris 1699. *§. siquidem*, & 29. Aprilis 1706. *§. denique*, cor. me.

Fortius, quia cum Catharina teneret elatam voluntatem Papæ dispensandi, casu quo tractaretur de hæreditate, quantumvis datio hæreditatis foret pariter voluntaria, ex quo pater relicta dote vel legitima filiæ valet quemlibet extra-11 neum sibi adstituere, & conscribere hæredem, Auth. *de triente. & semisse in princ. vers. frequenter*, *Auth. ut liceat matri & aviæ in princ. parentib. C. de inoffic. testament.* Menoch. *cons. 685. num. 4.* Cyriac. *contr. 312. n. 5. & 6.* Gabb. *confl. dec. 16. n. 3. & consult. 21. n. 1.* Adden. *ad dec. 29. n. 18. & 19. p. 8. rec.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. qu. 2. n. 21.* Thomat. *dec. 50. n. 240.* Rot. *dec. 47. n. 14.* cor. Carillo *dec. 326. n. 21.* cor. Priolo *dec. 103. n. 31. p. 10.*

Asperum propterea nimis extitisset, quod Catharina sub hac bona fide contrahendo nuptias cum Antonio, & liberos exinde suscipiendo, remaneret una cum ipso viro, & liberis defraudata, re amplius non integra sub iniqua distinctione hæreditatis, & prælegati, quando ultra jam proxime animadversa adempto prælegato nihil ferme ultra dotem seu legitimam remanebat in hæreditate, & quando absorbentibus prælegatis totam quasi hæreditatem, uterat in fa-10 cto incontroversum, vel incontrovertibile, prælegata succedunt loco hæreditatis, juxta ea quæ egregie objectum hujusmodi eliminando, respondit Rota *dec. 289. n. 8. & 9.* cor. Priolo & antea consuluerunt ad mentem text. *in l. quid ergo 92. vers. plane, ff. de legat. 1.* Ruin. *cons. 152. n. 6. lib. 3. dec. cons. 253. sub n. 1.* cum aliis per Fusar. *de substit. qu. 650. n. 74.* idemque respondit Rot. *d. dec. 289. n. 9.* cor. Priolo.

De tribus igitur hisce præsidiis seu responsionibus ad claram distinctionem text. *in l. Titio centum*, attributis per defensores Josephi, DD. qui censuerunt sustineri veterem rem judicatam contra Spiritam, & Alexandrum; & idcirco hodie noviter non constare de causa restitutionis in integrum, nullibi approbarunt absolute primam circa distinctionem ademptionis hæreditatis, seu prælegati, faciendæ in casu inobedientiæ filiæ, vel alterius extraneæ personæ; quamvis enim filia, præsertim stante defectu masculorum, foveat in se rationabilem, & honestam spem consequendi paternam hæreditatem, non tamen idcirco, si postea in effectu consequatur eandem hæreditatem, potest illud, quod excedit dotem vel legitimam, alio modo recognoscere, quam a voluntaria patris largitione, quia potuerat ei non re-12 linquere illud plus sub titulo prælegati, vel hæreditatis, secundum auctoritates supra cumulatas, *in §. fortius*, & ob id, distinctionem hanc merito contempsere, Turreti *cons.*

63. n.

62. n.107. *lib.* 2. Coscia *disert.* 9. *sub n.* 31. *vers.* 4. *& disert.* 10. *n.* 12. *& seq.* Card. de Luca *de matrim. disc.* 14. *n.* 7 *& de testam. disc.* 73. *n.* 23.

Illud enim quasi dominium vel spes forte radicata, quam habere censetur filius in vita patris, nusquam transcendit
13 legitimæ mensuram, cujus vice, vel loco a jure, Statutis, vel paternis ordinationibus dotes subrogantur, quemadmodum discurrendo de eadem legitima, ac de effectibus exinde resultantibus quoad transmissibilitatem, & onerum rejectionem cum similibus, tradidere Ancharan. *cons.* 102. *n.* 8. Bero, *cons.* 43. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 3. *n.* 128. *&* 138. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 39. Merlin. *de legit. lib* 1. *tit.* 2. *qu.* 1. *n.* 2 *& lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 26. *n.* 10. *& seq.* Rot. cor. Emeria jun. *dec.* 185. *n.* 14. & in Romana legitimæ 23. Januarii, §. *nihilominus*, cor. me.

Non omnino pariter pacifice transierunt cum secunda responsione quoad amissionem magni lucri, quæ ab ali-
14 quibus pœnæ, a sacris Canonibus matrimonii libertati invigilantibus irritatæ, æquiparatur; nam licet magni lucri deperditio formidinem aliquam, & implicitam coactionem ingeneret, attamen ob id non privandus est pater originali juridica libertate adimendi conditionaliter, & omnino voluntarie relictum, ex quo non ad finem incutiendi pœnam angendi ad matrimonium, sed ad alterum conservandæ agnationis, laudabiliter potuit in hisce conditionibus commoveri, ad ea, quæ materiam fundamentaliter examinando, demonstravit Coscia *d. disert.* 9. *n.* 19. *&* 30. Card. de Luca *de testam. disc.* 73. *n.* 27. Rot. coram Emeria jun. *dec.* 618. *n.* 23.

Cæterum & quia denegari non poterat, quod contraria sententia Cyni, de qua superius, suos non haberet sequaces, potissime in hac circumstantia, quod agebatur de commodo jam acquisito a Catharina, adeout amissio totius seu patrimonii excederet illam tertiam partem, de qua in terminis deperditionis lucri, in implicitam pœnam resolutibilis, contentabatur Gamm. *decis. Lusit.* 314. *num.* 2.
15 *vers. respondebam*, & approbavit Rot. cor. Greg. *dec.* 326. *n* 20 *& in rec. decis.* 493. *n.* 30. *& seq. p.* 4. *tom.* 2. *cum cæteris in decis.* 289. *num.* 2. coram Priolo; DD. proinde citra scrupulum amplexati sunt tertium præsidium, seu fundamentum Josephi depromptum ab Apostolica dispensatione præventive reportata per Catharinam, non solum quia su-
16 per accedente consimili dispensatione articolum remanere planum, respondens ad dec. Rotæ in Romana seu Comens. hæreditatis 26. Junii 1637. cor. Merlin fassus est idem Card. de Luca *disc.* 63. *n.* 24. *in fin.*

Ast etiam quia eadem dispensatio in hujusmodi facti serie exuebat illam omnem asperitatem, quæ solet inesse in reliquis derogationibus tertio quomodolibet præjudicialibus, cum in substantia in hac colluctatione, & ambiguitate scribentium resolveretur in quandam potius declarationem juris dubii, quam in positivam dispositionem derogatoriam; ideoque censenda æquius apparebat favorabilis, quam odiosa, sicuti præter superius allegatos occasione etiam Statutorum abeuntium in unam vel alteram opinionem juris dubii ponderavere, Card. de Luca *de emphyt. disc.* 46. *sub n.* 3. *vers. ubi enim & de fideic. disc.* 74. *n.*
17 10. *& de success. ab intest. in supplem. part.* 3. *disc.* 142. *n.* 5. Rot. in Viterbien. donationis 13. Martii 1690. §. *ex his*, cor. Reverend. P. D. Hervault, & in Auximana immissionis 15. Martii 1700. §. *Posita*, cor. me.

Et ob id placuere responsiones allatæ circa objectam subreptionem hujus dispensationis a defensoribus Josephi; quantumvis etenim Summus Pontifex ex post declaraverit non intellexisse dispensare in casu prælegati, id evenerat, quia ipsi Pontifici fuerat præsuppositum, quod prælegatum minus importaret, & tertia pars hæreditatis pertinens ad Catharinam ascenderet ad scuta 7329. summarii Jose-
18 phi *n.* 11. Quod cum foret insubsistens in hodierno facto, nequibat hæc declaratio ex vanidis suggestionibus extorta radicem gratiæ divellere, Rota coram Bellamer. *dec.* 273. *n.* 46. *&* 48. coram Pamphil. *dec.* 611. *n.* 7. ibique Adden. *nu.* 26. *& in rec. dec.* 174. *part.* 1. *dec.* 607. *num.* 5. *p.* 3. *dec.* 496. *part.* 5. *cum aliis dec.* 289. *n.* 10. cor. Priolo.

Certius in præsenti statu causæ, in quo res, ut supra enunciavimus, non erat integra, quia Catharina submixa eidem gratiæ matrimonium contraxerat, filios susceperat,
19 & vivens favorabiles reportaverat sententias usque ad constituendam rem judicatam; ideoque non poterat in hodierna instauratione judicii per viam restitutionis in integrum resurgere ex deductis ab Alexandro tanta læsio, tanta injustitia veterum Judicatorum, ut mererentur in prædicto statu rescindi, quando ad consimilem effectum proculdubio semper expostulat talis injustitia, quæ nisi sit notoria, saltem transcendat limites dubietatis, & ad magnam præponderantiam, & claritatem reducatur, ex Innoc. *in c. cum ex* 20
literis sub num. 6. *de integr. restitut.* Addend. ad Greg. 459. 11. Rot. coram Pamphil. *dec.* 80. *n.* 3. coram Butatt. *decis.* 323. *n.* 4. *& dec.* 404. *per tot.* coram Card. Cerr. *dec.* 734. *n.* 1. *& in rec. dec.* 153. *n.* 23. *p.* 11. *& dec.* 297. *n.* 7. *part.* 17. & in Gerunden. Prioratus 20. Junii 701. §. 1. cor. Reverend. D. meo Decano. Et ita utraque parte &c.

REV. D. MOLINES DECANO,

Carpentoracten. filiationis,

Lun. 14. Januarii 1704.

A R G U M E N T U M.

Filiatio plene, & concludenter probari debet ad hoc, ut filius naturalis obtineat possit portionem hæreditatis paternæ a tertio possessæ; secus vero ad effectum, ut a patre aut ejus hæredibus alimenta consequatur; tunc enim conjecturæ suffragantur ad excludendam præsumptionem, *leg. miles*, §. *defuncta*, *ff. de adulter.*

S U M M A R I U M.

1 *Filiatio concludenter probanda est ad hoc, ut filius naturalis obtineat portionem hæreditatis paternæ a tertio possessæ, & n.* 2.

3 *Secus si prætendat sibi assignari alimenta a patre, aut ab ejus hæredibus.*

4 *Filiatio arguitur ex tractatu, & agnitione a patre facta.*

5 *Filiatio respectu patris probatur ex eo, quod tempore conceptionis pater conversabatur cum matre filii, & ipse natus sacro baptismatis fonte ablutus est ut ejus filius, & uti talis descriptus in libro baptismatis, & n.* 6.

7 *Assertio Parochi filiationem arguit.*

8 *Filiatio arguitur ex tractatu, educatione & denominatione ejusdem filii, & ex mercede illius nutrici soluta.*

9 *Filiatio respectu illius, qui legitimationem procuravit arguitur.*

10 *Item respectu illius, qui primam tonsuram eidem filio exoptavit.*

11 *Filiatio arguitur respectu illius, qui ex filii discessu magnum dolorem, & ex ejusdem reditu magnam lætitiam significavit, & n.* 12.

13 *Item ex eo quod filius naturalis & legitimus eidem certa bona donavit, & eundem fratrem naturalem denominavit.*

14 *Nominatio filiationis quoad ipsum nominantem bene probat filiationem.*

15 *Filius quis potius mariti, quam adulteri præsumitur.*

16 *Præsumptio*, legis miles, §. defuncto, *ad effectum consequendi alimenta contrariis præsumptionibus eliditur.*

17 *Præsumptio*, d. leg. miles, §. defuncto, *non fundatur tantum in matrimonio, sed in cohabitatione mariti cum uxore, & in mutuo eorum commercio.*

18 *Præsumptio*, d. leg. miles, §. defuncto, *excluditur, si probetur uxoris concubinatus, pendente absentia mariti.*

19 *Testes de tempore præciso verisimilia deponentes præferendi sunt testibus contrariis generice, & verisimilia testantibus.*

20 *Declaratio matris asserentis se concepisse potius ex marito, quam adultero, non suffragatur.*

21 *Maxime si contrariam declarationem prius fecerit, & posterior ejus declaratio pendente lite emanaverit.*

D E C I S I O VI.

PRætendente Spiritu esse filium naturalem Baronis Petri de Tanlignan, adeoque paternam hæreditatem ad illum alendum fore condemnandam, duplex circa Rotam super hac controversia emanavit sententia; altera Rectoris Carpentoracten. absolvens Marchionissam Franciscam d. Petri filiam, & hæredem, ream conventam ab onere prædicto; altera A. C. Petræ ad illud subeundum adstringens, ejusdemque sensus fuit hodie Sacr. Tribunal; consulemur quippe, *an constet de filiatione Spiritus, adeo ut ei sint sub-*

mi-

ministranda alimenta? affirmativum prodiit responsum.

Constituta ratione decidendi in eo, quod in præsentiarum non quæritur de filiatione ad consequendam successionem in ass. patris hæreditate a tertio possessa, quo casu 1 cum agatur de magno, & perpetuo præjudicio, filiatio debet plenis, & concludentibus probationibus verificari, ex collectis in magistrali voto decisivo R.P.D. Severoli inserto *in p.14. rec. post dec.534.* pluries a nostro Tribunali collaudato, & signanter in Romana filiationis 4. Februarii 1699. cor. R.P.D. meo Muto; interque alias probationes, ea signanter concurrere debet, quod mater fuerit a prætenso patre in arcta custodia, & concubinatus schemate in propria domo retenta, illiusque ventrem fuisse ita custoditum, ut cuicunque alii, præter dictum patrem, ad eam omnimodus præcluderetur accessus, ut pluries respondit 2 Rota, & *latius in dec.289. n.2. part.1. & dec.448. n.1. p.13. & dec.90. n.5.* apud Zacch. *quæst. medic. legal.* cum aliis in Romana filiationis 27. Junii 1681. §. *Hujusmodi autem*, cor. bo.me. Ursino, & in Fulginaten. fideicommissi anni 1693. §. *Nec in his*, coram eodem.

Sed agitur de filiatione probanda ad solum finem consequendi alimenta, non quidem adversus tertium, sed con-3 tra filiam, & hæredem ejus, de cujus paternitate controvertitur; in hac enim alia hypothesi filiatio satis probata censetur, ex eo solum quod pater, dum viveret, natum ex illegitimo toro tanquam filium tractaverit, agnoverit, talemque palam nuncupari permiserit, circa quod opus sit ulterius ducere, quod venter matris fuerit sub arcta custodia retentus, taliter ut ad illam liber aliorum non patuerit accessus; congruum enim, æquum jurisque regulis consonum est, ut hæres sicut in cæteris præcipue in hoc non impugnet factum sui actoris, quod ex quasi contractu suam acceptando hæreditatem servare tenetur, quoties potissime non tractatur de magno præjudicio, sed de temporali simplicium alimentorum in vita solummodo filii naturalis præstandorum, ut bene distinguendo casum a casu ruentur Venturin. *cons.28. n.50.* Castald. *consult. 599. n.3. & 4.* Rot. *dec.202. n.9. p.19. rec. & melius dec.904. num. 3.* cor. bo.me. Emerix jun. & in d. Romana filiationis 4. Febr. 1699. §. *Et sane, ac protas.* cor. R.P.D. meo Muto, & in confirmatoria sub die 11. Decembris ejusdem anni, §. *Solida*, & sub die 29. Aprilis 1701. §. *Etenim*, cor. R.P.D. meo Pio.

Hoc jacto fundamento, rimatis omnibus juribus, & documentis ad rem exhibitis, pro comperto habuerunt domini, Baronem Petrum a primo temporis momento, quo Spiritus prodiit in lucem, usque ad ultimum, quo idem 4 Baro illam amisit, semper supposuisse, credidisse, reputasse, & agnovisse dictum Spiritum, tanquam propriam sobolem. Incontrovertibile siquidem est, Aloysiam matrem, tametsi uxoratam, fuisse a Barone uti concubinam in ejus Castro retentam, ut testantur omnes testes hinc inde pro-5 ducti; idque erat adeo publicum, & notorium, ut ipsa mulier fateri, & in scriptis declarare non erubuerit. Rursus certum est, quod Spiritus in eadem domo Baronis ortum habuerit; cumque in fonte baptismali denominatus, & postea in libris Parochialibus descriptus legatur tanquam fi-6 lius dictæ Aloysiæ, & Baronis Petri, *Summ. Spiritus n.2.* hinc optimum consurgit argumentum filiationis a dicto Barone creditæ, & palam agnitæ; non enim vir nobilis, & uxoratus filium ancillæ ex seipso genitum describi passus fuisset, quatenus argumenta non habuisset validissima ita credendi, si potissime reflectatur ad innumera præjudicia, quæ sibi suæque legitimæ soboli talis denominatio, ac separatio decursu temporis gignere voluisset, ut consideravit Rota cor. Merlin. *dec.488. n.6. & dec.43. num.15. p.17. & dec.191. n.41. p.18. & dec.2.2. n.6. cum seqq. p.19. rec.*

Quin vis hujusmodi argumenti enervetur, ex quo dicta fides baptismatis cantet, Aloysiam matrem asseruisse dictum Spiritum esse filium Baronis Petri, ibi: *Spirito di Taulignan figlio naturale del Signor Baron di . arro, e di Luigia Pompone, come essa ha detto*: Quoniam nemo cordatæ mentis suaderi potest, quod Parochus Ecclesiæ parochialis Castri Baronalis dicti Petri, talem enunciativam, & denominationem filio illegitimo Baronis dare, & in scriptis ad sempiternam rei memoriam deducere voluisset, nisi no-7 torius concubinatus præfatæ mulieris assertionem admodum probabilem, imo veram reddidisset, & quod magis urget, nisi Dominus Castri dictum insaorem taliter canonizati permisisset, ut in simili ad hunc præcisum effectum probandi filiationem, arguit Rota in Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1693. §. *Minusque* coram me.

Et sane ratio, & modus, quibus natus infans, alitus, & educatus fuit, aperte demonstrant, ut non nisi Barone Petro ultro permittente, & assentiente, fuerit in fonte Baptismali illius filius nuncupatus, nutrix enim illum lactans mercedem a Barone recepit, ab ætate puerili egressus ab eodem Barone suscepit alimenta in propria ejus mensa, suoque ære studiis vacavit, bonasque artes didicit, palamque idem Baro illum uti proprium filium blandiebatur, denominabat, & ab aliis denominari minime gravabatur, ut deponunt Testes optime informati, congruamque scientiæ rationem reddentes, de quibus *in Summ. Spiritus n.3. & 11.* Ex enarratis autem circumstantiis efficacia filiationis educi argumenta, saltem ad effectum præstationis alimentorum, conveniunt Doctores, ut in specie mercedis solutæ nutri- 8 ci notavit Bald. *in cap. perpensas num. 1. & 5. de probat.* Angel. *de confess. lib. 2. quæst. 7. num. 97.* Rot. *divers. dec. 238. n.5. & 6. par.1. & in Romana filiationis 4. Februarii 1699.* coram R.P.D. Muto §. *In hypothesi*; in terminis alimentorum in domo Patris una cum filiis legitimis præstitorum, Surd. *cons.1. n.45.* Angel. *ubi supra n.95.* Rota coram Ubald. *decis.35. num.3. & in dicta Romana filiationis* coram R.P.D. Muto *dicto §. In hypothesi, & in confirmatoria* cor. R.P.D. Pio §. *Præcipue*, & in proposito tractatus, ac denominationis filii a controverso Patre, & cæteris, Rot. 35. *num.9.* cor. Ubaldo *dec.388. num.17.* coram Merlin. & late in Romana, seu Perusina filiationis 13. Martii 1690. coram R.P.D. meo Caprara §.3. *cum seq.* & in alia Carpentoracten. fideicommiss. 12. Januarii 1699. coram eodem D. meo Caprara, confirmata prima Julii ejusdem anni §. *Deficit*, coram R.P.D. meo de la Tremoille, & in dict. Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii præteriti *dict.* §. *Minusque*, cor. me.

Iidemque tractatus filiationis noscuntur continuati in adolescentia Spiritus; Baro enim Patre cupiens, ut filius Militiæ Ecclesiasticæ nomen daret, egit, & obtinuit a Sede Apostolica dispensationem super defectu suorum natalium, ut de tractatu deponunt Testes *dicto Summ. Spiritus n.5.* & de dispensatione liquet ex *n.5.* in qua idem Spiritus vocatur de Gente de Tauligoan; ac desuper curavit, ut a Vicelegato Aven. legitimaretur, *d. n.6.* & ab Episcopo Vasionen. prima Tonsura initiaretur, ut ex fide, in qua pariter denominatur filius dicti Baronis Petri, *d. Summ. n.6. lit. A.* qui actus adeo proportionati filiationis argumenta tribuere in terminis legitimationis a Patre procuratæ, dixit Rot. *in dec.488. n.8.* cor. Merlin. *& dec. 238. n.10. part. rec.* & in dicta Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. §. *Minusque* 9 *demum*, coram me, & in specie susceptionis primæ Tonsuræ ab eodem Patre exoptatæ, notavit Rota *dec. 238. n. 10. part.1. divers.* & cor. Ubald. *dec.155. num.3. & dec.409.* 10 *n.13. p.5. & dec.159. n.4.* cor. Royas, *& dec.294. n.8.* cor. Card. Cerro & in dicta Romana filiationis cor. R.P.D. meo Muto §. *Quandoquidem*.

Quibus adstipulantur alia fortissima argumenta deprompta ex aliis actibus gestis in juventute dicti Spiritus; & primum elicitur, ex quo ipse nolens vitam Ecclesiasticam, sed castra sequi in servitio Regis Christianissimi, dictus Baro summo dolore effectum sese ostendit, ut deponunt Testes *dicto Summario num. 6.* & acerbiori, ac gravissima mœstitia oppressum illum viderunt vassalli, ubi Spiritus hospite infatuato e Castro discessit, plerisque deponenti- 11 bus magnam pollicitum fuisse strenam, seu recognitionem ei, qui filium profugum ad domum paternam reportasset, ut constat ex *Summ. Spiritus n. 7.* Hujusmodi autem animi dolores ex prænarratis causis paternum amorem indigitant, ut in simili ponderavit Rot. *dec.328. n.8. par.1. divers.*

Absque eo quod signa dictæ mœstitiæ adscribi debeant, ex quo Spiritus fugiens nonnullas Baronis pecunias subripuerat: Quoniam data non fuit de hoc facto concludens probatio, ut paret; imo argumenta sunt in oppositum, dum reverso Spiritu ad Castrum paternum, Baro extrema internæ lætitiæ signa protulit, eaque palam dignosci voluit, dum juxta mores Regionis in eventibus prosperis, & jucundis, in Ecclesia majori solemne Sacrum celebrari fecit cum recitatione Hymni Ambrosiani ad fragorem tubarum, & bombardarum strepitum, *dicto Summ. num. 8.* choreasque suis vassallis indixit: quæ exorbitantis lætitiæ signa in reditu Spiritus nimis evidenter osten- 12 dunt mœstitiam in illius fuga ortum habuisse ab amore paterno, quo dictus Baro filium profugum prosequebatur, & non ob pecunias subreptas, quæ quatenus fuissent ablatæ, verisimiliter non redierunt cum Spiritu, neque cæ-

teroquin illarum recuperatio merebatur tantam lætitiam, tragorem, & publicum strepitum, qui proinde verius adscribi deber illi animi hilaritati, in quam partes in jucundis filiorum successibus erumpere solent, Rota *d. dec. 238. n.4. p.1. divers.*

Ejusdem efficaciæ est alterum argumentum elicitum ex donatione facta anno 1671. a Nob. Matrona Joanna Maria filia legitima, & naturali dicti Baronis, favore Spiritus denominati filii naturalis ejusdem Baronis, quorundam jurium feudalium cum interventu sui mariti; ex hoc enim actu urgens filiationis educitur probatio; nam filia legitima, & naturalis non se expoliasset suis bonis ad commo-
13 dum Spiritus, neque filium naturalem patris in acto adeo perpetrionato declarasset, nisi revera talis esset, vel saltem uti filius agnitus, & a patre suppositus fuisset, Rota *dec.44. n.3. part.19. & dec.63. n.8.* cor. Arguell. Non turbante, quod dicta donatio non habuerit effectum, quia id processit, ex quo requirebatur ratificatio patris, & interim Spiritus ab illo discessit, & paulo post discessum patet obiit; cæterum ineffectuatio donationis non excludit actum, & enunciativas prædictas factas a dicta matrona, in quibus domini se fundaruot, ex juribus prænotatis.

Denique urgentissima visa fuit peculiaris confessio ipsius Baronis data *in Summ. Spiritus n.12.* in quadam enim schedula reperta inter illius scripturas legitur adnotatio tenoris sequentis: *Quella 288. doppie, e quelli 210. scudi d'oro, che sono in un sacco, appartengono, sotto pena della dannatione dell'anima mia, a Spirito di Taulignan mio figliolo, e di Luigia Pompon sua madre 1660. Così l'attesto sotto la medesima pena della dannatione dell'anima mia, Barro, Barra.* Quæ schedula recognita per testes circa characterem Baronis plenam fidem facit ex vulgatis, & cum in eadem ille fateatur, & in ejus schedulis registratum ad perpetuam memoriam manere voluerit, quod Spiritus sit ejus filius,
14 maximum exinde veræ filiationis consurgit argumentum, ut dixit in specie Rota cor. Bich. *dec.7. n.1. & 2. & dec.100. n.31. part.19. & d. dec. 488. n. 25.* cor. Merlin. *& dec. 377. n.15.* cor. Ubaldo.

Nec præmissæ probationes destruuntur ex illa facti cir-
15 cumstantia, quod Aloysia mater Spiritus de tempore conceptionis, & nativitatis esset nupta Antonio Rostan; unde Spiritus præsumi debeat conceptus ex illius viro, & non ex Amasio, ad text. *in l. miles, §. Defuncto, ff. de adult.* ulita quod enim sicuti præfata argumenta simul sumpta probant sufficienter filiationem ad effectum consequendi alimenta, ita faciunt cessare dd. textus præsumptionem ex
16 resolutis formiter in Romana fideicommissi 18. Junii 1700. *§. Non obstat cum seq.* coram me; ex eo quælibet eliminatur difficultas, quod d. præsumptio non fundetur tantum in matrimonio, sed in cohabitatione mariti cum uxore, & in mutuo eorum commercio, adeo ut illo non verifica-
17 to talis præsumptio nihil operetur, Adden. ad Buratt. *decis.619. n. 24. & 25. & dec. 34 n.15. & 16.* & fuse in dicta Romana fideicommissi cor. me, *fere per tot.* & in dicta Mediolanen. Capellaniæ 23. Martii 1703. pariter coram me. Ex facto autem habetur, quod de anno 1649. dictus maritus Aloysiæ se transtulit in Occitania, ibique aliud matrimonium contraxit cum alia; unde quidquid sit, an habuerit commercium cum vera uxore dicto tempore, excluditur certe commercium de tempore conceptionis Spiritus, cum is ortus fuerit anno 1652. Neque testes in contrarium adducti tale tempus includunt, imo alii testes producti a Spiritu illud excludunt, dum deponunt, quod toto tempore, quo Aloysia permansit in concubinatu Baronis,
18 illius maritus erat absens, & ad illam accedere non audebat, unde potius standum est hisce testibus de tempore præ-
19 ciso verisimilia deponentibus, quam contrariis generice, & verisimilia testantibus, Aymon. *cons.94. n.3.* Rot. *dec. 123. n.11. p.2. rec. & dec.182. n.38. p.7.*

Absque eo, quod metuerit animadversionem quædam declaratio facta anno 1697. ab Aloysia, data *in Summario Marchionissæ de Taulignan. n. 1.* ex qua erui prætenditur Spiritum potuisse suscipi ab ejus viro, stante illius confessione, quod ab illo cognita fuerit tempore concubinatus; tum quia non specificatur in eadem declaratione, quod fuerit cognita de tempore conceptionis Spiritus; tum quia hujusmodi attestationibus matrum declarantium se concepisse potius ex uno, quam ex altero, parum, aut nihil deferendum esse, dixit Rot. *dec. 289. n.2. p.1. & dec.150. n.7. part.18. recent.* tum quia demum eadem Aloysia in fonte Baptismalis asseruit Spiritum esse filium dicti Baronis Perti, idemque formiter declaravit anno 1696. asseverando, maritum nunquam habuisse cum ea commercium de tempore, quo sub schemate concubinatus a dicto Barone retinebatur, quodque ex eodem quinque filios susceperat *Summ. Spiritus n.16.* unde in concursu contrariarum attestationum standum est primæ, & non posteriori, lite pendente, & in ejus majori calore exortæ, ut dixit Rot. *dec. 306. n.22. par.7. rec. & dec.86. num.26. part.12. & dec.53. n.14. part.18. rec.*

Et ita utraque parte &c.

REVERENDISSIMO P. DOMINO MOLINES DECANO.

Romana Funeralium.

Luna 15. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

Funerale non factum juste exigi potest, debetque ab Episcopo, vel alio superiore juxta facultatem defuncti taxari; & Romæ adest Statutum, cujus vigore hæredes ad funus faciendum coguntur juxta taxam præscriptam a Camerario Cleri; funus vero non factum integre debetur Ecclesiæ Parochiali, nec dividitur cum Ecclesia tumulante; aliaque ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *IN materia funeralium multum attenditur consuetudo.*
2 *Funeralia qua de causa instituta, & quæ cæremoniæ in eis servandæ.*
3 *Voluntas defuncti præscribens, quod corpus humetur sine ulla honorificentia ab Ecclesia instituta, non debet servari.*
4 *Consuetudo sepeliendi cadavera absque ulla ex sacris cæremoniis, tanquam irrationabilis, non attenditur.*
5 *Cærimoniarum funeralium observantia præcipitur in rituali Romano.*
6 *Et idem ordinat Synodus Provincialis Mediolanensis.*
7 *Romæ ex speciali Statuto, Clerici hæredes coguntur consueto ritu cadavera exponere, & si negligant, taxantur per Cleri Romani Camerarium juxta conditionem, & qualitatem defuncti.*
8 *Quando aliquis moritur ab intestato, nihil disponens circa funeris impensas, potest Episcopus aliquam moderatam summam ad hunc effectum taxare, & obstringere hæredes ad illam solvendam, maxime stante consuetudine.*
9 *Pro sepultura in Ecclesia, & humatione cadaverum, ex sacrorum Canonum Constitutione nullum pretium exigi potest.*
10 *Sed tamen non prohibetur spontaneas oblationes ad hunc effectum factas recipere.*
11 *Consuetudo offerendi aliquid Ecclesiæ pro sepultura, & exequiis ubique introducta debet servari, & talis observantia demonstratur per Canones, Concilia, & Synodos.*
12 *Et possunt hæredes si non jure actionis saltem ex officio judicis adstringi ad hanc consuetudinem servandam.*
13 *Quod talis consuetudo sit improbata.*
14 *Intellige tamen de consuetudine oriente ex coactis, & pactionatis solutionibus, non autem de introducta ex voluntariis, & piis oblationibus.*
15 *Jus sepeliendi de jure antiquo spectabat solum ad Parochos, & Ecclesiam Parochialem.*
16 *In primitiva Parochialium divisione fuit eis assignatum territorium, populus, & cœmeterium.*
17 *Et quia ipsæ solum populum, & cœmeterium habebant, eis unice jus sepeliendi competebat.*
18 *Unde Ecclesiæ non Parochiales, etiamsi essent monachorum, & regularium, non poterant sepelire, nisi proprios monachos.*
19 *Ecclesiæ monachorum jus tumulandi illos, qui sepulturam in eis eligerent, non quæsiverunt de jure communi, sed ex privilegio.*
20 *Doctores contrariam opinionem firmantes, quod scilicet quæsiverint de jure communi, recensentur.*
21 *Sed eorum opinio rejicitur.*
22 *Privilegia tumulandi antiquitus concedi solita regularibus, præservabant jura Ecclesiæ Parochialis.*
23 *Emolumenta funeralia computantur inter jura Paro-*

chia-

chialia, & cedunt in compensationem laboris a Parocho adhibiti in administratione Sacramentorum.

24 *Funerale etiam non factum debetur Parocho, nisi Ecclesia tumulans habeat privilegium speciale illud consequendi.*

25 *Allegans privilegium debet illud probare,*

26 *Quando cadaver sepelitur extra Ecclesiam Parochialem, sepeliens Ecclesia tenetur tradere Parocho portionem Canonicam, quae alicubi in quarta, alibi in tertia, & quandoque in medietate consistit, juxta peculiarem locorum consuetudinem.*

27 *Romae ex consuetudine debetur Parocho medietas, & haec consuetudo vigore Statuti Cleri Romani transivit in legem.*

28 *Praedicta tamen procedunt in funere facto, & legatis expresse Ecclesiae tumulanti relictis.*

29 *Non autem in funere non facto, & de consuetudine taxando; nam illud integrum spectat ad Parochum, & n. 31.*

30 *Privilegia de casu ad casum non extenduntur, etiamsi adsit identitas rationis.*

32 *Differentia, quae intercedit inter funus factum, & non factum, ad effectum, de quo hic, assignatur, & n. 33.*

34 *Aliud est jus sepeliendi, aliud jus funerandi, illud est privilegio competit etiam Ecclesiis non Parochialibus, istud semper competit Parocho.*

35 *Rationes ex quibus funerale non factum debeatur Parochis, expenduntur.*

36 *Ecclesia tumulans nullum habet actionem petendi funus non factum, nec relictum.*

37 *Consuetudo, quae ex actibus hinc inde contrariis interrupta fuit, non debet attendi, sed recurritur ad juris dispositionem.*

38 *Basilica Lateran. est Sedes Pontificum, caput omnium Ecclesiarum, & inter eas primum locum obtinet.*

39 *Sed talis praeeminentia non efficit, ut Vicarius Lateran. possit in aliis Ecclesiis cujuscumque subditis ullum jus Parochiale exercere, quia in urbe Parochiae sunt distinctae, & quaelibet habet suos limites.*

DECISIO VII.

ANtiquissima viget in Urbe consuetudo taxandi funerale a defunctis nullo modo praeordinatum, aut ab eorum haeredibus non factum, juxta singulorum dignitatem, gradum, & facultates, quod semper integrum exegit Parochus, quando corpora mortuorum tumulata fuerunt in propria Ecclesia Parochiali; cis tamen in alia sepultis controversum extitit, an etiam totū ad illum spectaret, seu contentus esse deberet sua quarta Canonica, remanente residuo pro Ecclesia sepeliente, eo modo, quo fit, quando in ipsa vere, & realiter factum esset: Anno tamen 1690. delata hujusmodi controversia ad hoc Sac. Tribunal occasione non facti, & taxati funeris R.P.D. Ritae, prodiit coram R.P.D. meo Caprara decisio, *totum, & integrum, competere Parocho*: cui resolutioni PP. S. Augustini succumbentes acquieverunt, litique solemniter renunciarunt.

Hac tamen re judicata non obstante, ob non factum funus clar. mem. Principis Don Flavii Ursino renovata fuit similis contentio inter Parochum Sacrosanctae Basilicae Lateran. ubi in sepulchro praeclarae hujus familiae illius cadaver humatum est, & Parochum Ecclesiae S. Eustachii, in cujus septis idem Princeps naturae debitum reddidit, super pertinentia d. funeris a Camerario Cleri Romani taxati, utque semel hujusmodi disputationes frequenter contingibiles amputarentur, placuit Sanctissimo D. N. feliciter regnante praesentem causam definiendam remittere ad S. Congreg. Concilii, exquisito voto nostri Auditorii, caeteris urbis Parochis pro omni eorum jure, & interesse vocatis, & auditis. Quamobrem cum ad hujus rescripti normam hodie dubitaverim: *An funerale non factum deberetur integrum Ecclesiae Parochiali, quando defunctus fuit sepultus in alia Ecclesia?* Domini, diviso dubio in duas partes, an scilicet funerale non factum debeatur, justeque exigi valeat, & quatenus affirmative, an tantum a Parocho, itaut ipsi totum, & integrum sit adjudicandum; re mature, & funditus examinata, responsum dederunt, funerale non factum deberi, & quidem totum, & integrum Parocho.

Prima pars resolutionis solidum visa fuit recipere praesidium non solum ex efficacia consuetudinis nunquam in 10 dubium revocatae, quae in hac, de qua agitur, materia

multum operatur, argumento *c. certificasti de sepult.* Innoc. *in c. dilectus n. 4. de capell. monach.* & *in c. ad audientiam*, ubi etiam Abbas n. 6. *vers. quarto quaero de Eccles. aedificand.* Rot. *dec. 376. n. 2. p. 1. rec.*

Sed etiam & principaliter, quia Ecclesia Catholica obliteratis, & proscriptis innumeris superstitiosis, & deridendis ethnicorum funerum ritibus, necnon ambitiosis, & superfluis expensis, quae in hanc causam effundebantur, sequens exempla veteris, & novi testamenti, instructaque beatorum Apostolorum, sanctorumque Patrum regulis pios, ac religiosos constabilivit ritus in sepeliendis corporibus mortuorum servandos, instituendo scilicet, ut eorum funus prosequeretur cum piis precibus, psalmis, & missis, 1
associatione Clericorum, & candelis, & cerei ardentibus, aliaque hujusce generis pompa, & celebritate, idque tam in suffragium animarum, solatiumque vivorum, quam ad significandum animas a corpore separatas vivere & immortalitatis dono gaudere, defunctos obiisse in fide, resurrectionem, ac fruitionem aeternae gloriae expectare, ut ex D. Augustino *in lib. de agenda cura pro mortuis* Hieronymo, Ambrosio, & aliis probatur, *c. non aestimandum 19. c. animu 23. cap. tempus 23. c. quia 24. & c. qui divina 28. caus. 13. q. 2.* & explicant late Cardin. Bellarm. *tom. 1. contr. lib. 2. de funer. c. 9. & 10.* Guilielm. Benedictus, *in c. Raynutius verb. mortuo itaque testatore n. 1. n. 54. de testam.* Durand. *de ritib. Eccles. Cathol. lib. 1. cap. 25. a num. 10. ad 16.* Cassan. *in catal. glor. mund. p. 2. consid. 5.* Julius Lavor. *elucubr. variar. tit. 2. c. 3. a n. 3. ad n. 17. & c. 54. per tot.* Beyerlink. *in theatro vitae humanae, vers. sepultura Ecclesiastica cum seqq.* Franc. *de Eccles. Cathedrali c. 17. n. 117. a n. 156.* Passerin. *de offic. & stat. homin. tom. 2. q. 187. art. 4. n. 34. & 35.* Lara *de anniverf. lib. 1. c. 1. a n. 52. ad 58.* Amostaz. *de caus. piis lib. 6. cap 1. a n. 1. ad n. 27.*

Invaluitque adeo in toto orbe catholico hujusmodi vetus Ecclesiae institutum, ut receptissimum sit inter nostri juris interpretes, quod mandari non debeat executioni ultima defunctorum voluntas in ea parte, in qua praescriberent eorum corpus humari sine ulla honorificentia ab Ecclesia 2
instituta, ut probant Valent. *tom. 3. disp. 3. q. 2.* Banoez *2. 2. q. 3. art. 3.* Lavor. *var. elucubr. tit. 2. c. 16. n. 18.* Ventrigl. *in prax. rer. not. ad fol. Eccl. adnot. 5 n. 6. unica n. 16.* Franc. *de Eccles. Cathed. c. 17. n. 153.* Amostaz. *de causis piis lib. 6. c. 5. n. 15.* Passer. *d. art. 4. n. 35. in fine.* Non obstante qualibet contraria consuetudine: quia hanc tanquam irrationabilem omnique honestati repugnantem, eliminandam, & extirpandam esse, *ex c. fin. de consuet.* aliisque probat Pignatell. *consf. 229. n. 14. tom. 4.*

Hancque ob causam Rituale Romanum a san. mem. Paulo V. approbatum, ad compescendam haeredum impietatem negligentium prosequi solemni more funus defunctorum, 5
distinguit in rubrica *de exequiis*, monet Parochos, ne hujusmodi ritus omittantur, sinantque in desuetudinem abire, ibi: *Sacras caeremonias, ac ritus, quibus ex antiquissima traditione, & summorum Pontificum institutione sancta mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam verae religionis mysteria, christianaeque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent ut in usu retinere:* & paulo infra, ibi: *Cum autem antiquissimus ritus Ecclesiastici sit cereos accensos in exequiis, ac funeribus deferre, caveant Parochi, ne hujusmodi ritus omittatur, ac ne quid indigni in ea committatur.* Et Divus Carolus Borromaeus 6
inter Constitutiones Concilii Provincialis praecepit etiam, sunt ejus verba, *ut vetus Ecclesiae institutum mortuorum funus piis precibus, & officiis solemni more prosequendi, multis in locis avaritia, ambitione, vel negligentia depravatum, ad pristinam pietatis rationem revocetur.* Et mox subjungit, ibi: *Si mortuorum haeredes ita se impie gesserint, ut religiosum exequiarum institutum negligentes, Cruci, Clericis, & funeri debita lumina adhibere noluerint, ab Episcopo ita cogantur comparare, quae necessaria videbuntur.*

Stante proinde praefata Ecclesiae vetustissima institutione deferendi ad tumulum cum debito funere corpora fidelium, improbatione contrariae consuetudinis, voluntatisque testatorum illud prohibentium, ac demum onere Parochis injuncto, ut hujusmodi usus retineatur, & omnino servetur, bene, & secundum juris regulas sancitum est Romae speciali Cleri Romani Statuto, ut defunctorum haeredes cogantur consueto ritu funerali deferre, & exponere ca- 7
davera, negligentibusque hanc pompam, & honorem mortuis exhibere, idem funus non factum taxaretur per Cleri

Romani Camerarium juxta illorum qualitatem, & substan-
tiam; frustra enim Ecclesia pios, & laudabiles institueret
ritus, si ad observantiam non deducerentur, omnesque non
arcerentur fraudes illas impedientes, ut omissis generali-
bus, quæ congeri possunt in terminis funeralium ait text.
in c. officii, §. *si vero*, & *cap. fin. de testam. c. ex parte in fin.
de verb. signific.* & concordat. Rituale Romanum in præ-
citato titulo de exequiis, §. *Sacros*, §. *Caveant*, & §. *Cum
autem*, & infra latius.

Quæ omnia mirifice confirmantur ex communi opinio-
ne Doctorum dicentium, quod quando aliquis moritur ab
intestato, nihil disponens circa funeris impensam, missas,
vel alia pia suffragia pro ejus anima, posse, & debere Epi-
scopum ad illos effectus taxare, & applicare aliquam sum-
mam moderatam juxta illius statum, qualitatem, & facul-
8 tates, & obstringere hæredes ad illam solvendam; maxime
stante consuetudine sic faciendi, quæ valde rationabilis est,
ut tenent Genuens. *in prax. Archiep. c. 79.* Nicol. *elucubrat.
com. c. lib. 2. tit. 10. de testam. n. 16. p. 672.* Corriad. *decis.
258. num. 45. 46. & 47.* Card. de Luc. *de testam. disc. 24.* A-
mostaz. *de caus. piis lib. 6. c. 6. a n. 55. ad 74.* ubi hoc ipsum
comprobat ex legibus Castellæ, & *a n. 75. cum duobus seqq.*
etiam firmat, quod si aliquis cum testamento decedat, ni-
hil tamen disponendo de expensis funeris, & suffragiis pro
ejus anima, quatenus hæredes sponte eas facere renuerint,
posse Episcopum eos cogere ad distribuendam partem bo-
norum proportionatam qualitati, & substantiæ defuncti,
idemque tuetur Spin. *de testam. gl. 2. n. 54.*

Neque dicatur, præfatam urbis consuetudinem taxandi
funerale non factum adversari sacrorum Canonum dispo-
sitioni prohibentium pro sepultura in Ecclesia præstanda,
& pro officio, quod impenditur in corporibus humandis,
9 ullum pretium exigi, per text. *in c. abolenda 13. de sepult. c.
q. 12. c. postquam 13. c. in Ecclesiasticis 14. c. præcipiendum
15. causa 13. q. 2. c. plerique 7. de pactis c. ad Apostolicam, c.
suam, c. Dilectus de simonia*. Ne aut venalis fortasse, quod
absit, dicatur Ecclesia, aut Presbyteri de humanis videan-
tur mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studeant
quærere quolibet modo compendium, ut totidem verbis
scribens ad Episcopos Messanensem, & Calaritanum ex-
clamabat S. Gregorius magnus, *lib. 7. epist. 4. & 56.* cum
aliis concordantibus late deductis per Gonzalez *in d. c. abo-
lenda de simon.* & Patrem Thomasio. *in verb. & nov. Eccles.
discipl. p. 3. lib. 1. c. 65. & c. 66. per tot.*

Nam sicuti innegabile est, quod Sancti Patres, Cano-
nes, & Concilia nullo tempore passi fuerint, quod Cleri-
ci, & Presbyteri administrarent sepulturas cum aliqua pa-
ctione & coacta solutione; verissimum pariter est, nun-
quam vetuisse, ne spontaneas oblationes in hanc causam
factas reciperent, ut prælaudatus S. Gregorius potestatur *in
10 d. Epist. 56.* ibi: *Si quando aliquem in Ecclesiam vestram
sepelire conceditis, siquidem parentes ipsius proximi, vel
hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, acci-
pere non vetamus*; & concordant omnes Canones in obje-
cto allegati, & in hunc sensum intelligendus est text. alias
difficilis, *in c. secundum Canonicam 24. caus. 13. q. 2.* ut no-
tat Gonzal. *in d. c. abolenda n. 8.*

Cumque consuetudo offerendi aliquid pro sepulturis, &
exequiis funerum latissime, & ubique effusa fuerit, atque
alias talis usus in seipso sit pius, & laudabilis ob rationes
supra expensas, hinc ne refrigesceret pietas, aut religiosa con-
suetudo alicujus malitia obsolesceret, Concilia, & Syno-
dica Statuta jubere, & præcipere cœperunt consuetudines
hujusmodi omnino servari debere, ut præ cæteris Hono-
rius Papa III. & non Innocent. III. ut bene notat Gonzalez,
in d. c. abolenda c. 3. de sepult. injungit Magalonensi Episco-
11 po, suot præcisa verba, *Laudabilem consuetudinem erga
Dei Ecclesiam pia devotione fidelium introductam obser-
vent, ut fermento hæreticæ pravitatis illam erumpere ni-
deantur sub prætextu Ecclesiasticæ puritatis*. Et Alexander
III. *in c. Ad Apostolicam*, idipsum districtius præcipit, ibi:
*Quapropter super his pravas exactiones fieri prohibemus, &
pias consuetudines præcipimus observari, statuentes, ut libe-
re conferantur Ecclesiastica Sacramenta, sed per Episcopum
loci veritate cognita compescantur, qui malitiose nituntur
laudabilem consuetudinem immutare*. Et ita docuit S. Tho-
mas 2. 2. *q. 100. art. 2. in corpore, & ad 4. & art. 3. in corpo-
re, & ad 2.* & late tradunt Grat. *discept. c. 10. n. 10. & in dec.
Marchia 28. num 14. & 15.* Laer. *de anniverf. & c. Plebano
lib. 1. c. 17. n. 17.* Amostaz. *de caus. piis, lib. 6. c. 7. n. 27.* An-
tonell. *de regim. Eccl. lib. 1. c. 12. n. 55.* Gonzal. *in d. c. abo-
lenda n. 9.* & solida Thomasin. *d. lib. 3. c. 68. per tot.*

Quamobrem gloss. *in d. cap. Ad Apostolicam in verb.
nituntur laudabilem de simon. & in c. suam 29. verb. pro exe-
12 quiis eod. tit. & in cap. abolenda c. 3. verb. exigere, de sepult.*
docet, populum, si non jure actionis, officium judicis ad-
stringi posse ad servandam talem consuetudinem pia devo-
tione fidelium introductam, & comprobant, *c. ex parte de
cens. & authen. de Sanctiss. Episcopis*, §. *pro consuetudine*,
Abb. *in d. c. Ad Apostolicam*, Balb. *cons. 58. part. 2.* Caste.
cons. 363. lib. 1. circa primum quæsitum, Grat. *discept. 210.
n. 24.* Lavor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 10. n. 23.*

Quin ullatenus officiat, quod Alexander III. in Conci-
13 lio Uronensi relatus a Gratiano *in c. non satis 8. §. Pro
sepultura*, & Concilium Lateranense relatum *in cap. cum in
Ecclesia 9. de simon.* ipsam improbent consuetudinem ali-
quid exigendi pro sepulturis, & exequiis funerum; quo-
niam, ut recte distinguit gloss. *in d. c. Cum in ecclesia, ver-
bo consuetudine* in antedictis Conciliis reprobatur consue-
tudo originem desumens ex coactis solutionibus factis,
14 mediante pactu antecedenter ad datam defunctis sepultu-
ram conventu; secus vero consuetudo inducta ex pluri-
bus, & frequentatis actibus omnino liberis, & voluntariis,
inceptis, & prosecutis ex pia, & laudabili devotione fide-
lium in augmentum cultus divini, & ad decentem, & con-
gruam sustentationem Parochorum, aliorumque ministro-
rum Ecclesiæ. Prima enim, utpote trahens exordium a pa-
cto, & coactione a jure prohibita, potius corruptela dijudi-
canda est, quam diuturnitas temporis non diminuit, sed
auget. Secunda vero, quia prodiit ex actibus sponte factis,
& permissis, aliasque in se valde piis, & laudabilibus, bene
dicitur introducta, ut explicat S. Thomas 2. 2. *q. 100. art. 2.
in corpore, & ad 4. & art. 3. in corpore, & ad 2.* Abb. *in c.
suam 29. de simon. & in d. c. Ad Apostolicam*, Cast. d. *cons.
363. n. 2. vers. certe requiritur, & cons. 491. n. 4. tom. 1.* Rom.
cons. 344. n. 1. & 2. sing. 433. Grat. *discept. 210. a n. 23. ad n. 29.*
Lavor. *var. elucubr. tit. 2. c. 10. n. 22. & 23.* Latta *de anniverf.
& capellan. lib. 1. cap. 25. n. 18.* Amostaz. *de caus. piis lib. 6.
c. 7. n. 27.* Antonell. *de regim. eccles. lib. 1. c. 12. n. 55.*

Hæc quoad primam partem resolutionis, aggrediendo
secundam, quod funerale non factum, totum, & integrum
debeatur Parocho; ratio sic decidendi fuit duplex, quarum
15 prima stetit in eo, quod attenta juris veteris Canonici cen-
sura, jus sepeliendi solum spectabat ad Parochum ratione
suæ Ecclesiæ, quæ eo ipso, quod est erecta in Parochialem,
16 habet proprium Territorium, populum, & cœmeterium,
& cum his qualitatibus fuerunt divisæ Parochiæ, ut Pa-
rochi suis terminis, & districtibus contenti scirent, quibus
haberent ministrare Sacramenta, & concedere sepulturam,
*cap. Ecclesias caus. 13. q. 1. cap. Pastoralis 9. de his, quæ fiunt
a majori parte Capituli*, Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 13.
vers. inde quoque*. Et quia de jure solum Ecclesiæ Paro-
chiales habebant populum, & cœmeterium, idcirco ex ea-
17 dem juris dispositione illis tantum competebat jus sepelien-
di, *gloss. in clem. dudum de sepult. verb. sepulturam*, Innoc.
in cap. 1. de sepult. Archidiac. *in cap. certificari 3. eod. tit.
n. 89.* Fagnan. *in eod. cap. 4. & 6.* Lavor. *var. elucubr. tit. 2.
c. 9. n. 2. 3. & 7.* Frances *in Eccles. Cathedral. cap. 17. n. 7.*
Amostaz. *de caus. piis, lib 6. c. 2. a n. 15. ad n. 69.*

Adeout communis sit antiquorum Canonistarum sen-
tentia, Ecclesias non Parochiales, & præcipue illas Mona-
18 chorum, & Regularium, quia de jure non habebant popu-
lum, solumque retinebant cœmeterium pro seipsis, non
potuisse nisi proprios Monachos sepelire, ad expressum
text. *in c. Placuit 1. caus. 16. q. 1.* Jusque illud, quo gaudent
19 tumulandi alios, qui in eorum Ecclesiis elegerint sepul-
turam, non obtinere ex juris communis dispositione, sed
ex privilegio, ut probatur *ex cap. Certificari 9. cap. In nostra
10. vers. E contra, ubi gloss. vers. nisi dolo*, ibi: *Et sic propter
dolum cessat privilegium, cap. 1. de pact. in 6.* & magis aperte
convincitur *ex Clem. dudum, vers. hujusmodi quoque statuto
de sepult.* ubi per privilegium Sedis Apostolicæ conceditur
fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ut in suorum Or-
dinum Ecclesiis ubilibet constitutis liberam habeant sepul-
turam ad tumulandos, qui in illis humari voluerint, &
ita tenet Abbas *in c. fraternitatem 3. de sepult.* dicens se nun-
quam aliquam Constitutionem legisse, in qua caveatur
Monasteria habere de jure cœmeteria nisi pro suis, ut com-
probant Frideric. de Sen. *cons. 135. n. 19.* Navarr. *cons. 1. n. 6.
de sepult. in novis*, Cironius *in c. 2. de sepult. in 5. compilat.*
Lavor. *d. tit. 2. c. 9. n. 10.* Samuel. *de sepul. plalud. 10. n. 2.* Lez- 20
zana *vers. sepult. n. 4.* Gonzal. *in c. fraternitatem 3. n. 7. &
in c. super 8. n. 11. ver. pro cujus textus expositione de sepult.*
Amostaz. *de caus. piis, l. 6. c. 3. n. 1. & n. 88. et postea Pontifices,*

Quin

Quin attendendi sint aliqui recentiores, videlicet Fagn. *d. c. fraternitatem n. 5. & 6.* Passerin. *de stat. homin. t. 2. q. 187. art. 4. n. 137. ad n. 142.* Bordon. *resolut. 51. n. 6.* tenentes etiam regularibus permissam esse potestatem sepeliendi in suis Ecclesiis ex juris communis dispositione; tum quia
21 contra illos stat communis omnium antiquorum, & gravissimorum Canonistarum sententia; tum quia textus per illos citati potius favent contrariæ communi opinioni; nam *d. c. fraternitatem 3. de sepult.* explicat Abbas, ubi supra, de Monasteriis habentibus populum, vel jus sepeliendi ex privilegio, & in hoc etiam sensu intelligenda esse, *c. ubicumq. 6. 13. q. 2. & c. Agapitus 13. 16. q. 1. ait gloss. in eod. c. Agapitus, verb. missas, & in c. Interdicimus, verb. ad Episcopis 16. q. 1.* Quamobrem Innocentius *in c. 1. de sepult.* statuendo in hac materia regulam generalem omnibus cavendum esse monet, (sunt ejus verba) *quod non omnis Ecclesia habet cœmeterium, sed illa tantum, quæ habent populum, vel illa, quibus concessum est ex privilegio.*

Unde ex quo de jure communi monachi aliique regulares non poterant recipere alios fideles in suarum Ecclesiarum sepulturis, impetrabant privilegia Apostolica, quæ ne in totum essent præjudicialia Ecclesiis Parochialibus, in eis opponebatur clausula, *salva justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur;* per quam clausulam Pontifices præservare semper intellexerunt portionem Canonicam debitam Ecclesiæ Parochiali, cui de jure, semotis
22 dictis privilegiis, jus sepeliendi suos Parochianos competebat privative quoad omnes regulares, ut dicitur *in d. cap. Certificari 9. cum gl. de sepult.* & notant Gonzal. *in cap. Cum super 8. n. 11. eod. tit.* Lavne. *var. elucubr. tit. 2. c. 6. n. 5.* Barbos. *de off. Parochi p. 3. c. 25. n. 10.* Rot. *dec. 83.* post Tamb. *de jur. Abbat.*

Secundam rationem petierunt domini ex ipsius juris communis censura, juxta quam emolumenta funeralia re-
23 censentur inter jura Parochialia, solisque Parochis exercentibus curam animarum tributum est jus illa petendi, non ratione laboris in corporibus fidelium humandis adhibiti, sed in compensationem oneris officii curati, & administrationis Sacramentorum. Decet enim Presbyteros, qui populum prædicatione instruunt, divina celebrant officia, nocte, dieque sacramenta ministrant, precesque pro populo effundunt, inter alias obventiones necessarias pro illorum congrua, & decenti sustentatione, recipiant etiam istam emolumentorum funeralium, ut habetur *ex cap. 1. 4. & 10. de sepult. Clement. dudum, §. verum eod. tit.* ubi late Vitalin. *n. 5.* Frideric. de Sen. *cons. 3. n. 8. & 9.* Roman. *cons. 342. n. 1. & 2.* Petrus de Ubald. *in tract. de Canonic. paroch. cap. 2. per tot. & cap. 6. n. 1. & cap. 7. eod. n.* Barbos. *de Paroch. cap. 25. n. 19. & 32.* Amostazz. *de causis piis, lib. 6. cap. 3. n. 39. & 42.* Rot. cor. Mant. *decision. 294. n. 1.* & cor. Caval. *dec. 101. n. 1.* Rota cor. Merlino *dec. 19. n. 2. & decis. 480. n. 5. cum seqq. & dec. 99. n. 6.* cor. Manzaned. *& decis. 402. n. 5. cum seqq. par 5. rec. tom. 1. & dec. 552. n. 8. eadem parte tom. 2.*

Positum autem, quod jus sepeliendi, ac funerandi, exigendique funeris emolumenta, de jure communi spectat ad Parochum, & nonnisi ex privilegio, & Sedi Apostolicæ concessione competat Ecclesiis non Parochialibus, & Regularibus, in quibus defuncti sepulturam elegerint, sequi-
24 tur de plano, quod ubi non constet de privilegio concesso Ecclesiis non Parochialibus sepelientibus consequendi funerale non factum, istud citra ullam ambigendi rationem debetur Parocho juris assistentia suffulto, ex notis principiis, quod habens pro se juris regulam dicitur habere intentionem plusquam fundatam ex relatis, *in dec. 151. n. 7. & 8. p. 6. rec.* & allegans privilegium, debet illud probare, & ta-
25 liter, ut de eo hæsitari non possit, ex congestis per Frances *de Eccles. Cathedr. c. 30. n. 194.* Rot. cor. Buratt. *dec. 140. n. 1. & dec. 185. n. 9.* cor. san. mem. Alex. VIII.

Hujusmodi porro privilegium usque modo non fuit ostensum in corpore juris existens, non suffragante deducto *ex c. relatum 2. c. Cum super, & c. in nostra, de sepult. Clement. dudum eod. tit.* nam quamvis ibi disponatur, quod
26 humatis defunctis extra Parochialem Ecclesiam sepeliens teneatur Parocho præstare tantummodo suam portionem Canonicam, quæ a Clemente III. *in capit. Certificari 9. de sepultur.* est taxata in tertia, vel quarta parte emolumentorum funeris, aliorumque legatorum intuitu sepulturæ, relictorum, vel etiam in medietate juxta peculiarem locorum, regionumque consuetudinem, ut pluribus aliis deductis, late disserit Amostazz. *de caus. piis, lib. 6. c. 3. n. 37.*
27 *ad 42.* quæ in urbe viget præstandi medietatem, redacta-

que est in legem per Statutum Cleri Romani confirmatum a sa. me. Urbano VIII. anno 1629. *sub c. 4.* petea, quæ tradunt Barbos. *de jur. Eccl. lib. 3. c. 25. n. 41. & 42.* Passerin. *de homin. stat. q. 187. art. 4. n. 487. in fin.*

Loquuntur tamen relatæ Decretales, & Conciliares dispositiones de funere facto, & legatis capere in eorum ultimis tabulis Ecclesiæ sepelienti relictis, ut literaliter patet *ex cap. 1. de sepult.* ibi: *cu quia dignus est operarius mercede* 28
sua, tertiam partem sui judicii illi Ecclesiæ dare consenserit in qua cœlesti pabulo refici consuevit; Ex quo verbo judicii *sui*, clare deprehenditur, Pontificem locutum fuisse de relictis Ecclesiæ sepelienti, & explicat bene gloss. ibi, *in verbo judicii*, idemque statuitur *in cap. relatum 2.* ibi: *Omnium rerum, & possessionum quas pro salute animæ suæ decreverit disponere, medietatem Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pervenire, relinquat.* Et concordat. *c. Cum super 8.* ibi: *Præsentium auctoritate statuimus, ut si aliquem Parochianorum vestrarum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.* Rursus *in c. In nostra. 10.* ibi: *Taliem super his duximus sententiam proferendam, quod prædicti Hospitalarii de cætero non recipiant Parochianos Ecclesiæ supradictæ, nisi apud eos elegerint sepeliri, & tunc Parochialis Ecclesia de oblationibus lectis, & aliis, quæ defunctus indultus fuerit ad dispositionem hujusmodi faciendam.* Idipsum demum cavetur *in Clem. dudum §. verum*, ibi: *Ne Parochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, sive Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta, debitis, & necessariis beneficiis defraudentur, auctoritate Apostolica constituimus, & ordinamus, fratres de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscunque relictis distincte, & quomodocunque relictis, &c. (necnon de datis, vel qualitercunque donatis in mortis articulo, &c.) quartam partem auctoritate Apostolica taxamus.*

Si igitur recensita privilegia concedentia Ecclesiis non Parochialibus, & Regularibus sepelientibus funerum obventiones, deducta Canonica portione pro Parochis, restricta dignoscuntur ad funerales oblationes, & legata a testatoribus relicta, nullo modo extendi possunt ad emolumenta funeris non facti, & ex consuetudine taxandi, tum quia natura privilegiorum, quæ sunt strictissimi juris
c. privilegium dist. 3. cap. Abbate, §. Contra quod, de verb. 29
signif. l. Quia personale, ff. solut. matrim. Surd. *dec. 330. n. 4.* & tantum suffragantur, quantum literaliter sonant, Innocent. *in c. dilecto de off. Archid. cap. auditis*, ubi Felin. *n. 10. de prescript.* Frances *de Eccl. Cathedr. cap. 50. num. 371. & 185.* Rot. *dec. 252. n. 5.* cor. Coccino.

Minime suffragante identitate rationis, quæ prætenditur
intercedere inter funeralem factum, & non factum, quia 30
etiam hac concurrente, privilegia extendenda non sunt de casu ad casum similem *cap. suggestum de decim. l. 1. Cod. de legib.* late Giton. *de privileg. & exempt. explic. ex n. 53.* Castul. Tapia *ad rubr. ff. de constitut. Princip. cap. 6. per tot.* Hortig. *in patrocin. gymn. Cæsaraugustan. v. 3. num. 16. cum seqq.* Fontanell. *dec. 476. n. 7.* Rot. *dec. 8. n. 3. & 4. p. 8. & dec. 287. n. 6. part. 18.* Et in specie, quod *Clement. dudum*, in iis, quæ adversantur juri communi, sit stricte intelligenda, ait ibidem gl. *in verb. de jure*, Petr. de Ubald. *de Canonic. portion. cap. 4. n. 15.* Passerin. *d. q. 187. n. 512.* & individualiter, quod hæc Clementina, utpote loquens de fu-
neralibus relictis, non comprehendat funus non factum, 31
tradit Pignatell. *tom. 6. consult. 88. n. 2. & 3.* Rota in d. Romana funeralium 24. Aprilis 1690. §. *visum est*, cor. R. P. D. meo Caprara.

Cæterum pro effectu, de quo agitur, notabile intercedit discrimen inter funerale a testatoribus relictum, vel ab hæredibus factum, & funerale non factum, atque ex consuetudine taxandum. Eatenus enim Sacri Canones ex fune-
rali relicto Ecclesiæ sepelienti quartam tantum separave- 32
runt in beneficium Ecclesiæ Parochialis, in quantum ex una parte omnia jura clamant defunctorum judicia servanda esse, *l. memineris, Cod. unde vi.* & Auth. *de hæred. & falcidia in fin.* ex alia vero parte valde durum apparuit, quod morientes obliti Ecclesiæ Parochialis, a qua tanquam filii spirituales pabulum salutis æternæ receperant, debuissent Ecclesiam matrem exhæredare, & fraudare, ad favendum Ecclesiæ sepelienti extraneæ: Indeque tributa potestate unicuique ad suum beneplacitum & arbitrium eligendi sepulturam, eodem contextu caverunt, ex omnibus emolumentis, & oblationibus Ecclesiæ sepelienti factis, quartam detrahendam esse favore Ecclesiæ Parochialis, ut sicuti hujus ministri fuerunt socii passionis fidelium sub ea

MANTISSA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Ad Librum Decimumquintum

THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ

CARDINALIS DE LUCA,

Qui est

DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS, ET RELATIONE CURIÆ ROMANÆ.

ARGUMENTA DECISIONUM

DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS, &c.

DECISIO I. *Romana Domus*:

QUomodo agendum sit, si creditor immissionem reportaverit pro fructibus decursis, & decurrendis, quando de decursis est satisfactus.

DEC. II. *Recineten. Census*.

An executio intermedia inter rescriptora, *sine præjudicio* & alterum, *cum facultate manutenendi*, *quem de jure*, sit retractanda?

DEC. III. *Imolen. Benorum*.

Terminos *pro servato*, simpliciter tentus, an causet attentata?

DEC. IV. *Imolen. Benorum*.

Approbantur superius decisa.

DEC. V. *Valterna Manutentionis*.

Executio mandati de immittendo absque figura judicii relaxati, an fieri valeat die feriato?

DEC. VI. *Vulterna Manutentionis*.

Superius decisa approbantur.

DEC. VII. *Amerina unionis super Manutentiones*.

Adversus factum judicis an gradu appellationis possit per viam manutentionis, vel potius sit agendum ordinaria actione revocatoriæ?

DEC. VIII. *Ferrarien. fideicommissi super fructibus*.

An postquam Signatura commisit causam in devolutivo, liceat fructus liquidare coram judice *a quo*?

DEC. IX. *Vicen. Hebdomadaria super attentatis*.

Inhibitionem nedum Reum, sed quoque Actorem afficere, deciditur.

DEC. X. *Romana educationis super attentatis*.

Judicium assecurationis quando fieri possit coram alio judice, quam illo, in cujus Tribunali pendet lis principalis.

DEC. XI. *Leodien. jurisdictionis super attentatis*.

Citatio pro adeunda Signatura quando inhibeat, & an continuatio possessionis, non obstante inhibitione, attentata reputetur? ad ornatum *disc.* 18. Cardin. de Luca *de judiciis*.

DEC. XII. *Leodien. jurisdictionis*.

Approbantur superius decisa.

DEC. XIII. *Reatina Pensionum*.

An exceptio spolii impediat litis ingressum in diversa actione? ad declarationem *disc.* 20. Card. de Luca *de jud.* & quæ exigantur, ut causa dicatur connexa, ne dividi debeat ab alia, ad comprobationem *disc.* 43. *de judic. ejusdem authoris*.

DEC. XIV. *Romana Census*.

An mandatum executivum, licet executioni demandatum, non obstante excessivitate, valeat extra Tribunal A.C. pro summa debita sustineri, & in gradu appellationis mandatum in actione executiva per A.C. ex causa legali relaxatum possit confirmari, vel potius aliud ex integro debeat relaxari?

DEC. XV. *Perusina Appellationis*.

Justitia sententiæ quo casu possit ex novis juribus justificari, ut sit confirmanda, ad declarationem *disc.* 36. & 40. Card. de Luc. *de judic.*

DEC. XVI. *Romana hereditatis de Lanuviis*.

Approbat hæc decisio ea, quæ Card. de Luca *in disc.* 39. *de judic.* firmavit, quod nempe fructus in judiciis possessoriis non debentur a die motæ litis, sed a die productionis jurium.

DEC. XVII. *Bononien. evictionis super fructibus*.

Fructus an debeantur a die motæ litis, vel usque a principio; quando nempe orta fuit actio? ad ornatum *disc.* 39. Card. de Luca *de judic.*

DEC. XVIII. *Hortana Casalis super fructibus*.

Agitur de eadem materia, nempe restitutionis fructuum.

DEC. XIX. *Romana Manutentionis*.

Ex novis juribus retractato judicato, cujus virtute facta fuit deliberatio, an detur manutentio contra deliberatarium? in confirmationem *disc.* 40. Card. de Luca *de judic.*

DEC. XX. *Eadem coram Eodem*.

Est decisio præcedentis confirmatoria.

DEC. XXI. *Romana Manutentionis*.

Etsi contra deliberatarium ob injustitiam deliberationis ex novis juribus desumptam manutentio non concedatur, decernitur tamen reintegratio, quando deliberatarius est ipsemet creditor, in declarationem *disc*. 40. Card. de Luca *de judic*.

DEC. XXII. *Romana Manutentionis*.

Agitur de eadem materia in antecedentibus decisionibus pertractata, & ulterius traditur, quod idem judex, qui debitoris bona deliberavit, possit ex capite injustitiæ deliberationem revocare, adeout necesse sit a deliberatione appellare.

DEC. XXIII. *Viterbien. Dotis*.

Pertractatur de eodem articulo in præcedentibus decisionibus deciso.

DEC. XXIV. *Spoletana Bonorum super deliberatione*.

Deliberatio an, & quando sustineatur in casu, quo præsentia pecuniæ deficiat, ad ornatum *disc*. 40. Card. de Luca *de judic*.

DEC. XXV. *Spoletana Bonorum super deliberatione*.

Præcedentes firmata approbantur.

DEC. XXVI. *Foro-sempronen. Testamenti super expensis*.

An in refectione expensarum ratio haberi debeat de mercede interpretis adhibiti occasione examinis in partibus expleti?

DEC. XXVII. *Romana Testamenti*.

Sententia Rotalis, quæ aliqua decernit, In decisionibus emanatis non statuta, quibus in casibus nulla reputetur ob resistentiam Constitutionum relatarum per Card. de Luc. *in relat. Roman. Cur. disc*. 32. & an sententia nulla possit ob ejus justitiam confirmari?

DEC. XXVIII. *Spoletana Bonorum*.

Declarantur theorica in superius recensita decisione contenta, traditur nempe, quod si sententia non sit decisionibus conformis, non corruat, si lata fuerit per capita separata, vel sit simpliciter confirmatoria alterius, quæ per separata capita prolata noscatur.

DEC. XXIX. *Romana Attentatorum*.

In disc. 34. Cardin. de Luc. occasione referendi Romanam Curiam ait, quod Auditor Cameræ sit executor sententiarum omnium judicum; definitur autem in his, quæ subsequuntur, decisionibus, an coram ipso, qui fuit judex primæ instantiæ, valeat fieri executio post reportatam ejus decreti confirmationem a judice secundæ instantiæ?

DEC. XXX. *Romana Attentatorum*.

Argumentum in præcedenti decisione discernitur.

DEC. XXXI. *Romana Attentatorum*.

Agitur de eadem materia in aliis præcedentibus decisionibus pertractatis.

DEC. XXXII. *Derthusen. Beneficii super expensis*.

Judex cui commissa fuit causa appellationis cum clausula *ab excessiva* nequit cognoscere, an expensæ debeantur; sed tantum, an summa in partita contenta sit excessiva, præsupposita illarum legitima condemnatione.

DEC. XXXIII. *Romana Assentistatus*.

In relatione Rom. Cur. Card. de Luca penes tradit Thesaurarium Rev. Cam. Apostolicæ residere actualem administrationem rerum ad Cameram spectantium; hujus autem traditionis authoritate deciditur, Thesaurarium teneri Cameram reintegrare de non exactis ab Appaltatoribus Cameralibus.

DEC. XXXIV. *Romana Assentistatus*.

Pertractatur de eadem materia in præcedenti decisione recensita.

DEC. XXXV. *Romana Assentistatus*.

Declarantur ea, quæ in duabus superius relatis decisionibus decisa noscuntur.

DEC. XXXVI. *Melevitana Expensarum*.

Expensæ litis, quæ antiquitus reficiebantur in causis ultra Mare, & Montes, ad rationem currentis tauret de Camera, per hanc decisionem reducuntur ad julios duodecim pro quolibet ducato in prædictis causis ultra Mare, & Montes; in causis vero Insularum Italiæ adjacentium ad julios undecim, intelligendo de expensis factis in Urbe; nam quoad factas in partibus, refectio moderatur ad scutum aureum, nec oblatio judicialis facta ante relaxationem mandati excusat a refectione juxta taxam prædictam.

INDEX DECISIONUM.

A

AMelina unionis, 9. *Junii* 1690. *Cavalerius*, Dec. VII.

B

Bonon. evictionis, 10. *Martii* 1698. *Molines*, Dec. XVII.

D

Derthusen. beneficii, 1. *Julii* 1699. *Molines*, Dec. XXXII.

F

Ferrarien. fideicommissi, 17. *Maii* 1694. *Muto* Dec. VIII.

Forosempronien. testamenti, 6. *Aprilis* 1699. *Tremoille*, Dec. XXVI.

H

Hortana Casalis, 3. *Aprilis* 1699. *Pio*, Dec. XVIII.

I

Imolen. bonorum, 16. *Junii* 1688 *Ursino*, Dec. III.

Eadem, 28. *Maii* 1689 *Bonincasa*, Dec. IV.

L

Leodien. jurisdictionis, 1. *Aprilis* 1698. *Molines*, Dec. XI.

Eadem, 4. *Febr*. 1699. *Priolo*, Dec. XII.

M

Melevitana expensarum, *Luna* 24. *Junii* 1700. *de la Tremoille*, Dec. XXXVI.

P

Perusina Accollationis, 12. *Decembris* 1687. *Hervavult*, Dec. XV.

R

Reatina Pensionum, 5. *Martii* 1698. *Priolo*, Dec. XIII.

Recineten. census, 12. *Febr*. 1685. *Albergato*, Dec. II.

Rom. Assentistatus, 19. *Novemb*. 1698. *Molin*. Dec. XXXIII.

Eadem, 12. *Febr*. 1699. *Eodem*, Dec. XXXIV.

Eadem, 23. *Martii* 1699. *Eodem*, Dec. XXXV.

Rom. Attentatorum, 18. *Martii* 1680. *Paulut*. Dec. XXIX.

Eadem, 9. *Junii* 1681. *Eodem*, Dec. XXX.

Eadem, 10. *Martii* 1690. *Manuel*. Dec. XXXI.

Romana census, 4. *Martii* 1697. *Molines*, Dec. XIV.

Romana domus, 4. *Junii* 1635. *Ghislerio*, Dec. I.

Rom. educationis, 3. *Decembr*. 1696. *Olmo*, Dec. X.

Romana hæreditatis, 6. *Junii* 1695. *Scotto*, Dec. XVI.

Rom. manutentionis, 16. *Febr*. 1693. *Caprara*, Dec. XIX.

Eadem, 15. *Martii* 1694. *Eodem*, Dec. XX.

Eadem, 3. *Junii* 1665. *Molines*, Dec. XXI.

Eadem, 27. *Aprilis* 1698. *Olmo*, Dec. XXII.

Rom. testamenti, 14. *Martii* 1698. *Ansaldo*, Dec. XXVII.

S

Spoletana bonorum, 30. *Januarii* 1697. *Pio*, Dec. XXIV.

Eadem, 1. *Julii* 1697. *Eodem*, Dec. XXV.

Spoletana bonorum, 9. *Feb*. 1699. *Molin*. Dec. XXVIII.

V

Veliterna manutentionis, 10. *Decembris* 1691. *Molines*, Dec. V.

Eadem, 18. *Aprilis* 1692. *Eodem*, Dec. VI.

Vicen. Hebdomadariæ, 16. *Novembr*. 1694. *Pio*, Dec. IX.

Viterbien. dotis, 25. *Junii* 1696. *Caprara*, Dec. XXIII.

R. P. D. GHISLERIO.

Romana Domus.

Lunæ 4. Junii 1635.

A R G U M E N T U M.

Quomodo agendum sit, si creditor immissionem reportaverit pro fructibus decursis, & decurrendis, quando de decursis est satisfactus.

S U M M A R I U M.

1 *Creditore satisfacto, datur in pignore retento reintegratio favore debitoris, & n. 3.*

2 *Si creditor reportaverit immissionem pro fructibus decurrendis, quoties de decursis remaneat satisfactus, dimittere debet possessionem, & adveniente die, in qua debitor tenetur ad alios fructus, potest executionem facere absque eo, quod & iterum agere cogatur.*

D E C I S I O I.

LUcretia Jordana, & Joannes Maria Franciottus conjuges fuerunt in vim utilis Salviani interdicti servatis servandis immissi in possessionem domus consuetæ pro fructibus decursis, & decurrendis annui census scutor. 16. quem Jo: Martinus primus Maritus Lucretiæ 12. Junii 1577. ea pecuniis dotalibus emerat e Ventura Joannina pretio scut. 200. super ejus domo posita Romæ in regione Pontis prope Turrim Nonæ. Prætendente postmodum Confraternitate primi suffragii dd. conjuges esse integre satisfactos de omnibus fructibus decursis, antequam dubitaretur, an esset locus reintegratione, de partium consenso fuit electus calculator, qui visis quietantiis formiter recognitis, & concordatis, & partibus auditis, retulit creditum dd. conjugum a die impositionis census 12. Junii 1577. usque & per totam diem 12. Dec. 1634. esse sc. 920. & ipsos exegisse, ut apparet ex quietantiis approbatis a Jo. Maria, & scut. 915. 70. quibus detractis a supradicto, dd. conjuges retulit creditores in summa scut. 430. & hoc extra omnem controversiam.

Sed quia calculator alias sex partitas constituentes summam sc. 178. 55. remisit discutiendas, placuit Dominis primam, secundam, & sextam, quæ faciunt sc. 76. 55. in hanc causam imputandas, reservato, quod de aliis tribus videatur; nam respectu primæ sc. 29. est habenda ratio, quia clare cantat pro fructibus census, & quamvis dicatur census esse duos, & summam prædictam non esse imputandam ad computum census, de quo agitur; attamen cum non constet de alio censu, contrarium est verius. Quinta sc. 28. 75. absque dubio est computanda, cum loquatur vigore sententiæ, nec de alia constet, quam de concedente immissionem vigore illius: nec applicatur, quod sit geminata veluti comprehensa in confessione facta per Franciottum de sc. 357. quia ex ipsomet calculo manifeste apparet partitas contentas in instrumento quietantiæ non fuisse reiteratas, cum in calculo seriatim describantur partitæ ab ann. 1630. seu 1629. descriptæ in quietantiis cum data diei, & anni. Denique ultima partita sc. 18. 81. debet in hanc causam imputari, nec exemptio quidquam relevans opponitur. Quibus oppositis cum immissio fuerit concessa ad effectum, ut dd. conjuges possent sibi satisfieri ex fructibus de suo credito, & ea relatione calculatoris, cui stari debet, juxta vulgata, constet de integra solutione debiti, sequitur dandam esse reintegrationem Archiconfraternitati, tanquam cessante causa immissionis, ut in terminis firmavit Rota coram sa. me. Greg. XV. *dec.* 2050. *n.* 2. Add. *n.* 7. & cor. bo. me. Bu-
1 ratto *post tract. de Salv. dec.* 101. *n.* 9. in Firmana, seu Maceraten. dotis 10. Decembris 1627. & 29. Aprilis 1630. cor. R.P.D. meo Pitovsoo, & alias sæpius, eo quia debitori pro recuperatione possessionis rei suæ competit actio spolii contra creditorem, postquam ille est satisfactus ex fructibus de suo credito, Pacif. de Salv. *cap.* 1. *inspect.* 4. *cap.* 1. *n.* 380. Scapuccin. de Salv. *lib.* 3. *q.* 12.

2 Non obstat, quod cum iste census non fuerit traditus in dotem Franciotto tertio viro, idem Franciottus non potuerit exigere talem pecuniarum summam, nec confiteri illam se exegisse in præjudicium uxoris: quia cum ex publico instrumento appareat istum censum constitutum fuisse a Joanne Martino primo marito Lucretiæ ex pecuniis dotalibus d. Lucretiæ ipsius uxoris, & traditum fuisse in dotem secundo viro ex instrumento dotis 22. Februarii 1580. & ita per duas decisiones coram me factas 3. Julii 1638. & 16. Februarii 1692. jam firmatum sit censum istum fuisse creditum dotale, præsumi debet ipsam Lucretiam talem censum etiam tertio viro in dotem dedisse: sed cessat omnis difficultas ex mandato procuræ a Lucretia facto 6. Junii 1618. in persona Joannis Mariæ Franciotti ad capiendam possessionem hujus domus, & quascunque pecuniarum summas sibi debitas, & quomodolibet in futurum debendas exigendum, & de exactis quietandum; unde tale mandatum non potest negari, & pecuniæ ab eo exactæ debent excomputari, cum sustineantur quietantiæ, de iis marito factæ.

Pariter non obstat, quod dd. conjugibus fuerit concessa immissio tam pro fructibus decursis, & non solutis, quam pro futuris temporibus decurrendis, & quia cum jam fuerint exacti fructus decurrendi in summa considerabili pro annis quatuor, & ultra, cessat causa possidendi, & pensiones exigendi. Ideo placuit Dominis, vel quod per
Archiconfraternitatem fiat obligatio solvendi adveniente 3
die, vel quod tunc possit fieri executio absque eo, quod de novo agatur, cum non ad alium finem fuerit concessa immissio etiam pro decurrendis, ne quolibet anno, adveniente justo tempore solutionis, fructuum census censuarius cogatur agere.

Et ita utraque parte informante resolutum.

REVERENDISS. ALBERGATO DECANO.

Recinetea. Census.

Ven. 12. Februarii 1638.

A R G U M E N T U M.

An executio intermedia inter rescriptum, *sine præjudicio* & alterum, *cum facultate manutenendi, quem de jure*, sit retractanda?

S U M M A R I U M.

1 *Signatura rescribens cum clausula*, sine præjudicio, *præservat facultatem judici procedendi ad executionem proprii mandati.*

2 *Deliberatio facta tempore intermedio inter rescriptum Signaturæ*, sine præjudicio, *& alterum*, cum facultate manutenendi, quem de jure, *est valida.*

3 *Retrotractio non admittitur in præjudicium juris medio tempore quæsiti, neque ad inducendum attentatum.*

4 *Signatura non censetur voluisse circumscribere actum gestum, si id non expressit in rescripto.*

5 *Pendentia recursus est species inhibitionis.*

6 *Sententia appellabilis non est exequibilis.*

D E C I S I O II.

VIgore mandati ab A. C. Ascoso relaxati, & Signatura Justitiæ cum clausula, *salva medietate dotis*, postmodum vero, *sine præjudicio simpliciter*, bo. me. Card. Bonacursius creditor bonorum hæreditariorum quond. Equitis Bernardini Galli pro fructibus census in sorte scut. 2000. ad favorem Philippi patris impositi, citata Comitissa Ferretta dict. censua accollataria, subhastare fecit loca undecim Montis Fidei ab ipsa possessa, quæ prætendens omnia fuisse attentata, obtinuit ab hoc S. Tribunali, cui pro voto in gradu appellationis Eminentissimo Albizin commissa causa, delata fuit, dubium subscribi, an constet de attentatis, quod hodie propositum, negative a Dominis resolutum fuit.

Executio enim mandati fuit legitime facta ab A. C. postquam Signatura rescripserat, *sine præjudicio simpliciter*, ex
quo præservata censetur facultas Judici procedendi ad exe- 1
cutionem proprii mandati, juxta praxim a Ridolph. *relat. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 49. Rot. cor. Dunoz. jun. *decis.* 147. *n.* 2. & cor. Priol. *dec.* 394. *n.* 1.

Nec obstare videtur, quod Signatura post lapsum trium mensium ab ipsa deliberatione decursorum rescripserit *in primo loco decisis*, nempe *sine præjudicio, salva medietate dotis*, quia tale rescriptum alioquin dilatorium, seu moderatorium executionis, impedit quidem executionem faciendam, sed non tollit jam factam, seu consummatam tempore congruo, & habili, ut in terminis executionis consummatæ medio tempore inter rescriptum *sine præjudicio*, & alterum superventum cum clausula *manutenendi, quem de jure*, Rot. *dec.* 505. *& seqq. p.* 6. *& dec.* 120. *n.* 9. *&* 10. *dec.* 182. *n.* 28. *&* 29. cor. Priol.

Minus admittenda venit retrotractio ultimi rescripti ad 2
diem primi; nam sicuti retrotractio nunquam admittitur
in præjudicium Juris medio tempore quæsiti, ita multo mi- 3
nus ad inducendum delictum, quale est attentatum. Noto-

rium quidem est, quod dum Signatura vult circumscribere gesta medio tempore, vel rescribit *de appellatione simpliciter*, vel cum clausula *circumscripta possessione*, seu *executione*. Quod cum non fecerit, consequens est, ut intermediam deliberationem tempore habili consummatam noluit
4 circumscribere, Rot. *dec.* 305. n. 17. *& seq. & bene ad propositum*, cor. Priol. *dec.* 182. *n.* 30.

Prout in facto subsistere non videtur, quod tempore deliberationis penderet recursus ad Signaturam, adeoque ni-
5 hil esset innovandum, nec ad deliberationem procedendum, cum pendentia recursus sit species inhibitionis, & causa attentatorum non fuit in facto justificata, cum deliberatio fuerit facta de mense Martii 1664. & Comitissa Ferrera die 21. Augusti post tres menses redivit ad Signaturam, a qua rescriptum obtinuit, salva medietate dotis; quapropter non potest dici, quod pendente recursu fuerit facta deliberatio, cum nulla aderat expressa Eminentissimi Præfecti licentia recedendi, quæ Parte citata obtineri debet.

Exemplum vero, quod quando Signatura post factam executionem rescribat simpliciter *de appellatione*, tale rescriptum retrotrahatur, & efficiat attentatam executionem ante factam, in præsenti non applicatur; nam hoc non procedit ex eo, quod rescriptum retrotrahatur, sed ex dispositione Juris, cum rescriptum *de appellatione simpliciter*, declarat solum sententiam esse applicabilem, & id de quo dubitatur, fit clare per tale rescriptum Signaturæ, nam ex eo ipso, quod detectum fuit sententiam fuisse appellabilem, subintrat dispositio juris, quod per consequens illa
6 non esset exequibilis, ut firmatur per Rot. *dec.* 305. *n.* 19. *part.* 6. *recent*. Et ita &c.

R. P. D. URSINO.

Imolen. Bonorum.

Merc. 16. Julii 1688.

ARGUMENTUM.

Terminus *pro servato*, simpliciter tentus, an causet attentata?

SUMMARIUM.

1 *Terminus pro servato simpliciter tentus, quando causat inhibitionem, &* n. 2.
3 *Satis est oblatio ad evitandam caducitatem, si laudemii quantitas sit illiquida.*
4 *Unus ex emphyteutis potest implementum offerre ad servandos alios a caducitate.*
5 *Quævis excusatio sufficit ad evitanda attentata.*
6 *Declara, ut sufficiat ad evitandas expensas, quibus rigorose subjacere debet attentans, non autem ad evitandam innovatorum revocationem.*

DECISIO III.

POstquam Reverendissimus Episcopus Imolen. per tres Rotales sententias associationem sibi obtinuit decerni ad controversa bona, uti devoluta ejus mensæ Episcopalis dominæ directæ ob alienationem, ea non requisita, factam, nisi tamen infra duos menses Ecclesia fuisset recognita in dominam cum solutione laudemii aliorumque onerum ad formam antiquarum investiturarum, nec non ad Signaturam Justitiæ rescribi sub die 22. Januar. proxime præteriti cum clausula, *sine præjudicio rei judicatæ*: Communitas Imolensis, litisque consortes, qui in judicio isto succubuerunt, durante termino duorum mensium sibi ad moræ purgationem præfixo, nimirum sub die 17. Martii sequentis, personaliter interpellarunt præfatum Episcopum ad præstandum consensum, juxta formam sententiarum Rotalium, nec non ad recipiendum laudemium per Sac. Rotam declarandum, & interim sibi inhiberi ad statim, ne aliquod mandatum suscipere auderet, vel jam susceptum exequi faceret sub pœnis &c. lectaque coram me citatione ista sub die 22. ejusdem mensis, habui terminum *pro servato* simpliciter ad effectum consulendi hoc interim Sac. Rotam, partibus hinc inde sic expetentibus, & consentientibus. Pendente autem hujusmodi termino, credens Reverendiss. Episcopus nullum sibi obesse impedimentum, quin exequi faceret in partibus mandatum Rotale, sub die immediate sequenti, scilicet 23. die Mensis, nactus fuit vigore illius bonorum possessionem, quam cum attentatam prætenderent communitas Imolæ ejusque litis consortes, recursum habuerunt ad Signaturam justitiæ instantes pro purgatione attentatorum, & circumscriptione possessionis: cumque hæc instantiam mihi remiserit, prout de jure, dubium hoc disceptandum hodie proposui, an constet de attentatis, quod affirmative fuit resolutum.

Cum enim Reverendissimus Episcopus mandatum Rotale exequi faceret, & possessionem bonorum adeptus fuerit die 23. Mensis Martii præteriti, non obstante, quod sub die 17. ejusdem intra tempus possessoribus præscriptum ad moræ purgationem coram citatus fuisset ad præstandum consensum, & recipiendum laudemium declarandum a S. Rota, nec non ad videndum sibi inhiberi ad statim, ne ad executionem alicujus mandati deveniret, sub pœna nullitatis, & attentatorum, & non obstante, quod penderet terminus *pro servato*, quem sub dicta citatione habui sub die 22. ejusdem, attentatorum utique vitio noscitur subjacere quidquid per ipsum gestum fuit post d. citationem, quæ cum vim habeat expressæ & formalis inhibitionis, attentata producit, ut text. *in Clem. fin. ut lite pendente nihil innovet.* probat Hercul. *de attent. c.* 56. *n.* 67. *in fin. & in tr. de mod. & ration. cit. part.* 3. *formula et versic. citatio ad videndum inhiberi*, Gratian. *decis. Marchiæ* 74. *n.* 3. & Rota *decisione* 48. *n.* 4. coram Cavall.

Nec ista excluduntur ex eo, quod sub d. citatione ego non inhibuerim, sed simpliciter terminum habui *pro servato*, etenim etsi terminus hic simpliciter tentus non inhibeat, nisi ulterius judex addat, & interim inhiberi; nihilominus cum ille a me habitus fuerit de consensu etiam partium ad effectum consulendi DD. meos coadjutores, & approbandi sub d. die decretum a Rota postmodum faciendum, inhibitio contenta in citatione execute durante eodem termino non remansit circumducta, & extincta per d. decretum, sed ejus via extensa fuit ad diem decreti faciendi per S. Rotam in locum mei subingressam; cumque hæc successive manus apposuerit, & in relationibus causæ habitis sub die 26. Martii præteriti interlocuta fuerit mandatum fieri depositum sc. 500. ad computum laudemii liquidandi, decretum istud retrotrahitur ad diem, qua cadere debeat d. citatio cum inhibitione, & per consequens possessionem medio tempore captam reddit omnino attentatam & nullam, ad tradita per Ridolph. *in praxi p.* 1. *c.* 8. *n.* 25. *&* 260. & Rota *dec.* 1857. n. 8. cor. Cocc. *& dec.* 182. *n.* 7. *p.* 16. *rec.* ubi testatur de stylo Curiæ, & Tribunalis, & plures allegantur concordantes.

Multoque juvat, quod oblatio recognitionis dominii directi, & solutionis laudemii, non fuerit effectiva, & realis mediante deposito totius debiti, & facta desuper fuerit ab uno tantum ex tribus possessoribus, sive emptoribus dd. bonorum, scilicet a Com. Scipione Saxatello; liquidem quoad depositum laudemii, & decimarum, cum eorundem quantitas esset omnino incerta, & illiquida, præsertim respectu pretii bonorum, visa fuit in hoc rerum statu satis superque sufficiens oblatio judicialis solvendi ad formam sententiarum Rotalium, & juxta quantitatem pretii per Sacram Rotam declarandi; hæc enim stante illiquiditate summæ solvendæ æquivalet deposito, debitores liberat a caducitate, & sententiarum conditiones adimplet, ut monent Surd. *cons.* 331. *n.* 40. *&* 41. Cyriac. *contr.* 226. *n.* 19. *&* 35. *cum duobus, & seqq.* Honded. *cons.* 150. *n.* 24. *lib.* 1. Pattell. *expedit.* n. 9. *in add.* n. 18. & Rota *dec.* 70. *num.* 10. post Merl. *de pign. in fortioribus terminis decis.* 779. *a num.* 25. *usque ad n.* 29. cor. Dunozet. junior. 3

Quo vero ad oppositam illegitimitatem personæ offerentis, visum parum fuit ad evitandam caducitatem plene suffraganeam oblationem solius Com. Scipionis; nam cum ille simul cum aliis duobus tenutam insolidum emerit, ut constat ex Summ. responsionis n. *unico*, & pro indiviso possideat, valide potuit de per se solus ad conservandum proprium jus offerre integrum laudemium, & implementum omnium concordatum in sententiis Rotalibus, ut tradunt Cardin. de Luc. *de emphyt. disc.* 17. n. 12. *&* 13. & Rota *d. dec.* 779. *n.* 28. cor. Dunozet. jun. 4

Ex his igitur cum dubitari nequeat, quin oblatio emptoris fuerit in tempore facta, & juxta normam sententiarum Rotalium, consequens est, ut successiva executio mandati Rotalis in partibus acta contra illorum tenorem sit attentata, & invalida, non obstante, quod Reverendissimus Episcopus non improbabiliter credere potuerit, vel hujusmodi oblationem non accommodari sententiis, vel inhibitionem contentam in citatione execute fuisse sublatam, & circumductam per terminum *pro servato* simpliciter habitum, adeoque secluso dolo, & superioris contemptu, attentata non veniant purganda, secundum ea, quæ

firman-

5 firmantur per Lancell, *de attentatis par.* 2. *c.* 4. *limitat.* 27.
num. 4. *& seqq.* Quoniam etsi credulitas hæc excuset à
pœna, itaut attenta revocari non debeant per viam pri-
vilegiatam, & cum resectione omnium expensarum, non
impedit tamen, quin cuncta sint gesta contra inhibitio-
nem juris, vel superioris, revocentur judicis officio, &
per viam nullitatis, tanquam attentata juris, prout in hoc
casu faciendum esse DD. demandarunt, sectantes anti-
6 quam distinctionem, quam pro declaratione Glos. & scri-
bentium *in cap. non solum de appell. in §. à ibibuis*, Rot. *in
dec.* 27. *n.* 5. *lib.* 1. cor. Put. & secuta est *in dec.* 169. *n.* 6. cor.
Durano, *& dec.* 117. *n.* 4. coram Celso *dec.* 74. *n.* 12. *&* 13.
coram Eminentiss. Cerro, *& dec.* 325. *n.* 19. *&* 20. *part.* 15.
recent.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. BENINCASA.

Imolen. Bonorum.

Lun. 28. *Maii* 1686.

ARGUMENTUM.

Approbantur superius decisa.

SUMMARIUM.

1 *POssessio attentata capta impedire non potest ma-
nutentionem primo possessori.*
2 *Terminus* pro servato, *simpliciter tentus, non cau-
sat inhibitionem.*
3 *Materia attentatorum est odiosa, & pro illorum
exclusione quævis causa levis admitti debet.*
4 *Ac omnis benigna fieri debet interpretatio.*
5 *Attentata si aliquo modo excusabilia sint, procedi-
tur in revocatione per viam nullitatis solvendas
in expensas.*
6 *Terminus* pro servato, *si habitus fuerit præsentibus
colligantibus ad effectum interponendi decretum,
causat inhibitionem.*
7 *Ad evitandam caducitatem sola sufficit oblatio lau-
demii, si illius quantitas sit illiquida.*
8 *Creditum non dicitur turbidum, si à simplici calcu-
latione pendeat.*
9 *Debitor quotiès à mora dicatur præservatus.*
10 *Ad evitandam caducitatem sufficit, ut unus tantum
recognoscat dominium, licet plures sint, qui in-
solidum possideant.*

DECISIO IV.

COmitem Scipionem de Saxatellis, litisque consortes
primævos possessores controversorum bonorum cen-
suerunt DD. manutenendos esse, non obstante possessione
de eisdem bonis consequenter capta per Reverendiss. Epi-
scopum Imolen. ut propriæ mensæ devolutis. Cum enim
ista, tanquam apprehensa facta protestatione recognoscen-
di Ecclesiam in Dominam cum obligatione laudemii, post
citationem cum inhibitione executa contra eundem Episco-
pum, & pendente termino super ea *pro servato* habito,
declarata alias fuerit, cor. R. P. D. meo Ursino sub die 16.
Junii præteriti attentata, & nulla, impedire non valet ma-
nutentionem primis possessoribus debitam, *l. improbata*,
1 *C. de acquir. poss. c. non præstat de reg. jur. in* 6. Bart. *in l. si
duo n.* 4. *ff. uti possidetis*, Rot. cor. Buratt. *dec.* 306. *n.* 4. *&*
491. *n.* 13. & cor. Duran. *dec.* 4. *n.* ...

Ad excusanda autem commissa attentata, frustra hodie
replicabatur, vel quod terminus *pro servato* habitus sim-
2 pliciter fuerit absque ulteriore inhibitione, quæ solum con-
tempta poterat illa causare, Posth. *de manut. observ.* 202.
n. 32. Rot. in Faven. attentatorum 3. Martii 1679. *§. fin.* cor.
Eminentiss. Vicecomite; vel quod Co: Saxatellus, dum ad
integram laudemii satisfactionem, & ad recognitionem
dominii Ecclesiæ, cum sufficienti procuræ mandato, nomi-
ne quoque litis consortium non devenit, retardare non po-
terat Episcopum ab apprehensione possessionis bonorum, super
quibus associationem jam obtinuerat in tribus præceden-
tibus sententiis. Cum enim agatur de odiosa materia atten-
tatorum, ad quæ excusanda omnis etiam levis causa admit-
3 titur, Rot. cor. Burat. *dec.* 644. *n.* 18. *in fin. & dec.* 348. *n. ult.
part.* 18. facilius omnia prædicta attendenda sunt, ut pro il-
lorum exclusione benignior sumatur intellectus, Bart. *in l.
4 non solum, §. sed ut probavi n.* 3. *ff. de nov. oper. nunc.* Lan-
cellot. *de attent. in præfat. n.* 21. Mantic. *dec.* 167. *n.* 3.

Promissio namque ac singula supra deducta tanquam
exclusiva doli, & spretus inhibitionis, efficere quidem
possunt, quod attentata rigorose purganda non veniant
cum refectione expensarum, non tamen impedire, quin
officio judicis etiam per viam nullitatis revocentur, ut
in præsenti faciendum esse DD. demandarunt, juxta no-
tata per Put. *decis.* 25. *num.* 6. *lib.* 1. Rota coram Cels.
dec. 117. *num.* 4. *& seqq.* cum cæteris adductis in altera 5
hujus causæ decisione coram R. P. D. meo Ursino 16. Ju-
nii proxime præteriti.

Animadversum ulterius fuit, cum clausula, *terminus
simpliciter pro servato habitus*, inhibitionis vim non obti-
neat; cum tamen in casu nostro habitus fuerit consentien- 6
tibus, & præsentibus colligantium procuratoribus, ad ef-
fectum consulendi Rotam, duravit interim inhibitio in
citatione contenta, quæ circumducta per terminum sum-
ptum non remansit, & Decretum Rotale, hujusmodive
emanatum, cum quo ordinatum fuit fieri depositum in
computum laudemii, retrotrahitur ad diem citationis
cum inhibitione executæ; unde omnia interim gesta red-
dit attentata, & nulla, Scacc. *de appellat. q.* 14. *num.* 9.
Eugen. *consil.* 41. *num.* 10. *lib.* 1. Rota coram Eminen. Cels.
dec. 393. *n.* 6. *& dec.* 182. *n.* 9. *par.* 16. *rec.*

Quo vero ad non integram debiti laudemii solutionem
consideratum fuit, quod illud cum esset adhuc illiquidum,
& certum, satis erat ad evitandam caducitatem, & ad libe-
randum debitorem, ejus satisfactionem offerre juxta quan- 7
titatem per Rota declarandam, ex doctrina Jas. in *l. si ita
stipulatus essem, ff. de verb. oblig.* Menoch. *cons.* 121. *n.* 109.
Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 19. *n.* 1. Rota *dec.* 331.
n. 6. *part.* 3. *rec.* & cor. Eminentiss. Cerro *dec.* 109. *n.* 14.

Parum relevante quod dum idem laudemium regulari
debebat à pretio bonorum emphyteuticorum, posset illico
reduci ad liquiditatem, quæ per solam calculationem non
redditur turbida, & incerta, Rot. *dec.* 676. *n.* 3. *part.* 6. &
coram Eminentiss. Cerro *dec.* 736. *num.* 3. quia ad osten-
dendam illius incertitudinem, satis superque sunt decisio-
nes in hac eadem causa emanatæ coram R. P. D. meo Her-
vavult sub die 26. Maii, & 16. Junii 1685. in quibus post
diuturnam litigantium altercationem circa præcisam quan-
titatem, per modum quasi provisionis taxata fuit incerta
summa, ad cujus normam cum subinde secuta fuerit solu- 8
tio, omnis cessat debitorum contumacia, qui semper in
hoc casu præservantur à mora, *l. sciendi* 21. *C. de usur.* Me-
noch. *de recept. remed.* 5. *n.* 55. optime Rota *dec.* 306. *n.* 11.
& seq. part. 13. *& dec.* 409. *n.* 3. 4. *part.* 16. *rec.* & cor. Emi-
nentiss. Othob. *dec.* 103. *n.* 11.

Tandem quoad recognitionem dominii, quam solus ex- 9
hibuit Saxatellus mandato litis consortium, sufficiens vi-
sum fuit respondere, quod dum omnes insolidum à Civi-
tate Imolæ per Ecclesiam investita dicta emphyteutica bo-
na emerunt, sicut commune erat omnium interesse, sic
nulla adest repugnantia, ut unus pro alio ad conservatio-
nem, juris realis communem impleat obligationem, Ro-
man. *cons.* 103. *n.* 1. Buratt. *cons.* 143. *n.* 60. *lib.* 2. Fulgin. *de* 10
jure solut. Canon. q. 4. *n.* 323. Magon. *de Lucen.* 9. *num.* 16. &
plenius Rota cor. Dunoz. jun. *dec.* 769. *n.* 28.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Veliterna Manutentionis.

Lun. 10. *Decembr.* 1691.

ARGUMENTUM.

Executio mandati de immittendo absque figura judicii
relaxati, an fieri valeat die feriato?

SUMMARIUM.

1 *EA possessio præsumitur anterior, & in qua hora
apparet adnotata, in concursu alterius eodem
die adepta.*
2 *Illaque remedio manutentionis est sustinenda.*
3 *Executiones in diebus festivis fieri nequeunt.*
4 *Declara, ut conclusio vera sit in executionibus, quæ
fiunt in sequelam judicii, seu sententiæ.*
5 *Non vero, si sequantur nullo antecedente strepitu
judiciorum, scilicet parte non citata, nec adhi-
bita causæ cognitione.*
6 *Mandatum cum clausula*, dummodo possessio sit
vacans, *relaxari atque exequi potest etiam die
feriato, & n.* 8.
Amplia, ut n. 10.

7 Idem

7 *Idem actus reputatur inter illos voluntariæ jurisdictionis.*

9 *Mandatum de aliquo citando decerni, & exequi valet die Dominico.*

11 *Clausula*, sommarie, & sine strepitu, ac figura judicii, *operatur, ut judex breviter in causa procedat, non tamen tollit substantiali judicii.*

12 *Fideicommissarius tenetur accipere possessionem de manu hæredis.*

13 *Et si aliter illam acciperet, non esset manutenibilis.*

14 *Limita, quoties fideicommissum sit literale, atque clare constet de illius purificatione, & incompetentia detractionum.*

15 *Fideicommissum non dicitur clarum, si pendeat a pluribus juris quæstionibus.*

16 *Sola sufficit dubietas detractionum, ut manutenendus non sit fideicommissarius in possessione non accepta de manu hæredis.*

17 *Defectus citationis nullum efficit mandatum.*

18 *Ac etiam possessionem virtute illius adeptam.*

19 *Possessio nulla est manutenibilis.*

20 *Possessio capta cum mandato conditionali, dummodo possessio sit vacans, non est manutenibilis, si plenam constet fuisse possessionem.*

DECISIO V.

IN ultimo, cum quo decessit Testamento, Ascentia sibi universalem fecit hæredem Canonicum Zaffaranum, eique quandocunque decedenti substituit Capellam S. Marci sitam in Cathedrali Ecclesia Velitrarum. Testatrice defuncta, bonorum hæreditariorum possessionem cœpit dictus Canonicus hæres, quo nuper defuncto Rector prænominatæ Capellæ, ut supra, substitutæ, apprehensa est possessionem bonorum possessorum a prædicta Ascentia: e contra Damia, & Fulvia filiæ Margaritæ, pariter possessionem adeptæ sunt prætextu purificationis fideicommissi ad eorum favorem ordinati a Dominico, qui suis sororibus nempe Ormisia, & Ascentia, institutis hæredibus, ipsisque decedentibus sine filiis substituit Margaritam, & huic pariter decedenti sine filiis substituit illas de Testa: super quo orta controversia, cuinam esset danda manutentio, placuit R.P.D. Paracciano concedere manutentionem præfatæ Capellæ S. Marci; a qua interposita appellatione, & causa mihi per Eminen. Cybo Decanum commissa. DD. de more consului, an & cui esset danda manutentio, & visum fuit dandam esse Capellæ S. Marci.

Fundamentum resolutionis resedit in eo, quod possessio capta a Rectore Capellæ est anterior alia possessione capta per dictas Damiam, & Fulviam sorores. Fuit enim pro parte Capellæ capta possessio quoad domus, & vineas sub die sequenti 20. Novembr. pro parte sororum apprehensa die sequenti 21. & licet quoad Terrena sub eadem die 21. utraque pars possessionem cœperit: quia tamen in possessionem Capellæ adest adnotata hora, nempe ab hora 15. ad 18. quæ non exprimitur in possessione sororum, sed solum adnotatur in actu possessionis domorum, & vinearum,
1 sicque anterior præsumitur possessio Capellæ, juxta receptam theoricam glossæ *in cap. si a sede, verb. nec appareat de preben. in 6.* Surd. *cons.* 117. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch. *de adipiscenda remed.* 4. *n.* 792. *& de arbitr. cas.* 47. Posth. *de manut. observ.* 71. *n.* 10. Rota post eundem *dec.* 68. *num.* 3. & coram Merlin. *dec.* 878. *n.* 3. Quo fit, ut possessio Capellæ tanquam anterior sit præferenda, non attenta posteriori possessione sororum, Felin. *in cap. licet causa n.* 8. *& seq.*
2 *de probat.* Surd. *cons.* 168. *num.* 16. Posth. *de manut. observ.* 71. *num.* 9. Adden. ad Farinacc. *dec.* 67. *num.* 126. Adden. ad Greg. *dec.* 171. Rot. cor. Merlin. *dec.* 878. *n.* 12. *dec.* 240. *n.* 8. *part.* 19.

In nihilo refragante, quod possessio domorum, & vinearum capta fuerit pro parte Capellæ die in honorem Dei feriata, nempe Dominica, in qua prohibentur cunctæ
3 executiones, *cap. conquestus de feriis*, *l.* 2. *l. acta omnes*, *l. dies festus* 10. ibi, *a cunctis executionibus excusatur*, *C. eodem*, quia hoc procedit quidem, ubi agitur de possessione, seu executione facta in sequelam judicii, seu sententiæ,
4 quæ expleri nequeunt die feriato in honorem Dei, Farin. *in prax. crim. q.* 127. *num.* 106. Posth. *de subhast. inspect.* 29. *num.* 103 *cum seqq.* Niger. *de execut. rei judic. cap.* 15. *n.* 1. 4. & 14. non autem, quando possessio apprehenditur nullo intercedente strepitu judiciorum, scilicet parte non citata, nec adhibita causæ cognitione, & quod plus est, dum agitur de possessione vacua capta a legitimo hærede (prout
5 in casu) in quibus terminis proculdubio sustinetur etiam die feriatu capta, Frideric. de Senis *cons.* 144. Guidopap. *dec.* 215. Butar. *dec.* 688. *dec.* 104. *n.* 3. *&* 4. *part.* 11. & *apud* Posth. *dec.* 9. *num.* 16. & utrunque casum distinguendo dixit Rot. *dec.* 293. *a num.* 13. *ad* 19. *part.* 8. ea ratione, quia actus hujusmodi expleti sine figura judicii sunt jurisdictionis voluntariæ, qui exerceri possunt quocunque die etiam feriato in honorem Dei, ad differentiam jurisdictionis contentiosæ, *d. l. actus omnes* 8. *Cod. de feriis*, Abbas *in d. c. conquestus n.* 16. *vers. licet enim*, & ibi Fagnan. *n.* 50. Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 30. *n.* 24. *& seq.* Atque hinc etiam 6
potuit Judex eadem die Dominica concedere Rectori Capellæ mandatum de immittendo; quia cum concessum fuerit parte non citata, & cum clausula, *dummodo possessio sit vacans*, reputatur hic actus inter illos voluntariæ juris- 7
dictionis, & sic permissus die feriato in honorem Dei, ut in simili de mandato, seu immissione judicis de aliquo 8
citando, tenet ex doctrina Joan. Andr. & Bellametæ in *d. c. conquestus*, Fagnan. *ibid. n.* 49.

Nec contrarium disponit Statutum Velitrarum *lib.* 2. *c.* 2. 9
de veneratione festivitatum, & *lib.* 2. *cap.* 12. quoniam licet in *d. cap.* 12. prohibeatur, ne jus reddatur præsertim in die Dominico, hoc reputandum est juxta dispositionem juris communis, nempe de causis, in quibus servanda est tela judiciaria, non autem quando proceditur extrajudicialiter, & expletur actus jurisdictionis voluntariæ. In quo etiam 10
sensu capienda venit altera dispositio, *d. cap.* 12. quia licet in eo mandetur causas pupillorum, Ecclesiarum, & pias, summarie, & sine strepitu, & figura judicii esse definiendas, excludendo expresse dies feriatos in honorem Dei; per hoc tamen inferri nequit, quod Statutum prohibere voluerit in dictis diebus etiam actus extrajudiciales, & voluntariæ jurisdictionis: Quoniam clausula illa, *summarie, et sine strepitu, & figura judicii*, operatur quidem, ut Judex breviter in causa procedat, abbreviando dilationes, non tamen tollit substantialia judicii, 11
Bartol. *in extravagan. ad reprimendum*, *verb. summarie*, Barbos. *dict.* 33. unde firmum remanet, quod Statutum intelligendum veniat de actibus judicialibus.

Prout non urget, quod mandatum de immittendo a Rectore Capellæ obtentum fuerit cum solita clausula, *sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura*, ideoque præservata sint jura dd. sororum prætendentium habere pro se fideicommissum clarum; quoniam prædicta clausula præservat tantum jura legitimi contradictoris, quales in judicio immissionis non erant dictæ sorores, quia vigore fideicommissi ordinati a d. Dominico non poterant impedire, quin Capella possessionem adipisceretur, præsupposito etiam, quod ista uti hæres mediata Ascentiæ teneretur bona a Dominico relicta restituere dictis sororibus, cum fideicommissarius possessionem accipere teneatur de manu hæredis, Rot. *dec.* 206. cor. Ludov. *& dec.* 176. *n.* 120. cor. bon. mem. Alex. VIII. *& dec.* 137. *n.* 9. cor. Ubaldo *dec.* 179. *n.* 3. 12
part. 15. *dec.* 24. *n.* 12. *part.* 6. *& alibi passim*. Atque hinc insurgit alterum non minus solidum fundamentum pro manutentione favore Capellæ, & non sororum, cum non sit manutenibilis possessio, quam fideicommissarius non capit de manu hæredis, *dec.* 28. *num.* 3. *et* 4. coram bon. mem. Alex. VIII. & cor. Cerro *dec.* 757. *n.* 5.

Et quamvis, quoties fideicommissum est clarum, & constat de purificatione, nullæque sunt faciendæ detractiones 13
ex æquitate Canonica manutentio concedenda veniat fideicommissario, licet possessionem non acceperit de manu hæredis, Capyc. Latr. *dec.* 108. *n.* 17. *part.* 17. *et dec.* 757. *n.* 7. cor. Cerro; neutrum tamen ex his concurrere visum 14
fuit favore sororum.

Et quidem non constat clare de existentia, & purificatione fideicommissi, quia pendet ab inspectione, an secuto prædecessu Margaritæ illarum Matris ante obitum Ascentiæ, caducatum fuerit fideicommissum Dominici, vel potius ipsæ subintrent in locum gradus caducati, & capiant fideicommissum tanquam subrogatæ in locum Margaritæ Matris. Et ulterius cadit altera inspectio super alio anteriori fideicommisso ordinato a Joanne Antonio Avo Dominici, in quo institutis Salvatore, & Nicolao filiis hæredibus, iisque quandocunque decedentibus sine filiis legitimis, & naturalibus, substituit Capellam S. Marci. Cumque d. Salvator decesserit, relictis Dominico, Ormisia, & Ascentia filiis, inspiciendum est, an sub hac conditione, *si sine filiis*, veniant simultanee fœminæ cum masculis, vel potius masculi excludant fœminas; nec non dato etiam, 15
quod excludentur fœminæ per masculos, an exclusio esset perpetua, vel temporalis, donec masculi extiterint: quæ

omnia

Digitized by Google

omnia cum secum ferant discussionem plurium quæstio-
num in jure non modicum controversatum, exinde insur-
git non posse dici constare de claro, & literali fideicom-
misso. Non minus dubium emergit circa alterum requi-
situm competentiæ detractionum prætensatum a Capella,
super quo DD. non immorarunt, cum ipsa moles scriptu-
rarum pro illis evertendis ex parte sororum adductarum
manifestet earum dubietatem, quæ sufficit, ut fideicom-
missaria non sit legitimus contradictor ad impediendam
16 manutentionem, seu immissionem hæredi, Rota *dec.* 310.
n. 14. cor. Priolo *dec.* 121. *n.* 9. *p.* 15. *& dec.* 656. *n.* 7. *p.* 18.

Quæ tanto magis vigere visa sunt pro excludendis soro-
ribus a manutentione, quo apparuit possessionem ab eis
captam fuisse nullam, & vitiosam, & quidem quia appre-
hensa in vim mandati expediti tempore, quo adhuc erat
in humanis Canonicus Zaffaranus bonorum controverso-
rum possessor, ipso non citato, quod non minus facit nul-
17 lum prædictum mandatum, Rot. *dec.* 557. *n.* 8. *&* 9. cum
ibi allegatis, post Posth. *de manut.* quam vitiosam posses-
sionem illius vigore captam, Rot. *dec.* 115. *n.* 3. *part.* 1. *rec.*
18 1065. *n.* 13. cor. Seraph. indeque non manutenibilem, Rot.
dec. 310. *n.* 7. *&* 8. coram Priolo *dec.* 216. *n.* 7. *par.* 16. Prout
19 etiam, quia capta cum mandato habentem clausulam,
dummodo possessio sit vacans. Cumque hæc jam plena
reperiretur uti antecedenter apprehensam per Capellam,
20 ut supra dictum est, inde habetur tanquam & vitiosa, &
neque manutenibilis, Rot. *dec.* 271. *n.* 3. *part.* 11. *dec.* 317.
n. 3. *&* 4. *part.* 17. *dec.* 240. *n.* 11. *& in part.* 19.

Cæterum debile est refugium allegare, quod etiam pos-
sessio capta per Rectorem Capellæ fuerit vitiosa, eaque
non capta de manu Sacristæ hæredis Zaffarani hæredis
Ascentiæ; nam ultra quod hæc est exceptio de jure tertii,
removetur quævis difficultas, ex quo Capitulum, & Ca-
nonici Cathedralis Velitratum pro parte d. Sacristæ expres-
se non consenserunt, quod Rector Capellæ possessionem
caperet bonorum Ascentiæ, *Sum. ejusdem num.* 3. atque
ideo perinde est, ac si capta fuisset hujusmodi possessio
de manu Sacristæ hæredis. Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Veliterna manutentionis.

Ven. 18. Aprilis 1692.

ARGUMENTUM.

Superius decisa approbantur.

SUMMARIUM.

1 *Possessio, in qua hora est adnotata, dicitur an-*
terior.
2 *Possessio anterior est manutenibilis.*
3 *Possessio capi non potest die Dominico.*
4 *Limita, si apprehenderetur virtute mandati de im-*
mittendo habentis clausulam, dummodo possessio
sit vacans, *n.* 5. *&* 6.
7 *Causæ cognitio assumi non valet die feriato.*
Declara, ut n. 10. 11. *&* 12.
8 *In relaxatione mandati de immittendo cum clausula*,
dummodo possessio sit vacans, *nulla exigitur*
causæ cognitio.
9 *Et si adhibitam fuisse Notarius asseruerit in man-*
dato reputaretur error, qui non noceret.
13 *Juramentum interpositum diebus feriatis est irritum,*
si sit judiciale, secus si extrajudiciale.
14 *Juramentum, quod recipitur a testibus ad perpetuam*
rei memoriam examinatis, est extrajudiciale, &
ideo valet præstari etiam die Dominico.
15 *In contractibus minorum, & mulierum non potest*
imponi decretum die feriato, & n. 16.
17 *Clausula*, sine præjudicio habentium meliora, &
potiora jura, *præservat tantum jura legitimi con-*
tradictoris.
18 *Possessio capi non potest alio in possessione existente,*
ipso non citato.
19 *Et si caperetur, possessio nulla reputaretur.*
20 *Possessio nulla non est manutenibilis.*

DECISIO VI.

Possessionem captam per Capellam Sancti Marci,
ejusque Rectorem, uti anteriorem, DD. iterum ho-
dierna die manutenibilem esse censuerunt in concursu po-
sterioris possessionis Damiæ, & Fulviæ sororum, prout
ut decisum fuerat sub die 10. Decembris superioris anni
coram me.

Anterioritas quippe possessionis Capellæ innegabilis est,
eaque quoad Domos, & Vineas oculatiter apparet,
quia capta die 20. Novembris, ea vero sororum die se-
quenti 21. Quo autem ad prædia rustica, licet istorum
possessio fuerit utraque parte capta eodem die, nempe 21.
Novembris; tamen anterior est possessio Capellæ, quia
habet adnotatam horam, nempe ab hora 15. ad 18. quæ
respectu possessionis horum prædiorum non fuit adnotata
in possessione sororum, quæ solum horam adnotarunt in
possessione Domus, sicque possessio Capellæ anterior repu-
tatur, gloss. *in c. si a Sede, in verbo nec appareat de præb.* 1
in 6. Rot. *dec.* 878. *num.* 3. cor. Merlin. & hæc manutenibi-
lis est, non illa sororum, Posth. *de manut. observ.* 71. *n.* 9. 2
Rot. *dec.* 250. *n.* 8. *part.* 19.

Nec repetere fas est, quod dicta dies 20. esset Domini-
ca, in qua possessio capi nequiverit, cum hæc dies *venera-* 3
bilis sit, & a cunctis executionibus excusanda, ut loquit
Text. *in l. dies festos, C. de feriis*, Guidop. *dec.* 215. *in princ.*
& prope fin. & consil. 36. *per tot.* Grat. *discept.* 972. *n.* 2. Alti-
mar. *de nullis. tom.* 1. *rubr.* 9. *c.* 40. *n.* 21. *&* 22. Cala *de feriis*
cap. ult. n. 103. Quoniam dicta possessio capta fuit vigore
mandati de immittendo, concessi absque strepitu, & fi-
gura judicii, & sine partis citatione, ac cum clausula *sine*
præjudicio habentium meliora, & potiora jura; ideoque
reputatur actus mere extrajudicialis, Rot. *dec.* 277. *n.* 1. 4
& 2. cor. Royas. *dec.* 531. *n.* 3. cor. Bich. qui expleri potest
quolibet die etiam feriato in honorem Dei, Cala *de fe-*
riis q. 4. *n.* 250. *& q. ult. n.* 152. Ubert. *de tit. cap.* 10. *n.* 138. 5
lib. 1. Rot. *dec.* 104. *num.* 3. *&* 4. *part.* 17. *dec.* 295. *a n.* 13 *ad*
19. *part.* 18. cum aliis in decisione, quæ revidetur §. *nu-*
billo refragante.

Absque eo quod ulla constitui valeat differentia inter
cæteros dies feriatos in honorem Dei, & diem Domini-
cum, in quo actus omnes etiam extrajudiciales prohiberi
ex generalitate verborum Text. *in d. l. dies festos*, ibi, *a*
cunctis executionibus excusetur, insinuare conabantur scri-
bentes pro sororibus, ad tradita per Guidopap. *d. dec.* 210. 3
n. 1. *& n.* Cala *de feriis d. q. ult. n.* 153. Altimar. *d. c.* 40. *n.* 21.
& 22. quia indiscriminatim, sive versemur in die Domi-
nico, sive aliis feriatis in honorem Dei, quoties agitur
de actibus, qui explentur absque strepitu, & figura judicii,
tenent Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gl. u. q.* 17. *n.* 54. 6
& 56. *& in fine ejusdem tit. q.* 15. *n.* 78. *&* 79. Frideric. de
Senis *cons.* 144. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. q.* 30. *lib.* 1. *n.* 4. Scacc.
de judic. lib. 2. *cap.* 5. *n.* 91. Ubert. *de tit. cap.* 10. *n.* 133. *lib.*
1. *ubi quoad feriarum observationem non esse differentiam*
inter diem Dominicum, & alios festivos in honorem Dei, &
in terminis possessionis captæ die Dominico, Posth. *de sub-*
hast. inspect. 29. *n.* 104. *&* 105. Rot. *dec.* 688. *num.* 13. cor.
Buratto,

Et efficacissima ratione, quia actus hujusmodi, qui ex-
plentur sine figura judicii, pertinent ad jurisdictionem vo-
luntariam exercibilem quocunque die feriato etiam in
honorem Dei, & Dominico, ad differentiam jurisdictio-
nes contentiosæ, *l. actus omnes* 8. *C. de feriis*, ubi Barbos.
Abbas *in c. conquestus n.* 16. *vers. licet enim*, & ibi Fagnan.
n. 50. Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 30. *n.* 14. *et seq.* Tiraquel. *ubi*
sup. Scac. *de judic. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 96. *ad* 106. Ubert. *de tit. c.* 10.
n. 153. *et* 163. & in antecedenti decisione hujus causæ §. *nu-*
billo refragante.

Neque urget replicatio, quod saltem possessio Capellæ
nullitatis vitio subjaceat ratione sui principii, & originis,
quia processit vigore mandati concessi a Judice eodem die
Dominico causa cognita, *et visis etc. ac pro Tribunali se-*
dente, receptoque testium juramento super obitu Canonici
Zaffarani Auctoris Capellæ, quæ omnia a Judice tali die
fieri prohibentur, ut de Judice causæ cognitionem assu-
mente habetur *in d. l.* 2. *et l. dies festos*, & ibi Barbos. *n.* 1.
et 3. *et de juramento testium c.* 1. *de feriis, cap. decrevit* 22. 7
q. 5. etenim ultra quod imperitiæ Notarii adscribi debet, si
in mandato extrajudiciali continente solitam clausulam
sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura, quod
petenti passim conceditur, ac nemini negatur, apposuit
clausula *visis etc. sedente etc.* & non apponibiles, ut videre 8
est apud Ridolph. *in prax. p.* 2. *c.* 7. *n.* 19. *vers. cæterum*, qui
error partibus præjudicium non irrogat, *l. si librarius, ff.*
de reg. jur. l. errore, C. de testam. Rot. *dec.* 377. *n.* 10. cor.
Coccino *dec.* 42. Posth. *de subhast. n.* 6. adhuc procedendo 9
cum præsupposito, quod in concessione mandati fuerit ad-

hibi-

hibita causæ cognitio, non inde tamen actus hujusmodi
de genere prohibitorum dici debet, quia judicialia non est,
& ea solum causæ cognitio est prohibita, quæ expletur a
Judice in figura judicii in diebus feriatis in honorem Dei,
& Dominico, ax juribus in objecto allegatis; non autem
ubi cognitio fit extra strepitum, & figuram judicii, quæ
sub prohibitione non cadit; alias manumissio, emanci-
patio, adoptio, datio tutoris, & curatoris, & alia ex-
pleri non possent hisce diebus, quia in his aliqualis adhibe-
10 tur causæ cognitio, ut de manumissione est Text. *in §. eo-*
dem lege, alia institut. quibus ex causis manumitt. non li-
ceat, & tamen in l.2. & 8. C. de feriis, actus hujusmodi a
prohibitione præservantur; & ita distinguendo inter unum,
11 & alterum casum, affirmant Fagnan. *in c. conquestus de feriis*
n. 49. 50. & 51. Bonacc. *circa 3. Decalogi præceptum disp. 5.*
punct. 2. proposit. 1. num. 3. vers. Respondet cum ibi allega-
tis, Fermosin. Rodriq. *in tract. var. cap. 1. de feriis n. 32.*
Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gl. 5. n. 54. & seqq. in fin. ejus-*
dem tit. n. 78. & 79. Ubert. *de citat. d. cap. 10. num. 653. &*
sequent. ubi actus judicialis reputatur ille, qui partis cita-
12 tionem requirit, *& n. 163. & seqq.* Scacc. *de judic. lib. 2.*
cap. 5. n. 104. & 106.

Prout non omne juramentum interpositum diebus fe-
riatis, & Dominico irritum est, sed judiciale tantum, per
text. *in c. 1. & c. fin. de feriis, l. actus, & l. fin. C. de feriis*,
13 non extrajudiciale (quale fuit illud emissum a testibus ad
perpetuam rei memoriam parte non citata, de quo agitur)
Speculator *tit. de feriis §. sequitur n. 5.* Abb. *in c. fin. de feriis*
14 *n. 16.* Ubert. *d. cap. 10. num. 171. & seqq.* Mancinus *de ju-*
ram. part. 2. art. 17. num. 11. Rot. *dec. .. num. 6.* coram Sera-
phin. ubi de juramento interposito die Dominico, *& n. 8.*
respondetur, contrariam opinionem procedere de consi-
lio, non de præcepto.

Eoque minus urget paritas desumpta a decreto judicis in
contractibus minorum, & mulierum, arguendo, quod
quemadmodum istud non interponitur diebus feriatis in
15 honorem Dei, Fenzon. *ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 58. num. 11.*
Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1. sub num. 84. vers. Idque*,
ita non possint concedi similia mandata de immittendo.
Nam decretum, quod interponitur in dd. contractibus, re-
quirit maturam causæ cognitionem, & expleri debet judi-
16 ce pro Tribunali sedente, ut ait Speculator *d. tit. de fe-*
riis cit. §. sequitur in fine; e converso autem mandata hu-
jusmodi, vel absque causæ cognitione (ut verius est) vel
summarissima, & levi conceduntur, & cuicunque pri-
mo venienti; idcirco introductum est, ut passim conce-
dantur quocunque die, etiam feriato, ac Dominico.

Cætera autem, quæ inculcabantur super eo, quod per
clausulam illam apponi solitam in prædicto mandato, *sine*
17 *præjudicio habentium meliora, & potiora jura*, præservata
remanserint jura sororum, nimis debile refugium DD. vi-
sum est. Quandoquidem per hanc clausulam præservan-
tur tantum jura legitimi contradictoris, quales se esse præ-
tendere non possunt dd. sorores, cum assertum fideicom-
missum Dominici, ex quo earum jus desumunt, non sic
clarum, continuatque in se plures inspectiones, non mo-
dica insurgat dubietas circa competentiam detractionum,
quæ omnia late explicantur in antecedenti decisione; quo
fit, ut ex hoc titulo non sint legitimæ contradictrices ad
impediendam manutentionem Capellæ hæredi substitutæ
d. Canonico Zaffarano hæredi Ascentiæ, quæ hæres gra-
vata supponitur d. Dominici, ut late in dicta mea deci-
sione §. *prout non urget*.

Juncta præsertim inevitabili nullitate possessionis captæ
ab eisdem sororibus vigore mandati expediti adhuc in hu-
manis existente d. D. Canonico Zaffarano possessore bono-
18 rum, eo non citato; quod sicuti nullum est, Rot. *dec. 557.*
n. 8. & 9. post Posth. *de manut.* ita exinde possessio ejus vi-
19 gore capta a nullitatis vitio salvari nequit, Rot. *dec. 115.*
n. 3. part. 1. rec. dec. 1065. n. 2. cor. Seraph. & consequenter
20 nec manutenibilia est, Rota *dec. 310. n. 6. & 8.* cor. Priol.
dec. 216. n. 7. part. 16. cum aliis in decisione, quæ reviderat
§. *quæ tanto magis*.

Et ita prætermissis aliis levioris ponderis, ac sublatis
in altera decisione, resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. CAVALLERINO.

Amerina unionis super manutentione.

Veneris 9. Junii 1690.

A R G U M E N T U M.

Adversus factum judicis an gradu appellationis possit
per viam manutentionis, vel potius sit agendum or-
dinaria actione revocatoriæ?

S U M M A R I U M.

1 *POssessori legitimo debetur manutentio.*
2 *Recte proceditur, si in casu citetur procurator,*
qui a principio comparuit.
3 *Contra incertos fit citatio per edicta.*
4 *Adversus factum judicis nulliter, aut injuste proce-*
dentis, datur manutentio.
5 *Amplia etiam in devolutivo, adeout opus non sit prio-*
ra judicata ordinario remedio retractare, n. 6.

D E C I S I O VII.

COncordato dubio inter Ferratinum, & Buffettinum,
an constet de unione Ecclesiæ Sancti Secundi cum
Parochiali Sanctæ Luciæ, & Sancti Sebastiani, placuit
isti, eodem tempore experiri jura sua in judicio possesso-
rio; nec frustratus obivit, quia in controverso beneficio
Sancti Secundi obtinuit quoque manutentionem.

Ratio resolutionis fuit, quia Buffettinus docet de ante-
since possessione legitime capta, prævio mandato judicis
rite, & recte procedentis, quo casu manutentio denegari
non debet, *l. 1. & 2. ff. ne vis fiat ei*, Posth. *de manut. ob-*
serv. 12. n. 1. & seq. Surd. *dec. 277. num. 2. part. 19.* & coram 1
Alex. VIII. *dec. 116. n. 1.*

Nec eadem possessio potest de ulla invaliditate redargui,
dum judex processit ser. ser. citato Procuratore fiscali, qui
legitime comparet pro defensione libertatis Ecclesiæ, Priol.
dec. 41. n. 6. Cerr. *dec. 37. n. 2. & in rec. dec. 39. in fin. p. 19.* nec 2
non citatis per edictum interesse habentibus, juxta formu-
lam, de qua Ubert. *de citat. c. 7. n. 353.* Cocc. *dec. 449. n. 3.* 3

Non obstat sententia lata ab A. C. executioni demandata
in vim rescripti Signaturæ cum clausula, *sine præjudicio*:
quia cum judex nulliter processerit non attenta unione, co-
ram eodem justificata, & satis in resolutione dubii præ-
tensi hodie comprobata, dicitur potius spoliasse, nec
Buffettinum sua possessione privavit, Merl. *dec. 303. n. 2.*
Bich. *dec. 28. n. 1.* & post Posth. *de manut. dec. 252. n. 5.*

Clausula vero, *sine præjudicio*, operatur quidem execu- 4
tionem judicati judicis *a quo*, sed non impedit, quin judex
appellationis detecta nullitate, vel injustitia succurrere va-
leat gravato per remedium manutentionis: quia dicta clau-
sula intelligitur, quatenus sit dictæ executioni locus,
Posth. *de manut. observ. 12. n. 46.* Adden. ad Gregor. *dec. 91.* 5
n. 13. Bich. *dicta dec. 218. n. 2. & 3.* Merl. *dec. 410. n. 7. & in*
recent. dec. 114. n. 14. part. 1. & dec. 493. n. 6. part. 18.

Minus relevat, quod concessa immissione per judicem
cum subsecuta possessione non sit locus remedio extraordi-
nario manutentionis, sed sit procedendum ordinarie in
gradu appellationis, quia regula militaret, ubi non con-
staret de antecedenti possessione valida; tunc enim subin-
traret alia conclusio, quod possessio anterior est manute-
nenda, *vulgat. §. retinen. de interdict.* Posth. *de manutent.* 6
observ. 71. in princ. Bich. *d. dec. 218. n. 1. & 2.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Ferrarien. Fideicommissi super fructibus.

Lunæ 17. Maii 1694.

A R G U M E N T U M.

An postquam Signatura commisit causam in devoluti-
vo, liceat fructus liquidare coram judice a quo?

S U M M A R I U M.

1 *IN fideicommissi restitutione veniunt quoque fructus*
percepti.
2 *A die motæ litis.*
3 *Judex in sententia præsumitur se voluisse cum li-*
bello conformare.

4 *In*

4 *In actione l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen. veniunt fructus a die litis contestata.*
5 *Sententia revocata nullum jus tribuit, & sic in consideratione haberi non debet.*
6 *Fructus possunt peti, & liquidari coram judice a quo, licet a mandato super negotio principali Signatura commiserit causam cum clausula,* sine præjudicio.
7 *Ex locationibus quantitas fructuum probatur.*
8 *In materia liquidationis leviores admittuntur probationes.*
9 *Et satis est justificare quid in antecedentibus annis retrahebatur.*
10 *Major dari non potest probatio, quam ea quæ ex propria confessione descendit.*
11 *Bona stabilia non præsumuntur reddere quam scuta quatuor pro centenario.*

D E C I S I O VIII.

IN sequelam judicati Rotalis uniformia alteri de partibus
immissionem ad bona Lapuscelli Marchionissæ Octaviæ tanquam vocatæ ad fideicommissum Laviniæ Piæ de
Sabaudia concedentis, præviis decisionibus, coram Reverendissimo Domino meo Decano, ac coram me editis
successive a Signatura justitiæ confirmatis cum clausula,
sine præjudicio, petiit hodie memorata Marchionissa disputari dubium: *An & pro qua summa sit relaxandum mandatum pro fructibus?* quod Domini a die motæ litis relaxandum in summa inferius exprimenda juri consonum rescribere censuerunt. Etenim quoad primam partem restitutio fructuum Marchionissæ in fideicommissariæ in præcedentibus sententiis semper decreta, denegari non valuit,
dum illi veniunt in restitutione fideicommissi, ad text. *in*
1 *l. fideicommissariam*, & ibi Doctores, *ff. ad trebell.* Menoch. *de arbitr. cas.* 256. *n.* 25. Peregr. *de fideicommiss. art.* 49.
n. 85. Fusar. *de substitut. quæst.* 616. *n.* 46. Rot. cor. Dunoz.
jun. *dec.* 32. *num.* 2. Et quidem a die motæ litis, in hoc judicio immissionis de anno 1671. da quo tempore Rei conventi ad restitutionem præfatarum bonorum fuerunt in
mala fide constituti, & excitati ad inquirendum de jure
ipsorum possessionis, ad text. *in l. sed etsi, l.* 23. *§. si ante*
2 *litem, ff. de petit. hæredit.* Rota coram Cavaler. *dec.* 409.
num. 5. & coram Dunozet. jun. *dicta dec.* 672. *num.* 2. *& in recent. dec.* 3. *n.* 1. *& seqq. part.* 7. *& dec.* 289. *n.* 1. *part.* 17.
& 178. *n.* 9. *part.* 19.

Nec turbat gemina exceptio, non quidem prima, quod de d. anno intentatum fuerit Salvianum obliquum, & a judice concessum, non autem immissio vigore *leg. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quæ longe post reperita fuerit; nam libelli lectura contrarium præfert; ibi enim ex parte Marchionissæ expostulata apparet immissio, quam licet judex concesserit in dd. bonis tanquam obligatis, ac hypothecatis pro dote antedictæ testatoris, non exinde sequitur judicem concessisse immissionem vigore dicti Salviani obliqui, sed potius se uniformare voluisse cum libello, per ea
3 quæ advertit Rota cor. Seraph. *dec.* 640. *num.* 1. & coram bonæ memoriæ Card. Cerro *dec.* 271. *n.* 22. maxime cum in eadem sententia declaraverit purificationem fideicommissi favore Marchionissæ Actricis, ac condemnationem ad fructus devenerit a die litis contestatæ, quæ se non compatiuntur cum dicto remedio Salviani obliqui, sed bene
4 cum actione *dict. leg. fin.* Non attenta altera successiva sententia, in qua secundus judex primam confirmavit, & immissionem concessit ad effectum subhastan. dicta bona cum supposito, quod non essent hæreditaria dictæ Laviniæ testatoris; nam a dicta sententia fuit appellatum, & a tertio judice prævia illius reformatione concessa immissio ad dicta bona tanquam hæreditaria ejusdem Laviniæ; onde nullum super ea constitui potest fundamentum,
5 Rota coram Greg. *dec.* 313. *n.* 4. *& dec.* 230. *n.* 13. *part.* 18. *tom...* & Rota *dec.* 184. *n.* 5. *part.* 19.

Minusque secunda, quod expectandus sit exitus litis in devolutivo commissæ R. P. D. meo Molines; nam stante dicto rescripto Signaturæ justitiæ in hac causa emanato, cum clausula S. P. potuit hodie Marchionissa coram me petere executionem sententiæ &c. quoad condemnationem, & liquidationem fructuum, nec opus habuit adire
6 dictum judicem *ad quem*, Rota coram Gregor. *dec.* 232. *n.* 1. & coram Buratt. *dec.* 641. *n.* 18. & coram san. mem. Alexand. VIII. *dec.* 166. *n.* 9. & in Romana manutentionis 23. Januarii anni præteriti §. *fin.* cor. R. P. D. meo Caprara, & in Cæsenaten. dotis 25. Martii præteriti, §. *Absque eo quod*, cor. me, ubi non obstare clausulam, *quam*, *& quæ*, in nova commissione appositam, cum nihil operetur per alteram, *sine præjudicio*.

Quo vero ad secundam partem quantitatis fructuum Domini fuerunt in voto illos esse liquidandos in sc. 7485. quatenus ascenderint annui fructus in summa sc. 350. per viginti & unum annos per reos conventos percepti; nam de dicto tempore nulla est contentio, & annua quantitas resultat ex locationibus eorundem bonorum per reos conventos factis, nempe primo de anno 1662. ad triennium, quod deinde anno 1665. pro eadem pensione ad quinquennium prorogarunt, terminatum de anno 1671. Quæ enim locationes verum valorem fructuum designant, ut alias
firmavit Rota coram Cels. *dec.* 11. *n.* 1. & coram san. mem. 7
Alexand. VIII. *dec.* 200. *n.* 32. *& in rec. dec.* 307. *num.* 37.
part. 17. *& dec.* 417. *n.* 7. *part.* 18. & in Melevitana liquidationis fructuum 27. Junii 1692. §. *Neque*, cor. bo. mem. Benincasa, & in Romana multiplici 15 Junii 1693. §. 3. *& bonis*, cor. me. Non relevante responsione, ab antedictis locationibus detrahenda esse quamplura onera, cum de illis dictum non fuerit, minusque locationes non fuisse proximas motæ liti, nam ultra quod ultima locatio expiravit anno præcedenti, in hac materia liquidationis fructuum difficillimæ probationis, in qua sicuti admittuntur levioria adminicula, ut advertit Rota in Ravennaten. Pecuniaria 11.
Februarii 1693. §. *qua exceptione*, cor. Reverendiss. Tu- 8
ronen. ex solito annorum antecedentium bene acquiritur quantitas percepta in aliis subsequentibus, maxime quando (ut hic) ex eisdem locationibus apparet semper uniformis pensio conventa, ex traditis per Rotam cor. Coec. *dec.* 439.
n. 2. & cor. Duran. *dec.* 307. *n.* 5. & coram san. me. Alex. VIII. 9
dec. 293. *n.* 2. *& in rec. dec.* 397. *n.* 3. *part.* 17.

Adstipulantibus præsertim quantitati in locationibus expressæ, tam ipsamet confessione reorum conventorum, qui de anno 1683. produxerunt coram judice de partibus computum fructuum ex dd. bonis perceptorum, ex quo apparet annuum reditum ascendere ad d. sc. 350. pro quibus fuerunt in locationem tradita; unde major dari non potest probatio, quam ab ipsorum confessione descendens,
ad notum text. *in c. per tuas, de probat. ut in l. ad se, C. de* 10
transact. quam ipso valore bonorum in summa sc. 17. in circiter, quanti fuerunt æstimata de anno 1675. eo pro quanti ponuntur in dict. computo per ipsosmet reos conventos efformato de dicto anno 1683. Unde habito ad illud respectu, longe excederet annuos reditus saltem taxatus in sc. quatuor pro quolibet cētenario, prout hodie observat nostrum Tribunal, proposita antiqua legali taxa ob currentes, & satis notas temporum calamitates, ut videre est in Feretrana dotis, 15. Januarii 1691. §. *Quo vero*, cor. Reverendiss.
D. meo Decano, & in Hortana Casalis 1 Julii 1693. §. *fori*, 11
cor. R. P. D. Pio, & in Æsina dotis 23. Febr. ejusdem, §. *Pro hac autem*, coram R. P. D. Molines, & in Fulginaten. pecuniaria 8. Junii ejusdem anni cor. eodem.

Et ita reservatis juribus Marchionissæ quoad medietatem unius ex dd. prædiis Lapuscelli (quæ non apparet in locationem concessa) decisum fuit. Utraque &c.

R. P. D. P I O,

Vicen. Hebdomadariæ super Attentatis.

Ven. 26. Novembris 1694.

A R G U M E N T U M.

Inhibitionem nedom Reum, sed quoque Actorem afficere, deciditur.

S U M M A R I U M.

1 *GEsta post inhibitionem judicis, tanquam attentata revocari debent.*
2 *Inhibitio afficit impetrantem a die illius expeditionis, licet illam exequi nec reproduci curaverit.*

D E C I S I O I.

CEnsuerunt DD. constare de attentatis commissis ex parte Greg. nominari ab Abbate Riccipulli ad hebdomadariam majorem Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri ejusdem loci; nam cum ipse in nostro Auditorio præsentari fecerit commissionem super executione literarum

Apo-

Apostolicarum mihi directam, ejusque vigore consuetas citatoriales cum inhibitione obtinuerit, summario informantia *n.4. & 5.* non poterat subinde absque vitio attentatorum possessionem dicti beneficii adipisci, non citato Stephano Proviso Apostolico virtute prælectionis reportatæ in concursu indicto cor. Ordinario, quem in legitimum contradictorem agnovit cor. Eminentiss. Card. Pro Datario, *d. Summ. n.2. & 4. lit. A*, quia certa est conclusio, quod inhibitio ex tunc, nempe a die impetrationis, inducit litis contestationem, & æque impetrantem ligat, ac inhibitum, adeo ut quidquid postmodum in ejusdem spretum gestum fuit, tanquam attentatum revocari debet,
1 Rota cor. clar. me Card. Cerro *dec.457. n.2.*

Nec evitantur attentata, ex eo quod literæ citatoriales Stephano præsentatæ non extiterint, quoniam in odium impetrantis, contra quem facilius instauratur lis, sufficit sola expeditio inhibitionis, nilque refert, quod eadem contra partem non fuerit executa, neque reproducta, dum ex solo non usu non elicitur sufficiens pœnitentia, quæ Actorem absolvat, vel de ea per expressam renunciationem constare debere, alias semper inhibitio suum ope-
2 raretur effectum, ut bene Cocc. *in adnot.163.* Posth. *de manut. observ.48. n.13. & 14.* Lancell. *de attent. quæst.2. in præfat. cap.4. n.45. & cap.20. limit. 29. n.12.* Rota *dec.42. n.19. part.2. divers.* & cor. Bich. *dec. 12. n.2.*

Et ita unica &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Romana educationis super attentatis.

Luna 3. Decembris 1696.

ARGUMENTUM.

Judicium assecurationis quando fieri possit coram alio judice, quam illo, in cujus Tribunali pendet lis principalis.

SUMMARIUM.

1 *ID quod factum est vilipendium inhibitionis, & litis pendentiæ, debet rescindi, & in pristinum demandari reductio.*

2 *Pro reparanda fuga, & occultatione potest quilibet judex adiri, licet causa coram alio pendeat.*

3 *Monitorium non præsentatum, & reproductum, nullam judicii initium parit.*

4 *Causa connexa coram uno eodemque judice fieri debet.*

5 *Continentia causarum non sunt dividenda.*

6 *Clausula*, quam, & quas, *omnia quomodocunque connexa, vel dependentia amplectitur.*

7 *Potest a tri quilibet judex ad reparandam fugam, & dilapidationem, quoties judex, coram quo lis pendet, æque commode haberi non valet, secus e contra, & n.8.*

DECISIO X.

PEndentibus in nostro Tribunali pluribus controversiis inter Fratres de Cornovaglia, & D. Christinam Columnam, ista sub die 8. Octobris proxime præteriti, in spretum litis pendentiæ, & inhibitionis, quæ vigore commissionis mihi directæ eidem fuerat intimata, expedivit in Tribunali Eminentiss. D. Cardinalis Camerarii, parte non citata, mandatum de perquirendo, in cujus executionem libros in domo Fratrum de Cornovaglia repertos ad Officium Notarii illius Tribunalis asportari fecit, de quo habito per Fratres recursu ad R. P. D. Auditorem Sanctissimi, qui omnia remisit ad Rotam cum facultate purgandi attentata, proposui in hodierna Audientia Dubium, *An constet de attentatis, quæ veniant purganda?* cui Domini affirmative respondere non hæsitarunt; quia inexcusabilia a vitio attentatorum visa sunt omnia gesta per Christinam in spretum tam litis pendentiæ in nostro Tribunali, quam inhibitionis Rotalis, & propterea, celeri & expedito remedio purgationis omnia sunt in pristinum reponenda, ut ita, & partis, quæ attentatum passa est, præjudicium, & nostri Ordinis læsa majestas, ac jurisdi-
1 ctio reparentur, *cap. non solum de appellat. in 6.* Lancell. *de attent. part.1. cap.4. limit. 2. n.32. & seq.* Rot. cor. Burat. *dec. 181. n.1.* & cor. Peuting. *dec. 237. n.1. & per tot. in rec. dec. 52. part.10. dec.231. part.18. & dec.109 part.19. per tot.*

Absque eo quod excusari valeant, sive quia causæ in Rota pendentes essent omnino diversæ ab illa, quæ cor. Camerario introducta fuit, & ad quam directa erat librorum perquisitio, sive quia data etiam identitate causarum potuerit stante metu occultationis ad quemlibet judicem recurri, ad firmata per Rot. *dec. 2116.* cor. Cocc. *& dec. 362. part.16. rec.*

Non enim primo subsistit allegata causarum diversitas, nam quidquid sit de prætenso monitorio, per quod dicebatur a Christina etiam nomine filiorum novum introductum judicium separationis bonorum provenientium a Didaco seniore fideicommittente, & super rescissione respe-
ctive divisionis inter Jo. Baptistam Patrem pupillorum, & 3
fratres reos conventos, quod tamen, ut nec usque adhuc Patri præsentatum, minusque in actis reproductum aptum non erat inducere inchoationem judicii, Ridolph. *in judic. part.1. cap.4. num. 38.* Rot. coram Burat. *dec. 652. n.2.* & coram san. mem. Alexad. VIII. *dec. 128. num. 1.* adhuc cum occasione litis in nostro Tribunali vertentis super administratione tutelæ, & curæ eorundem pupillorum, & alimentis eisdem præstandis actum pluries fuerit de statu, tam memorati Didaci sen. fideicommittentis quam prædictorum fratrum condividentium, & exquisitum etiam desuper peritorum judicium, nemo non videt, quanta sit utriusque causæ connexio, quæ operatur, ut non posset Christina, citra vitium attentatorum alio judicium divertere, quod in Sacra Rota ipsa consentiente, licet in diversa actione, introductum reperiebatur, Lancell. *de at-
tent. appellat. pendén. limit. 2. n.23. & 24.* plene Rot. cor. 4
Certo *dec. n 5. & seq.* Idque nedum ratione evitandæ divisionis continentiæ causarum, ad text. *in l. nulli 10. C. de
judic. glos. in l. cum fundum 18. de vi, & vi armat.* verum
resistente insuper clausula, *quam, & quas, &c.* in com- 5
missione adjecta, quæ ad omnia quomodocunque connexa, vel dependentia protenditur, Ridolph. *in prax. par.1. c.12. n.390. & seq.* Rot. cor. Ludovis. *dec. 399. n 3. & seqq.*
& cor. Cerr. *d. dec. 169. sub n. 5. & in recent. & dec. 485.* 6
n.6. part.18. & dec.109. n.3. part.9.

Firmata autem ea mox dictis identitate causarum, debile omnino videbatur refugium ad reservantium scripturarum dilapidationis, sive occultationis metum desumptum. Ultra quod enim nihil usque modo Dominis constitit, quod figuratæ suscipionis aliquod præberetur indicium, quin maximum potius habeteur pro ea excludenda deductum ex probata apud Dominos Patruorum erga Nepotes Pupillos benevolentia, utcumque exageratus timor subsisteret, utique remedium perquisitionis, quod ab Auditore Eminentiss. Camerarii exposcavit Christina, expetere debuisset a Rota, quæ cum de eo tempore, expletis jam feriis generalibus, jus ministrare cœpisset æque facile, ac quæcunque alius judex, adiri potuerat, ut ad rem ponderatum
fuit *in dec. 485. n.5. & 6. part. 19. & dec. 109. num. 10. & 11.* 7
part.19. rec. contrario dumtaxat procedente, ubi commodi-
tas hæc adeundi judicem competentem non adfuisset, ut e- 8
rat in casibus *dec 2116.* cor. Cocc. *& dec. 362. part. 16. rec.*

Et ita utraque parte audita &c.

R. P. D. MOLINES.

Leodien. Jurisdictionis super attentatis.

Ven. 1. Aprilis 1698.

ARGUMENTUM.

Citatio pro adeunda Signatura quando inhibeat, & an continuatio possessionis, non obstante inhibitione, attentata reputetur? ad ornatam *disc. 18.* Cardin. de Luca *de judiciis*.

SUMMARIUM.

1 *LIs deserta non causat attentatum.*

2 *Attentata purganda sunt tantummodo coram judice spreto.*

3 *Citatio pro adeunda Signatura, si legitimo tempore non reproducatur, non impedit, quin ad ulteriora procedi valeat.*

4 *Clausula, cum facultate purgandi attentata, tribuit potestatem procedendi tantummodo, prout de jure.*

5 *Qui continuat, non attentat.*

6 *Limita, quando inhibitio judicis emanavit super ipsa possessione in litem.*

7 *Declara, ut limitatio vera sit, quoties inhibitio specialiter percutiat continuationem possessionis; secus si sit generica pro litis introductione, n.8. & 9.*

10 Ju-

10 *Judex ex suo arbitrio potest ex justa causa attentata rejicere.*

D E C I S I O XI.

CONcessa favore Serenissimi, & Reverendissimi Episcopi, Reverendissimi Capituli Leodien. & Archidiaconi Majoris Campiniæ, manutentione super exercitio actuum jurisdictionalium in Oppido Thoren. prout in altera decisione sub hac eadem die cor. me promulgata: cum fuerit quoque ad instantiam Reverendissimæ Abbatissæ disceptatum super prætensis attentatis commissis per dictum Archidiaconum, Domini examinatis juribus ad huoc effectum in toto ejus summario adductis, censuerunt negativum proferre responsum.

Procedendo enim cum distinctione temporum, & personarum, quatenus attinet ad primum caput desumptum ex actibus per Archidiaconum, ejusque Officiales gestis post præsentationem monitorii cum inhibitione expediti cor. Reverend. Nuncio Colon. de ann. 1692. relevare visum non est ad effectum, de quo agitur, quia causa vigore præcitati monitorii incœpta, cum exinde fuerit deserta, nec hodie in nostro Tribunali Abbatissa illam prosequatur in gradu appellationis, utiq; fingitur nunquam fuisse inchoa-
1 tum judicium, & sic gesta per Archidiaconum nequeunt revocari tanquam attentata, Sabell. *in summa verb. attentata n.* 13. Lancell. *de attent. in præfat. n.* 287. *& part.* 12. *ampliat.* 1. *n.* 10. & 33. Specell. *dec.* 85. *n.* 45. Rot. *dec.* 364. *n.* 19. *p.* 9. *rec.* Et in omnem casum ex dicta ratione, quod hodie in nostro Tribunali per viam appellationis non prosequitur judicium inchoatum coram dicto Reverendissimo Nuncio, facta etiam hypothesi, quod gesta post ejus inhibitionem dici debeant attentata, harum purgatio peti nequit hic in Rota, sed est petenda cor. Judice, cujus majestas læsa fuit, juxta communem praxim & theoricam juris, de qua Lancell. *de attent. p.* 3. *cap.* 27. *num.* 39. *& seqq.*
2 Rot. cor. Greg. *dec.* 486. *num.* 5. cor. Buratt. *dec.* 77. *n.* 4. *& dec.* 600. *n.* 1. *p.* 18. *rec.*

Prout etiam non relevat secundum caput elicitum ex eo quod de anno 1694. ex parte ejusdem Abbatissæ fuerint obtentæ hic in curia literæ citatoriales pro adeunda Signatura Justitiæ, præsentatæ de mense Maii ejusdem anni dicto Archidiacono, ejusque officialibus, quibus non obstantibus, ille continuavit in visitationibus ea post diversis temporibus expletis; quia cum Abbatissa dictis literis usa non fuerit mediante reproductione in actis, dubitari nequit, quin per lapsum unius anni, & ultra, remanserint circumscriptæ, ex quo fit, ut illarum sola impetratio, & præsentatio non
3 sufficiat ad causandum attentata, Cassador. *dec.* 1. *n.* 4. *ne lit. pendent.* Rot. *posth. de manut. dec.* 89. *n.* 7. cor. Gregor. *decis.* 94. *n.* 2. cor. Buratt. *decis.* 138. *n.* 9. cor. Bich. *dec.* 384. *n.* 8. ubi *n.* 20. reddit rationem, quod citatus pro adeunda Signatura Justitiæ non debet in perpetuum expectare.

Nec relevat, quod adita ea post dicta Signatura Justitiæ pro commissione causæ, prævia circumscriptione omnium gestorum ab Archidiacono, rescriptum fuerit ad Rotam cum facultate purgandi attentata; quoniam ex hujusmodi rescripto non aliter censetur tributa dicta facultas, quam prout de jure, ut in puncto dixit Rota cor. Ninot. *dec.* 85.
4 *n.* 7. & 8. cor. Alex. VIII. *dec.* 116. *n.* 27. *& decis.* 218. *n.* 13. *p.* 18. *rec.* Cumque Archidiaconus omni tempore reperiretur in pacifica possessione exercendi actus jurisdictionales in suis visitationibus, ut late ostensum fuit in alia mea decisione super manutentione: regulare in jure est, ut ex continuatione possessionis quis non dicatur attentare, gloss. *in*
5 *cap. non solum vers. dic tamen, de appellat. in* 6. Beto *cons.* 218. *n.* 8. *lib.* 3. Lancellots. *de attent. p.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *n.* 2. *& n. præfat. n.* 541. Rot. cor. Bich. *dec.* 384. *num.* 33. *& dec.* 287. *num.* 5. *p.* 16. *& dec.* 222. *p.* 16. *& dec.* 600. *n.* 5. *part.* 18. *rec.* & in Hydruntina Capellaniæ super attentatis 10. Maii 1697. §. *Quantum enim*, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Non relevante, quod regula limitari soleat, quando inhibitio judicis emanavit super ipsa possessione deducta in
6 litem, Rot. cor. Bich. *dec.* 582. *n.* 4. *& decis.* 54. *n.* 6. coram Ubago, *& decis.* 178. *n.* 4. *p.* 10. *rec.* Quoniam animadversum fuit, hanc limitationem cæteroquin veram, tunc demum posse procedere, quoties inhibitio specialiter percutit continuationem possessionis, in quibus terminis loquuntur, & intelligendæ sunt authoritates mox in objecto relatæ; secus antem quando inhibitio est generica pro introductione litis; quo casu sicuti lis non impedit continuatio-
7 nem possessionis per text. *in cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pendent.* Lancell. *de attent. part.* 2. *in præfat. n.* 640. Rot. coram Cerro *dec.* 153. *n.* 6. ita generica inhibitio non causat attentata respectu ejus, qui reperitur in possessione, ut distinguendo 8
firmavit Rota *d. decis.* 54. *n.* 9. coram Ubago.

Ex qua distinctione evitatur etiam tertium caput attentatorum elicitum ex gestis post introductam litem in nostro Tribunali; quia nulla exinde fuit impetrata specialis inhibitio super continuatione dictæ possessionis præsentata Archidiacono, cui cum fuerit hodie decreta manutentio, eo magis cessare debet quævis revocatio attentatorum, ut dixit Rot. in Compostellana Parochialis super 9
attentatis 25. Junii 1696. confirmata 28. ejusdem mensis anni sequentis cor. R. P. D. meo Priolo, & in dicta Hydruntina Capellaniæ 10. Maii 1697. §. *Præsertim*, coram R. P. D. meo dell'Olmo.

Demum, quod attinet ad Serenissimum, & Reverendiss. Episcopum, nulla pariter possunt prætendi attentata ex causa appositionis Oeconomi in Ecclesia Parochiali, remoto Parocho, qui sine ejus legitima approbatione se intruserat in administratione curæ Animarum, quia cum eidem Episcopo fuerit concessa similis manutentio in exercitio actuum suæ ordinariæ jurisdictionis in Oppido Thoren. tanquam sito intra limites Diœcesis Leodien. hinc sequitur, quod concurrente aliqua justa, & rationabili causa, nostrum Tribunal semper solet abstineri a revocatione attentatorum, eo motivo, quod in hac materia totaliter non attenditur instantia partis, sed judex potest etiam uti suo arbitrio, ut omissis generalibus in puncto fir- 10
mavit Rot. *dec.* 56. *n.* 6. coram Ninot.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O:

Leodien. Jurisdictionis.

Merc. 4. *Febr.* 1699.

A R G U M E N T U M.

Approbantur superius decisa.

S U M M A R I U M.

1 *COgnitio attentatorum commissorum in prima instantia devolvitur ad judicem, ad quem commissa fuit causa principalis.*

2 *Per novam judicii introductionem censetur renunciatum attentatis commissis in primo judicio.*

3 *Attentata sunt purganda a judice spreto.*

4 *Prescriptum Signaturæ, cum quo data fuit facultas purgandi attentata, respicit illa attentata quæ existunt, & de jure purgari debent.*

5 *Citatio pro adeunda Signatura, si debito tempore reprodacta non fuit, non causat attentata.*

6 *Qui continuat, non attentat, & n.* 8.

7 *Lis super possessionem non impedit continuationem possessionis, nisi concurrat inhibitio, quæ precise interdicat.*

9 *Quoties clare constat de bono jure, se debet a purgatione attentatorum abstinere.*

D E C I S I O XII.

POstquam cor. Reverendissimo Domino meo Decano sub die 11. Aprilis proxime præteriti favore Serenissimi Episcopi, ejusque Capituli, & Archidiaconi, decreta fuit manutentio super exercitio ordinariæ jurisdictionis in Oppido Thorensi, ejusque Clero, & populo; sub eadem die assumpto etiam examine super actibus jurisdictionalibus, pendente lite, exercitis, an isti caderent sub censura attentatorum, in sequelam boni juris, facilius prodiit resolutio pro illorum exclusione; cumque in ulteriori gradu appellationis processum fuerit cum eodem themate coram me, sicuti hodie concessa fuit manutentio favore Episcopi, ita quoque pro rejectione attentatorum fuit confirmatum decretum Rotale.

Procedendo siquidem cum eadem distinctione temporum, actuum, & personarum, cum qua processit decisio, quæ revidetur, modo etiam scribentes pro Abbatissa opponebant attentata in triplici specie; & quoad primam, adhuc hodie repetebant, illa controverti non posse quoad actus, qui fuerunt per Archidiaconum expleti

post præsentatam inhibitionem Reverendiss. Nuncii Colo-
niæ; nam ne inferiores sibi auditum aperiant de facili
contemnendi inhibitiones Superiorum, dicebatur, quod
illi actus erant revocandi per viam attentatorum, maxime
quia causa fuit per Signaturam commissa in Rota cum ex-
pressa facultate purgandi attentata; unde ne contemptus
1 Superioris inultus remaneat, censetur causa devoluta etiam
quoad attentata commissa coram judice primæ instantiæ,
Rot. cor. Gregor. *dec.* 91. *n.* 10. ibique Add. & in Leodien.
Attentatorum 7. Febr. 1695. cor. R. P. D. meo Pio.

Verum contra præmissa urgere visa est responsio data in
decisione Rever. D. mei Decani, quod nempe Abbatissa
jam deseruerat litem introductam in Tribunali Nunciatu-
ræ, & causam ex integro, seu tanquam in prima committi
obtinuerat in nostro Auditorio perinde, ac si primum ju-
dicium inchoatum non fuisset. Unde cum prædicto judi-
cio per novam introductionem alterius omnino indepen-
dentis renunciatum censeatur, necessario dicendum est,
renunciatum quoque fuisse attentatis in illa causa commis-
sis, seu potius, extincta lite per voluntariam illius deser-
tionem, extincta etiam remanserint attentata, cum ista si-
ne lite non dentur, Rota *dec.* 1. *n.* 14. *cum seq. p.* 3. *divers.*
2 *& decis.* 170. *n.* 8. *p.* 8. *rec.* & lite deserta, attentata non re-
vocentur, Rota *decis.* 76. *de appellat. in antiq.* & coram
Seraph. *decis.* 777. *n.* 12. coram Alex. VIII. *decis.* 170. *n.* 16.
vel denique rationabilius erat, quod quatenus decernen-
da esset eorundem attentatorum purgatio, illa peteretur a
3 judice spreto, juxta auctoritates adductas in decisione,
quæ revidetur, §. *Procedendo enim*.

Non obstante, quod per Signaturam data fuerit facultas
purgandi attentata, quia ista censetur tributa quoad illa at-
tentata, quæ de facto existunt, & de jure purgari debent,
4 Rot. cor. Cresc. *decis.* 1. *de rescr.* & cor. Buratto *dec.* 77. *n.* 3.

Minus subsistens visa est secunda species attentatorum,
quæ dicebantur commissa ab Archidiacono, pendente re-
cursu ad Signaturam; nam quoad ista pariter placuit res-
ponsio data in præcedenti decisione, quod post expeditas
literas citatoriales, illæ non fuerunt debito tempore repro-
ductæ, sed post annum; ideoque non poterant tandiu liga-
re manus Archidiaconi, quia ex omissa illarum reprodu-
ctione probabiliter credere potuit Abbatissam illis nolle
uti; unde satis est, quod in agente concurrat bona fides,
& justa credulitas, ut attenta non veniant reluenda, juxta
5 tradita per Lancellot. *de attent. lit. pendent. p.* 2. *cap.* 4. *li-
mit.* 27. *per tot.* de Luca *de judic. disc.* 18. *sub n.* 16.

Absque eo quod suffragari valeat commissio causæ sim-
pliciter obtenta a Signatura: quia cum actus exerciti per
Archidiaconum non præseferant, nisi meram continua-
tionem in possessione, & exercitio propriæ jurisdictionis,
potuit illa continuare absque ullo timore attentatorum,
quia qui continuat, non attentat, & nemo debet per so-
lam introductionem litis sua possessione privari, ad tradi-
6 ta per Posth. de *manut. observ.* 1. *n.* 61. & Rota post ipsum
decis. 139. *n.* 2. *& decis.* 232. *n.* 8. & cor. Celso *dec.* 14. *n.* 14.
& decis. 107. *n.* 4.

Non relevante, quod recursus interpositus ad Signatu-
ram cadat super ipsa possessione exercendi actus jurisdi-
ctionales in controversis Ecclesiis: quoniam ad istum effe-
ctum requiritur, quod continuatio sit specialiter prohibi-
ta, & inhibitio emanaverit super ipsamet continuatione;
unde cum Archidiaconus non fuerit specialiter inhibitus,
& ista absque ministerio judicis possessionem suam conti-
nuaverit per viam privatæ, & propriæ facultatis, negari
non potest, quin, ita continuando, nulla commisit atten-
tata, ut ultra auctoritates adductas in decisione, quæ revi-
detur, §. *Non relevante*, observat Rota coram Cerro
dec. 405. *n.* 8. *cum aliis seq.*

7 Et ex his etiam sublata remanent attentata, quæ in ter-
8 tia specie considerabantur, quoad illos actus, qui fuerunt
exerciti post litem introductam in Rota: quia cum super
istis non emanaverit, ut supra dictum est, specialis inhibi-
tio, & in alia decisione hodie emanata coram me compro-
bata fuerit manutentio favore Episcopi, ejusque Capituli,
& Archidiaconi, consequens est, ut illi actus circumscri-
bi non debent per viam attentatorum: quia quoties clare
constat de non jure petentis, potest judex se abstinere ab
9 ulteriori illorum revocatione, ut dictum fuit in Compo-
stellana Parochialis super attentatis 25. Junii 1696. & 28.
ejusdem mensis 1697. coram me, & comprobat decisio,
quæ revidetur, §. *Ex qua distinctione*.

Et quamvis quod attinet ad Serenissimum Episcopum,
aliqua superesse posset difficultas circa sequestrum super de-
cimis, quæ jure proprio spectant ad Abbatissam, & tanquam
annexæ dignitati Abbatiali, sunt propria bona ejusdem di-
gnitatis, quæ ad similitudinem personæ declaratæ fuerunt
exempta a jurisdictione Episcopi, & Archidiaconi, itaut E-
piscopus illas sequestrando sub prætextu refectionis campa-
næ, & reparationis tecti Ecclesiæ Parochialis de Heppenier,
videatur attentasse, pendente lite in Rota; prætermisso, an
scripturæ ad istum effectum adductæ sint in forma legali,
advertebant tamen DD. quod decretum Rotale non respicit
ipsos actus, qui fuerunt facti ab Episcopo, assumendo per-
sonam judicis; unde an ipse decernendo sequestra, & litem
inchoando, ab inhibitione excesserit, talis excessus erit re-
vocandus per viam injustitiæ, & in gradu appellationis,
nunquam tamen erit locus purgationi attentatorum: quia
Episcopus exercendo suam ordinariam jurisdictionem, 10
nunquam dicitur attentare in continuatione suæ possessio-
nis, ut bene comprobant auctoritates superius adductæ.

Et ita resolutum fuit, utraque parte audita &c.

R. P. D. P R I O L O.

Reatina Pensionum.

Merc. 5. *Martii* 1698.

A R G U M E N T U M.

An exceptio spolii impediat litis ingressum in diversa actione? ad declarationem *disc.* 20. Card. de Luca *de jud.* & quæ exigantur, ut causa dicatur connexa, ne dividi debeat ab alia, ad comprobationem *disc.* 43. *de judic. ejusdem authoris*.

S U M M A R I U M.

1 *Interpellatus, qui propriæ obligationi non satis-facit, tenetur ad damna, & interesse.*
2 *Reus conventus non impeditur agere pro diverso credito.*
3 *Exceptio compensationis non admittitur adversus petitionem alimentorum.*
4 *Identitas personarum, rerum, & actionum, requiritur copulative ad inducendam dependentiam causarum.*
5 *Commissio super unione causarum denotat illarum diversitatem.*
6 *Exceptio spolii repellit spoliantem ab agendo contra spoliatum in diverso judicio.*
7 *Declara, ut procedat in spolio violento, non autem judiciali.*
8 *In ordinariis attenditur Statutum loci, ubi pendet judicium.*
9 *Judex tenetur facere executionem secundum formam sui Status, & non loci contractus.*
10 *Dominus potest habitare in qualibet parte domus adhuc non divisæ inter compatronos.*
11 *Protestatio contraria facto non debet attendi.*
12 *Instrumentum deliberationis probat id, quod fuit in deliberatione comprehensum.*

D E C I S I O XIII.

POstquam ad instantiam Bartholomæi, Rota sub die 28. Junii proxime præteriti relaxavit contra Valerium mandatum executivum pro pensionibus controversi Palatii juxta modum, reservata in ulteriori disputatione liquidatione summæ; obtenta per Valerium nova audientia & proposito hodie dubio, tam super examine præcedentis decisionis, quam super reservatis, DD. quoad jam resoluta steterunt in decisis, & quoad summam censuerunt pro nunc pensiones esse liquidandas ad rationem sc. 160. annuorum.

Respectu enim primæ partis, ratio solutionis iterum
desumpta fuit ex obligatione Valerii de restituendo Pala-
tium Bartholomæo; cumque iste pluries requisitus, tam
extrajudicialiter, quam judicialiter, imo etiam condemna-
tus ad evacuandum per sententiam R. P. D. mei Caprara
tunc A. C. Locumtenentis, semper contumacialiter negle-
xerit satisfacere propriæ obligationi, venit in necessariam
consequentiam, ut loco damnorum, & interesse tenea-
tur ad refusionem pensionum, quas alias, secuta restitu-
tione Palatii, Bartholomæus percipere potuisset, Rot. *in
rec. decis.* 116. *n.* 3. *cum seq. part.* 19. & in Romana Pecunia- 1
ris,

tia, seu Locorum montium 14. Junii 1697. §. *primo*, cor. R. P. D. dell'Olmo.

Non relevante exceptione spolii iterum deducta ex eo, quod cum Valerio fuerint adjudicata nonnulla bona, nihilominus illa fuerunt postmodum illicite occupata per Bartholomæum; nam præsupposito etiam spolio ad formam resolutionis emanatæ coram me sub die 4. Julii 1696. denuo placuit responsio jam data in decisione quæ revidetur, quod stante diversitate causarum, talis exceptio non impedit, quominus Bartholomæus poruerit novum judicium promovere super consecutione crediti omnino diversi, juxta doctrinam Jo: Andr. *in cap. frequens sub num. 5. vers. non tamen contra eam de restitut. spol. in 6.* quam comprobat Rota apud Posth. *de subhast. decis. 88. n. 2. cum seq. & in rec. dec. 518. n. 5. p. 14.*

Diversitas vero causarum resultare visa est ex iisdem quæ deducta sunt per Valerium; nam si quoties fuerunt ab isto petitæ annuæ præstationes, quas sibi loco alimentorum reservaverat in instrumento donationis, toties fuit a Bartholomæo per viam exceptionis opposita compensatio pensionum; & tunc ista non fuit admissa in illo judicio adeo 3 privilegiato, ne qui tali pacto negat alimenta, necare videatur, ad text. *express. in leg. in ea, Cod. de compens.* ibique glos. & scribentes cum aliis pluribus relatis per Surd. *de alim. tit. 8. privil. 53. n. 7.* & Bersan. *de compens. cap. 1. quæst. 7. num. 1. cum seq.* negari non potest, quin ea, quæ fuerunt a Bartholomæo deducta tanquam reo, non possint modo ab ipso proponi, induendo personam Actoris; tanto magis quia in posteriori sententia fuerunt reservata jura ad effectum agendi pro pensionibus; unde hæc nova actio, novusque modus agendi omnino distinctus, & separatus a primo, excludit quamcunque dependentiam, pro qua inducenda simultanee, & copulative requiritur non minus identitas personarum, quam rei, & actionis, 4 quarum utraque deficit in casu præsenti, ad text. *in l. cum quæritur, ff. de except. rei judic.* Menoch. *de arbitr. cas. 371. num. 8.* Gaill. *observ. 32. n. 11. lib. 1.* & Rot. *in rec. dec. 5 130. num. 38. cum seq. par. 17.* & hanc diversitatem demonstrat quoque commissio super unione causarum, quæ necessaria non fuisset, si usque ab initio extitisset illarum connexio, & dependentia.

Nec dicatur, quod admissa etiam diversitate causarum 6 adhuc Bartholomæus impeditus remaneret ab agendo in diverso judicio, quia spolium ab ipso commissum fuit violentum, & attentatum; nam procedendo cum auctoritatibus in contrarium allegatis, illæ debent intelligi cum distinctione, quam originaliter tradit Abb. *in cap. 2. num. 2. vers. licet articulus de ordin. cogn.* ut nempe exceptio spolii repellat agentem in diverso judicio, quando contra illum competeret interdictum *unde vi*, vel actio furti, vel vis bonorum raptorum, aut vis expulsiva, vel ablativa; secus tamen est, quando adhibito judicis ministerio, pro- 7 ut hic, spolium processit vel ex defectu citationis, vel ex incompetentia actionis, vel aliunde: quia tunc non datur contra spoliantem hæc exceptio cum privilegio adeo exorbitanti, ut comprobando doctrinam Abbatis firmavit Afflict. *decis. 19. sub n. 3.* & optime Rot. *dec. 718. & dec. 721. utrobique n. 1. cum seq. p. 1. divers.*

Minus relevat alia exceptio defectus viæ executivæ: quia quidquid sit, an obligatio cameralis comprehendat Palatium, ejusque pensiones, satis est, quod nostro Auditorio communicatæ fuerint facultates Aud. C. ut vigore Statuti urbis *lib. 1. c. 88.* procedi possit executive etiam pro pensionibus Palatii existentis extra urbem, quia in ordinatoriis attenditur Statutum loci, in quo pendet judicium, ut in puncto tradit Jo. Baptista a S. Severino *in l. cunctos populos n. 107.* 8 *C. de Summ. Trinit. & Fide Cathol.* ubi notabiliter infert, quod si in loco judicii Statutum dat viam executivam publico instrumento, non præmissa citatione, habet locum etiam in instrumento confecto extra territorium, quia judex tenetur facere executionem secundum formam Statuti sui, & non loci contractus, Leo *de prapar. judic. p. 1. prapar. 9.* 9 *n. 1.* & Rota *in rec. decis. 552. n. 6. p. 3.* & in Avenion. Bonorum 26. Januar. 1671. §. *Non tertia*, cor. bo. me. Alberg.

Sublatis his, quæ versantur circa ordinaria judicia, facilius submoveri visa sunt ea, quæ respiciunt justitiam decisionis; nam præmisso, quod nec minus impugnabatur a Valerio restitutio pensionum, quatenus impedimentum præstitisset Bartholomæo, ne uti posset rata Palatii sibi contingente; tota itaque defensio erat super eo, quod ipse judicialiter requisitus a Bartholomæo, expresse declaravit *d'es-* 10 *ser pronto di restituire quello sarà di giustizia*; ideoque inferebat non teneri ad solutionem pensionum, quia tanquam dominus rei adhuc non divisæ poterat habitare in qualibet parte Palatii, juxta celebrem decisionem Mohed. 13. *de locat. & conduct*, cum aliis in decisione, quæ revidetur, §. *minus relevat*.

Sed quam debile sit hoc objectum, apparet tam ex sententia R. P. D. mei Capraræ condemnante Valerium ad evacuationem controversi Palatii, quam ex appellatione ab ea interposita, ejusque adhæsione usque ad annum 1694. Unde si Valerius in sequelam hujus sententiæ Palatium non dimisit, & illud semper contumacialiter retinuit in tanto temporis intervallo, attendi non potest illa verbalis obligatio, *di restituire quello sarà di giustizia*, quia 11 est contraria facto, ad text. *in l. cum in plures, §. locator, ff. locat.* Rot. cor. Zarat. *dec. 20. n. 34.*

Quo vero ad secundam partem dubii respicientem liquidationem pensionum, quamvis exhibita fuerit uniformia relatio peritorum de consensu partium electorum, qui deponunt, ex Palatio subdiviso in plura appartamenta, & officinas retrahi posse juxta morem regionis annua sc. 200. nihilominus quia talis relatio impugnabatur a Valerio, & ex antecedenti divisione ejusdem Palatii secuta usque de anno 1618. inter quatuor fratres de Vecchiarellis tunc existentes constabat uniuscujusque portionem liquidatam fuisse in annuis sc. 40. DD. voluerunt potius amplecti hanc conventionem, quæ cum careat omni suspicione, & magis probabilis videatur; quia in locationibus cum tot personis faciendis ad augendam quantitatem annuorum scut. 200. posset dari casus, quod semper aliqua portio, vel dislocata, vel inexacta remaneret; ideo pro nunc liquidarunt pensiones in annuis scut. 160. pro quibus erit relaxandum mandatum, dempta tamen nona parte deliberata ad favorem Valerii; ut constat ex ipso instrumento deliberationis, quod cum faciat probationem probatam, hoc unice attendi debet ad probandum id, quod fuit in deliberationem comprehensum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Census.

Luna 4. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

An mandatum executivum, licet executioni demandatum, non obstante excessivitate, valeat extra Tribunal A. C. pro summa debita sustineri, & in gradu appellationis mandatum in actione executiva per A. C. ex causa legali relaxatum possit confirmari, vel potius aliud ex integro debeat relaxari?

SUMMARIUM.

1 *Quoties virtute mandati excessivi facta fuit executio, non potest in gradu appellationis pro parte retractari, sed in totum est rescindenda.*

2 *Limitatur in Tribunali A. C. in quo de stylo mandata excessiva quantumvis executioni demandata sustinentur pro summa vere debita, & n. 6.*

3 *Observantia sive stylus habet vim legis.*

4 *Inutiles circuitus sunt resecandi.*

5 *Permittendum non est, quod partes super una eademque re pluribus litibus pergraventur.*

7 *Executio excessiva non retractatur in totum, si mediante deliberatione consumpta non sit.*

8 *Præcipue si res, super qua executio facta fuit, commodam patiatur divisionem.*

9 *Judex appellationis in decernenda validitate, vel invaliditate mandati, attendere debet stylum judicis a quo.*

10 *In causis legatorum Rota denegat viam executivam, licet causa ad ipsam devolvantur a Tribunali A. C. de cujus stylo legatis tribuitur via executiva*, & num. 14.

11 *At si cœpta fuerit executio, illam non retractat, sed approbat, & stylum Tribunalis A. C. minime redarguit, & n. 12. & 13.*

14 *Idemque stylus quoque approbat, licet executio cœpta non fuerit, dummodo Signatura rescripserit cum clausula sit exequendum.*

DECISIO XIV.

IN geminis decisionibus emanatis coram me in hac causa sub die 27. Januarii, & 5. Junii anni præteriti, resolutum fuerat, procedendum non esse ad ulteriora in executione mandati, alias per A. C. relaxati pro summa scut. 2440. favore Joannis Antonii a Sancto Petro contra Dom. Principem Sabellum, & successive executi super quibusdam locis montium, ob ipsius mandati excessivitatem ex publicis documentis justificatam; in præsenti tamen tertia causæ disputatione, prævio recessu a decisis, DD. censuerunt, procedendum esse ad ulteriora quoad summam scut. 1940. vere debitam.

Ratio resolutionis fuit, quia etsi de juris rigore, quem amplectitur nostrum Tribunal, mandata executiva, continentia clarum, & liquidum excessum, quantumvis satis modicum, remaneant in totum nulla, quoties, prout hic, processum fuerit ad actualem ipsorum executionem, adeo ut a judice appellationis in totum retractari, nec pro
1 summa vere debita sustineri debeant, juxta theoric. Bartol. *in l. si in sortem*, §. *Centum*, *ff. de condit. indebit.* & millies respondit Rota, & signanter coram Ludovis. *decis.* 198. *n.* 1. ibique Addeo. n. 4. coram Cavall. *dec.* 84. *num.* 3. coram Duran. *decis.* 338. *num.* 3. Bich. *dec.* 39. n. 24 *& dec.* 44 *n.* 1. coram Card. Certo, *decis.* 133. *n.* 1. *& seq. & dec.* 147. *n.* 3. coram eodem, *& dec.* 889. *n.* 3 *&* 4. coram Ubago, *& in recens. decis.* 359. *n.* 8. *p.* 1. *& dec.* 421. *num.* 4 *p.* 5. *decis.* 172. *n.* 13. *&* 15. *p.* 11. *dec.* 27. *n.* 3. *dec.* 302. *n.* 9. *part.* 14. *decis.* 81. *n.* 3. *p.* 15. *& dec.* 601. *n.* 15. *p.* 18.

Attamen de inveterato stylo Auditoris Cameræ in casu præsenti ad inferius deducenda observando, mandata relaxata pro summa indebita quantumvis essent executioni demandata, adhuc non retractantur in totum, sed subducto excessu reformantur pro summa vere debita, ut de stylo
2 testantur Saluft. Tiber. *in praxi judiciaria*, *sive de modo procedendi in causis*, quæ coram Auditore Cameræ agitantur, *lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 1. & melius *num.* 4. *vers. Mandatum*, Scacc. *de sent. & re judic. gloss.* 13. *qu.* 13. *n.* 37. Scanarol. *de visitat. Carcerat. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 32. Rot. *decis.* 86. *n.* 8. Posth. *de subhast.*

Nec porro ejusmodi praxis recipit solummodo fomentum ab inveterata observantia illius Tribunalis, quæ habet vim legis secundum Cyn. & Bald. *in l.* 1. *in fin. Cod. quæ sit longa consuet. & in leg. de quibus*, *ff. de legat.* Rol. a Vall. *cons.* 70. *num.* 3. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 135. *n.* 3. *&* 4. Sa-
3 luft. Tiber. *loco*, *n. superius citatis*, Rot. *dec.* 40. *num.* 10. *part.* 16. sed etiam fulcitur summa æquitate, secundum quam inutiles circuitus sunt resecandi, *leg. cum fundus*,
4 § *prima ff. si cert. petatur*, ne partes super una eademque re diversis litibus, & inutilibus expensis pergraventur,
5 *leg. ne in plures*, *ff. de exercit. action.* & pluribus ex ornat.
Giurb. *dec.* 79. *n.* 12. & in specie observat Saluft. Tyber. *ubi*
6 *supra*, & melius aliis relatis, Rota *d. decis.* 86. *n.* 9. penes Posth. *de subhast.*

Quæ eo magis procedunt in casu præsenti, attentis duabus specialibus circumstantiis, quarum altera est, quod executio, de qua est sermo, fuit tantum cœpta, sed non consumpta, quo casu cum nullum damnum dici possit illatum, aut verum spolium causatum, sed res in eodem statu existit, adeo ut debitor absque jactura sui detrimento, solvendo summam debitam valeat ab executione se liberare, utique facilius intrat reformatio mandati quoad summam vere debitam, ut bene, ac punctualiter ob-
7 servat Posth. *de subhast. inspect.* 50. *num.* 904. R. P. D. Masser. *in legat. Aven. & Æmiliæ lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 64. *&* 65. Rota *in præallegat. decis.* 86. *num.* 7. *cum seq. & decis.* 619. *num.* 9. *& seqq. part.* 18. *recens.* Altera vero, quod eadem executio facta fuit in re patiente commodam divisionem, unde nimis æquum, & rationabile est, illam in totum non retractare, sed quoad summam vere debitam sustinere, ut distinguendo casum executionis personalis individuæ a
8 reali dividua, tradit Scanarol. *visitat. carcerat. lib.* 3. §. 10. *numer.* 32. ubi testatur de stylo Auditoris Cameræ, Rota Lucens. *decis.* 265 *impress.* apud Balduce. *ad cons.* Ramon. *numer.* 20. *tom.* 4. Cardin. de Luca *de dot. disc.* 38. *numer.* 9. *& de judic. disc.* 36. *numer.* 24. ubi quod præfatus stylus A. C. concurrentibus relatis duabus circumstantiis, a moderno tempore cœpit etiam observari a Signatura justitiæ.

Quod autem in hac hypothesi servandus veniat æquitativus stylus Auditoris Cameræ, & non rigorosus nostri Tribunalis, deducebant domini, quia hic non agitur de reformando mandato excessivo per Rotam relaxato, sed de confirmando, vel infirmando mandato obtento ab eodem Auditore Cameræ, unde sequendus est stylus, quem ipse tenet, ut omissis generalibus, quod judex approbationis in decernenda validitate, vel invaliditate mandati, attendere debeat stylum judicis *a quo*, de quibus ad satietatem Tancred. *consult.* 40. *numer.* 14. Salgad. *de reg.* 9
protect. part. 1. *capit. secundo*, §. *tertio*, *numer.* 31. ita in specie dixit, & observavit Rota *dicta decis.* 86. *num.* 8. penes Posth. cum qua domini processerunt in præsenti resolutione, posthabitis aliis decisionibus adductis a defensoribus D. Principis, ex quibus apparet, alias aliter per Rotam observatum fuisse, reflectendo, quod in his decisionibus Rota perrexit cum opinione juris rigorosi, nullo facto examine styli Auditoris Cameræ, de cujus mandato agebatur: In illa autem penes Posth. serio, prævia tribus propositionibus, ut colligitur ex *numero secundo* discussus fuit stylus Auditoris Cameræ, & tanquam æquitati consonus approbatus pro casibus, in quibus ipse procedit ad executionem ejusdem mandatorum, vel cum suis facultatibus, animadvertendo potissime ad laudabile nostri Tribunalis institutum, in quo præ ceteris inspicitur rei veritas.

Nec movit exemplum legatorum, pro quibus objiciebatur, quod licet Auditori Cameræ tribuas vim executivam juxta opinionem Angeli: quia tamen Rota sequitur contrariam Alexandri, ut neminem latet; idcirco in gradu appellationis a mandatis Auditoris Cameræ, etiam cum illius facultatibus, & cum clausula, *Si quid exequendum*, denegat vim executivam, & respondet solummodo mandata esse justa, ut in *decis.* 604. *num.* 12. *p.* 4. *tom.* 3. 10
rec. & dec. 291. *n.* 24 *p.* 7. & coram Manzan. *dec.* 613. *n.* 11. *&* 12. cum aliis, quos refert Ridolph. *in praxi part.* 1. *n.* 82. Adden. ad Pamphil. *dec* 258. *n.* 11. *&* 12.

Quoniam ultra quod ex hoc modo rescribendi non recte infertur, quod Rota reprobet prædictum stylum Auditoris Cameræ, cum potius exinde pateat vel de illius tacita approbatione, vel saltem de expressa viæ executivæ præservatione; nam alias mandata tanquam nulla simpliciter infringeret, ac per consequens exequenda non esse rescriberet, & quod revera Rota non redarguat in hac parte stylum Auditoris Cameræ, expresse protestatur in *decis.* 416. *n.* 5. *part.* 16. *rec.* adhuc tamen desuper ponderatum fuit, quod quoties agitur de mandatis relaxatis ab Au-
ditore Cameræ pro consecutione legatorum, & successi- 11
ve executivis, Rota, cui commissa est causa per clausulam, *Qui ad ulteriorem*, non annullat executionem jam factam, utpote procedentem contra ipsius opinionem, & stylum, sed imo illam expresse approbat, rescribitque pro processu ad ulteriorem executionem, ut tradit Zacch. *de oblig. Camer. quæst.* 18. *num.* 22. sequendo opinionem
ejusdem Rotæ in Romana Legitimæ 22. Martii 1643. co- 12
ram Peuting. *impress. penes eundem in ordine la* 215. *nu.* 6. *&* 7. ubi reddit rationem: quia in hoc casu concedendo paratam executionem legatis, non dicitur facere contra stylum, quia ejus partes sunt tantummodo declarare, *An sit locus*, *vel non ulteriori executioni*, & comprobavit, *d. decis.* 597. *p.* 16. *& decis.* 416. *n.* 5. *ad* 8. coram Dunoz. jun. 13
& decis. 217. *n.* 1. *& seq.* & in confirmatoria *decis.* 402. *n.* 2. *part.* 19. *rec.*

Et quamvis in hujusmodi causis legatorum commissis cum clausula, *S. Q. E.* & cum facultatibus Auditoris Cameræ ante cœptam executionem, eadem Rota præsciendendo a nullitate mandatorum ob incompetentiam viæ executivæ pluries cammizando totum instantiam ordinarie processerit, ut patet ex decisionibus superius in objecto relatis, quibus additur Urbevetana Pecuniaria 22. A- 14
prilis 1692. coram Reverendiss. meo Decano, & Carpentoracten. Legitimæ 5. Maii 1684. cor. Rev. P. Dom. meo Caprara; attamen circa hunc stylum supersunt opiniones, & plura exempla in contrarium; præallegatus enim Zacch. *dicto cap.* 18. *numer.* 22. *vers. quotiescunque*, testatur, quod commissa causa ad Rotam cum facultatibus A. C. 15
ipsa dare solet paratam executionem, & in terminis commissionis cum clausola, *S. Q. E.* fuit etiam opinio aliquorum nostri Ordinis Auditorum in Romana legatorum, seu Donium 16 Januarii 1682. coram Emerix sen. §. *Nec refert*, ubi habetur quod tunc nonnulli ex Dominis autumaverint, non infringi Rotæ stylum, quoties in his casibus procedi deberet executive, juxta clausulam, *S. Q. E.* quæ præservat viam executivam, allegando plu-

res

res auctoritates, inter quas *dec.*1412. cor. Seraph. in cujus hypothesi licet ageretur de iodebito, pro quo de jure agendum est via ordinaria, nihilominus quia causa erat delegata Rotæ cum clausula, *S. Q. E.* responsum fuit pro illius executione, atque ex hac ratione pluries a modernis temporibus Rota in hujusmodi causis legatorum, eidem cum clausula, *S. Q. E.* delegatis, respondit pro mandatorum executione, & in specie in Urbevetana Dotis 9. Febr. 1693. *& §. Etiam bona in fine*, cor. bo. me. Emeria jun. Decano, & in Camerinen. Pecuniaria 8. Junii 1693. §. *Minime vero*, & in Romana Associationis ejusdem anni §. *fin.* coram R. P. D. Pio, & in Camerinen. Primogenituræ 12. Junii, §. *prima*, cor. eodem: Ex quibus colligitur, quod oppositum exemplum legatorum, potius quam adversetur, faveat opinioni, juxta quam modo tenet Rota, quod quotiescunque agitur de confirmandis mandatis relaxatis ab A.C. servandus veniat stylus, qui in ipsius Tribunali passim, & sine ulla hæsitatione observatur, quia revera ex hoc non infringitur stylus nostri Tribunalis, cum sufficiat, quod observetur in mandatis, quæ ab eodem relaxantur.

Quare ex prædictis omnibus resolutum fuit, mandatum, de quo est quæstio, reformandum esse, & procedendum ad ulteriora pro dicta summa vere debita scut. 1640. quæ facto calculo remanet liquida, subductis pensionibus domus originariis debitoris perceptis a Joanne Baptista a S. Petro, Patre Joannis Antonii Actoris, necnon scut. 404. vigore Sac. Montis Pietatis; de quibus late differitur in prima decisione hujus causæ 27. Januarii 1696. §. *Ex juribus*.

R. P. D. HERVAVULT,

Perusina Accollationis,

Veneris 12. Decembris 1687.

ARGUMENTUM.

Justitia sententiæ quo casu possit ex novis juribus justificari, ut sit confirmanda, ad declarationem *disc.* 36. *et* 40. Card. de Luc. *de judic.*

SUMMARIUM.

1 R*Estitutio in integrum absque læsione non datur.*
2 *Mandatum præsumitur ex protestatione emissa adversus citationem Cameralem.*
3 *Ac etiam ex expensis in causa factis.*
4 *Sententia justificari debet ex iisdem actis, alias confirmari non potest.*
5 *Declara, ut procedat in terminis Ægidiana, & sententia excommunicationis.*
6 *Secus in aliis, in quibus potest cum novis juribus per viam confirmationis procedi.*
7 *Accollatarius tanquam principalis debitor reputatur.*
8 *Propter evictionem non resolvitur correspectiva obligatio, si bona evicta non sint considerabilis quantitatis.*
9 *Verba universalia omnia comprehendunt.*

DECISIO XV.

DOmini censuerunt, non constare de causis restitutionis in integrum adversus sententias condemnantes Arnaldum, uti accollatarium omnium debitorum Guidobaldi, ad restitutionem fructuum ab hoc perceptorum ex quodam prædio sito in Castro Corciani, ac quoad Joannes Baptista Immitti obtinuerat, ob illarum validitatem, & justi-
1 tiam, quibus concurrentibus cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum, Rot. *dec.* 393. *n.* 2. *q.* 18. *rec.*

Adversus validitatem resultantem ex revolutione actorum, juxta vulgatam decisionem Verali, frustra objicitur defectus mandati in Procuratore, qui pro reo in judicio comparuit: quia cum ille gesserit plures actus judiciales, protestando nihil fieri, nisi ipso tanquam legitimo procuratore citato, & demum solvendo etiam expensas pro man-
2 dato de manutenendo in possessionem dicti prædii, ab ipso expeditum, ex his omnibus procuidubio resultat præsum-
3 ptum mandatum sufficiens ad validitatem judicii, ut mit Rot. *dec.* 495. *n.* 1. *& seq. p.* 5. *rec.*

Minus & refragatur altera nullitas desumpta ex eo, quod sententia Auditoris Cameræ condamnet, non producto instrumento accollationis debitorum Guidobaldi, ideoque

utpote ex actis non justificata, sententiæ nomen non mereatur, quia hoc procedit, nisi postea justificetur, cum 4
non versemur in illis casibus specialibus, in quibus sententia ex eisdem est justificanda, utpote in Ægidiana & sententia excommunicationis; nova enim justificatione non 5
fit, ut sententia prius injusta ex tunc post justificationem efficiatur justa, sed ut sententia quæ jam tunc erat justa, licet non appareret talis, detegatur, Seraph. *dec.* 701. *num.* 9. unde sufficit instrumentum accollationis productum deinde fuisse cor. R. P. D. meo Caccia. 6

Justitia vero earundem jam probata in præcedentibus instantiis clarescit inspecto instrumento accollationis, cujus virtute Arnaldus effectus fuit principalis debitor dd. 7
fructuum, ac si ab ipso percepti fuissent, vel ad eorundem restitutionem a principio se obligasset, Eminentiss. Othob. *decis.* 64. *n.* 13.

Nec obstat, quod dicta accollatio fuerit correspectiva ad donationem universalem omnium bonorum, & præsertim dicti prædii, favore ejusdem in notabili parte; unde juxta naturam correspectivorum, cessare etiam & resolutam d. accollationem.

Etenim objectum removetur, eo quia obligatio Arnaldi est clara, & tanquam vallata obligatione camerali, non admittit exceptiones acquirentes altiorem indaginem, qualis dici debet exceptio ista solutionis ejusdem ob evictionem d. prædii prætensæ: quia cum in instrumento donationis appareat ultra prædium Corciani donata fuisse Arnaldo alia, & plura stabilia maximi valoris, remissamque fuisse redditionem rationis, ad quam ipse tenebatur ex administratione bonorum Guidobaldi absentis gesta, evictio non magnæ partis bonorum donatorum tanti momenti esse minime videtur, ut ratione illius inducta dici posset resolutio donationis, & correspectivæ accollationis, ad quam non omnis defectus sufficit, sed ille tantum qui talis est, ut consensum donatarii ab acceptione donationis verisimiliter removeret, 8
quæ propterea dicitur esse in implicito statu validitatis, & partes ad illius observantiam coguntur, donec ejusdem resolutio canonizata fuerit in alio judicio.

Quæ efficacissime confirmat vir attenta notitia probabilis evictionis, quam accollatarius habebat; ille enim ante factam accollationem uti administrator Guidobaldi moverat judicium immissionis super hoc prædio a Joanne 9
Baptista motum, in quo reus per sententiam succubuerat, quo fit ut donatio cum periculo evictionis passæ jamque præcognitæ acceptata dicatur, argumento text. *in l. si fundum sciens, ff. de evict.*

Parum denique refert, accollationem fuisse restrictam ad debita per Guidobaldum contracta usque ad diem factæ donationis, ideoque extendi non posse ad restitutionem fructuum deinceps perceptorum, quia hujusmodi debitum originem ducens a causa jam præexistente, comprehensum dici debet in accollatione universalissima, & concepta effrenatissimis verbis, nihil penitus excludentibus, ad tradita 10
per Surd. *cons.* 73. *n.* 64. *et seq.* Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO.

Romana hæreditatis de Lanuviis.

Lunæ 6. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Approbat hæc decisio ea, quæ Card. de Luca in *disc.* 39. *de judic.* firmavit, quod nempe fructus in judiciis possessoriis non debentur a die motæ litis, sed a die productionis jurium.

SUMMARIUM.

1 F*Ructus in judicio immissionis debentur tantummodo a die productionis jurium, non vero a die introducti judicii.*
2 *Non dicitur quis in mala fide ex promoto judicio constitutus, nisi ex juribus partis ejus malum jus dignoscere possit.*
3 *In judicio petitionis hæreditatis fructus veniunt usque a principio. Declara, ut n. 4.*
5 *Admissio ad causam adhæsiva juris collitigantis retrotrahitur usque ad tempus litis introductæ. Declara, ut n. 6. et 7.*
8 *Decisiones sunt de stylo supponenda.*

DECISIO XVI.

Disputata judicialiter intestata successione R.P.D. Langvir inter Monasterium S. Annæ Urbis ex persona ejus monialium Scholasticæ, & Placidæ defuncti Prælati sororum, Bernardum Evangelistam, & Jo. Baptistam Theodonarium, licet in 3. gradu cognatos; tamen vigore renunciationis sorores prædictas excludere prætendentes, mediante concordia inter has tres partes sopita, prædicta contentio non tamen extincta remansit; nam postmodum dd. transigentes coacti remansi fuerunt litem judicialem sustinere adversus Monasterium S. Scholasticæ Reatis, quod ex persona ejus monialis Prudentiæ de Sanctis in 3. pariter gradu conjunctæ ad causam admitti obtinuit, eamque tam accurate promovit usque ad 3. instantiam, ut in ea obtinuerit sibi confirmari immissionem in præcedentibus reportatam.

Hoc negotio ad plenam Signaturam iterum devoluto, licet prædictum Monasterium S. Scholasticæ consensum fuerit sibi rescribi *sine præjudicio* quoad immissionem, tamen dictum fuit quoad fructus, *Alteri qui ad legitimam executionem* procederet; mihique injuncta tali cognitione ad illius formam dubitavi in hodierna audientia, An & pro quo tempore, & pro qua summa sit procedendum ad legitimam executionem? & DD. responderunt fructus deberi a die 27. Martii 1675. ad rationem fructuum locorum montium.

Cum enim super debita in genere fructum restitutione nulla adesset inter partes controversia, quæ sola cadebat circa tempus, & modum, videlicet ad quam rationem essent calculandi; juste a prædicto tempore dictum fuit deberi fructus, in quo ex productione jurium facta per Monasterium S. Scholasticæ, ejus intentionem fundantem, *summar. Monialium S. Annæ n.* 2. possidentes fuerunt in mala fide constituti, ea quia tantummodo, non vero a simplici litiscontestatione, fructus esse restituendos in hoc judicio
1 immissionis, firmat Magon. *decis. Lucen.* 81. *n.* 17. *& seqq.* Cappyc. Latr. *decis.* 65. *n.* 4. *& seq.* Rot. *decis.* 165. *n.* 5. *& seq. p.* 17. *& dec.* 226. *per tot. p.* 18. *rec.*

Quod clarius in casu nostro procedit, in quo Monasterium S. Scholasticæ non fuit simpliciter admissum ad causam sed cum solita clausula, *docto de interesse*, de quo cum non fuerit doctum, nisi sub die prædicta 27. Martii 1675. licet admissio ad causam per decennium præcessisset, *eodem sum. Monialium S. Annæ n.* 1. hinc quousque non constitit, eidem, & his litis consortibus de qualitate jurium monialium S. Scholasticæ, ut possent concludere rei suæ, nunquam in mala fide extitisse dici possunt ad effectum restitutionis fructuum ex hoc judicio immissionis, Barb. *in l. fundum n.* 8. *& 9. C. de rei vendic.* Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 6. *n.* 3. *& 4. & cap.* 23. *n.* 83. Card. de Luca *de judic. disc.*
2 29. *n.* 14. *vers. probabilius videtur*; & tradunt DD. mox superior relati, præcipue stante acquiescentia tam longi temporis a die admissionis ad causam in Monasterio S. Scholasticæ Actore; Rot. *in d. dec.* 226. *n.* 2. *& 5. p.* 18. *rec.*

Neque ullatenus visum fuit admitti posse objectum promotum per defensores Monasterii S. Scholasticæ, autumantes fructus sibi deberi a die obitus, eo quia in hac controversia actum fuit judicio petitionis hæreditatis, in quo cum fructus non petantur officio judicis, & accessorie, sed
3 veniant uti sors principalis, & de jure actionis proinde debentur a tempore, quo debetur sors ipsa, ad text. *in leg. item, veniunt,* § 1. *ff. de petit. hæred.* cum aliis notis, & per eosdem cumulatis.

Quia theorica hæc verissima in suis terminis non potuit ullo modo applicari in præsenti, in quo a principio usque ad finem hujus causæ partes actum fuisse interdicto possessorio immissionis, non autem judicio ordinario petitionis hæreditatis, ut ex monitorio per Evangelistam de immittendo, seu manutenendo in possessionem, expedito *summ. Monasterii S. Scholasticæ n.* 3. ex commissione ipsius Monasterii admissionis ad causam, *d. summ. n.* 8. & demum ex sententia immissionis ad ejus favorem lata per Romanum Turonen. in subsequenti instantia deinde confirmata, *d. summ. n.* 9. & in hac interdictis possessoriis fructus non deberi, nisi a die tantum motæ litis, notis juris est, & sancitum habetur *in l. interdict. ff. de interdict. sive extraord. act. l.* 1. § *Quod etiam, vers. ex die quo, ff. de vi & armat.* & firmavit Rot. *decis.* 209. cor. Cavaler. *decis.* 834. cor. Ubald. *decis.* 449. cor. Buratt. ubique *n.* 1. & novissime in
4 Avenion. seu Vasionen. primogenituræ 22. Aprilis proxime præteriti, § *licet enim*, cor. R. P. D. meo Muto.

Minus autem desumptum ex eo, quod Monasterium S. Scholasticæ fuerit ad causam admissum de anno 1665. ad quod tempus proinde debeat retrotrahi justificatio interesse licet subsecuta de anno 1675. præcipue cum talis admissio fuerit adhæsiva juribus collitigantium, non vero eorundem exclusiva; unde eo magis juvare credebat retrotractionem quoad omnes effectus, per ea quæ firmata habentur *in decis.* 1599. *n.* 1. cor. Penia, *& dec.* 450. *n.* 1. *p.* 4. *rec.* 5

Retrotractio etenim locum habere potuit ad effectum, ut Monasterium S. Scholasticæ fecerit acta sua, & transactiones medio tempore initæ illi non obessent; nunquam tamen ad effectum constituendi collitigantes in mala fide, & inducendi obligationem restitutionis fructuum; hæc enim non prius induci valuit, quam a die purificatæ conditionis documenti videlicet exhibiti super competentia interesse, ut bene declarat *decis.* 32. *cor.* Ubag. *n.* 4. *& seq.* nam ultra rationes inibi adductas, ut docet Sylvan. *consil.* 97. *n.* 17. hoc est perpetuum, quod conditio nunquam retrotrahitur in præjudicium alterius, cui est jus legitime quæsitum, Bursatt. *cons.* 45. *n.* 17. Surd. *cons.* 382. *n.* 28. *&* 89. cum aliis in Eugubina pecuniaria 28. Januarii 1686. § *nullum pariter ad fin.* cor. bo. me. Benincasa. 6

Non attento, quod postea prædicta decisio cor. Ubago fuerit quoad hunc articulum in suspenso relicta, ut in *dec.* 45. cor. eodem; id enim eatenus evenit non ex defectu legalis assistentiæ, sed ex eo, quia agnita fuit intempestiva hujus articuli cognitio, ut in decisione *dec.* 45. *num.* 13. *&* 14. quæ cum subsistens visa fuerit, DD. in audientia hodierna ex superius firmatis, merito transierunt cum fundamentis *prædicta dec.* 32. *n.* 4 *per tot.* hic inutiliter non repetendis. 7

Nec subsistit in facto, quod Monasterium S. Scholasticæ venerit ad causam adhærendo juribus collitigantium, cum potius ad eorum exclusionem, ut pro rata coæqualis successionis ejus monial. tangentis, venisse apparet, non levem diminutionem quantitativam causando in illis, ut *in d. dec.* 32. cor. Ubag. *n.* 1. quæ de stylo nostri Tribunalis supponenda est, prout alias dixit Rota, signanter *in dec.* 495. *n.* 7. *p.* 18. *& dec.* 134. *n.* 16. *p.* 16. *rec.* 8

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. evictionis super fructibus.

Luna 10. *Martii* 1698.

ARGUMENTUM.

Fructus an debeantur a die motæ litis, vel usque a principio, quando nempe orta fuit actio? ad ornatum *disc.* 99. Card. de Luca *de judic.*

SUMMARIUM.

1 *Obligatus de evictione, ultra restitutionem pretii rei evictæ tenetur ad omne id, quod interest evictam non fuisse.*

2 *Et præcise tenetur ad fructus, quos emptor percepisset, & n.* 6.

3 *Et pro eis datur remedium possessorium, si evictio expresse promissa fuerit sub hypotheca bonorum.*

4 *Ab ea autem die eidem fructus debentur, qua evictio secuta fuit.*

5 *Si fructus petantur uti accessorii ad aliquod subjectum, sive tanquam appendices rei in judicium deductæ, non debentur, nisi a die motæ litis; si vero petantur tanquam sors principalis & principaliter debita, condemnatio fit etiam ante motam litem.*

7 *Fructus [illegible] non debentur, nisi a tempore moræ [illegible], ut n.* 8.

9 *Quando fructus petuntur tanquam sors, opus non est inquirere, an intercesserit mora, malave fides.*

10 *Denunciatio molestiarum non requiritur ad effectum constituendi in mora, ac in mala fide venditorem, ut teneatur ad fructus; sed ut judicium in se assumat, & denunciantem defendat.*

11 *Quoties actio evictionis competit, etiam omissa denunciatione molestiarum, fructus petantur a die evictionis.*

12 *Denunciationis molestiarum omissio, quando emptori præjudicialis non sit, & n.* 13.

DECISIO XVII.

Postquam per geminas decisiones conformes editas die prima Junii 1696. & 9. Decembris proxime elapsi, reso-

resolutum fuit coram me, dandam esse R. P. D. & aliis fratribus de Aldrovandinis immissionem pro consequenda a D. Duce Bozzoli evictione bonorum *della Fratta*, institerunt de more fratres prædicti pro causæ expeditione, & quamvis domini illam quoad punctum principale immissionis indulgendam esse non hæsitassent; quia tamen Actores ad formam sententiæ latæ in prima instantia ab Auditore Generali Bononiæ, expostulabant fructus rei evictæ; idcirco consulto suspensa causæ expositione super immissione ad effectum consequendi evictionem, demandarunt domini ut specialiter disputaretur super fructibus bonorum evictorum: quare concordato inter partes particulari dubio, *An, & a quo tempore fructus deberentur?* eoque in hodierna audientia proposito, responsum dederunt, illos deberi a die evictionis.

Nitebantur eorum suffragia in eo, quod cum ex fundamentis deductis in utraque prænominata decisione, clara resultaret obligatio D. Ducis præstandi controversam evictionem, tam ob expressam Ducissæ Annæ Mariæ ejus matris, & actricis stipulationem, quam ex ipsamet natura contractus, adeout partem succumbentem super hoc puncto ulterius audire noluerint; hinc propterea quemadmodum concessa fuit immissio ad bona D. Ducis ad hoc, ut
1 fratres evictionem passi reintegrarentur de pretio rei evictæ, sic ea itidem denegari non posse visum fuit ad effectum se satisfaciendi de fructibus, qui ex bonis evictis percipere potuissent, si evictio secuta non esset, ex ea indubitabili juris propositione, quod obligatus de evictione, illiusque hæredes, & successores, ultra restitutionem pretii rei evictæ, tenentur ad omne id, quod interest rem evi-
2 ctam non fuisse, id est, ut explicat Paul, *in l. si commissa, ff. rem rat. haber, quantum stipulanti abfuit, & lucrari potuit*, textus sunt aperti *in l. evicta, l. venditor, ff. de evictionibus, l. si controversia, §. fin. non dubitatur, C. eod. l. Titius cum decederet, §. fin. ff. de act. empt.* & plene tradunt Covar. *var. resol. cap. 17. lib. 3. in princ.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 79. n. 5.* Mangil. *de evict. q. 179. n. 1.* Guzman. *eod. tr. q. 13. num. 68.* Mart. Medic. *dec. Sen. 43. nu. 3.* Rota *decis. 27. n. 2. cor.* Coccin. Seraph. *decis. 661. & 707. n. 3. & in rec. decis. 340. n. 2. p. 10. 290. n. 10. p. 15. dec. 41. n. 1. & 2. & dec. 502. n. 6. p. 18.*

Nullum autem majus, & nitidius damnum accidit ei, qui evictionem patitur, illo amissionis fructuum, quos ex re abducta percepisset, si ea evicta non fuisset; quamobrem manifesti juris est, ejusmodi interesse ab eo, qui de evictione tenetur, emendandum esse, *l. super empti, Cod. de evict. l. queris in medio, C. de rei vindic.* Paul. Castrens. *in d. l. Titius num. 3. et 4. ff. eodem*, Capra *cons. 90. num. 14.* Riminal. jun. *cons. 176. per tot. et signanter num. 14. 20. et 25.* Alciat. *cons. 17. n. 1. lib. 4.* Maogil. *de evict. d. quæst. 179. n. 11. et 28.* Guzman. *eod. tract. qu. 13. n. 70. et 71. et qu. 21. n. 72. et seq.* Cyriac. *contr. 814. n. 7. et seq.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 79. n. 5.* & perpetuo respondit Rota, & in specie *dec. 251. n. 11.* coram Coccino, *dec. 104. et dec. 391. n. 2. cur.* Amat. Dunoz. *et in rec. dec. 330. n. 11. p. 10. decis. 290. n. 10. et decis. 394. n. 4. p. 15. dec. 194. n. 2. et decis. 285. n. 8. p. 19.* & ubi, prout in casu, evictio expresse promissa est sub hypotheca omnium bonorum, tunc exerceri potest remedium possessorium Salviani, Rota coram Seraphino
3 *decis. 935. n. 1.* coram Bichio *dec. 315. n. 6. et dec. 77. num. 5.* post Urceol. *de transact.*

Cumque is, qui patitur evictionem, præfatum damnum amissionis fructuum subire cogatur a die, quo evincentes litem instituunt, hinc pariter extra discrimen manet, quod ab illo die fructus idem exsolvi debeant ab eo, qui ex stipulatu, vel ex natura contractus de evictione se obstrinxerit, cum & ab ipsamet die, qua res evincitur, oritur actio de evictione pro refectione damnorum, *d. leg. si non dubitatur, Cod. de evict.* Bart. *in l. eleganter in princ. ff. de*
4 *pign. act.* Guzman. *de evict. in proœm. num. 11.* alias namque passus evictionem non consequeretur totum id, quod ejus interest evictionem secutam non fuisse, ut definiunt præmissæ regulæ textuales.

Proindeque nullam promeruit animadversionem asserta bona fides, in qua versatus dicebatur D. Dux Bozzoli ab anno 1656. quo secuta fuit evictio, ad diem moti præsentis judicii pro consecutione damnorum, & interesse; nam postbabito, quod in judicio evictionis agitato Venetiis, Ducissa Anna Maria illius mater vocata fuerat, imo usque tunc prævidens infortunium ejusce evictionis successivis temporibus adversus ipsam tanquam de evictione obligatam irrumpere debuisse, litem usque ad ejus obitum sustentavit, indeque cessare videtur assumptum bonæ fidei; omnis ambigendi ratio submota fuit ex nostri Tribonalis distinctione in hac materia receptissima, quod aut fructus petuntur, uti accessorii ad aliquod subjectum, seu clarius, 5
tanquam appendices rei in judicium deductæ, & tunc fructus non debentur nisi a die motæ litis: aut fructus petuntur tanquam sors principalis, & principaliter debita, & tunc condemnatio fit etiam ante motam litem, ex discriminis ratione, quod primo casu actio pro fructibus proficiscitur ex mala fide, & ex mora litis, in qua constituitur is qui rem indebite possidet; in secundo vero casu actio pro fructibus oritur ex alia præcedenti obligatione, vel ex contractu, seu alio juris legitimo fonte; unde, ut illa experiri valeat, sat est, quod commissa sit stipulatio, ut post decis. Card. Paleotti *in 689. lib. 3. part. 3. divers.* Boalserius Plarii, quæ est apud Mzechel. *de commiss. par. 2. fol. mihi 206.* perpetuo tenuit Rota, *ut in decis. 1166.* coram Card. Seraphino, coram Pamphil. *decis. 596. num. 10.* plenissime, & more suo magistraliter coram Merlin. *dec. 585. n. 3. et decis. 673. n. 6. cum seq.* quarum prima est repetita *in rec. dec. 280. part. 7. et ibi etiam decis. 9. n. 14. part. 8. decis. 384. num. 5. part. 12.* quæ emanavit in eadem causa decis. Merlini *et decis. 246. n. 3. part. 17.* & tradunt etiam distinguendo, ut supra, Cancer. *var. resol. cap. 67. num. 97. par. 3.* Add. ad Buratt. *decis. 184. et dec. 298. lit. C.* Add. ad Pamphil. *d. decis. 593. num. 17.* Grat. *discept. 206. num. 18.* Spad. *cons. 103. num. 1.*

In judicio autem evictionis, in quo versamur, fructus non veniunt tanquam accessorii, & appendices rei evictæ; sed tanquam sors principalis, & principaliter debita jure actionis promanantis tam ex stipulatu, quam ex natura contractus, cujus vigore passus evictionem consequi debet omne id, quod ejus interest rem evictam non esse, adeout reintegrari debeat, nedum de pretio rei amissæ, sed de omnibus damnis, & interesse, quæ ob rei evictionem subire necesse fuit, & quidem æque principaliter de uno, quam de alio, sine ulla distinctione pretii ab interesse; imo ipsa pretii rei evictæ una cum damnis, & interesse facienda erogatio comprehenditur a jure sub demandata totali restitutione ejus, quod interest, ut deprehenditur ex textibus superius allegatis, *et signanter ex dicta l. si con-* 6
troversia, ibi: *Sin autem evictum fuerit, consequeris quanti tua interest, et in l. cum successore in fine*, ibi: *Quod si fuerit evictus, quanti sua interest rem evictam non esse, teneri placuit*; usque adeo verum est, quod in actione evictionis fructus non distinguantur a pretio rei evictæ, sed utrumque competit tanquam sors principalis sine ulla bonæ, vel malæ fidei exploratione, ex notatis per Rotam *in præallegata dec. 280. n. 7. p. 7.*

Prout in simili habemus, quod licet fructus legatorum non debeantur, nisi a tempore moræ, ad text. *in l. 3. in* 7
princip. ff. de usur. l. Titia Seio, § Usuras, ff. de legat. 2. l. 2. et l. 4. Cod. de usur. nihilominus cum fructus legato ipso continentur, idest cum res specialiter cum fructibus, & commodis medii temporis relicta est, tunc sine ulla mora fructus veniunt restituendi, ex ea viva ratione, quam reddit Papinian. *in l. cum unus 10. §. 1. ff. de aliment. et cibar.* 8
legat. ibi: *Tunc moram explorari oportet, cum de usuris fideicommissi quæritur, non de ipsis fideicommissis*; & latius hæc, aliaque jura allegando exornat Leotard. *de usur. qu. 19. n. 17.* Unde assequimur, quod quoties fructus debentur non tanquam usuræ, sed tanquam deducti in stipulationem, vel ex alio juris legitimo fonte per viam actionis, tunc semper refici debent tanquam sors principalis, seposita qualiber bonæ fidei, moræque indagine, & in specie omissis generalibus, quod fructus, qui veniunt nomine damnorum, & interesse in actione evictionis, debeantur tanquam sors principalis, absque ope inquirendi, an intercesserit mora, malave fides, solemniter respondit Ro- 9
ta, recedendo ab antecedentes decisis, *decis. 286. num. 2. part. 4. rec.*

Ejusdemque irrelevantiæ visum fuit confugium ad defectum denunciationis molestiarum, Quia hujusmodi intimationem jura non exigunt, ut obligatus de evictione constituatur in mora, & mala fide, ob quam per consequens teneatur, secuta cum effectu evictione, ad fructus rei evictæ, tanquam ejus appendices, cum & imo ob talem omissionem totaliter actionem evictionis denegent, ita quod neque ab evictionario repeti valeat nudum pretium: requiritur tamen molestiarum certioratio, ut is, 10
qui tenetur de evictione, utpote magis conscius, & instructus jurium rei traditæ, judicium in se assumat, ac de-

nunciationem defendat, ad text. *in l. emptor.* 8. *& in l. si controversia*, *C. de evict. cap. fin. de emption. & vendit.* & late Gozman. *de evict. qu.* 4. *n.* 1. *& per tot.*

Quare quotiescunque actio evictionis competit, etiam omissa denunciatione molestiarum, ut in præsenti, ea pariter experiri potest pro damnis, & interesse, ac per consequens pro fructibus rei evictæ sine eadem molestiarum notificatione, ut colligitur ex infinitis auctoritatibus, in quibus non obstante omissione denunciationis firmatum
11 fuit, passum evictionem agere potuisse tam pro pretio rei evictæ, quam pro damnis, & interesse, & in specie ex Alexand. *cons.* 63. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 6. Rota cor. Coccin. *dec.* 27. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 398. *n.* 4. *&* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *& dec.* 162. *n.* 4 *& seq. p.* 9. & passim in aliis.

Quod autem in nostra hypothesi evictio deberetur, non obstante defectu denunciationis molestiarum, ajebant domini supponendum esse, cum præsens dubium, concernens solos fructus fuerit hodie disputatum, suppositis decisionibus canonizantibus in genere debitum evictionis. Neque in propositionibus causæ, licet acerrimis, unquam adductum fuit tale assumptum defectus intimationis molestiarum ad excludendam evictionem, & quidem jure merito: quoniam revera ex duabus æque validis rationibus necessaria non erat prædicta intimatio; quarum altera est, quia, ut supra tetigimus, Ducissa Anna Maria Auctrix moderni D. Ducis Bozzoli erat citata, & assistens in judicio evictionis, & adversus eandem opponentem, & se defendentem emanarunt sententiæ, ut in facto justificatum fuit; & post passam evictionem, litem sustinuit usque ad ultimum vitæ spiritum, in quibus terminis concors est Do-
12 ctorum, & Rotæ sententia, evictionarium opus non habuisse litem denunciare, ex textu in *l. Herennius* 3. *§. Caja*, *l. si actum* 56. *v. stipulatio*, *ff. de evict.* Rota cor. Cavaler. *dec.* 311. *n.* 7. *& dec.* 278. *n.* 6. *part.* 11. *& dec.* 395. *n.* 15. *p.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 390. *n.* 6. *part.* 5. & cor. Bichio *dec.* 315. *n.* 9.

Altera ratio petitur ex eo, quod causa fuit in Tribunalibus Venetis strenue defensa, neque ulla supererat ulterior defensio, ut postea competiit non fuit in Rota post facti cæ-
13 teroquin valde intricati explanationem, atque ideo ob id non requirebatur denunciatio molestiarum ad text. *in leg. Imperatorem*, *ff. de act. empt.* Alex. *in d. cons.* 63. *per tot. & signanter sub n.* 11. *&* 12. *vol. d. & cons.* 67. *vol.* 3 Rota *d. dec.* 190. *n.* 3. *p.* 6. *rec. & d. dec.* 162. *n.* 6. *p.* 8. *& decis.* 387. *n.* 12. *p.* 17. & in aliis passim. Et ita utraque &c.

R. P. D. P I O.

Hortana Casalis super fructibus.

Ven. 3. *Aprilis* 1699.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia, nempe restitutionis fructuum;

S U M M A R I U M.

1 *SI deliberatio retractetur, fructus debentur a die motæ litis, non vero a die secutæ deliberationis.*

2 *Amplia, etiamsi agatur de bonis pupilli, vel minoris, aut Ecclesiæ, licet contrarium servetur, si pertractaretur de alienatione voluntaria.*

3 *Amplia 2. in casu quo deliberatio sit excessiva, vel creditum insubsistens, ubi tamen deliberatarius non sit ipsemet creditor.*

Amplia 3. licet actum sit in judicio petitorio, n. 7.

4 *Ad judicandam malam fidem scientia debet esse certa, & indubitata, nec sufficit ea, quæ deducitur ex argumentis.*

5 *Ex communi cohabitatione, & sanguinis conjunctione argui tantum valet scientia in illis actibus, qui domi fiunt, quique jura sanguinis concernunt; sed in iis quæ respiciunt contractus.*

6 *Fructus debentur a die deliberationis, si ista fuerit læsiva.*

8 *Perito de consensu partium electo est standum.*

9 *Quoties resolvitur actus deliberationis, restituendi sunt fructus præcisi, seu qui soluti fuerunt creditoribus venditoris vel deliberatarii.*

10 *Collectæ, & onera publica detrahi debent, ubi fit fructuum restitutio.*

11 *Fructus melioramentorum quando non debeantur.*

12 *Creditum siccum fructus parere nequit.*

13 *Fructus ob arborum incisionem spoliato debentur.*

D E C I S I O XVIII.

GEminæ, ac inter se contrariæ prodierunt coram me in hac causa decisiones; prima enim emanavit sub die 1. Julii 1693. Deciis tantum informantibus, firmat Bernardinum, aliosque de Squartis teneri ad fructuum restitutionem nedum perceptorum, verum etiam eorum, qui commode percipi potuerunt usque a die secutæ deliberationis Casalis, de quo agitur; altera vero edita sub die 30. Aprilis 1694. condemnat præfatos de Squartis ad restitutionem fructuum perceptorum a die tantum litis motæ. Cumque hodie proposuerim dubium in hac decisionum discordantia; *An sit standum in primo, vel secundo loco decisis, & an, & in qua summa sint liquidandi fructus, & relaxandum mandatum?* DD. postremam decisionem solidioribus innixam fundamentis agnoscentes responderunt, standum esse in secundo loco decisis, & fructus deberi in quantitate, & juxta modum in decisione exprimendum, & relaxandum mandatum pro damnis liquidatis a perito, & pro reliquis coadjuvandas esse probationes.

Ratio resolutionis quoad primam illius partem concernentem fructuum restitutionem stetit in receptissima, ac inconcussa nostri Tribunalis sententia, quod nimirum quoties non agitur de spolio, vere violento, quale dicitur illud, quod patratum fuit cum vi expulsiva absque facto judicis; sed versatur quæstio, ut in præsenti facti specie, super spolio mere judiciali, exoriente ex deliberatione Casalis facta sub hasta Principis prævia judicis auctoritate, indubium est, quod tametsi actus deliberationis excessive gestus extiterit, adeout postea fuerit rescissus, nihilominus restituendorum fructuum commensuratio non debet regulari a die, quo eadem deliberatio secuta fuit, sed a die litis contestatæ, ex convincentissima ratione, quia deficit in hoc casu positiva mala fides reducens titulum ac non titulum, quæ considerari nequit in actu, qui a principio tenuit, ut pluribus adductis auctoritatibus firmatur in secunda mea decisione, §. *Verum*, & novissime dictum fuit 1
in Romana Vineæ 30. Martii 1696. §. *Firmato*, coram me, & in Spoletana bonorum 11. Martii ejusdem anni, §. *fin.* coram R. P. D. meo Caprara, & in Perusina reintegrationis 14. Martii 1698. §. *Primo*, & 27. Junii ejusdem anni, §. *Hactenus*, coram eodem.

Quæ quidem firmissima opinio minime reddi potuit inapplicabilis præsenti hypothesi ex pluribus facti circumstantiis expensis a scribentibus pro fratribus de Deciis; non enim relevare visa est prima, quæ deducebatur ex eo, quod cum agatur de deliberatione bonorum passa a pupillis, speciale sit in hoc casu, quod bona una cum fructibus usque ab initio perceptis vindicari possint, juxta censuram textuum, *in l. Prædium*, *C. de præd. min. l. si contra*, *C. Si quis ignor. rer. minor. leg. Patri pro filio*, *§. Item ex diverso*, *vers. fructibus*, *ff. de minor.* & notant Surd. *dec.* 45. *n.* 9. Mangil. *de subhast. quæst.* 11. *n.* 12. Cyriac. *controvers.* 219. *num.* 38. Baron. *de effect. minor. ætat. effect.* 5. *numer.* 234. *ab Eccles. observ. forens.* 164. *num.* 7. Rota *decis.* 552. *num.* 2. *& seqq. part.* 1. *divers.* & in Romana immissionis 2
27. Junii 1695. §. *Attamen*, coram R. P. D. de la Tremoille; etenim hujusmodi privilegium minoribus, ac Ecclesiis impartitum, locum duntaxat obtinet, quoties agitur de alienatione voluntaria ab Ecclesiis, ac minoribus facta absque interventu solemnitatum, cum tunc, eo quia nulliter fit bonorum distractio, eadem nonnisi cum mala fide acquiruntur ab emptore, qui tenetur scire minorum, ac Ecclesiarum bona alienari non posse absque solemnitatibus, & in his terminis intelligendi textus adducti, ac auctoritates allegat. sed non suffragatur in casu, quo, ut hic, petitur restitutio fructuum contra eum, qui justo fulcitus titulo solemnis deliberationis judicialiter expletæ bonorum dominium adeptus fuit; is enim cum de mala fide redargui non possit, subire proinde non cogitur condemnationem ad restitutionem fructuum perceptorum, nisi a die moti judicii, ut de Ecclesia agente ad fructuum recuperationem in judicio reintegrationis habetur *ex dec.* 27. *& per totam*, coram Varallo, & in Gallien. Prioratus 28. Novembris 1672. §. *Quamvis*, coram bon. memor. Emerix, & 29. Januarii 1681. §. *Quidquid secus*, coram bon. mem. Ursino, & de minore ex decisionibus in dicta Perusina reintegrationis, coram R. P. D. meo Caprara, ut patet præcipue ex secunda edita 27. Junii 1697. §. *Nec*

obstan-

evitandam juncto principio. Atque etiam in casu distractionis voluntariæ a minore factæ, stante bona fide emptoris, dispositionem dd. legum non procedere, notat Gutier. *de tutel*, p. 2. *cap.* 5. *n.* 10. *cum seq.*

Minusque obstare valuit altera, quod nempe cum deliberatio facta fuerit pro credito sc. 600. quando revera illud ascendebat solum ad sc. 51. exinde arguenda sit in deliberatorio mala fides, operans restitutionem fructuum
3 usque ab initio, ex traditis per ab Eccles. *observ. for.* 164.
n. 12. *cum seq.* cum ibi concordantibus. Quoniam objectum tunc tantum meretur animadversionem, quandæ nempe assemus in casu, quo deliberatio facta fuisset eodemmet creditori, qui utpote conscius de insubsistentia crediti, pro quo egit, merito notari posset de mala fide; at secus ubi ut in præsenti deliberatio facta fuit favore tertii penitus ignari insubsistentiæ crediti, a quo propterea abstergitur quævis malæ fidei macula, eo quia credere debuit, ac potuit, mandatum fuisse sic, ac recte a judice relaxatum, ut semper est præsumendum, Rot. cor. Dunoz. jun. *dec.* 581. *n.* 2. cor. Priol. *dec.* 219. *n.* 2. & 3. & *dec.* 414. *n.* 1. Quinimo in terminis fortioribus deliberationis secutæ pro credito nullo, ac insubsistenti, quod adhuc deliberatarius condemnari debeat solum ad fructus perceptos a die motæ litis, dixit Rot. cor. Bustam. *dec.* 184. & *dec.* 227. *juncta dec.* 91. ubi factum ejusdem controversiæ refertur. Non obstente replicatione, quod mala fides deprehendi possit ex arcta sanguinis conjunctione intercedente inter creditorem, & deliberatarium insimul cohabitantes, ex quibus scientia insubsistentiæ crediti præsumi debeat: quia tritæ sunt regulæ, quod ad inducendam malam fidem scientia ad hoc, ut præjudicet, debet esse certa, & indubitata, nec sufficit ea, quæ deducitur ex argumentis, ac præsumptionibus, Rot. in Bononien. fideicommissi 9. Decembris 1697. §. *Ignorantia*, cor. Rev. D. meo Decano, & in Romana Vineæ 23. Junii 1698. §. *Verum*, cor. R. P. D. meo Priolo. Quodque ex communi cohabitatione, ac sangui-
4 nis conjunctione argui dumtaxat valet scientia in illis actibus, qui domi fiunt, quique jura sanguinis concernunt; secus vero in his, qui respiciunt contractus,
5 in quibus nunquam eadem præsumi debet, sed ab allegante concludenter est probanda, ut distinguit Rot. cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 173. *n.* 9. & *seqq.* & in Perusina repetitionis indebiti 23. Junii 1693. §. *Ulterius*, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Albanen. laudi, seu transactionis 14. Januarii 1697. §. *Præsumptio enim*, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Ut etiam non officit tertia, quæ fundatur super asserta enormissima læsione, qua stante ob doli præsumptionem dicebatur, quod res deliberata, una cum fructibus usque ab initio perceptis a læsione passo recuperari possit, ad firmata per Fontanell. *dec.* dd. *n.* 12. Co-
6 sta *remed. subsid.* 47. *n.* 7. *vers. non enim*, de Luca ad Franc. *dec.* 496. *n.* 3. Posth. *de subhast. inspect.* 55. *n.* 22. Mangil. *eod. tract.* q. 43. *ex n.* 9. Michel. de Reinoso *obser.* 56. *n.* 9. *et* dixit Rota in Romana Læsionis 27. Junii 1672. §. *Informantes*, cor. clar. mem. Card. Taja; ex facto enim cessare visa est difficultas: quæ cum peritus retulit fructus Casalis non excedere annua sc. 59. ex hoc efficitur, quod procedendo cum legali taxa sc. 5. pro quolibet centenario de tempore deliberationis terminis, traditis ab Accursio *in auth. perpetua*, *C. de Sacros. Eccles.* pretium ejusdem Casalis consistere deber in summa sc. 1180. ideoque manifeste exclusa remanet asserta læsio in deliberatione facta pro scut. 1110. & quamvis idem peritus calculetur pretium dicti Casalis usque ad sc. 2528. 25. attamen ex duplici ponderatione ejus relatio in hac parte cernitur erronea, quarum prima est, quod ejusmodi valor non respondet quantitati fructuum, quos ipsemet firmavit, quotannis ascendere ad scut. 59. & altera, quod peritus dixit valutasse terrenum querquatum in sc. 40. pro quolibet rubro, & sativum in sc. 70. non de suo judicio, sed ex relatione habita ab agrimensoribus Civitatis Hortanæ; & tamen unus ex illis, a quibus asseris hanc relationem habuisse, testatus usum regionis esse valutan. prædia in sc. 40. pro singulis rubris compensato terreno silvato cum laborativo, ut etiam plures cives comprobant in eorum attestationibus datis, *Summ. illorum de Squartis n.* 6. addito ulterius, quod a valore relat. detrahi debeant scut. 98. 60. pro melioramentis factis a Squartis, juxta æstimationem factam ab eodem perito, *ut in relatione lit. S.*

Denique non relevat ad obtinendam fructuum restitutionem usque a die deliberationis quartum fundamentum desumptum ex eo, quod actum fuerit in judicio petitorio super rescissione; ideoque fructuum restitutio fieri debeat, non a die motæ litis, sed a die occupationis, ea ratione, quia per judicialem declarationem titulus reducitur ad non titulum, juxta [illegible] 187. *n.* 6. 7. *et* 8. cor. Cerro, & cor. Arguell. *dec.* 113. *n.* 25. Quoniam objectum cessat ex facto, & ex jure; ex facto inquam, quia actio a Decis intentata fuit super manutentione, ut liquet ex lectura monitorii, & quod plus est fructus petiti fuerunt in sequelam judicii possessorii, ut patet ex primamet decisione sub die 1. Julii 1693. in principio; nec aliter peti poterant, quia in sententiis super negotio principali prolatis omissa fuerat condemnatio; unde incongruum videtur, quod postquam ad obtinendum fructus in sententiis non comprehensos, fratres de Decis allegarunt illos deberi in sequelam judicii possessorii, hodie nimis inconstantes confugiant ad exceptionem judicii rescissorii, & rursus cessat ex jure; nam quatenus etiam principaliter petita fuisset rescissio deliberationis, nihilominus tamen fructus restituendi essent a die tantum litis motæ propter bonam fidem resultantem ex deliberatione judicialiter facta, Baron *de ef. fect. minor. mat. effect.* 1. *n.* 28. & firmavit Rot. cor. Ve- 7
rall. *dec.* 27. *p.* 2. ibi: *Et a die motæ litis sit in petitorio, vel spolio simplici*, & *in dec.* 343. *n.* 7. *fin.* & cor. Zarat. *dec.* 51. *n.* 3. juncto principio decisionis, ubi de tribus sententiis, & *dec.* 418. *n* d. *p.* 12. & in dicta Spoletana bonorum 21. Maii 1696 §. *fin.* juncto pariter principio, ubi fit præcise mentio de judicio reintegrationis per tres sententias, cor. R. P. D. meo Caprara; neque adversantur præfatæ decisiones coram Cerro, ac Arguell. pro objecto allegatæ; nam eatenus in earum casu condemnatio usque ab initio demandata fuit, quatenus lis super nullitate deliberationis usque a principio fuerat intentata, ut videre est in d. decisione Cerri, *sub n.* 8. & *in dec.* Arguel. *sub n.* 21.

Firmato itaque, fructus non esse restituendos a die secutæ deliberationis, sed tantum a die litis contestatæ, descendendum venit ad alteram resolutionis partem concernentem fructuum liquidationem respicientem, quam DD. faciendam esse in scut. 59. do. annuis censuerunt,
juxta relationem periti, cui tanquam de partium consensu electo plena fides est adhibenda, Maricuso *ad* 8
leges nova recopil. lib. 5. *tit.* 4. *de testam. l.* 12. *gloss.* 4. Card. de Luca *de judiciis disc.* 33. *n.* 25. Adden. ad Pamphil. *dec.* 369. *n.* 16. cum ibi adductis.

Ex his tamen fructibus visum est plures faciendas esse detractiones juxta sequentem modum; & primo detrahenda sunt annua scut. 35. pro fructibus duorum censuum, quos deliberatarius in deliberatione in se accollavit; nam omnis æquitas suadet, ut quoties contractus resolvitur, restituendi sint fructus pretii, seu qui soluti fuerunt creditoribus venditoris, vel deliberatarii, ad notata per de Rosa *consult.* 74. *n.* 77. *consult.*
15. *n.* 8. & 13. Gizzarell. *dec.* 29. *n.* 1. & in nostris terminis Rota *dec.* 141. *n.* 25. *p.* 9. *rec.* & admittitur in Li- 9
clen. Massariæ 4. Junii 1688. §. *Responsum fuit*, cor. clar. mem. Card. Caccia: rursus defalcandæ sunt collectæ, aliaque onera publica, quæ semper detrahi debent, quoties fit fructuum restitutio, ut in terminis fructuum restituendorum ex causa spolii, respondit Rot. in Senogallien. Salviani 12. Decembris 1167. §. *Sed primo*, cor. bon. mem. Emerix.

Ex quantitate autem residuali fructuum perceptorum 10
a Squartis, dicebant ulterius DD. esse proportionaliter compensanda; prima sc. 51. de quibus tempore secutæ deliberationis DD. Decis erant debitores pro fructibus dd. censuum, & secundo scut. 98. 60. ad quam summam, ut superius prænotavimus, ascendunt melioramenta facta ab eisdem de Squartis, quæ restituenda esse a vindicante bona sua, rescissa deliberatione, seu datione in solutum tradit Giurb. *dec.* 105. *n.* 18. non vero bonificabat fructus utriusque præfatæ patriæ, licet a Squartis prætensos; nam quod attinet ad melioramenta, cum dd. fratres de Squartis ex eisdem in longæva Casalis possessione utilitatem perceperint, justum utique
non videtur, ut hodie fructus etiam consequi valeant, 11
ut alias censuit Rot. *dec.* 53. *n.* 42. post Salgad. *in labyrint. credit.* & respectu alterius patriæ sc. 51. cum eadem proveniat ex ficto credito fructuum ascensum, profecto

fecto fructus parere non possunt, ut bene Cyriac. *contr. 902. n. 19. & 31. per tot. tom. 3.*

Reliquum modo tamen est, ut aggrediamur posteriorem damnorum inspectionem, pro quibus DD. resolverunt relaxandum esse mandatum pro sc. 474. approbando judicium periti, cui ex superius firmatis deferendum est: quæ quidem refectio evitari non potuit, nam cum arbores fructiferæ, quæ per illos de Squartis excisæ fuerunt, non dicantur esse in fructu, sed de proprietate, adeo ut ex earundem incisione fundus evadet deterior, ut dixit Rota in Hortana Silvarum 10. Martii 1698. §. *Ex natura*, & 9. Junii ejusdem anni, §. *Dummodo*, cor. R. P. D. meo Muto, consequitur, quod eædem cædi non potuerint, ideoque ad hujusmodi damni emendationem præfati fratres de Squartis compelli debeant, ut pariter innumeris adductis firmatur in dd. decisionibus emanatis in Hortana Silvarum, cor. R. P. D. meo Muto, *in prima nempe sub, §. in sequelam, & in altera sub §. advertendo*, & nuper dictum fuit in Melevitana damnorum, & interesse, 23. Februarii proximi præteriti cor. me.

Et ita demandando in reliquis probationum coadjuvationem, quinto, & sexto ex DD. videntibus, utraque parte audita resolutum fuit.

R. P. D. CAPRARA.

Romana manutentionis.

Lunæ 16. Februarii 1693.

ARGUMENTUM.

Ex novis juribus retractato judicato, cujus virtute facta fuit deliberatio, an detur manutentio contra deliberatarium? in confirmationem *disc.* 40. Card. de Luca *de judic.*

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio rite, & recte facta, præbet causam manutentioni.*
2 *Qui deliberationem passus est, non dicitur amplius possidere.*
3 *Justitia mandati metienda est ex eisdem actis ad effectum, ut deliberationem passo concedatur manutentio.*
4 *Deliberationem passus, qui vult probare injustitiam deliberationis ex novis juribus, debet procedere per viam appellationis.*
5 *Lapsus paucorum dierum junctus cum scientia facit præsumere, quem habuisse se pro spoliato.*

DECISIO XIX.

Vigente mandato contra D. Joannem Baptistam relaxati a R. P. D. Severolo Judice deputato ab A. C. ad instantiam Cæciliæ pro sorte, & fructibus cujusdam cambii, processum fuit ad subhastationem unius domus ad eundem debitorem spectantis, cum successiva deliberatione, nec non possessionis assecutione ad favorem ejusdem Cæciliæ: verum quia in fine decennii fuit per eundem R. P. D. Severolum decreta Jo. Baptistæ manutentio, ex interpositione appellationis causa mihi commissa cum facultate manutenendi quem de jure, manutentionem Cæciliæ concedendam fore, DD. responderunt.

Quoniam ipsa docet de sua possessione adepta judicis auctoritate, in vim scilicet deliberationis rite, & recte peractæ, quæ justam præbet manutentionis causam, *leg. justè possidet, ff. de acquir. possess.* Posth. *de manut. observ.* 12. *n.*
3 21. Rota *penes ipsum dec.* 164. *n.* 10. *& in addit. ad tract. de subhast. dec.* 826. *& dec.* 410. *utrobique n.* 1. & cor. Merlin. *dec.* 233. *n.* 1. *& in rec. dec.* 165. *n.* 1. *in fin p.* 4. *& dec.* 212. *n.* 1. *dec.* 10. Et elidit alteram primi possessoris, itant ei nulla debita sit manutentio, cum amplius possidere non dicatur, Posth. *de manut. d. observ.* 12. *sub n.* 21. *vers. non autem*, *& n.* 25. 26. *&* 33. Rota penes eundem *dec.* 663. *n.* 3. *&* 12, *& dec.* 148. *n.* 2. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec* 164. *n.* 2. *p.* 11. *rec.*

Non obstat opposita injustitia mandati ex eo desumpta, quod fuerit relaxatum pro fructibus cambii ad rationem in instrumento conventam, quando in feriis eorum cursus fuit in minori quantitate, ad quam rationem tantum debebatur.

Quia cum hujusmodi prætensio non fuerit deducta, nec justificata coram ipso Judice prioris instantiæ, ante mandati
executionem, & deliberationem, non est modo apta ex novis probationibus impedire manutentionem creditori possidenti auctore Prætore rite, & recte procedente, cum ad istum effectum justitia mandati metienda veniat ex iisdem actis, non autem ex noviter deductis, Rot. cor. Royas *dec.* 322. *n.* 12. *& seq.* cor. Cerr. *dec.* 308 *n.* 8 *&* 9. *& dec.* 414. *n.* 25. *&* 26. *& in rec. dec* 116 *n.* 10. *&* 11. *p* 10. Nec ad reparandum gravamen, si quod intulit præfatus judex, com- 3
petit debitori extraordinarium remedium manutentionis,
seu reintegrationis, sed bene alterum appellationis instandæ
coram judice *ad quem* pro mandati revocatione, ne justus
judiciorum ordo subvertatur, ut plene tradit Posth. *de ma-* 4
nut. observ. 12. *a n* 8. *usque ad* 14. Card. de Luc. *de judic. disc.* 44. *n.* 83. Rot. cor. Buratt. *dec.* 158. *n.* 4. *& n. finali*, cor. Peutiog. *dec.* 386. *n* 9 §. *Quod vero*, *& n.* 13. *& seqq. et dec.* 400. *n.* 1. *et dec.* 414. *n.* 12. *et in rec. dec.* 174. *n.* 19. *p.* 11. & in addit. ad Posth. *de subhast. dec.* 220. *n.* 10. *& seq.*

Quod eo facilius fuit admissum in præsenti, ubi debitor
habuit scientiam executionis, & deliberationis, ac ab excessiva
taxatione expensarum, in quibus fuerat condemnatus,
appellavit, & abinde citra spatio fere decem annorum acquievit,
ex quibus censetur se habuisse pro spoliato, cum ad
hunc effectum non solum sufficiens sit lapsus decennii, sed 5
paucorum dierum, Posth. *de manut. observ.* 58. *sub n.* 21. &
dixit Rot. *dec.* 219. *n.* 40. in addit. ad Posth. *de subhast. & dec.*
342. *p.* 15. *rec.* Et ita utraque &c.

EADEM CORAM EODEM.

Lunæ 15. Martii 1690.

ARGUMENTUM.

Est decisio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio conceditur adversus deliberationem evidenter injustam.*
2 *Possidens auctore Prætore rite, & recte procedente manutenetur.*
3 *Subhastatio privat possessorem sua possessione.*
4 *Habens se pro spoliato, non potest petere manutentionem.*
5 *Injustitia debet probari ex eisdem actis ad hoc, ut deliberationem passo detur manutentio.*
6 *Limitatur concurrente mala fide in creditore.*
7 *Quæ mala fides debet esse potentissima.*
8 *Alias debet intentari judicium ordinarium super rescissione deliberationis.*
9 *Appellans a taxatione expensarum, censetur approbare judicatum.*
10 *Manutentio non datur ei, qui facto suo cadit a possessione.*

DECISIO XX.

Ad impediendam manutentionem, quam Sacra Rota sub die 26. Februarii 1693. decreverat favore Cæciliæ, defensores Jo. Baptistæ iterum inculcabant injustitiam deliberationis domus controversæ, ex quo mandatum, cujus vigore secuta est deliberatio, fuerit relaxatum pro sorte, & fructibus unius cambii, jam per excessivam fructuum exactionem ultra cursum Nundinalem ad modicum redacti;
unde eidem Joanni Baptistæ, non autem Cæciliæ, dicebant
esse debitam manutentionem, seu reintegrationem, quæ
semper adversus deliberationem conceditur, quoties con- 1
currit evidens, ac notoria injustitia mandati, ut in specie
dixit Rot. cor. Cavalet *dec.* 5 *n.* 2. *&* 3. *& in rec. dec.* 560. *n.* 7. *p.* 1 *& dec.* 213. *n.* 1 *&* 2. *p.* 18. *rec.* Sed in hujus facti circumstantiis peculiaribus domini existimarunt, exceptionem prædictam in hoc judicio non esse aptam retardare manutentionem, & sic fuit pro decisione responsum.

Possidet enim Cæcilia auctore Prætore rite, ac recte pro- 2
cedente, cui proinde danda est manutentio, *l.* 1. *&* 2. *ff. de
jus fiat et*, cum aliis per Posth. *de manut. observ.* 12. *n.* 1. *&
seq.* Rot. *dec.* 316. *n.* 1. *p.* 7. *rec.* non autem Joanni Baptistæ,
qui licet possideret, fuit tamen per subhastationem domus 3
sua anteriori possessione privatus, Mohedan *dec.* 4. *de restit.
spoliat.* Rota *dec.* 95. *n.* 1. post Mangil. *de subhast. d. dec.* 316. *n.* 2. *et* 3. *p.* 7. *rec.* cum aliis in præterita dec. §. *Quoniam*.

Non obstat allegata injustitia desumpta ex eo, quod Cæcilia in causa fructuum sui cambii scut. 400. receperat an-

nuatim,

quatim, postquam revera importaverint cambia Nundinalia, unde faciendo annualem, & schalatem illam subductionem capitalis, & fructuum respective, vulgo nuncupata *la Schaleta*, ejus creditum non remanebat, nisi in sc. 81. & tamen mandatum relaxatum fuit pro integra sorte, & fructibus; quoniam prædicta urgerent quidem; sed quia Cæcilia mulier ignara juris, & bene conscia instrumenti confecti bona fide, exhibuit in actis notulam cambiorum sub ibi debitorum ad rationem taxæ conventæ in instrumento, ubi idem Jo. Baptista advocatus Quaranta assumpserat onus faciendi cambiate, & insimul exhibendi spaccia, quibus non exhibitis promisit damna, & interesse ad rationem conventam; hinc advocato nihil opponente contra cambia, eorumque notulam per Cæciliam traditam, nec ullo modo excipiente de Schaleta conficienda, aut de excessu, nec appellante ab executione, & a deliberatione domus, sed tantum, modo ab excessiva taxatione expensarum, exuberat bona fides Cæciliæ in subhastatione, & deliberatione, cui advocatus citatus acquievit, & quodammodo consensum præstitit; unde & Cæcilia per decennium bona fide pacifice possedit; nec ipse, postquam se habuit pro spoliato potuit sub prætextu calculi noviter exhibiti petere manutent. Card. Cerr. *dec.* 446. *n.* 10. Rota *dec.* 9. *n.* 21. & *n.* 31. apud Posth. *de manut.* Rota *dec.* 174. *n.* 19. *p.* 11. Cum ad effectum, ut judex dicatur spoliasse, & deinde sit locus manutentioni, seu reintegrationi, injustitia debeat esse ex iisdem actis, non autem ex postmodum deductis, ut in proposito firmat Rot. *dec.* 479. *n.* 1. & 2. *p. divers.* penes Genc. de Consil. *dec.* 434. *n.* 7. cor. Duran. *dec.* 454. *n.* 4. cor. Royas *dec.* 245. *n.* 9. cor. Zarat. *dec.* 35. *n.* 20 cor. Card. Cerr. *dec.* 446. *n.* 1. & 9. *in rec. dec.* 307. *n.* 34. *cum quatuor seq. p.* 7. & *dec.* 275. *n.* 25. *p.* 9. & *dec.* 67. *n.* 14. & 15. *p.* 10.

(Left-margin numbers 3, 4 and 5 stand beside the lines beginning "rat bona fides Cæciliæ", "pro spoliato potuit" and "deinde sit locus".)

Non obstante replicatione, quod hujusmodi conclusio limitationem recipiat in casu præsenti, in quo versamur in adjudicatione facta ad favorem Cæciliæ creditricis, quæ cum debuerit esse certa de suo credito ratione malæ fidei, etiam ex noviter deductis irritetur deliberatio, ad firmata per Rotam cor. Royas *dec.* 214. *n.* 14. *et* 15. Etenim limitatio ista
6 officere non potest, quia cum agatur de cambio limitato, tenebatur advocatus Joannes Baptista debitor deferre spaccia, & Cæciliæ denunciare fructus non esse debitos in quantitate conventa, & ab ea petita, et liquidata, quod cum non fecerit, creditrix permansit in bona fide, & multo jure opinari potuit, se esse creditricem in summa calculata, pro qua deliberationem obtinuit, ut observat Card. de Luca *in*
7 *supplemento de camb. disc.* 51. *per tot.* cum ad hunc effectum injustitia debeat esse adeo patens, ut nullo colore velari pos-
8 sit, ut inquit Rot. *dec.* 646. *n.* 5. *p.* 2. *rec. et dec.* 446. *n.* 1. cor. Card. Cerro; dum alias remanet consultum debitori in judicio ordinario experiri sua jura pro reparatione gravaminis, quod sibi illatum prætenditur, ut docet Rot. *in dec.* 95. *n.* 21. *et seq.* post Mangill. *de subhast.*

Cæterum fatale fundamentum manutentionis Cæciliæ fuit, quod advocatus Joannes Baptista, non a mandato, nec ejus executione, nec a subsecuta deliberatione appellavit, aut ullo modo reclamavit, sed tantum a successiva taxatione expensarum; unde, ut diximus, censetur tacite, vel indirecte acceptasse, & approbasse, ut in proposito respondit
9 Rota cor. Card. Cerr. *dec.* 446. *n.* 10. & dicitur se habere pro spoliato, imo cecidisse facto proprio a possessione, itaut
10 peti non possit manutentio, seu reintegratio, Arguell. *de acquir. possess.* q. 19. *art.* 1. *n.* 8. Rot. cor. Card. Cerro, *d. dec.* 449. *n.* 11. *et* 12. & fuit dictum in dec. quæ confirmatur, §. *fin.* reservatis in alio judicio, quæ circa illegitimitatem cambiorum deducebantur.

Et ita utraque &c.

R.P.D. MOLINES.

Romana Manutentionis.

3. *Januarii* 1695.

ARGUMENTUM.

Etsi contra deliberationem ob injustitiam deliberationis ex novis juribus desumptam manutentio non conceditur, decernitur tamen reintegratio, quando deliberatarius est ipsemet creditor, in declarationem *disc.* 40. Card. de Luca *de judic.*

SUMMARIUM.

1 *Judex nulliter, & injuste procedens, non privat possessorem ejus possessione.*
2 *Justitia sententia debet cognosci ex eisdem actis ante sententiam exhibitis.*
3 *Deliberationem injuste passo succurritur officio judicis remedio reintegrationis, vel manutentionis.*
4 *Et ista duo remedia simul possunt cumulari.*
5 *Itaut, quod magis proficuum est, eligatur.*
6 *Manutentio competit etiam quando revidetur causa in gradu restitutionis in integrum.*
7 *Justitia actus inspicitur ad interpretandam illius approbationem.*

DECISIO XXI.

Cum ex deductis in altera decisione hac eadem die emanata inter easdem partes, liquido appareat excessus momenti executionis, & deliberationis, seu adjudicationis domus controversæ, ad quam devenire procuravit Cæcilia pro obtinenda restitutione sortis cambii, & solutione fructuum contra advocatum Quarantam, attento, quod creditum Cæciliæ non ascendebat ad sc. 381. facien. annualem subductionem capitalis, ut dicitur vulgo *per Schaleta*, exinde stante hoc manifesto excessu deliberationis secutæ pro dicta summa, existimarunt domini non esse procedendum ad legitimam mandati executionem de manutenendo concessi in altera instantia a R.P.D. meo Capranica Cæciliæ deliberatariæ, sed reintegrandum foret, & esse Nicolaum Feliuccium habentem causam a d. Quaranta.

Moti, quia quoties concurrit nullitas, & injustitia deliberationis, & apparet de excessu, procul dubio succurritur deliberationem passo per remedium manutentionis, seu reintegrationis, etiam adversus factum judicis, cum judex nulliter, & injuste procedens non privet possessorem ab ejus possessione, *l.* 1. & 2. *ff. ne vis fiat.* Posth. *de manut. obser.* 12. 1
n. 1. Rot. *dec.* 7. *n.* 10. & 11. *dec.* 70. *n.* 5. cor. Greg. *dec.* 91. *n.* 12. & 13. cor. Buratt. *dec.* 434. *n.* 2. cor. Royas.

Nec relevat, quod excessus commissus in deliberatione nō justificetur ex eisdem actis, sed ex novis juribus adductis longe post sententiæ deliberationem, atque ideo donec per rem judicatam fuerit rescissa deliberatio, non competat deliberationem passo remedium extraordinarium manutentionis, sed hoc interim concedi debet liberatario, cum ut judex spoliasse dicatur, debeat justitia ejus decreti, seu sententiæ justificari ex eisdem actis non autem ex post deductis, ex firmatis in decisionibus hujus causæ, cor. R.P.D. meo Capranica, nempe in prima 16 Febr. 1694. §. *Non obstat.* 2

Quia observarunt domini, quod licet deliberationem passo non competat de rigore juris remedium extraordinarium manutentionis, si injustitiam deliberationis probet ex novis juribus, & non ex iisdem actis; tamen cum non fuerit ex animo judicis, intrare debet judicis officium favore debitoris, & eidem alio remedio succurri & reparari manifestum præjudicium, quod cognoscitur illatum per suppositam injustitiam deliberationis, Rot. *dec.* 184. *n.* 27. cor. Royas; inde inolevit praxis cumulandi simul duo remedia, manutentionis, scilicet, & reintegrationis, ad tradita per Posth. *de manut. observ.* 57. *n.* 52. *cum seqq.* Card. de Luca *de judic. disc.* 43. *n.* 6. & 72. Rot. *dec.* 560. *n.* 23. *p.* 1. *rec.* itaut 3
quatenus primum manutentionis non competat, ex secundo reintegrationis succurri possit, Card. de Luca *ubi supra n.* 72. Ridolph. *in prax. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 70. Rot. *dec.* 392. *n.* 15. 5
p. 12. & *dec.* 15. *n.* 9. *p.* 18.

(Right-margin numbers 4 and 6 also appear faintly beside the text above.)

Ac proinde neque urget, quod causa mihi reperiatur commissa cum clausula, *sine præjudicio* deliberationis, quodque d. Quaranta debitor tacite approbaverit suppositam deliberationem, dum ab excessiva expensarum taxatione appellavit, quæ approbatio fuit admissa in utraque decisione hujus causæ R. P. D. mei Capranicæ, *ubique* §. *fin.* quia competit (ut in casu) manifesta injustitia deliberationis, & cum causa revideatur in gradu restitutionis in integrum, quæ reponit omnia in pristinum statum, & per eam lis reviviscit; inde fit, ut manutentio, sicut competebat, antequam sententia transitum fecisset in judicatum, ita quoque concedi debet in gradu restitutionis in integrum, Rota *dec.* 604. *n.* 4. cor. Buratt. *cum aliis in dec.* 45. *n.* 18. *ad* 22. *p.* 10. *rec.* & prætensa approbatio deliberationis ultimæ, quod in facto impugnatur ex parte debitoris, qui recipit interpretationem ab illius justitia, Rot. *dec.* 15. *n.* 7. post Posth. *de subhast.* Et ita utraque &c.

R. P. D.

R.P.D. DELL'OLMO.

Romana Manutentionis.

Ven. 21. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem materia in antecedentibus decisionibus pertractata, & ulterius traditur, quod idem judex, qui debitoris bona deliberavit, possit ex capite injustitiæ deliberationem revocare, adeout necesse sit a deliberatione appellare.

SUMMARIUM.

1 *Post secutam deliberationem amplius per eundem Judicem illa retractari non potest, Declara, ut n. 3.*
2 *Sententia confirmans alteram nullam, seu injustam, rescindi debet.*
3 *Judex ordinarius potest deliberationem nullam aut injustam a se factam retractare.*
4 *Fructus indebite exacti sortem extenuant.*
5 *Deliberatio facta virtute mandati excessivi corruit in totum, & n. 3.*
6 *Solutio quando præsumatur uniformis, cum aliis præcedentibus, & n. 7.*

DECISIO XXII.

VAlidam, & justam, ideoque confirmatione dignam reputarunt domini sententiam Rotalem a R. P. D. meo Molines prolatam confirmatoriam alterius, per quam judex deputatus ab A. C. in priori instantia revocando adjudicationem, seu deliberationem domus, de illius mandato præcedentes consummatam, manutentionem seu reintegrationem concesserat debitori eandem deliberationem nulliter passo.

Neque adversus validitatem opponi valuit, quod judex prioris instantiæ, postquam functus fuerat officio suo domum adjudicando Cæciliæ creditrici, nequiverit, ad odi-
1 tationem retractando, debitori reintegrationem concedere, per Text. *expressum in l. a Divo Pio, §. si post addictum pignus, ff. de re jud.* indeque, nullitate hac attenta, hoc idem vitium contraxerit sententia Rotalis prædictum antecedens
2 judicatum confirmans, Bart. *in l. si ut proponis 4. in fin. C. quom. & quand. jud.* Paris. *cons. 106. n. 16. lib. 4.* Rot. *dec. 129. n. 8. & dec. 346. n. 4. p. 1. rec. & dec. 219. n. 9. p. 4.*

Non enim subsistit nullitas dicti prioris judicati, quippe cum judex ab A. C. deputatus jure ordinario processerit, in eoque est speciale ad differentiam judicis delegati, ut potuerit sententiam, & multo magis decretum a se nulliter latum re-
3 vocare, per Text. *in l. Præses, C. quom. & quand. jud.* Bart. *in d. l. a divo Pio eod. §. Si post addictum in n. ff. de re judic.* Ridolph. *in prax. p. 1. cap. 13. n. 531. & seqq.* Card. Albiz. *de inconst. in judic. q. 37. n. 324. cum seqq.* Card. de Luca *de judic. disc. 3. n. 14.* Rot. *dec. 32. n. 30. p. 15.* & in Menopolitana beneficiorum 27. Junii 1685. §. *fin.* coram Eminentissimo D. Card. Caccia Archiepiscopo Mediolanen.

Porro nullitatem, & injustitiam præcedentis adjudicationis, unde promanant etiam validitas, & Justitia sententiæ illam revocantis, & per consequens judicati Rotalis, domini iterum hodie desumebant, ex quo nulla facta præcedenti liquidatione, ad eandem adjudicationem processum fuerit pro credito illiquido, & excessivo, nimirum pro sorte cambii scut. illiusque fructibus in quantitate sc. 81. quando facta schalari supputatione cambiorum excessive ultra cursum platearum solutorum, hæc per viam legalis imputa-
4 tionis sortem ipsam extenuaverant, juxta regulam desumptam *d. l. si non sortem, ff. de cond. indeb. & l. eos 26. §. fin. super, C. de usur.* quam relatis concordantibus tradunt, & sequuntur Merlin. *de pign. lib. 5. q. 45. n. 80.* Olea *de cess. jur. tit. 6. q. 10. a n. 36. & seqq.* Rota cor. Bich. *dec. 151. n. 20. & 21. dec. 201. n. 1. 11. & 12. & latius in rec. dec. 63. per tot. p. 18.* cum aliis in dec. hujus causæ edita super articulo deliberationis 31. Januarii 1695. §. *Prout nec ad evitandam*, cor. Rev. P. D. meo Molines; quo excessu stante, nullitas tam in mandato, quam in subsecuta adjudicatione remanet insanabilis, ut propterea debitor facto Judicis, & partis ita nulliter, & injuste spoliatus, in priori sua possessione ma-
5 nutentionis, vel reintegrationis remedio sit reponendus, Mangil. *de subhast. q. 31. n. 5.* Rot. cor. Bich. *dec. 218. n. 2. & 3.* Rot. *in rec. dec. 493. n. 3. & seqq. p. 18. & dec. 331. n. 2. & seqq. p. 19.*

Absque eo quod memoratus excessus controverti potuerit ex novo calculo per hæredem Cæciliæ deliberatariæ hodie efformato, in quo admissa sortis reductione ad sc. 266. adhuc cumulatis fructibus, postea usque ad diem deliberationis decursis, creditum Cæciliæ figurabatur in quantitate transcendente summam sc. 381. pro qua secuta fuit deliberatio sive dijudicatio.

Erroneitas siquidem hujus novi calculi clara detegitur tum ex eo, quod ab anno 1665. usque ad totum annum 1668. fructus soluti calculantur in summa cursui seriatum correspondente, eo quia quietantiæ creditricis cantent in genericam fructuum solutionem usque ad certam diem, nulla eorum expressa quantitate; & tamen data præexistenti conventione ad rationem sc. 7. pro centenario; quodque aliæ quamplures specifice factæ reperiantur ad hanc conventam rationem, cæteræ quoque uniformes in eadem quantitate cursum seriatum excedente præsumi debent, ad Text. in
6 *l. unica, ubi gloss. verb. primordium, C. de impenend. lucrativ. descript. lib. 10.* plene Rot. *dec. 401. n. 20. & seqq. p. 16. rec.* Tum & magis ex judiciali ipsius mulieris oblatione, in
7 qua asserendo sortem in scutis 300. & residuales fructus in scutis 81. pro utraque summa insimul coacervata obtinuit deliberationem expleri; hæc enim confessio in actu adeo proportionato, & maxime in Judicio emissa, plene probat contra confitentem, & habentes causam ab eo, fructus non excessisse quantitatem expressam in dicta scut. 81. Coccin. *dec. 494. n. 1. & 2. & dec. 1242. n. 5* cum vulgaribus passim; quo fit, ut deliberatione semper respective sortis excessiva remanente, pro summa, in qua decrementum admittitur, in totum corruat, & debeat retractari; *l. si centum*, ubi communiter scribentes, *ff. de cond. indeb.* Duran. *dec. 388. n. 4.* Bich. *d. dec. 218. n. 16.* Rota *in rec. dec. 254. n. 2. p. 16.*

Atque hinc inutilis prorsus visa est electio novi periti calculatoris, quæ ex parte hæredis Cæciliæ postulabatur; quia cum excessivitas deliberationis detecta fuerit, tam ex notula sub initio causæ exhibita coram judice prioris instantiæ, adversus quam id unum fuit oppositum, quod esset locus imputationi, quia ageretur de cambiis bona fide perceptis, quam etiam ex facto ejusdemmet hæredis, decrementum admittentis in sc. 266. petiti electio deferenda est ad aliud judicium, in quo creditor aget pro consecutione crediti, quod factis necessariis subductionibus residuum erit. Et ita utraque &c.

R.P.D. CAPRARA.

Viterbien. dotis.

Lunæ 25. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de eodem articulo in præcedentibus decisionibus deciso.

SUMMARIUM.

1 *POssidenti Auctore Prætore datur manutentio.*
2 *Vitium litigiosi tollit jura tertii possessoris, & preservat viam executivam.*
3 *Sola sufficit citatio ad inducendam litis pendentiam.*
4 *Quoties deliberatio non sit nulla, non potest ratione injustitiæ retractari remedio manutentionis.*
5 *Limita, si injustitia sit patens, & n. 6. & 7.*
8 *Ut mulieris fidejussio teneat, exigitur, quod velleianorem habeat, & n. 10.*
9 *Quodque indotata non remaneat.*
11 *Et ad hunc effectum non considerantur, quam bona dotalia, licet mulier aliud possideat.*
12 *Exceptio illiquida non valeat retardare judicium.*

DECISIO XXIII.

CEnsuerunt domini dandam esse manutentionem Dianoræ in possessione prædii nuncupati di *Campo Grastone*, quia habet intentionem fundatam in possessione capta mediante decreto favorabili Eminentiss. Thaurusii nunc A. C. Locumtenentis; ideoque uti possidens Auctore Præ-
tore, merito venit manutenenda, *elug. §. terdwenda instit. de inter-* 1

interdict. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 575. cum aliis
per Rot. *dec.* 513. *n.* 2. *p.* 1. *rec.*

Nec visum fuit obstare, Com. Paolum Spadam moder-
num prædii possessorem, uti tertium, in hoc judicio non
potuisse executive conveniri, quia cum ipse acquisiverit di-
ctum prædium a Livia Rossolina de Caprinis herede Hippo-
lytæ Paschæ, lite pendente inter ipsam, & Dianoram, in-
trat vitium litigiosi, quod tollit jura tertii possessoris, &
2 præservat viam executivam, etiam contra acquirentes, jux.
in Text. *in l. fin. C. de litigiosis*, Cancer. *variar. res. p.* 2. *cap.*
12. *n.* 17. & 18. Rot. cor. Priol. *dec.* 240. *n.* 4. & *in rec. dec.*
268. *p.* 10. & *dec.* 296. *p.* 18 *utrobique n.* 3. & 4.

Lis autem super dicto prædio deducitur ex eo, quod Dia-
nora spoliata dicto prædio dotali, mediante illius delibera-
tione facta favore Hippolytæ usque de anno 1664. monito-
rium super manutentione expedivit, necnon jura produxit,
quæ ad inducendam litis pendentiam exuberant, cum ad
3 hunc effectum sola citatio sufficiat, *Clem. fin. ut lit. non
contest.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *c.* 4. *in præfat. numer.*
368 Rot. *dec.* 454. *n.* 4 *p.* 1. *rec.*

Minus subsistit, quod adversus deliberationem factam fa-
vore Hippolytæ, undique perfectam, & nullo vitio laboran-
4 tem, agi non possit judicio manutentionis, *l.* 1. & 2. *ff. ne
vis fiat ei*, Menoch. *cons.* 449. *n* 5. Posth. *de manut. observ.*
12. *n.* 1. Rot. *dec.* 361. *n.* 2. & *dec.* 577. *n.* 8. *p.* 5. *rec.*

Quoniam hoc non procedit, si deliberatio sit evidenter
5 injusta, quia injustitia patens, & notoria æquiparatur nul-
litati, *cap. inter cætera*, cum ibi notatis per scribentes, *de
re judic.* Roland. *cons.* 6. *n.* 37. *cum duobus seq.* Posth. *de ma-
nut. observ.* 12. *n.* 9. Rot. *post eundem dec.* 9. *n.* 19. Proinde
sicut adversus factum Judicis nulliter procedentis competit
6 manutentio, cum tunc dicatur agere tanquam privatus,
Corn. *cons.* 193. *n.* 5. *lib.* 3. Posth. *de manut. observ.* 12. *num.*
108. & *seq.* Rot. post. addit. Cenc. *de cens. dec.* 54. *in princi-
pio*, coram Buratt. *dec.* 614. *n.* 1. & cor. Cavaler. *dec.* 540.
n. 9. ita competere debet adversus factum Judicis, qui noto-
7 rie injuste processit, quamvis alias ordo judicii fuerit legi-
time servatus, Posth. *de manut. in sæpe dicta observatione*
12. *n.* 36. & *seq.* Rot. *post eundem dec.* 9. *n.* 21.

Injustitia vero deliberationis desumitur ex nullitate obli-
gationis fidejussoriæ emissæ per Dianoram in censu sc. 300.
ab ejus viro imposito; tum quia ipsa non remanebat cauta
super aliis bonis viri per eum jam totaliter distractis, prout
8 ad validitatem obligationis mulieris requiri, firmat Rot co.
Martin. Andrea *dec.* 79. *n* 4. cor. Greg. *dec.* 333. *n.* 7. & *in
rec.* 79. *n.* 10. *p.* 15. & *dec.* 463. *n.* 8. *p.* 18. tum etiam, quia
? Dianora indotata, vel saltem ultra dimidiam ejus dotis læ-
9 sa remansit, ideoque minus efficaciter obligata, ex dedu-
ctis per Fontanel. *de pactis nuptial. clausula* 7 *glos.* 1. *p.* 6. *n.*
4 & *seqq.* & *n.* 31. Card. Mantic. *de tacitis lib.* 11. *tit* 19. *n.*
37. Modern. Episc. Isclan. *disp.* 112. *n.* 11. Rot post Pich. *ad
Stat Urb. dec.* 11. & post Cens. *de cens. dec.* 23 *n.* 5.

Neque hæc nullitas obligationis ob privilegium medieta-
tis dotis obumbrari potest ex eo, quod medietas dotis calcu-
lata a perito in sc. 843. diminui debeat pro summis e dote
extractis ad effectum solvendi debita ipsius Dianoræ, quia
plures ex illis jam fuerunt deductæ ab eodem perito, & plu-
res non sunt justificatæ, & demum aliæ constituunt modi-
cam quantitatem, qua etiam admissa, adhuc medietas do-
tis excedit scut. 600. juxta calculum Dianoræ, *Summaria
Responsiones n. unico*, quod solum sufficit ad effectum nulli-
tatis ejus obligationis, quia prædium supradictum, quod
? unice superest de ipsius bonis dotalibus, fuit pro scut. 600.
Hippolytæ deliberatum; ideoque, ut Dianora saltem cauta
10 sit pro medietate suæ dotis, in hoc prædio manutenenda ve-
nit, ex auctoritatibus supra allegatis.

Absque eo quod habendæ sint in consideratione aliæ alie-
nationes post deliberationem prædii controversi per Diano-
ram factæ, eo quia resultat ex peritia, in qua describuntur
omnia bona, & corpora dotalia, quod ista non erant hujus
naturæ, sed paraphernalia, & patrimonialia ejusdem Dia-
noræ, quæ quoad indotationem considerandam non sunt
attendendæ, sed tantum habetur respectus ad bona dotalia,
11 ad tradita per Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clausula* 7.
glos. 2. *p.* 6. *n.* 42. Larrea *alleg.* 35. *n.* 30. Salgad. *labyrint.
credit. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 81. Mallin. *de confisc. q.* 31. *n.* 91.

Nec demum refragatur, quod pretium prædii controversi
pro sata scut. 276. erogatum fuerit anno 1664. in solutione
cujusdam debiti anterioris credito dotali Dianoræ; nam dū
Auctria Com. Pauli ex cujus juribus ipse retentionem præ-
tendit, fuit ab anno 1664. in mala fide constituta, & in lite
ann. 1689. succubuit, & judicato acquievit, ac rursus
ipsemet Comes ab an. 1688. prædium controversum occu-
pat, certum est, quod antedictum creditum, ex perceptio-
ne fructuum per 30. & ultra annos, jamdiu remansit extin-
ctum, vel saltem illiquidum, & sic non aptum Dianoræ
manutentionem impedire, ea vulgata conclusione desum- 12
pta ex *l. fin. C. de compensat.* de qua plene Rot. *dec.* 345. *n.* 12.
p. 18. *rec.* Et ita utraque &c.

R. P. D. P I O.

Spoletana Bonorum super Deliberatione.

Merc. 30. Januarii 1697.

A R G U M E N T U M.

Deliberatio an, & quando sustineatur in casu, quo
præsentia pecuniæ deficiat? ad ornatum *disc.* 40.
Card. de Luca *de judic.*

S U M M A R I U M.

1 *IN deliberatione, si non interveniat pecunia nu-
merata, actus est nullus.*

2 *Amplia, ut non sufficiat habitam fuisse fidem de
pretio.*

3 *Limita, quando una cum fide de pretio concurrat
creditorum consensus, ad quorum instantiam fit
subhastatio.*

4 *Præsentia pecuniæ in deliberatione inducta fuit fa-
vore creditorum, ut assequi valeant eorum satis-
factionem.*

5 *Et hujusmodi valor valet per creditores renunciari.*

7 *In deliberatione sufficit, quod interveniat debitoris
liberatio, licet pecunia numeratio non currat,
& n.* 8.

9 *Dummodo liberatio sit certa, & non generica, seu
ambigua, ait promissio de accollando, & quid si-
mile.*

10 *Ac interveniat in ipsomet actu deliberationis, quia
ex post non sufficeret.*

11 *Mandatum de immittendo in Civitate Spoleti in-
servit loco instrumenti deliberationis.*

12 *Consensus creditorum, ut deliberatio sustineatur a
nullitate deficientia pecuniæ numeratæ, sufficit,
quod interveniat etiam ante actum deliberatio-
nis.*

13 *Conditio intrinseca, & promanans ex ipsa natura
negotii, si explicite apponatur in deposito, illud
non vitiat.*

14 *Retractatio semper admittitur, quoties non adsit
tertii præjudicium.*

15 *Deliberatio facta ex consensu debitoris, qui credi-
torum convocavit concursum, non potest ab eo
impugnari sub prætextu nullitatum.*

16 *Protestatio contraria facto non attenditur.*

17 *Causarum diversitas ex quibus eliciatur.*

16 *Judex appellationis super jure dividuo, & discon-
nexo potest differendo judicium respectu alterius
super uno tantum pronunciare.*

D E C I S I O XXIV.

BOna quæ vigore consensus literis Sacræ Visitæ præfiniti a
Jacobo Brancadoro, *sub n.* 1. ad illius creditorum in-
stantiam sub publica hasta exponebantur, deliberata fuere
Zacchen majori oblatori pro summa scutor. 1302. qua deli-
beratione consummata per viam nudæ oblationis & habita
per creditores fide de pretio, antequam mādatum de immit-
tendo reportaretur, ut ex documento Notarii *summ. n.* 10.
lit. B. juxta stylum civitatis Spoleti, satis probatum ex atte-
statione plurium curialium, *sed. summ Zacchei n. finali* s
putans Brancadorus terminum e jure assignatum pro relu-
tione bonorum non adhuc expirasse, vendidit eadem bona
Venerabili Monasterio Divæ Mariæ de Stella, & aliis de
Romanis, convento pretio scutorum 1302. animo tamen
succedendi in juribus d. liberatarii, *summ. n.* 6. *lit. B.*

Sed agnito inefficaci hujusmodi remedio, ex quo decen-
nium ad reluendum lapsum fuerat, curavit illud ad judicia-
le forum provocare mediante appellatione ad A. C. a decreto
de deliberando interposita, coram quo rejectis per senten-
tiam oppositis nullitatibus ad ulteriorem appellationem
Bran-

Brancadori, cum hodie cor. me dubitari contigerit sub
congruo dubio de viribus ejusdem deliberationis, illa
Dominia sustineri visa fuit.

Segregando utramque nullitates inficientes ipsam delibera-
tionem ab aliis judicii ordinem concernentibus, cor. A.
C. non relevat illa principalis ea eo deducta, quod in actu
deliberationis non intervenerit pecunia numerata, sed habi-
ta fuerit tantummodo fides de pretio, contra literam Tex-
tus *in leg. a Divo Pio, § sed si emptor*, ubi Bart. Angel. &
1 Aret. *ff. de re judicata, cum concordan.* penes Rot. in Ro-
mana Casalium 24. Februarii 1684. § *sed etiam vers. secun-
da nullitas*, cor. Matthæjo, & 21. Julii 1688. § *inter pla-
res*, cor. Emin. Mediolanen. & in Spoletana reintegratio-
nis 11. Maii præteriti, § *altera denique*, cor. R. P. D. meo
Caprara, quasi Judici executori tributa fuerit certa potestas
in causa limitata, ut scilicet rei subhastatæ pretium in cau-
sam liberandi debitorem converteretur, quæ non impletur, si
de præsenti fides habeatur, sed solum si illud actualiter ex-
solvatur, Gratian. *disc.* 329. *n.* 4. ubi etiam de Luca, Man-
2 gil. *de subhast.* q. 13. *n.* 9. Posth. *eodem tract. inspect.* 37. *n.* 11.
Castill. *dec.* 10. *n.* 31. Giurb. *disp.* 53. *n.* 9. *& seq.*

Quoniam ista juris conclusio in se vera illam singulari-
ter semper recepit limitationem a Doctoribus constanter
approbatam, quando una cum oblatione, seu fide de pre-
tio, concurrat creditorum consensus, ad quorum instan-
3 tiam sit subhastatio, ut tradunt Urceol. *concl. jur. verb. ad
Judicati, concl.* 52. *n.* 60. Mangil. *d. q.* 13. *n.* 17. 20. *&* 25.
& q. 117. *n.* 6. plene Salgad. *in labyrint. creditorum p.* 3. *c.*
2. *n.* 7. & pluribus sequentibus, Rocc. *disp. jur. c.* 155. *n.* 4.
Giurb. *dicta disp.* 53. *n.* 7. Rot. *dec.* 232. *n.* 4. *p.* 3. & post
Giliam. *ad statut. Perus. disp.* 5. *n.* 4.

Idque ex ea potissima ratione, quia cum præsentia pecu-
niæ inducta fuerit favore creditorum, ut assequi valeant eo-
4 rum satisfactionem, ex firmatis per doctores, & signanter
per novam ad *l. si tempora a n.* 20. *C. de* *de instrum.* Giurb.
d. disp. 52. *n.* 8. & dicit Rot. cor. Greg. *dec.* 430. *n.* 4. *& dec.*
98. pariter penes Posth. *de subh.* possunt ipsi tali juri renun-
ciare, ut vigore eorum consensus impleatur per equipollens
hujusmodi causa, & inducatur debitoris liberatio, saltem
per viam delegationis ea ministerio legis, & Judicis, qui lo-
co debitoris delegare videtur emptorem rei subhastatæ, &
emptorem se obligare creditori, ad cujus instantiam fit sub-
5 hastatio, atque creditor, dum permittit tradi possessionem
sine numeratione emptorem in suum debitorem acceptare
censetur, prout totidem verbis animadvertit Posth. *dict. in-
spect.* 37. *n.* 63. *& seq.* Rota *d. dec.* 232. *n.* 2. *p.* 3. *rec.*

Atque ideo ad dicti Textus censuram, pecuniæ verbum
6 non ita rigorose accipi debet pro pecunia, quæ ad numerum
datur, sed pro satisfactione, Ridolphin. *in praxip.* 1. *cap.*
15. *n.* 116. Mangil. *d. q.* 13. *n.* 21. *& q.* 14. *n.* 10. *in fin. &* 6.
7 *n.* 11. aptum proinde comprehendere omnem modum, per
quem ille, cujus bona subhastantur, præsentare a suis credi-
toribus liberetur, ut præter adductis inquit Posth. *d. in-*
8 *spect.* 37. *n.* 52 Rot. *d. dec.* 232. *n.* 4. dummodo tamen satis-
factio interveniat certa, & non generica, seu ambigua, uti
promissio de accollando, & quid simile, Mangil. *d. q.* 13.
n. 22. *q.* 61. *n.* 12.

9 Et quamvis interventum memorati consensus sequiri in
ipso actu deliberationis notavit Rot. cor. Peuting. *dec.* 421.
n. 13. cum aliis in dicta Romana Casalium, cor. Matthæjo,
§ *multoque minus*, cor. Eminentissimo Caccia, § *deficientia*;
adeoque arguebant informantes pro Brancadoro, suffraga-
ri non posse illum, qui præstitus dicebatur in præsenti the-
mate, cum non probetur intervenisse in tali circumstantia.

Placuit adhuc responsio, quod juxta stylum civitatis Spo-
10 leti, pro consumanda deliberatione non exaratur instru-
mentum, sed ejus loco succedit mandatum de immittendo,
ut ex dicta fide, *summ. n. fin.* Quamobrem, quidquid sit de
consensu superveniente post perfectam deliberationem, in
quibus terminis loquuntur omnes authoritates in objectu
allegatæ, ex jam insinuata oratione, quod deliberatio non
assequeretur finem liberandi debitorem a juribus exopta-
tum ac ab ipso momento perfectionis actus dimetiri, cer-
tum est quod hic consensus, de quo agitur, convincatur ad-
hibitus ante mandatum de immittendo, quod idem est ac,
ante actum deliberationis; unde censeri debet sufficientissi-
11 mus, & patificatus assensui præstito in eodem actu, ex iis-
dem doctrinis mox recensitis, & in individuo de consensu
præstito ante mandatum de immittendo, optime tradit
Rot. in altera Spoletana bonorum 29. Januarii 1683. § *mi-
nus facit*, coram eodem Card. Matthæjo.

Ejusdem etiam irrelevantiæ detegitur alterum objectum
quod etiam prætendebatur ex qualitate depositi condisiona-
lis in sequelam deliberationis emissi, eo quia Zacchæus ob-
tulerit scuta 1600. comprehensa domo inhabitata per debi-
torem, ejusque valore; & quatenus ista declarasset velle re-
tineri dictam domum pro suo credito dotali, depositum li-
mitavit ad scuta 1300. Quandoquidem, cum dicta condi-
tio, quod idem est, ac si dictum fuisset, quatenus domus
remanere debeat ipsi deliberata, nec cadat sub deliberatione,
non fuerit impeditiva liberæ solutionis alterius scut. 1300.
quæ erat necessaria pro explenda integra dimissione credito-
rum, sed respiceret simplex interesse uxoris, cujus contraria
declaratio erat in pari compensatione coæquanda, per con-
sequens tanquam intrinseca, ex ipsa natura negotii proma-
nans, non vitiat ullo modo depositum, sed illud semper ad-
mittitur, ut generaliter Cenc. *q.* 11. *n.* 29. & in specie Asin. 12
de exempt. § 1. *cap.* 31. *n.* 25. *& seq* signanter *n.* 29. *in fin.*
Posth *de subhast. insp.* 17. *n.* 190. itaut secuta deinde decla-
ratione uxoris, depositum scutorum 1300. usque ab initio
reputetur purum, & integrum in vim retrotractionis ad 13
suum principium, quæ semper locum habet, ubi non aga-
tur de præjudicio tertii, Rocc. *select. disp. jur. cap.* 111. *n.*
15. Rot. *dec.* 258. *n.* 1. *p.* 12. & bene Posth. *cit. tract. inspect.*
26. *n.* 43.

Animadvertebant Domini demum, quod non versamus
in deliberatione coactiva, sed in deliberatione secuta prævio
consensu debitoris, sponte convocantis creditorum concur-
sum, imo deliberationem ex post etiam approbantis, dum
putans terminum reluendi bona adhuc durare, illa vendit
Monasterio, ut supra præmisimus, sub explicita lege, quod
dicti cessionarii solverent Zacchæo scuta 1300. in ejusque
juribus succederetur; in quibus sane terminis, dum finis di-
mittendi creditoris impletus fuit mediante reali satisfactio-
ne, cessant respectu debitoris omnes nullitates, quæ per ejus 14
præambulum assensum, & multo magis per subsequentem
approbationem sanatæ remanent, ex regula, de qua *dec.* 56.
n. 3. *&* 4. *p.* 6. *dec.* 291. *a n.* 1. *ad* 13. *p.* 9. *& dec.* 1. *n.* 8. *&* 9. *p.*
18. *rec.* Absque eo quod approbatio, quæ ex prædicta ven-
ditione elicitur, inficiari possit ob protestationem cor. Vica-
rio emissa non acceptandi validitatem subhastationis, ad
quam protestationem habita fuit relatio in instrumento po-
stremæ venditionis; quoniam prædicta protestatio non ac-
ceptandi deliberationem implicat cum subsequenti instru-
mento, in quo omnia extrema talem approbationem præse-
ferentia recensentur, subingressus nempe in juribus delibe-
ratarii, & subhastationis, quod fieri non potest absque ac-
ceptatione validitatis antecedentis deliberationis, & proin-
de quidquid sit in aliis compatibilibus, negari non potest, 15
quoniam in hac parte, incompatibili, ac memorata prote-
statione fuerit excessum, Amat. *res.* 10. *n.* 27. *& seq.* Urceol.
de transact. q. 63. *n.* 5. *&* 13. Rot. *dec.* 384. *n.* 4. *p.* 4. *rec.*
Absolutis huc usque nullitatibus deliberationis, cum de cæ-
tero aliæ duæ invalidæ, scilicet graduationis, & illiquidi-
tatis creditorum, pereuntiant particulare dubium sub altera
decisione examinan. magis insubsistentes visæ fuerunt illæ,
quæ allegabantur adversus sententiam A. C. Quod enim ap-
pellatio tanquam interjecta ab individuo decreto de delibe-
rando, sub quo decreto fuit in partibus nedum validitas de-
liberationis, nec non etiam graduationis, ideoque non po-
tuerit A. C. scindere causam pronunciandi solum super deli-
beratione sub tacito judicio graduationis contra creditores,
est parvi momenti; nam cum validitas deliberationis nil
commune habeat cum graduatione, nec ullam invicem de-
pendentiam legalem habeat, sine qua personæ, ac petitio- 16
nes sint diversæ, sive quia ex diversis juribus oriuntur, ex
congestis per Rot. cor. Cæval. *dec.* 264. *n.* 2. & cor. Celso
dec. 209. *n.* 3. rite potuit judex super jurium dividuo, & di-
sconneao, differendo judicium respectu alterius, super uno
tamen pronunciare, juxta Text. *in l. non idcirco, ff. de re
judic* Felin. *in l. eam inter sub n.* 6. *vers. fallit primum de re
judic.* Rot. cor. Gregor. *dec* 488. *n.* 6. *dec.* 13. *p* 2. Sicuti et- 17
iam concludit, quod idem A. C. tulerit sententiam absolu-
toriam adversus reluitionem, ac manutentionem, quando
appellatio pendebat a præfato decreto de deliberando; ete-
nim cum in partibus per Brancadorum petita fuerit relui-
tio, & in Curia insisteretur super manutentione, tanquam
in sequelam minus validæ deliberationis, ut ex iisdem pe-
riculis informationum, non valet exinde A. C. redargui
de excessu jurisdictionis, dum absolvendo Zacchæum a
reluitione, ac manutentione, validitatem ipsam decreti
de deliberando declarasse dignoscitur.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. P I O.

Spoletana Bonorum super Deliberatione.

Lunæ 1. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Præcedenter firmata approbantur.

S U M M A R I U M.

1 *IN deliberatione exigitur interventus pecuniæ, alias actus nullus reputaretur.*
2 *Limitatur, si creditores voluerint gratificare deliberatarium, & fidem ei de pretio habere, dummodo illorum consensus præstitus sit vel ante actum deliberationis, vel in eodem momento, quo illa peragitur, ac quatenus effectiva sequatur debitoris liberatio.*
3 *In civitate Spoleti mandatum de immittendo inservit loco instrumenti deliberationis.*
4 *Et ideo ad deliberationem sustinendam sufficit, quod creditores declarent fidem de pretio habere ante illius expeditionem.*
5 *Si nullitas proveniens a defectu solemnitatum allegari non potest a tertio.*
6 *Contractus Ecclesiæ, & minoris solemnitatibus destitutus habet implicitum statum validitatis.*
7 *Liberatio debitoris secuta dicitur ex præstatione consensus per creditores emissa in deliberatione, habita fide de pretio, &* n. 8.
9 *Quoties deliberatio sit voluntaria, non vero coacta, non requiritur consensus deliberatoris in contentamento creditorum habendi fidem de pretio, licet pretium exuberaret pro eorundem creditorum dimissione.*
10 *Deliberatio semel approbata, amplius impugnari non potest.*
11 *Amplia, etiamsi in actu approbationem secum ferente præservativa adesset impugnationis.*

D E C I S I O XXV.

STabilita limitatione regulæ traditæ *a lege Divo* Pio, §. *sed si emptor, ff. de re Judic.* actualem numerationem pecuniæ pro deliberationum validitate exigentis, ubi cum oblatione, seu fide de pretio adnectitur creditorum assensus, ad quorum instantiam fit subhastatio, eam ob rationē, quia hujusmodi præsentia pecuniæ inducta fuit favore creditorum, ut assequi valeant eorum satisfactionem, qui possunt
1 ideo tali juri renunciare, dummodo intercedat vera liberatio debitoris, illaque admissa cum consulto temperamento contemporanei concursus prædicti consensus ipso actu deliberationis, vel antecedenter ad illud, cum subsequens non sufficiat, ut aliis relatis firmavit Rota cor. Peuting. *dec.* 121. n. 13. & in Romana Casalium 24. Februarii 1684. *Multo-*
2 *que minus*, cor. clar. mem. Cardinali Matthæjo, & 21. Junii 1688. §. *qua deficientia*, cor. Eminentissimo Caccia.

DD. denuo visa fuit sustineri deliberatio bonorum Jacobi Brancadori eo innixi fundamento decisionis 30. Januarii præteriti coram me, quia nempe exigitur consensus creditorum, qui constitit intervenisse, antequam per Zacchæum deliberatarium reportaretur mandatum de immittendo, quod cum juxta stylum civitatis Spoleti probatum ex fide curialium succedat loco instrumenti deliberationis, satis
3 est, ut assensus ante illud præstitus parificetur assensui dato ante actum deliberationis, juxta firmata in his terminis per
4 Rotam in altera Spoletana bonorum 19. Januarii 1683. §. *minus facit*, cor. eodem Cardinali Matthæjo.

Non obstat, quod inter creditores adessent etiam Moniales S. Matthæi, & fratres de Trignit minores, qui non poterant cōsentire habita fide de pretio, nam quidquid sit de hoc, adhuc tamen hujusmodi nullitas non potest allegari a Bran-
5 cadoro debitore, Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* .... *p.* 1. *n.* 7. cum illorum contractus implicitum habeat statum validitatis, adeout semper in minorum, seu Ecclesiæ potestate reposi-
6 tum sit illi uti, vel non uti, ad tradita per Gabr. *cons.* 20. *n.* 67. *lib.* 2. Borgnin. *de tutor. n.* 170. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 130. Surd. *dec.* 278. *num.* 22. Rota post Pich. *ad Stat. Urb. dec.* 60. *n.* 7.

Nec pariter refragatur, quod de tempore præstiti consensus non intervenerit effectiva, & præsentanea liberatio debitoris, mediante finali quietantia potenda a suis creditoribus, sed ipsa longe post consummatam deliberationem obtenta fuerit. Unde arguebatur, quod prædictus consensus resolvatur in simplicem dilationem solvendi pretium ad solum commodum deliberatarii. Quoniam quietantia a creditoribus emissa post susceptum mandatum de immittendo, respicit solum interesse Zacchæi, qui tanquam ex novo contractu, postquam creditores consenserunt de habendo fidem de pretio, novo etiam obligationis nexu erga creditores alligabatur, nec isti de tempore præstiti consensus tenebantur quietare Zacchæum de pretio, quod non receperant, & non ab illa dimetiri debet debitoris liberatio, cum hæc jam a memorato consensu plenarie, ac re ipsa inducta fuerit, ut 7
in specie Postb. *de subhast. inspect.* 37. *n.* 68. Rota *post ipsam dec.* 98. *n.* 4. *& in rec. dec.* 465. *n.* 1. *& dec.* 284. *n.* 2. *p.* 3. & quidem per viam delegationis ex legis ministerio, ac judicis, qui loco debitoris delegare videtur emptorem rei subhastatæ, adeout censeatur eundem emptorem se obligare creditori, atque creditorem, dum permisit tradi possessionem numeratione, emptorem in suum debitorem acceptare, ut cum Postk. 4. *inspect.* 73. *n.* 63. advertit dec. 8
quæ confirmatur, §. *Idque*,

Minus etiam relevat, quod cum pretium exuberaret pro dimissione creditorum, necessarius proinde foret consensus ipsius Brancadori; non enim deficit iste consensus, nec antecedenter ad actum deliberationis mediantibus instantiis ipsius Brancadori sponte convocantis concursum, in quibus sane terminis non consideratur, an sit præsens nec ne; sed deliberatio sustinetur, etiam si fides de pretio fuerit habita, ut distinguendo casum coactivæ venditionis ab altera, quę sit voluntarie ab ipso debitore, notat Grat. *discept.* 326. *nu.* 9
50. Nec subsequens desideratur, attenta reali approbatione deducta ex venditione eorundem bonorum facta Venerabili Monasterio Divæ Mariæ de Stella, alias de Romania, sub explicita lege, quod idem monasterium solveret pretium sc. 1300. Zacchæo primo deliberatario, in ejusque juribus succederet, adeoque eo minus deliberatio jam semel, atque 10
iterum approbata valet nunc impugnari, *l. si eo tempore, ff. de restit. pignor.* Cravet. *cons.* 108. *n.* 3. *vers. Ideo post sententiam*, Rota cor. Dunoz. jun. *dec.* 758. *n.* 6. & in Romana fideicommissi de Collectis 1667. cor. clar. mem. Cardinali Matthæjo, & 16. Junii 1670. coram bon. mem. Albergato, utrobique, §. *finali*.

Hæc autem posterior approbatio non amplius detorqueri meretur in aliam causam ob præmissas protestationes impugnandi jam perfectam deliberationem, ad quam habita fuit relatio in postremæ venditionis instrumento; ut enim pon- 11
deratur in priori causæ decisione, absque eo quod pactio de subingrediendo in juribus deliberatarii (quæ pernecesse præsupponit eorundem jurium realitatem, in quibus subingredi debebat) contrarietur de directo protestationi non acceptandi sæpe dictam deliberationem, atque ideo stante hac manifesta implicantia, ab ea censeri debet recessum, ut incompatibili cum conditione, ac tanquam protestationi facto evidenter contraria, & idcirco minime attendenda, ut bene Rota in Romana Census 25. Februarii 1686. §. *Nihil urgenter*, cor. Eminentiss. Caccia.

Demum parvi facienda visa fuere ea, quæ repetebantur de non integritate depositi in scut. 114. 23. 28. nam ut alias fuit adnotatum in priori causæ decisione, §. *ejusdem etiam*, cum ex declaratione facta ab uxore Brancadori retinendi domum pro suis juribus dotalibus, quæ retrotrahi debet ad diem stipulatæ deliberationis, jam extarent scut. 300. pro ejusdem interesse ex his; idcirco si depositum suppleatur, nemo non videt, quod potius remanet valde excessivum, quam deficiens.

Et ita in reliquis approbando priorem decisionem resolutum fuit, utraque &c.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Forosempronien. Testamenti super Expensis.

Lun. 5. Aprilis 1699.

A R G U M E N T U M.

An in refectione expensarum ratio haberi debeat de mercede interpretis adhibiti occasione examinis in partibus expleti?

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *EXpensæ quæ vivæ appellantur, reficiendæ sunt, & debentur ratione victoriæ.*

2 *In Rota occasione refectionis expensarum merces advocati, & procuratoris taxantur in scutis decem pro qualibet instantia.*

3 *In eisdem scutis decem non comprehenditur merces interpretis, quæ separata taxantur.*

4 *In taxatione expensarum ratio haberi debet de mercede interpretis, & n. 5.*

6 *In concursu facti actum postponitur.*

7 *Stylus ex contrariis actibus subvertitur.*

DECISIO XXVI.

QUatuor conformibus pronunciatum fuit sententiis Rotalibus validum fuisse, & legale testamentum bo. me. Innocentii Sabatelli, ac proinde ultimus judex R.P.D. meus Caprara in executionem rei judicatæ taxavit de more expensas in sc. 1c 39. 83. Sed ab hac etiam moderatione tanquam excessiva appellantibus fratribus de Passionia, commissa mihi fuit suprema litis cognitio, ad cujus limites subscripsi solitum dubium, *An constaret de excessiva taxatione expensarum*: cujus resolutio sub die 30. Martii proxime elapsi dilata fuit, commissumque mihi, ut inquirerem de stylo nostri Auditorii in liquidandis expensis procuratoris & interpretis, qui in partibus adhibentur in processibus Remissorialibus, ideoque hodie per sedulo recognitis publicis actorum documentis, non dubitarunt Domini in repropositione causæ, *Negative*, in omnibus respondere.

Etenim sicut nulla prorsus oriebatur difficultas in judicialibus expensis quæ constantur ex Registris, Propinis, Processibus, cæterisque similibus hic in curia persolutis; nam illæ, quæ vivæ appellantur, reficiendæ omnino sunt, &
1 debentur ratione victoriæ, ad Text. *in l. properandum*, §. *sive autem*, *C. de judiciis*, Rot. cor. Priol. *dec.* 47. *n.* 5. & 642. *n.* 6. & 7. *p.* 18. *rec.* & in Palentina beneficii super expensis 17. Junii 1697. cor. R. P. D. Pio, & in alia Palotina Canonicatus super expensis 9. Febr. 1699. *in principio*, cor. R. P. D. Caprara; ita etiam minus redarguenda erat de excessu tenuis summa scut. 10. monetæ, quæ pro qualibet instantia adscripta fuit procuratoris patrocinio, & advocati honorario; quamvis enim litium sumptus longe multoque excedant, nihilominus nostrum Tribunal temperato juris rigore in hac solum quantitate illas taxare consuevit, Rot. cor. Dunoz. *dec.* 948. *n.* 6. & cor. Cerro *dec.* 909. *n.* 9. & *dec.* 270. *n.* 3. & *p.* 16. *rec.* & in Lauden. Pensionis super
2 expensis 4. Martii 1697. cor. R. P. D meo dell'Olmo, & in Cæsenaten. expensarum 28. Februarii 1698. cor. bon. mem. Reverendissimo Ursino.

Quo vero ad expensas de partibus, frustra etiam illas de excessu notare satagebant succombentes in duabus tantum partitis, altera nempe sc. 18. 30. pro patrocinio procuratoris, & altera sc. 60. 35. solutorum interpretibus necessario conductis in Curia Episcopali Foro Semproniem. pro compilandis Processibus Remissorialibus; siquidem respectu impensæ procuratoris in partibus adhibendi, utique comprehendi nequit in præfata summa sc. 10. monetæ, quæ hic in urbe pro qualibet instantia fuit reducta, & moderata, sed illa tanquam distincta, separatim a judice de partibus taxa-
3 ri solet, & ideo distincte etiam satisfieri debet, & refundi, ut alias firmavit Rot. cor. Coccin. *dec.* 1703. *n.* 6. & *dec.* 1721. *n.* 2. & 6. & in hac causa sic liquidatæ fuerunt expensæ in judicio manutentionis, ut ex notula per acta causæ producta, & ex decisione sub die 16. Maii 1695. subsequenter promulgata cor. R. P. D. meo Muto.

Respectu vero mercedis interpretum, illa pariter reficienda videbatur, ospote impensa judicialis, & viva, pro explendo scilicet trino testium examine a Rota demandato,
4 ad tradita coram Bichio *dec.* 73. *n.* 1. Cers. *dec.* 909. *n.* 9. & coram Cels. *dec.* 269. *n.* 2.

Quæ quidem facilius Domini in hujus causæ repropositione admittere non indubitarunt, dum accitis per me Notariis, revolutisque actorum publicis documentis, obvia fuerunt plura exempla causarum, ex quibus liquido constitit, nunquam aliter expensas procuratoris, & interpretum fuisse a judice de partibus liquidatas, & in eadem prorsus quantitate subinde etiam fuisse a nostro Tribunali taxatas in
5 refectione generali expensarum, ut singillatim recognovit in Fanen. de Galletis 16. Martii 1672. cor. Bourlemont, & in Melevitana Sponsaliorum 7. Febr. 1684. & in Parmen. Jurispatronatus 14. Junii 1684. & in Maceraten. hæreditatis 13. Octobris 1684. cor. Paulutio, & in Bononien. Bonorum 6. Aprilis 1685. & in alia Bononien. fideicommissi de Ghisilis 19. Aprilis 1694. utroque cor. bon. mem. Rev. Emerix, & in Bonon. Pecuniaria cor. bon mem. Rev. Ursino, & in Cæsenaten. Dotis 30. Januarii 1697. cor. me, a quibus causis quoties fuit appellatum, semper Rota negative respondit quoad excessum, ut præ cæteris videre est in dicta Bononien. fideicommissi de Ghisellis, commissa in gradu ultimæ appellationis R. P. D. meo Pio, & resoluta 25. Junii 1694. & in dicta Cæsen. Dotis super expensis, commissa Rev. Ursino olim Decano, & resoluta 28. Februarii 1698.

Nihil propterea relevante quadam attestatione lite pendente procurata a deputato a secretis Collegii Patronorum Sacri Palatii Apostolici, nedum quia loquitur illa de expensis procuratori, & interpretibus persolutis cor. Judice subdelegato ab A. C. non autem a nostro Auditorio, ubi viget superius adducta praxis, & observantia prorsus inconcussa; sed etiam quia tanquam simplex fides attendi nequit, vel dum standum est potius ipsi facto, quod prævalet d. Testi, etiamsi concludenter deponeret, per ea, quæ tradit Alciat. *resp.* 248. *n.* 6. *vers. non obstat*, Batt. *tr. var. axiom.* 93. *n.* 9. 6
& *seqq.* vel dum stylus, si quis esset, tot adductis exemplis, & contra actibus perpetuo a Rota servatis omnino destrui- 7
tur, & eliditur, Gregor. *dec.* 262. *n.* 9. & *dec.* 285. *n.* 55. *p.* 11. *rec.* Et ita utraque &c.

R.P.D. ANSALDO.

Romana Testamenti.

Ven. 14. Martii 1693.

A R G U M E N T U M.

Sententia Rotalis, quæ aliqua decernit, in decisionibus emanatis non stanta, quibus in casibus nulla reperiretur ob resistentiam Constitutionum relatarum per Card. de Luc *in relat. Roman. Cur. disc.* 22. & an sententia nulla possit ob ejus justitiam confirmari?

S U M M A R I U M.

1 *SEntentia Rotalis non conformis decisionibus præcedenter panditis est nulla.*

2 *Consuetudo Sacræ Rotæ extendendi brevem decisionem, ubi causa non meretur sine gravi partium dispendio novam repropositionem.*

3 *Et stylus certiorandi Rotam de novis objectis suscitatis.*

4 *Judex appellationis obstringitur judicare duntaxat super iis, de quibus disputantur.*

5 *Renunciatio super validitate sententiæ, quoties sola validitate disceptatur, sustinetur de æquitate, si nullitas opposita sit turbida.*

6 *Sententia Rotalis potest exprimere ea, quæ veniunt in sequelam contentorum in decisionibus.*

7 *Remotio Oeconomi non est de consequentibus ad cognitionem super validitate, vel invaliditate testamenti.*

8 *Pendente judicio super possessorio, cognosci potest coram alio judice super petitorio.*

9 *In negotio pendente coram uno Auditore Rotæ, non valet alter Auditor se ingerere.*

10 *Cautio indefinite decreta durat usque ad consummationem litis, secus si restrictive ad aliquam instantiam.*

11 *Judex in sententia potest exprimere quidquid venit in consequentiam resolutionis, quod multifariam exemplificatur, n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*

19 *Auditor particularis Rotæ non potest causam expedire cæteris inconsultis.*

20 *Appositio Oeconomi successit loco cautionis.*

DECISIO XXVII.

CUm varia suscitaverit dissidia testamentum D. Lauræ, in quo re ipsa, ac in substantia posthabitis propriis Nepotibus, & Nepotibus ex Marchionissa Maria Isabella fil. progenitis, ex asse instituerat hæredem R. P. D. Franciscum Mariam Caraffam, binæ ab initio signanter lites insurrexere; una nempe respectu manutentionis ob possessionem utrinque, ut fieri solet in his casibus, adeptam, & altera super validitate tabularum ipsius testamenti, commissaque prima R. P. D. meo Priolo, secunda autem Reverendiss. Domino meo Decano, utraque deinceps sortita fuit expeditionem. Verum circa primam ex successivo defectu R.P.D. Caraffæ in præstando, seu renovando cautionem demandatam a nostro Tribunali in ipsa expeditione causæ, quoad fructus ex bonis eidem per viam manutentionis assignatis

pet-

percipiendos, appositus extitit Oeconomus; secunda vero per cedulam definita ultra declarationem validitatis testamenti supergressa est ad decernendam remotionem Oeconomi, aliorumque impedimentorum. Quapropter de excessu hujus postremæ sententiæ merito conquerentes Nepotes D. Lautæ, facile obtinuerunt (præscindendo etiam ab alia nullitate, quam simultanee promovebant ob incompatibilem, ut ipsi opinabantur) admissionem articulorum, & contestuelem causæ expeditionem hodie coram me resolvi pro infirmatione sententiæ ejusdem Reverendissimi Decani.

Et sane cum (ut latius responsum fuit in Romana Cambii 31. Januarii proxime præteriti coram me) præscripta Apostolica, ac stylus S. Rotæ prohibeant, ne nostri Ordinis Auditor excedat limites decisionum, quæ præcedenter partibus, & publico communicantur, idque sub ea potissima ratione, ne eædem partes, contra quas panduntur decisiones, ad nimirum laudabilem finem, ut valeant mediante nova Audientia deducere, quidquid expedire sibi putent pro impediendo imminenti, & proximo judicato, defraudatæ quodammodo remaneant, si aliud dicat sententia, aliud comminentur decisiones singulariter in Tribunali Sac. Rotæ semper sententiam præcedentes; alias ipsa sententia, quæ supra, vel præter firmata, sive insinuata in eisdem decisio-
1 nibus pronuncietur, nulla omnino sit, & inutilis, sicuti præter adductas super hoc stylo, & Constitutionibus Pontificiis Authoritates, in prædicta Romana Cambii *sub §. ita nec etiam*, cor. me, videre ad exuberantiam est apud Card. de Luca *in relat. Rom. Cur. disc* 32. *n.* 50. Rot. *dec.* 246. *n.* 3. *p.* 19.

Adeout si casus, & ratio fortasse præbeat, quod importantia dubii, sive objectionis pro retardanda expeditione suscitatæ par succumbentem non mereatur causam cum gravi earundem partium dispendio reproponi, æquissima introducta fuerit, & justa consuetudo per prius extendendi alteram decisionem, quæ brevis appellatur, quave mediante satis fit difficultati supervenatæ, & Auditor servando legem Tribunale præscriptam, & nodum ejusdem supervenatæ difficultatis obtruncat, & sententiam fert ad normam decisionum, quemadmodum practicatum fuit in præ-
2 fata Romana Cambii coram me, & pariformiter liquet servatum in Dertbusen. Jurisdictionis 5. Junii 1697. coram R.P.D. meo Pio, & in Firmana Salviani 31. Julii subsequentis, ant. Reverendiss. D. meo Decano; vel quatenus neque tanta molia existat suscitatum objectum, ut oporteat etiam hanc brevem subextendere decisionem, requiritur, quod Domini certiores effecti fuerint novæ oppositionis, ut dicitur, per memorialia, quæ distribuuntur ad impediendam expeditionem, hisque non obstantibus Domini demandent causam expediri, prout bene declaratum
3 fuit in Bonon. fideicommissi de Ghisellis super renunciatione, & usufructu, 4. Julii 1687. §. *prout non urget*, cor. Eminentiss. Cardinali Caccia Archipræsule Mediolanen. & concordat, quantumvis non ita clare se explicet, Decisio in Burg. Juris exigendi redditionem rationis 29 Januarii 1691. §. *neque obstat*, coram bon. mem. Benincasa.

Hinc, ut præmisimus, jure merito Nepotes D. Lautæ proclamabant de nullitate, ac expresse in dictis pluries fuerant protestati, ut cognosceretur de eadem nullitate liquido resultante ob injunctam in sententia remotionem Oeconomi, aliorumque impedimentorum, de qua nec verbum in decisionibus, aut expeditione causæ factum apparebat, in quibus profecto terminis, nisi pars sibi ipsi consuluerit, ut insimul cum dubio regulariter dari assueto in gradu appellationis, sive secundæ Instantiæ, scilicet, *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, adjiciatur, *vel potius danda sit commissio, avocatio*, aut aliud quid simile congruens hypothesi, nequit Judex reflectere ad merita, sed obstringitur ex solo capite hujus nullitatis infirmare sententiam,
4 juxta communiter receptam doctrinam Bart. *in l. si ex proponis n.* 6. *vers. quæro utrum*, *C. quomodo, & quand. jud.* Caball. *cons.* 149. *n.* 36. *ib.* 1. Scarc. *de appellat. q.* 19. *remed.* 2. *conclus.* 6. *n.* 111. *& seqq* Ridolph. *in prax. par. cap.* 13. *n.* 275. *seqq.* Adden. ad Gregor. *dec.* 176. *num.* 16. Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 11. *num.* 33. *cum seqq. juncto num.* 23. Paul Jordan. *variar. lucubrat. tom.* 8. *lib* 14. *tit.* 25. *num.* 354. Rot. coram Coccin. *dec.* 764. *num.* 20. Pamphil *dec.* 346. *num.* 2. ibique Adden. *nu.* 14. Bich. *dec.* 44. *& dec.* 272. *utrobique num.* 1. *& part.* 9. *rec. dec.* 340. *num* 5. & in Placentina Nullitatis Professionis 31 Martii 1656. §. *fin.* coram bo. me. Albergato; fallente solum hac Bartoli doctrina, ac regula, quoties nullitas opposita contra sententiam non sit ita perspicua, sed arrogat gradum probabilem justæ dubitationis, quo casu ex quadam epicheja, ac prudentia Juris conceditur,

ut adhuc possit confirmari, non obstante Partis contradi- 5
ctione, ex adnotatis per Adden. ad Gregor. *dict. dec.* 176. *sub num.* 16. *vers. imo si sit dubia*, Rot. *dec.* 29. *num.* 26. coram *sanctæ* mem. Alexandro VIII. *dec.* 889. *numer.* 3. coram Card. Cerr. *& dec.* 51. *pariter numer.* 3. *part.* 15. *recent.*

Cognoverant defensores R. P. D. Caraffæ insanabilem ex hoc abstracto motivo nullitatem sententiæ quam, ut diximus, reportare fategerant a Reverendissimo D. meo Decano; & ideo non audentes impugnare propositionem, & regulam, de qua superius, totam vim acuebant in prætendendo, quod demandata per sententiam remotio Oeconomi, aliorumque impedimentorum, foret de consequentiis ejusdem sententiæ, ideoque, ut bene super addebant (nisi subjecta materia repugnasset) poterat sustentari sententia capiens etiam id, quod non apparet deductum in deci-
sionibus antecedentibus, sed venit in sequelam expresso- 6
rum in eisdem decisionibus, sicuti habemus in omni contingentia tertio præjudiciali, ad tradita per Cravett. *cons.* 704. *sub n.* 4. Ruin. *cons.* 189. *num.* 16. *lib.* 2. Rota coram Seraph. *dec.* 1410. *n.* 23. & coram Cels. *dec.* 395. *n.* 3. *& dec.* 360. *n.* 23. *part.* 18. *rec.* & in præcisis terminis sententiæ Rot. cor. Royas *dec.* 385. *num.* 8. *& in recent. dec.* 156. *num.* 8. *part.* 11. *dec.* 229. *n.* 7. *& seqq. & dec.* 381. *n.* 17. *part.* 17. *& dec.* 164. *n.* 2. *part.* 18. & in Romana devolutionis domus, cor. Ubaldo *dec.* 57. *num.* 3. *&* 4. confirmata 27. Martii 1686. §. *frustra namque*, cor. bo. me. Benincasa, & explicatum, ac resolutum nuperrime fuit in Neapolitana Pensionis 17. Februarii proxime elapsi § *fin.* coram me.

Verum subjecta materia repugnabat, vel saltem non assistebat intentui defensorum, quia nullibi de consequentia validitatis testamenti est, quod amoveantur Oeconomus, aliaque impedimenta, quorum appositio non est regulariter de sequela testamenti, sive validi, sive invalidi, sive aliunde ex rationabili provisione Tribunalium promanat, 7
quemadmodum patet de per se, ac pariformiter de recenti, constat ex causa diu acriter ac mature agitata in illo Forosempronien. Testamenti, cor. R. P. D. meo Caprara sub die 25. Junii 1696. & 4. Martii 1697. & coram me sub die 9. Decembris ejusdem anni, & 17. Februarii proxime præteriti; in ea namque quantumvis difficultas versaretur super validitate, vel invaliditate testamenti, neque petitus, neque appositus, neque remotus fuit Oeconomus.

Potissime vero & citra hæsitationem: quia nec appositio Oeconomi facta fuerat ab initio per judicem delegatum super validitate testamenti, sed per R. P. D. meum Priolum Judicem alterius causæ super manutentione, unde etiamsi pendentia judicii super possessorio coram uno judice non impediat, quo minus alter super petitorio valeat 8
cognoscere, & pronunciare, uti habetur per Text. *in l. naturaliter*, §. *Nihilominus*, *ff. de acquir. possess.* Posth. *de manut. observ.* 6. *n.* 31. *& seqq.* Tondut. *de prævent. part.* 1. *c.* 24. *n.* 3. *cum seqq.* Rota *dec.* 348. *per tot.* cor. Bich. nihilominus cardo nullitatis non stabat in definitione petitorii, quod valide, ac recta poterat Reverendiss. D. Decanus cognoscere, & definire ad limites suæ particularis in hoc commissionis, sed in ordinanda remotione Oeconomi, aliorumque impedimentorum, quod nec in decisionibus continebatur, neque alio modo, qui esset necessario consecutivus, ad sibi commissam provinciam pertinebat, sicuti hucusque satis aperte demonstratum est; addito præsertim, quod secundum ab initio insinuata, causa ipsa circa hæc provisionalia remedia, cautionis nempe prima vice, ejusque loco Oeconomi, actu permanet coram prælaudato R.P.D. meo Priolo, proindeque nullo modo valebat judex super testamento se ingerere circa negotium, & causam Oeconomi coram alio coadjutore effective pendentem, ex animadversis per bo. me. Cocc. *annot.* 152. *num.* 1. Adden. ad Pamphil. *dec.* 176. *n.* 8. Rot. *dec.* 142. *n.* 8. *part.* 18. 9
recent.

Incalescebat ultra rigorem juris, & consonantiam ordinis præfata nullitas ex præcipua intrinseca ratione injunctæ appositionis Oeconomi, quæ nullatenus versabatur circa validitatem testamenti, sed occasione hinc inde petitæ manutentionis, quæ cum pro considerabili parte fuisset concessa R.P.D. Caraffæ, exitarat salubriter, ut moris est, demandata per Tribunal respectu fructuum ab eodem R. P. D. Caraffa percipiendorum, ad finem, ut in casu succumbentiæ Nepotes D. Lautæ invenirent vel fructus extantes sub cautione, sub Oeconomo, cumque lites, & jurgia non se restringerent ad simplicem subsistentiam, aut insubsistentiam testamenti, prout neque ad simplicem instan-

manutentionis tunc pendentis, coram R. P. D. meo Priolo, sed forte decreta quoad litem in genere, quæ postmodum velut Hydra multiplicavit in aliis capitibus, & signanter circa legitima, & super transactione, quam validam, & justam prius A.C. & deinde nostrum Tribunal declaravit, hinc proinde nequibat Reverendiss. D. meus Decanus tanquam judex simpliciter delegatus ad causam testamenti tangere personam, sive appositionem Oeconomi, quæ non respiciebat ullo modo simpliciter causam testamenti; nam cum, ut jam diximus, appositio Oeconomi successerit loco cautionis, quidquid proinde sit de cautione injuncta ad simplicem instantiam, ut animadversis per Henrig. *de fidejuss. c.* 20 §. 20. *ver n. 4. cum seqq.* Capyc. Latr. *consult.* 49. *n.* 17. profecto ubi cautio decreta est indefinite pro lite, durat usque ad consummationem ipsius litis, sive, ut dicitur, usque ad judicium terminatum, non autem resoluta duntaxat prima, vel alia successiva instantia, ut distin-
10 guendo habetur in Modern. *tract. de commerc. & merc. disc.* 91. *n.* 12. & 19. & *disc.* 92. *num* 3 *cum seqq.* & dixit Rota *dec.* 84. *num.* 15. coram Coccin. & *dec.* 56. *num.* 15. *cum. seqq.* coram Pamphili. & concordant Carpan. *ad statut. Mediol. tom.* 1. *cap.* 111. *n.* 14 & *seqq.* Henrig. *de fidejuss. d. c.* 20. §. 19. *n.* 14. Gratian. *discept.* 348. *n* 23. Modern. Palm. *alleg.* 156. *n.* 14. & *alleg.* 157. *n.* 3.

Et ad ostendendum ulterius, quod regula alias verissima, & nuper per DD. meos affirmata in dicta Neapolitana pensionis 17. Mensis proxime præteriti, §. *n.* cor. me, circa facultatem, vel necessitatem exprimendi in sententia absque vitio nullitatis ea, quæ descendunt in consequentiam principalis resolutionis nullatenus percutiebat casum præsentem; & ideo quod neque doctrinæ, quæ allegabantur pro parte R. P. D. Caraffæ, concernebant proprios terminos, in quibus residebat controversia, placuit DD. meis satisfacere quibuscunque exemplis, ac decisionibus, quæ per eundem R. P. D. Caraffam, ejusque defensores circumferebantur ad insinuandum, quod sententia non dicatur excedere limites decisionum, si excedat in his, quæ veniunt in consequentiam captæ resolutionis, patefaciendo eminentius, quod quæcunque cætera exempla erant revera necessario consecutiva ad id, quod decisum, ac resolutum extiterat; quo sane casu nil mirum, si judex in sententia foris pandit, quod intus aderat, ad exemplum excutientis granum a spicis, adductum per text. *in l. adeo*, §. *Cum quis aliena in fin. ff. de acquir. rer. domin.* in dicta Neapolitana
11 Pensionis, d. §. *fin. post princ.* coram me.

Siquidem prosequendo eadem exempla, præcisive pro nunc ab enucleatis in mox allegata Neapolitana Pensionis profecto si fuerit ex. gr. decreta devolutio ad favorem Domini directi, qui nunquam nisi temporaliter dominium rei propriæ in emphyteusim concessæ deperdiderat, vel deperdere cogitaverat, de consequentia necessaria est, ut recuperato in vim antecedentis resolutionis, sive decisionum, dominio per Dominum directum, ac cessante subalterno per Emphyteutam, omni jure tribuatur idem
12 Domino directo associatio ad rem suam, ut egregie fuit practicatum in Romana devolutionis Domus cor. Ubag. inter ejus impress. *dec.* 57. *n.* 3. & 4. confirmata sub die 27. Martii 1686. §. *Frustra namque*, cor. bo. me. Benincasa.

In ipsum procedit in condemnatione, quæ passim fit in sententiis quoad fructus, quantumvis de eisdem fructibus nullum verbum factum appareat in decisionibus: quoniam ubi natura judicii secum trahit restitutionem fructuum ad favorem actoris triumphantis, benefacit judex, quando in sententia condemnat ad fructus, qui ex ratione intentati
13 judicii erant necessario, & manifesta de sequela ejusdem judicii, & hos terminos fuerit *dec.* 179. *num* 8. *cum* 2 *seqq. part.* 11. *recent.* alias *a dec.* 468. cor. Bich. & *dec.* 89. *nu* 4. *cum seq. part.* 18.

Non dissonans ab his exemplum est sententiæ Rotalis specificantis corpora præcisa, ad quæ generaliter in decisionibus concessa legitur immissio; nam cum dubia, quæ in nostro Sacro Auditorio proponuntur, consulendo brevitati, ac, ut par est, dignitati, generice concipiantur, attamen de more in fine exprimunt, *in casu &c.* videlicet in casu, & ad effectum, de quo agitur, ut bene observavit Rot. *dec.* 370 *num.* 13. cor. Bich & *dec.* 479. *num.* 7. *part.* 18. *rec.* sicque ubi dicitur, *an danda sit immissio in casu &c.* quoties Tribunal rescribit, *dandam esse immissionem*, proculdubio non transgrediendo etiam formam dubii, intelligitur in casu, & ad effectum, in quo versatur inter partes disputatio, scilicet, an danda sit immissio in corporibus, ad quæ Judices Ordinarii præcedenter per eorum sententiam nominatim concesserant immissionem; quapropter recte in sententia quæ per Sac. Rotam in gradu appellationis, sive ulterioris delegationis debet pronunciari, infirmando, vel confirmando veterem sententiam judicis, *a quo*, specificantur corpora, quæ vel erant in prima sententia individuata, vel erant individuanda, & hi sunt casus, de quibus habetur *in dec.* 310. *n.* 22. *part.* 14. *dec.* 229. *n.* 7. & *seqq.* & *dec.* 381. 14
n. 17. *part.* 17. & *dec.* 164. *n.* 2. *part.* 18.

Suboritur etiam quandoque, quod A. C. a cujus Tribunali frequentius ascendunt appellationes ad Rotam, concesserit immissionem ex aliquo coram se intentato remedio competente, & Rota in substantia confirmaverit sententiam ipsius A.C. quapropter in expeditionem causæ Auditor, cui erat appellatio commissa, det immissionem, quæ evidenter non minus, quam ostensum fuerit in supra adductis exemplis, necessario venit in sequelam volitæ confirmationis, sive approbatæ sententiæ ejusdem A. C. & adamussim est casus, super quo insistebat R. P. D. Caraffa in Romana Fideicommissi de Marianis, coram Royas, quæ sane decisio, *in ordine la* 375. sic præcise diluit, & enervat 15
objectum, prout ocularitet apparet *sub n.* 7. *vers. Nec refert*, ubi merito Sac. Rota subjungit, quod etsi sacrosanctæ dispositiones, & Constitutiones Pii IV. & Pauli V. vetant, ne Dominis inconsultis particularia Auditor causam expediat, non tamen ob hoc necessitas inducatur proponendi dubia superflua, juxta ea, quæ antecedenter definivit, seu respondit *in dec.* 48. *num.* 5. cor. Manzaned. & *dec.* 170. *n.* 10. *part.* 6. *rec.* & postmodum *in dec.* 468. *n.* 9. & 10. cor. Bich. & *dec.* 55. *n.* 4. cor. Ubag. & *dec.* 331. *n.* 6. & *seq. par* 10. & in Bonon. Fideicommissi de Ghisleriis 4. Martii 1689. §. *Minus efficit*, cor. bo. me. Benincasa.

Consecutiva ad præmissa exempla præbet experientia 16
quotidiana casus consimiles a patronis causarum Sacri Palatii Apostolici vel alias approbatis in nostro Tribunali ab eorum assueta diligentia animadvertendos, quosque superfluum est dinumerare, cum facile existat cognoscere, an resolutio, quæ præcessit, secum in claram, seu necessariam consequentiam trahat id, quod in cedula per eosdem patronos porrigi solita Auditoribus commissariis nostri ordinis continetur: Siquidem, si canonizata, ex. gr. fuerit validitas alicujus census, non est dubium, quod sententia possit, ac debeat exprimere etiam manutentionem in exigendo fructus non minus præterlapsos, quam futuros, veluti consequentes ad eandem validitatem, quantumvis de eisdem fructibus neque verbum haberetur in decisionibus editis super ipsa validitate census, ut signanter respon- 17
sum fuit in Romana Census 15. Februarii 1686. §. *fin.* cor. Eminentiss. D. Card. Cerro.

Nec pariter ab his aberrat exemplum associationis, quæ conceditur emphyteutæ in sententia; licet enim decisiones simpliciter affirment emphyteutam esse admittendum ad moræ purgationem: quia tamen moræ purgatio ex benignitate juris canonici, & epicheja judicia, magnorumque Tribunalium admissa reintegrat emphyteutam ad pristinum statum, utique clausulæ contentæ in instrumento investituræ, & non minus dominum directum, quam emphyteutam ligantes exposcunt, ut mediante associatione familiæ Principis seu judicia emphyteuta reponatur in lo-
cum, & possessionem, ad quam ex prædicta benignitate sacrorum Canonum, & Tribunalium, per purgationem moræ 18
reviviscit, juxta animadversa, & firmata in Romana, seu Portuen. Tenutarum super negotio principali 17. Junii anni præteriti, §. *Et quidem*, coram R.P.D. meo dell'Olmo.

Meminimus supra de objectis, & discussis in Neapolitana Pensionis 17. Februarii præterlapsi cor. me, in qua fuit affirmatum, sententiam Reverendiss. D. Decani minime subjacere vitio nullitatis, etsi ultra declaratam extinctionem pensionis ex causa contracti matrimonii per pensionarium processerit ad demandandam restitutionem pensionum perceptarum a pensionario a die per eum initi matrimonii, quoniam id apertissime resultabat a necessaria sequela tituli juxta sensum captæ resolutionis extincti in radice ob incompatibilem statum Matrimonii, quemadmodum latius videre est, Lotber. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. 19
num. 48. *cum seqq.* aliisque uberius (ut patebat) dispunctis in præfata Neapolitana Pensionis, §. *Remansisset*, & *sequenti*, coram me.

Et revera sentientes defensores R.P.D. Caraffæ efficaciam rationum, quas præ oculis habuerunt DD. in capessenda hodierna resolutione, conabantur corroborare sententiam, quam obtinuerunt, ex alio quodam æquitativo adminiculo, sive apparenti, & plausibili ponderatione, nempe ex ces-

satione

latione præjudicii Dominorum de Muris, quia demandata per sententiam Reverendissimi Decani remotio Oeconomi aliorumque impedimentorum, nullum poterat interim consequi effectum, vel inferre detrimentum; veluti dependens a subsequenti ordinario judicio super validitate, vel invaliditate testamenti; unde subjungebant, quod supposita in ulterioribus instantiis confirmatione testamenti (prout sibi suadebant) Oeconomus suapte natura decidebat, sive erat removendus; hinc nihil eorundem DD. de Muris intererat, quod sententia a futuro judicato dependens exprimeret a parte ante; quod faciendum erat in fine, sive ea post. Verum hujusmodi colorata consideratione non attenta, Domini, ut diximus, persisterunt in infirmatione sententiæ ex inconcussis rationibus, & motivis quæ jam superius expressa, ac infirmata fuere; non enim ex hac frigida ratione prætergrediendæ, vel inobservandæ fiunt regulæ juris ac Religiosissimi nostri Tribunalis, excedendo normam decisionum circa ea, quæ necessario non consequuntur a resolutione capta, sive a decisionibus, quæ præcedunt sententiam; maxime quia, ut præmisimus, Oeconomi, aliorumque impedimentorum appositio convincebatur injuncta per totam litem, non autem restricta intra Cancellos instantiæ validitatis, & invaliditatis testamenti, quam ob tem eum & supremineat quæstio super viribus transactionis, & super consecutione in omnem casum legitimæ, quam ad omne pejus, & in quoddam saltem subsidiarium præsidium simultanee de facto sub hodierna DD. de Muris, nimis durum extitisset præjudicium saltem in pericu-
20 lo, si iidem DD. de Muris etiam finita causa testamenti admisissent retentionem Oeconomi pro aliis prætensionibus subrogatam loco illius cautionis, quæ prudenter ordinari passim consuevit per Tribunalia, ubi lis agatur inter subditum, & potentem, teste Pat. de Tenut. c. 10. n. 26. Giaz. in addit. ad Capye. Lat. dec. 3. n. 8. Card. de Luca de judic. disc. 3. num. 12. Rot. dec. part. 13. per tot. & præcipue sub n. 2. vers. Et propterea part. 2. divers. & dec. 504. num. 4. cum seqq. part. 13. recent. in Taurinen. Decimarum 27. Aprilis 1668. §. penult. & in fin. coram bon. mem. Calstajo Romana, seu Lunen. Sarzanen. successionis 14. Aprilis 1687. §. Primo enim, coram bon. mem. Rondinino, & in Romana Legati de Cataffis super sequestro 25. Junii 1696. §. Minus ex altera in fin. coram bo. me. Emerix jun.

Et ita utraque &c.

REVERENDISS. P. D. MOLINES DECANO.

Spoletana Bonorum.

Lun. 9. Febr. 1689.

A R G U M E N T U M.

Declaratur theorica in superius recensita decisione contenta, traditur nempe, quod si sententia non sit decisionibus conformis, non corruat, si lata fuerit per capita separata, vel sit simpliciter confirmatoria alterius, quæ per separata capita prolata noscatur.

S U M M A R I U M.

1 *Sententia continens ea quæ in decisione non continentur, est nulla.*

2 *Sententia in parte excessiva, in totum ratione individuitatis est retractanda.*

3 *Præsertim, si executioni sit demandata.*

4 *Limitatur, si facta fuerit per capita separata.*

5 *Hæcque limitatio pariter urget, si agatur de sententia lata sub unica verborum structura, quatenus sit alterius confirmatoria, & hæc prolata sit per capita separata.*

6 *Sententia quæ plus continet, quam decisio, sustinetur de æquitate, si pars excessiva fuerit expresse deinde renuntiata.*

7 *Eo magis quoties renunciatio emissa fuit, antequam executioni appareat demandata.*

D E C I S I O XXVIII.

Prætendebant in hodierna Audientia Prior Dominicus, & alii de Muris, constare de causis restitutionis in integrum adversus sententiam R. P. D. mei Caprara in judicatum transactam, non jam ratione illius injustitiæ, pro qua astruenda nil processus adducebant; sed ex capite nullitatis ex eo desumptæ, quod ultra reintegrationem ad bona del Gallo, veluti nulliter deliberata, concessetit etiam Mariano eorum fructus, nec quidem perceptos a die motæ litis tantummodo ad formam Decisionis eaodem sententiam de mote præcedentis, sed indefinite per viam confirmationis in omnibus, & per omnia sententiæ prolatæ in superiori instantia a clar. mem. Cardinali Thaurusio tunc A.C. Locumtenente; per quam cum iidem Mauri nedum fuerint condemnati ad restitutionem fructuum a die motæ litis, sed ulterius ad fructus perceptos a die deliberationis usque ad illum moti judicii, compensandos cum credito, pro quo secuta fuerat eadem deliberatio, clarum exinde inferebant consurgere nullitatem dictæ sententiæ Domini 1
mei Capraræ, utpote transcendentis limites Decisionum, ut præscripto notissimæ Constitutionis 44. san. mem. Pii IV. & alterius reformatoriæ Tribunalium sub titulo de Auditoribus Rotæ Pauli V. respondit eadem Rota dec. 163. nu. 2. & 3. part. 18. cum aliis collectis in Romana Cambii 31. Januarii 1688. §. Ita, & in Romana testamenti 14. Martii, §. & coram R. P. D. meo Ansaldo.

In negativam tamen Domini abiere sententiam, respondentes non constare de causis, moti, ex quo respectu reintegrationis ad prædia controversa indulta Mariano, sententia Domini Capraræ est absque ullo discrimine conformis decisioni; unde visa non est applicabilis objecta nullitas ratione deformitatis unius ab altera quoad fructus.

Non obsistente, quod sententia excessiva in parte ratione individuitatis corruat in totum, ex deductis in dec. 315. per totam, coram Puteo lib. 1. quam semper sequitur no- 2
strum Tribunal, potissime quando fuit executio demandata, ea plene relatis per Card. Cerrum dec. 817. n. 2. cum 3
seqq. Quoniam objectum procederet, quotiescunque unicum tantum, & non, ut in præsenti, plura contineret distincta capita; in hoc siquidem casu, quia quot capita, tot dicuntur esse sententiæ, ideo deformitas unius partis non aufert conformitatem quoad aliam omnino distinctam, & separatam, ut expresse declarat præallegata decisio Putei 4
n. 3. & comprob. dec. 553. nu. 1. coram Gregor. cum aliis adductis in dec. n. 5. & 6. coram Zarat.

Quod autem sententia R. P. D. Capraræ per unum caput concesserit reintegrationem, & per alterum separatum fructus, ex eo desumebatur, quod ea, ut præmonuimus, processit per viam confirmationis sententiæ Card. Thaurusii, unde cum per istam ad eandem reintegrationem, & fructus Mauri appareant condemnati per capita separata, confirmatio intelligenda est secundum naturam, & qualitatem actus confirmati, Bart. in l. Si mihi; & Titio n. 7 ff. de verb. 5
obl. ubi etiam Alciat. n. 28. Honded. cons. 76. n. 9. & 10. tom. 2. Rot. dec. 752. n. 4. in fine par. 3. rec. & in specie, quod sententia non dicitur deformis ab altera, quando quod explicite continetur in una, in alia dicitur implicite, notavit pluribus allegatis concordantibus, Rot. dec. num. 4. cor. Zarat.

Quod vero attinet ad condemnationem fructuum, etsi itidem applicabile non esset motivum dividuitatis sententiæ R. P. D. Capraræ, quia antecedens sententia Card. Thaurusii per illam confirmata, non processit per capita distincta, sed per unicam orationem; nihilominus tamen 6
posthabito juris rigore, ex alio fundamento censuerunt Domini salvari posse præadductam nullitatem excessus; eoque profecto, quod illam optime agnoscens Marian. sub die 29. Julii superioris anni, per publicum Chirographum declaravit, acceptare sententiam Rotalem in partibus, in quibus est conformis decisionibus, ei expresse renunciando in parte desormi, ut constat ex lectura ipsius Chirographi transcripti in summario ejusdem Mariani n. 2.

Quicquid autem sit, an de rigore juris ejusmodi renunciatio validare possit actum, quod jus restringit, considerantes tamen Domini ex una parte, quod ea emissa fuerit, antequam fratres de Muris reclamaverint de prædicta de- 7
formitate, & excessu, ut adversus id quod antea contendebat, hodie laudabili confessione admittebat eorundem fratrum causæ patronus & ex alia reflectentes, quod stante tali renunciatione, nulla Mauris allegabilis remanebat læsio, dum reliqua, quæ continentur in sententia, summa fulciuntur justitia, a Dominis iterum recognita & a succumbentibus non negata; ab omni æquitate dissonum apparuit infringere sententiam in hac parte ex motivo excessus confessi, & publico documento renunciati, adeoque satius esse duxerunt, stante producta renunciatione, habere dictum excessum, tanquam si scriptum non esset, quam tollere de medio judicatum in reliquis ejus partibus undique justum; ita enim referendo inutiles circuitus, & dispensationes superfluas, succurritur litigantium indemnitati, quorum favore omnis æquitas clamat, ne revocetur id, quod unico contextu concedendum foret, ut infiniti relatis respondit Rot. in dec. 562. n. 19. cor. Bichio, & in Romana Census 4. Martii

1697. §. *Nec porro eam seqq.* cor. me, & in specie optime dixit, & observavit in simili casu, in Bonon. fideicomm. 13. Junii 1698. §. *eas modo scribendi*, & in confirmatoria 9. Januarii proxime præteriti, cor. R.P. D. meo dell'Olmo.

Attenta potissime illa alia notabili circumstantia, quod sententiam R.P.D. Captaræ quoad fructus non fuit adhuc executioni demandata, unde cum nullum damnum dici possit Mauris illatum, sed res in eodem statu existat, quo antea erat, potiori jure supremum Tribunal evadere debet summum mitigantem alias in casibus longe dissimilibus ampleaum, ut apposite ponderatum fuit in prædicta Romana Census, §. *que eo magis*, coram me. Et ita utraque &c.

R. P. D PAULUTIO.

Romana Attentatorum.

Luna 18. Martii 1680.

ARGUMENTUM.

In disc. 34. Cardin. de Luc. occasione referendi Romanam Curiam ait, quod Auditor Cameræ sit executor sententiarum omnium judicum; definitur autem in his, quæ subsequuntur, decisionibus, an coram ipso, qui fuit judex primæ instantiæ, valeat fieri executio post reportatam ejus decreti confirmationem a judice secundæ instantiæ?

SUMMARIUM.

1 *AUditor Cameræ est executor sententiarum latarum per judices delegatos, etiam Rotalium.*
2 *Attestationi curialium super stylo defertur.*
3 *Clausula* si quid exequendum, *transfert omnem jurisdictionem in judicem commissarium.*
4 *A.C. non est executor sententiarum ab ipso latarum, a quibus fuit appellatio interposita.*
5 *Judex inhibitus non potest exequi suum judicatum.*
6 *Citatio ad dicendum contra est adhibenda, ubi aditur A.C. tanquam executor.*
7 *Executio dicitur capta per captionem pignorum, seu per primum decretum.*
8 *Executio coram uno judice capta, coram eodem debet & terminari.*
9 *Judex postquam pronunciavit, functus est officio suo.*
10 *Potest tamen iterum pronunciare super negotio diverso, & separato.*
11 *Signatura rejiciendo appellationem, non aufert jurisdictionem a judice a quo.*

DECISIO XXIX.

POst declarata attentata nonnulla, de quibus controversia agitata fuit inter Marchionem quondam D. Petrum Nerlium, & Jo. Franciscum Gerardum, prout in decisione desuper edita 25. Febr. 1678. coram R.P.D. Bourlemont Episcopo Ferulen. nunque Tarrasonen. supererant adhuc alia in præcedenti decisione reservata, & quæ modo controverrunture inter Marchionem D. Philippum Nerlium filium, & hæredem supradicti quondam D. Petri, & eundem Jo. Franciscum Gerardum, qui hæc a se prætensa ad duo genera revocavit, ut scilicet alia essent commissa a
1 D. Nerlio, pendente inter eos causa coram A. C & ante eam commissa, alia vero post ipsam commissa in Rota.

Et de utroque genere examine assumpto coram me tanquam subrogato post illius discessum in vicem d. R. P. D. mei Bourlemont.

Primum attentatorum genus in tribus actibus consistere asserebatur. Primo in exactione ducator 1100. facta per D. Nerlium a communi debitore in Civitate Neapolis. Secundo in consensu ab eodem præstito excarcerationi Sebastiani de Gaeta, & Petri Ongari ad ipsius instantiam carceratorum. Tertium in consensu pariter præstito revocationi subsequestrorum, quæ facta jam fuerunt super eorum effectibus, & transactione cum Petro inita, quæ sine vitio attentatorum fieri non potest, ut asserebat Gerardus.

Verum hæc prætensa attentata, utcunque fuerint informantibus hinc inde acerrime oppugnata, nitentibus illis pro Marchione Nerlio evincere non esse attentata, sed absque ullo simili incursu potuisse jure fieri, & certantibus pro Gerardo, imo verissima esse attentata; attamen DD. expensis disceptantium fundamentis, improbanda magis censuerunt ex capite nullitatis, & injustitiæ, quam ex attentati causa, ac proinde sic transeuntes, aliud genus assumpserunt eorum, quæ post pendentem causam in Rota prætendebantur commissa, & in quibus majus esse momentum videbatur, & asserebatur in eo consistere, quod scil. D. Nerlius post obtentum *exequatur Rotale* redierit ad A.C. judicem *a quo* pro illius
implemento, & pro eo informantes, sine ulla attentati culpa id fieri potuisse conabantur, quia post obtentum *exequatur Rotale* duplex via patebat pro ejus consummatione. 2

Altera prosequendi subhastationem, & deliberationem, coram R. P. D. Bourlemont, qui concesserat *exequatur*; alteram vero adeundi A. C tanquam executorem sententiarum latarum per quosvis judices etiam delegatos, & in specie per S. Palatii Apostolici Auditores, ut ex Constitutione Gregorii XIII. la 555. Gregor. XIV. impress. apud Salust. *in prax. fol.* 516. & Pauli V. 58. relatis per Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 594. prout de hæc eadem praxi attestantur collegialiter curiales, ad id convocato Collegio de ordine S. Rotæ, & huic attestationi deferendum ex dicta Constitutione fan. mem. Pauli V. firmavit Rot. *dec.* 416. *n.* 3. *part.* 16. *rec.*

Verum & in hoc attentatum a D. Nerlio DD. existimarunt, ex quo post obtentum *exequatur Rotale* rediit ad A.C. judicem *a quo* pro illius executione, cum tamen per com-
missionem causæ cum clausula, *Si quid exequendum*, juxta 3
punctualem *dec.* coram Pœn. 1225. *per tot.* cum hujus clau-
sulæ ea sit virtus, ut transferat jurisdictionem in Auditorem, 4
unde non potuit redire ad judicem *a quo*.

Et quamvis A. C. sit executor omnium sententiarum extra curiam latarum, & in specie etiam Tribunalis Rotæ; attamen vel non id procedit in causis, in quibus idem A.C. pronunciavit, & appellatione interposita causa fuit com-
missa cum clausula, *Si quid exequendum*, quæ aufert 5
omnem facultatem exequendi judici *a quo*, potissimum cum ipse fuerit inhibitum, ut præcise dixit Rot. in Toletana Parochialis post Marches. *de commiss. q.* 2. *c.* 2. *fol.* 34.

Vel si voluisset adire A. C. tanquam executorem generalem omnem sententiarum etiam Rotalium, procedere debuerat ea forma, quæ ejus intentionem ostenderet, & actus indifferentiam specificaret, producendo scilicet coram eo
exequatur Rotale, adhibita citatione ad dicendum contra, 6
ut de stylo testatur Collegium Procuratorum, quod in attestatione sua de modo adeundi A.C. tanquam generalem executorem nihil exprimit.

Sed quod omnium dubitationem adimit, executio fuerat jam inchoata vigore solius *exequatur Rotalis* & absque ullo recursu A. C. nam cœpta fuerat a Baroncello DD. Conservatorum mediante pignoratione, seu primo decreto, ad
sensum Posth. *de subhast. inspect.* 13. *n.* 4 *& seq* & præsertim 7.
n. 10. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n* 4. Gratian. *discept.* 375. *num.* 17. Pignoratio autem non fuit facta mandato A. C. qui nondum se ingesserat, sed Rotæ, quæ per suum *exequatur* injunxerat executionem.

Indeque argumentum elicitur, quod non solum D. Nerlius, & pro eo agentes noluerint adire A. C. tanquam executorem generalem etiam mandatorum Rotalium, & pro executione mandati jam præcedenter executi; sed imo quod etiam si voluissent, minime potuissent, cum executio coram uno judice cœpta debeat coram eodem, & ab
eodem terminari, *c. cum plures de offic. & potest. judic. deleg.* 8
in 6. & ibi Barbos. Gregor. *dec.* 46 *n.* 8. Giurb. *dec.* 64. *nu.* 4. Mastrill. *in dec.* 58. *n.* 1. *& seqq.*

Neque inde peti excusatio potest, quod R. P. D. Bourlemont destitutus esset jurisdictione, ex quo cum etiam pro-
nunciasset, functus fuerat officio suo. *d. l. Judex postea quam* 9
ff. de re judic. quia cum pronunciasset super attentatis per Gerardum commissis, non autem super primis commissis per D. Nerlium, neque super negotio principali remansit adhuc ipsi jurisdictio, & potestas cognoscendi super istis,
ab ultimis separatis, atque diversis, Rota coram Coccin. 10
dec. 323. *n.* 2. & istius *dec.* 336. *n.* 2 *& seqq. & dec.* 416. *n.* 1. *&* 2. *p.* 17. *rec.* Ridolphin. *in prax. q.* 1. *cap.* 13. *n.* 89.

Idque magis ex eo confirmatur, quia cum Gerardus appellasset a sententia R. P. D. mei Bourlemont, Signatura appellationem rejecit, nihil rescribendo, sive jurisdictio adhuc penes ipsum remansit, cum Signatura non committendo alteri causam jurisdictionem non abstulerit, sed jam
collatam, & habitam reliquerit, Rot. cor. Pœn. *dec.* 1314. 11
n. 7. & coram Duccin. *dec.* 2088. *n.* 15.

Et ita consulentibus omnibus Dominis conclusum fuit, utraque parte informante &c.

R. P. D.

R. P. D. PAULUTIO.

Romana Attentatorum.

Luna 1. Julii 1681.

Argumentum in præcedenti decisione discernitur.

S U M M A R I U M.

1 *COmmissa causa cum clausula*, si quid exequendum, *non potest fieri redditus ad judicem a* quo, *donec de executione discutitur.*

2 *Executio terminari debet coram judice, a quo est cœpta.*

3 *Terminata coram judice appellationis cognitione super negotio principali, adhuc remanet illius jurisdictio pro cognitione annexorum, & connexorum.*

4 *A. . executor sententiarum etiam Rotalium.*

5 *Attestationi curialium super praxi deferendum est.*

6 *Æquitas servatur in supremis Tribunalibus.*

D E C I S I O XXX.

DEclaratis nonnullis attentatis controversiis inter quondam D. Marchionem Petrum Nerlium, & Jo: Franciscum Gerardum, cor. Rever. D. meo Carcassonen. die 25. Februarii 1678. ac postea nonnullis aliis coram me die 11. Maii 1680. reassumpta hodie post plures propositiones super omnibus disputatione, DD. censuerunt de illis constare, ideoque utramque decisionem esse confirmandam, superaddito moderamine juxta formam inferius exprimendam.

In dubium quidem non potest revocari, quod statim atque Signatura justitiæ appellationem Rotæ a mandato A.
C. committit, sive cum clausula, *Si quid exequendum*, vel
cum alia simpliciter executionis suspensiva, ablata dicitur
jurisdictio exequendi ab A. C. judice mandati, & translata
in Rotam, ita ut quousque discutiatur mandati execu-
tio, absque incursu attentatorum rediri non possit, Rot.
1 *dec.* 1225. *per tot.* cor. Pott. *juxta impress. Lugdunen. & dec.*
642. *n.* 3. cor. Dunoz. jun. Manaaned. *dec.* 16. *n.* 14. Rot. post
Posth. *de subhast. dec.* 112. *n.* 2.

Potissimum quando vigore *exequatur* Rotalis esset incœpta executio per capturam pignorum, seu possessionem stabilium; nam tunc nullo modo potest deveniri ad subhastationem, & distractionem eorundem pignorum coram
A.C. judice mandati, sed omnia debent terminari in no-
stro Tribunali, ea juris præscriptio, quod executio coram
2 uno judice cœpta debeat coram eodem perfici, c. *cum plures*
de offic. & potest. jud. deleg. in 6. & ibi Barb. Greg. *dec.* 46. *n.* 8.

Atque hinc emanat, quod nedum consignatio pecuniarum ex judiciali pignore retractatum, sed quilibet alius
actus alibi, quam in Rota, absque vitio attentatorum per-
fici non possit, quamvis Rot. super gravamine eidem com-
missa una cum toto negotio principali pronunciaverit, quia
adhuc jurisdictio durat pro terminandis dependentiis, &
emergentiis a negotio principali non discussis, Rot. co-
3 ram Coccin. *dec.* 313. *n.* 2. *& dec.* 338. *n.* 1. *& seqq. & dec.* 318.
n. 1. *& 2. part.* 17. cum aliis relatis in decisionibus causæ.

Et quamvis ille, cujus favore Rota *exequatur* concessit, debeat ex prædictis judicium subhastationis, & deliberationis prosequi in Rot. coram judice, qui executionem decrevit; tamen si velit adire A.C. tanquam executorem sen-
tentiarum latarum per quosvis judices etiam delegatos, &
in specie per Auditores S. Palatii Apostolici, juxta Consti-
4 tutiones Pontificum relatas per Ridolph. *in prax. judic. par.* 1.
c. 13. *n.* 194. explere id non posset, nisi cum ea forma, quæ
ejus intentionem ostenderet, ac actus indifferentiam speci-
ficaret, specificando scilicet coram eodem *exequatur* Rotale
præmissa citatione ad dicendum contra. Nam hac omissa
cavere non potest ab attentati culpa in spretum jurisdictio-
nis hujus Tribunalis, ut de veteri, & comprobata praxi
5 testantur plures curiales, cui attestationi omnino deferendum
ex Constitutione fel. mem. Pauli V *dec.* 416. *n.* 4. *part.* 17. *rec.*

Cum enim D. Marchio Petrus Nerlius hæc omnia adimplere omisisset, tam in captura pignorum, nomine illius facta, quam in prosecutione subhastationis, & deliberationis, ac in consignatione pecuniarum provenientium ex domibus ad Gerardum spectantibus subhastatis, ideoque absque incursu attentatorum non potuisse jure fieri contenderent informantes pro Gerardo, ex fundamentis ut supra relatis, ac ex aliis in decisionibus causæ deductis; attamen quia plura in contrarium, tum ex jure, tum ex peculiaribus facti circumstantiis, ad evincendam exclusionem attentatorum replicabantur ex parte Marchionis Nerlii; ideo DD. omnibus perpensis disceptantium, funda-

mentis censuerunt attentata ab ipso Nerlio commissa sapere potius attentata juris, & attentata ipsius nullitatis, & injustitiæ, quam ex vera attentatorum causa, ex æquitate,
6 quam solent servare suprema Tribunalia, Rot. post Posth. *de subhast. dec.* 86 *n.* 10. *& dec.* 262. *n.* 11. *part.* 16. *rec.*

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. MANUEL.

Romana Attentatorum.

Ven. 10. Martii 1690.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia in aliis præcedentibus decisionibus pertractata.

S U M M A R I U M.

1 *A C. est executor sententiarum quarumcunque judicum totius status Ecclesiastici.*

2 *Curialibus circa stylum curiæ defertur.*

3 *In dubio præsumitur pro validitate actus.*

4 *Dec.* 1225. *coram Pænia, & dec. in Toletana Parochialis penes Marchesan. de commiss. par.* 2. *fol.* 4. *declarantur.*

5 *A.C. in sententiis, in quibus judicavit, potest etiam procedere tanquam executor post exequatur coram alio judice obtentum.*

6 *Mandatum, quoties est in statu exequibili, demandatur executioni ab A. C. absque citatione ad dicendum contra.*

7 *Et solum adhibendæ sunt citationes, quæ requiruntur pro consummando actu subhastationis, & deliberationis.*

8 *Per decretum Rotale de exequendo dicitur cœpta executio in Rota.*

9 *In dubio sumitur interpretatio exclusiva attentatorum.*

12 *Judex* a quo *reservare tenetur judici appellationis omnia annexa, & connexa causæ, & n.* 13.

11 *Clausula*, si quid exequendum, *continet duas partes adversativas, videlicet quod judex si quid exequendum exequatur, sin minus, causam appellationis cognoscat.*

12 *Ideoque judex* ad quem *decernendo executionem declarat bene fuisse judicatum.*

14 *Causa non revertitur ad judicem* a quo *super negotio principalis, quamvis judex* ad quem *super incidenti judicaverit bene fuisse judicatum.*

D E C I S I O XXXI.

EX quo Jo. Franciscus Gerardus in spretum decreti, & inhibitionis A.C. Bulgarini, non citato quondam Marchione Petro Nerlio, exegerit Neapoli ducata 5855. ex effectibus pertinentibus ad Blasium Ungay, & Sebastianum Guessam communes debitores; prædictus Marchio obtinuit ab eodem judice decretum pro purgatione attentatorum cum mandato de reportando pecunias exactas, easque deponendo in Sac. Monte Pietatis.

Appellando ab hoc decreto Jo. Franciscus, & causa fuit Rotæ commissa cum clausula, *si quid exequendum*; disputatoque pluries dubio coram Reverendiss. Boutlemont, an dictum mandatum esset exequendum, diversæ, ac contrariæ hinc inde emanarunt resolutiones, tam super attentatis, quam super creditis, & bono jure utriusque litigantis; & tandem nulla habita ratione attentatorum, quæ Jo: Franciscus prætendebat fuisse præcedenter commissa a D. Marchione ob consensum ab eo præstitum liberationi dd. debitorum a carceribus, postquam Jo: Franciscus citato eodem Marchione obtinuerat admitti ad causam, & inhiberi, ne quidquam in ejus præjudicium innovaretur, Rota approbavit creditum D. Marchionis, & nihil firmando quoad creditum Gerardi, attentata ab isto commissa purganda esse declaravit, *ut in dec.* 64. *par.* 18. *rec.* Ad hujus normam demandata fuit expeditio decreti super executione d. mandati ab A C. relaxati, a quo decreto novæ subinde emersere aliorum attentatorum controversiæ.

Postquam enim Signatura justitiæ ab hoc novo decreto denegavit Jo: Francisco appellationem suspensivam, bis rescribendo nihil: Marchio supradictus vigore d. mandati de exequendo appositi a tergo mandati A. C. adivit eundem A.C. & ab eo obtinuit subhastationem, & deliberationem quarundam domorum præfati Jo: Francisci jam vigore præcedentis mandati sub executione, earumque pretium scutorum 4500. deponi in S. Monte Pietatis, & subinde etiam obtinuit novum mandatum de consignando, cujus vigore pro satisfactione sui crediti habuit scuta 4414. ex dd. pecuniis depositatis.

Hanc itaque deliberationem, & consignationem tan-

quam attentatam acriter impugnans Jo: Franciscus in pluribus causæ propositionibus coram dicto Reverendiss. Bourlemont, tandem in 6. audientia die 25. Febr. 1678. consultis omnibus DD. suspensa resolutione circa attentata commissa, ut diximus, coram A. C. & circa alia concernentia subhastationem, & deliberationem, decisum fuit constare de attentatis quoad mandatum mandatum de consignando, & subsecutam consignationem ab A. C. Marchioni Pecuniæ concessam post exequatur Rotale: Verum super omnibus attentatis repropolita causa per bonæ me. R. P. D. Paulucium in locum Reverendiss. Bourlemont suffectum sub die 18. Martii 168., quoad prima attentata commissa a Marchione in Tribunali A. C. ante commissionem causæ in Rot. dictum fuit hæc esse potius improbanda ex capite nullitatis & injustitiæ, quam ex capite attentatorum; quo vero ad alia quæ subsecuta sunt idem exequatur Rotale, resolutum fuit esse attentata, licet postea in alia propositione habita die 9. Junii 1681. Rota etiam quoad hæc superaddiderit moderamen, declarando, quod ad revocationem istorum attentatorum erat deveniendum magis ex capite nullitatis, & injustitiæ, quam ex vera causa attentatorum.

Quia vero his stantibus variæ ortæ sunt altercationes circa modum expeditionis causæ, eandem in hoc decreto DD. concordarunt, nimirum mandando purgari attentata, sunt verba præcisa decreti, & pro illorum purgatione revocari subhastationem, & deliberationem, firma tamen remanente executione, necnon data cautione per Nerlium de habendo in forma depositi pensiones, tam decursas a die deliberationis, quam in postremum decurrendas, ad effectum illas consignandi, cui de jure, reservato jure Gerardo offerendo pretium in casu succumbentiæ in negotio principali, & quoad pecunias facto deposito ad effectum consignandi cui de jure.

Ab hoc igitur decreto nunc mihi repetitur commissa causa appellationis, pro cujus magis distincta prosecutione hodie divisa fuit disputatio in duo separata dubia, quorum primum contineat, an sit standum vel recedendum a decisis quoad attentata cor. A. C. ante commissam causam in Rota; & alterum, an admodum ultimum decretum sit confirmandum, vel infirmandum, seu potius reformandum.

Circa primum dubium nulla capta fuit resolutio, sed rescriptum, quod impetretur nova commissio, quia cum ex superius narratis post 4. dec. 64. p. 17. rec. deventum fuerit ad expeditionem causæ, & Signatura rejiciendo appellationem interpositam a Jo. Francisco, decretum Rotale approbaverit, non videtur amplius locus disputationi: *an sit standum, vel recedendum a decisis*; & quamvis successive in alia instantia coram Bourlemont, & Paulucio, ex integro actum fuerit de omnibus attentatis, non exinde videtur modo aggredienda disputatio quoad decisa in alia antecedenti instantia, sed procedendum juxta normam novæ commissionis, quæ videtur restricta ad attentata commissa pendente causa in Rota.

Et propterea ad hæc transeundo, DD. quoad secundum dubium responderunt, decretum Rotale esse reformandum, juxta sequentem modum videlicet, ut firma remanente deliberatione, reportetur ad Sac. Montem Pietatis pecuniam Marchioni de mandato A. C. consignata. Motivum autem hujus resolutionis quoad primam partem approbantem deliberationem fuit; quia licet subhastatio, & deliberatio facta fuerit coram A. C. judice mandati, non vero in Tribunali Rotæ, cui in gradu appellationis causa fuerat commissa cum d. clausula *si quid exequendum*, nihilominus postquam Rota mandaverat exequi mandatum ab A. C. relaxatum, & Signatura hoc decretum Rotale canonizaverat, potuit Marchio Nerlius redire ad A. C. pro executione decreti Rotalis, non quidem tanquam ad judicem *a quo*, sed tanquam ad executorem mandatorum, & sententiarum aliorum quorumcunque judicum totius status Ecclesiastici,
1 juxta ipsius ordinarias facultates relatas per Ridolphin. *in prax. p. 1. c. 13. n. 594.* & per Card. de Luca *in relat. Cur. Roman. disc. 34. n. 9.* Scacc. *de sent. & re judic. gloss. 14. q. 11. n. 26.* Rot. cor. Coccin. *dec. 168. n. 5.* & testatur Collegium curialium, quibus in hac materia concernente stylum
2 curiæ est deferendum, ut dicit Rota *dec. 416. n. 4. par. 16. recent.* & mandat Constitutio san. mem. Pauli V. in eadem decisione relata.

Nec videtur dubitandum, quod vere A. C. in hoc casu processerit uti executor decreti Rotalis, non vero uti judex *a quo*; tum quia hoc demonstrat modus procedendi, dum ea edita causa in Rota fuit coram A. C. productum mandatum habens, ut diximus, a tergo decretum Rotale, pro executione, & vigore istius decreti fuit facta executio, ac deinde coram eodem A. C. exhibita fides executionis habens insertum ipsum decretum Rotale; tum etiam quia quatenus adhuc versaremur in dubio, præsumptio urgeret pro validitate actus, ad quem effectum unusquisque censetur usus ea facultate, per quam idem actus eo meliori modo quo potest sustineri, *l. Gallus, §. Quidam recte, ff. de lib. & posth.* Surd. *cons. 460. n. 6.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 29. n. 58.* 3
Rot. cor. Greg. *dec. 204. nu. 17.* ibique Addent. *n. 31.* coram Coccino *dec. 84. n. 4. & in rec. dec. 626. n. 8. in fine part. 3.*

Indeque inapplicabiles fiunt *dec. 1225.* coram Pœnia, & decis. in Toletana Parochialis penes Marchef. *de commiss. part 2. n. 34.* in quibus deficiebant relatæ facti circumstantiæ, unde patebat, quod A. C. processerit uti judex *a quo*, 4
& consequenter sine jurisdictione, quæ illi sublata fuerat per commissionem appellationis, prout tanquam a tali judice sublata pariter remanserat in casu nostro.

Absque eo quod obstat, quod simul in mandato relaxato ab eodem A. C. unde deducebatur limitatio superadictæ facultatis exequendi decreta aliorum judicum, & Tribunalium, ita ut non procedat in iis causis, in quibus in antecedenti instantia idem A. C. pronunciaverat; ex præmissis quippe eluditur vis objecti, quod utique procedit, si consideremus A. C. uti judicem *a quo* in casibus dd. decisionum coram Pœn. & penes Marchef. secus vero si illum attendamus uti executorem sententiarum aliorum judicum, quo casu in eo concurrit formalis reduplicatio personæ, ob 5
quam etiam in causis, in quibus ipse pronunciavit, potest tanquam alius novus judex ad executionem procedere absque vitio attentatorum, sicuti posset quilibet alius, cum sit actus qui potius tribuitur mandanti, sive deleganti, quam ipsi executori, ut concluditur ex superius allegatis, & ex attestatione plurium curialium fide dignorum, data *in sum. mar. Marchionis n. 6.* & ex generalitate Apostolicarum Con- 6
stitutionum indefinite loquentium de præfata facultate A. C. in exequendo decreta, & sententias omnium judicum.

Replicatio autem, quod saltem ante executionem in Tribunali A. C. fuisset necessaria citatio ad dicendum contra jura, similiter tolli visa fuit ex distinctione, quam declarando precedentem fidem faciunt iidem curiales, nimirum quod talis citatio fieri debeat, quoties mandatum non est in statu exequibili, quo casu judex ut illud faciat exequibile debet interloqui decernendo illius executionem, ut exemplificat Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 22. n. 15.* At quando mandatum est exequibile, ut in casu nostro, quia jam tale illud declaraverat Rota, nulla alia requiritur citatio, nisi illæ quæ requiruntur pro consummatione actus subhastationis, & deliberationis, ut post alios consuluit Honded. *cons. 20. n. 45. lib. 1.* Vestr. *in prax. lib. 8. cap. ultimo de execut. rei judic. num. 3.* ubi quod hæc est praxis Rotæ, 7
quod pariter asserit ibidem Adden. *lit. D, num. 6.* Gratian. *discept. 375. n. 1.* Posth. *de subhast. inspect. 23. num. 98.* Rot. *dec. 90. n. 4. part. 3. recent.*

Nil denique facit, quod per ipsum decretum Rotale de exequendo executio videatur cœpta in Rota, ac proinde ubi cœpta, ibi etiam finiri debuisset; nam quidquid sit ad alios effectus, pro quibus per d. decretum dici communiter solet in Rota cœpta executio, ut tradit Ridolphin. *in prax. cap. 13. part. 1. n. 476. & seqq.* certum est, quod ad effe- 8
ctum exclusionis attentatorum, de quo est quæstio, inspecta prout fieri debet realitate facti, actualis executio facta fuit vigore mandati A. C. habentis a tergo decretum Rotale illud declarans exequibile, prout bene totum hoc declarat tenor ipse executionis; unde vera, & realis executio cœpta dici non potest in Rota, sed in Tribunali A. C. qui alias procedendo cum hoc sensu cœptæ executionis, nunquam uti posset prædictis suis facultatibus in executione hujusmodi decretorum Rotalium, quod inspecta generalitate dd. Apostolicarum Constitutionum videtur a veritate alienum, semper cæteroquin urgente motivo, quod etiam si essemus in dubio, omnis æquitas suadet interpretationem exclusivam attentatorum, Rota coram Bichio *dec. 22. n. 14. dec. 531. n. 16.* coram Coccin. *dec. 1640. nu. 8. & in rec. dec. 348. n. 8. & 9 part. 18.* 9

Remanet igitur examinanda alia pars resolutionis, in qua mandantur reportari ad Sac. Montem Pietatis pecuniæ Marchioni consignatæ vigore mandati A. C. Id autem omni jure decernen. DD. dixerunt, quia non poterat A. C. nisi attentando relaxare hujusmodi mandatum de consignando; cum enim hoc involveret cognitionem jurium utriusque quoad credita ab unoquoque ex litigantibus prætensa, in hoc egrediebatur limites simplicis executoris, ac propterea talem discussionem reservare tenebatur Rota, cui

cui per specialem commissionem causa cum solita clausula
quam, & quas, atque aliis omnibus annexis, & connexis,
ac toto negotio principali, fuerat devoluta, ut bene probat
10 dicta decisio Reverendiss. D. Bourlemont sub die 5. Februarii 1675.

Nec subsistente, quod istæ clausulæ in commissione appositæ nil operari valeant inspecta vi alterius clausulæ, *si quid exequendum*, continentis duas partes adversativas, videlicet, quod Rota, si quid exequendum erat, exequeretur sin minus, causam appellationis cognosceret; unde de-
11 ducebatur, quod eo ipso quod interlocuta fuit super prima parte decernendo executionem mandati, nullam amplius haberet præservatam Jurisdictionem cognoscendi super alia parte concernente appellationem, dum per decretum executionis videtur declarasse, quod A. C. bene judicaverit,
12 & quod male fuerit appellatum, ut ex Staphil. *de signat. justit. in clausula & cum toto negotio principali* nu. 1. *& seq.* Bellamer. *dec.* 410. *&* 420. Rot. *dec.* 23 *num.* 1. *& seqq. ad rescript*, ibique Adden. & ex aliis objiciebant scribentes pro Marchione, hinc concludendo, quod Jurisdictio remanserat penes A. C.

Quoniam vel consignatio ab A. C. demandata erat de annuatis, seu dependentibus ab ipso mandato de reportando, quod ipse relaxaverat, & a quo fuerat commissa causa appellationis, prout facile suaderi videtur ex eo, quod reportatio pecuniarum ad aliud non tenderet, nisi ad postea discutiendum, cuinam essent consignandæ; & in hoc casu discussio videbatur facienda in Rota, ad quam spectat cognoscere de omnibus connexis, & descendentibus ab ipso
13 mandato, Rot. *dec.* 677 *n* 18. *& seqq.* coram Coccin. cum aliis adductis in dicta decisione coram Bourlemont, §. *Et sane cum seqq.* Vel talis consignatio consideratur, uti negotium principale independens ab ipso mandato, cumque causa sit commissa in Rota cum dd. clausulis, spectabat ad eandem Rotam cognoscere de negotio principali, etiamsi super gravamine, seu incidenti respondit bene judicatum, & male appellatum, nec causa revertitur ad priorem judicem, juxta sensum scribentium pro Marchione, ut de stylo
14 curiæ testatur Felin. *in cap. causam q.* 18. *verbo interpretatio n.* 3. *in fine rescript.* Staphil. *ubi supra n.* 4. Bellamer. *dec.* 37. *& dec.* 619. Marches. *de commiss. part.* 1. *de commun. appellat.* in Rot. *cap.* 5. *n.* 95. *& seqq. fol.* 194. Barbos. *conclus.* 39. *n.* 3. *&* 4. & bene Rota *dec.* 336. *n.* 1. *& seqq.* coram Coccin.

Et ita consultis omnibus DD. decisum fuit, utraque &c.

REVERENDISS. D. MOLINES DECANO.

Derthusen. Beneficii super attentatis,

Mercurii 1. *Julii* 1699.

ARGUMENTUM.

Judex cui commissa fuit causa appellationis cum clausula, *ab excessiva* nequit cognoscere, an expensæ debeantur; sed tantum, an summa in partitia contenta sit excessiva, præsupposita illarum legitima condemnatione.

SUMMARIUM.

1 *EXpensa quæ vivæ sunt, omnes refici debent.*

2 *Renunciatio quando apta non sit evitare expensarum refectionem.*

3 *In causa attentati juris sola expensæ judiciales reficiuntur.*

4 *Judex cui commissa fuit causa cum clausula*, ab excessiva, *nequit assumere cognitionem, an expensæ debeantur, sed tantum an summa in partitis contenta sit excessiva.*

DECISIO XXXII.

POstquam Joannes Baptista obtinuit declarare attentatam possessionem controversi beneficii apprehensam a Vincentio post appellationem intra decennium interpositam, & in sequelam attentatorum condemnari ad refectionem expensarum, quas occasione prædicti attentati dictum Jo. Baptistam solvisse constabat; R. P. D. meus dell'Olmo expensas hujusmodi taxavit in sc. 61. auri de Camera. Appellante vero Vincentio ab excessiva, hodie dubitavi de more, *An constaret de excessu?* & negativum habui responsum.

Nam quod spectat ad sc. 30. & obolos 47. pro sportulis, regestro, & nota decreti attentatorum, ea sufficienter verificata fuerunt ex ipsa cedula designationis expensarum, & ex libro receptorum officii; Istæque autem expensæ, quæ vivæ nuncupantur, dubium non est, quin refici debeant us-
3 que ad ultimum obulum, ut ex vulgata *l. properandum.* 11. *§. sive autem, C. de judic.* millies dixit Rota, & signanter *dec.* 154. *n* 9. *part.* 11. & in Sutrina Restitutionis dotis edita sub hac eadem die, §. *Excessus*, coram me.

Non obstantibus pluribus renunciationibus factis ex parte Vincentii, tam possessionis ab eo captæ, quam etiam huic attentatorum causæ, quoniam cum hujusmodi renunciationes verbales nunquam deductæ fuerint ad effectum, dum Vincentius semper remansit in d. possessione fructus percipiendo etiam post sequestrum ab ipsomet hoc Sacro Auditorio impetratum, ad nihil suffragantur, Rot. *dec.* 120. *n.* 6. 2
cor. Priolo, *& dec.* 75. *n.* 6. *part.* 13. *rec.*

Quod vero attinet ad expensas extrajudiciales capientes reliqua scuta 30. circiter, licet ex parte Vincentii opponeretur eas non deberi, ex quo agitur de attentatis juris, in quibus ad differentiam attentatorum facti, Rota minus agendo taxare soleat in eorum purgatione solas expensas judiciales, & non extrajudiciales, ut dixit & practicavit in Imolen. bonorum 16. Junii 1688. cor. bon. mem. Ursino, con- 3
firmata die 28. Martii 1689. §. *præmissa*, cor. bo. mem. Benincasa, & latius in Interamnen. Bonorum 25. Junii 1682. *per tot.* coram me.

Attamen in præsenti causa, ultra considerata in præcedenti §. non obstantibus, animadversum extitit, quod cum Vincentius præstiterit consensum electioni periti super liquidatione dictarum expensarum, nec non ipsum decretum taxationis approbaverit, appellando tantum ab excessiva, & non nisi ab excessiva solummodo appellatio a Signatura admissa fuerit, utique ad formam commissionis inquirendum est in casu, an constet de excessu, & non etiam an expensæ simpliciter debeantur; cumque de hoc excessu non appareat, dum in partitis, in quibus adfuisse dignoverat, R. P. D. meus dell'Olmo taxationem moderavit; ideo nihil ultra in hoc judicio inquirendum est, ut respondit Rot. 4
dec. 186. *n.* 3. *part.* 15. *& dec.* 28. *n.* 7. *p.* 16. *& dec.* 411. *p.* 19. *rec.*

Et ita utraque &c.

REVERENDISS. P. D. MOLINES DECANO.

Romana Assentistatus.

Mercurii 19. *Novembris* 1698.

ARGUMENTUM.

In relatione Rom. Cur. Card. de Luca tradit penes Thesaurarium Rev. Cam. Apostolicæ residere actualem administrationem rerum ad Cameram spectantium; hujus autem traditionis authoritate deciditur, Thesaurarium teneri Cameram reintegrare de non exactis ab Appaltatoribus Cameralibus.

SUMMARIUM.

1 *VErbum*, assetare, *significat dare appaltum, seu stabilire aliquod partitum.*

2 *Sententiæ in judicatum transactæ nil superest, nisi ut exequatur.*

3 *Delegatus non potest cognoscere ea, quæ in delegatione non comprehenduntur.*

4 *Decoctori præsenti deputatur curator vel a creditoribus vel a judice, secus si decoctor sit absens; tunc enim sine curatoris deputatione bona venduntur.*

5 *Administrator rerum fiscalium debet reddere rationem cum libris fideliter descriptis.*

6 *Nec statur schedulis privatis arrendatoris fiscalis, maxime si in malam fortunam pervenerit.*

7 *Executio sententiæ pro reliquatu certo non retardatur per futuras possibiles exceptiones.*

8 *Sententia non afficit absentes, & non citatos.*

9 *Declaratur, ut non procedat, si interesse non citati venit in consequentiam.*

10 *Judicium factum contra eum, cujus principaliter interest, præsumitur bene fuisse defensum.*

11 *Sententia non afficit non citatos, quoties constat, quod principaliter interessatus diligenter se non defenderit.*

12 *Post redditam rationem non admittitur remissio computorum, nisi constet per evidentes probationes de errore.*

13 *Supremi Officiales tenentur emendare damnum eorum culpa obventum ærario Principis.*

14 *Quilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & pecunias eorum culpa dispersas restituere.*

15 *Non resistente quacunque contraria consuetudine.*

16 *Ærarium Principis inservit ad publicam utilitatem, & pro bono populorum regimine, & custodia.*

17 *Patrimonium Papa est destinatum ad subsidium pauperum, levamen oppressorum, & fidei propagationem.*

18 *Munus Thesaurarii ex dispositione Bullarum Pontificiarum versatur circa administrationem bonorum, & jurium Camera.*

19 *Quastores publici ærario antiquitus præstabant juramentum de officio fideliter exercendo.*

20 *Thesaurarii æquiparantur quæstoribus ærarii, comitibus sacrarum largitionum, & primipilis, de quibus extant in corpore juris tituli particulares.*

21 *Honorifica superintendentia redituum Cameralium residet penes Eminentiss. Card. Camerarium.*

22 *Actualis autem administratio stat penes Thesaurarium.*

23 *Particularis negotiorum gestor tenetur reddere rationem, sicut & procurator.*

24 *Juramentum non auget obligationem juris, sed illam reddit efficaciorem.*

25 *Officialis tenetur ad refectionem damni de lata, & levi culpa.*

26 *Levis culpa est deviatio ab ea diligentia, quam adhibere solent omnes diligentes ejusdem conditionis.*

27 *Dispositum circa tutores, & curatores, censetur dispositum circa administratores rerum publicarum.*

28 *Tutor tenetur de lata, & levi culpa.*

29 *Sic etiam administratores Reipublicæ, & ærarii Principis.*

30 *Eadem ratio militat in culpa omissionis, ac in culpa commissionis.*

31 *Delictum omissionis punitur eadem pœna, qua punitur delictum commissionis.*

32 *Culpa levissima est deviatio ab ea diligentia, quam habent omnes diligentissimi ejusdem professionis.*

33 *Officiales non tenentur de levissima culpa.*

34 *Distinguitur, an agatur in judicio criminali, vel civili.*

35 *Item subdistinguitur, an civiliter lis sit circa culpam in omittendo, vel in committendo.*

36 *Obligatio jurata de fideliter administrando auget obligationem legalem, & inducit obligationem ad omnem levissimam culpam.*

37 *Thesaurarius generalis mutuans pecuniam fiscalem sine licentia Principis incidit in latam culpam.*

38 *Fertur ubi non retinet id quod commode retinere potest.*

39 *Thesaurarius nequit pecunias fiscales extra usum destinatum erogare.*

40 *Et tenetur quolibet anno exigere ab officialibus subalternis redditionem rationum.*

41 *Neglectus redditionis rationis est summopere præjudicialis.*

42 *Negligentia constituit in lata culpa.*

43 *Delictum in omittendo fit delictum in committendo.*

44 *Officialis faciens id, quod fecerunt sui antecessores, est immunis ab omni culpa. Declara, ut n. 50. & 51.*

45 *Observantia proxima est attendenda.*

46 *Via melior ex antiquis est seligenda.*

47 *Observantia est probanda in individuo casus, de quo agitur.*

48 *Conductor vectigalium non est admittendus ad iterandam conductionem, nisi prius soluto reliquatu antecedentis administrationis.*

49 *Solutum adversativum pactu expressu, nullius est operationis.*

50 *Bona fides non admittitur adversus claram conventionem.*

53 *Simplex fidejussor non tenetur nisi pro causis & obligationibus in instrumento fidejussionis expressis.*

54 *Principes solent exigere ab administratoribus loco cautionis certam summam.*

55 *Melius est pignori incumbere, quam rem persequi.*

56 *Non datur fidejussio pro stipulatione.*

57 *Explicatur differentia inter pignus, constitutum, fidejussionem, & expromissionem.*

58 *Subrogatum assumit naturam ejus, in cujus locum fit subrogatio.*

59 *Generalis fidejussio extenditur ad omnem casum, & causam, qua ex natura negotii procedit.*

60 *Fidejussor tenetur ad omnia damna, pro quibus teneretur debitor principalis.*

61 *Fisco sunt concessa plura privilegia a jure contra suos debitores.*

62 *Officiales male administrantes, in subsidium sunt conveniendi.*

63 *Pactum revidendi singulis annis computa Officialium respicit favorem Principis, non autem ipsorum Officialium.*

64 *Creditor dirigere tenetur suam actionem contra bona primo loco obligata, & hypothecata.*

65 *Hypotheca conventionalis, & legalis incipiunt currere a die cœpti officii.*

66 *Et comprehendunt bona nedum possessa tempore suscepti officii, sed & postea acquisita.*

67 *Hypotheca anterior in tempore vincit posteriorem.*

68 *Fiscus non tenetur rem sibi specialiter obligatam persequi, ex privilegio fisci.*

69 *Verba dubia sumunt interpretationem a verisimili.*

70 *Ad relevationem non tenetur ille, ex cujus culpa damnum aliquod non obvenit.*

71 *Actus præsumitur gestus in executionem præcedentis obligationis.*

72 *Præsumitur, quod quis muneri suo satisfaciat.*

73 *Administrator tenetur exigere rationes, quarum reddendarum dies tempore sua administrationis obvenit.*

DECISIO XXXIII.

GUbernium œconomicum Classis Triremium Pontificiarum, quod olim penes se retinebat Rev. Camera Apostolica, memoriæ proditum est per binas vices sub Pontificatu san. mem. Pauli V. fuisse particularibus personis commissum, certis statutis, conventionibus, & pactis, tam circa stipendium a Camera in hunc finem erogandum, quam circa modum ab electis administratoribus, & œconomis in hujusmodi gubernio inviolabiliter servandum; qui sane usus temersi non apparet proximis successivis temporibus continuatus, agnitus tamen anno 1664. decimo Pontificatus san. mem. Alex. XII. magis expeditus, non minus ut triremes melius tractarentur, quam ut minori ipsius Cameræ dispendio gubernarentur, fuit iterum restitutus, invaluitque usque ad præsens: sed ut pro rerum, ac temporum varietate contingere solet, cum aliquali distributione, & additamento pactorum, quæ præteritarum administrationum experientia docuerat fore pro exactiori, ac tutiori gubernio, majorique ejusdem Cameræ beneficio proficua, & necessaria. Hæc autem gubernii œconomici concessio, *assentus*, sicut & deputatus œconomus, *assentista*, vulgo nuncupatur, ducta fortasse denominatione a verbo *assetare*, quod legitur a nonnullis auctoribus usurpatum ad explicandam dotationem appaltus, seu stabilimen- 1 rum alicujus partiti, ut ex Bergom. *lib.* 1. *cap.* 88. tradit *Du Fresne in Glossar. mediæ & infimæ latinitatis lit. A. verbo Assetare.*

Quanta porro legalitate versati fuerint in hac œconomica administratione sex Assentistæ, qui numerantur ab anno 1664. usque ad annum 1691. æque mala, ac pessima fide compertum fuit se gessisse Alexandrum Zinagum in geminis Assentibus per ipsum exercitis a prima die Aprilis antedicti anni 1691. usque ad diem 24. Maii proxime præteriti, quo decoctor, & cessans fugam arripuit; sed ea fortasse tam perniciosa non evasisset, si Domini Thesaurarii, antecedens, & modernus, majori vigilantia in ejus regimen animadvertissent. Quare dispunctis rationibus illius administrationis, eoque detecto residuali Cameræ debitore in scutis 63479. 34. prout per sententiam Congregationis computorum fuit desuper pronunciatum, cœperunt Ministri Camerales exquirere modum assequendi Cameræ relevationem; & quia prætium mobilium debitoris decocti summam scutorum 11. mill. vix excedens, necnon secura 20. mill. locorum montium D. Antonii Columnæ, pro Cameræ securitate in utroque Assentu attergatorum, satis non essent pro integra Cameræ satisfactione; hinc sub obtentu, quod debitum Zinaghi traxerit originem, ex quo prænominati Thesaurarii non curaverint, ut ratione sui muneris tenebantur, imo neglexerint totale adimplementum pactorum, quæ in instrumentis dictorum duorum Assentuum continebantur, prætensionem excitarunt, damnum istud Cameræ obventum, fore a suis actoribus emendandum; commissaque per Sanctissimum Dominum Nostrum cognitione hujus controversiæ nostro Tribunali, cum facultate procedendi summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, solaque facti veritate inspecta, usque ad sententiam inclusive, quacunque appellatione, & recursu remotis; hodie disceptandum proposui ad formam commissionis dubium: *An, & pro qua summa quis teneatur relevare Rev. Cameram in casu?* & prodiit rescriptum: *Thesaurarios, & Antonium Columnam teneri*

neri relevare Rev. Cameram in scutis 63479. 34. pro ratis, & juxta modum inferius exprimendum.

Fundamentum resolutionis in ea parte, in qua generice statuitur relevatio Cameræ pro dictis scutis 62479.34. petierunt Domini ex sententia Congregationis, Zinagum hujus præcisæ summæ reliquatorem declarante, fundata (stante illius fuga, nullo exhibito jurato computo) in exacto calculo ratiocinatoris Camer. legitime justificata quoad partitas accepti ex pluribus documentis ibidem enunciatis, & nullam patientibus hæsitationem; & quoad partitas impensi, ex quibusdam notulis, & geminis computis est Josephum fratrem decoctoris, duosque ejusdem actuales ministros traditis: cumque eadem sententia emanaverit citatis ipso Alexandro, Uxore, necnon Antonio Columna, pluribusque aliis præteosis creditoribus, in remque judicatam abierit, nullæ sunt partes judicis, nisi ad exequen-
2 dum, *l. post rem judicatam, l. cum quærebatur junctis duabus seqq. ff. de re judic.* Rota coram san. mem. Gregorio XV. *dec.* 494. *n.* 3. Card. Cels. *dec.* 186. *n.* 8. *& dec.* 127. *num.* 3. coram bonæ mem. Card. Cerro. Potissime quia commissio nobis a Sanctissimo directa restrictus restricta ad cognitionem articuli, an, & a quibus relevare debeat Camera de prædicto residuali debito canonizato per Congregationem computorum, seu opportunis facultatibus revidendi illius judicatum in gradu restitutionis in integrum; unde minime nobis licere visum fuit, excedendo fines delegationis, cognoscere super ipsius crediti subsistentia, adversus ea, quæ statuunt,
3 *cap. cum dilecta* 22. *de rescript. cap. cum olim* 31. *de offic. & potest. judic. delegat.* Gonzal. *in cap. significasti* 36. *num.* 8. *de rescript. & in cap.* 1. *de offic. & potest. judic. deleg.* Fermosin. *in cap. quia* 10. *de judic. q.* 1. *n.* 11. *&* 14. Rota coram Verall. *dec.* 153. *n.* 2. *part.* 1. *& dec.* 39. *n.* 1. *part.* 1. *rec.*

Nihilominus ex abundanti subjectis rigorosa examini exceptionibus lato calamo deductis adversus prædictæ sententiæ validitatem, & justitiam, earum nulla subsistere visa fuit: Non quidem prima impugnans validitatem, eo quia fuit omissa deputatio curatoris in bonis Zinaghi sub concursu positis; nam recepta est distinctio, quod aut decoctos præsens est in loco judicii, aut absens, & fugitivus: si præsens, & tunc creditores, vel in unum convenientes possunt curatorem eligere, vel adire Prætorem, qui illum de consensu eorum majoris partis constituat ad effectum bona distrahendi, & quod ex venditione redegerit, ipsis persolvendi, in quibus terminis loquuntur auctoritates firmantes, decoctori curatorem dari: aut vero decoctor est absens, & fraudationis causa latitat, prout in hypothesi, & in hoc alio casu de curatore suscitandus non est, quoniam possideri, vendique jubet Prætor, *leg. Fulcinius*, §. 1. *ff. quibus ex caus. in possess. eatur*, ubi Ulpian. sic loquitur *Prætor ait, qui fraudationis causa latitat, si boni viri arbitratu non defenditur, ejus bona possideri vendique jubet*; & ex hoc textu notavit Accurs. *in l.* 1. *in verbo conditio, ff. de curat. bon. dan.* & Bartol. *in l.* 11. *ff. eodem*, & distinguendo egregie tradit Stracc. *de decoctor. part.* 7. *an.* 6. *ad* 10.

4 Urgebat minus altera exceptio proposita adversus justitiam dictæ sententiæ, quod scilicet Congregatio computorum, quoad partitas expensi a Zinago processerit cum puro lumine desumpto ex notulis, & computis informibus traditis ab illius fratre, & ministris, non admissis pluribus partitis ibidem contentis, nonnullisque meliori discussionis reservatis; nam posita illius fuga, & fraudulenta latitatione (nullo, ut diximus, dato jurato computo) utique poterant judices illum recte constituere reliquatorem in longe majori summa, eaque profecto, in qua ex libris Cameralibus apparebat debitor, quin tenerentur admittere dictas informes notulas, & computa; non enim administratores rerum fiscalium debent rationes reddere in confuso, & foliis imperfectis sumptis ex libris administrationis, sed descriptis fideliter, & singillatim omnibus acceptis, & impensis, itaut de his manifesta veritas appareat, per
5 text. *in l. Apparitores* 5. *C. de exactor. lib.* 10. & in his terminis explicant Gaspar. Klokius *de erario lib.* 2. *c.* 127. *n.* 12. Franc. a Pont. *de potest. proreg. tit.* 4. §. 8. *num.* 24. ubi quod nulla fides est adhibenda schedulis privatis arrendatorum fiscalium, vel ipsorum libris in eorum beneficium, maxime si in malam formam pervenerint, & in necessitate fuerint
6 constituti, ex punctuali text. *in l. final. C. de convenien. fisc. debitor lib.* 10. *l. exemplo, C. de probat.*

Quamobrem, loco redarguendi hanc sententiam de ulla labe injustitiæ, ea potius canonizanda est in hac parte minus rigorosa, & valde mitis, dum in statuendo credito, Zinaghi admissis, & adhibuit informes notulas, & scartafaccia computorum exhibita ab ipsius fratre, & ministris; & quamvis nonnullas ex partitis ibidem contentas non admiserit, id processit, ex quo carebant justificatione, & verisimilis justificationis faciendæ probabilitate. Ex quo autem pleræque partitæ retentæ fuerint ad calculum, & reservatæ meliori discussioni, colligebatur manifeste consueta ingenuitas, & candor judicantium, qui tanquam sufficienter, ut par erat, non justificatas, & fraudis suspectas, poterant absolute rejicere. Neque proinde Zinago calculum juratum non exhibente, neque formalem suæ administrationis rationem reddente, ob futuram possibilem justificationem aliquarum modicarum expensi partitarum, retardati hoc interim potest in favorem Cameræ, executio sententiæ pro reliquatu certo, & liquido, ex relatis per Peregr. *de jur. fisc. lib.* 9. *tit.* 8. *n.* 5. 6. *&* 7. Escobar. *de ratiocin. cap.* 21. 7
n. 25. Chartar. *dec.* 74. *n.* 15. Giurb. *dec.* 15. *n.* 10.

Ejusdemque irrelevantiæ visa est replicatio, quod in omni casu istud judicatum afficere possit Zinagum, Columnam, aliosque creditores citatos, nullatenus tamen hæredes bonæ mem. Paravicini absentes, & non citatos, ex regula textus *in l. sæpe, ubi omnes Doctores, ff. de re judic.* 8
& tot. tit. C. quibus res judic. non noceat, l. de unoquoque, ff. eodem, Tiraquell. *in tract. res inter alios acta in principio num.* 3. Surd. *dec.* 256. *num.* 5. *cum seqq. & per tot.* ubi quod calculus structus contra debitorem, nocere non debeat alteri non citato.

Enim vero cum judicium agitatum super redditione rationis dicti œconomici gubernii, præcipue, & principaliter fuerit institutum contra Zinagum, Columnam, aliosque prætensos ipsius Zinaghi creditores, ad effectum exequendi sententiam adversus bona dd. principalium debitorum, & rejiciendi concreditores Cameræ; secus vero adversus DD. Thesaurarios, dum de eo tempore ignorabatur, an bona Zinaghi, locaque Montium attergata, essent sufficientia ad satisfaciendum reliquatum sui debiti, minusque certum erat, an Domini Thesaurarii essent in culpa, adeout in subsidium tenerentur ad relevationem; hinc sequitur, quod hæredes Paravicini ob læsionem, quæ eis in consequentiam contingere poterat, non erant citandi, & sententia prolata adversus principaliter interessatos, illos 9
afficit, & nocet, juxta notabilem gloss. *in dicta l. de unoquoque, vers. quos causa, ff. de re jud.* ubi limitando dictum juris consulti, *quod de unoquoque negotio præsentibus omnibus, quos causa contingunt, judicare oportet; aliter enim judicatum inter præsentes tenet: ait Accursius, hoc procedere quando principaliter contra eos lis mota fuerit*; unde a contrario sensu inferunt omnes Doctores, quod quando lis non est principaliter contra eos, mota, ac præordinata, tunc sufficit citare illos, quorum principaliter interest, ut ex Imol. Alexand. & Bartol. tradunt Barbat. *cons.* 1. *col.* 3. *lib.* 2. Dec. *cons.* 367. *col. fin.* & late Tiraquell. *in d. tract. res inter alios acta num.* 3. ex ea ratione, quod quoties judicium fit contra eum, cujus principaliter interest, lex præsumit eum taliter causam fuisse defensam, ut si omnes alii citati fuissent, idem judicatum esset, ut animadvertit Angel. *in dicta l. de unoquoque num.* 6. quem sequitur plenissime Præses a Pont. *cons.* 75. *per tot. & signanter num.* 2. *&* 16. Rot. *dec.* 242. *num.* 6. *part.* 9. *recent.* repetit post Merlin. *de pignor. dec.* 72. & coram Bich. *dec.* 79. *n.* 4. *& dec.* 79. *nu.* 79. coram Arguell.

Contrariis procedentibus, quando constare, quod principaliter interessatus in judicium vocatus, litem diligenter non fuerit prosecutus, vel in ea cum dolo sit versatus; in hoc enim casu sententia non nocet tertio non citato, quarumvis ejus interesse non esset principale, sed consecutivum, ad text. *in l. ex contractus, ff. de re judic.* Imol. *in d. l. sæpe col.* 7. *num.* 4. *ff. de re judic.* & late tradunt Covarruv. *pract. quæst. cap.* 13. *col. final.* Velasquez *de emphyt. quæst.* 10. *n.* 3. Molin. *de primogen. lib.* 4. *q.* 8. *n.* 7. & in hypothesi collusionis, & non factæ diligentis defensionis, Senat. Mantuan. *in præfata dec.* 356. Surd. motus fuit principaliter ad resolvendum calculum factum contra debitorem non præjudicare alteri creditori non citato, ut deprehenditur *ex n.* 5. *&* 27. *in fine*, & individualiter notavit Rot. *dict. dec.* 242. *n.* 8. *part.* 9. *rec.*

Hujusmodi tamen limitationis præsidio juvari nequeunt hæredes bonæ mem. Paravicini; quia liquet consanguineos Zinaghi, & Columnam principalem interessatos, acriter, ac totis viribus incubuisse defensioni hujus causæ, adeout etiam si essent citati habentes consecutivum interesse, nihil amplius allegare potuissent; prout revera nihil positivum hodie deduxerunt, sed in genere exclamabant, calcu-

calculos esse de novo dispungendos, subpræteritu, quod possint detegi errores. Hoc tamen vagum, & generale refugium subversum fuit ex trita juris propositione, quod post semel redditam rationem, ut ad ejus novam revisionem deveniri valeat, perspicuis, & clarissimis probationibus constare debet de errore, & quidem in specie, & non in genere, alias præsumptio juris semper militat pro illius exclusione, & novam repetentes. *in l. unic. C. de errore cal-*
12 *culi*, quos sequitur Bovadill. *lib. 5. polit. cap. 4. nu. 76. ad fin.* Escobar. *de ratiocin. c. 41. n. 28.* late Rot. *dec. 106. & 185. n. 4. p. 2. rec. & dec. 1. per tot.* cor. Cerr.

Ex quibus satis, & exuberanter vindicata ab omnibus objectibus sententia Congregationis computorum declarantis reliquatum Zinaghi in antedicta summa scutorum 63179. 34. assumentes Domini cognitionem principalis articuli nostro Auditorio vere delegati: *An scilicet, & quis de prædicta summa teneatur relevare Rev. Cameram Apostolicam?* unanimis fuit sensus, *teneri Dominos Thesaurarios, & Columnam.*

Et quoad Thesaurarios, moti ex ea certa, & incontroversibili propositione, quod supremi Officiales, & Ministri, quibus Principes committunt regimen, curam, & administrationem proprii ærarii, tenentur reddere exactam rationem de eorum regimine, & administratione, omneque damnum, & detrimentum ob eorum culpam obveniens eidem ærario, est ab ipsomet emendandum, & resarciendum, ad text. *literaliter in l. si provinciæ Cod. de*
13 *annon. & tribut. lib. 10. l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib. 10. l. contrarius, C. de administrat. rer. public. & l. non similiter 4. & l. Magistratus, ff. de magistrat. convenien.* & tradunt in terminis Thesaurariorum Generalium, Rebuff. *in l. missi opinatores*, & ibidem Broneman. *n. 4. & 8.* Afflict. *ad constitut. regn. lib. 1. rubr. 35. verb. Officiales n. 1.* Paris de Put. *in syndicat. §. Judex num. 4.* Frangos. *de regim. Reipubl. tom. 1. lib. 7. disput. 21. nu. 5.* Franciscus de Clopet. *in centur. caus. causa 61. quæst. 4. n. 12.* Gaspar. Escalon. *in gazophylac. Reg. Peruan. lib. 1. p. 2. cap. 17.* Hessler. *de ration. redden. loco 20. nu. 260. usque ad 270.* Mevius *in comment. in jus Lubecen. p. 2. lib. 3. num. 36.* Cassan. *in consuet. Burgun. rubric. 2. §. 5. ias. 57.* Gabriel. Beratt. *in specul. visit. c. 11. nu. 8. & 9.* Franciscus Marcus *in dec. Delphinat. p. 6. q. 440. n. 2.* Christin. *dec. Belg. 167. n. 3.*

Idque summo jure factum esse nemo inficiabitur; nam si Supremi Legislatores ad prospiciendum privatis subditis non valentibus, vel ob ætatis, vel mentis imbecillitatem, aut alias ob causas, propriis œconomicis rebus vacare, rigidis sanctionibus præcaverint, ut quilibet administrans, sive necessarius, sive voluntarius, a lege, judice, vel homine constitutus, quocunque nomine, titulo, vel causa administraverit, suæ villicationis, & gestionis rationem reddere sit obnoxius, resque, & pecunias alienas eorum culpa, & negligentia, vel dispersas, vel in usus non legi-
14 timos conversas, & erogatas, restituere teneatur, *ut toto titulo, ff. & C. de tutor. & rat. distrahen. & de negot. gest.* & generaliter de omnibus administratoribus, tradunt Castell. *in tr. de ratiociniis part. 2. per tot.* Escobar. *eod. tract. c. 1. & 3.* Beratt. *in specul. visit. c. 23.* Surd. *cons. 7. n. 14.* Baez. *de decim. tutor. præstan. c. 2. nu. 152. & 157.* Non resistente quacunque contraria consuetudine, Afflict. *in constitut. regn. rubr. minores in fine lib. 3.* Cassan. *in consuet. Burgund. rubric. 6. §. 6. n. 20.* Baez. *de decim. tutor. num. 159.* Escobar. *de ratiocin. cap. 1. nu. 5. & pluribus aliis citatis*, Gabriel. Beratt. *in specul. visit. c. 23. n. 5.* qui dum ultimi probant redditionem rationis in administratore originem habere a jure Divino.

Multo magis rationi consentaneum erat, ut iidem supremi legum conditores, vel extendendo ad eorum favorem, & totius Reipublicæ, leges jam latas in beneficium privatum pupillorum, vel novos statuendo consulerent indemnitati, & conservationi proprii ærarii, quod non custoditur in commodum privatum, sed in publicam utilitatem, & pro bono populorum regimine, defensione, & custodia, ut præ cæteris ait D. Thomas *de regimine Prin-*
15 *cipium lib. 2. c. 7.* & Gulielmus Benedictus *in repetit. c. Raynutius de testamentis verbo, & uxorem nomine Adelasiam, dec. 2. n. 224. vers. sicut enim fol. mihi 86.* & pluribus citatis doctissime exornant Klokius *de ærario lib. 1. c. 1. tota, & Agesta in modernis adnotationibus pro regio ærario p. 1. præjud. 2. per tot.*

Atque ideo, si ærarium Principum sæcularium cum tanta circumspectione, & vigilantia custodiri, & administrari debet ex præscripto legum civilium: quid erit dicendum de patrimonio Supremi Principis Apostolici, ex lege Divina peculiaribus vinculis mancipato in subsidium pauperum, levamen oppressorum, redemptionem captivorum, nec non pro Orthodoxæ Religionis propagatione, extre- 17
moque illius hostium exitio? ut late ait D. Ambrosius *lib. 2. de offic. cap. 28. relatus in c. aurum 76. caus. 12. qu. 2.* & de ærario Ecclesiæ ob istas causas a Christo Domino permisso, dicit Venerabilis Beda *lib. 4. cap. 54. in Lucam 12.* ibi: *Cum & ipse Dominus, cui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, a fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens;* & hujusmodi ærarii Papa Supremus dispensator a Deo constitutus, audiens illius bona detrimentum pati, tenetur villicos deputatos vocare ad reddendam suæ villicationis rationem, ut monuit Christus Dominus per Lucam *cap. 16.* ibi: *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ.*

Duplex autem extremum necessarium, ut hactenus firmata propositio fieret nostro themati applicabilis, quod nempe cura, & administratio ærarii Pontificii resideat penes Dominos Thesaurarios, quodque eorum culpa ipsum ærarium passum fuerit jacturam supervenram ex cessatione Zinaghi, apparuit Dominis præclare justificatum, & comprobatum; primum nanque convincebat inter alias Constitutiones loquentes de facultatibus Thesaurarii Generalis, illa Sixti Quinti in ordine suarum centesima, quæ apertis verbis in ejus proœmio declarat ejus munus totum versari in administratione rerum, bonorum, & jurium Cameræ, 18
ibi: *Ut salubri directioni, indemnitati, & conservationi ærarii Apostolici opportune consulatur, atque illius administratio talibus personis committatur, quorum opera, studio, industria, bona fide, res, & jura prædictæ Cameræ diligenter conserventur, & augeantur;* eademque verba leguntur ad unguem transcripta in solito Brevi deputationis, quod Pontifices tradunt Thesaurariis, magisque singillatim clare, & distincte id ipsum comprobatur formula juramenti, quod ipsi præstant in manibus Eminentissimi Cardinalis Camerarii in primo muneris ingressu dato *in Summar. Hæredum Paravicini sub num. 5.* per quod tanquam Præpositi ærario Apostolico se adstringunt, illud bene regere, & conservare, & de omnibus, & singulis ad eorum munus pertinentibus rationem reddere, ibi: *Fideliter, & legaliter geram, & diligenter procurabo, exequar, & exercebo,* & inferius, ibi: *Reddam Cameræ Domini nostri Papæ veridicam rationem, & reliqua rationis præstabo, & illam rationem, sive computum reddere non differam,* quod sane juramentum consonat cum eo, quod olim præstare solebant antiqui quæstores publici ærarii, de quo *in authent. jusjurandum tit. 3. collat. 2. & in authent. de mandatis princ. tit. 4. collat. 3. in §. Oportet*, de quo Capyc. Galeot. *respons. fiscal. 15. nu. 129.* Olasc. *dec. 86.* Cornazan. *dec. 196. n. 2.* Guidopap. *dec. 631. n. 8.* 19

Ex quibus manifeste resultat, Summos Pontifices, utpote curis gravioribus intentos, non valentes, neque debentes ministeria œconomica per semetipsos exercere, sed per alium qui sit fidelis servus, & prudens, ut Eugenium Papam monebat D. Bernardus *c. 6. alias 9. lib. 4. de consideratione*, gubernium, curam, & administrationem redituum, & jurium Cameræ Apostolicæ reposuisse penes Thesaurarios, prout omnes alii Principes proprium patrimonium custodiendum, & regendum tribuunt eorum generalibus Thesaurariis, quos nemo unquam dubitavit, quin sint veri administratores obnoxii oneri redditionis rationis, ut supra probatum fuit, & ad hunc effectum ab omnibus Doctoribus æquiparantur quæstoribus ærarii, de quibus *in l. 2. ff. de origine juris*, necnon comitibus sacrarum largitio- 20
num, de quibus extant tituli particulares *in C. de palat. sacrar. largit.* Et denique primipilis, sic appellatis quasi primis inter administratores regulis pecuniæ, de quibus *in tit. de primipilo lib. 12. Codicis*, & late explicans Alciat. *in rub. dicti tit.* Afflict. *in consuet. reg. rubr. patres pro filiis num. 8.* Covarruv. *var. resol. lib. 1. c. 16. nu. 7.* Petr. Barbos. *in l. 1. p. 7. n. 1. cum seqq.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 3. n. 2. & 2. & tit. 6. n. 43.* Capyc. *dec. 129. n. 15.* Beratt. *in specul. visit. c. 1. n. 3.* Mastrill. *de magistrat. lib. 5. c. 9. n. 89.* Reg. a Pont. *de potest. prior. tit. 4. §. 8. n. 1. & 2.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 2. c. 194. n. 3. cum seqq. & per tot.*

Frustra proinde conari videbantur defensores hæredum bonæ mem. Paravicini, tam serio insinuare, quod Domini Thesaurarii reputari nequeant veri, & reales administratores ærarii Apostolici, sed potius habituales, & honorifici superintendentes, adeout non teneantur reddere ratio-

tionem de redditibus, & proventibus Cameralibus, sicuti obnoxii sunt cæteri actuales Administratores, quoniam contrarium evincunt verba Bullæ Sixtinæ, Breve deputationis, & juramentum supra expensa; præeminentialis vero, & honorifica illa superintendentia verius residet penes Eminentissimum Cardinalem Camerarium, qui licet antiquioribus temporibus fungeretur vice primipili Papæ,
21 ut individualiter testatur Angel. *in l. 2. C. de privileg. fisc.* relat. per Capyc. *dec. 129. nu. 16.* tractu tamen temporis ejus auctoritas restricta fuit ad quandam potius honorificam præsidentiam, seu præfecturam Cameræ Apostolicæ, seu fisci utriusque Principatus Ecclesiastici, & temporalis, dum actualis administratio resideret penes Thesaurarios Generales, ut hisce verbis notavit Eminentiss. de Luca *in re-*
22 *lat. cur. Roman. disc. 11. n. 3.* & comprobat *in disc. 31. n. 24.* *Non solum* ubi: *Quod Thesaurarii habent œconomicam, ac omnimodam primariam administrationem, & curam reddituum, & proventuum Cameralium*; & ante ipsum dixerat Cardinalis Tuscus *pract. conclus. concl. 229. numer. 1.* ubi: *Quod officium Thesaurarii Sedis Apostolicæ est pecunias Cameræ solvendas recipere, & computum plenum de eis reddere*: Et refert Salgad. *in labyr. cred. part. 4. cap. 3. num. 8, & 9.*

Cæterum, quod attinet ad particulare negotium, de quo agitur concernens assentum triremium, nullo pacto visum fuit, suffragari posse Dominis Thesaurariis præsidium honorificæ, & præeminentialis superintendentiæ, cum re vera hoc est alterum ex negotiis a Pontifice eis particulariter demandatum, & in quo independenter a quocunque alio versantur; ipsi enim sunt, qui prævio chirographo eisdem solum, & specifice directo a Papa, capitula assentus concordant, instrumentum stipulantur, curam illius ad implementi suscipiunt, ex ærario pecunias extrahunt pro solutione stipendii conventi cum assentista, jubent fieri armamenta congruis temporibus, per plures dies ante discessum triremium Centum cellas migrant, ibique perlustrant armamenta, & recognoscunt, an assentista in suo explendo munere deficiat; quapropter incontrovertibile manet, quod respectu œconomiæ triremium habeant non solum superintendentiam honorificam, sed etiam actualem primariam administrationem, adeout de pertinentibus ad illarum assentum, & potissime de pecuniis, quas in hanc causam erogari mandant ex ærario Principis, debeant reddere strictissimam rationem, ad instar actualis, & particularis negotiorum gestoris, & specialis Papæ procu-
23 ratoris, tam ex censura *l. 2. totoque titulo, ff. de negot. gest.* *cum aliis collect.* per Escobar. *de ratioc. cap. 3. num. 3.* quam etiam in vim juramenti præstiti in primo eorum ingressu ad officium, per quod spondent *fideliter, & legaliter gere-*
24 *re, & exequi negotia a Papa ipsis commendata*, quod vinculum, tametsi obligationem juris non augeat, eam tamen efficaciorem reddit, ad text. *in leg. fin. Cod. de non n. pecun.* Ruin. *con. 134. n. 8. lib. 1.* Surd. *cons. 10. n. 7. & 8.* Riminal. jun. *cons 72. n. 4.* Seraphin. *de privil. juram. 149. n. 1.* Giurb. *dec. 42. n. 26.*

Progrediendo ad alterum caput, quod scilicet Cameræ Apostolicæ obvenerit damnum reliquatus a Zinagg relicti ex culpa utriusque Thesaurarii, domini ante discussionem facti examinarunt, quæ culpa requiratur in stricta juris censura ad effectum inducendæ obligationis Officialium pro refectione damni de proprio, & compertum habuerunt teneri de lata, & levi culpa, nempe de deviatione ab ea diligentia, per quam quia non videtur intelligere, quod omnes intelligunt, vel major pars intelligeret,
25 aut faceret, ut describitur lata culpa *in l. cedere diem 213. §. finali, & l. lata culpa 223. ff. de verb. significat.* Et rursus de deviatione ab ea diligentia, quam adhibere solent omnes diligentes ejusdem conditionis, ut definitur levis culpa per Doctores, *in l. contractus, ff. de reg. jur.* & distinctim de utraque, Donell. *in l. si Procuratorem nom. 19. ff.*
26 *mandat. & in comment. lib. 16. cap. 6. vers. altera*, Faber. *de error. pragm. dec. ad 76. erro. 1.* Bellug. *in specul. princ. 35. n. 47.* Xamar. *de offic. judic. & adv. part. 2. quæst. 17. no. 6. & 7.* Pegal *var. resolut. forens. cap. 3. nu. 73. & 74.* ubi infiniti concordantes.

Cum enim Administratores rerum publicarum æquiparentur Tutoribus, & Curatoribus, & Fiscus, ac Respublica pupillis, adeout dispositum in uno censeatur dispositum in altero, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 2. nu. 10.* Ca-
27 valcan. *dec. 37. n. 13.* de Marin. *resol. jur. 1. cap. 148. nu. 14.* inde fit, quod sicuti tutores tenentur de lata, & levi culpa ad text. *in leg. generaliter 11. leg. Tutor. 14. ff. de administrat.* *tutel.* Escobar. *de ratiocin. cap. 19.* Pegas. *resolut. forens. di-*
cto cap. 3. num. 670. ita de eisdem culpis tenentur admini- 28
strantes Respublicas, & ærarium Principis, ad text. in *l. Magistrat. ff. de administrat. rer. ad Civitatem pertinentium*,
ibi: *Magistratus Respublicæ non dolum solummodo, sed &* 29
latam negligentiam, hoc amplius diligentiam debent, & tradunt Curt. jun. *cons. 19. sub nu. 1.* ubi in terminis quæstores, & magistri ærariorum, Nicol. Losæus *in tract. de jur. univers. par. 3. cap. ult. n. 37. & 42.* Fragos. *de regim. Reipubl. lib. 7. disput. 24. n. 5.* ubi in specie Thesaurarii generalis, & in iisdem terminis loquuntur, Amaya *in tit. Cod. de suscept. proposit. &* *Archariis lib. 10. & tit. de exactor. tributor.* Bertaz. *in specul. visit. cap. 22. in tit. de decurion. & consiliar. civit. n. 42.* Pegal. *d. cap. 3 nu. 325.*

Quæ conclusio procedit tam pro culpis commissionum, quam omissionum, quia eadem est ratio in omittendo,
quam in committendo, *l. penult. C. de Canon. largit.* Mastrill. 30
de magistrat. lib. 7. cap. 8. n. 86. & 87. Bovadill. *in polit. lib. 5. cap. 1. nu. 155. & 190.* Paris. de Put. *in syndicat. verb. negligentia num. 10.* Francisc. Marc. *dec. 712. num. 1. part. 2.* Belluga *in specul. princip. rubr. 33. nu. 8. vol. 1. circa med.* Cresp. de Valdaur. *observat. 98. nu. 6.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. quæst. nu. 518.* ubi ponderat, quod omittens, licet non gravius, magis tamen peccat contra officium, quia directio lædit ipsius positivam obligationem, quæ in faciendo
consistit, & sequitur late Pignatell. *controvers. forens. cen-* 31
sur. 2. c. 38. nu. 7. ubi ad propositum refert, & examinat dictum illud Joannis Andreæ, quod non facere, facere est, & delictum in omittendo, sit delictum in committendo, & taliter est puniendum.

Variantibus tantum Doctoribus circa obligationem Officialium de levissima culpa, quoniam de deviatione ab ea diligentia, quam habent omnes diligentissimi ejusdem pro-
fessionis, ut eam definiunt Rebuff. *in dicta l. lata culpa vers.* 32
levissima, ff de verb. oblig. in Belluga *in specul. princip. prædi-legata rubr. 35. n. 48.* Pegal. *resol. 3. n. 761.* Alii namque procedentes cum similitudine prædicta tutorum, ajunt, quod Officiales, adinstar tutorum, non tenentur de levissima
culpa, ut in specie de Camerario tradit Cavalcan. *decis. 37.* 33
n. 12. & 13. cum aliis adductis per Rot. *dec. 646. nu. 8. cor.* Bichin. Alii distinguunt judicium civile a criminali, dicentes, quod quando agitur criminaliter contra Officiales, tunc levissima culpa non sufficit, secus quando agitur civiliter, potissime ubi Officiales habent jurisdictionem & funguntur vice Magistratus, & hanc distinctionem am-
plectitur Menoch. *cons. 246. n. 62. lib. 9.* Cyriac. *contr. 433.* 34
n. 10. & 11. Mastrill. *de Magistr. lib. 6. c. 8. nu. 3.* & recentissime Urceol. *dec. Florent. 21. nu. 14.* Alii demum subdistinguendo in judicio civili culpam levissimam in omittendo, a culpa levissima in committendo, putant, quod de prima
Officiales non teneantur, secus vero de secunda, ut pro- 35
bant relati per Urceol. *d. dec. 21. n. 17.*

In hac tamen opinionum varietate illud certum videtur, quod quando Officiales speciali nexu se obligant ministerium eis demandatum regere, & administrare diligenter, & diligentissime prout in casu, in quo domini Thesaurarii jurant omnibus ad eorum munus spectantibus operam dare, & incumbere *fideliter, legaliter, diligenter, & quantum in eis est*, quæ verba important adhibitionem omnis illius diligentiæ, quam homo in sua professione, & Officialis in suo ministerio facere potest, & sic magnam, & superlativam diligentiam; tunc talis promissio auget obligationem legalem, & inducit obligationem ad omnem levissimam culpam, ut in minus dubioribus terminis ejus, qui se obligaverat facere omnem diligentiam, consulti, respon-
dent Gabriel. *cons. 169. n. 29. l. 2.* Dec. *cons. 274. n. 3. vers.* 36
& a fortiori, & magis diligens, Neguzan. *quæst. seu respons. 192. sub n. 1. vers. hoc tamen, & n. 2. & 4.* quibus aliisque relatis plenius firmavit Rot. *prædicta dec. 646. n. 21. 22. & 23.* coram Bichin.

Præmissis in jure sic explanatis, & prænotatis, domini revocando ad trutinam culpas per Rev. Cameram Thesaurariis attributas, eas multipliter, & quidem in unaquaque specie culparum hactenus explicata, esse comperti sunt, & totidem, quot sunt geminorum assentuum capita, quæ partim tenebantur ipsimet adimplere, & partim vigilare, ut adimplerentur, quæve nec ipsi in effectu impleverunt, neque curarunt, ut adimplerentur.

In primo enim capitulo conventum fuit, quod ex menstruis provisionibus assentistæ pro triremium manutentione destinatis retinendum esset per Cameram diversis vicibus pretium munitionum calculatum in summa scutorum 22545.

22545. nempe ejus medietatem pro quota singulis annis, & alteram medietatem in fine assentus; & tamen D. Paravicinus tunc temporis Thesaurarius non retinuit intra præscripta tempora stipendium ad mensuram dd. munitionum, sed totum bimestrustim persolvit, contra leges expressas instrumenti, & cum notabilissimo Cameræ damno, attento, quod munitiones de tempore consignationis erant valoris, ut dictum fuit, scutorum 22545. & de tempore cessationis, & fugæ Zinaghi, repertæ fuerunt valoris scutorum 900. circiter.

Qua stante, nulla ratione salvari potest culpa lata in committendo, cum omnes homines ejusdem professionis hujusmodi retentionem in pactum expressum deductam facere non omisissent. Et profecto si de jure latam culpam
37 contrahit Thesaurarius generalis, quando mutuat pecuniam fiscalem sine licentia Principis, ad text. *in leg. fetant omnes, Cod. de his, qui ex pub. rat. lib.* 16. etiam sub usuris, Rovit. *ad reg. pragm. Neapolit. pragm.* 5. *n.* 1. de Marin. *ad dec.* Rovetter. 71. *n.* 3. *tom.* 1. Berart. *in specul. visit. d. cap.* 11. *n.* 6. Fragos. *de regim. Reipubl. d. disp.* 22. *n.* 4. quanto magis judicanda est culpa lata in committendo, solutio summæ considerabilis scut. 22545. quæ ex pacto expresso debebat, & sine ulla impensa labotia, vel diligentiæ poterat retineri, non fuit retenta, ex firmatis per Rotam *decis.* 203. *numer.*
38 21. *part.* 5. *recent.* & *decis.* 440. *num.* 19. coram Dunozett. jun. Et quando hæc culpa non esset lata, quia negabit esse levem, & si non levem, quis levissimam, quas evitassent diligentes, & diligentissimi? & tamen eas sufficere ad effectum, de quo agitur, fuit supra plane firmatum, §. *Variantibus tum seqq.*

Ejusdem gravitatis est secunda culpa. In prædicti enim assentus *Capitulis d.* 7. 8. 9. 10. & 11. conventum legitur, quod Zinagus deberet in triremibus retinere designatum numerum Officialium, militum, nautarum, pro armamento ordinario, & extraordinario, & majorem, quatenus Sanctiss. placuisset demandare validius armamentum vulgo *detto di Rinferzo*, adjecta declaratione, quod in casu augmenti dictarum gentium obligata esset Camera proportionabiliter augere stipendium, sicut etiam & illud diminuere, quatenus Zinagus gentem designatam, vel ex beneplacito Papæ designandam non retinuisset; neve in hoc ulla ex parte Zinaghi contingeret fraus, additum fuit alterum pactum, quod Camera in hanc causam detinuisset in Civitate Centumcellarum particularem ratiocinatorem, cujus incumbentia esset, *dare nostro*, sunt verba instrumenti, *alla gente soldata, e ciurma mese per mese, e notare tutti quelli, che mancheranno, o che vi saranno, di più, acciò sul fine dell' anno si possano aggiustare i conti e rifare reciprocamente, secondo vestirà il debito, ò credito.*

Salubris profecto, & provida dispositio, optimis cautelis munita, sed ad nihilum profuit, quoniam uterque Thesaurarius tam antecessor, quam modernus in causam expensarum faciendarum pro armamentis validioribus mandarum exsolvi pluribus vicibus ingentem summam pecuniarum ascenden. ad scuta 115229. 27. ubi a contra dispunctis, & excussis rationibus compertum fuit, assentistam non retinuisse numerum militum, & nautarum sibi præordinatarum pro dictis armamentis validioribus *di rinferzo*; quinimo nec etiam numerum expresse stabilitum in instrumento assentus pro armamento ordinario, & extraordinario, adeo quod proportionabiliter ad gentes, quas non retinuit, constitit fuisse super erogantes, & plus debito exsoluta a bon. mem. Paravicino, scuta 2540. 8. 58. & a moderno Thesaurario scuta 22254. 47.

Si itaque Thesaurarii nequeunt pecunias fiscales mutuo dare, ut supra probavimus, nec, ut superadditur, extra usus deputatos erogare, etiamsi essent usus publici, Joannes de
39 Platea *in l.* 1. & *l.* 3. & *l. Judices, C. de his, qui ex public. collat.* Bald. *de Constit. nu.* 5. ubi quod non possunt solvere unum nummum de proprio capite, Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 101. Berart. *d. cap.* 11. *nu.* 6. & 7. Fragos. *d. disp.* 22. *n.* 3. utique nulla ratione excusabilis est lata culpa in committendo ob anticipatam solutionem summæ adeo conspicuæ pro expensis faciendis, & non factis. Ab hac enim nimia facilitate solvendi abstinuissent omnes homines ejusdem ministerii, & professionis, in quo consistit lata culpa, ut supra dictum est §. *Progrediendo*.

Quo admitti potuerit excusatio, quod si Zinagus retinuisset numerum militum, & nautarum sibi demandatum, ipse nedum nihil anticipate recepisset, sed in non exigua summa creditor Cameræ remansisset quoniam parum refert, quid secutum esset, si Zinagus sui muneris partes fideliter adimplevisset; sed videndum, quid in effectu ipse gessit, & quid fecerunt, ac omiserunt Domini Thesaurarii; Zinagus enim plura notabilissimæ quantitatis mandata extorsit, & pecunias fiscales in alios usus dispersit ex culpa DD. Thesaurariorum, qui neglexerunt adimplementum pactorum assentus. Si enim singulis annis, prout in eo præcipiebatur, coegissent Zinagum ad reddendam rationem accepti, & impensi in causam dicti validioris armamenti, cathalogum gentium exaratum per ratiocinatorem Cameræ rimassent, utique illius fraudes recognovissent, & hoc casu adeo improvide exsolvere non continuassent tot summas sub illo specioso, & generali titulo expensarum *fatte*, e *da farsi*, quæ expensæ juxta ordinem demandatum nullo modo fiebant; atque rursus magna facilitate cum proportionabili stipendii ratione separabatur Cameræ jactura, constarumque non esse ob hanc causam creditum tam ingens evasum successive inexigibile, ut monuit Imperator verbis ad nostrum propositum aureis, *in l. nemi-* 40
nem 4. *C. de suscept. l.* 10. ibi · *Integro igitur anniversarii anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispersint, ut facilius, si quis in furte fuerit deprehensus, recentem queat reintegrare jacturam*; & comprobat Text. *in l. sive ex Præturis, C. ex caus. & exact. lib.* 12. *l. cum servus ff. de condit. & demonstr.* a Pont. *de potest. proreg. tit.* 4. §. 8. *num.* 19. *vers. fuit igitur*, Klock. *de ærar. lib.* 2. *cap.* 128. ubi quod nihil æque Principum facultates extenuat, quam rationum reddendarum neglectus, per quem fit tacita licentia furtorum, fidique etiam ministri ad peculatum, & socordiam invitantur, & concordat Heesser. *de ratton. redden.* 41
loc. 4. *num.* 7.

Atque ideo ob hanc saltem omissam singulis annis petitionem redditionis rationis non est, quod controvertatur magna dominorum Thesaurariorum negligentia, quæ illos constituit in lata culpa, ad Text. *in l. sedere diem* a 13. 42
§. *Lata culpa*, & *in l. magna negligentia, ff. de verb. signif. ubi magna negligentia, culpa lata est, & dolo proxima*. Et non jam in omittendo, sed in committendo, quia non facere, id quod quis facere debet, est delictum facere, & delictum in omittendo, efficitur delictum in committendo, ut præter supra relatos *in* §. *Quo conclusio*, tradit Rovit. 43
decis. 36. *num.* 19. Cresp. de Valdaur. *observ.* 98. *num.* 10. Amayda *in Cod. lib.* 10. *de Can. largit. lib.* 10. *num.* 19. & *seqq.* Urceol. *d. decis.* 21. *num.* 45. Et per consequens multo magis evitari nequit levis, & levissima culpa in committendo, dum nullus diligens, & diligentissimus Officialis, qui jurejurando se obstrinxit, *diligenter*, & *quantum in se est*, incumbere muneri suo, incideret in adeo supinam negligentiam erogandi pecunias fiscales fere per spatium octo annorum sine exploratione, vel ex stimulo simplicis curiositatis, an fuerint impensæ in usus legitimos, & demandatos; quod tamen compertum esse potuisset, si providas conventiones, in Capitulis assentus ad hunc effectum insertas, observari curasset.

Neque ad salvandas prædictas anticipatas solutiones, & negligentiam in exigendo singulis annis redditionem rationis profuit excusatio desumpta ex solito observato ab aliis Thesaurariis, quasi quod Officialis immunis remaneat ab omni, & quacunque culpa, quando facit, quod sui prædecessores facere consueverunt, ex Cravett. *cons.* 44
280. *numer.* 3. *post medium*, Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 127. Fontanell. *decis.* 356. *num.* 11. Cavalcan. *decis.* 371. *num.* 19.

Nam tale solitum non fuit justificatum in facto, nec probatum relevare in jure. Non regit quidem in facto quoad anticipatas solutiones, quia docuerunt Cameræ defensores, quod in assentu proxime antecedenti his duobus, de quibus agitur, neque unum mandatum fuerit a Thesaurariis illius temporis anticipate subscriptum pro expensis extraordinariis, sed eas posticipate fuisse persolutas; quare quatenus sibi præfixissent successores Thesaurarii regulam desumere ab observantia, par erat, ut respicerent, & attenderent proximam, & non remotam, prout juris est, ex notatis per Rota *decis.* 479. *numer.* 13. & 14. coram Buratt. & *decis.* 172. *n.* 26. *part.* 17. eoque libentius, quia erat tutior, & Cameræ magis proficua, sicque per eos practicanda, dum jurant facere quidquid esset Cameræ utilius; neque sane oscitanter sequenda est via antiqua, sed ex antiquis seligenda est via melior, & securior, sic ipso divino Spiritu per Hierem. cap. 6. monente, ibi: *State super vias, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.*

Præ-

Præterea nec remota observantia hoc solleum concludit; quia licet exhibita fuerint plura mandata facta ab antiquioribus Thesaurariis pro expensis extraordinariis, ostensum tamen fuit ex attestationibus ratiocinatorum Cameralium, ejusmodi solutiones revera fuisse demandatas pro expensis saltem in majori parte jam factis, & erogatis, procedendo semper cum ea in hisce œconomicis administrationibus salubri cautela solvendi minus, & longe minus debito, ut ex Summ. responsivo Cameræ nu. 4. idque fuisse generaliter observatum in omnibus aliis assentibus, satis edocuit eventus, dum omnes fere assentistæ remanserunt in fine assentuum creditores Cameræ notabilis summæ.

Indeque ex hoc ipso non relevat in jure confugium stilis, & observantiæ, quia ut in eo constitui potuisset aliquod apparens fundamentum, probare oportebat, quod ob solutiones anticipatas facta ab antiquioribus Thesaurariis obvenerit Camer. jactura, & ab ejus auctoribus in subsidium non emendata; quod non fuit probatum, nec ex prædictis poterat ullatenus probari, ob idque observantia specifice, & in individuo casu, de quo agitur, non justificata,
47 ad nihilum suffragatur, *l. quod non ratione, ff. de legat. cap. fin. de consuet. in 6.* Rota *dec.* 304. *nu.* 6. *& seq. par.* 11. *rec.*

Alteri prætenso solito non dispungendi computa annuatim, sed post absolutam œconomiam, deest pariter assistentia facti, & juris. Facti, quia ultra, quod ejusmodi excusationem noceri nequit bon. mem. Paravicinus, dum nec terminato primo assentu, curavit fieri computorum excussionem, permisitque Zinagum admitti ad novi assensus administrationem, antequam solveret reliquatum superioris administrationis, contra expressam dispositionem
48 Textus *in leg. locatio* 9. *§. reliquatores, ff. de publicam* ubi per hæc verba respondit Pompon. *I. C. Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt*, & melius *in leg. neminem, Cod. de suscept. lib.* 10. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 21. Postb. *de subhast. inspect.* 31. *n.* 55. Cobell. *ad Bull. bon. Regim. cap.* 44. *n.* 30. *vers. quod quidem,* Krevetter. *dec.* 539. *per. tot.* a Pont. *de potest. Proreg. tit.* 4. §. 8. *num.* 19.

Recognoverunt Domini dictum stylum vigere quoad generalem dispunctionem amplectentem universam, & totalem redditionem rationis totius administrationis, quæ præcisive a consuetudine non potest fieri ex natura contractus, nisi in fine assentus, dum inter alia consistit in æstimandis munitionibus, & armeriis, necnon accaratatione triremium, & scafarum reconsignandarum novo assentistæ, necnon in generali liquidatione dati, & recepti ad effectum faciendi finales, & generales quietantias. Unde mirum non est, quod fieri consueverit in fine assentus, & plerumque longe post. Præsertim quia cum Camera semper soleat manere debitrix erga assentistas, nullum propterea eidem nasci potuit præjudicium ex protelatione dispunctionis generalis computorum.

Hæc autem non est omissa, & neglecta dispunctio rationum, ob quam Domini Thesaurarii contraxerint prædictas culpas ære proprio luendas, respicis quippe ea, de qua ipsi gravantur, illam annuam verificationem, & recognitionem expensarum, quas Zinagus ex particulari Papæ jussu, & ex contracta per ipsum obligatione pro armamentis de *rinforzo* facere debuerat, & non fecit, quantumvis tot vicibus in hanc causam summas considerabiles recepisset, quasque dispunctis annis compunctis non extorsisset; & in hac parte nequaquam justificatus fuit prætensus stylus aliorum Thesaurariorum non recognoscendi, vel in fine anni, vel saltem ante demandandas solutiones, utrum dictæ expensæ revera factæ fuerint; imo credendum est illos adhibuisse hujusmodi diligentes excussiones, vel explorationes: quia, ut repetere fas est, constat semper minus debito ea solvisse, & Cameram in fine assentus remansisse debitricem: recurrit idcirco regula superius firmata, quod de stylo non probato in individuo casus, de quo agitur, ratio nulla habenda est, ut præter supra relatos notavit Rot. *dec.* 172. *n.* 5. cor. Cavaler. *& dec.* 480. *n.* 13. *par.* 1. *rec.*

Deficit etiam juris assistentia, eo quia cum in nostro casu adesset lex expressa circa modum solvendi expensas extraordinarias, prævia videlicet annuatim explenda solidatione, & revisione gentium, & nautarum, quas Zinagus retinuisset, nullius est operationis solitum expresso pacto adversativum, ex traditis per Natt. *conf.* 38. *nu.* 11. Becc.
conf. 94. *num.* 28. *lib.* 2. Laderch. *conf.* 61. *in fin.* Cancer. 49
in prima part. var. resol. cap. 8. *de donat. numer.* 185. Gratian. *disceptat.* 722. *num.* 33. Rota coram Ludovis. dec. 184.
num. 5. d. & 8 Non resistentibus auctoritatibus allegatis in 50
objecto principali, quod Officiales excusantur, quando peragunt, quod sui prædecessores fecerunt: quia vel loquuntur, quando agitur criminaliter, & non civiliter, vel procedunt, quoties factum prædecessoris non esset de se malum & Reipublicæ damnosum, ut notavit Cavalcan.
de brach. Reg. par. 5. *num.* 77. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 6. 51
cap. 10. *numer.* 127. vel demum, quando non resisteret solita expressa, rotunda, & literalis conventio, quia in hoc casu talis observantia judicanda est abusus, non admittendus, sed eliminandus, ut in individuo exclamant Rovit. *dec.* 36. *numer.* 3. & 4. *& sequent.* Urceol. *decis.* 21. *num.* 33.

Tertia culpa resultat, ex quo in Chirographo Sanctissimi, & in instrumento secundi assentus desuper stipulato præordinatum, & respective conventum fuit, quod pro cautione Cameræ loco dictæ locorum montium attergationis factæ in primo assentu deberet Zinagus relinquere ab illius initio usque ad finem sc. sexdecim millia; & tamen neque Paravicinus superstes per octo menses saltem integraliter, neque modernus successor detinuerunt ex solito stipendio hanc summam; imo quod non mediocriter auget culpam Domini moderni Thesaurarii, ipse non solum summam scutorum decem milium, & amplius, quam a Zinago inexactam reliquerat antecessor, loco retinendi residualem summam prædictorum scutorum 16. mil. unico mandato in principio ejus regiminis persolvit, sed etiam contraveniendo Papæ oraculo, & evertendo expressas leges instrumenti, permisit Zinago reattergare vice dictorum scutorum 16. m. eadem loca montium Columnæ specialiter pro primo assentu attergata, & ex illius reliquatu absorpta. Quod autem ex hoc facto contraxerint Domini Thesaurarii latam, levem, & levissimam culpam, & damnum exinde Cameræ resultans debeat ab iisdem resarciri, evidenter convincitur ex ipsa simplici historiæ narratione, & ex juribus superius adductis; solumque ulterius ponderatur, quod hujusmodi negligentia caret omni, & quacunque excusatione. Non suffragante illa vaga, & generali optimæ fidei, qua processerint Domini Thesaurarii, cum eam jus non admittat, quando resistit contraria conventio munita claro, & expresso Principis oraculo,
ex traditis per Rota *dec.* 300. *num.* 4. & 5. coram Mantic. & 52
dec. 1794. n. 5. coram Coccin. *& dec.* 585. *nu.* 11. & 14. cor. Merlino.

Ex præmissis fundamentis evincentibus culpam, & negligentiam majorum Officialium in adimplendis pactis, & conventionibus instrumentorum utriusque assentus Antonius Columna conceperat spem eximendi ab onere relevationis Cameræ loca 177. montium pro summa scutorum 22. mil. loco cautionis attergata, contendendo, quod ipse in hoc negotio gesserit figuram meri, & simplicis fidejussoris, dictaque sua loca obligaverit tantum pro causis contentis in dicto instrumento assentus, propterea que cum æs alienum Zinaghi processerit ex aliis causis diversis, quia nimirum, ut dictum est supra, ex ejus stipendio non fuerint per Dominos Thesaurarios retenta scuta 22. mill. munitionum, & rursus, ex quo fuerint eis persolutæ plures summæ pro expensis extraordinariis nulla prævia computorum dispunctione contra leges expressa assentus, ontoque ob istius innovationem, juxta strictam fidejussionis naturam, prædicta ejus loca montium libera, & ab onere relevationis immunia evasisse, allegando tanquam punctuales auctoritates, Rimin. Sen. *conf.* 641. *nu.* 3. *lib.* 4. Bursatt.
conf. 224. *nu.* 27. *lib.* 2. & *conf.* 428. *n.* 12. *lib.* 4. Ger. Spin. *conf.* 53
39. *n.* 13. Cyriac. *contr.* 646. Surd. *conf.* 460. *num.* 46. *& sæpe cit. dec.* 21. *n.* 46. Urceol.

Libratis tamen per DD. cum consueta lance justitiæ omnibus hinc inde deductis, concluserunt, hanc Columnæ prætensionem esse undequaque insubsistentem; & primo loco, quia in stricta juris censura illius obligatio non potuit canonizari fidejussoria, adeout regulanda sit cum rigidis principiis contractus fidejussionis, ponderando, quod neque Zinagus petendo assentum obtulerit fidejussionem, neque Pontifex in Chirographo super concessione assentus ad favorem Cameræ demandaverit stipulationem fidejussionis, sed solum concessio cantat: *Che debba il Zinaghi obligare a favore della Camera tanti luoghi di Monti Camerali per la somma di scudi* 20. *mil.* cujus obvius verborum sensus est, quod ipse Zinagus deberet, mediante

diante attergatione locorum montium tradere in manibus Principis scuta 20. mil. de suis propriis bonis loco pignoris, nec per umbram referri potest ad fidejussionem; non repugnante instrumento assensus postea stipulato, quia tametsi ibi loco dictorum verborum *ac obligare*, apposita fuerint alia verba *ac fare obligare*, hæc tamen compatiuntur in substantia cum prioris contentis in Chirographo, dum solum præseferunt, quod si Zinago non supperterent loca montium, valeret illa ab aliis exquirere, ad effectum tamen illa subjiciendi novi pignoris transferendi penes Cameram, eo ferme modo, quo Zinagus obtulit, & Papa jusserat, ut illius propria loca subjugarentur, absque eo, quod hæc subjugatio ullo modo detorqueatur ad fidejussionem.

34 Huicque obligationi sic intellectæ nedum conforme est solitum generale Principum, qui, ut ait Klock *de Ærar. lib. 2. cap. 130. num. 1.* solent pro indemnitate ærarii cautionis loco exigere ab administratoribus rerum publicarum certam summam, cujus usuras annuatim percipiunt, & in fine administrationis in rationibus subducunt; sed etiam coincidit illud ipsum, quod apparet conventum in concessione secundi assensus, in quo vice dictorum scutorum 20. mil. locorum montium fuit stipulatum, quod ex confecto stipendio detinerentur Assentistæ scuta sexdecim millia, idque fieri consuevit cum animadversione, quod semper melius est pignori incumbere, quam rem prose-

35 qui, cum eventus executionis sit incertus, ex traditis per Gail. *de Credit. cap. 4. quæst. 4.* Faber. *de error. pragmat. decad. 6.*

Præterea nec ipsamet attergatio montium successive facta a Zinago quadrat cum fidejussionis natura, quia de ejus principali essentia est, ut fidejussor stipuletur directe cum ipso principali creditore puros vel conditionali, adeout

36 stipulatione non interveniente, nulla fidejussio esse possit, *l. 5. §. satis acceptio ff. de verb. oblig. l. si hereditatem 32. ff. mand. ac. l. 2. §. penultim. ff. de administrat. rer. ad Civitatem pertinentium*, Menoch *cons. 212. n. 41.* Anton. Faber. *in C. tit. de fidejuss. definit. 5. nu. 2.* Henrig. *eodem tract. c. 11. n. 2.* Vvehembeccius *in paratitlis ad Jus Civile ad tit. ff. de constitut. pecunia n. 3.* In præsenti autem nulla intercessit stipulatio Columnæ cum Camera, sed solum hic obligavit, & hypothecavit ejus loca montium eo modo, quod fecisset Zinagus ad formam suæ obligationis, quatenus ipse illa in suo habuisset Patrimonio, adeout Columna in hac scena respectu Cameræ faciat quoad dicta loca montium figuram vel commodantis pignus, vel expromissoris, vel demum constitutoris.

Et quamvis constitutum, pignus, & expromissio, sint affines fidejussioni, & in aliquibus æquiparentur; eorum tamen similitudo consistit in eo, quod sint remedia adinventa ad assecurandos creditores, sed in modo, & effectu valde differunt, Pignus enim non admittit excussionem de-

37 bitoris principalis, Negus. *de pign. p. 1. nu. 7. & p. 8. membr. 1. nu. 18.* Merlin. *de pign. lib. 1. q. c. num. 11.* quam tamen admittit fidejussio ex vulgatis. Constitutum fit nudo pacto, sine ulla stipulatione, *tot. tit. ff. de Constit. pecun.* juncta *l. 2. C. eod. & §. de Constituta Instit. de action.* secus est in fidejussione, *ex supradictis*. Et quod præsertim facit ad nostrum institutum, fidejussor obligatur accessorie, constituens tamen tanquam principalis debitor, ita ut efficiatur correus debendi, ad Text. *in l. 10. ff. de constit. pecun.* & explicant præclare Bartol. *in rubr. l. 1. ff. eod.* & Faber. *in suis Rational. in dicta l. 1. in rubric. vers. accedit, & §. an potest.* ubi quod constitutum pro solutione est, non etiam datio fidejussionis, & comprobat *in l. 8n. ejusdem tituli*. Expromissio denique eximit principalem debitorem ab obligatione, & illam in totum transfert in expromissorem: non sic fidejussio, quæ non perimit debitum principalis debitoris ut distinguendo tradunt Faber. *in C. lib. 4. tit. 13. definit. 1. in gloss. num. 7.* Heringius *de fidejussor. c. 4. n. 28. & 29.* Tondut. *d. resol. 162. num. 9. & defens. cap. 59. n. 4. & 5.* ubi concordantes.

Quo circa quemadmodum si Zinagus obligasset propria loca montium, excipere non potuisset, quod residuum sui debiti provenerit ex culpa DD. Thesaurariorum negligentium implementum legum, & conventionum, quas continebant Instrumenta assensuum; ita istiusmodi exceptiones nequeunt suffragari Columnæ, qui adimplevit incumbentiam, & obligationem Zinaghi, vel per modum commodationis pignoris, vel constitutæ pecuniæ, vel demum expressionis, ex regula, quod subrogatus assumit qualita-

38 tes, & onera illius, in cujus locum subrogatur, Text. *in l. si cum §. qui injuriarum ff. si quis caution. cum aliis collectis per Rot. dec. 361. n. 20. p. 18. rec.*

Sed quatenus Columna censendus esset fidejussor, adhuc DD. secundo loco observabant, prædicta loca montium semper esse obnoxia controversæ relevationi, quia ipse in illorum attergatione expresse fassus fuit; ea attergare; & obligare pro Zinago, & obligatio fuit concepta indefinite pro effectibus, & causis contentis in concessione assensus in favorem Zinaghi, unde cum ejus debitum provenerit ex ipsiusmet facto, & culpa, ex quo non bonificaverit cum parte sui stipendii pretium supradictarum munitionum, prout ex pacto tenebatur, & rursus, ex quo pecunias receptas pro expensis extraordinariis ad usum triremium in proprium commodum convertit, manifeste patet evenisse casum dictæ promissionis Columnæ; fidejubens namque simpliciter; nulla limitatione fidejussioni apposita, ultra quam teneri noluit, censetur fidejubere in omnem casum; & causam, quæ ex natura, & conventionibus negotii procedebant, ad Text. *in l. quero 56. ad fin. & ibi gloss. verb. præstabit, ff. locati. l. si quis pro eo 57. §. si nummos, ff. de fidejussion.* Hering. *de fidejussor. cap. 24. nu. 138. cum tribus seqq.* Surd. *dec. 212. n. 8.* Rot. cor. Bich. *dec. 646. nu. 3. & tam seqq.* 59

Nec facit, quod Zinagus non remansisset reliquator ex dictis causis summæ adeo conspicuæ, si Domini Thesaurarii bonificationem, quam ipse non obtulit, de facto fecissent, retinendo tantundem ex suo stipendio bimestrali, prout nec dispersisset in usus alienos tot summas eidem traditas pro expensis extraordinariis, quatenus excussissent computa annuatim secundum leges Instrumenti, ad quarum formam acclamabat Columna se contraxisse, alias non contracturus:

Quandoquidem responsum fuit, quod literaliter Capitula assensus obstringunt ipsummet Zinaghum ad bonificandam prædictam summam munitionum; prout etiam in ipsum dirigitur præceptum relinquendi scuta 16. millia ab initio ad finem secundi assensus, ipsumque pariter obligant ad reddenda computa, & solidandas rationes; Et ad istarum obligationum adimplementum faciendum a Zinago hypothecavit Columna loca montium, dum expresse dixit ea obligare, & hypothecare pro Zinago pro effectibus, & causis contentis in instrumento assensus; specialiter pascendo inter cætera, quod ejus hypotheca consque esset favore Cameræ duratura, quousque fuissent solidata computa; ibi *& finito dicto assensu; exhibitaque in secretaria fide solidationis prædictæ Reverendæ Cameræ, deleri possit obligatio.* Quapropter dum Zinagus nec sponte bonificavit summas bonificandas, minusque unquam reddidit rationem, neque pro consequens reportavit solidationem computorum; hinc sicuti certum est, quod tanquam constitutus in mora, ex culpa & dolo tenebatur ad interesse, nec non ad omnia damna exinde per Cameram passa; ita pro eisdem condemnari debet ejus fidejussor, dum obligavit rem propriam pro omnibus causis in genere contentis in dicto assensu, & in specie dependenter a redditionis, & solidationis reportatione, ex traditis per Maur. *de fidejuss. p. 2. c. 4. n. 2.* & bene de Marin. *var. res. 137. nu. 21. lib. 2.* Roja *dec. 554. nu. 4.* cor. Ludovis. *& melius dec. 301. per tot. & signanter n. 4. p. 4. rec.* 60

Et quanquam Domini Thesaurarii non careant culpa, ex qua ratione sui muneris tenebantur esse soliciti, ut Zinagus, si non sponte, coacte saltem, suam expleret obligationem; eorum tamen negligentia quemadmodum non efficit, quin Zinagus dicatur delinquens, & morosus, eo quia dolose non adimplevit id, ad quod etiam expresse sese obligaverat; ita non potest operari, quin minus Columna fidejussor teneatur subire damna & interesse, ad quæ tenebatur Zinagus principalis debitor, cujus obligationem suscepit expresse, & indefinite pro effectibus, & causis contentis in instrumento concessionis assensus triremium.

Bene tamen operatur DD. Thesaurariorum negligentia, ut ipsi etiam ferre debeant Cameræ jacturam, sed cum eo discrimine, quod Zinagus, & Columna erant conveniendi, prout fuerunt conventi, primo loco, ex quia sunt principales debitores; ille ex quo directe contraxit cum Camera assumens tanquam principalis, & nomine proprio assensum triremium; iste, sive consideretur uti commodans pignus, vel constitutarius, sive expromissor, sive etiam fidejussor indefinite obligatus, ex quo casus ejus obligationis jam evenit, ut probatum est. DD. autem Thesaurarii in subsidium, ea ratione quia licet fisco plura sint con-

Digitized by Google

61 concessa privilegia contra suos debitores, ut patet *tot. tit. ff. & C. de privil. fisc. & tit. de conveniendis fisci debitoribus in C. lib.* 10. & explicant Peregr. *de jure fisc. lib. 6. tit. 6. & 7.* tamen supremi Legislatores mandarunt, ut suas actiones etiam pro damnis ærarii, & illorum jurium fiscalium prius dirigere contra principales debitores, & postea, in istorum defectum, in officiales negligentes, & male administratores, uti ex hac causa accessorie, & in subsidium obligatos: & ita responsum dederunt in pluribus casibus
62 particularibus, in quibus agebatur de interesse fisci, ut patet *ex l. 2. C. de conveniendis fisci debitoribus lib. 10. l. 2. C. de susceptoribus lib. 10. l. 3. C. qua quisque ord. conven. lib. 11. l. 1. C. de decurion. libr. 11. l. ordine 15. §. in eum l. Imperatores 38. ff. ad municip. l. 1. & tal. tit. ff. de Magistr. conven.* & in terminis casus nostri tenent a Ponte *de potest. Proreg. tit. 4. §. 8. nu. 20. & 22.* Menoch. *cons. 71 p. nu. 9. in fin. & num. 10.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. nu. 30. vers. qui tamen,* Berart. *in spec. Visit. 1. c. 1. nu. 81.* Card. de Luca *in supplem. disc. 22. de tutor. & curator. nu. 3. & 4.* ubi loquens de casu simili nostro ait, quod obligatio administratorum majorum introducta est in gratiam, & pro relevatione illius, cujus bona administrantur, cui justum, & rationabile est, ut per leges in subsidium succurratur; non autem in gratiam, & levamen ipsius administratoris actualis, & male administrantis, vel ejus fidejussoris, qui contractum nullum approbavit, ejusque suscepit obligationem, cum nulla juris ratio, vel dispositio id suadeat.

Ad auctoritates propterea in objecto allegatas supra *nu.* 41. per defensores Columnæ, Domini responderunt eas loqui in terminis simplicis subsidiarii fidejussoris, & non prout in specie, in casu Constitoris, Expromissoris, vel Commodantis pignus, neque loqui in casu quo fidejussor se obligavit pro principali indefinite pro omnibus causis, & effectibus contractus usque ad totalem redditionem rationis prout fecit Columna pro Zinago, ex cujus facto, & culpa jam evenit casus illius promissionis, & obligationis. Atque ideo placuit Dominis opinio Andreoli *in controv.* 213. *num. 4.* ubi in similibus terminis rejiciendo omnes DD. in quibus suas spes reposuerunt defensores Columnæ, ait, pacta, & ordinationes revidendi singulis anni computa Officialium, respicere favorem Civitatis, vel Principis, non autem Officialium, nec eorum fidejussorum, & consequenter non esse retorquenda in odium illorum, quorum favore condita sunt; hocque confirmat Menoch. *cons. 719. n. 9. vers. tertia pro fidejussoribus, cum duobus seqq. & num. 5.* &
63 Peregr. *de jure fisci lib. 7. tit. 2. n. 3.*

Jam ergo ex hactenus deductis stabilito, Rev. Cameram Apostolicam esse primo loco relevandam pro scut. 20. mil. locorum montium Columnæ, secundo loco, & in subsidium pro restanti summa scut. 43476. 34. a DD. Thesaurariis, reliquum est, ut sensum dominorum exponamus circa ratam eorum quemlibet tangentem. Et distinguendo tempora assensuum, dubitatum non fuit, quominus totum debitum contractum a Zinago in quatriennio primi assensus liquidati per ratiocinatorem Cameralem in scutis 36340. veniat resarciendum ab hæredibus bon. mem. Paravicini, qui de eo tempore fungebatur munere Thesaurarii, prout etiam ob hanc causam nec ulla contingebat basiratio quod eadem hæreditas remanere debeat sublevata pro rata scutorum 20. m. dictorum locorum montium, utpote primo loco obligatorum, & hypothecatorum in causam, & pro
64 effectibus ejusdem primi assensus; *l. cedere diem, ff. de verb. oblig. l. si fundum 4. C. qui pot. in pign. hab.*

Aliqua tamen occasio disputandi emersit super nonnullis, partitis, vel demendis ex dicto computo tanquam indebitis, vel excomputandis cum aliis effectibus principalis debitoris: Contendebant enim hæredes Paravicini, indebite appositam ad illorum damnum partitam scutor. 1136. sub prætextu, quod fuerat soluta in vim mandati eorum auctoris, cum potius dici deberet soluta ab Eminentissimo Camerario Sede Apostolica vacante per obitum san. mem. Alexandri VII. item conquerebantur, quod ratiocinator Cameræ sine ullo rationabili fundamento scut. 12950. provenientia ex pretio munitionum, & excarcerationum triennium bonificasset in secundo assensu, cum ad instar aliorum scutorum 980173. provenien. ex aliis munitionibus, debebant in stricta juris censura bonificari in primo assensu: Subjiciebant demum, quod in excomputum debiti ejusdem primi assensus defalcanda essent etiam scuta 11. mil. circiter partim retracta, & partim retrahenda ex venditione mobilium Zinaghi a Camera sequestratorum.

Verum tamen Domini reputarunt prætensionem subductionis partitæ scutorum 1136. quia hæc est altera ex summis, quam bon. mem. Paravicinus excessive persolvebat in causam armamenti ordinarii: Non subsistente, quod excessus iste proveneris ex primis duobus mandatis exaratis Sede vacante de tempore, quo ipse non erat adhuc Thesaurarius, sive quia pro ratione sui muneris tanquam diligens, & diligentissimus pater familias tenebatur, suscepto munere, & ante demandandam ullam solutionem, exquirere, quænam solutiones usque tunc Zinago factæ fuerant ad regulandas successivas per ipsum demandandas, si hanc enim diligentiam peregisset, Camera hoc detrimento non gravaretur, unde tanquam ejus auctor luere debet, ex probatis; sive quia ex fide ratiocinatoris, date in Summario responsivo Rev. Cameræ, patuit, Eminentissimum Cardinalem Camerarium non exsolvisse obulum plus debito, sed excessum desumpsisse originem ex successivis solutionibus factis de ordine, & mandato ipsius Paravicini.

Viceversa, quod spectat ad defalcationem partitæ scutorum 12653. conclusum fuit, ratiocinatorem minus recte illa bonificesse in secundo assensu, nam cum omnia bona Zinaghi essent affecta duplici hypotheca, conventionali scilicet quam tribuit instrumentum assensus, & legali concessa a jure adversus administratores, quæ incipiunt currere a die cœpti officii, non commissæ fraudis, ad text. *in l. cum oporteat, §. fin. ff. de bonis, quæ liber.* qui licet loquerit de administratione gesta per patrem in bonis filii, fuit tamen extensa in quoslibet administrantes, & in specie illius bonorum fiscalium, tradit late Fulvius Constant. *in* 65 *Comm. super posterior. lib. C. in l. 1. de jur. fisc. n. 22.* de Marin. *resol. jur. lib. 1. c. 148. n. 1. cum seqq.* Merlin. *de pign. lib. 3. q. 4. per tot.* Card. de Luc. *de credit. disc. 37. n. 5.* & capit non solum bona possessa de tempore cœptæ administrationis, sed etiam acquisita post administrationem, *l. fin. C. quæ res pign. obligat. poss.* Covarr. *pract. q. 31. n. 29 c. 4.* Paciste. de Salv. 66 *interd. c. 41. n. 11 & 13.* Merlin. *de pign. lib. 1. tit. 2. q. 10. n. 23.* Rot. cor. Seraph. *dec. 1290. n. 12.*

Inde de plano sequitur, quod cum de tempore cessationis Zinaghi repertæ fuerint inter alia ejus bona omnes prædictæ munitiones, nulli dubium est, quin illæ sint affectæ in primo loco anteriori hypothecæ contractæ ex primi assensus stipulatione, ex regula satis trita text. *in l. 4. Cod.* 67 *qui pot. in pign. hab. l. creditori 3. l. potior. 11. ff. eodem.* Negusan. *de pign. p. 5. membra 2. n. 1. & 5.* Gail. *de credit. c. 4. n. 1193.* Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 2. per tot.* Rot. *dec. 174. n. 3. p. 6. rec.*

Ultimam demum partitam scutorum circiter 11. mil. partim retractorum, & partim retrahendorum ex venditione mobilium Zinaghi, censuerunt Domini, non esse modo defalcandam: quia licet ista mobilia sint æstimata, & sequestrata per Cameram, tamen super illis pendet formalis concursus creditorum, qui fortasse ratione eorum prioritatis, & anterioritatis possunt in exclusionem Cameræ obtinere prælationem; unde visum non fuit, eam cogi posse ad illorum persecutionem, cum satis sit ad consolendum DD. Thesaurariis, quamvis, ut supra in subsidium obligatis amplissima jurium cessio per ipsam Cameram 68 facienda, juxta privilegium fisci, de quo *in l. miss. opinatores, vers. Judices, C. de exactor. tribut. lib. 10. & l. ult. qui fisca, C. de conventen. fisci debitorib. lib. 10.* Peregr. *de jure fisc. lib. 7. tit. 1. n. 7.*

Quare bonificatis hæreditati Paravicinæ scutis 20. mil. locorum montium Columnæ, necnon scut. 12653. munitionum, remanet liquida debitria scutorum 4087. pro quibus tenentur relevare Rev. Cameram, prævia ejusdem jurium cessione contra alia bona Zinaghi.

Quod pertinet ad debitum contractum in secundo assensu, & liquidatum a ratiocinatore Cameræ in scutis 26743. censuerunt Domini totum adscribendum esse Domino moderno Thesaurario, utpote conflatum de tempore suæ Præsidentiæ: addita tamen partita scutorum 12653. provenientium ex pretio munitionum, quæ minus recte fuerunt excomputatæ in secundo assensu, cum, ut supra dictum est, bonificandæ veniant in primo. Absque eo, quod ex debito secundi assensus subduci debeant scuta 16. mil. quæ Zinaghus ad præscriptum Pontificis relinquere debebat ex suo stipendio, *dal principio sino al fine dell' assento*, pro Cameræ securitate, sub prætextu, quod culpa non factæ retentionis dictæ summæ tribuenda sit Domino Paravicino, qui supervixit per octo menses post stipulatum hunc secundum assensum.

Tum quia probabilius esse censuerunt Domini, dicta

verba

verba, *dal principio sino al fine*, non præseferre obligationem relinquendi dictam ingentem summam scutorum 16. mil. in principio assentus unica vice, sed proportionabilem quotam in singulis illius annis: animadvertendo, quod huic interpretationi minime repugnabat ipsorum verborum significatio, & verisimilitudo illam mirifice suadebat; quam quatenus demandata fuisset retentio totius dictæ summæ in principio assentus, auferebatur Zioago onica solutione stipendium plurimorum mensium, & per consequens etiam possibilitas manutenendi triremes. perpensa potissimum illa notabili circomstantia, quod dies dictæ retentionis cedebat de mensibus Aprilis, Maii, & Junii, in quibus assentista magis, quam aliis temporibus, egeret pecuniis promptis ad parandas provisiones necessarias pro discessu triremium; inverisimile proinde apparuit, quod Papa intellexerit illum gravare ad relinquendam summam tam notabilem, exponendo hac ratione triremes periculo mali, & pessimi tractamenti, & rursus, quod tempore illarum discessus deficerent omnes necessariæ provisiones. Unde rationi, & verisimilitudini magis consonum visum fuit, quod dicta retentio demandata fuerit pro ratis proportionabilibus, & in jure, quando verba contractus sunt dubia, & propria eorum significatio patitur, potens est interpretatio a verisimili, ut inquit Alex. *cons.* 34. *n.* 8. *l.* 2. Card. Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 14 *n.* 30. Rota cor. san. mem. Greg. XV.
69 *dec.* 554 *n.* 7. & cor. Melin. *dec.* 619. *n.* 2. Qua stante intelligentia, subducta rata retinenda per D. Paravicinum proportionabiliter ad octo menses, in quibus fuit superstes, culpa non factæ retentionis residui tota cedit in damnum Domini Thesaurarii successoris.

Tum quia admissa altera interpretatione, quod unica vice, & in principio fieri debuisset retentio dictæ summæ scutorum 16. m. adhuc tamen cum Paravicinus de tempore sui obitus reliquerit scut. 10800. & si supervixisset alios duos dies, maturabat alterum bimestre, quo poterat complere totam dictam summam, utique ex ejus culpa non retinendi in principio nullum irrepsit damnum Cameræ, quod sufficit, ut ab ejus relevatione liberetur, ex traditis per
70 Cravett. *cons.* 719. *num.* 17. *lib.* 2. Felic. *de societat. cap.* 22. *num.* 20. Hesser. *de ration. reddend. loco* 10 *nu.* 182. Non obstante, quod non constant summam prædictam fuisse per Paravicinum retentam in causam prædictorum scut. 16. m. quia id suadent juris elementa, secundum quæ quilibet actus gestus præsumitur in executionem præcedentis obligationis, *l. post dotem*, *ff. solut. matrim.* Menoch. *præsumpt.*
71 *præs.* 40. *per tot. lib.* 3. Rot. *dec* 33. *n.* 3. *par.* 9. *rec.* Prout etiam ipsa juris præsumptio dictat, quod si Paravicinus supervixisset, de bimestri maturando retinuisset residuum pro complemento sc. 16. m. dum unusquisque præsumitur, quod muneri suo satisfaciat, quando præsertim cœperat satisfacere, *l.* 1. *ff. de offic. Prætor.* Soccin. sen. *cons.* 2. *lib.* 1. Me-
72 noch. *cons* 83. *n.* 28.

Retentaque hac altera intelligentia, tota culpa remanet Dom. Thesaurarii moderni, qui, ut supra meminimus, dictam summam scutorum 10800. quam retinere debebat in causam dictorum scutorum 16. mil. prout in hanc ex juris præsumptione censebatur consitam ab antecessore, illam nihilominus unico mandato persolvit, adeoque subsequens jactura illius proprio ære venit emendanda.

Quemadmodum neque existimatum Domini demenda esse ex summa debita pro secundo assentu, scut. 8849. quæ Paravicinus mandavit tempore, quo in illo supervixit, exsolvi pro expensis extraordinariis, quæque non factæ supponuntur. Quoniam postbabito, quod hujusmodi partita controvertebatur, quatenus subsisteret, adhuc ponderatum extitit; quod cum Paravicinus obierit ante lapsum annum dicti primi assentus, & sic antequam cessisset dies discutiendi compota juxta præceptum capitulorum assentus, utique non est eidem imputanda fraus Zioaghi ob non factas dictas expensas: quia si vixisset usque ad finem totius assentus, forsan quas fieri non curaverat in primo assentu, redditione rationis, in secundo demandasset, & cum retentione bimestrium successive maturandorum hanc Cameræ jacturam reparasset. Atque ideo ob hanc causam excusandus videbatur: sed non ita Dominus modernus Thesaurarius; quia cum tempus redditionis rationis advenerit tempore sui gubernii, partes sui muneris erant, illas excutere, & reliquatum sui prædecessoris recuperare, ut præter ea, quæ in terminis generalibus omnium
73 administratorum colligunt Baeza *de decim. tutor. cap.* 2. *n.* 10. *cum seq.* Garz. *de expensis c.* 20. *nu.* 16. in terminis massarii Reipublicæ, tradunt Bovadila *l.* 5. *cap.* 4. *n.* 79. & Berart. *in special. visit. c.* 22. *n.* 41. *in fin.* a Pont. *de potest. Proreg. tit.* 4. §. 8. *n.* 19. *vers. fuit igitur.*

Atque ideo ex supradictis omnibus decisum fuit, Rev. Cameram relevandam esse pro sc. 63479. 34. primo loco videlicet ab Antonio Columna tanquam principali debitore pro sc. 20. m. locorum montium attergatorum, pro reliquis, & in subsidium ab hæredibus bon. me. Paravicini, & moderni D. Thesaurarii a primis, excomputatis dictis sc. 20. m. locorum montium, & sc. 14654. supradictarum munitionum, pro scut. 4087. & pro reliquis, nempe pro sc. 39392. 34. pro complemento summæ sc. 63479. a D. Thesaurario moderno, facta tamen per Rev. Camer. cessione jurium favore omnium prædictorum contra omnia bona Zinaghi.

Et juxta hunc modum, & ratarum distributionem, resolutum fuit Rev. Cam. & hæredibus bo. me. Paravicini ac Antonio Columna, informantibus, & moderno Thesaurario, quamvis monito, non comparente.

REVERENDISS. P. D. MOLINES DECANO.

Romana Assentistatus.

Lunæ 23. Februarii 1696.

A R G U M E N T U M.

Pertractatur de eadem materia in præcedenti decisione recensita.

S U M M A R I U M.

1 *Cameræ Thesaurarius tenetur de non exactis ab appaltatore ejusdem Cameræ, vide n.* 18. *&* 19.
2 *Sicut solet alteri accommodari proprium fundum pro census impositione, ita & solent propria mutuari pecunia pro alterius obligatione.*
3 *Pro tutiori cautela solent Principes ab appaltatoribus pignus exigere, quam eorum bona prosequi.*
4 *Fidejussio quomodo contracta dicatur.*
5 *Venditiones solent etiam sub conditione, ac cum reservatione dominii stipulari.*
6 *Solutione expleta pignus restitui debet.*
7 *Observantia omnem tollit ambiguitatem.*
8 *Incrementum pignoris intermedio tempore superveniens spectat ad debitorem.*
9 *Respectu tamen hypotheca cedit favore creditoris.*
10 *Declara, ut hæc conclusio procedat, si generaliter pignus sit obligatum; secus si specialiter usque ad certam quantitatem.*
11 *Dispositio concepta per ablativum absolutum expressam conditionem importat.*
12 *Usquequo conditio non purificetur, actus remanet in suspenso, & n.* 13.
14 *Continuatio debet censeri in eodem statu, quo per prius res existebat.*
15 *Ratio ubi eadem viget, eadem debet esse juris dispositio.*
16 *Nomen debitoris cadit sub anteriori hypotheca a creditore contracta.*
17 *Solutio semper cedit in causam antiquioris debiti.*
19 *Actio subsidiaria nequit exerceri, donec extitat ordinaria.*
20 *Fiscus in materia excussionis privato æquiparatur.*
22 *Res difficilis exactionis exequi non debet.*
23 *Mulier potest agere adversus bona fideicommissi, si bona libera sint intricata.*
24 *Dotis privilegia fiscus retinet.*

D E C I S I O XXXIV.

CONsulto Sacræ Rotæ Tribunali in vim specialis commissionis Sanctissimi D. N. Innocentii XII. feliciter regnantis, *An, & a quibus relevari debeat Reverenda Camera pro sc.* 63479 34. *in quibus Alexander Zinagus occasione administrationis duorum assentuum classis triremium Pontificiarum per sententiam Congregationis computorum declaratus extitit reliquator* responsum fuit sub die 19. Novembris elapsi, Rever. Cameram relevandam esse a D. Antonio Columna pro scut. 20. m. locorum montium pro securitate ejusdem Cameræ attergatorum, & pro reliqua summa ab hæredibus bon. me. Paravicini Thesaurarii defuncti, nec non a moderno D. Thesaurario: a primis excomputatis

tatis ante d. ictis sc. 20. m. locum montium, & sc. 12763. quarundam monitionum in triremibus repertatum, seu triremium occasione per Zinagum præparatarum, pro sc. 4087. pro restantibus scut. 39392. 34. in complementum totius concreditæ summæ sc. 63479. 34. a D. Thesaurario moderno, facta tamen per Rev. Cameram jurium cessione contra omnia bona Zinaghi, ea rationibus, & juribus plenius ca... ductis in decisione desuper emanata.

Adversus quam aut. DD. benigniter novam concesserint audientiam, Rev. amotam in hac secunda causæ propositione duo tantum veluti in prima capetta fuit oppositores, Columnam videlicet, & hæredes Paravicini adhuc tenuoce informate moderno D. Thesaurario, non solum contra Rev. amotam, sed alios collitigantes, ac totum debitum, seu majorem illius partem in ipsum refundere satagentes.

1 Nec quidem prædicti oppositores impugnabant decisiones in ea parte, in qua illos declaravit oneri prædictæ relaxationis obnoxios; sed totum primus nempe Columna, duos nostro Tribunali declarari exposcebat, alterum, quod dicta sua loca montium fint affecta hypothecæ favore Cameræ pro solis scut. 20. m. adeout incrementum extrinsecum, quod post attergationem illis obvenerit, ad ipsum, & non ad Cameram pertineat, atque ita quod persolutis dictis sc. 20. m. sibi liceret sua loca montium rehabere alterum quod recedatur a decisis a §. 43. ad 47. in quibus admittitur ipsum teneri ad relevationem prælatam, ut promissorem, constitutorem, sive verius accomodantem pignus, & declaretur ejus obligationem esse tantum fidejussoriam.

Ex alia parte heredes b. mem. Paravicini instabant absolvendos esse etiam a solutione 4087. non jam, ea quo essent exceptis ab obligatione relevandi, sed quia pro hac pariter summa Rev. Camera plenariam fuit consecuta satisfactionem, live ea pariter deducta partita scut. 8428. 20. aliarum munitionum, & attestiorum militarium, vel in triremibus catiscentium, vel per Zinagum occasione futuræ navigationis præparatarum; sive ex pretio quorundam effectuum Zinaghi partim jam retracto, & partim ex venditione nonnullorum mobilium retrahendu; acinet concedentes, quod cum DD. Thesaurarii fint tantum in subsidium, juxta deducta in decisione, §. 32. non possunt cogi ad refarciendum damnum ærarii Principis ob eorum culpam obventum, nisi prius discussis prælatis bonis Zinaghi principalis debitoris, ade ut sine ista prævia discussione fatia consultum non sit DD. Thesaurariis cum cessione jurium per Rev. Cam. oblata; & ideo in hac parta esse recedendum a decisis in §. 59. postulabant.

Subjectis itaque novo examini fundamentis præteritæ decisionis, prædictisque novis instantiis mature discussis, conclusum fuit, persistendum esse in decisis juxta modum, qui est respectu Columnæ, quod soluti sc. 20. m. eidem per Cameram retrocedantur loca montium; rejecta instantia super recessu a decisis in ea parte decisionis, in qua canonizatus extitit mutuator pignoris, vel constitutor pecuniæ, & non fidejussor: quo vero ad hæredes Paravicini, eos liberandos, & absolvendos esse etiam a solutione sc. 4087. in quibus decisio illos condemnabat, eisdem hanc summam bonificando ex prædictis sc. 8438. 20. monitionum, relicta proinde tanquam superflua resolutione alterius controversiæ ad Rev. an erat tenerator prius excutere prælatum mercatorum Rabilium, & effectuum Zinaghi.

Ad confirmandam itaque liquidem decisionem in ejus principali parte, in qua declaratur teneri DD. Thesaurarios, & Columnam refarcire jacturam a Camera passam ob fugam, & cessionem Zinaghi, DD. moti fuerunt ex iisdem fundamentis in præterita propositione ventilatis, & in decisione late deductis, quæ iterum ad trutinam revocata, apparuerunt undique solida, & in facto optime comprobata; idque bene agnoscentes, tam Columna, quam hæredes bo. me. Paravicini, nihil in oppositum allegarunt; imo æquo animo in hac parte acceptarunt Sacri Tribunalis resolutionem.

Quo relevans applicatur instantia Columnæ petentis recedi a decisis in altera parta, in qua firmatur ejus obligationem non esse in puro rigore fidejussoriam; nam denuo ex mutatis chirographo sa. mem. Alexandri VIII. demandanti concessionem primi assensus favore Zinaghi, nec non illius Capitulis desuper stipulatis, ac demum successiva locorum montium attergatione, iterum existimabantur DD. in istu, quod neque Papa demandaverit concessionem d. assensus prævia præstatione fidejussionis, nec ipse Zinagus promiserit tradere fidejussionem, neque demum Columnam accessisse fidejussorio nomine; sed Papam voluisse pro sc. 20. m. securitatem Cameræ pignus 20. m. in sui locis montium atter-

gandorum, & Zinagum non habentem loca montium promisisse illa attergari facere, & Columnam demum explevisse obligationem, & promissionem Zinaghi mediante attergatione 177. ex suis propriis locis montium pro antedicta summa sc. 20. m. adeout Columna in rei veritate respectu 2 Cameræ repræsentaverit figuram mutuantis pallium, seu pignus Zinaghi, eo ferme modo, quo practicatur, quando quis accommodat alteri fundum proprium pro impositione census, juxta casum, de quo tradit Cenc. de censf. q. 73. n. 3. & in dec. 188. penes eundem, & in Romana Salviati 16. currentis mensis cor. R. P. D. meo Muto.

Quodque revera talis fuerit mens contrahentium, ultra vim, & efficaciam præmissorum documentorum suadebat conventio inita in secundo assensu, juxta quam Zinagus vice sc. 20. m. locorum montium attergatorum in primo assensu, adstrictus fuit ea manstruis præstationibus sibi faciendis delinquenti io posse Cameræ pro illius securitate sc. 16. m. Quemadmodum itaque innegabile est, quod Zinago pro hoc secundo assensu non fuerit exquisita fidejussionis præstatio pro sc. 16. m. sed actualis traditio pignoris, & depositi summæ mox enunciatæ; ita dicendum est, quod conformis extiterit huic securitati in secundo assensu conventæ, altera in antecedenti demandata; idque consonat solito generali Principum, quibus juxta in præi tutiorem cautelam magis 3 placet pignori administratorum rerum publicarum incumbere, quam eorum bona prosequi, Klok. de ærar. lib. 2. cap. 130. n. 1. late ponderat decisio, quæ confirmatur §. 44.

Hujusmodi porro intelligentia, quæ in superiori causæ propositione visa fuit certa, hodie evasit certissima ex apocha declarationis initæ inter Columnam, & Zinagum eodem die, quo facta fuit antedicta montium attergatio, per quam declaratum, & respective conventum fuerit, Columnam fecisse enunciatam attergationem pro sc. 20. m. favore Cameræ animo reportandi a Zinago totalem, ac omnino jam liberationem mediante reali, & effectiva restitutione d. summæ intra terminum novem mensium, & ad hunc effectum fuisse factas ab ipso Zinago, Nicolao ejus fratre, & Marchione Nethio, favore ejusdem Columnæ geminas apochas, vulgo pagherò, sc. 20. m. per altretanti, pacto adjecto, quod secuta illarum solutione, loca montium in dominium Zinaghi adscriberentur, ut latius ex d. apocha recenter exhibita.

Ex qua declaratione, & respectiva conventione clarissime deprehenditur, per d. antecedentem attergationem Columnam noluisse mediante aliqua stipulatione, seu sponsione, fidem suam interponendo pro Zinago, ad ejus debiti solutionem obligari, juxta modum contrahendæ fi- 4 dejussionis, per ea, quæ tradunt Cujaccius in paratitis, ff. de fidejussione, Hentig. cod. tr. c. 3. n. 9. cum seqq. cum aliis passim; sed verius mutuasse, seu accommodasse Zinago pignus, quod in vim pactorum assertus ipse tradere debuerat Cameræ pro illius securitate, animo tamen semper retento per ipsum Columnam se liberandi ab hujusmodi mutuatione pignoris intra terminum novem mensium, mediante effectiva eorundem locorum montium venditione favore Zinaghi, perficienda statim, atque ipse cum effectu persolvisset sc. 20. m. pro quibus exarati fuerunt dicti pagherò; & licet dicta solutio intra præscriptum tempus facta non fuerit, atque adeo contractus emptionis non receperit suam perfectionem, ad inferius dicenda, id tamen operari potest alios effectus, sed non operabitur, quod venditione non effectuata, Columna censeri debeat fidejussor, exaltantibus, ut diximus, omnibus requisitis fidejussionis, & concurrentibus illis venditionis, quam tritum est fieri posse sub conditione, & cum reservatione 5 dominii favore venditoris, donec emptor pretium conventum satisfaciat, per Teat. in l. quod vendidi, ff. de contrah. emptor. cum aliis relatis, per Rotam dec. 92. coram Pœnia, & dec. 178. n. 12. cor. Cerro, & millies alibi.

Viceversa autem putarunt DD. Columnam bonum Jus fovere, quod pignus constitutum super ejus locis montium attergatis sit limitatum ad sc. 20. mill. tantum, itant ad eundem spectet incrementum illis supervenientes; in Chirographo nanque præfato san. mem. Alexan. VIII. præordinata legitur concessio assensus sub ea expressa conditione, quod pro securitate Cameræ obligarentur tot loca montium pro summa sc. 20. mill. cujus vigore Zinagus in Capitulis assensus successive stipulatis promisit obligare tot loca montium pro eadem summa, & demum ipsamet attergatio locorum 177. facta a Columna, cantat ad rationem sc. 20. mill. Ex quibus actibus clare resultat, quod summa prædicta sc. 20. mill. fit in obligatione, & loca mon-

O

tium

situm in solutione, seu Cameræ assecutione; ideoque eo 6 ipso quod Columna exsolvit, prout paratus est persolvere, prædictam summam, debet rehabere sua loca montium, ad Text. *in l. si quis 57. ff. de solut. & liber.* Rot. *dec. 63. n. 8. p. 13. n. 11. p. 15.* cum concordantibus ibidem allegatis.

Et sine ulla prorsus difficultate, quia per pactum expressum adjectum in ventre ipsius attergationis conventum extitit, quod deponente Columna sc. 20. mill. monetæ in Sacro monte Pietatis loco Cedulæ Bancariæ, eidem liceret deleri facere d. hypothecationem & obligationem sine ulla Cameræ citatione. Qua stante conventione clare patet loca montium fuisse attergata, & oppignorata taxative pro scut. 20. mill. quodque in consequens denegari nequeat illorum exvinculatio, & retrocessio, statim ac Columna in monte Pietatis ad creditum Cameræ eandem summam deponeret. Addito, quod ministri Camerales agnoscentes hypothecam prædictam esse restrictam ad sola sc. 20. mill. in executionem sententiæ Congregationis Computorum declarantem Zinagum debitorem, obtinuerunt transferri favore Cameræ dicta loca montium taxative pro scut. 20. mil. Ista igitur interpretatio data ab ipsis Cameralibus aufert omnem am- 7 biguitatem, si quæ adesset, ut relatis per Rot. cor. Priol. *dec. 441. n. 10. & dec. 711. n. 8. p. 18.*

Ex his igitur firmato, quod oppignoratio eorum montium fuerit restricta ad sc. 20. mill. sequitur absque hæsitatione, 8 quod incrementum intermedio tempore eidem superveniens spectet ad Columnam Dominum pignoris, ad Text. *in l. si inter Columnam, §. 1. in fin. ff. de pign. l. quæ fortuitis, leg. pignorum, C. pignor. act.* Menoch. *cons. 600. num.... & seqq.* Bellon. jun. *cons. 76. n. 11. & 12.* Ayora *de partit. 1. cap. 3. n. 115. & 16.* Non resistente, quod respectu hypothecæ aug- 9 mentum pignoris cedat favore creditoris, ad Text. *in leg. si convenerit 18. §. si nuda proprietate, ff. de pign. act.* Ayme *de alluv. lib. 2. cap. 16. n. 14.* cum aliis congestis per Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 2. q. 43. n. 4. usque ad finem.*

Quoniam objectum procedere posset, quotiescunque essent obligata, & hypothecata loca montium in genere, & super eis fuisset constitutum pignus illimitate; secus vero, quando, prout in themate, pignus datum fuit limitate, & taxative pro sc. 20. m. quia hoc casu censetur obligatum pro 10 quantitate principali in obligationem deducta, & non etiam pro quo ipsi pignori, vel intrinsece, aut extrinsece accesserit, per ea, quæ tradunt Roman. *cons. 17. n. 2.* quem sequitur Negus. *de pign. p. 8. memb. 1. n. 52. vers. aliud autem esset dicendum,* Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 197. n. 6.*

Prout non relevat, quod per d. apocham declaratoriam secutam post attergationem montium, illorum dominium fuerit translatum in Zinagum, ideoque ad ipsum, & non ad Columnam, spectet ipsorum augmentum, quod per consequens possit, & debeat accepto haberi a Camera in computum sui crediti, quoniam cum d. translatio dominii non fuerit conventa pure, & simpliciter, sed sub expressa conditione, si Zinagus effective persolveret summam sc. 20. m. pro quibus exaratæ fuerunt apocæ prædictæ pagherò, ibi, *Seguiti che saranno li pagamenti di detti due pagherò &c. il capitale di detti luoghi 177. &c. attergati, come sopra &c. resti a favore del Sig. Alessandro Zinaghi.* Quæ depositio utpote concepta per ablativum absolutum importat præcisam, & 11 necessariam conditionem, ex notis juribus collectis per Bondon. *collect. 12. n. 6. & collect. 45. n. 93. lib. 2.* & Rot. *dec.... n. 9.* co. Dun. jun. qua non purificata per effectivam solutionem, 12 suspenditur actus translationis dominii, juxta naturā actus conditionalis, Rot. *dec. 300. n. 5. p. 8. & dec. 401. n. 5. p. 9. rec.*

Hinc propterea cum Zinagus intra terminum novem mensium non exsolverit dicta sc. 20. mill. nec usque adhuc potuit Columna de illis satisfieri a Nicolao ejus fratre, qui se obligavit insolidum, indubitanter semper remansit, & 13 remanet dominus dd. montium, ad Text. *in d. l. quod vendidi, ff. de contr. empt.* Grat. *discept. for. cap. 523. num. 1.* Surd *dec. 157. n. 2.* Rot. cor. Cerro *dec. 178. n. 12.* & cor. Bich. *dec. 157. n. 15.*

Postremo nec facit, quod eadem loca montium attergata in primo assensu pro sc. 20. m. fuerint successive attergata in secunda pro 16. proindeque hypotheca aucta videatur pro secundo assensu in favorem Cameræ ad totum residuum dd. locorum montium; placuit siquidem responsio, quod Columna per hanc secūdam attergationem nil aliud facere voluit, quam antiquum pignus, quatenus solutum esset ab hypotheca antecedentis assensus, illud confirmare, & continuare in secundo pro summa minori sc. 16. mil. ut indicant 14 verba, cum quibus concepta legitur eadem secunda attergatio, ibi. *Et havendomi il Sig. Zinaghi pregato di far continuar in obligo la rata di d. monti per la somma di sc. 16. mil. Io per farli cosa grata volentieri condescendo.* quæ cum non importent diversam pignoris constitutionem, sed continua- 15 tionem prioris super iisdem eorundem montium, hæc utique continuatio non potest censeri diverso jure, nec ultra limites præcedentis pignoris, sed cum eisdem qualitatibus, & intra limites antiqui valoris eorundem montium, eo modo, quo fuerant antecedenter hypothecata, atque ideo non esse extendenda ad residuale augmentum ex variatione pretii superventum, ad Text. *in l. & si maneant, ff. de precar. l. labeo l. a secunda § hoc autem, ff. de arbitr.* Bart. *in l. 1. §. & post opera n. 5. vers. sed si Bannum, ff. de nov. oper. nunciat.* Rot. *dec. 845. n. 14.* cor. Cerrin.

Certius quia in ventre ipsiusmet attergationis legitur expressa declaratio, quod dicta loca montium de novo attergata pro rata sc. 16. m. calculari deberent ad rationem pretii, in quo fuerunt calculata in prima attergatione, ibi *Calcolati li monti al medesimo prezzo della prima attergatione.* Unde sicuti, ut præfatum fuit, in prima attergatione calculata fuerunt loca montium 177. ad rationem pretii tunc currentis, nec in illa cadebat ex stematis augmentum pretii intermedio tempore superventum; ita dum secunda attergatio facta fuit habitu respectu ad pretium currens de tempore 16 primæ, absolutum est, quod sub ea non fuerit pignori datum augmentum usque tunc secutum, quodque ex post magis excrevit, ad regulam Text. *in leg. illud, ff. ad l. Aquil.* Rot. cor. Ubag. *dec. 49. n. 16. & dec. 85. n. 5.*

Progrediendo ad modum respicientem interesse heredum bon. mem. Paravicini, eatenus Domini recedendo a decisis convenerunt in sensu eos absolvendos, ac liberandos esse etiam a solutione sc. 4087. quatenus hodie ostenderint, quod ultra partitam sc. 12653. munitionum bonificatam in præterita decisione favore Paravicini tanquam cadentem in diminutionem debiti primi assensus, adsit etiam alia partita sc. 8438. 58. munitionum aliorumque creditorum Zinaghi cum Camera, quæ minus recte sicut prædicta sc. 12653. fuerunt ab illius ratiocinatore bonificata in secundo assensu, verius bonificanda in primo; nam aut hujusmodi munitiones, & credita Zinaghi consideranda sunt tanquam nomina debitorum ad ipsum spectantia, & exploratum est, quod hypothecata remanserint pro illius anteriori debito, ad Text. *in l. 4. et tot. tit. C. qui pot. in pign. hab.* cum aliis adductis in præterita decisione, §. 57. & 58. aut vero consideranda sunt tanquam pecuniæ Zinaghi durante assensu solutæ pro servitio ejus creditricis, & certius affirmandum est, eas cessisse in extinctionem debiti assensus, ex alia pariter vulgati juris regula, quod solutio semper cedit in causam antiquioris 17 debiti absque ulla partium expressione, ad Text. *in l. creditor Valerianus, ff. de solut. l. in 5. l. si ex pluribus 98. ff. eod.* Cost. *de rat. q. 124. n. 23. prope fin.* Mant. *de solut. cap. 9. n. 1.* Grat. *disc. 205. n. 13. & discept. 224. n. 2.* Rot. *dec. 457. n. 18 p. 9. dec. 362. n. 3. p. 11. rec.*

Præter antedictam partitam munitionum adducebant heredes Paravicini alteram, ut supra meminimus, constatam ex pretio extracto, vel extrahendo ex bonis Zinaghi, ad osten- 18 dendum Reverendam Cameram exuberantem recepisse satisfactionem de prædicta summa sc. 4087. in quibus fuerunt in præterita decisione ad illam relevandam condemnati acriter contendentes; quod cum Domini Thesaurarii pro neglectis, & omissis teneantur duntaxat in subsidium ad fisci relevationem, ad Text. *in l. fisco 2. C. de conventione fisc. debit. lib. 10. l. 1. & l. 4. C. quo quisque ordine lib. 11. leg. quid ergo 13. ff. ad municip. l. juxta 2. C. de suscept. lib. 10* & tradunt Munoz *de ratioc. cap. 4. n. 4. 13. & 14.* fiat eainde.

Quod Rev. Camera antiquam obtinere valeat relevationem, debeat prius excutere dicta bona Zinaghi principalis debitoris, ex quo ipse fuit, qui directe mediante Chirographo Pontificio contraxit cum Camera, assumens tanquam principalis, & nomine proprio assensum triennalem, sicque habeat locum natura actionis subsidiariæ, quæ non aliter exerceri potest, quam ubi prorsus deficiat remedium ordina- 19 rium, ex notatis per Fontanel. *dec. 357. n. 10.* Rot. *dec. 149. n. 1. ad 4. & n. 22. p. 9.* Nec quidem fiscum jura nova inspecto in materia excussionis ullo particulari potiri privilegio, sed ad instar privati teneri prius excutere principalem debitorem, antequam agat contra possessorem, fidejussorem, seu debitorem debitoris, ut probat ex *l. uno, C. de conven.* 20 *fisc. debitor. lib. 10. lib. 1. C. de decurionib. lib. 10.* & observat Peregr. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 6. n. 45.*

E contra vero scribentes pro Rev. Cameraetsi non im- 21 pugnarent regulam generalem, quod majores Officiales teneantur in subsidium refarcire damna ob eorum negligen-

gentiæ, & omissiones Reipublicæ passa banc tamen regulam procedere dicebant in officialibus majoribus non habentibus actualem administrationem, ac rursus quando ipsi non dederint ex facto proprio, & immediate causam principalem damno ejusdem Reipublicæ; ideoque non esse applicabilem DD. Thesaurariis, in quibus residet actualis, & plenaria administratio rei œconomicæ classis triremium Pontificarum, sive ex titulo generalium administratorum ærarii Apostolici, quem eisdem tribuunt Bullæ Papales, Breve deputationis, & juramentum, quod præstant in primo ingressu ad officium; sive ex mandato speciali Papæ, cujus vigore independenter ab omni alio negotio ad assentus pertinentia per se ipsos peragunt, & explent, & ex quorum culpa in committendo personaliter, & immediate provenerit damnum ærario Papæ tam ob subministratas pecunias ultra debitum non recognitis prius expensis factis, quam etiam ob neglectam retentionem sc. 20. m. in primo assentu, & sc. 16. m. in 2. In istis enim terminis verius videri affirmabant, quod contra DD. Thesaurarios competat actio directa, quæ semper conceditur adversus Administratores Reipublicæ pro iis, quæ culpa eorum vel non acquisita, vel omissa sunt, nec non omni damno ex eorum proprio facto, & omissionibus principaliter, & immediate eidem Reipublicæ obvenio, ad Text. *in l. fœnoris 1. C. de his, quæ ex officio, quod administrat. lib. 11. l. contra 2. quod de administr. Reipubl. lib. 11. l. Lucius 21. vers. Paulus respondit, l. Constitutionibus 24. l. Imperatores 36. vers. ad Magistratus officium, ff. ad municipal. l. ex facto 31. ff. de negot. gest.* Joan. de Platea *in conveat. ad C. quod in d. l. fœnoris, & d. l. contra,* & in eisdem legibus modernus Brunemàn *super Cod.* Castrens. Bartol. & Angel. *in d. l. ex facto* Caroc. *de excuss. bonor. p. 5. q. 8. n. 1 ad 4.*

Præmissis subdebant, quod ubi etiam adversus Dominos Thesaurarios non nisi actio subsidiaria esset exercibilis, adhuc tamen ex alio capite Rev. Cameram adstringi nequeat ad discutiendos dictos effectus Zinaghi, ex eo scilicet, quod sint nimis intricati, & obscuri, & super illis pendeat concursus, ad Text. *in l. a Divo Pio, §. si super rebus ff. de re judic.* Olea *de cess. jur. tit. 7. q. 3. n. 38.* in terminis fisci Larrea *alleg. fisc. 26. n. 14. & 15. & alleg 33. n. 4. & 5.* ad exemplum mulieris creditricis suæ dotis, pro qua existentibus etiam bonis liberis agere potest ad bona fideicommissi, quamvis in subsidium tantum obligata, nulla prævia excussione dictorum bonorum quando ista sint litibus intricata, ex tradita per Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. gl. in p. 2. n. 10. vers. intellige,* Card. de Luca *de dot. disc. 145. n. 69.* & firmavit Rot; in Faventina Dotis 16 Junii 1692. §. *Absque eo quod,* cor. me, & in Urbevetana Dotis 9. Febr. 1693. cor. bon. mem. Emerix; quod quidem privilegium iidem defensores Cameræ ajebant allegari posse a fisco, qui in pluribus fruitur pari jure dotis, ut ex *l. 2. C. de priv. fisc. & l. si quis 27. ff. de jur. fisc.* dicunt Alphanus *de offic fisc. gl. 26. n. 89.* Gerard Mainard. *dec. 22. lib. 3.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 6. n. 17.* Rota *dec. 7. n. 5. & 6. par. 12. & dec. 84. n. 15. & 18 p. 18.*

In conflictu tamen harum rationum, animadvertentes DD. quod hæredes Paravicini, ad quorum instantiam promovebatur quæstio super prævia excussione bonorum Zinaghi, remaneant plene, & totaliter liberati, & absoluti ab onere relevationis ob bonificationem sc. 4087. ipsis competentem ex partita noviter per eosdem deducta ex scut. 8438. 20. munitionum; superfluum censuerunt hanc controversiam decidere, declarantes tamen hanc summam sc. 4087. 10 qua remanent absoluti prædicti hæredes Paravicini, esse solvendam a dicto D. moderno Thesaurario una cum residuali summa sc. 39392. 34. in qua jam fuit condemnatus in antecedenti decisione, ad hoc ut Rev. Camera relevata remaneat a toto suo credito sc. 63479. & 34.

Et ita suffragantibus omnibus Dominis resolutum fuit &c.

REVER. P. D. MOLINES DECANO.

Romana Assentistatus.

Luna 23. Martii 1699.

A R G U M E N T U M.

Declarantur ea, quæ in duabus superius relatis decisionibus decisa noscuntur.

S U M M A R I U M.

1 *Actio subsidiaria nequit exerceri, nisi constet inanem esse directam, & n. 8*

2 *Actio pro pactorum adimplemento dirigi prius debet contra eum, qui pacta servare promisit.*

3 *Thesaurarius Cameræ Apostolicæ erga Cameram tenetur, si negligens fuerit in rebus Cameræ, tam in omittendo, quam in committendo, particularis institor, vel affictuarius rerum cameralium.*

4 *Obligatio tamen ejusdem Thesaurarii subsidiaria tantum reputatur.*

5 *Fiscus in materia excussionis æquiparatur privato.*

6 Text. in l. missi opinatores, C. de exact. tribut. explicatur.

7 Text. in leg qui fisco, Cod. de convent. fisc. debit. declaratur.

9 L. ex facto, Cod. de neg. gest. *in quibus terminis procedat.*

10 *Ad diversa minime fieri debet illatio.*

11 *Curator nonnisi in subsidium teneatur pro culpa subcuratoris.*

12 *Actio subsidiaria exerceri potest, quoties bona principalis debitoris sunt intricata, vide num seqq.*

13 *Bona non dicuntur intricata, si de diligentiis non constet.*

14 *Amplia, licet pendeat judicium concursus.*

15 *Amplia quoque etiam, si creditor sit fiscus, cui subsidiaria actio denegatur, si in bonis sub concursu cadentibus diligentias non expleverit.*

D E C I S I O XXXV.

CUm geminæ prodierint decisiones sub diebus 9. Novembris proxime præteriti, & 12. Februarii nuper elapsi, in quibus resolutum fuit, Reverendam Cameram Apostolicam relevandam esse a Domino Antonio Columna, & a Domino Thesaurario moderno pro debito contracto a Zinago occasione administrationis duorum assentuum triremium Pontificiarum; in hodierna audientia ejusdem Cameræ defensores una cum hæredibus bo. me. Dom. Paravicini Thesaurarii defuncti instabant pro causæ expeditione, desuper expostulantes, ut unico contextu caperetur resolutio super dubio *An prius sit facienda per ipsammet Cameram excussio bonorum, & effectuum d. Zinaghi.* Quam controversiam Sacr. Tribunal, comperto, quod residuum debiti hæreditatis Paravicinæ jam aliunde satisfactum remanebat, sub die 13. Febr. & si non indiscussam, irresolutam reliquerat. Quamobrem revocatis ad examen fundamentis, quæ per modum simplicis discursus super hujuscemodi articulo in præfata ultima decisione hinc inde excitabantur; Domini convenerunt in sensu potiora, & æquiora esse ea, quæ proponebantur pro necessitate præventivæ excussionis per Cameram explendæ; ideoque indulta causæ expeditione, mihi in mandatis dederunt, ut antecedentes super hoc puncto extenderem decisionem.

In eo quidem nitebantur potissime eorum suffragia, quod cum principalis, & immediatus Cameræ debitor sit Zinagus, & obligatio D. D. Thesaurariorum succedat in subsidium, fit exinde, quod actioni subsidiariæ locus esse nequeat, nisi prius excussis effectibus principalis debitoris primario, & directe obligati; quotiescunque enim actione ordinaria, & directa consuli potest indemnitati creditoris, silet, & experibilis non est actio obliqua, & subsidiaria, ad Text. *in l. quidem de eden. l. 5. Cod. de magistr. convenien.* Surd. *cons. 528. n. 19. &* an. Giovagn. *cons. 72. num. 38. lib. 1.* Cost *de remed. subsid. 1. prælud. 1. n. 1.* Rot, *dec. 351. num. 1. p 5. dec. 77. num. 26. p. 6.* latius exornat *dec. 149. num. 1. cum seqq. part. 9.* 1

Quod autem Zinagus sit principalis debitor, & Domini Thesaurarii teneantur solummodo in subsidium, ex eo evinci visum fuit, quod licet ipsi sint generales Administratores Ærarii Apostolici, nihilominus pro appaltibus, & affictibus publicis, quos de speciali sententia, & mandato Principis concedunt, & committunt curæ, regimini, ac administrationi particularium affictuariorum, nullam cum ipso Principe contrahunt directam, & immediatam obligationem, sed hæc assumitur ab ipsismet appaltatoribus, & affictuariis; Dominus siquidem Thesaurarius (ut non recedamus a concreto appaltus de quo res est) recepto Papæ oraculo sibi expresso in speciali chirographo concedente assentus triremium Zinago, ad illius tenorem stipulatus fuit illorum capitula, & instrumenta; quorum

vigore inter cætera assentistam directe, & immediate obstrinxit ad bonificanda et assignatis præstationibus scut. 22. mill. munitionum, nec non ad tradendum pignus scutorum 50. mill. pro assecuratione primi assentus, & scutorum 16. mill. pro securitate secundi, ac rursus reddendi computum singulis annis de expensis extraordinariis; ex quo propterea consurgit, quod Princeps pro adimplemento omnium istarum conventionum principaliter, & immediate prosecutus fuit fidem Zinaghi, cum quo expresse contraxit, & a quo pignus exigi mandavit; adeoque contra ipsum primo loco non adimplentum nec servantem pacta, ad quæ ex contractu se obligaverat, Rev. Camera directam movere debet actionem ad prosequendum jus quod sibi debetur, §.
2 *omnium instit. de act.* ubi omnes scribentes.

Secus vero adversus Dominos Thesaurarios, quia, etsi ipsi ratione antedictæ eorum primariæ, & generalis administrationis bonorum, & redituum Cameræ Apostolicæ sint obligati, quando eorum culpa, & negligentia tam in committendo, quam in omittendo particularis Minister,
3 & affictuarius a Principe constitutus non optima fide versaretur, rebusque ac pecuniis fiscalibus abuteretur, prout contigit in casu nostro, resarcire debeant jacturam ærario Principis ob eorum culpam obventam, ex late probatis in prima causæ decisione.

Actio tamen, quæ oritur ex hac eorum obligatione, est tantum subsidiaria, quæ experiri nequit, nisi deficiente ordinaria actione competente adversus appellatores seu assentistas directa, & ex contractu primario obligatos, ad
4 text. *in l. fisco, C. de conven. fisc. debit. lib.* 10. ubi deciditur, quod prius excutienda sint bona ejus, qui argentum fiscale receperat, & postea conveniatur argenti fiscalis debitor, clarius, ac in terminis durioribus, *in l. si duobus, ff. quo quis ordin. convenien. lib.* 11. ubi statuitur, quod si fiscalis pecunia credita sit curæ duorum, adhuc non obstante solidali obligatione, prius excutienda sunt bona ejus, qui administravit, & mox alter conveniendus est, et *l. quid ergo, ff. ad municip.* ubi pariter disponitur, quod ex publicis administratoribus prius conveniendus est, qui administravit, & deinde alter qui per ignaviam, vel ægram valetudinem res Reipublicæ deteriorari permiserit, & tenent Munoz. *de ratton. cap.* 4. *n.* 13. & 14. ultra plures alios concordantes relatos in decisionibus causæ *in prima sub §.* 52. *et in secunda in §. pariter antedictam*.

Absque eo quod Rev. Camera evadere possit onus d. excussionis sub obtentu alicujus sui particularis privilegii; Quoniam receptissima hodie est propositio, quod in materia excussionis fiscus æquiparatur privato, itaut ad ejus instar teneatur excutere principalem debitorem, antequam perveniat ad tertium possessorem, & fidejussorem, *leg. non*
5 *prius penale. C. quand. fisc. vel privat.* ubi Bald. *l.* 1. *C. de convent. fisc. debit. lib.* 10. *l.* 1. *C. de detur. eod. lib.* 10. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 45. Cost. *de remed. subsid. remed.* 77. *n.* 2. Caroec. *de excus. bonor. q.* 2. *qua* 12. & signanter Henrig *de fidejus. cap.* 20. §. 14. *a n.* 8. *ad* 15. *et cap.* 27. *q.* 1. *n.* 175 Barb. *in l. si constante n.* 61. *vers. non obstat secundum, ff. sol. matrim.* Merlin *de pignor. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 79. *n.* 38.

Quibus minime obesse visa sunt nonnulla jura in oppositum deducta; non quidem Text *in l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib.* 10. ibi nanque agebatur de militibus in Provinciam missis, ut instarent Præsidibus exactionem annonæ militaris intra annum faciendam, attento quod diutius milites extra castra morari nequiverant, ideirco cum intra anni spatium Præsides neglexerint demandatam exactionem, condemnati fuerunt de proprio annonas militares persolvere, reservato ad eorum favorem regressu adversus privatos debitores, ut explicat ibi Cujac. & modernus Bruman. Calvin. *lexicon. jur. verb. Opinatores*.

Inapplicabilis autem est in hac hypothesi expensi tex. censura, quia ibi Præsides erant specialiter etiam mediate propo-
6 siti ad exigendos militares census, & missi opinatores ipsis instabant, ut intra annum taxative per eos fieret exactio; si hæc proinde ex eorum culpa secuta non fuerit, jure merito tanquam deficientes in eo, pro quo directe sese obstrinxerant, par erat, ut succumberent incommodo persolvendi omnes annonas de proprio, reportata actione contra singulos debitores eorum culpa intra præstitum tempus inexactos: non est sic in themate, quia quamvis Domini Thesaurarii sint præpositi generali administrationi ærarii Apostolici, pro affictibus tamen, & appaltibus triremium constituunt particularem assentistam a Principe designatum, & approbatum; eorum proinde negligentia, & culpa, ex quo non invigilaverint super gestis per Zinagum, tunc demum illis nocere debet, quando iste ut primo, & principaliter obligatus careret modo resarciendi, ac luendi suas fraudes.

Minoris relevantiæ est Text. *in l. quis fiscus. C. de convenien. fisc. debitor. lib.* 10. Etenim in eo solum cavetur, quod 7
principalis fisci debitor nequit retardare solutionem debiti fiscalis, aut offerendo insolutum nomina, quibus alii debitores etiam ex contractu fiscali sunt ei obstricti, vel petendo dilationem, donec eosdem debitores excusserit, quæ dispositio nihil commune habet cum nostro casu: quia, ut luculenter ostensum fuit, principalis Cameræ debitor est Zinagus, & non domini Thesaurarii, neque ii in solutionem sui debiti offerunt nomen ipsius Zinaghi, qui vere eorum debitor non est, minusque petunt dilationem, donec ipse per eosdem discutiatur, sed postulant fieri a Camera præventivam illius excussionem, quia pro eorum neglectis, & omissis ratione generalis administrationis non remanent obligati, nisi in casu quo actione directa, & ordinaria illius jacturæ consuli nequeat juxta naturam actionis subsidiariæ supra expressam, ut ultra jam allegatos tra- 8
dunt Bellenc. *de carit. & subsid. q.* 14. & Caroec. *dec.* 109. *n.* 16.

Nec magis urget responsum Juliani, *in l. ex facto, ff. de negot. gest.* in quo statuitur, quod curator Reipublicæ tene- 9
tur insolidum pro culpa subcuratoris, quantumvis sibi a Republica in adjutorium dati, salva illi remanente actione negotiorum gestorum ad istum conveniendum pro male gestis, sive quia Zinagus nullo pacto reputari potest coadjutor datus DD. Thesaurariis in administrationem Gubernii Oeconomici triremium, sed ut semper repetere licet, est principalis debitor ex contractu, & D.D. Thesaurarii tanquam generales administratores, & superintendentes. Extranea proinde remanet censura appositi textus condemnantis curatorem insolidum pro culpa subcuratoris in il- 10
lius adjutorium constituti, ad notum Text. *in l. Papinianus, ff. de minor.*

Sive quia verius visum fuit ex authoritatibus supra relatis, curatorem hodie non nisi in subsidium teneri pro culpa subcuratoris a Republica constituti, addita in eorum 11
comprobationem punctuali authoritate Doctissimi Fabri *conjectur. lib.* 11. *cap.* 7. *n.* 21. ubi in specie expendendo relatum textum *in l. ex facto*, per hæc verba notavit -- *quod imo potest hodie curator ejusmodi petere, ut non nisi excusso subcuratore, qui male gesserat, conveniretur præsertim cum subcurator ille non ab ipso electus esset, sed a Republica constitutus* -- allegando Text. *in l.* 2. *C. de hered. tutel. l.* 1. *et* 2. *C. si tutor. vel curator. non gesserit, l. Tres tutores* 55. *ff. de administr. tutor.*

Demum nec adversatur, quod bona Zinaghi sint intricata, superque eisque pendeat concursus creditorum, adeoque quatenus actio competens adversus D. D. Thesaurarios esset directa subsidiaria adhuc posset exerceri, nulla prævia discussione, ex traditis per Latream *alleg. fisc.* 27. *n.* 14. *et* 12
15. *et allegat.* 33. *n.* 4. *et* 5.

Quoniam attenta juris censura, creditor evadere nequit onus excussionis bonorum, & effectum principalis debitoris, sub prætextu difficilis exactionis, aut intricationis bonorum, antea adhibitas opportunas, & necessarias diligentias practicari solitas contra principales debitores, quas recenset, citatis concordantibus, Cyriac. *controv.* 5. *n.* 142. 13
& tradunt Scacc. *de commer. et camb.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 455. *et seqq.* Olea *in addit. ad tract. de cess. jur. fol.* 231. & late Merlin. *de pign. q.* 69. *n.* 3. *cum seq.* Rot. *dec.* 202. *n.* 13. *p.* 19. *rec.* non obstante concursu creditorum, quia ultra quod de ea via constat in casu, non sufficit adhunc effectum simplex concursus, sed requiritur quod emanaverit sententia graduatoria, per quam appareat omnia ejus bona remanere absorta ex aliis creditoribus, in quibus terminis loquitur Latrea in objecto allegatus, & procedunt omnes alii qui in contrarium adduci possent, vel in casu in quo constaret 14
debitorem notorie non esse solvendo, ut multis collectis prosequitur Merlin. *ubi supra n.* 7.

Neque profecto fiscus gaudet ullo privilegio contento in corpore juris non faciendi dd. diligentias contra principalem debitorem, quando ejus bona essent aliquatenus obærata, & intricata; unde in non expressis ad instar privati subjacet legibus juris communis, ad Text. *in l. fin. C. de fiscal. usur. lib.* 10. Gail. *lib.* 1. *observ.* 90. *n.* 2. Henrig. *de fi-* 15
dejuss. cap. 20 §. 14. *n.* 5.

Et ita suffragantibus omnibus Dominis resolutum fuit.

R. P. D.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Melevitana Expensarum.

Lunæ 24. Junii 1700.

A R G U M E N T U M.

Expensæ litis, quæ antiquitus reficiebantur in causis ultra Mare, & Montes, ad rationem currentis aurei de Camera, per hanc decisionem reducuntur ad julios duodecim per quolibet ducato in prædictis causis ultra Mare, & Montes; in causis vero Insularum Italiæ adjacentium ad julios undecim, intelligendo de expensis factis in Urbe; nam quoad factas in partibus, refectio moderatur ad scutum argenteum, nec oblatio judicialis facta ante relaxationem mandati excusat a refectione juxta taxam prædictam.

S U M M A R I U M.

1 *IN causis ultra Mare, & Montes ad Urbem devolutis stylus est, ut expresse expensæ factæ in scutis argenteis reficiantur in ducatis de Camera.*
2 *Ducatum autem de Camera, seu Cancellaria, unum & idem est.*
3 *Ideo expensæ in prædictis causis reficiebantur in ducatis aureis, quia ita compensabatur fœnus, & Cambium pro trajectione pecuniarum.*
4 *Juxta vero antiquam taxam ducatorum, qui valebant julios undecim pro quolibet, augmentum cambio correspondebat.*
5 *Sed cum hodie valor ducati immodice excreverit usque julios 15. immodicum autem redditur fœnus,*
6 *Propterea taxa reducta fuit, quod respectu insularum adjacentium Italiæ ducatum intelligi debeat juliorum 11.*
7 *In causis vero ultra Montes Juliorum duodecim.*
8 *Mutato rerum statu mutatur stylus, & dispositio.*
9 *Expensæ victori reficiuntur, ne sit in damno, non autem ut indebite lucretur.*
10 *In materia taxationis Cambiorum Rota attendere solet id, quod est verisimile.*
11 *Quando expensæ, vel concludenter non probantur, vel patiuntur aliquam exceptionem, earum taxatio remittitur arbitrio judicis.*
12 *Antiquitus expensæ in prædictis causis reficiebatur cum augmento ducati, etiamsi ageretur de expensis factis in partibus.*
13 *Si vero succumbens judicialiter ante mandati relaxationem, vel expeditionem, expensas offerebat, tunc victor tenebatur illas recipere monetas argenteas in augmento.*
14 *Pro expensis factis in partibus reficiuntur tantum scuta argentea.*
15 *Et oblatio etiam judicialis non liberat succumbentem quin reficere debeat in scutis aureis ad prædictam rationem.*
16 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*
17 *Et maxime quando agitur de expensis litis.*
18 *Insula posita in Mari adscribitur illi regioni, cui etiam per aliam interjectam insulam magis adhæret.*
19 *Insula Melitensis tanquam pars, & membrum Siciliæ utitur, & gaudet privilegiis, quibus Sicilia.*
20 *Et connumeratur inter Insulas adjacentes Italiæ.*
21 *Maxime quando agitur in favorabilibus, & ad evitandum immoderatum, & indebitum fœnus.*
22 *In materia situationis locorum omnino deferendum est Cosmographis.*
23 *Episcopi Melitenses tanquam Itali tenentur quolibet triennio limina visitare.*
24 *Qui vero ultra Mare, & Monte degunt, singulo quinquennio.*
25 *Melitenses dum cupiunt ad Ordines promoveri non coguntur habere dimissorias recognitas a Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis, ut Ultramontani.*
26 *Attestationes factæ ab Officialibus super re ad eorum Officium spectante, multum probant.*
27 *Lex nova non trahitur ad præterita.*
28 *Et si mentionem faciat de præteritis, non complectitur jam decisa, & extincta.*
29 *Neque tollit jus quæsitum.*
30 *Reformatio supponit præexistentiam rei reformatæ, illamque complectitur.*

D E C I S I O XXXVI.

PRisca consuetudine inductus ad hæc nostra descendens
tempora inolverat stylus, ut in causis, quæ præsertim
ultra Mare, & Montes introductæ, ad urbem, nostrumque Tribunal devolvebantur per appellationem, judiciales
expensæ in scutis argenteis persolutæ, reficerentur Victori
in ducatis totidem aureis de Camera. Id autem, quod pluribus identidem litigiis, ac succumbentium recursibus causam præbuerat, nunc demum majores indidit stimulos Ab- 1
bati Petro Constantio impugnandi excessum taxationis expensarum, & valoris ducati Cameræ, qui licet tempore
consuetudinis introductæ non excederet julios undecim,
vel duodecim, successive tamen fuit per Summos Pontifices
adauctus usque ad summam juliorum septendecim. Unde
non modo appellatione semel obtenta ab excessiva taxatione, sed etiam, postquam succubuerat, ubeundo iterum justitiæ Signaturam, impetraverit aliam commissionem mihi
directam, propositoque proinde dubio sub die 4. Junii
proxime elapsi, an esset procedendum ad legitimam executionem mandatorum, tunc visum fuit hujusmodi stylum
a suis principiis repetere, remque altius examinare, ut patefactis rationum fundamentis, non minus jacturæ succumbentium, quam indemnitati Victoris provide consuleretur, ideoque dilata causæ resolutione, ut insimul omnes Domini sua possent ferre suffragia, auditoque etiam
Collegio Patronorum Sacri Palatii Apostolici.

Hodie tandem iis rite peractis, ut vitia, quæ vicissitudine rerum, & temporis lapsu irrepserant, penitus forent
sublata, rem omnem sic esse definiendam existimarunt,
quod scilicet, *expensæ factæ in partibus solvantur in moneta currenti sine augmento; Ducati taxentur imposterum in
juliis duodecim in causis ultra Montes, non attenta solutione in quacunque parte judicii fiat in curia, sive judiciali,
sive extrajudiciali, & quoad insulas adjacentes Italiæ,
ducati taxentur in juliis undecim.*

Nostrum enim Auditorium sedulo omnibus justitiæ, &
æquitatis lance perpensis, haud aliam magis aptam, & subsistentem adinvenit rationem taxæ hucusque præhabitæ in
ducatis auri de Camera, sive Cancellariæ, de quibus intelligi debet, ad tradita per Rotam *dec. 760. per tot. p. 3. div.*
quam quod expensæ reficerentur cum augmento ex causa 2
fœnoris, & cambii persoluti in trajectione pecuniarum ad
curiam. Unde in hoc Tribunali, tanquam ipsius Cancellariæ Apostolicæ, taxabantur quoque in totidem nummis 3
aureis ipsi olim consuetis, & cambio tunc ferme correspondentibus; quem quidem respectum habuisse pro oculis semper professa est Rota, tam cor. Amat. Dunoz. *dec. 280. n. 4.*
& cor. Priol. *dec. 471. n. 4.* ubi refert ita decisum, tum in
causa Leodien. Beneficii 4. Julii 1664. §. *Nec excessus*, cor.
Bevilaqua, quam in alia Leodien. expensarum die 2. Dec. 4
1674. §. *finali*, cor. Bourlemont, & dixit etiam in Hispalen. expensarum de Bonazzuzza 16. Februarii 1682. coram
bon. mem. Reverend. Ursino, & in Barchinonen. expensarum 29. Junii 1683. cor. Emerix.

Hæc vero tunc æqua ratio nunc quoque sequenda videretur, nisi valor ipsius ducati, alia suadente causa, atque ex facto Principis excrevisset a juliis undecim, & duodecim, usque ad julios decem, & septem, sic utpote accedens quod- 5
cunque immoderatum, & nauticum fœnus, pro scutis enim
centum monetæ, centum septuaginta exigerentur; proinde
deque rebus provide consulendo, inhærentesque simul Domini majorum vestigiis, haud dubitarunt, incrementum in
hac re minus æquum declarare, & penitus abrogare; decernentes propterea, habita ratione fœnoris, quod ex cambio
percipi solet e mercatoribus, valorem ducati aurei respectu
insularum adjacentium Italiæ taxandum esse in juliis unde- 6
cim; in causis vero ultra Montes, unde quid magis exigitur, in juliis duodecim constabilire. Sicuti enim mutatio 7
rerum emendare debet stylum perperam introductum, cum
& illa corrigat quamcunque dispositionem, *l. cum quid, ff.
de solut. leg. in rebus novis, ff. de Constit. Princip. leg. fin. ff.
qui satis dar. cogant. l. quod Servius, ff. de condit. caus. dat.
cap. quemadmodum, ubi communiter scribent. de jur. jur.* Ita

etiam minus id ipsum æquitas, aut justitia patitur in refe-
ctione expensarum, quæ ex eo duntaxat fieri debet, ut colliti-
9 ganti, ne sit in damno, non autem, ut aliquid inde in-
debite lucretur, ut bene advertit laudatis juribus deci-
sio hujus causæ sub die 30. Martii 1699. §. *Hoc per
me in fine*, cor. R. P. D. meo Caprara.

Damnum autem quodcunque fuerit congrue refundetur,
si ita reducto, ut antea, ducati aurei valore, Insulani ad-
jacentes recipiant ad rationē undecim juliorum Cambii fæ-
nus in scutis decem, quæ sic interceduot pro quolibet cen-
tenario, existentes vero ultra Montes, unde majori sum-
ptu pecuniæ asportantur, ex juliis duodecim refectionem
dispendii in scutis viginti consequantur; licet enim in dies
cambium augeri, & minui soleant a Nummulariis, atta-
men, ut aliquid certi ad amputandas quotidianas lites præ-
figeretur, statuendum esse videbatur id quod verisimile est,
10 cum & istud in materia taxationis Rota soleat attendere,
Cerr. dec. 546. n. 5. Cocc. dec. ttdt. n. 4. & cor. Greg. dec.
312. n. 4. & cor. Bich. dec. 380. n. vn. & ejus plenario arbi-
trio remittatur reductio, & moderatio, quoties expensæ
11 concludentissime probari non possunt, vel aliquas patiun-
tur exceptiones, Cocc. dec. 1705. n. 7. & in Nicen. Decima-
rum super expensis 27. Junii 1692. in fine, cor. R. P. D. Ca-
prara, & in Forosempronien. Manutentionis super expen-
sis reservatis 16. Maii 1695. cor. R. P. D. Muto.

Reprobatio itaque in his stylo immoderati valoris, qui
sensim sine sensu excreverat, fuit pariter reprobata duplex
12 consuetudo, sive potius abusus, qui consequenter irrepse-
sae; alter nimirum reficiendi indistincte expensas etiam fa-
ctas in partibus cum augmento ducati aurei; altera vero ob-
lationis expensarum, quæ si fieret per succumbentem, judi-
cialiter in Curia ante mandati relaxationem, vel expeditio-
13 nem, tunc adigeretur collitigans repetere expensas sibi de-
bitas in moneta argentea sine augmento, ut colligi potest *ex
decisione Celsi* 74. *n.* 6. *& dec.* 101. *n.* 2. *p.* 16. aliisque iden-
tidem super hac materia promulgatis. Utraque enim desti-
tuebatur justitiæ, & rationis fundamento, dum nullo æqui-
14 tatis jure admitti valet, ut augmentum pro cambio debitum
lucrari queat Victor, qui sine Cambii fænore pecuniam in
partibus erogavit; nec vicissim ulla prorsus ratio subesse po-
test, cur oblatio etiam judicialis liberet succumbentem ab
emendatione damni, & quod rependi debet ex causa trans-
15 missionis pecuniæ, & Cambii jam antea persoluti; etenim
ultro, citroque repugnaret, ut quisque locupletari posset
16 cum aliena jactura, *l. plane*, *ff. de petit. hæred. & in leg. si
quis mancipiis, ff. de instit. act.* late Cocc. *dec.* 978. *n.* 18. *&
seqq.* & cor. Molin. *dec.* 567. *n.* 4. & in terminis expensarum
17 litis Pamphil. *dec.* 319. *n.* 15. *& in rec. dec.* 148. *n.* 8. *p.* 6.

His ita firmatis, progredientes Domini ad resolutionem
dubii propositi, responderunt quoque procedendum esse ad
legitimam *executionem*, *juxta modum*, *& modus est ad for-
mam regulamenti hodie resoluti*; agnita enim ex actis vali-
ditate mandatorum, quorum legitima etiam executio in-
cœpta fuit tempore habili, ut constitit *ex Summario respon-
sionis Caxar* n. 1. perspecta etiam fuit justitia, dum & ipse
Constantius nitidam summam expensarum sibi obtingen-
tem constare ducatus 81. ultra non detrectabat, adeoque
reducta omni quæstione ad modum præhabiti valoris duca-
ti aurei, ipsum taxari debere in hypothesi in juliis undecim,
non erat ambigendum; Melita enim est insula, quæ licet
satis lata a Sicilia Mari sit disjuncta, longe tamen majori
freto ab Africanis Oris dividitur, itaut si non minor saltem
omnino æqualis intercedat distantia a nostris Italiæ littori-
bus; adeoque hic apte locum sibi vindicat Barth. *Theorica
in ejus peculiari tract. n. de Insula n.* 2. *fol.* 166. ubi docet,
quod si posita sit Insula in alio Mari, & a qualibet etiam
hinc inde terrarum plaga recedat, tunc illa censetur esse, &
18 abscribitur regioni, cui per aliam interjectam Insulam exi-
guo spatio distantem magis adhæret; exemplumque ad præ-
sentem controversiam plane cōgruum exponit in Sardinia,
quæ dicitur pariter insula Italiæ, licet ex se longius di-
stet; nam mediante Corsica quodammodo adnectitur,
& propius conjungitur; pro quibus apprime etiam facit
Text. in leg. penultima, §. *Si Insula in flumine*, *& in leg.
Insula*, *& in leg. adeo*, §. *Insula versic. quod si ff. de ac-
19 quir. rerum dominio*, Oldrard. *consil.* 26. *circa finem*. Jure
igitur meritoque Melitensis Insula, tanquam pars, &
membrum ipsius Siciliæ, ad tradita per Card. de Luca
de success. disc. 38. *in princip.* ejus jura utitur, ac privile-
giorum communicatione gaudet, ut alias firmavit Rota
in Melevitana Territorii 28. Junii 1647. §. *Neque potest
dubitari*, cor. Ghislerio, quæ fuit confirmata coram Otho-
bon. *dec.* 176. *& dec.* 195. connumeraturque propterea inter
Insulas adjacentes Italiæ a plerisque gravioribus Cosmo-
graphis, & Geographis, ut videre est apud Albertum Mi- 20
reum *in Geograph. Ecclesiast. de Stat. Relig. Eccl. per Eu-
ropam lib.* 1. *c.* 25. & Leandr. Alber. *in descript. Italiæ fol.* 8.
in tergo, ibi Melita tanquam Insulam Lipariam inter adja-
centes, seu attinentes Italiæ refert, *& in tract. dell' Isole ap-
partenenti all' Italia fol.* 69. secundum impressionem Ve-
netam apud Leon. Abraham. Ortell. *in Theat. Orbis Terra-
rum fol.* 160. Melitam una cum Sicilia, & aliis Insulis de-
scribit Fazzell. *lib.* 1. *pag.... vers. qua usque &c. & c.* 1. *in
princ.* Jo. Baptista Nicolosius *in Gereal. Sicul. seu istud Geo-
graph pag.* 8. *col.* 2. *& pag.* 118. *col.* 2. & latissime relatis alio-
rum authoritatibus Commendator Abela *in sua Historia
intitulata Malta Illustrata lib.* 1. *not.* 1. *pag.* 3. *usque ad* 7.
ubi præ cæteris explicat Ptolomæum, & Strabonem in con-
trarium adductos a Jacobo Bosio *in Historia Sacr. Religio-
nis Hierosolymitanæ*. Cui quidem ajusque affectis, nunc
erit minus inhærendum; quia etiamsi dubium aliquid su-
peresse posset, cessaret utique in his terminis, dum versa-
mur in favorabilibus, nempe ad evertendum fœnus im-
moderatum, & indebitum, in quibus Melitam inter ad- 21
jacentes comprehendi debere, tradunt Pignatell. *consult.*
38. *n.* 9. *tom.* 7. & Tambur. per eum relat. in suo Meth.
Confess. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 16. *juxta edit. Romanam*.

Authoritatibus vero Cosmographicis, quibus utique de- 22
ferendum est, ad Textum *in l.* 1. *ff. de Offic. Prat.* & dixit
Rota *dec.* 25. *n.* 2. *& dec.* 328. *n.* 10. Cels. & cor. Pirrhu *dec.*
28. *n.* 37. *& in rec. dec.* 101. *n.* 5. *p.* 16. *rec.* accedit etiam, &
plurimum præcedit Summorum Pontificum passim habita
definitio; Limina enim Apostolorum Episcopi Melitenses
tanquam Siculi, & e Regione positi Italiæ Oris, tenentur
quolibet triennio visitare ad differentiam illorum, qui ultra 23
Mare, & Montes, longe dissitas regiones incolunt; ipsi
enim post quinquennium duntaxat ad ea debent accedere, ut
ex Constitutione 15. Sixti V. Bullar. novo to. 2. §. 6. Idemque
declaravit fa. me. Urbanus VIII. in erectione quinque Ca- 24
nonicatuum, quos addidit in Ecclesia Cathedrali Melevitana,
quam inter alias præclaras, & insignes Italiæ connumera-
vit, ut refert Corrad. *in praxi benef. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 85. Adeo-
que Melitenses, dum cupiunt ad aliquem Ordinem promo-
veri, minime compelluntur ostendere dimissorias recogni- 25
tas, & approbatas a Nunciis sive Collectoribus Apostolicis,
prout adiguntur explere Ultramontani, Pignatell. *dicta
consult.* 37. *n.* 8. *to.* 8. Tambur. *in tr. de Ordine lib.* 7. *c.* 8. §. 1.
n. 4. *&* 5. Imo vero in expeditionibus Cancellariæ, & Da-
tariæ, negotia Melitensium, non quidem ad formam Ul-
tramontanis consuetam, sed in Italia usitatam, tractari, &
peragi testantur plures in curia degentes, & stylum expedi-
tionum bene callentes, ut ex fide jurata Dominis exhibita,
quorum testimonium standum videtur uti perhibito super
se ad eorum officium spectante, per ea, quæ tradit Rota 26
dec. 70. *n.* 20. *p.* 8. *& dec.* 111. *n.* 9. *p.* 17. *rec.*

Minus denique repugnante, quod hactenus omnes, ac
ipsi etiam alii dum collitigantes expensas refecerint juxta
valorem ducati aurei currentis; adeoque dictum regula-
mentum, tanquam nova lex, trahi nequeat ad præterita,
cum ejus natura sit futuris solum dare formam, non autem
præteritis, *l. leges* 7. *C. de legibus & l.* 2. *ff. de Const. Prin-
cip.* Etenim inspecta etiam ipsa natura legis, haudqua-
quam videbatur modo alias instaurare jam post solutionem 28
factam, neglectaque appellatione terminatam, cum nulla
lex, etiamsi expresse mentionem faciat de præteritis, traha-
tur unquam ad præterita jam decisa sopita, & penitus ex-
tincta, ut ex Textu *in l. causas*, *C. de transact.* & ex Bartol.
in l. omnes populi n. 41. *vers. distingue*, *ff. de justitia*, *& ju-
re*, dixit Rota congestis authoritatibus in Romana Cam-
biorum 26. Junii 1697. cor. bo. me. Reverendissimo Ursi-
no, §. *Neque ista*, ubi subdit æquum non esse, ut ex nova
Constitutione præjudicium cuipiam generetur in jure sibi
antequæsito, ejusque conditio sic durior efficiatur, Royas 29
dec. 37. *sub n.* 5. *& in rec. dec.* 215. *n.* 9. *&* 7. *p.* 19.

Verum reformationem adhibendo immoderati valoris
excessui favore duntaxat Constantii appellantis, æquum
nunc esse constitit valorem reducere ad justam, & antiquam
taxam juliorum undecim, ratione habita trajectionis pe-
cuniarum, cum reformatio, de qua nunc agitur, insti-
tutionem, & præexistentiam reformatæ rei sequendam
tantummodo supponat, ut apposite notat Marchesan. *de* 30
Commission. p. 1. *cap.* 1. *n.* 3.

Et ita omnibus Dominis suffragia conferentibus, utri-
que parti responsum fuit.

MAN-

MANTISSA DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Ad Librum Decimumſextum THEATRI VERITATIS & JUSTITIÆ CARDINALIS DE LUCA,

Qui eſt

DE CONFLICTU LEGIS, ET RATIONIS.

ARGUMENTA DECISIONUM DE CONFLICTU LEGIS, ET RATIONIS.

DECISIO I. *Terracin. Donationis.*

QUando donatio ex cauſa meritorum expleta a perſona contrahere prohibita, ob meritorum non probationem de jure corruat.

DECISIO II. *Ferentina Bonorum.*

Agitur de eadem controverſia in deciſione, quæ iſtam præcedit, definita, & ulterius firmatur, quod donator non poſſit, nec ex cauſa ſolvendi debita ante donationem contracta, bona donata creditori in ſolutum tradere, ex quo in eo deficit dominium, quod pro effectu contractus pernecesse exigitur.

DECISIO III. *Bononien. ſeu Imolen. Bonorum.*

An in contractibus minoris Clerici, aut mulieris Statuto laicali non ſubjectæ, exigantur ſolemnitates ab ipſo Statuto præſcriptæ?

DECISIO IV. *Bononien. ſeu Imolen. Bonorum.*

Confirmatoria alterius præcedentis eſt deciſio.

DECISIO V. *Bononien. ſeu Imolen. Bonorum.*

De eadem materia agitur, quæ in deciſionibus præcedentibus diſcutitur.

DECISIO VI. *Imolen. Pecuniaria.*

Minor Clericus, ut in antecedentibus deciſionibus fuit definitum, valet abſque ſolemnitatibus Statuti contrahere, & ſi ſe obligaverit tanquam hæres, & in bonis propriis pro aliquo particulari debito hæreditario, ei non competit in integrum reſtitutio ad differentiam caſus, in quo generaliter ad omnia debita propriam extendit obligationem.

DECISIO VII. *Romana Donationis.*

Minor Clericus valide contrahit, omiſſis ſolemnitatibus ſtatutariis, niſi tamen a principio contractus declaraverit velle uti Statuto per modum privilegii; hoc tamen declaratio debet eſſe expreſſa, & ſic ex volita adhibitione aliquarum ſolemnitatum non reſultare.

DECISIO VIII. *Narnien. Cenſus.*

Licet Statutum cauſam non exigat in contractibus mulierum, vel minorum, nihilominus, ſi expreſſa, & inepta deprehendatur, contractus corruit. Subſiſtit obligatio mulieris facta pro extinguendo alio debito, nulliter ob non ſervatas ſolemnitates contracto; ſecus, ſi nullitas ex alia cauſa, quam ex ſolemnitatum omiſſione, provenerit.

DECISIO IX. *Narnien. Cenſus.*

Superius notata confirmatur deciſio.

DECISIO X. *Fanen. Donationis.*

Mulier major valet abſque ſolemnitatibus donationem exarare pro conſervatione familiæ, & intuitu matrimonii; filii quando cenſeantur in donatione contemplati ex eorum propria perſona.

DECISIO XI. *Romana Donationis.*

Limitatur concluſio in antecedenti deciſione tradita, & firmatur, quod ſuſtineatur donatio facta a muliere pro conſervatione familiæ, quando tamen familia eſt propria; ſecus ſi aliena.

DECISIO XII. *Anconitana Pecuniaria.*

An pro dote competat actio ſolidalis contra unum ex pluribus debitoris hæredibus?

DECISIO XIII. *Bononien. Bonorum.*

Nimis notabilis eſt præſens deciſio edita ſuper validitate inventarii, non obſtante confuſa mobilium deſcriptione.

DECISIO XIV. *Romana Teſtamenti.*

Identitas ſchedulæ teſtamenti non probatur ex ſolo rogito in dorſo ejuſdem emiſſo, niſi vel teſtatoris reperiatur ſubſcriptio, aut alia concurrant adminicula; clauſula codicillaris nullius eſt efficaciæ, ſi filius tantummodo fuit præteritus in primo gradu ſubſtitutionis.

DECISIO XV. *Romana Teſtamenti.*

Quando legitima relicta in bonis alienis non impediat ſubverſionem teſtamenti ex defectu præteritionis.

DECISIO XVI. *Romana Teſtamenti.*

In his duabus, quæ ſubſequuntur, deciſionibus agitur de eadem materia, quæ in præcedenti deciſione habetur, pluraque notantur circa invaliditatem teſtamenti ex capite iracundiæ, & falſarum ſuggeſtionem.

DECISIO XVII. *Romana Teſtamenti.*

Adeſt argumentum in deciſione, quæ iſtam præcedit.

Digitized by Google

DECISIO XVIII. *Carpentoraten. Fideicommissi.*

Quando falsum suppositum, in quo fundata fuit institutio hæredis, corruere faciat testamentum.

DECISIO XIX. *Carpentoraten. Fideicommissi.*

Superius decisa approbantur.

DECISIO XX. *Romana, seu Veneta Immissionis.*

Exceptio clementiæ quando testamentum valeat irritare, magistraliter atque erudite discutitur.

DECISIO XXI. *Lucana Beneficii.*

Substitutio primogeniti, vel majoris natu de familia, per vulgarem tantum, non vero per fideicommissariam censetur ordinata.

DECISIO XXII. *Lucana Beneficii.*

Argumentum patet ex decisione, quæ istam præcedit.

DECISIO XXIII. *Romana, seu Vetulana Fideicommissi.*

Testator potest de re hæredis disponere, & dispositio executioni est demandanda, si hæres pro hærede dende se gesserit, licet rem ad ipsum spectare specialiter ignoraverit, & quoties ex acceptatione dispositionis oritur pernecesse jurium renunciatio, non attenditur, quod amolumentum non æquet onus.

DECISIO XXIV. *Romana, seu Verulana Fideicommissi.*

Ut sustineatur renunciatio jurium, quæ ex aliqua testamentaria competunt dispositione, non requiritur, quod renuncians oculis corporeis videat testamentum, sed sufficit, quod constet, intellectualiter de propriis juribus cogitare potuisse.

DECISIO XXV. *Avenion. Fideicommissi.*

Discutitur eadem materia, quæ in præcedentibus decisionibus fuit definita.

DECISIO XXVI. *Beneventana Manutentionis.*

Pertractatus de casu reciprocæ linearis, & firmatur, quod sententia, in qua aliquem esse hæredem enunciatur, minime qualitatem probare valeat hæreditariam.

DECISIO XXVII. *Bononien. Fideicommissi de Gisleriis.*

Quoties testator plures filios præmortuorum fratrum in stirpes instituerit, & eorum descendentes substituerit, non censetur voluisse tot lineas efformare, quot sunt nepotes, sed tantum quot erant eorum patres, quorum contemplatione substitui dicuntur.

DECISIO XXXVIII. *Faventina Primogenitura.*

In majoratibus, an proximitas gradus sit attendenda.

DECISIO XXIX. *Romana Quarti Dotalis.*

Recessum a consilio 21. Oldradi non fundet nec probibitio alienationis, nec vacatio Trebellianicæ, minusque onus substituto injunctum assumendi arma, & cognomen testatoris; ulterius præscribitur, quæ quantitas sit lucri favore mulieris binubæ in bonis secundi viri, quando ipsa mulier ex primo conjugio filios habet.

DECISIO XXX. *Romana Pecuniaria.*

An ex bonis fideicommissi possit detrahi debitum pro sustentatione hæredis gravati contractum, licet hæres tot fructus in vita ex fideicommisso habuerit, ex quibus propriam poterat quærere sustentationem?

DECISIO XXXI. *Romana Cambii.*

An in Cambio contracto pro extinguendo censu anteriori jura census dicantur transfusa?

DECISIO XXXII. *Romana Castri Porciliani.*

An condomino feudi in ipsius feudi venditione debeatur prælatio?

DECISIO XXXIII. *Narnien. seu Hortana.*

Alveus a flumine relictus cui acquiratur.

DECISIO XXXIV. *Narnien. seu Hortana.*

Est præcedentis confirmatoria.

INDEX DECISIONUM.

A

Anconitana pecuniaria, 1. *Julii* 1693. *Ursino*, Decisio XII.
Avenionen. fideicommissi, 19. *Januar.* 1699. *Muto*, Decisio XXV.

B

Beneventana manutentionis, 20. *Junii* 1608. *Tremoille* Dec. XXVI.
Bononien. bonorum, 26. *Febr.* 1698. *Pio*, Dec. XIII.
Bonorum fideicommissi, 4. *Maii* 1699. *Molines*, Decisio XXVII.
Bononien. seu Imolen. bonorum, 27. *Jan.* 1698. *Olmo*, Dec. III.
Eadem, 27. *Aprilis* 1698. Dec. IV.
Eadem, 23. *Jan.* 1699. Dec. V.

C

Carpentoraten. fideicommissi, 5. *Maii* 1698. *Ursina*, Dec. XVIII.
Eadem, 1. *Julii* 1699. *Tremaille*, Dec. XIX.

F

Fanen. donationis, 10. *Decembris* 1698. *Tremoille*, Decisio X.
Faventina primogenituræ, 23. *Februarii* 1699. *Priolo*, Dec. XXVIII.
Ferentina bonorum, 28. *Junii* 1698. *Ursino*, Dec. II.
Imolensis pecuniaria, 22. *Junii* 1699. *Pio*, Dec. VI.

L

Lucana beneficii, 7. *Maii* 1694. *Molines*, Dec. XXI.
Eadem, 5. *Junii* 1694. *Eodem*, Dec. XXII.

N

Narnien. census, 2. *Maii* 1698. *Muto*, Dec. VIII.
Eadem, 11. *Maii* 1699. *eodem*, Dec. IX.
Narnien. seu Hortana Alluvionis, 18. *Junii* 1698. *Molines*, Dec. XXXIII.
Eadem, 8. *Martii* 1697. *Pio*, Dec. XXXIV.

R

Romana Cambii, 12. *Junii* 1699. *Lancetta*, Dec. XXXI.
Romana Castri Porciliani, 20. *Martii* 1692. *Muto*, Dec. XXXII.
Romana Donationis, 17. *Martii* 1692. *Priolo*, Dec. XI.
Romana donationis, 29. *Junii* 1699. *Olmo*, Dec. VII.
Romana pecuniaria, 16. *Junii* 1699. *Molines*, Decis. XXX.
Romana quarti dotalis, 17. *Junii* 1699. *Caprara*, Dec. XXIX.
Romana, seu Veneta Immissionis, 12. *Maii* 1698. *Ansaldo*, Dec. XX.
Romana, seu Vetulana fideicommissi, 12. *Januar.* 1699. *Pio*, Dec. XXIII.
Eadem, 15. *Maii* 1699. *Eodem*, Dec. XXVII.
Romana testamenti, 20. *Junii* 1681. *Guaxardo*, Dec. XIV.
Romana testamenti, 4. *Martii* 1695. *Ursina*, Decis. XV.
Eadem, 9. *Junii* 1698. *Ansaldo*, Dec. XVI.
Eadem, 11. *Martii* 1698. *eadem*, Dec. XVII.

T

Terracinen. donationis, 21. *Junii* 1697. *Tremaille*, Dec. I.

R. P. D.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Terracinen. Donationis.

Ven. 21. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Quando donatio ex causa meritorum expleta a persona contrahere prohibita, ob meritorum non probationem de jure corruat,

S U M M A R I U M.

1 *INstrumentum camerali obligatione munitum paratam habet executionem.*

2 *Minor, & mulier non possunt absque solemnitatibus nec donationem remuneratoriam explere.*

3 *Ultra solemnitatibus requiritur probatio causa remunerationis, aliunde quam ex assertione contrahentis justificata*, vide n. 15.

4 *Declara, ut producat hac conclusio in donatione, qua expletur per minorem, inter patrem, & filium, & uxorem, aut a Clerico, vel milite focaria sua favore stipulata.*

5 *Secus autem si peragatur a muliere majore, non viri, sed alterius favore.*

6 *Licet hac mulier contrahere nequeat absque solemnitatibus*, & n. 7. & 8.

9 *Dummodo tamen merita specifice dinumerentur*, & n. 10. 11. & 12.

13 *Neque hæres sui authoris confessionem falsam dicere.*

14 *Quidquid donator in prajudicium donationis explet, donatario non prajudicat.*

D E C I S I O I.

DOnavit Antonie pure, & irrevocabiliter Cleriæ nepti suæ scuta mille, pro ea ensa interserens sedulam curam, pia officia, assiduaque servitia, quibus donataria attritam valetudinem, gravemque donetricis senectutem magnopere sublevaverat; cumque judex ab A. C. deputatus pro donatæ quantitatis solutione mandatum relaxasset contra Carolum communem filium Antoniæ, & Eleuterii, tanquam hujus hæredem, ideoque debitorem dotis ab uxore illi constitutæ, & solutæ in scutis 1500. Rota a me hodie consulta super validitate, & justitia dicti mandati, utraque agnita, exequendum esse respondit.

Non enim Domini dubitarunt de illius validitate, & justitia resultare visa est ex solemni instrumento donatio-
1 nis, juramento, & Camerali obligatione munito, ideoque paratam habente executionem, ut sunt nota jura.

Nec obstat, quod illa tanquam stipulata in Civitate Setina comprehensa in urbis districtu, per ea, quæ tradit Card. de Luca *de jurisd. disc.* 50. *n.* 5. celebranda erat cum solemnitatibus præscriptis ab ejusdem urbis Statuto, *cap.* 151. *lib.* 2. ex cujus mente, ac ratione non minus remuneratoriam, quam aliam quamcunque puram, & simplicem donationem, nullam, ac irritam declarari, sæpe evenit, si careat solemnitatibus Statutariis, cum ex utraque donans detrimentum capere possit, Rot. cor. Puteo *dec.*
2 55. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 5. *dec.* 606. *n.* 7. *p.* 2. *divers. & in rec. decis.* 158. *n.* 5. *&* 6. *& n.* 18. *dec.* 363. *n.* 2. *part.* 6. *dec.* 157. *n.* 3. *& seq. part.* 15. *dec.* 240. *n.* 21. *p.* 18.

Quamobrem etsi in præfata donatione cætera Statuti solemnia minime desiderarentur, desiderabatur tamen vera causa in primis ab eodem volita pro remuneratoriæ donationis validitate; nam merita tanta remuneratione condigna sufficienter probata non videbantur simplici assertione donationis quantumvis speciali, eo quia in prohibitis credendum non est confessioni, aut dicto partis, sed probationibus aliunde petitis de meritis donatarii docuisse oportet, ut distinguendo hunc casum ab alio, quo donatio emana-
3 verit a personis de jure communi, aut municipali donare minime prohibitis, docuerunt Bart. *in l. frater a* 38. *in* 6. *qu. n.* 57. *ff. de condic. indeb. leg. si forte* 8. *n.* 5. *ff. de Castrens. pecun.* Ripa *in l. si unquam in* 15. *qu. n.* 38. *C. de revocan. donat.* Paris. *cons.* 73. *n.* 66. *lib.* 1. Clar. *in §. donatio qu.* 3. *vers. ad hac occurris*, Menochius *de præsumpt. c.* 9. *n.* ... *lib.* 3. Regnoso *observat.* 31. *num.* 18. Antunez *de donat. prælud.* 2. *n.* 48. Zacch. de Salut. *q.* 76. *n.* 48. *& seq.* Mans. *consult.* 480. *n.* 3. de Luca *de donat. in Summ. nu.* 52. Sanfelic. *decis.* 319. *n.* 4. *& seq.* Rot. *in rec.* 438. *n.* 7. *&* 8. *dec.* 363. *n.* ... *part.* 6. *dec.* 242. *num.* 20. *& seq. p.* 17. & in Romana donationis 27. Aprilis 1676. §. *neque pro causa*, confirmata 29. Junii 1680. cor. bon. mem. Emerie, & 28. Junii 1684. §. *ea quippe*, & 14. Junii 1685. §. *diutius enim*, cor. R. P. D. Flores.

Ipsa enim distinctione mox tradita objectum submovetur; nam non agitur de persona, cui de jure donandi potestas nulla sit, ut puta, si res esset cum minore, vel tractaretur de donatione inter patrem, & filium, & uxorem, aut a Clerico vel milite focariæ suæ facta; quo casu quia fraus legi fieri facile posset interponendo falsam meritorum causã, ut donatio prohibita sustineretur, Rot. cor. Cæs. de Grass. *dec.* 4
150. *alias secunda* 19. *de donat.* & cor. Priol. *dec.* 229. *n.* 36. severius proinde de causa, sive benemeritorum veritate inquiritur, nec probantur sola enunciatione donantis, tamet si speciali, Rot. *dec.* 50. *n.* 8. *p.* 6. cæteræque auctoritates in objecto allegatæ. Verum agitur de muliere, quæ Vellejano excepto quoad reliqua perinde, ut vir major, de rebus suis pleno arbitrio disponere potest, expresse illi permissa donatione, *l. sed si ego* 4. *ad Vellejanum*, Cyriac. *controv.* 228. *n.* 46. Rocc. *disput. jur. select. cap.* 121. *n.* 64. 5

Neque hanc potestatem, qua mulieres jure communi donatæ sunt, sustulerunt, aut limitarunt jura nostra municipalia, sed ut bene ad rem nostram notavit Rot. *dec.* 330. *n.* 14. *& dec.* 368. *num.* 2. *p.* 6. *rec.* ope auxilioque solemnitates illas præservare solummodo voluerunt a læsione, & fraudibus, quibus sexus fragilitas obnoxia est, ne scilicet in meritorum, & rei donatæ æstimatione deciperentur, Rot. sæpius citatis *dec.* 358. *n.* 5. *&* 6. *& decis.* 263. *n.* 2. *p.* 6. *dec.* 157. *n.* 3. *& seq. p.* 15. & in decisionibus editis in Romana donationis allegatis in objecto; & ne depauperentur effusis, atque imprudentibus donationibus, quæ ea sola etiam levitate, nulla honesta probabilique intercedente causa, extorqueri ab ipsis potuissent, bene Card. de Luca *de alien. disc.* 31. *n.* 19. *& disc.* 33. *n.* 17. *& seq. & n.* 21. *& seq.* Fenzon. *ad Statut. cap.* 151. *n.* 30. *& seq.* Rot. *dec.* 619. *n.* 5. *part.* 2. 6
dec. 276. *n.* 3. *p.* 10. *rec.* & in Romana donationis 14. Martii 1689. §. *penult. & fin.* cor. Reverendiss. Hervavult, Archiepiscopo Turonense.

Cum autem seductionis omnis, & fraudis suspicio procul absit a casu nostro, firma stat donatio, licet causa meritorum, quorum obtentu emanavit, extrinsecæ probationis careat adminiculo; nam intuendo mentem Statuti illa necessaria fuisset si mulier donasset, nullis adhibitis solemnitatibus, eo quia hoc casu cessionis periculum, quod statuentes avertere voluerunt, non alia ratione probari potest abfuisse, quam extrinsecis probationibus clare demonstrando præcessisse donatarii merita, & quidem æquivalentia rei donatæ, Rot. *dec.* 358. *n.* 7. *& pluribus seqq. & dec.* 363. *n.* 7
8. *p.* 6. ut etiam hujusmodi probationes adhibuisse oporteret, si mulier paruisset quidem Statuto servando solemnitates ab ipso injunctas, sed facta duntaxat generica meritorum enunciatione, illa judici specifice non enumerasset; nam & hoc casu mens Statuti eludi facile potuisset, quia judex rem donatam, meritaque pendendo, dijudicare nequisset, num mulier pluris merita, minoris vero rem donatam æstimando decepta fuisset, juxta auctoritates allegatas in §. *neque hanc*; ideoque utroque casu ratio Statuti jure resisteret 8
donationi factæ ea causa nulli, aut vagæ innixa probatione.

Quæ tamen ratio cessat in donatione, de qua agitur, cum emanaverit ob benemerita in scriptis redacta, & specifice, ac singillatim exposita, quæ propterea tanquam solemnitatum adminiculo, & judicis auctoritate commendata, sola assertione donantis plene probata censentur, Giur. *discept.* 657. *n.* 14. *&* 21. secutus Rot. cor. Rembold. *dec.* 125. *n.* 13. 9
Mans. *consult.* 480. *sub n.* 9. Add. ad Pamphil. *decis.* 171. Et jure quidem; quia licet officia, & servitia, quibus donatrix se motam dicit ad mutuum beneficium, paremque gratiam donatariæ referendam, uti mere obsequialia, & Amitæ ex sanguinis necessitudine quodammodo a nepote debita, nullam legalem, vel antidotalem obligationem, cui compensatio deberetur, apta viderentur inducere, Regnoso *observ.* 31. *n.* 4. Fragos. *de regim. Reip. Christ. p.* 3. *lib.* 2. *disput.* 3. §. 5. *n.* 169. Rot. cor. Priol. *decis.* 129. *n.* 25. attamen judex mature illa perpendendo dijudicare potuit, ut eadem tanquam diutissime impensa, & magna cura, & sollicitudine exhibita, justam donandi causam præbuerit, de Luca, *de feud. disc.* 94. *n.* 14. Mans. *consult.* 582. *nu.* 34. Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *c.* 4. *n.* 52. *dec.* 359. *n.* 19. *par.* 6. *rec.* atque etiam compertum habuisse valuit, nam illa conficta 10
essent ad eludendam mentem Statuti; nam præsentie testium,

stium, interventus proximiorum jurejurando affirmantium causam expositam a donatrice esse veram, actumque non tendere in ejus præjudicium, & auctoritas denique judicis, qui causæ recognitione adhibita, tum a testibus, tum etiam a proximioribus, atque ab aliis extrajudicialiter edoceri, certiorq; reddi potuit de veritate meritorum suspicari non sinunt, donatricem in fraudem Statuti commentam fuisse falsam causam, sed eadem ob tot solemnia adeo vera præ-
11 sumitur, ut illius falsitatem alleganti incumbat onus id concludenter probandi, ut in nostris terminis Adden. ad Pamph. dec. 171. Rot. cor. Rembold. decis. 125. num. 10. et seq. & generaliter de nostro Statuto, quod causa judici exposita, ejusque decreto coram proximioribus, & testibus
12 approbata, vera præsumatur, Grat. discept. 657. n. 14. & discept. 955. an. 23. p. 18. rec. eoque magis, quia donatria ipsa, & filius ab ea causam habens, donatariæ objicit causæ expositæ falsitatem, quorum neuter propriam, & sui auctoris confessionem falsam dicere potest, Dec. cons. 21. n.
13 40. lib. 1. Rot. dec. 3. n. 15. & seq. post Zacch. de Salar.

Hac vero deficiente falsæ causæ demonstratione, Antonia revocare deinde non potuit donationem jam perfectam declarando se callidis artibus ad donandum allectam simulatis a nepte commentitiis meritis; nulla namque, & irrita est quæcunque donantis declaratio in sui commodum emissa, ne in ejus arbitrio positum sit, donationem quandocunque revocare, contra dispositionem Text. in l. perfe-
14 cta, C. de donat. dec. 355. n. 6. p. 19. rec. & in Romana donationis 9. Maii 1692. §. pen. cor. bon. me. Emerix.

Haud vero urgent auctoritates in objecto allegatæ, quia ut illas legenti patet, earum aliæ loquuntur in casu, quo donatio stipulata fuerit inter personas donare prohibitas; aliæ vero irritam declarant donationem a muliere factam sine solemnitatibus statutariis, nulla præcedente, aut probata meritorum causa; aliæ denique inquiunt non sufficere genericam meritorum assertionem pro sustinenda donatione celebrata ad formam Statuti, qui omnes casus a nostra discrepant hypothesi, ut jam probatum est &c.

REVERENDISS. D. URSINO DECANO.

Ferentina Bonorum.

Lun. 28. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem controversia in decisione, quæ istam præcedit, definita, & ulterius firmatur, quod donator non possit nec ex causa solvendi debita ante donationem contracta, bona donata creditori insolutum tradere, ex quo in eo deficit dominium, quod pro effectu contractus pernecesse exigitur.

SUMMARIUM.

1 STatutum urbis cap. 280. lib. 1. *comprehendit non solum Cives, sed etiam incolas, & districtuales.*

2 *Causa meritorum, ex qua facta fuit donatio per minorem, aut mulierem, aliunde, quam ex ipsorum assertione, debet probari.*

3 *Declara, ut id procedat, vel quoties contractus factus fuit absque solemnitatibus, vel ubi vaga meritorum facta fuit expressio, vel demum si stipulatus extiterit a personis de jure tenuani contrahere prohibitis; secus, si a muliere majore licet Statuto solemnitates præscribenti allegata, dummodo solemnitates ipsæ intervenerint.*

4 *Dominium pignoris creditor acquirit, si creditum pignoris valorem excedat.*

5 *Donator nec ex causa solvendi æs alienum ante donationem contractum, de bonis donatis etiam creditoris favore disponere potest, & n. 6.*

7 *Sententia contra donantem lata donatario non citato minime præjudicat.*

8 *Pro forte census non competit retentio.*

9 *Creditor præsumitur de ejus credito satisfactus, si de bonis debitoris ad eum obventis rationem non reddat.*

10 *Ne exceptio melioramentorum promotam retardet actionem, solet demandari cautionis præstatio de illis reficiendis in casu liquidationis.*

11 *Testes in districtu existentes sunt in Curia examinandi.*

12 *Melioramentorum exceptio non liquidata immissionem nequit retardare.*

DECISIO II.

ABbas Dominicus de Passerinis, unicus hodie superstes ex filiis Claudiæ Tibaldeschæ, quæ de anno 1648. donationem irrevocabilem inter vivos omnium bonorum ex causa remuneratoria reportaverat a Veronica de Certinis consobrina, post obtentas geminas sententias immissivas, alteram ab Eminent. tunc A. C. Cavallerino, & secundam ab A.C. Thomato ad quandam domum sub dominio donatricis existentem, & detentam ab illis de Bomplanis, & de Gasparis, hodie cor. me in gradu ulterioris appellationis resolvi obtinuit esse locum Statuto de duabus: quia cum quæstio agatur inter Abbatem Actorem a quinquaginta, & ultra annis Romæ commorantem, & domicilium instructum habentem, sicque citra controversiam incolam, & reos conventos de Civitate Ferentina in urbis districtu sita, ex documento in *Summ. Actoris n. 5.* profecto Statu- 1
tum urbis nostræ in cap. 280. lib. 1. inducens rem judicatam ex duabus conformibus suum effectum sortitur, quia comprehendit non solum cives, sed etiam incolas, & districtuales, ad sensum Rot. *in dec. 377. n. 1. & seq. p. 18. rec.* & novissime in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. Decemb. anni præteriti, cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Justitia vero sententiarum, a qua Statuti operatio dependet, frustra impugnabatur sub motivo nullitatis donationis, ex quo beneficia, seu titulus remuneratorius pro causa judici expressus ad validandam donationem, & ad obtinendam decreti interpositionem, aliunde verificatus non sit, quam ex donatricis assertione, quæ in his terminis haud reputatur sufficiens, cum ad tollendam suspicionem, ne emendicata dicatur ad fraudandum legibus, & Statutis, DD. nostri exigant specialem meritorum expressionem, ad hoc ut aliunde justificari valeant, juxta ea, quæ dixit 2
Rot. *in dec. 86. sub n. 16.* cor. Merl. *& in dec. 338. a n. 7. & per tot. par. 6. rec.* ubi fortiter discusso articulo resolutum fuit pro nullitate donationis.

Siquidem theoricæ in objecto laudatæ locum quidem sibi vindicant, vel in personis de jure donare, vel contrahere prohibitis, utpote in viro, & uxore minoribus, vel similibus, quibus de jure donandi potestas nulla est; nam cum 3
fraus legis in illis suspicari possit, sola vaga meritorum expressio actum non validat: sed ad tollendam legum resistentiam, rigorosior de causa, seu benemeritis, inquiritur, vel aptantur etiam aliis, quando tamen in actu servatæ non fuerunt solemnitates juris communis, aut municipalis, & hisce casibus loquuntur auctoritates in objecto congestæ: quando tamen, ut in casu nostro, donatio explete fuit servatis omnibus Statuti solemnitatibus a muliere majori, quæ seclusa resistentia Senatus Consulti Velleiani quoad reliqua de jure uti vir major disponere potest, *ex l. Sed & si ege 4. ff. ad Vellejan.* tunc decretum judicis, & interventus solemnitatum tollit omnem suspicionem fraudis, & præsumit in specie comprobatum titulum remuneratorium, adeo ut extrinsecæ probationis non indigeat adminiculo, sed transferatur in impugnantem actum donationis, onus verificandi falsitatem causæ expressæ, ut optime concludit Rota cor. Rembold. *dec.* 125. *n.* 10. & 13. & declaratis contrariis magistraliter tenuit in Terracinen. donationis 21. Julii 1697. §. *Quamobrem, & plurib. seq.* cor. R. P. D. meo della Tremoille.

Neque majorem relevantiam habebat, quod medietas domus, ad quam Actori fuit concessa immissio, non spectaret donatrici, seu Laurentio illius fratri, qui (ut præfertur) illam vendidit Flaminio de Sanctis, a quo causam habent rei conventi. Nam ex lectura venditionis patuit non medietatem domus, sed unicam tantum mansionem pertinuisse Laurentio, cum ad illam venditio pro sc. 20. expleta restricta sit. Quia vero Flaminius emptor, debitor erat Veronicæ donantis in longe majori summa sc. 90. & quidem cum explicita hypotheca cameræ emptæ, *ut in summ. Actoris n. 8. lit. A.* ex hoc titulo crediti Veronica illam retinuit, & evasit domina; quia, stante modicitate valoris rei in pignus detentæ, creditor in longe majori summa ob cessantem spem luitionis illam rite sibi legis ministerio insolutum adscribit, dominii titulum acquirendo, *ex l. qui habebat 99. ibique glos. ff. de legat.* 3. & communiter docent Negusant. *de pign. p. 3. membr. 1. n. 27.* Cyriac. *contr.* 383. 4
n. 20. Rot. cor. Priol. *dec. 376. n. 30. in rec. dec. 226. n. 4. p. 18.* & in Romana associationis 3. Decemb. 1685. §. *Quo vero ad secundum, & 29.* Aprilis 1686. §. *Neque secundo, usque ad fin.* cor. bon. me. Emerix Decano.

Tt

Digitized by Google

Et demum neque obstringebat ad retardandam immissionem quædam transactio de anno 1650. stipulata a Veronica Donatrice cum Hortensia de Ciceronibus in sequelam cujusdam sententiæ prolatæ de anno 1649. ab A. C. Areosto, in qua fuit ab illa domus, de qua agitur, tradita insolutum pro duobus censibus extinctis a Flaminio de Sanctis, & pro melioramentis, quæ asserebantur facta a Modesto, & Benedicto filiis ejusdem Flaminii, a quibus causam sumebat Hortensia. Quia cum omnia hæc venerint post stipulatam donationem, & quæsitum jus donatario, illi præjudicare non poterant; quia expleto donationis actu, prohibetur donanti quidquam facere, aut contrahere super rebus dona-
5 tis, & quicunque contractus ruit ex defectu potestatis, ut notant Surd. *cons.* 21. *num.* 8. Amat. *resol.* 26. *n.* 1. 12. *& seq.* Card. de Luc. *de donat. disc.* 46. *n.* 6. Rot. *decis.* 84. *n.* 17. *& seqq.* cor. Dunan. *dec.* 360. *pariter num.* 15. cor. Manzaned. *& decis.* 280. *num.* 1. *& seqq. p.* 14. *rec.* Et hoc procedit, sive agatur de transactione, ut dixit Rot. *dec.* 128. *n.* 8. *& seq.*
6 *& decis.* 212. *n.* 1. *& seq. p.* 13. *rec.* sive de qualibet alia confessionis specie, quia post factam donationem nullo modo potest donans præjudicare juribus a donatario quæsitis, Rot. cor. Butair. *decis.* 360. *n.* 5. *& decis.* 305. *n.* 7. *p.* 3. *rec.*
7 Et præcedens sententia fomentum non tribuit validitati transactionis, quia illa ultra suspicionem collusionis, quam secum fert, cum fuerit præcipitanter lata, nec donatrix curaverit ad eam appellationem interjicere, eodem defectu laborabat, quia stante jure quæsito donatariæ debebat in ejus prolatione illa citari, cum ageretur de ejus principali interesse: ideoque aliter lata, nil potuit esse ad effectum irrogandi præjudicium donatrici non monitæ, & non interpellatæ, ut ex regula textus in *l. prima, & tot. tit. C. res inter alios acta*, tradunt Surd. *decis.* 256. *n.* 4. *& seqq.* & Rot. *dec.* 328. *num.* 1. *p.* 10. *rec.* & in Perusina census 22. Martii 1694. §. *fin.* cor. R. P. D. meo Muto.

Seclusa vero transactione, tituli in ea deducti minoris sunt ponderis ad decernendam retentionem ad commodum reorum. Nam alter censuum voluntarie extinctorum a Flaminio de jure non dat retentionem pro sorte eorundem, quia tertius extinguens ex voluntate censos nequit pro
8 sorte illorum agere, neque retinere, ne alioquin indirecte sortes censuum ex parte creditoris irrepetibiles, repetibiles fiant, ut apposite advertunt Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 44. *n.* 28. Posth. *de subhast. inspect.* 62. *num.* 31. Bonden. *collect. legal.* 30. *a n.* 26. *ad* 33. & Rot. cor. *dec.* 129. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 275. *n.* 1. *& seq. p.* 9. *rec.* Et quatenus aliqua actio ex illorum extinctione suboriri posset, adhuc in præsenti inallegabilis esset: quia Flaminius debitor remansit Veronicæ pro restitutione dotis constitutæ in omnibus bonis paternis, & maternis, de quibus rationes reddere debet, &
9 quousque non reddat, omne prætensum creditum præsumitur satisfactum, ut in puncto Rot. *dec.* 451. *n.* 50. *p.* 13. *& dec.* 32. *in princ. p.* 14. *rec.* & alibi passim.

Secundus vero melioramentorum titulus neque aptus erat retentionem concedere, quia cum illa non essent in specie probata, & aliunde illiquida effecta fuissent ex pensionibus perceptis spatio 24. annorum, quod lis perdurat, satis pro refectione consultum fuit per cautionem ab A. C. Thomato demandatam, & ab Actore præstitam, qua mediante cum juribus partium provisum dicatur, satisfactum quoque est dispositioni legis concedentis retentionem pro melioramentis in specie verificatis, & liquidis, & pro aliis
10 solum in genere probatis admittentis cautionis temperamentum, quod passim approbavit nostrum Tribunal, ut relatis concordan. legere est in Romana fideicommissi 29. Martii, §. *fin.* & 5. Julii 1694. §. *pro certo quippe habitum*, cor. R. P. D. meo Molines, & 16. Martii 1695. §. *denique quoad retentionem*, cor. clar. me. Card. Thaorosio.

Nec regit in facto, quod melioramenta absorbeant integrum valorem domus emptæ in origine pro scutis 50. & nunc valoris sc. 1000. quia a die emptionis usque ad tempus, quo pervenit ad manus Flaminii, effluxit spatium unius sæculi, in cujus intercapedine vel pretium variari potuit, vel res meliorari. Potissime quia simplices fides pro parte reorum inductæ, melioramenta concludant ascendere ad scuta 300. vel 400. sicque ex ipsomet reorum assumpto cessat proposita exorbitantia.

Quia ergo oppositæ meliorationes indigebant speciali probatione, idcirco partes convenerunt pro admissione articulorum ad effectum faciendi probationes in Curia pro. ut fieri solet, quando testes, ut hic, sunt in districtu, ut notavit Coccin *in sua adnotatione* 126. cum qua processit
11 Rot. *in decis.* 280. *num.* 9. *part.* 19. *rec.* Sed non retardata interim immissione, quia cum extrema ad illam requisita ex præmissis sint in comperto, illa non meretur retardari ab exceptionibus turbidis, non justificatis, & altiorem 12
indaginem requirentibus, ut in specie de melioramentis in specie non probatis, in puncto resolvit Rot. *decis.* 181. *per tot. p.* 10. *rec.* Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Bononien. seu Imolen. Bonorum.

Lun. 27. *Januarii* 1698.

ARGUMENTUM.

An in contractibus minoris Clerici, aut mulieris Statuto laicali non subjectæ, exigantur solemnitates ab ipso Statuto præscriptæ?

SUMMARIUM.

1 *Ubi militat eadem ratio, ibi eadem dispositio sedit.*

2 *Donatarius repræsentat in omnibus personam donantis.*

3 *Statutum annullans actum factum sine solemnitatibus in eo præscriptis, inducit formam.*

4 *Forma non servata, donatio remanet nulla ipso jure.*

5 *Nullitas donationis potest allegari ab habente causam ab ipsa donante.*

6 *Præsumptio stat pro validitate actus.*

7 *Solemnitas requisita pro forma regulariter, adimpleri non potest per æquipollens.*

8 *Impletur tamen per æquipollens, si forma respiciat certum effectum.*

9 *Nihil refert, an certioratio sequatur, mediante verbali interrogatione, vel per epistolam.*

10 *Judex certus de voluntate donatricis non debet ulterius certiorari.*

11 *Declarationes posteriores excludunt a donatione omnem suspicionem doli, & fraudis.*

12 *Et operantur, ut valeat sine solemnitatibus Statuti.*

13 *In donatione correspectiva non requiruntur solemnitates.*

14 *Cessante ratione, cessat ipsa dispositio Statuti.*

15 *Oblatæ claustraliter viventes gaudent exemptione a jurisdictione laicali.*

16 *Ecclesiastici non ligantur Statutis laicorum.*

17 *In donatione facta moniali, debet præcedere consensus superioris Ecclesiastici.*

18 *Vel saltem licentia syndicorum monasterii.*

19 *Monialis professa omnia bona acquirit monasterio.*

20 *Oblatæ tertii Ordinis S. Francisci non sunt veræ Religiosæ.*

21 *Possunt habere bona in particulari.*

22 *Et de iis ad libitum disponere.*

23 *Subjiciens se voluntarie Statuto, tenetur illud servare.*

24 *Sub nomine solemnitatum veniunt duntaxat solemnitates a jure ordinatæ.*

25 *De jure communi mulier absque solemnitatibus potest donare.*

26 *Clausula*, omni meliori modo, *operatur, ut actus sustineatur eo modo, quo potest.*

27 *Decretum judicis potest interponi pro majori firmitate.*

28 *Et facit præsumere omnia fuisse rite, & recte gesta.*

29 *Donatio inter vivos est irrevocabilis.*

30 *Maxime accedente promissione eam non revocandi.*

31 *Ratificatio superveniens re non amplius integra nihil proficit.*

32 *Ratificatio actus nulli non retrotrahitur, sed incipit esse validus a die ratificationis.*

33 *Traductio mulieris extra locum, ubi degit, reddit actum per eam gestum valde suspectum.*

34 *Voluntas donandi elicitur ex declarationibus subsecutis.*

35 *Qui non potest actum expresse revocare, nec minus id tacite facere potest.*

DECISIO III.

Decisum fuerat coram me sub die 18. Martii proxime elapsi constare de bono jure Sor. Mariæ Cœlestis super portione eidem debita in successione intestata Marchio.

chionis Francisci Mariæ Riarii, & quoad illius donatarios dilata fuit resolutio; sed reproposita causa in præsenti
audientia super eorum dubio, responderunt DD. constare
de bono jure sororis Mariæ Cœlestis illiusque donatariorum. Sane bonum jus Mariæ Cœlestis ex eo constare visum est: quia cum ejus portio comprehensa fuerit in cessione facta de anno 1677. ad favorem DD. fratrum de Savorgnanis, militant eadem fundamenta, per quæ favore Comitissæ Zannetæ ejus sororis eadem cessio enormissime læsiva declarata fuit per nostrum auditorium, cumque ipsa procul dubio sit in eodem gradu conjuncta, & in eadem
causa succedendi in prædicta hæreditate Marchionis Francisci Mariæ, intrat regula juris, quod ubi eadem ratio
2 militat, ibi etiam eadem juris dispositio procedit, *leg. illud, ff. ad leg. Aquil.* Rota *dec.* 348. *num.* 12. *part.* 17. & *decis.* 18. *n.* 9. *p.* 19. & *in dec. hujus causæ*, 18. Martii 1686. *§. Constare*, coram bon. mem. Albergato, & cor. me 18. Martii præteriti, *§. bonum siquidem*.

Quo vero ad bonum jus Comitis Fabii, & Comitissæ Zannetæ conjugum donatariorum, illud apud DD. satis perspicuum reddebatur; quia cum sub die 17. Aprilis 1681. ipsis præsentibus, & acceptantibus pro se, eorumque hæredibus, per puram, simplicem, & irrevocabilem donationem inter vivos prædicta Maria Cœlestis donaverit omnia, & singula jura, & actiones ad ipsam donantem spectan. in hæreditate Riaria, impartiendo eisdem donatariis facultatem exercendi jura sua tam contra Comites de Savorgnanis, quam contra quoscumque alios possessores, & detentores d. hæreditatis, consequens fit, ut in prædictos conjuges, eorumque hæredes transierint omnia jura donantis, itaut in omnibus illius personam repræsentent, ad text. *in*
a *l. emptor, Cod. de hæred. vel act. vend. ubi gloss. verb. fungitur*, Barbos. *in leg. post dotem num.* 15. *ff. solut. matrim.* Gratian. *discept. forens. cap.* 142. *numer.* 14. Grass. *de except. in prælud. n.* 185. Olea *de cess. jur. tit.* 6. *in exord.* Copyc. Latr. *dec.* 19. *num.* 4. Rot. coram Roxas *decis.* 311. *num.* 6. & post Zacch. *de oblig. Camer. decis.* 187. *n.* 16. & *in recent. decis.* 100. *num.* 1. *part.* 7. *dec.* 357. *n.* 36. *p.* 9. *dec.* 27. *n.* 9. *p.* 10. & *dec.* 127. *n.* 10. *p.* 15.

Non obstante prætensa nullitate d. donationis desumpta, ex quo ad illam deventum fuerit neglecta solemnitate patrii Statuti Fori Julii requirentis ante insinuationem explorationem voluntatis donantis a judice faciendam per secretam interrogationem sub pœna nullitatis actus, ut cave-
3 tur sub rubrica *delle donationi, cap.* 87. & *c.* 152. quæ cum annullet actum aliter factum, importat formam præcise servandam, Bald. *in leg.* 1. *n.* 2. *vers. in contrarium, ff. de liber. & posthum.* Pic. *ad Statut. urb. cap.* 151. *gloss.* 11. *n.* 6. & *per tot.* Jocc. *de contract. minor. gloss.* 15. *n.* 10. Rot. cor. Ludov. *dec.* 395. *n.* 6. coram Buratt. *dec.* 924. *n.* 2. & *in rec.*
4 *decis.* 284. *n.* 13. *p.* 6. *decis.* 547. *num.* 12. & 13. & *decis.* 623. *n.* 11. *p.* 18. eaque non servata, contractus donationis remanet ipso jure nullus, ad text. *in cap. cum dilecta* 22. *circa fin. ubi gl. verb. irritum de rescript.* Fenzon. *ad Statut. urb. c.* 180. *n.* 58. & 60. Antunez *de donat. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 37. Peni *dec.* 239. *n.* 6. Cocc. *decis.* 1539. *n.* 52. Duran. *decis.* 83. *n.* 3. & 4. *decis.* 155. *n.* 8. & *in rec. dec.* 153. *n.* 4. *p.* 19. Istamque nullitatem recte allegare possunt fratres de Savorgnanis, utpote rei, & possessores, & causam habentes ab eadem Maria Cœlesti, ad effectum tuendi suam possessionem, Vant. *de nullit. a n.* 21. Andreol. *contr.* 241. *n.* 15. Dunozet.
5 jun. *dec.* 591. *n.* 1. & 2. & *dec.* 595. *n.* 3. Rot. *in rec. decis.* 76. *n.* 12. & *dec.* 291. *n.* 9. *p.* 18.

Quoniam ultra quod stat præsumptio pro validitate actus, cum præfata donatio munita reperiatur judicio decreto, & insinuatione, ad text. *in l.* 2. *C. de offic. civil. ju-*
6 *dic.* Alciat. *præsumpt.* 9. *reg.* 3. *n.* 1. Card. de Luca *de alien. dec.* 28. *sub n.* 6. Cavalet. *dec.* 337. *n.* 5. & *dec.* 339. *n.* 6. hujusmodi secreta interrogatio judicis adimpleta fuit per æquipollens, per epistolam nimirum eidem judici scriptam a Maria Cœlesti, in qua illum certioravit de donatione libere, ac spontanee peracta, eidem propterea supplicando, ut suum judiciale decretum interponeret; nam etsi solemnitas requisita pro forma essentiali actus, regulariter adimpleri non possit per æquipollens, sed præcise ea servari debeat, Bald.
7 *in cap.* 1. *n.* 2. & Idem Jason. *num.* 10. *ff. de delib. & posthum.* Mascard. *de general. Statut. interpret. conclus.* 9. *numer.* 62. Rota coram Ludovis. *dec.* 318. *num.* 3. & *in recent. dec.* 294. *num.* 13. *dec.* 356. *num.* 2. *dec.* 416. *n.* 4. *dec.* 547. *num.* 11. & *seqq. decis.* 623. *n.* 13. *p.* 18. & *dec.* 21. *n.* 5. *part.* 19. attamen ubi forma respicit certum finem, & effectum, prout in præsenti, sufficit eam adimpleri per æquipollens, per quod

illimet effectus sequatur, *leg. & si quis mihi bona, §. sed si quis mandavit, ff. de acquir. hæred. leg. fin. §. fin. ff. mandat. leg. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & posthum.* Alexan. 8
Mascard. d. *concl.* 9. *n.* 76. late Marescott. *var. resol. cap.* 68. *n.* 2. *lib.* 1. Salgad. *in labyrinth. credit. p.* 1. *c. fin. num.* 135. *cum seq.* Card. de Luc. *de feud. disc.* 37. *n.* 5. & *de regal. disc.* 23. *n.* 14. & *de credit. disc.* 93. *n.* 5. Adden. ad Lodovis. *dec.* 318. *n.* 18. *p.* 11. Rot. cor. Merl. *dec.* 301. *n.* 5. & *in rec. decis.* 149. *n.* 5. *p.* 6. & *dec.* 416. *n.* 9. *p.* 18.

Secreta quidem judicis interrogatio desiderata in donationibus per Statutum Fori Julii non habet alium finem, neque effectum, quam ut per illam judex certioretur de libera donantis voluntate; quæ judicis certioratio cum jam intercesserit mediante epistola eidem a donatrice scripta super ejus libera, ac determinata voluntate donandi, satis adimpleta remanet mens Statuti, cum nihil referat, an certioratio sequatur mediante verbali interrogatione, vel per epistolam, ad text. *in §. si scriptum instit. de inutil. stipul. l.* 1. *C. de contrahen. & committ. stipulat.* Surd. *decis.* 9
115. *n.* 4. Rot. *dec.* 168. *n.* 15. *part.* 16. *rec.* neque judex jam certus per dictam epistolam de voluntate donatricis, debuit ulterius certiorari per novam interrogationem, ad 10
text. *in c.* 1. *sum. qui certo. de regul. jur. in* 6. *l.* 1. *§. final. in fin. ff. de act. empt.* Rimin. jun. *cons.* 238. *num.* 37. *vol.* 3. Card. de Luc. *de feud. disc.* 87. *n.* 5.

Potissimum adstipulantibus pluribus ratificationibus prædictæ donationis, desumptis tum ex publico instrumento sub die 31. Augusti 1638. in quo donatrix donationem ipsam ratam habuit, profitendo in ea egisse actum valde proprium sui amoris, & gratitudinis erga sororem, & Levirum; quod instrumentum munitum quoque reperitur decreto judicis a donatrice mediante alia Epistola pro ejus interpositione petito; tum ex testamento ab ipsa condito sub die 3. Septembris 1686. & ex alio instrumento rogato cum decreto judicis sub die 10. Julii 1687. in quo rursus promittit habere ratam prædictam donationem, eique nunquam ullo tempore contravenire; tum denique ex pluribus Epistolis per ipsam donatricem scriptis Comiti Fabio, & aliis personis qualificatis, *ut in sum. Actorum a n.* 2. *usque ad* 7. quæ quidem multiplicatæ, & reiteratæ declarationes, sicuti præsecerunt deliberatam, & enixam voluntatem donantis, omnemque fraudis, & doli suspicionem excludunt, Balistæ 32. *ff. ad Trebell. Lecum fecimus* 12. *vers. fin. autem, C. de agricol. & censit.* Gratian. *discept. forens. c.* 558. *n.* 9. & *c.* 824. *n.* 58. Castill. *contr. lib.* 4. *c.* 52. Cyriac. *controv.* 182. *num.* 37. Rot. *decis.* 453. *num.* 3. *part.* 1. *rec.* & *decis.* 167. *num.* 28. *part.* 5. *tom.* 1. ita operantur, ut contra- 12
ctus valeat sine solemnitatibus Statuti, ut in terminis insinuationis donationis tradit Grat. *discept. for. c.* 531. *n.* 31. & dixit Rot. cor. Peuting. *dec.* 332. *in fin.* cor. Buratt. *dec.* 640. *sub n.* 7. & 8. & cor. Merlin. *dec.* 80. *n.* 17.

Quæ facilius procedunt ex duplici consideratione; prima nempe, quod non agitur de donatione pure lucrativa, sed correspectiva, & causativa, cum donatarii solverint Mariæ Cœlesti ducatos 500. & pro solutione aliorum duca- 13
torum 3000. tot livellos, & census de eorum propriis capitalibus eidem assignaverint, quo stante, donatio etiam absque solemnitatibus sustinetur, Rot. *dec.* 155. *n.* 13. cor. Duran. *decis.* 407. *n.* 4. cor. Cavalet. *dec.* 461. *n.* 8. cor. san. me. Alex. VIII. & *in rec. dec.* 458. *n.* 9. *p.* 2. *dec.* 460. *n.* 6. *p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 58. *n.* 50. & *dec.* 118. *n.* 11. *p.* 6. & altera, quod cum donatio, de qua agitur, facta fuerit per sororem ad favorem alterius sororis, & Leviri, eorumque hæredum, ex justis, & rationabilibus causis, cessat omnino quælibet fraudis suspicio, ideoque cessare etiam debet Statuti dispositio, 14
Cæphal. *cons.* 162. *n.* 23. & *seq. lib.* 2. Menoch. *cons.* 261. *n.* 18. Rocc. *de p. jur. select. cap.* 110. *n.* 18. Rot. *dec.* 193. *n.* 17. & 18. *p.* 9. *rec.*

Maxime vero cum Maria Cœlestis tanquam Oblata tertii Ordinis S. Francisci, Collegialiter, seu Claustraliter sub obedientia vivens, consideretur uti persona Ecclesiastica, gaudeatque privilegio fori, & exemptione a jurisdictione laicali, ex Constitutione 29. Leonis X. 19. & 20. Tambur. 15
de jur. Abb. disp. 17. *quæst.* 6. *n.* 2. Lezan. *in summ. quæst. regul. tom.* 2. *c.* 14. & 41. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n.* 41. & *cap.* 43. *n.* 7. Pellizar. *de monial. c.* 9. *n.* 8. Fagnan. *in cap. nullus n.* 66. & *seq. de for. compet.* Pignatell. *consult.* 35. *n.* 29. *tom.* 3. *consult.* 119. & 197. *tom.* 4. Card. de Luc. *de regul. disc.* 1. *n.* 126. & *seqq.* Atque ideo quoad donationem ab ipsa factam locum habere non potest memoratum Statutum laicale Fori Julii, cum ex defectu potestatis a laicalibus Statutis personæ Ecclesiasticæ non ligentur, *cap. qua in*
Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiarum, & *cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. auth.*
16 *Cassa*, & *irrita*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* Pich. *ad Statut.*
urb. lib. 1. cap. 151. gloss. 2. n. 27. & 30. ubi in terminis Ob-
latorum tertii Ordinis, Card. de Luc. *de dot. disc. 22. n. 2.*
& *seq.* Rot. cor. Bich. *dec. 521. n. 4.* cor. Merlin. *dec. 901. n.*
2. cor. Celsin *dec. 258. n. 7.* & *seq.* & *in rec. dec. 58. n. 27.* &
seq. part. 6, & in Romana dotis, & fructuum 15. Martii
1694. §. *Attamen*, cor. bon. mem. Benincasa.

Haud subsistente, quod in omnem casum donationem
17 prædictam præcedere debuisset superioris Ecclesiastici con-
sensus, juxta notat. per Doctores *in cap. olim el 2. de privil.*
Tamburin. *de jur. Abb disp. 9. fere per tot.* Caten. *resol. 209.*
18 *n. 4.* & 5. Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 31. nu. 27.*
& 28. vel saltem licentia syndicorum Monasterii, seu loci
pii, ut firmavit Rota *in dec. hujus causæ* 18. Martii 1686. §.
quatenus etiam, cor. bon. mem. Albergat. Auctoritates siqui-
dem in objecto allegatæ loquuntur de monialibus, quæ cum
sint vere religiosæ, non habent velle, neque nolle sine li-
19 centia superioris, *cap. 2. de testam. in 6.* Sanchez *d. cap. 31.*
n. 36. & quarum secuta professione, omnia earum jura, &
bona Monasterio acquiruntur, *cap. si qua mulier*, *cap. quia*
ingredientibus 19. q. 3. auth. ingressi, *C. de Sacrosanct. Ec-*
cles. §. Si qua mulier auth. de Sanctiss. Episcop. §. Illud quoque
auth. de monach. Olea *de cess. jur. tit. 3. q. 9. n. 33.* Cardin. de
Luca *in annot. ad Concil. Trid. disc. 34. n. 11.* Secus autem
procedit in hujusmodi Oblatis tertii Ordinis S. Francisci,
quæ proprie, & vere non sunt religiosæ, cum non emittant
solemnem professionem cum tribus substantialibus votis
castitatis, paupertatis, & obedientiæ, Menoch. *conf. 498. n.*
20 8. Tambur. *de jur. Abbat. disp. 18. qu. 5. n. 4.* Card. de Luca
de jurisd. disc. 45. n. ... & *de regular. disc. 1. d. 126.* & *seqq.*
Pignatel. *consult. 119. n. 2.* & *conf. 197. tom. 4.* ideoque pos-
sunt habere bona in particulari, Menoch. *d. conf. 948. n. 9.*
21 Cyriac. *contr. 504. n. 13.* & testando, & contrahendo adhibi-
tum de iis disponere, cum habeant velle, & nolle liberum, &
22 absolutum, Henrig. *de fidejuss. c. 7. n. 248.* Card. de Luc. *in*
adn. ad Conc. disc. 24. n. 11. & 12. Quamvis autem in citata
decisione cor. bon. mem. Albergato, dicatur Mariam Cæ-
lestem nil agere potuisse sine licentia syndicorum, id firma-
tur incidenter, & relative ad *dec. 153. n. 8.* & *seqq. p. 19.* con-
firmatam 3. Julii 1676. cor. bon. mem. Emerix, in quibus
agebatur de obligatione facta per moniales, & contra ca-
piebatur rescriptum Vicarii requirentis sub pœna nullitatis
interventum duorum assumptorum Monasterii.

Neque validitas donationis excluditur, ex quo videatur
donatricem ipsam uti voluisse prædicto Statuto, dum in eo-
dem donationis instrumento declaravit velle, quod præce-
derent omnes solemnitates necessariæ, ac præterea a judice
per epistolam petiit, ut suum decretum interponeret, ideo-
que per hanc voluntariam subjectionem Statuto, illud ada-
mussim servare teneretur, *gloss. in cap. monic. verbo quocun-*
23 *que ad fin. de judic.* quam ibi sequuntur Innoc. Abbas, &
alii, Felin. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ n. 81. de constit.* Grass.
de effect. Clericat. effect. 3. n. 486. Bellet. *disquis. Clerical.*
p. 1. tit. de exempt. Cleric. a Statut. secular. §. 2. n. 4. Oliv.
de for. Eccles. p. 1. q. 33. n. 14. in fin. Suid. *dec. 20. n. 9.* Spe-
rell. *decis. 11. n. 17.* Rot. cor. Millio. *dec. 146. n. 6.* & *in rec.*
decis. 392. n. 20. & *seq p. 18.* & firmatur in relata decisione
hujus causæ, cor. bon. mem. Albergato, *d. §. Et quatenus*
in f. n. Quoniam neque ex declaratione, quod omnes sole-
mnitates necessariæ in prædicta donatione concurrerent, in-
ferri potest, quod Maria Cœlestis uti voluerit prædicto Sta-
tuto, cum solemnitates subintelligi debeant, quæ de jure
communi in donationibus erant necessariæ, de quibus *in l.*
24 *Donatio 23. l. Data 26.* & *in hac Sacratissima 30. C. de dona-*
tion. Nam de jure communi etiam absque aliis solemnita-
tibus poterat prædicta mulier donare, *l. Sed si rogo*, *§. 1. leg.*
25 *Si pro aliqua*, *ff. ad Vellejan.* Gratian. *discept. forens. cap.*
669. n. 14. & *seq.* Card. de Luca *de donat. disc. 18. n. 6.* Rot.
dec. 987. n. 29. p. 5. tom. 2. rec. Minusque ex recursu habito
ad judicem, ut suum decretum interponeret, quia illud non
requisivit pro servandis solemnitatibus Statuti, sed pro ma-
jori declaratione suæ voluntatis, & securitate donationis;
neque judex interposuit decretum ad formam Statuti, sed
juxta preces donantis, sub clausula, *omni meliori modo*,
d. summ. n. 1. sub lit. C, quæ operatur, ut actus sustinea-
26 tur eo meliori modo, quo potest, Mart. *de claus. 38. num.*
1. Barbos. *claus. 95.* Rot. *dec 669. n. 7. p. 18. rec.* & *dec. 371.*
n. 22. p. 19. & in procurando decretum judicis potuit mulier
27 consulere majori securitati ipsius donationis, tam attenta
speciali juris dispositione, *de qua in d. l. in hac Sacratissima*,
& *leg. Secundum 91. C. de donation.* quam generali regula,

quod interpositio decreti judicis, omnia rite, & recte gesta 28
præsumuntur, *leg. ab ea parte in fin. ff. de probat. l. Sed si*
precer, l. Si quidem, *§. Si vero*, *C. de præd. et aliis minor.*
Pic. *ad Statut. urb. d. cap. 151. gloss. 21. num. 21. et seq.* Rota
dec. 13. n. 12. p. 14. et dec. 169. n. 5. p. 16.

Constito ex his de validitate donationis, de facili remo-
vetur objectum, quod Maria Cœlestis tandem donationem 29
revocaverit, ac insuper ratam habuerit cessionem per fra-
tres de Savorgnanis reportatam sub die 9. Octobris 1687.
Quandoquidem cum donatio facta fuerit irrevocabiliter
inter vivos, acceptata, & executioni demandata mediante
solutione duc. 3500. non potuit amplius a donatrice revo-
cari, *l. Si emancipatis 17. C. de donat. l. perfecta 4. C. de do-*
nat. quæ sub modo. l. Possessione 3. Cod. de revocand. donat.
Gaib. *observat. 43. n. 4. et seqq.* Castill. *contr. lib. 3. cap. 10.*
Rot. *dec. 355. n. 7. et seq. p. 19. rec.* Præsertim vero accedente
promissione eam non revocandi sub quocunque prætextu
etiam ingratitudinis, nec non approbatione ex supra enun-
ciatis actibus deprompta; pactum enim expressum efficit, 30
ut donationis revocandæ facultas omnino excludatur,
Alex. *in l. Stipulatio 161. n. 3. ff. de verb. oblig.* Gomez. *ad l.*
Tauri 40. n. 71. Castill. *contr. d. cap. 10. num. 6.* Barbos. *vot.*
dec. 30. n. 6. Hodiern. ad Surd. *dec. 111. n. 12.* Rot. *dec. 350.*
n. 7. p. 5. divers. et dec. 303. n. 3. p. 22. rec.

Minusque sub prænotata die 9. Octobris 1587. potuit
mulier ratam habere cessionem a fratribus de Savorgnanis
reportatam; nam cum tunc temporis prodiisset sæpe relata
decisio nostri Tribunalis edita 18. Martii 1686. cor. bon.
mem. Albergato, declarans eandem cessionem invalidam
ex capite enormissimæ læsionis, ratificatio tanquam super-
venta re amplius non integra nil operari potuit in præjudi-
cium donatariorum, quibus medio tempore per donatio-
nem fuerit jus quæsitum, *gl. in l. Bonorum, ff. rem rat. hab.* 31
Altograd. *conf. 23. num. 44. lib. 1.* Cost. *de retrotract. cas. 4.*
cap. 8. n. 14. Sperell. *dec. 155. n. 8.* & *decis. 171. n. 45.* Tho-
mat. *decis. 210. n. 23.* Rot. cor. Arguell. *dec. 25. n. 62. et in*
rec. decis. 304. n. 12. p. 15. Ratificatio enim actus ab initio
nulli non retrahabitur, ut actus ex tunc valeat; sed solum
operatur validitatem, ut ex nunc, Gratian. *discept. for. cap.*
104. n. 22. et 23. Conciol. *alleg. 6. n. 25.* Cost. *de retrotract.*
d. cap. 18. num. 16. Thomat. *decis. 100. num 3.* san. memor.
Greg. *dec. 295. n. 12.* & ibi Adden. *n. 16.* Certoque certius, 32
quia tam asserta revocatio donationis, quam ratificatio
cessionis non emanarunt libere, ac sponte, sed precibus,
suasionibus, ac aliis artibus fuisse a Maria Cœleste extor-
tas satis desumitur tum ab Epistolis per ipsam exaratis, &
relatis *in d. summ. n. 6. lit. B, et D, et seqq.* cum ex depo-
sitione monialium *eodem summ. n. 7.* ac tam demum ex quo
pro stipulando posteriori contractu ratificationis, a pro-
prio Monasterio Utini traducta fuit ad Castrum Flambri
jurisdictionale DD. de Savorgnanis; ut apparet ex eorum
summ. n. 6. quæ sola circumstantia reddit actum valde su-
spectum, ut observant Surd. *conf. 437. numer. 3. volum. 4.*
Cyriac. *controv. 10. n. 5. et 6.* Rota *dec. 296. n. 26. par. 17. et* 33
dec. 371. n. 12. et 13. part. 19.

Nullius denique momenti visa est enunciativa contenta
in prædicto instrumento ratificationis, quod donatio fuerit
per conjuges donatarios extorta, ipsaque donatrix in animo
semper habuerit ratificandi cessionem favore fratrum de
Savorgnanis; Contrarium quippe convincitur ex tot de-
clarationibus postea factis in memoratis instrumentis, ac
epistolis, in quibus donatrix toties professa est constantem,
ac unicam voluntatem perseverandi in donatione facta
conjugibus, juxta text. *in d. l. Balista*, *ff. ad Trebell.* Ro-
ta *dec. 27. n. 4. p. 17. rec.* cum aliis supra allegatis; quinimo 34
quemadmodum non poterat ipsa donationem irrevocabi-
lem inter vivos expresse revocare, ita nec tacite, mediao-
tibus confessionibus, ac assertionibus enunciativis, *l. per-*
fecta donatio, *C. de donat. quæ sub modo*, Surd. *conf. 163. n.*
91. Olea *de cess. jur. tit. 8. qu. 2.* Rot. *dec. 880 n 2. p. 4. div.* 35
et in rec. dec. 106. n. 4. in fin. p. 2. et dec. 88. n. 5. p. 11.

Et ita suffragantibus omnibus DD. conclusum fuit,
utraque parte audita.

R. P. D.

R. P. D. DELL'OLMO.

Bononien. seu Imolen.

Lun. 27. Aprilis 1698.

A R G U M E N T U M.

Confirmatoria alterius præcedentis est decisio.

S U M M A R I U M.

1 *Donatarius repræsentat in omnibus personam donantis.*
2 *Oblata tertii Ordinis S. Francisci non est persona Ecclesiastica, a legibus sæcularibus soluta.*
3 *Statutum ordinatum a parlamento generali afficit etiam personas Ecclesiasticas.*
4 *Observantia est optima interpres cujusvis dispositionis.*
5 *Oblatæ claustraliter viventes juxta Constitutionem Leonis X. sunt personæ Ecclesiasticæ, & non ligantur Statutis sæcularibus.*
6 *Statutum ordinatum a parlamento generali obligat omnes subditos.*
7 *Personæ Ecclesiasticæ non semper assistunt parlamentis, uti Ecclesiasticæ, sed uti habentes temporalem jurisdictionem.*
8 *Statutum, in cujus compilatione interfuit persona Ecclesiastica, non ligat Ecclesiasticos.*
9 *Statutum urbis quamvis confirmatum a Papa, tanquam Principe sæculari, non ligat Ecclesiasticos.*
10 *Statutum, in quo non fit mentio Ecclesiasticorum illos non obligat.*
11 *Consuetudo, & Statutum differunt inter se.*
12 *Consuetudo introducta ab Ecclesiasticis cum approbatione superioris attenditur.*
13 *Ex actibus gestis lite pendente non elicitur observantia.*
14 *Ecclesiastici uti possunt Statutis sæcularibus per modum privilegii.*
15 *Ex actibus facultativis non inducitur observantia coactiva.*
16 *Volens se sponte subjicere Statuto, tenetur illud servare.*
17 *Voluntas se subjiciendi Statuto, quo quis non ligatur, debet esse expressa, & individua.*
18 *Forma substantialis non adimpletur per æquipollens.*
19 *Præsumitur judicem ea omnia, ad quæ tenebatur, explevisse.*
20 *Et hæc præsumptio est cæteris potentior.*
21 *Judex potest explere suas partes vel paulo ante, vel paulo post quam contractus stipuletur.*
22 *Solemnitas requisita ad certum effectum impletur per æquipollens.*
23 *Decretum, & præscatia judicis in donationibus supplet defectum insinuationis.*
24 *Voluntas perseverandi in donatione jam facta deducitur ex posterioribus declarationibus, & confessionibus.*
25 *Ratificatio exigit easdem solemnitates, quæ in actus celebratione exiguntur.*
26 *In verificatione requiritur scientia nullitatis actus.*
27 *Voluntas declaratur etiam ex actibus invalidis.*
28 *Donatio facta per mulierem mulieri, & per sororem sorori, non præsumitur dolo extorta.*
29 *Reclamatio facta a donante tempore, quo non erat in plena libertate, laborat suspicione id evenisse instigatione intercessatorum.*
30 *Cessio rei alteri jam donatæ est nullius momenti.*
31 *Cessio nulla non transfert possessionem manutenibilem.*

D E C I S I O IV.

CONfirmarunt domini decisionem cor. me editam 27. Januarii currentis anni, cum de bono jure Sor. Mariæ Cœlestis super duodecima portione bonorum sibi obventa ex hæreditate Marchionis Francisci Mariæ Riarii ab intestato defuncti, nulla hodie inter partes caderet dubitatio, illud DD. conjugum de Antoninis, eorumque hæredum, super eadem duodecima portione denuo resultare visum est ex amplissima, ac irrevocabili donatione, quam a prædicta muliere reportarunt de omnibus juribus, & actio-
nibus ad ipsam ex titulo prædictæ hæreditatis spectantibus, per quam donatarii in prædictis juribus subingressi
donatricis personam in omnibus repræsentant, ut præter
relatos in præcedenti decisione, §. *Quo vero*, & firmat Rota
decis. 107. n. 3. in fin. & dec. 560. n. 9. p. 1. rec. dec. 487. n. 4. 1
tom. 2. dec. 548. n. 16. & dec. 550. n. 9. p. 4. tom. 3. dec. 349. n.
33. p. 6. decis. 74. n. 3. p. 7. dec. 429. n. 1. & dec. 440. n. 3. & 7.
p. 14. dec. 301. n. 6. p. 15. dec. 34. n. 15. & dec. 363. n. 3. p. 17.
Quin relevet etiam hodie repetita objectio omissæ solemnitatis secretæ interrogationis faciendæ per judicem ad
explorandam donantis voluntatem, quemadmodum sub
pœna nullitatis actus fieri mandat patrium Statutum Fori
Julii, *sub rubrica de donationibus c. 87. & 151.* quod servandum fuisse a prædicta muliere dicebatur, vel quia licet Ob- 2
lata tertii Ordinis S. Francisci non censeretur ad hunc effectum persona Ecclesiastica, nec per consequens a legibus
sæcularibus soluta, ad tradita per Parif. *40. n. 14. & 15. vol.*
3. vel quia Statutum ipsum tanquam ordinatum a parlamento generali Patriæ Fori Julii, quod ex Prælatis Ecclesiasticis, Nobilibus, & Civibus componitur, *Summ. DD. de*
Savorgnanis n. 6. & 7. etiam personas Ecclesiasticas afficiat,
ut in puncto tenent Fermosin. *in cap. 10. q. 36. n. 3. de constitut.* Pignatelli, *consult. 79. n. 2. tom. 4.* Giorba *decis. 116. n. 1.*
& in terminis inductæ tam a laicis, quam ab Ecclesiasticis,
tradunt Tiraquell. *de l. connub. l. 16. gloss. 9. n. 173. et de retract. lignag. § 1. gloss. 13. n. 2.* Chassan. *in consuet. Burgund.* 3
rub. 4. § 7. n. 59. et rub. 9. § 9. num. 31. Alderan. Mascard. *de*
Stat. interpret. concl. 1. n. 247. Sperell. *decis. 14. n. 7.* præsertim concurrente observantia, de qua generaliter quoad personas Ecclesiasticas testantur juris consulti Collegiales Utini, *d. summ. n. 8.* & in specie Oblatarum hujus tertii Ordinis, testimonium perhibent nonnulla instrumenta donationum de anno 1689. 1690. & de currenti anno 1698. *d. sum.*
n. 9. cum regulare sit observantiã esse optimam cujusvis dis- 4
positionis interpretem, eamque ad intelligentiam Statutorum passim adhiberi, per text. *in l. minime 23. ff. de legib.*
l. cum de in rem, vers. 6. ff. de usur. Giurba *d. dec. 116. n. 7.*
Rot. *in rec. dec. 59. n. 11. et dec. 720. n. 13. p. 18. decis. 99. n.*
8. et 9. dec. 185. n. 16. p. 19.
Approbantes enim domini responsiones, quibus hoc objectum in præcedenti decisione sublatum fuit, & signanter
Sororem Mariam Cœlestem esse de numero Oblatarum, quæ
Collegialiter, seu Claustraliter vivunt, indeque tanquam
personam vere Ecclesiasticam, juxta Constitutionem sanct.
mem. Leonis X. Statutis laicalibus non ligari, ut in terminis Bald. *consf. 60. n. 2. vol. 5.* Bertaz. *de claus. claus. 7. gl. 19.* 5
n. 45. ubi recipit Parif. in objecto allegatum, Lambertengh
de contract. glos. 2. a n. 57. ad 65. Carpan. *de Statut. Mediolan. cap. 329. n. 34. et seq.* Picus *ad Statut. urb. lib. 1. cap. 151.*
glos. 2. n. 30. Bellet. *disquisit. Clericul. tit. de exempt. Cleric.*
a Statut. sæcular. §. prima sub n. 43. in fin. Card. de Luca *de*
Regular. disc. 1. num. 126. Sperell. *dec. 16. n. 43.* cum aliis in
præterita decisione, § *Maxime vero.* Hoc sic posito, nullius
momenti existimarunt novissimam contrariam animadversionem, quod in compilatione memorati Statuti tam
laici, quam Ecclesiastici interfuerint: quantumvis enim prædicta tria brachia, ex quibus componitur parlamentum,
repræsentent totam universitatem, & eorum Statuta facta
censeantur a toto populo in dictis statibus, seu brachiis repræsentato, omnesque obligent, ad text. *l. nulli, ff. quod*
cujusque universit. Fontanell. *de pact. nupt. claus. 3. gloss. 3.*
n. 69. et seqq. qui loquitur de principatu Cathaloniæ, Ma- 6
strill. *de magistr. lib. 5. cap. 15. n. 18. et per tot.* ubi de Regno
utriusque Siciliæ, Fermosin. *d. cap. 10. qu. 36. n. 3. de constitutione* Pignatell. *d. consultatio 69. n. 1. et seqq. tom. 4.*
Nihilominus cum Prælati Ecclesiastici non semper assistant in parlamentis uti Ecclesiastici pro jure Ecclesiæ, sed
aliquando tanquam proceres, & principales personæ Reipublicæ, & ut plurimum uti Barones habentes jurisdictionem temporalem in pluribus Castris, ac pro bono regimine Provinciæ, seu Communitatis, Azor. *instit. moral. par.* 7
2. l. 5. quæst. 14. in fin. Del Bene de Parlament. *dubit. 22. n.*
1. in fin. consequens fit, ut ex aliquorum Ecclesiasticorum interessentia in Comitiis prædictis concludi non possit, quod ligatæ remanserint omnes personæ Ecclesiasticæ
ad observantiam Statutorum in eis ordinatorum, ut in
puncto observat Pignatell. *tom. 4. consult. 69. n. 13. vers.* 8
sine neque illud; quod comprobatur a fortiori exemplo
Statutorum urbis, & Status Ecclesiastici, quæ regulariter non afficiunt personas Ecclesiasticas, quia non sunt
edita, seu confirmata a Papa tanquam capite Ecclesiæ,
sed uti Principe sæculari, Cirucch. *disceps. 54. num. 39. et* 9

40. Car-

40. Card. de Luca de dot. disc. 22. n.6. & de donat. disc. 60.
n.47. & 48. ubi de Statuto urbis certam solemnitatem præ-
scribente in donationibus, & alibi, Adden. ad Burat. dec.
422. n.27. Spetell. dec. 139. n.70. & seq. Rot. decis. 90. n. 1.
& seq. cor. Merlino, & in rec. dec. 682. n. 27. & seqq. p.4.
tom.3. dec.58. n.6. & decis. 264. n.4. part. 12. eoque magis:
quia nulla in controverso Statuto facta fuit mentio de per-
sonis Ecclesiasticis, ut generaliter observat Giurba d. dec.
116. n.8. & in terminis Statuti urbis, tenent Card. de Luc.
10 de dote d. disc. 22. n.2. Merlin. d. dec. 901. n.3. Rota in rec.
decis. 58. n.25. p.6. dec. 32. n.18. & d. dec.164. num. 1. & seq.
p.12. & dec.528. 1. 9. p. 18.

Haud refragante argumento ducto a consuetudine,
quæ si mixta sit Clericorum, & sæcularium, omnes æqua-
liter ligat, maxima siquidem intercedit differentia inter
11 Statutum, & consuetudinem, ut notat Fagnan. in cap. ad
audientiam n. 13. de Cleric. non residen. Gonzalez. in cap.
Qua Ecclesiarum 7. n.13. de constit. & in constit. & in c. Ad
nostram 3. n.17. de consuet. Ac præterea ubi illa recepta sit
tam a Laicis, quam ab Ecclesiasticis, quoad istos non ideo
attenditur, quia a Laicis, sed quia ab ipsismet Ecclesiasti-
12 cis cum approbatione superioris fuerit introducta, Gon-
zalez. in d. cap. 3. sub n.17. de consuetud.

Prout nec magis refert allegata observantia hujus Statu-
ti etiam quoad personas Ecclesiasticas; nam vel illa indu-
citur ex actibus superius relatis ab anni 1689. citra, & cum
tunc temporis in nostro Auditorio dubitatum jam fuerit
an ab illis Oblatis controversum Statutum foret servan-
dum, ut videre est in decisione edita super bono jure 18.
13 Martii 1686. §. Et quatenus, cor. bon. mem. Albergato,
nulla ex actibus prædictis lite hac pendente gestis constitui
valuit observantia, Abbas in cap. Licet ex quadam 47. n.3.
de testib. Rot. decis. 288. n.1. p.6. rec. & dec.295. n.24. cor.
Bichio; vel potius induci contenditur ab aliis actibus de
anno 1658. proximioribus compilationi ejusdem Statuti,
& adhuc placuit responsio, quod cum Ecclesiasticis veri-
tum non sit, uti sæcularium Statuti per modum privile-
14 gii, Beller. disquisit. Cleric. 1.p. 1. tit. de exempt. Cleric. a
Stat. sæcular. §.2. n.36. Card. de Luca de regal. disc.89. n.4.
de credit. disc.116. num. 26. & de dot. disc. 22. pariter n. 16.
Surd. dec.120. n.6. Rota dec 38. n.15. p.19. & late in Bono-
nien. Manutentionis 1. Julii 1697. §. Adhuc tamen, ubi
concordantes coram R. P. D. meo Pio, non potuit ab hu-
jusmodi actibus facultativis inferri ad observantiam coa-
ctivam Ecclesiasticorum ad servandam solemnitatem Sta-
15 tuti laicalis Castrens. in l. qui luminibus sub n.2. ff. de servit.
urban. præd. Menoch. de arbitr. casu 160. n. 9. Rot. coram
Marlin. decis. 825. in fin. & in rec. decis. 308. n.12. p.17. &
dec. 354. n.19. part. 19.

Atque in vanum iterum replicabatur, quod donatrix in
hoc præciso actu videretur se sponte subjicere voluisse pa-
trio Statuto, indeque illud omnino observare teneretur,
ut præter supra relatos tenent, ex cap. si adjmorem distinct.
16 10. Beller. disquisit. Cler. p. 1. d. tit. de exempt. Cler. a Sta-
tut. laical. §. 2. n. 40. Surd. dec.20. n.9. Spetell. dec.11. n.26.
Rot. cor. Cerr. dec.773. n.14. & in rec. dec.343. n.37. p.12.
dec. 396. n.12. & 13. p.16. & dec. 371. n.1. part.19. simplex
enim mulieris declaratio de contrahendo cum solemnitati-
bus necessariis, tanquam referibilis, vel ad majorem vo-
luntatis donandi propalationem, vel ad solemnitatem a ju-
re communi præfinitis, prædictam subjectionem Statuto
non importat, cum ad hunc effectum requiratur donan-
tis, seu alias contrahentis expressa, ac magis individua de-
17 claratio, Rot. cor. Cerr. d. dec.773. n.14. & in rec. dec.52.
n.19. cum seq. p.12. & dec.369. n.14. par. 16. & in Romana
Salviani 23. Martii 1696. §. Absque eo quod, cor. R. P. D.
meo Pio, & in Romana hæreditatis 27. Januarii ejusdem
anni 1686. §. Non urgente, cor. eodem, & in dicta Bono-
nien. manutentionis 1. Julii 1697. §. Minusque obstare pa-
riter cor. eodem R. P. D. Pio.

Verum ubi etiam procedendum esset cum supposito,
quod Maria Cœlestis subjecta esset solemnitatibus Statuti
laicalis, cujus contrarium ex supradictis verius videbatur,
non exinde subsistere autumarunt domini defectum secretæ
interrogationis a Statuto præscriptæ, quantumvis oppone-
retur, quod tanquam solemnitas requisita pro forma sub-
stantiali ejusdem donationis, adimpleri haud posset per æ-
18 quipollens, ad firmata per Antunez. de donat. rer. part. 3.
cap. 16. num.47. & num.60. qui loquitur in terminis interro-
gationis faciendæ per Tabellionem testatoris tempore con-
signationis testamenti de jure Lusitano, Altimar. de nullit.
sat. rubr.6. q.6. sub n.22. & 27. Citocch. discept.54. num.6.
Capyc. Latr. cons. 80. n.40. Thomat. dec. March. 162. n.2.
& seqq. Rota cor. Duran. dec. 225. num. 14. & 15. & rec.
dec. 21. n.5. p. 19.

Tum quia cum hujusmodi secreta interrogatio respiciat
actum explendum ex parte judicis, ut constat ex ipso Statu-
to, ibi; Si debbano dal Giudice insinuare con interrogar pri-
ma il donante a parte secretamente della sua volonta, præ-
dictaque donatio reperiatur insinuata, & decreto judicis
munita, intrat, præsumptio, quod idem judex ea omnia
expleverit, ad quæ tenebatur, ne alias in suo munere defe-
cisse dicatur, ac intervenisse solemnitates, quas pro actus
validitate oportuit adhiberi, l. ab ea in fin. ff. de probat. l. 19
2. Cod. de offic. civil. judic. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præ-
sumpt. 10. Picus ad Statut. urb. lib. 1. cap.151. gloss.21. n.21.
& seq. Card. de Luc. de alienat. disc.31. n.5. & disc.36. n.6.
Rot cor. Merl. dec.397. num.3. & in rec. dec. 546. n.6. p.1.
dec.314. num.13. p.13. dec.302. n.8. p.16. dec.730. num.3. p.
18. & firmat præterita decis. §. Quoniam; quo quidem præ- 20
sumptio cæteris potentior est, ac omnibus præferenda, Ro-
land. cons.61. n.27. lib.3. Ruin. cons.72. n.4. tom.1. Cyriac.
controv.308. n.1. Rot. decis. 617. sub n.2. in fin. p.1. divers.
& dec. 529. n.32. p.18. rec. Parum obstante, quod donatio
facta fuerit extra conspectum judicis, & decretum interpo-
situm, absente Maria Cœlesti, quia hoc non tollit, quin
judex paulo ante, vel contemporanee interrogare potuerit
prædictam mulierem etiam per seipsum, quodque epistu-
la solummodo registrata fuerit a Notario, ut magis certo
constaret de voluntate donantis, ad notata per Rot. decis. 21
451. n.5. & dec.548. n.3. p.18. tom.2.

Tum etiam quia cum præfata solemnitas a Statuto voli-
ta sit pro evitandis fraudibus, ac ut judici plene constet de
libera voluntate donatoris, denuo exuberare videbatur,
quod illa adimpleta fuerit per æquipollens, per epistolam
nimirum, qua donatrix de hac donatione libere, ac spon-
te facta judicem certioravit, ad text. in leg. quoniam indi-
gnum, C. de testam. Honded. cons. 58. n.69. cum seq. lib. 1.
Citocch. discept. 54. num.3. Cavalcan. dec.26. n.2. de regul. 22
Cancel. Seraphin. decis. 1413. n.3. Cels. dec. 157. n.2. sanct.
mem. Alex. VIII. dec.269. n.3. & 4. Rota in rec. decis.498.
n.4. part.5. dec.465. n.5. part.9. dec.254. n.7. p.14. dec.416.
num.10. & 27. ubi etiam aderat decretum irritans, dec.623.
n.9. p.18. cum aliis in præterita decisione, §. Quoniam, &
in terminis insinuationis, quæ a lege desideratur in dona-
tionibus pro evitandis fraudibus, quod decretum judicis,
ejusque præsentia suppleant hujus solemnitatis defectum,
tradunt Alex. cons. 157. n.2. lib.2. Adden. ad Speculat. lib. 23
2. tit. de instrument. edit. §. 14. col. 6. Barz. dec. Bononien.
25. n.54. & seq. Rot. cor. Ludovis. dec.391. in fin. & decis.
387. n. 62. & seq. p. 9. rec. quod & admittunt Doctores in
objecto allegati, quando, prout in præsenti, solemnitas
requiritur a Statuto ad certum finem, & effectum, & in
specie Duran. d. dec. 225. n.16.

Istamque æquipollentiam eo facilius admittendam esse
dicebatur, quo libera donatricis voluntas ulterius patefie
ex tot declarationibus ab ipsa in plurium annorum decursu
repetitis, præseferentibus hujusmodi auctus spontaneam
approbationem, tam in nonnullis epistolis, quas recenset
præcedens decisio, §. Potissimum, quam in publicis instru-
mentis editis 31. Augusti 1683. & 20 Julii 1687. necnon
in testamento condito 3. Septembris 1686. Hæ siquidem
reiteratæ confessiones concludunt ratam & deliberatam
donantis voluntatem perseverandi in actu jam præcedenter
expleto, Citocch. d. discept. 54. num 31. Rot. cor. Arguell. 24
dec.13. num.20. cor. san. mem. Alex. XIII. dec.133. n.20. &
in rec. dec.529. n.19. p.14. dec. 190. n.6. & dec.379. num.16.
part.15. dec.41. n.14. p.16. dec.25. n.10. & dec.101. num.14.
p.17. Et quamvis deservire non possent pro valida donatio-
nis ratificatione, ex regula, quod in ratificatione eadem re-
quiratur solemnitas, quæ in priori actus celebratione, Bel-
lon. jun. cons. 61. n.6. Menoch. cons. 80. n. 68. Grattan. di-
scept. forens. c. 589. n.12. & 15. Hodiern. contr. lib.1. c.43.
n.13. Seraph. decis. 1242. n.1. Ludov. decis.363. n.11. Zarat. 25
dec.42. n.18. Arguel. decis. 13. n.19. cum sententia nullitatis
actus, cujus prætenditur facta ratificatio, l. Mater, §. Ca-
terum, ff. de inoff. testam. Surdus cons. 49. num.32. Rota in
rec.632. n.4. dec.80. n.3. p.10. dec.98. n.7. p.11. decis.130. n. 26
21. & seq. p.16. dec.352. n.20. p.17. & dec.42. n.10. part.18.
deservierunt tamen ad eliciendam veram, ac ab omni frau-
da vacuam donatricis voluntatem, quæ etiam actibus in-
validis declaratur, l. fin. ff. de reb. dub. leg. in testam. ff. de fi- 27
deic. libert. Card. de Luc. de jur. patr. disc.63. n.9. Rot. cor.
Ludov. dec. 76. sub n.3. & in rec. dec.724. n.12. & 13. p.18.

Atto-

Attentis præmaxime duabus facti circumstantiis relatis in dicta præterita decisione, §. *Qua facilius*, quæ dominis iterum placuerunt; altera, quod donatione veneruut duntaxat jura donatrici competentia super hæreditate Marchionis Ktatii, ab aliis possessoribus opera, & sumptibus donatariorum recuperanda, & quidem correspective ad summam ducator. 3500. quorum pars *in contanti*, & residuum in tot censibus, & livellis mulieris assignabatur; & altera, quod agebatur de donatione facta a sorore sorori, a muliere mulieri, quo casu leges præsumunt actum liberum, voluntarium, & cujuslibet doli, seu fraudis suspicionis innoxium, ut præter cumulatos in decisione, quæ confirma-
28 tur, notant Ann. *consf.* 108. *n.*26. Marcian. *disp.* 54. *n.*22. Sanfelic. *in prax. sect.*27. *n.*48. Rota post Tort. *de past. futur. success. dec.*87. n.15. & coram san. mem. Alexand. VIII. *dec.* 238. *numer.* 16. & coram Cerr. *dec.* 374. *n.* 14. ubi quod ex verisimili excluditur simulatio.

Absque eo, quod prædicta libera donatricis voluntas excludi velit, vel ex quo postmodum in aliis instrumentis de annis 1687. & 1688. expresse donationem hanc revocaverit sub obtentu, quod ad illam malis artibus, & importunis vexationibus traducta fuerit, vel recursu successive nomine ipsius mulieris habito ad Magistratum Advocatoris communis Venetiarum, ne a Comitissa Zanetta ejus sorore ex causa controversæ donationis molestaretur: quoniam cum ex superius demonstratis perseverantia mulieris in donatione satis aperta resultet ex pluribus actibus eidem donationi proximioribus, & absente sorore donataria peractis, in istorum concursu spernendi omnino videbantur cæteri magis remoti, & de non integra mulieris libertate suspecti, præcipue cum eorum postremus emanaverit, muliere ipsa extra Monasterium, in quo morabatur, ad Castrum jurisdictionale DD. fratrum de Savorgnanis traducta, quod magis circumventionis suspicionem adauget, ut animad-
29 versum fuit in præterita decisione, §. *Minusque in fin.* & tradit Card. de Luca *de donat. disc.*70 *n.*13. Rot. *decis.*17. *numer.* 10. *part.* 13. & novissime in Romana seu Januen. laudi 26. Februarii currentis anni, coram R. P. D. meo de la Tremoille. Parum quoque attento præd. enunciato recursu ad Magistratus Venetos, vel quia eandem habuerit originem, quem cæteri prædicti actus de circumventione suspecti, vel quia post septem annos a die donationis, majoris efficaciæ esse non possit, quam cessio re amplius non integra per Savorgnanos reportata, quam nullius momenti esse latius firmat *d. præterita decisio*, §. *Minusque*, &
30 *seqq.* probant in terminis Roland. *cons.* 58. *a num.* 10. *usque ad fin.* Cost. *de retrat. & fall. agnerant. inspect.* 55. *num.* 6. & 7. Rocc. *disp. jur. cap.* 24. *n.*13. Rota *decis.* 560. *n.*5. coram Burat. & *in rec. dec.* 205. *num.* 7. *part.* 3. quæque tanquam ex capite enormissimæ læsionis patenter nulla, sicuti nullum titulum, nullamque possessionem manutenibi-
31 bilem transferre valuit in DD. de Savorgnanis, ut late firmant decisiones editæ super articulo manutentionis coram bo. mem. Albergato, & Emerix, R. P. D. meo Ursino Decano, & R. P. D. meo Molines; ita nec tribuere apta est eisdem aliquod jus, ut per hujusmodi sic infectam possessionem tueri possint.

Et ita partibus auditis, & omnibus DD. suffragantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Bononien. seu Imolen. Bonorum.

Ven. 27. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

De eadem materia agitur, quæ in decisionibus præcedentibus discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Fit mentio Statuti Fori Julii in cap.* 87. *tit. de donationibus.*
2 *Oblata tertii Ordinis Sancti Francisci habent liberam dispositionem bonorum.*
3 *Statutum conditum a parlamento generali ligat tam personas sæculares, quam Ecclesiasticas.*
4 *Præsertim si ab utrisque fuerit observatum.*
5 *Curialibus deponentibus de consuetudine Fori præstatur fides.*
6 *Usus comprobatur ab instrumentis.*
7 *Tertiariæ viventes claustraliter sub obedientia, & votum castitatis emittentes, vere sunt personæ Ecclesiasticæ, & a Statutis sæcularibus exemptæ.*
8 *Tertiariæ voventes castitatem sunt exemptæ a jurisdictione Ordinarii.*
9 *Secus si nullum votum emittant.*
10 *Ecclesiastici ut plurimum interveniunt in Comitiis generalibus, tanquam habentes jurisdictionem temporalem.*
11 *Consuetudo introducta a laicis non obligat Ecclesiasticos.*
12 *Nisi introducta sit etiam ab Ecclesiasticis.*
13 *Ecclesiastici per modum privilegii possunt uti Statuto laicali.*
14 *Per spontaneam subjectionem Statuto tenetur quis servare solemnitates in eo præscriptas.*
15 *Omissio solemnitatis adhibitæ ob majorem cautelam non vitiat actum.*
16 *Ad effectum se subjiciendi Statuto requiritur expressa declaratio.*
17 *In contractu mulieris claustralis exigitur licentia Ordinarii.*
18 *Dummodo observantia in contrarium non vigeat.*

DECISIO V.

Assumpto iterum examine super viribus amplissimæ donationis per Sor. Mariam Cœlestem inter vivos factæ favore conjugum de Antoninis, DD. non recedendo a duobus decisionibus super hoc articulo coram me editis sub diebus 27. Januarii, & 28. Aprilis anni proximi elapsi, pro hac tertia vice censuerunt constare de bono jure conjugum donatariorum.

Quin obstet toties reperita nullitas d. donationis, ex quo facta fuerit absque solemnitate Statuti patriæ Fori Julii expresse requirentis, quod donationes omnes debeant insinuari, prævia secreta interrogatione facienda donanti per judicem circa ejus voluntatem, causam, & motivum, quibus donans inducitur ad donandum, *ut in capit.* 87. *dict. Statuti tit. de donation.* Quod quidem Statutum af-
ficere dicebatur Sor. Mariam Cœlestem, vel quia non sit 1
considerandæ uti persona Ecclesiastica a laicali Statuto exempta, utpote de numero Oblatarum tertii Ordinis S. Francisci Civitatis Utini, quæ licet habitent in eodem Monasterio, non habent tamen Clausuram, neque Mensam, aut Arcam communem retinent, sed quælibet vivit de per se, habetque liberam administrationem, & dispositionem bonorum in particulari tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, Summ. DD. de Savorgnanis n.
1. *juxta Clement.* 1. *de religios. domib.* Eugen. *cons.* 28. *per*
tot. Tambur. *de jur. Abbatiss. disp.* 7. *qu.* 3. *sub n.*4. Barbos. 2
*de jur. Eccl. lib.*1. *cap.* 39. §. 2. *n.*43. Card. de Luca *de jurisdict. disc.*45. *sub num.* 7.

Vel quia admisso etiam, quod esset persona Ecclesiastica, cum hoc Statutum conditum fuerit a generali parlamento composito ex tribus membris, Ecclesiastico, Nobili, & populari, ligat tam personas sæculares, quam Ec-
clesiasticas, Abb *in cap. cum venissent* el 3. *ff. ne re, qui* 3
mitt. in possess. & Bald. *ibid. n.* 6. *vers. Solve*, Surd. *consil.* 2. *in* 1 *n.* Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *num.* 59. ubi loquitur de consuetudine Status Burgundiæ introducta per tres Status, nempe Ecclesiasticorum, Nobilium, & plebis, *in rubr.* 9. §. 9. *numer.* 31. *versic. item*, & *quod plus est in fine*, Mastrill. *de magistr. lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 18. Potissimum concurrente illius observantia tam a Laicis,
quam a Clericis, & specialiter ab ipsis Tertiariis, *l. si de* 4
interpret. cum leg. seq. ff. de legib. leg. fra Julianus, §. *Provide*, *ff. ad Macedonian.* Surd. *consil.* 361. *numer.* 10. Rota *decision.* 169. *numer.* 44. *part.* 17. & *decision.* 749. *num.* 7. *part.* 18. de qua docebatur nedum ex authentico testimonio Jurisconsultorum, & Advocatorum Civitatum Utini, Patavii, ac Venetiarum, quibus omnino deferen-
dum videbatur, tanquam deponentibus de consuetudine
Fori, & Tribunalium, in quibus actus versantur, ad 5
tradita per Surd. *consil.* 74. *num.* 4. Arias de Mesa *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 18 *sub num.* 2. Card. de Luca *de donat. disc.* 26. *numer.* 3. & *disc.* 46. *numer.* 6. Rota coram Dunoz.

jun.

jun. *dec.498. n.3.* verum & insimul per instrumenta donationum, in quibus servata fuit ab Ecclesiasticis prædicta solemnitas, *d.Summ.* DD. de Savorgnanis *n.3.* per quæ tacite etiam comprobatur usus observantia, Card. de Luca *de*
6 *donat. d. disc.26. n.6.*

Objectum enim in nulla sua parte subsistere denuo visum est: Non quidem in prima, quia cum Tertiariæ Monasterii S.Spiritus Utini, ubi commorabatur donatrix, vivant collegialiter, seu claustraliter sub obedientia suorum superiorum in Religione approbata, emittantque votum castitatis, & gestent habitum religiosum, ac in omnibus profiteantur Regulam S.Francisci traditam a Nicolao IV. in ejus Constitut. a.Bull. nov. tom. 1. ut constat ex ipsamet regula
7 exhibita in publica forma, & relata *in Summ. Donatariorum n.5.* controverti nequit, quin sint personæ Ecclesiasticæ, & gaudeant privilegio fori, atque a Statutis sæcularibus sint exemptæ, ut expresse habetur in Constit.22. Leonis
8 X. §.19. & 20. & tradunt Grass. *de effect. Cleric. effect.1. n. 97.* Cocchier. *de jurisdict. in exempt. q.16. p.1. tom.1.* Castill. *contr. jur. lib.5. cap.81. & cap.60. n.50. & 52.* Jul. Capon. *discept. for. tom.5. cap. 325. n.44.* Joseph. Rus. *consult. 23. n.13. tom. 2.* Sanfelic. *dec. 418. n. 2.* quando juxta declarationem Leonis X. de anno 1618. mulieres Tertiariæ expresse voventes virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem vitam, & gestantes habitum, etiamsi in propriis, vel consanguineorum domibus habitent, propria possideant, ac de propriis libere disponant, privilegio fori gaudent, & eximuntur a jurisdictione Ordinarii, uti declaravit etiam Sac. Congr. Concilii in Decreto relato apud Fagnan. *in cap. nullus sub n.46. & seq. de for. compet.* Nald. *in summa verb. clausura n.7.* Campanil. *in divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. n.174.* Cocchier. *ubi supra n.16.* Novar. *de elect. for. q.46. num.14. & 15.* Ciarlin. *contr. lib.1. cap.18. per tot.* Modern. Pignatell. *consult. 116. sub n.2. §. At vero hodie tom. 4.* ubi quod Doctores contrarii loquuntur in terminis, in quibus tales mulieres nullum votum emittunt, & in hoc sensu intelligendæ sunt auctoritates in objecto allegatæ, ita Barbos.
9 *de jur. Eccl. lib. 1. cap 39. §.2. num. 41. in fin.9.* Tambur. *de jur. Abb. d.disp.7. q.3. n. 8. vers. præfata Constitutio.*

Nec pariter subsistit in secunda, quia ut respondet secunda decisio edita coram me, §. *Nihilominus*, in his generalibus Comitiis Ecclesiastici non intersunt tanquam componentes universum Clerum, nec pro interesse Ordinis Ecclesiastici, sed uti efformantes corpus politicum pro bono regimine Reipublicæ, & quoad temporalia tantum, sive uti membra conspicua communitatis, vel uti proceres & principales personæ, vel demum tanquam habentes in Provincia, & in statu feuda, & jurisdictionem temporalem in pluribus Castris, ut advertit Modern. Pignat. *consult.79. n.13.*
10 *vers. Imo neque illud tom. 4.* & de Monialibus Aquilejæ justificatur *in Summ. Donatariorum n.3.* Nil relevante, quod in prædicto generali parlamento interveniant tres Præpositi Ecclesiarum S.Stephani, S.Felicis, & S. Petri in Canea, qui nullum possident feudum, *Summ. præterito*, DD. de Savorgnanis *n. 7.* Nam vel si antiquitus, ut fertur, feuda possederunt ex jure tunc semel acquisito, forte interfuisse dicendum est, vel non desunt alii mox enunciati tituli, ex quibus jus interessendi in his Comitiis potuit prædictis Ecclesiasticis competere, non obstantibus auctoritatibus Surdi Cassan. *& aliorum in objecto allegatis*, quippe loquuntur de consuetudine mixta introducta tam a sæcularibus, quam ab omnibus Ecclesiasticis uti Ecclesiasticis, quæ non obligat Ecclesiasticas personas, veluti introducta a Laicis, sed tanquam ab ipsismet Ecclesiasticis, ut in specie Surd. *d. cons.*
11 *2. n.49. in fine, & n.50.* Cassan. *ad consuetud. Burgund. d. rubr.4. §.7. n.59.* ubi quod talis consuetudo non solum est consuetudo Laicorum, sed etiam Ecclesiasticorum, Gon-
12 zal. *in cap. 3. sub n. 17. de consuet. & observat. præterita 2. dec. §. haud refragante.*

Parum rursus suffragante, quod controversum Statutum indistincte fuerit observatum tum a Laicis, tum ab Ecclesiasticis, & specialiter a prædictis Tertiariis Utini: quia hæc observantia, excepto unico instrumento donationis de anno 1680. non ostenditur, nisi per actus subsecutos post decisionem in hac causa emanata de anno 1686. coram bon. mem. Albergato, in qua dubitabatur, an prædictæ Tertiariæ servare tenerentur hoc Statutum; unde est, quod actus, qui successerunt, referri debeant ad evitandum tale dubium, & ad securiorem eorundem contractuum validitatem; ultra quod nulla adest implicantia, quod in certis casibus Ecclesiastici uti voluerint solemnitatibus Statuti Laicalis, quod
13 ipsis per modum privilegii licitum est, ad text. *in capit. cum*

venisset de eo, qui mitt. in poss. Bart. *in l.cunctos populos, C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Rota *dec.392. n.20. & seq. p.18. rec. cum aliis in præterita 2. dec. §. Prout nec magis*, & passim firmavit eadem Rota in terminis Statuti urbis *lib. 1. cap. 151.*

Nilque relevat, quod ipsamet donatrix uti voluerit Statuto Utini, & juxta illius formam, ac tenorem disponere, prout deducebatur ex declaratione ab eadem emissa in ipso instrumento donationis, ibi: *A cui essa vuole, che concorrino tutte le solennità necessarie, e che si habbiano per espresse*, nec non ex epistola per quam ipsa judicem, ut suum decretum interponeret, requisivit, ibi: *& intendendo, che per maggior sua validità*; quo stante necessario omnino videbatur solemnitas secretæ interrogationis in dicto Statuto præscripta, Grass. *de effect. Cleric. effect.17. n.42.* Rot. *dec.* 14
377. n.32. p. 17. & dec. 392. n. 24 p. 18. quoniam dum ex parte DD. de Savorgnanis prætenditur, quod donatrix contraxerit non adhibitis solemnitatibus Statuti, ex hoc ipso constat, quod eo noluit uti per viam obligationis, sed tantum ad majorem cautelam, quo fit, ut illarum omissio actum non irritet, ubi alias actus etiam sine d.cautela subsisteret, ut optime notat Lamberteng. *de contr. gloss 2. verb.* 15
mulierum n.58. Card. de Luca *de dot. disc.22. num.16.* Rota *decis.377. n.33. & seq. p.17.* præterquam quod ad effectum se subjiciendi Statuto laicali, magis explicita, ac individua contrahentis declaratio requireretur, ut firmat utraque præcedens decisio, prima nempe *in §. Neque validitas*, & 16
secunda *in §. Atque in vanum*, ubi concordantes.

Exclusa a prædictis necessitate servandi solemnitates Statuti, eo minus officit, quod in controversa donatione non intervenerit sive Ordinarii, sive Superioris regularis auctoritas, quæ pro illius validitate saltem videbatur necessaria, ut in puncto docet Bald. *cons.60. n.2. volum.5.* quem sequi- 17
tur Spetell. *decis. 1d. n. 43.* Quemadmodum enim qualitas Tertiariæ operabatur, ne Sor. Maria Cœlestis teneretur ad observantiam sæcularis Statuti, uti tenet idem Bald. *cons. 70.* cum aliis quamplurimis cumulatis in prima decisione hujus causæ, §. *Maxime*, & secunda §. *Approbantes*; ita cum e converso casum habeamus quod Tertiariæ Utini sine 18
suorum superiorum licentia de bonis propriis libere disponere valeant, prout quotidie disponunt, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, ut *in Summ. Donatariorum n.4.* & in alio fratrum de Savorgnanis *n.1.* nulla idcirco adhiberi oportuit superioris auctoritas, vel præsentia; parum resistente, quod in casu *d. cons. 60.* Baldi ubi agebatur de donatione facta a Tertiaria Assisii, Custos religionis interfuerit, quod enim in eo casu servatum fertur, sive ex facti contingentia, sive ex speciali jure, vel consuetudine illius conventus, sive demum ex honestate, & majori perfectione religiosa, non efficit, ut hoc idem de necessitate observandum foret in hypothesi, ubi nullum jus, nulla consuetudo hanc solemnitatem præscribunt, quod & probasse videntur ipsimet Savorgnani, qui in contractibus eorum favore per eandem mulierem explicatis superioris interventum haud requisiverunt.

Ex quibus omnibus superfluum existimarunt domini transire ad secundum fundamentum præcedentium decisionum, an scilicet solemnitas secretæ interrogationis faciendæ per judicem satis adimpleta diceretur per æquipollens, mediante epistola scripta judici ab ipsa donatrice, de quo late in dictis decisionibus.

Et ita resolutum fuit partibus auditis, & omnibus DD. suffragantibus.

R. P. D. P I O.

Imolen. Pecuniaria.

Lunæ 22. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

Minor Clericus, ut in antecedentibus decisionibus fuit definitum, valet absque solemnitatibus Statuti contrahere, & si se obligaverit tanquam hæres, & in bonis propriis pro aliquo particulari debito hæreditario, ei non competit in integrum restitutio ad differentiam casus, in quo generaliter ad omnia debita propriam extendit obligationem.

SUMMARIUM.

1 *TRansactio habet viam executivam, cum reguletur ad instar rei judicatæ.*

2 *Hæres beneficiatus qui pro debito hereditario se obligavit, censetur hereditariam suscepisse obligationem, quantum supportant vires hereditariæ.*

3 *Limita, si ejus quoque bona obligaverit, & n. 4. 5. & 6.*

4 *Hæres beneficiatus qui non generaliter ad omnia debita, sed pro summa particulari se obligavit, non juvatur inventarii præsidio.*

8 *Idque eo magis procedit, si creditor aliquid remiserit.*

9 *Sub generali renunciatione comprehenditur quoque renunciatio beneficii inventarii.*

10 *Hæres non potest allegare beneficium inventarii, si ejus bona obligaverit, etiamsi se heredem beneficiatum enunciaverit.*

11 *Qualitas hereditaria probatur ex confectione inventarii.*

12 *Justificatur etiam ex solutione debiti hereditarii.*

13 *Aditio concluditur ex sola debiti oblatione.*

14 *Minor clericus valide contrahit absque solemnitatibus Statuti.*

15 *Nisi a principio declaravit velle uti Statuto per modum privilegii.*

16 *Minor in aditione hereditatis cum beneficio legis, & inventarii, solemnitates non tenetur adhibere.*

17 *Decretum in contractibus minorum dicitur valide præstitum, quoties interponitur ab habente aliquo respectu jurisdictionem in ipsum minorem.*

18 *Authoritas Cardinalis Legati sive per se, sive per alios adhibita, est sufficiens in contractu minoris clerici.*

19 *Hæres non restituitur adversus obligationem ab ipso emissa favore creditoris particularis, licet adsit læsio, ut quia vires hereditariæ non sufficiant.*

20 *Præcipue si beneficio restitutionis in integrum renunciaverit.*

21 *Adversus obligationem Cameralem non admittuntur exceptiones involuta.*

DECISIO VI.

DIspunctis rationibus depositariæ Annonæ Civitatis Imolensis jam diu per sexennium exercitæ a Livio Macolino, ac istius debito liquidato in sc. 2997. 50. Alexander, & alii de Macolinis dicti Livii filii, postquam secuto patris obitu solverunt sc. 530. consenti subinde pro solutione residui auctoritate claræ memoriæ Cardinalis Cursii tunc Romandiolæ Legati, devenerunt cum communitate ad concordiam, in qua reportata remissione scut. 251.80. residuale creditum redactum ad sc. 2246. 10. satisfacere insolidum promiserunt statutis temporibus in se pro scutis 1136. assumendo censum passivum ejusdem Annonæ; sed cum pro illius scutibus, ac pro solutione pagarum, quarum dies jam advenerat, egerit d. Communitas contra Alexandrum suspensum, mandatumque ab A.C. Thomato obtinuerit, exquisivi hodie in gradu appellationis sub dubio ex tenore rescripti Signaturæ orientes, an mandatum A.C. esset exequendum, & affirmativum habuit responsum.

Cum enim creditum Annonæ resultet ex publico instrumento transactionis, valide, & juste potuit executive procedi contra Alexandrum unum ex obligatis, non solum ex efficacia obligationis Cameralis in eo stipulatæ, sed etiam ea vi, ac natura ipsius transactionis, quæ habet executionem paratam ad instar rei judicatæ, cujus vim regulariter
1 assumit, ad Text. *in l. minores, C. de transact.* Cæphal. *cons.* 66. *n.* 24. Cravett. *cons.* 687. *n.* 27. Moroz. *cons.* 8. *n.* 29. Urceol. *de transact. q.* 60. *n.* 16. Rota *dec.* 55. *n.* 1. cor. Bich. & *dec.* 163. *n.* 13. cor. Cerro, & *dec.* 474. *num.* 1. cor. Royas, & *dec.* 161. *n.* 1. *part.* 19. *recent.*

Nec mandatum A.C. notari potest aliqua injustitia, ex quo actum fuerit directe contra Alexandrum, nulla præcedente discussione status hæreditarii Livii, ad cujus debita cum hæres non teneatur de jure, neque pro illo poterat condemnari ex propria obligatione, quæ tantum suscepta præsumitur, quantum suppetant vires hæreditariæ, non autem
2 animo novandi legalem obligationem, ut ex theorica Cyn. *in l. fin. C. ad l. falcid.* tenent Merlin. *de pign. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 46. Card. de Luc. *de hered. disc.* 8. *n.* 14. Afflict. *dec.* 339. *n.* 13. & 14. Vincent. de Franch. *dec.* 323. *sub n.* 8. & dixit Rota *dec.* 392. *n.* 1. & *seqq. p.* 1. *rec.*

Contrarium quippe suadere visa fuit litera instrumenti transactionis, ubi in §. 9. *Tutti li fratelli sudetti tanto come eredi beneficiati, quanto à nomi proprii per loro, e suoi &c. promettono, e s'obligano di pagare, &c.* & rursus in §. 17. *e detti Sig. Macolini insolidum, & à nomi proprii obligano se stessi, e loro eredi, e beni, &c.* quibus ex verbis debitum, quod prius erat tantum defuncti, dicitur reformatum ex nova conventione facta cum fratribus de Macolinis hæredibus, qui si conveniantur pro solo debito reformato, non juvantur beneficio inventarii, cum illud præservet tantummodo hæredem ab actionibus passivis descendentibus a defuncto, & immediate ex causa hæreditaria, non vero ab actionibus, quibus ipse sponte, & ex propria promissione voluit adstringi, juxta doctrinam Angel. *in cons.* 31. quam sequuntur Corn. *cons.* 31. *vol.* 3. Surd. *cons.* 191. *n.* 26. Cyriac. *contr.* 225. *n.* 17. Urceol. *de transact. q.* 18. *n.* 11. Rota *decis.* 3
93. *n.* 3. post Merlin. *de pign.* & cor. Bich. *dec.* 581. *n.* 9. & *seq.* & *in rec. dec.* 428. *n.* 6. *p.* 9. & *dec.* 49. *n.* 3. *p.* 16. & in Romana mercium 14. Martii 1689. §. *Quod objectum*, cor. clar. mem. Cardin. Caccia.

Idque ex ea convincenti ratione, quia cum privilegium inventarii operetur, ut hæres non teneatur insolidum, per *l. fin. §. Si vero, & §. Sin autem, C. de jure deliber.* & ulterius, 4
quod possit impetrare separationem bonorum suorum a bonis hæreditariis, *ex l.* 1. §. *sciendum, & l. Creditores ff. de* 5
separat. bonor. hujusmodi beneficio censetur renunciatum ab hærede ex promissione ab ipso insolidum, & in propriis bonis emissa, cum qua est incompatibile, ut præter super adductos optime ponderat Grat. *discept.* 264. *n.* 8. *cum seq.* ubi res- 6
pondet omnibus exemplis in contrarium allatis pro Alexand.

Quod facilius procedit, vel considerato, quod in præsenti non agitur de promissione indefinite, ac indeterminate concepta ad omnia debita patris, sed de obligatione specifica, & relata ad quantitatem certam sc. 2246. 10. in quibus terminis hæres eo minus juvatur inventarii præsidio, ut distinguit Bart. *in l. quod nomine, ff. de condict. indeb.* Phanuc. 7
de invent. p. 6. *n.* 112. *et* 114. Grat. *d. cap.* 264. *num.* 6. Surd. *dec.* 132. *n.* 44. Rot. *dec.* 323. *n.* 4. post Pacif. de Salv. inspecto commodo ex præfata transactione reportato, cessione nempe jurium, & actionum, ad effectum agendi contra quoscunque obligatos, condonationis fructuum, quos contra patris hæreditatem Annona poterat prætendere, ac dilationis impetratæ ad solvendum statutis temporibus; quæ quidem commoda, & utilitates videntur a creditrice remissa, ut magis in tuto poneret proprium creditum, mediante reformatione antiquæ obligationis ab hærede facienda, & facilius præsumitur istum voluisse teneri de proprio absque suffragio discussionis bonorum hæreditariorum; ut perpenduot Urceol. *de transact. d. q.* 80. *n.* 11. *vers. id maxime* 9
procedit, Card. de Luca *de tut. disc.* 28. *n.* 10. Rot. cor. Bich. *dec.* 591. *n.* 11. *et in rec. dec.* 428. *n.* 7. *p.* 9. vel attenta demum renunciatione ejusdem Alexandri omni legum, & juris auxilio, ex qua saltem implicite etiam beneficio inventarii & discussionis renunciasse censetur, juxta tradita per Roland. *cons.* 13. *n.* 11. *vol.* 1. Phanuc. *de inventar. dicta p.* 6. *num.* 115. Gratian. *dicto cap.* 264. *n.* 19. Barbos. *de claus.* 123. *num.* 13. Surd. *dicta dec.* 132. *n.* 24.

Haud relevante, quod Alexander ad controversam transactionem devenerit ut hæres beneficiatus: quoniam dicta verba intelligi debent apposita ad demostrandum titolum, 10
seu causam obligationis, ne illa per errorem suscepta dici posset, non autem ad eam limitandam intra vires solummodo hæreditarias, ut advertunt Cravet. *cons.* 214. *num.* 7. Phanuc. *d. p.* 6. *num.* 113. Gratian. *d. cap.* 264. *n.* 7. & dixit Rota *dec.* 545. *n.* 3. *p.* 5. & in Camerinen. manutentionis, seu censuum 10. Martii 1698. §. *Vindicatis*, cor. Reverend. D. meo Decano.

Absque eo, quod pro declinando vinculo propriæ obligationis ex falsitate causæ potuerit in Alexandro impugnari qualitas hæreditaria in præfato instrumento enunciata; illa nanque apprime resultat tam ex Inventario confecto a Francisco Antonio ejus fratre nomine proprio, & tutorio dicti Alexandri, Summ. *n.* 3. & quidem in vim præambuli man- 11
dati procuræ adeundum a dicto Alexandro in illius personam exarati, Summ. responsionis *n. unico*; tum ex solutionibus scutorum 530. factis Annonæ pro debito sui patris, quæ necessario aditionem inducit, ad textum *in l. ul-* 12
tima, C. de jure delib. Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.* 10. *sub n.* 15. *et seq.* Valenzuol. *cons.* 19. *num.* 14. Rota *dec.* 251.

in fine

Google

in fine, coram Bichio; tum pariter ex ipsa promissione solvendi residuum susceptæ in ipso instrumento transactionis, ex qua sola oblatione hæreditas jam delata addita censetur, ad notata per Dec. *cons.* 440. *n.*8. *post mod.* Surd. *cons.* 576.
13 *num* 37. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 2. *sub n.* 13. Cattar. *dec. Januen.* 32. *num.* 4. *& seq.* Rota *dec.* 347. *num.* 28. Royas *&c. dec.* 373. *n.* 33. *p.* 9.

Quamvis sane in memoratis actibus solemnitates juris municipalis non intervenerint, sive quia Alexander uti Cle-
14 ricus illis non ligabatur, ad text. *in auth. Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem*, & plures firmavit Rota, præsertim *decis.* 58. *num.* 1. *post* Pich. *ad Statut. Urbis decis.* 288. *num.* 35. *& seq. & dec.* 402. *n.* 14. cor. Bichio, *& in rec.*
15 *dec.* 52. *n.* 10. *& seq. & dec.* 264. *n.* 1. *p.* 12. *& decis.* 149. *n.* 6. *p.* 13. neque illis uti modo potest per modum privilegii, dum a principio, & re integra illis velle uti non declaravit, ut probat Cardinalis de Luca *de contract. disc.* 30. *n.* 10. *vers. Respondet*, & pluribus relatis, Rota in Romana Salviani 23. Martii 1696. §. *Absque eo quod*, cor. me; sive etiam quia ubi minor inventarium conficiat, nullas in hæreditaria
16 aditione tenetur servare solemnitates, ut advertunt Pich. *ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 25. *gloss.* 7. *n.* 109. Lamberteng. *de contract. gloss.* 3. *n.* 6. Thomat. *dec.* 265. *num.* 4. & dixit Rot. *dec.* 67. *n.* 23. *p.* 17. *rec.*

Minusque nullitas transactionis erui potest ex incompetentia judicis, qui in ea decretum interposuit, Auditoris nempe Eminentiss. Legati Romandiolæ, qui tanquam Laicus nullam habere jurisdictionem in Alexandrum uti Clericum contendebatur; etenim placuit responsio, quod præfatus Auditor ad dictum actum devenit non ex propria, & ordinaria auctoritate, sed ex facultate sibi specialiter tributa ab eodem Card. Legato, ut ex epistola in instrumento inserta, quamobrem sicuti semper decretum in contractibus minorum dicitur valide præstitum, quoties interponitur ab habente aliquo respectu jurisdictionem in ipsum minorem,
17 ut tradunt Simoncell. *de decret. lib.* 1. *n.* 70. *& seq.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 23. *& seq.* ita dubitandum non est, quin prædictus Auditor valide processerit, uti Delegatus a Cardinali Legato, qui tam per se ipsum, quam per alios rite valet jurisdictionem in Clericos exercere, illo-
18 rumque causas jure ordinario cognoscere, ut testatur Cardinalis de Luca *de jurisdict. disc.* 51. *n.* 9. Gambar. *de offic. & auct. legati lib.* 8. *n.* 149. Bourell. *de dignit. legati concl.* 10. *vers. imo est vere*, Villadig. *de legat. q.* 8. *n.* 3. *inter tract. magn. tom.* 3. *& dec.* 7. *Romandiolo*, Reverend. P.D. Masserium *in disc. super jure legati Emiliæ impress. in princ. tr.* Barbos. *de prescript.* .....

Demum pari facilitate excluditur ultimum objectum ductum ex eo, quod Alexander læsus remanserit in præfata transactione inita sub credulitate reportandi relevationem suæ obligationis in bonis paternis: Etenim quidquid sit de opulentia, seu angustia assis hereditarii, animadversum fuit, quod Alexander non se obligavit animo se relevandi in bonis paternis, dum ob inventarium jam confectum sciebat illius vires, & nihilominus voluit teneri in bonis propriis; quodque in omnem eventum, ob ass. læsionem restitutus in integrum posset quidem impetrari adversus inconsulto aditam hæreditatem ob æs alienum post aditionem detectum; secus vero adversus obligationem particularem pro debito determinato certæ summæ; hoc quippe casu cum debitum non fuerit ignoratum, nec minor se præjudicaverit in munimento inventarii quoad cæteros creditores, nulla potest læsio considerari, quia scienti, & volenti non fit deceptio, juxta firmata per Rot. in Melden. transactionis 28. Novembris 1684. §. *Tertio*, cor. Florez; attentata ulterius spe-
19 cifica renunciatione ab eodem minore emissa etiam restitutioni in integrum, & beneficio minoris ætatis, cum juramento, quæ tanto fortius a petita restitutione illum repellit, ut in specie R... cor. Gregor. *dec.* 120. *n.* 4. *et* 5. maxime ad effectum impediendi executionem transactionis, & obligationis Cameralis, cum in his terminis tritum sit, nunquam admitti executionem involutam adeo indaginem requirentem, ex juribus notissimis.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Romana Donationis.

Veneris 26. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Minor Clericus valide contrahit, omissis solemnitatibus statutariis, nisi tamen a principio contractus declaraverit velle uti Statuto per modum privilegii; hæc tamen declaratio debet esse expressa, & sic ex volita adhibitione aliquarum solemnitatum non resultaret.

SUMMARIUM.

1 CLausula, constituti, *remedium tribuit assecurationis*.
2 *Donatio solemniter emissa habet pro se præsumptionem veritatis.*
3 *Donantis declarationes in donationis subversionem tendentes non attenditur.*
4 *Surdastri nuncupantur ii qui tarde, et non nisi alta voce prolata audire solent.*
5 *Et quoties alta voce fit stipulatio contractuum, qui ab ipsis geruntur, illa sustinetur.*
6 *Omnis benigna fieri debet interpretatio, ut Testium dicta a contrarietate vindicentur.*
6 *Testis amicus nihil probat.*
7 *Testis de audita non attenditur.*
8 *Ut ex causa metus contractus subvertatur, Testes debent deponere de actibus inferentibus vim, et metum cadentem in constantem virum.*
9 *Dolus in Sator...ote præsumen...us non est.*
10 *Dolus excluditur ex contractu palam gesto, et coram Notario, ex Testibus legalibus atque fide dignis.*
11 *Dolus non est censendus, si in contractu intervenerit persona, quæ ex illo præjudicabatur.*
12 *In dubio pro exclusione doli et deceptionis est judicandum.*
13 *In paritate probationum sunt potius attendenda illa, quæ veritatem, quam ea, quæ dolum ac fraudem inducunt.*
14 *Clericus non tenetur servare solemnitates a Statuto præscriptas.*
15 *Clericus valet uti per viam declarationis Statuto laicali, illudque per modum privilegii allegare.*
16 *Hæc tamen declaratio ab initio contractus, non autem re amplius non integra, emitti debet.*
17 *Nec illa facta censetur ex appositione aliquarum solemnitatum a Statuto præscriptarum, si pro majori contractus firmitate volitæ fuerint.*
18 *Ut censeatur a Clerico facta declaratio velle uti Statuto laicali, actus requiritur quod sit expressus ac individuus, adeout ad aliud non sit referibilis.*
19 *Non requiritur insinuatio in donatione facta ob causam.*
20 *Insinuatio a Jure in donationibus requisita, per juramentum suppletur.*
21 *Testes qui deponunt non recordari vidisse jurare contrahentem, non excludunt juramenti veritatem a publico instrumento resultantem.*
22 *Solemnitas quæ in contractu per contrahentem volita fuit, si omittatur, contractum non vitiat, quoties illa de jure non exigatur.*

DECISIO VII.

VAlidum, & justum agnoscentes Domini mandatum de associando ad possessionem locorum 30. Montium, quæ Dominica de Alexandris de mense Januarii anni 1697. irrevocabiliter donaverat filiis procreatis, & procreandis ex legitimo Matrimonio, inter Joannem Baptistam Riccium, & Isabellam de Alexandris jam longe antea contracto, relaxatum a R.P.D. Patriarcha ad instantiam Joannis Baptistæ præfati, Donatariorum Patris, & legitimi Administratoris, pro illius executione in hodierna audientia responderunt: Justitia siquidem, quæ ob præsuppositam inter partes validitatem unica erat in quæstione, satis depromebatur ex clausula *constituti*, in publico, 1

ac solemni instrumento donationis adjecta, cujus vigore de-
bito procul debita erat associatio, ad tradita per Bart. *in leg.
Creditores n.6. vers. Et prædicta, Cod. de pign.* Menoch. *de
Adipiscen. remed.* 5. *n.140.* Rota *in rec. dec.* 1. *n.* 1. *p.* 1. *&
dec.*412. *pariter n.*1. *p.*13. *& dec.*184. *n.*12. *p.*18.

Absq; eo quod illam retardare valeant geminę nullitates
adversus donationem oppositæ. Prima siquidem, quod fue-
rit dolose, ac per vim, & metum a Thoma Donatariorum
Patruo extorta, nullam visa est habere subsistentiam in fa-
cto; præmisso enim, quod donatio uti celebrata per publi-
cum, ac solemne Instrumentum coram Testibus, & Nota-
rio omni exceptione majori, ac de ejus optima vita, & fa-
ma testantur Judices, Advocati, & Procuratores, *Summ.*
2 *Donatariorum n.*10. habet pro se omnem præsumptionem
veritatis, adeout illam de falsitate redarguens, teneatur id
plene, & concludenter probare, ut monent Cravett. *consil.*
145. *sub n.*2. Castald. *consult. forens.* 159. *n.* 9. *tom.* 2. Fari-
nac. *de falsitat. & simult. q.*152. *n.*28. *&* 45. Sabell. *resolut.*
48. *n.*21. Capyc. Latr. *consult.* 4. *n.* 27. Bondon. *collect. le-
gal.* 24. *n.*6. *lib* 1. Rota cor. Buratt. *decis.* 76. *n.*10. coram
Dunoz. senior. *decis.* 204. *n.*1. & in Rec. *p.*11. *dec.*215. *n.* 13.
*p.*15. *dec.*132. *num.* 4. *& seq.* Hujus generis profecto haud
sunt probationes elicitæ ex circumstantiis ex adverso pon-
deratis; nam ut dolus deduci contenditur ex successiva re-
clamatione per donantem facta cor. R.P.D. Sperello, in qua
declaravit se dictam donationem non fecisse, nec audivisse;
& tunc præter diversas inverisimilitudines, ac extoneas
circumstantias in eadem reclamatione contentas, quæ il-
lam præseferunt emissam ex impulsu, & ad suggestionem
Pauli Jannoni, ad successionem Dominici in universum
aspirantis; urget præterea in jure, quod quemadmodum
dicta donatio tanquam in suo esse perfecta, nec alia Indi-
gens solemnitate, expresse, ac directe non poterat per do-
nantem revocari, ita nec in aliquo deserendum est iis omni-
bus, quæ super asserto dolo deposuit, ne alias licitum fieret
donanti per actum hujusmodi, indirectum præfatam dona-
tionem invalidare, per ea, quæ juxta Text. *in l. perfecta,
C. de don.* tradunt Surd. *cons.*173. *n.*91. Rota cor. Bich. *dec.*
3 297. *n.*22. *& seqq.* cum aliis in Bononien. seu Imolen. bono-
rum super portione Sor. Mariæ Cœlestis 27. Januarii 1698.
§. *fin.* coram me.

Aut elici prætenditur, ea quo Dominicus donans esset
surdus, & tunc ex ipsamet depositione Testium ex parte ejus-
dem donantis inductorum affectus dolus excluditur, quo-
niam dicti Testes non dicunt Dominicum fuisse totaliter
surdum, sed fuisse solum de his, qui tarde, & non nisi alta
voce prolata audire solent, quippe a jurisstia surdastri nun-
cupantur, ut testatur Michalor. *de cæc. surd. & mut. cap* 26.
4 *n.*4. Unde e converso, cum Testes instrumentarii deponant
Notarium alta, & intelligibili voce per binas vices legisse
instrumentum donationis, & interrogato donatore, an in-
tellexerit, eundem respondisse, *Ho inteso, va bene, va bene,*
Summario donatariorum *n.*3. cessat exinde quælibet falsita-
5 tis & dolosæ extorsionis præsumptio, quæ a surditate do-
nantis promanare posset. Non relevante, quod dicti Testes
in eorum depositionibus quodammodo contrarientur, quia
cum in substantia non discrepent, & de cætero donationis
probatio non eliciatur ab illorum examine, sed ex publico,
ac legali instrumento, sane illorum dicta veniunt benigne
interpretanda, ac ad concordiam reducenda, ut ab objecta
contrarietate, quantum fieri potest, vindicata remaneant,
Glos. *in cap cum tu filii, verb. benigne de test.* Rota coram
Greg. *dec.*344. *n.*14. *dec.* 258. *n.*7. *p.*11. *rec.* & in Romana
pecuniaria super exhibitione 21. Junii 1694. §. *absque eo quod
in fin* cor. R.P.D. meo Muto, & in Ferrarien. pecuniaria
10. Januarii 1698. §. *Majoris quidam*, coram me.

Aut demum deceptio, ac dolus fundatur in depositione
unius Testis deponentis de affecta extorsione, & metu incus-
so per Thomam Patruum donatariorum; & probatio iti-
dem irrelevans, ac insufficiens detegitur; nedum quia di-
ctus Testis est unicus, deponit de auditu, & arctissimo ami-
citiæ vinculo cum ipso donante colligatus est, proindeque
omnino inhabilis ad probandum, ut de Teste unico est Text.
6 *in c. Veniens de test.* Rota *dec.* 310. *n.* 10. *p.*11. *rec.* de alio,
qui sit amicus inducentis, eadem Rota *dec.*52. *n.*19. *p.* 15.
& de altero, qui deponat de auditu, Farinacc. *cons.* 157.
7 *n.*6. *lib.*2. Capon. *contr. for.* 71. *n.* 5. Rota coram Arguell.
*decis.*8. *n.* 13. & in Romana separationis tori 9. Decembris
1697. §. *ex quibus*, coram me, sed etiam quia non deponit
de actibus inferentibus vim, & metum cadentem in con-
stantem virum, qualis in hac materia de jure requiritur, ut
8 advertunt Altograd. *consil.* 50. *num.* 203. *tom.* 1. Avend.
de mor. lib. 1. *cap.* 9. *n.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 1053.
*n.*12. Mons. *cons.*35. *n.* 12. Pap. *dec.*16. *n.*35.

Et cessat in universum difficultas, quia si quæ etiam ex-
torsionis præsumptio ex his omnibus resultare posset, ea ta-
men vel purgata remaneret, tum ex qualitate Thomę, quem
tanquam Sacerdotem optimæ famæ, & integritatis, ut
probant Testes d. Summ. *n.*6. præsumendum non est voluis-
se malis artibus donationem pro nepotibus extorquere, ut
inquit Avend. *de mor. d. cap* 9 *n.*18. Rota *dec.* 714. *n.* 9. *p.*
18. *rec.* tum etiam ex qualitate ipsius donationis serio, ac 9
prudenter emissæ favore masculorum natorum, & nascitu-
rorum ex nepte, & nepote ipsius donantis, quos prævia dis-
positione propriis sumptibus ab ipso obtenta in matrimo-
nium conjungi procuraverat, quæque palam celebrata fuit
cor. Notario, & Testibus undique legalibus, & fide dignis;
ex qua circumstantia quamcunque dolosam præsumptio-
nem excludi observant Castald. *consult. forens.* 159. *n.* 8. *in* 10
*fin. & n.*9. *tom.* 2. Rota *dec.* 131. *n.*14. *& seq. p.* 15. *rec.* tum
denique ex interventu Pauli Jannoni alterius ex sorore ne-
potis, ac præcedenter a donante universalis hæredis institu-
ti, qui sicuti in actu stipulationis Instrumenti Dominicum
monuit, ut sibi triginta locorum montium donatorum
usumfructum reservaret; ita tanquam principaliter in cau-
sa interessatus, eo magis donantem de extorsionibus mo-
nuisset, nec permisisset vim aliquam eidem inferri, ut ad 11
elidendam metus præsumptionem, observat Avend. *de mor.
d. cap.* 9. *n.* 17. ubi cæteri concordantes.

Vel saltem ex his omnibus res adeo redderetur dubia, ut
ea capienda esset interpretatio, quæ dolum, & deceptionem
excluderet, ex traditis per Card. de Luca *de judic. disc.* 26.
*n.*13. Capyc. Latr. *consul.* 4. *n.*28. *& seq.* Cyriac. *contr.* 131. 12
46. Crtoch. *disc.* *p*2.53. *n.*140. Actolin. *resol.* 70. *n.*30. Rota
cor. Cavalet. *dec.* 203. *n.*10. & cor. Merlin. *dec.* 36. *n.* 4.
cum in paritate probationum sint potius attendendæ illæ,
quæ veritatem, quam eæ, quæ dolum, ac fraudem indu-
cunt, ut firmat Rota cor. Cerr. *dec.*131. *n.*44. *& dec.*186. 13
*n.*23. *p.*19. *rec.*

Altera vero nullitas deducta ex defectu insinuationis, a-
liarumq; solemnitatum præceptarum a Statuto Urbis *in
cap.*149. *&* 150. *lib.*1 nullius pariter subsistentiæ videba-
tur, quia cum donans esset Clericus, non tenebatur in actu
donationis solemnitates statutarias servare, cum personæ
Ecclesiasticæ Laicalibus sanctionibus non ligentur, ut tra- 14
dunt Panimoll. *dec.*53. *adnotat.* 3. *n.* 2. Adden. ad Buratt.
*decis.*280. *n.*6. Rot. post Fennon. *ad Stat. Urb. dec.*6. *vers.*
628. *n.*9. *part.* 18. & in dicta Bonon. seu Imolen. Bonorum
super portione Sor. Mariæ Cœlestis 28. Aprilis 1698. §. *Ap-
probamus*, cor. me.

Et quamvis Ecclesiasticus valeat uti per viam declaratio-
nis Statuto Laicali, illudque per modum privilegii allega- 15
re, ex notatis per Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ n.*80. *de Con-
stitut.* Bald. *in cap. cum venissent sub n.*7. *de eo qui mot. in pos-
sess.* Dec. *cons.*114. *sub n.*1. Ciarlin. *controv.*45. *n.*5. *& seqq.*
Sperell. *dec.*114. *sub n.*1. Ciarlin. *controv.*45. *num.*5. *& seqq.*
Sperell. *dec.*11. *n.*9. *& seq.* Antonell. *de jur. Cleric. lib.*1. *p.*2.
*cap.*22. *n.*1. Rot. *dec.* 175. *n.*13. *p.*17. *rec.* eadem tamen de-
claratio, quæ ab initio contractus, non autem ex amplius
non integra emitti debet, ut alias relatis firmavit Rota in 16
Romana, seu Ferretrana Donationis 16. Maii 1690. §. *Nec
obstat*, cor. bon. me. Emerix, minime in hypothesi resultare
visa est ex præfata reclamatione habita cor. R.P.D. Sperel-
lo, in qua donationem ea hoc eadem capite non servatę so-
lemnitatis statutariæ impugnavit, cum dicta reclamatio fa-
cta fuerit re non integra, & post quæsitum jus donatariis, in
quorum præjudicium ad declarationem hujusmodi amplius
devenire non poterat; minusque ex eo, quod donans cura-
verit donationem a testibus subscribi, ac rursus Procurato-
rem constituerit ad illam insinuandam; quippe quia cum
solemnitates prædictæ valuerint ab ipso requiri ad abunda-
tiorem cautelam, ac pro majori firmitate donationis, inde
illius voluntatem se subjiciendi Statuto non concludunt,
ad firmata per Rot. cor. Dunoz. jun. *decis.*919. *n.*9. *& seqq.* & 17
in dicta Bonon. seu Imolen. Bonorum super portione Sor.
Mariæ Cœlestis 17. Januarii 1698. §. *Neque validitas*, & 28.
Aprilis ejusdem anni, §. *Atque in vanum*, coram me, cum
in hac materia necessaria sit expressa, ac individua declara-
tio, quæ ad illud refectibilis non sit, ut notant Hooded.
*cons.*77. *n.*110. *tom.*2. Rot. *decis.* 38. *num.* 15. *&* 17. *p.*19. *rec.* 19
& in Romana Dotis, & fructuum 15. Martii 1694. §. *Et e-
enim relatio*, cor. bo. me. Benincasa, & 5. Julii ejusdem
anni, §. *Tertio opponi*, cor. R.P.D. Muto, & in Romana
hæreditatis 27. Januarii 1696. §. *Non urgente*, coram R.
P.D. meo

P.D. meo Pio, & 4. Februarii 1697. §. *Minus juvat*, cor. R.P.D. meo de la Tremoille, & in prælaudata Bonon. seu Imolen. Bonorum super portione Sor. Mariæ Cœlestis 23. Januarii proximi præteriti, §. *Nihilque relevat. in fine*, cor. me.

Nec refert, quod insinuatio præcisive etiam a Statuto laicali requisita sit a jure communi, proindeque ea non adimpleta, donatio præfata adhuc remaneat irrita, & nulla. Duplex enim ad objectum occurrit responsio; prima nempe, quod dicta donatio non est simplex, & pura, sed facta ob causam, ut nempe pronepotes masculi nati, & nascituri se se eum decente manutenere valerent, unde propterea insinuationis solemnitate non indigebat, ut tenet Card. de Luc.
19 *de donat. disc.* 60. *n.* 42. Rocc. *select. jur. disput. c.* 10. *n.* 44. Tort. *de premog. Ital. p.* 1. *q.* 34. *n.* 145. Thomat. *dec.* 77. *n.* 9. *& seq.* Rota cor. Cavalet. *dec.* 403. *n.* 4. cor. Bich. *decis.* 207. *n.* 27. & in Fanen. donationis 30. Decembris proximi præteriti, §. *Secundi autem generis*, cor. R.P.D. meo della Tremoille; secunda vero, quod eadem donatio roborata est juramento, quod supplet vices insinuationis ab eodem jure communi requisitæ, Gabriel. *de donat. conclus.* 1. *n.* 72.
20 Mancin. *de jurament. p.* 4. *effect.* 19. late Rot. cor. Coccin. *dec.* 1951. *n.* 143. *& recent. dec.* 382. *n.* 11. *p.* 5. *tom.* 1. *& dec.* 538. *n.* 9. *& seq. p.* 18. Nullatenus subsistente, quod Testes instrumentarii deponant, Dominicum in actu donationis non jurasse: quia cum ipsi dicant solum non recordari, an tale juramentum vere præstitum fuisset, depositione hujusmodi non excludunt illius veritatem a publico, & legali instrumento resultantem, per ea, quæ notant Ales. *consil.* 43. *n.* 16. *lib.* 4. Farinac. *de falsit. & simul. q.* 158. *n.* 118.
21 *& seq.* Menoch. *de arbit. cas.* 105. *n.* 31. *lib.* 2.

Multoque minus relevat, quod eadem insinuatio fuerit ulterius requisita ab ipso donante, qui, ut præmissum est, procuratorem specialem ad hunc effectum constituerat; cum enim ea firmatis ad donationis validitatem nullatenus fuisset necessaria; inde sequitur, quod tametsi donans illam requisiverit, illius tamen defectus non vitiat actum, cum ea intelligatur valida, quatenus de Jure requiratur, ut in specialibus terminis firmat Rot. *dec.* 919. *n.* 10. *& dec.*
22 953. *n.* 9. cor. Dunozet. jun. *dec.* 751. *n.* 3. cor. Card. Seraph. *& dec.* 10. *n.* 30. cor. san. mem. Alex. VIII.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Narnien. Census.

Ven. 2. Maii 1698.

ARGUMENTUM.

Licet Statutum causam non exigat in contractibus mulierum, vel minorum, nihilominus si exprimatur, & inepta deprehendatur, contractus corruit. Subsistit obligatio mulieris facta pro extinguendo alio debito, nulliter ob non servatas solemnitates contracto; secus, si nullitas ex alia causa, quam ea solemnitatum omissione, proveniret.

SUMMARIUM.

1 *Sententia transit in judicatum, si causa infra biennium non prosequatur.*
2 *Restitutio in integrum absque læsione non datur.*
3 *Census absque contextuale pecuniæ numeratione nullus reputatur.*
4 *Obligatio mulieris, vel minoris inita, ad effectum habendi pecunias pro extinguendo alio debito nulliter contracto, non sus[illegible]ur.*
5 *Causa finalis ex quibus deprehendatur.*
6 *Mulier, & minor nulliter contrahunt, si causa quoties exprimatur, inepta detegatur, etiamsi lex municipalis inter solemnitates causam non dinumeraverit.*
7 *Amplia, licet in contractu juramentum contineratur.*
8 *Nulla est obligatio mulieris, aut minoris ex defectu causæ expressæ, licet alia urgens adesset, quæ tamen judici minime pateat expressa.*
9 *Obligatio mulieris facta favore sui creditoris ad effectum liberandi virum a carceratione, quoties effectus nequit haberi, ut quia alii reperiantur creditores, non sustinetur.*
10 *Obligatio mulieris inita ex causa solvendi æs alienum nulliter contractum ob solemnitatum defectum est valida.*
11 *Secus, si nullitas proveniat aliunde, quam a defectu solemnitatum.*
12 *Et eo magis, ubi talis nullitas creditori non fuit ignota.*

DECISIO VIII.

BAlduinus Cardolus, qui sub anno 1650. fidejusserat, ac uti principalis principaliter, & insolidum se obligaverat in geminis censibus impositis per Carolum Vitutium, & Marcum Antonium Arcam favore Lucii de Calderinis in sortibus scut. 1400. judicialiter pulsatus pro renovatione fidejussionis in eis promissæ, post lapsum triennii de mense Februarii 1654. insimul cum Francisca Geraldina uxore censum scut. 1500. vendidit eidem Lucio de Calderinis, qui loco pretii in pecunia numerata solvendi ad formam præscriptam in notissima Constitutione Piana cessit memoratis conjugibus impositoribus dictos duos census cum fructibus in summa scut. 100. decursis, & non solutis pro integrali complemento dictæ summæ scut. 1509. ut in ipsorum Summ. *n.* 1. & successive de mense Martii ejusdem anni præfati conjuges pro extinguendo posteriori censu scut. 1500. & pro agenda lite contra hæredes prænominati Vitutii ad effectum se reintegrandi se summis solutis, imposuerunt alium censum scut. 1700. in sorte favore Romuli Maximi, Hyacinthi Sacripantis, Vincentii, ac Joannis Francisci de Cardolis; quibus postmodum agentibus cor. A. C. pro solutione fructuum, excepit Francisca Geraldina una simul cum viro in hoc censu obligata de nullitate ipsius obligationis, ac assumpta desuper disputatione favorabilem sententiam absolutoriam reportavit, deinde in hoc Sacro Auditorio confirmatam a bon. me. Albergato Decano, prævia decisione coram ipso emanata die 26. Junii 1658. impressa in *rec. decis.* 383. *p.* 12. Adversus quam licet in tempore fuerit appellatum, causaque commissa clar. mem. Card. Celso; tamen per triginta, & ultra annos nil actum fuit, & res sumpta hodie cor. me in ejus locum suffecto sub dubio: *An constet de re judicata, seu potius de causa restitutionis in integrum?* Patres affirmative, quoad primam dubii partem, & negative quoad secundam responderunt; nam de re judicata constitit ob lapsum nedum biennii, sed longe majoris temporis absque aliqua prorogatione fatalium, Text. *in Clem. sicut, de appellat.* Rota cor. san. mem. Alex. VIII. *dec.* 44. *num.* 4. *dec.* 219. *n.* 1. *& seq. & dec.* 376. 1
n. 76. *p.* 17. *& in Majoricen. Vicariæ super re judicata* 22. Junii 1695. § *Mea siquidem*, cor. me, ut dum ultra non dubitetur de validitate, ac constet de justitia sententiæ Rotalis, exclusa remaneat læsio, sine qua non datur restitutio in integrum, *l. quod si minor* 25. §. 1. *ff. de minor.* Rot. in Romana societatis 28. Junii 1684. *in princ.* cor. Rever. Toronen. in Gerunden. beneficii 18. Aprilis 1691. § 3. cor. bon. mem. Benincasa, & in d. Majoric. *eodem* §. *siquidem*, cor. me.

Et sane justitia redditur clara ex eo, quod cum prior cen- 2
sus impositus de mense Februarii 1654. fuisset nullus, & invalidus ex defectu pecuniæ numeratæ contra formam Pia- 3
næ Constitutionis, Mans. *consult.* 125. *n.* 31. *& seq.* Palm. Nepos *allegat.* 252. *n.* 1. *& seq.* Panimol. *dec.* 53. *annotat.* 7. *n.* 32. Rota *in rec. dec.* 93. *n.* 1. *p.* 16. *dec.* 337. *n.* 1. *p.* 19. & in Firmana prætensi census 4. Julii 1656. §. *Nullitas sane*, cor. me, ut ex eo nulli debeantur fructus, Cenc. *de cens. p.* 1. *cap.* 2. *q.* 4. *num.* 7. *num.* 7. *cum seq.* Rota coram Dunozet. jun. *dec.* 392. *n.* 3. coram Priolo *dec.* 17. *n.* 24. & in allegata Firmana prætensi census §. 1. coram me; obligatio mulieris in novo censu creato pro extinguendo mox exposito sub gravioribus usuris, nullo, & invalido, & quia talis extinctio eidem expediebat, non sustinetur, sed corruit una cum ipso Judicis decreto, tanquam ex falsa, & erronea causa, dum mulieri id non expediebat, minusque fructus ex dicto censu debebantur, Rota *in rec. dec.* 77. *n.* 10. *&* 11. *p.* 6. cor. Nicol. *dec.* 59. *n.* 1. *cum seq. in rec. dec.* 4
261. *n.* 10. *&* 11. *p.* 13. *dec.* 293. *n.* 6. *p.* 15. & in Romana census 13. Februarii § *falsitas causæ* & 1. Julii 1698. §. *Et quidem*, cor. Rev. Manuel.

Haud obstante, quod Patrium Statutum Narniæ in contractibus mulierum, atque minorum non requirat causam, neque comprehendat contractus juratos, quandoquidem quidquid foret, si nulla fuisset expressa causa, cum mulier

precise se obligaverit ex causa extinguendi priorem censum uti impositum sub graviori fœnore, hancque causam fuisse principalem, potissimam, & finalem ostendat tam dictio, *Ideo*, quam obligatio subsequitur, Severol. inter consultat.
5 Mans. *consult.62. n.14.* Rota *in rec. dec. 5. n.12. p.4. tom.2.* quam alia dictio, *Maxime*, quæ demonstrat causam magis præcipuam, ac potentem, Barbos. *diction. 197. n.5. in fin.* Monach. *dec. Bonon. 28. n. 45.* Rot. *in rec. dec. 1. n. 2. p.8. dec. 109. n.14 p. 12.* & in Perusina census 21. Aprilis 1679. §. 1. cor. Bourlemont, eademque causa expressa detegatur falsa, & erronea, nullatenus contractus sustineri potest ex defectu consensus, Urceol. *consultat. for. c.63.*
6 *n.14. & seqq. lib.* . Rot. cor. Merlin. *dec.603. n. 1. & 2. in rec. dec. 317. n.26. p.17.* & in Romana census 41. Januarii 1781. §. *Et denique attendendam*, cor. Rondinino, ut hinc recurri nec valeat ad juramentum, cum in eo adsit tacita
7 conditio, *Sit narrata sint vera*, Pic. *ad Statut. Urbis gloss. 23. n.34.* Card. de Luca *de dot. disc. 73. n.7.* Rot. cor. Buratt. *dec.833. n.3. & 6.* cor. Merlin. *dec. 287. num. 10 cum seq. & in d. dec. 283. n. 10. p.12.* in Carpentoratem. bonorum 21. Februarii 1679. §. *Quia objectum*, cor. Alberg. Decano, & in d. Perusina census §. *Ex his*, cor. Bourlemont.

Minus subsistere visum fuit assumptum, quod mulier in hoc ultimo censu se obligaverit ex causa etiam evitandi executionem mādatorum contra personam, & bona viri, ob quam sustineatur ejus obligatio saltem pro sorte præcedenti census, uti puro, & simplici credito; nam in instrumento creationis duntaxat Judici expressa legitur causa extinctionis præcedentis census ibi: *Sit expediens novum censum constituere, & cum pecuniis illius redimere d. censum, & cum residuo agitare contra hæredes d. Caroli, maxime quod censum ad favorem dicti Lucii constituerint ad rationem scutorum septem pro centenario, & cum pactis, & conditionibus nimis strictis, & prajudicialibus*; indeque ex alia causa; judici non expressa contractus validari non potest, & bene
8 Rota *in rec. dec.190. n. 11. & 12. p. 6. in decis. hujus causa 383. n. 9. p. 12.* & in dicta Romana census 13. Februarii 1693. §. *Quoniam*, cor. Reverendiss. Manuel. Potissime quia nec impedita fuisset distractio bonorum viri, minusq; ipsius carceratio ad instantiam aliorum creditorum, qui successive concursum efformarunt, ut declarando nullam alteram obligationem dictę mulieris advertit Rota in Nar-
9 nien. cambii 18. Junii 1685. cor. Rondinino.

Nec demum teneri potuit ad aliud assumptum, quod prior census repetiretur in implicito statu validitatis, dum nullitas antea non fuerat in Judicio deducta, ut pro eodem extinguendo valide subsequens imponi potuerit; quoniam animadvertebant Domini, in hac facti specie non agi de præcedenti contractu per mulierem nulliter inito ex defectu extrinseco solemnitatum, ut hinc subsequens contractus sustineatur, ex quo prior claudicet, ad favorem ipsius mulieris, cui acquiescere potest, ex quo dicitur esse in implicito statu validitatis, juxta terminos, quos percutiunt
10 *dec. 495. p.13.* Romana census 11. Martii 1682 cor. bo. mem. Emerix, & ultra Romana census 23. Februarii 1685. cor. Reverend. D. meo Decano, & die 18. Februarii 1686. cor. Eminen. Episcop. Mediolan.

Sed quidem de contractu nullo ex defectu intrinseco, & substantiali, ob formam non servatam numerationis pecuniæ, de substantia requisitæ in Constitutione Piana; quo enim casu sicuti contractus claudicat, nolente etiam ipsa muliere, non dicitur in implicito statu validitatis, & per consequens secundus non sustinetur, juxta distinctionem
11 quam facit Bonden. *collectat. 43 n.11. cum seq lib. 2.* Cen. *de cens. q. 88. sub n.15. vers. Ego vero usque ad fin.* Salgad. *in labyrint. credit. p 2. c. 17. n. 46.* & Rota post eum *dec. 176. n.2. & 3.* Urceoll. *dec. Florent. 10. n.4.* & eadem Rota cor. Priolo *dec.17. a n.20.*

Eoque certius, quia in hypothesi nulla allegabilis est bona fides, ex quo nullitas ista non erat latens, sed creditoribus apparebat ex ipso instrumento secundi census, in quo narratum fuit, primum creatum fuisse ex cessione pretii aliorum duorum censuum, proindeque constabat de non numerata pecunia, indispensabiliter per d. Constitutionem requisita.

Et ita conclusum partibus auditis &c.

R. P. D. MUTO.

Narnien. Census,

Lun. 21. Maii 1699.

A R G U M E N T U M.

Superius notata confirmatur decisio,

S U M M A R I U M.

1 *MUlier si debitum constituerit ad effectum extinguendi censum nullum, ejus obligatio non sustinetur.*

2 *Quamvis Statutum in contractibus mulierum non requirat causam, si exprimatur, & ex expressione constet illam esse ineptam, contractus corruit, licet esset juramento munitus.*

3 *Quando ratio haberi non debeat de fructibus compensativis.*

4 *Ut contractus mulieris sustineatur, vel irritetur, attenditur tantum causa expressa. Amplia, ut n. 5.*

6 *Contractus mulieris corruit in totum, si causa expressa in parte inepta, vel falsa detegatur.*

7 *Mulier si se obligaverit pro extinguendo debito nullo ex defectu solemnitatum, obligatio valida reputatur; secus si nullitas ex alio capite proveniret.*

DECISIO IX.

EX eisdem fundamentis, quibus moti fuerunt DD. secunda die Maii superioris anni pro deneganda restitutione in integrū postulata contra Rotalem sententiam bon. me. Albergati in judicatum transactam, confirmatoriam alterius A.C. declarantis nullam, atque invalidam obligationem Franciscę insimul cum Balduino viro factam in censu, de quo agitur, sortis sc. 1700. imposito tam pro extinguendo altero censu sc.1500. creato de anno 1653. in quo pariter eadem Francisca accesserat, tam pro solvendis fructibus illius, quam etiam pro agenda lite contra hæredes Virutii, ad effectum consequendi reintegrationem hujusmodi censualium summarum; etiam hodie post concessam actoribus novam audientiam in decisis persistendum esse censuerunt, nam iterum constitit de justitia prænarratæ sententiæ Rotalis in judicatum transactę, unice dūtaxat controversa: cum enim relatus census sortis sc.1500. utpote creatus absque pecunia numerata, contra notissimam Constitutionem Pianam, sed cum capitali aliorum duorum censuum, pro quibus Balduinus Franciscæ vir fidejusserat, remansisset citra contentionem nullus, atque invalidus, innegabiliter sequitur, quod prænarrata obligatio Franciscæ in posteriori censu sortis sc.1700. imposito pro extinguendo præcedēti creato sub præsupposito eandem novam impositionem sibi utiliter agere, atq; expedire, pariter non sustineatur, sed in totum corruat una cum Judicis decreto, ob falsam, & erroneam causam dictæ utilitatis expositam, dum stante nullitate præcedentis census ejusdem extinctio mulieri non expediebat, nec ex eo fructus debebantur, ut ultra allegatos in præterita decisione, §. *Ut sane*, Text. *in l. magis puto*, §. *Ex alienum ff de rebus aliorum*, Pic. *ad Stat. urbis, gloss. 21. n.* 1
35. & 36. & gloss. 22. n.7. & 8. Rota post Cent. *de cens. dec. 36. n.1. & 2.* & cor. Merlin. *dec. 540. n.3.* Non urgente dispositione Patrii Statuti Civitatis Narnię minime requirentis causam in contractibus mulierum, atque minorum, nec comprehendentis contractum, ut hic juratum; nam cum causa fuerit expressa, & detegatur falsa, & erronea, applicari non potest dispositio Statuti non requirentis quidem causam, sed eadem falsa, & erronea præexistente, nullatenus salvantis actum ex defectu consensus prorsus nullum, & irritum, tametsi juramentum accedat, ut late firmatum 2
fuit in præterita decisione, §. *Haud obstante*.

Replicatione nec minus attenta, quod cum prænominati conjuges, mediante dicto censu in sorte sc.1500. de anno 1654. ut supra nulliter imposito, acquisiverint in recompensam censualium pecuniarum enunciatos duos census creatos a d. Carolo Vitutio, & Marco Antonio Arca, indeque creditoribus controversi postremi census seu t. 1671. debiti videantur fructus, si non uti conventi, saltem tanquam compensativi, ob æquitatem famigeratæ legis *Curabis, C. de action. empti*, aut in omnem casum prædicta mulier evitare non possit restitutionem sortis, ex quo in hoc ultimo censu se obligaverit ex causa etiam evitandi executionem mandatorum contra personam, & bona viri

obli-

obligati in relatis geminis censibus impositis per recensitos Vitutium & Arcam. Quandoquidem respectu fructuum ex dispositione d.*l.Curabit*, Francisca ad eos non tenetur, cum certum in facto habeatur, quod tam ipsa, quam ejus vir nullos fructus ex dd. duobus censibus sibi loco sortis alterius census assignatis, atque cessis perceperunt a Vitutio, & Arca debitoribus, ex quo ambo decesserunt decocti, ut quoad Vitutium convincitur ex relatione periti ab A.C. deputati, ac ex subsecuta sententia lata per eundem A.C. contra ipsum Balduinum virum, & quoad Arcam probatur, ex quo ejus bona distracta fuerunt per Congregationem Baronum ad creditorum instantiam, quorum major etiam pars detecta remanserit; quoties enim per cessionarium, seu assignatarium nulli fructus percepti fuerunt inutiliter, inde prætenditur, ex dispositione d.*l.Curabit*, eos ad eorundem compen-
3 sativam restitutionem teneri, Rot.cor.Seraph. *dec.*380.*n.*3. *&* 4. plene cor. Zaratt. *dec.* 103. *n.*34. *et* 45. & cor. san. memor. Alex VIII. *dec.*2. *et* 3. & cor. Bich. *dec.*521. *n.*4.

Pariter nec subsistere, quod dictus posterior census impositus fuerit ex causa evitandi carcerationem, & subhastationem bonorum Balduini viri obligati in præadductis censibus impositis a Vitutio, & Arca, nec non effugiendi imminentem bonorum illius deliberationem, eo quia in instrumēto creationis solum expressa fuit causa extinctionis præcedentis census sc. 1500. una cum propositio litis introducendæ contra hæredem Vitutii, ibi - *Sit expediens novum*
4 *census constituere, et cum residuo agitare contra hæredes d. Caroli*; secus tamen altera causa carcerationem viri, seu ipsius bonorum deliberationem vitandi, quam non sufficit expressam fuisse in creatione prioris census sc. 1500. nam e-
5 tiam in posteriori repetenda erat, & in omnem casum, etsi hæc etiam causa narrata fuisset, cum altera expressa remansisset falsa, mulieris obligatio redderetur nulla in totum propter decreti Judicis individuitatem, Grat.*discept.for.cap.*
6 691. *n.*31. *et* 33. Pich. *ad Statut. urbis d.gloss.*27. *n.*36. Rot. cor. Merlin. *citata dec.*540. *n.*10.

Maxime, quia hæc etiam causa fuisset falsa, ac insubsistens, eo quia bona Balduini viri distracta fuerunt a Congregatione Baronum, & satisfactis creditoribus anterioribus, vix remanserunt bona sufficientia pro dote ipsius Franciscæ uxoris, cum qua creditores posteriores, & inter eos memoratum Calderinum creditorem d. census sc. 1500. impedire poterat, quominus distrahi faceret dicta bona, ut ex his fundamentis sacrum Tribunal canonizaverit nullitatem alterius obligationis factæ ab eadem Francisca in Nacnien. cambii 18. Junii 1685. §. *Non quidem cum plur. seqq.* cor. bon. mem. Rondinino.

Demum nec urgere visa fuit prætensio, quod dictus prior census scut. 1500. reperiretur in implicito statu validitatis, cum adhuc nullitas in judicio deducta non fuerit, ut alter pro eodem extinguendo imponi potuisset; nam cum prior census nullus extitisset ex defectu intrinseco, ob non servatam nimirum formam Cōstitutionis Pianæ numerationem exigentis in creatione census, ut nec etiam volente muliere actus iste subsistere possit; ita ex hoc capite impliciti status validitatis sustineri nec potest alter subsequenter gestus, quidquid foret, si antecedens contractus nullus simpliciter fuisset ex defectu solemnitatum, ut distinguendo tradunt Urceol. *dec. Florent.* 10. *n.*1. Rot. post Salgad. *in labyr. cred.*
7 *p.*3. *cap.*17. *n.*46. cor. Priol. *dec.* 17. *n.*20. *cum seqq. cum aliis in præc. dec.* §. *Non demum cum* §. *seq.*

R.P.D. DELLA TREMOILLE.

Fanen. Donationis.

Mercurii 10. Decembris 1698.

A R G U M E N T U M.

Mulier major valet absque solemnitatibus donationem exarare pro conservatione familiæ, & intuitu matrimonii; filii quando censeantur in donatione contemplati ex eorum propria persona.

S U M M A R I U M.

1 *Donans post emissam donationem nequit aliquod onus in bonis donantis apponere.*
2 *Donatio, ut sustineatur, debet insinuari.*
3 *Insinuatio probari debet ab eo, qui in ea se fundat, sive agat, sive excipiat.*
4 *Solemnitates in donationibus onerosis non requiruntur.*
5 *Donatio, in qua reperitur onus fideicommissi, est a solemnitatum necessitate exempta, et n.*6. *et* 7.
*Limita, ut n.*9.
8 *Filii in donatione tanquam patris hæredes præsumuntur contemplati.*
10 *Limita, si agatur de donatione intuitu certi, et determinati matrimonii, ac qualitas hæreditaria explicite expressa non fuerit, et conjecturæ non concurrant, illam voluisse suadentes, et num.*11.
12 *Donatio, quæ sit patri acceptanti etiam pro filiis, istos comprehendit tanquam patris hæredes, secus si facta fuerit patri, et filiis.*
13 *Solemnitates non requiruntur in donatione facta contemplatione certi, et determinati matrimonii, et n.*14. *et* 15.
16 *Donatio quando censeatur facta intuitu matrimonii, licet in capitulis non legatur, et post facta fuerit.*
17 *Testes de facto loquentes plene probant.*
18 *In materia dotali præsumptiones, et indicia admittuntur.*
19 *Ac etiam validum reputatur dict. unici Testis mediatoris.*
20 *Fides a teste exarata, omni suspicione caret, si testis deinde absque illius retractatione obierit.*
21 *Decisiones* 255. *Ottobon. et* 405. *Cerr. declarantur.*
22 *Donatio facta favore mulieris nuptura est exempta a solemnitatibus.*
23 *Prout etiam illa, quæ fit a patre, vel avo obligatis filias dotare, filiosque alere.*
24 *Donatio, quæ ex mera liberalitate provenit, licet facta sit intuitu matrimonii, subjacet solemnitatibus.*
25 *Declara, ut procedat in donatione, quæ fit a minore, vel ab alio, intuitu ancestū matrimonii; secus si peragatur a muliere majore, contemplatione certi, et determinati matrimonii, etc. n.* 26.
27 *Quoties dignoscatur in contractu fraudem non intervenisse, non est curandum de solemnitatibus defectu.*
28 *Decreta Ducis Urbini non leguntur inter Constitutiones authoritate Pontificis post devolutionem approbatas.*
29 *Et ideo si publicata non doceantur, servanda non sunt.*

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

D E C I S I O X.

Domini censuerunt non esse dandam fratribus de Matthæis immissionem ex fideicommisso condito a Catharina de Matthæis, & eorum favore jam purificato ob mortem sine filii Annæ Felicis illius ex Francisco filio neptis: quia cum Testatrix contemplatione matrimonii contrahendi cum Domitia Guarneria libere donasset filio donatione, quæ dicitur inter vivos, bona omnia, de quibus est quæstio, non potuit in posteriori Testamento fideicommissi, seu restitutionis onus aliamve conditionem adjicere, 1
l.perfecta 4. *C.de donat. quæ sub mod. fiunt*, *l. possessionem* 3. *C.de revocand. donat.* Quesad. *dissert.*19. *n.* 55. de Marin. *quotid. resol. lib.*2. *cap.*165. Rot. *dec.*515. *num.*6. *p.*13. *rec.* & cor. Bich. *dec.*235. *num.*8. cum aliis in Rom. fideic. 28. Jan. §. *non quidem prima*, & 10. Junii 1686. §. *multoque minus*, cor. bon. mem. Ursino.

Et licet objiceretur immissionem fideicommissariis debitam ex solemni Testamento, ritéque ordinato fideicommisso, impediri non posse exceptione donationis deficientis in insinuatione a jure, a Carpensi, a Statuto Barchii requisita, Rot.cor. Rembold. *dec.* 535. *n.*15. cum excipiens in sua ex- 2
ceptione vices actoris subeat, ideoque docendum ab eo sit donationem, qua fatuetur, undequaque validam, cunctisque munitam esse solemnitatibus, clar.mem. Card. de Luca *de donat. disc.*29. *sub n.*15. Sperell. *dec.*47. *n.*17. §. *Cæterum*, Rota *in rec. dec.*121. *n.*8. *tom.* 2. *et dec.* 470. *n.*21. *tom.* 5. *p.*4. qui omnes hunc casum distinguunt ab alio, in quo Actor nullam in judicio diceret donationem, ageretq; actione rescissoria ex defectu solemnitatum, quem ipse tanquam fundamētum suæ intentionis concludenter probare teneretur.

Nihilominus objectum facile tolli visum est inspecta qualitate donationis, quæ non fuit pura, & simplex, pro-

sistens ex mera liberalitate erga donatarium, quam legislatores solemnitate insinuationis cohibere voluerunt; sed plura continebat onera, causasque respiciebat, & idcirco exempta erat tum ab insinuationis, tum etiam ab aliarum solemnitatum observatione, quæ locum habent in veris duntaxat donationibus, ut sunt contractus nominati, non autem in improriis, & factis ob causam, quæ illis dat a-
4 liam formam, easque mutat in contractum innominatum do, ut facias, argumento text. *in l. fin. in fin. princ. Cod. de jur. dot.* Gloss. *in leg. Aquilius Regulas 17. verb. non meram,* ibique Bart. *n. 3. ff. de donat.* Alex. *cons. 15. n. 5. lib. 1.* Ruin. *cons. 52. n. 8. & cons. 182. n. 13. vers. secundo etiam. libr. 1.* Grat. *discept. 297. n. 7. & discept. 455. n. 17.* Rota cor. Buratt. *dec. 7. n. 7. & seqq.* cor. Merlin. *dec. 392. n. 89.* Coccin. *dec. 340. n. 2. & dec. 533. n. 7. decis. 133. vers. non quando,* post Fenzon. *ad Stat. Urb. & in rec. dec. 392. n. 32. p. 6. dec. 57. n. 4. p. 15. dec. 343. n. 23. & seq. p. 16.* & in una Bonon. seu Imolen. Bonorum super portione Sor. Mariæ Cælestis 27. Januarii, *§. qua facilius,* confirmata 28. Aprilis 1698. *§. penultimo,* cor. R. P. D. dell'Olmo.

Secundi autem generis esse donationem de qua agitur, resultat primo; ex quo a matre facta legitur Francisco, & filiis ex eo nascituris; ideoque continet implicitum fideicommissum, & gravamen restitutionis favore filiorum, cujus vi dici nequit pura, & simplex, sed tanquam onerosa, seu causalis, nec insinuatione, nec alia solemnitate ad sui indigat validitatem, Card. de Luca *de donat. disc. 60. n. 42.* Rocc. *disp. jur. select. cap. 10. n. 44.* Torr. *de majorat. & pri-*
5 *mogenit. Ital. p. 1. q. 54. n. 135.* Thomat. *dec. 77. n. 9. & 10.* Rot. cor. Cavaler. *dec. 407. n. 4.* & cor. Bich. *dec. 207. num 27.* & Anconitana donationis 2. Maii 1695. *§. eoque certius,* cor. bon. mem. Emerix; ut etiam de donatione facta cum onere primogenituræ, vel contemplatione agnationis, idem
6 censuit Rot. *dec. 460. n. 6. & seq. p. 4. tom. 2. rec. dec. 118. n. 11. p. 6.* & cor. san. mem. Alexandro VIII. *dec. 182. n. 17.* quodque non absimile onus assumendi cognomen, & arma familiæ donantis, donationem tanquam factam ob causam pariter eximat a necessitate adhibendi insinuationem, tra-
7 dit Cyllan. *in Catalog. glor. mund. p. 1. conclus. 46. n. 3. in fin.* Grat. *discept. 381. n. 24. & 25.*

Nec officit replicatio, qua dicebatur filios donantis non ex propria persona, sed tanquam patris hæredes in dubio censendos fuisse vocatos ad bona donata, juxta celebrem Gloss. *in lege si tibi decem 17. §. si pactus sim verbo proderit ff. de pactis,* ubi Bart. aliique communiter, Quesada *diss.*
8 *19. n. 72. & pluribus seq.* Rocc. *disp. jur. select. cap. 106.* ubi late Barbos. *vot. dec. 14. n.* Sanfelic. *dec. 200.* & in d. Romana fideicomm. 28. Januarii, *§. Etenim, & si,* & 10. Junii 1686. *§. nihilominus animadvertebant,* cor. Ursino; quocirca cum qualitas hæreditaria patris destruat titulum simplicis fideicommissi in donatione subintellecti favore filiorum, subintrat necessitas insinuationis, ut illa sustineatur, tametsi facta fuerit favore liberorum, Pasis. *cons. 16. n. 23. lib. 1.* Gabr. *cons. 52. n. 9. in fin. lib. 2.* Surd. *cons. 361.*
9 *n. 8. & 9.* Rot. *dec. 759. n. 2. & 3. par. 4. divers. dec. 924. sub initium,* cor. Buratto.

Quia cum filii absque qualitate hæreditaria vocantur in donatione facta contemplatione certi matrimonii, desuntque conjecturæ suadentes illos uti hæredes donatarii a donante consideratos fuisse, semper tanquam filios, & ex propria persona vocatos, censendos esse voluerunt innumeri
10 Doctores, quos colligunt, & sequuntur Prat. *discept. for. c. 30. n. 115. & seq. tom. 3.* Altimar. ad Rovit. *cons. 94. n. & 16. 13. lib. 1.* Castill. *dec. 106. ex n. 7.* Donad. *de renunc. c. 47. n. 123. tom. 2.* Fontanell. *dec. 55. num. 11.* Rota cor. Merlin. *dec. 406. n. 7.* Cels. *dec. 221. n. 5. & seqq. & in rec. decis. 33. n. 8. & seq. p. 12.* eam ob rationem, quia in hujusmodi donationibus tam donans, quam donatarius de futura prole cogitasse, liberisque suscipiendis consulere voluisse præsumuntur, quibus satis provisum non videretur, si eisdem non nisi tanquam patris hæredibus eventuale tantummodo jus, non autem certum, & irrevocabile, propriaque
11 in persona radicatum, ex donatione quæreretur, Venturin. *cons. 14. n. 64. & seq.* Altimar. ad Rovit. *cons. 15. n. 5. lib. 2.* Barbos. *vot. dec. 14. n. 6.* Rot. cor. Coccin. *dec. 1990. n. 12. & in rec. dec. 229. n. 6. & seqq. p. 12.*

Et præterea vis replicationis eliditur verbis, & aperto tenore donationis, quæ non legitur acceptata a patre stipulante pro se, & filiis, in quo sensu loquuntur Doctores in contrarium allegati; sed contemplatione certi matrimonii a donatrice facta reperitur patri, nec non etiam filiis copulative vocatis, & æque principaliter ab illa contemplatis, in super quam Notarius illam discretive acceptavit tam pro donatario, quam pro filiis ex eo nascituris; quibus manifestum fit donationem dici non posse factam gratia donatarii duntaxat, sed etiam gratia filiorum, eisdemque quæsitum fuisse jus substitutionis, cujus vi emolumenta capere non dicuntur a donatario, sed a donante, qui tot censetur fecisse donationes, quot sunt personæ ab eo principaliter contemplatæ, ut bene hunc casum distinguendo a primo, post antiquiores, tradiderunt Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos.* 12
9. p. 1. n. 10. Capyc. Galeot. *contr. 57. n. 18. lib. 1.* clar. memor. Card. de Luca *de donat. disc. 1. n. 11. & 12. & disc. 2. n. 4.* Altimar. ad Rovit. *cons. 94. n. 18. lib. 1.* Rocc. *disp. jur. select. cap. 106. n. 19. & seq.* Palma *allegat. 58. n. 4.* Barbos. *vot. dec. 14. n. 7. & seq.* Rot. cor. Peuting. *dec. 406. n. 5. & 6.* coram Ninot. *dec. 80. n. 3.* coram Priol. *dec. 203. n. 2. & in rec. dec. 13. n. 6. & seq. dec. 98. n. 2. p. 10. decis. 129. n. 3. & dec. 217. n. 7. p. 13. dec. 529. num. 1. & seq. p. 14.* in Urbevetana fideicommissi 12. Januarii 1685. & 8. Februarii 1686. *utrobique sub initium,* cor. Reverendiss. Hervault. Archiepiscop. Turonen.

Ex eo autem, quod donatio hæc, ut præfertur, facta dici debeat contemplatione certi matrimonii, altera resultat non absimilis ratio, ob quam valide censenda sit, tametsi destituta solemnitate insinuationis; nam contractus isti contractus sunt familiarum, non personarum contrahen- 13
tium, ut post Anoeum Robert. *lib. 1. rer. Judicat. cap. 2.* Fabrum *in C. lib. 5. tit. 9. definit. 11. n. 5. in allegat.* novissime dixit Rota in una Melevitana retrodonationis a me edita die 28. mensis elapsi, atque ex illis nedum jus quæritur donatario, sed illius filiis, sponsæ, ejusque parentibus, qui patrimonia sua pene conficientes ingentes dant dotes, ut filiæ divitibus viris nubant, alias nec tantam dotem, nec filias maritis traderent, si hac spe frustrari aliquando posse prævidissent revocatione donationis, vel adjectione conditionum futuræ soboli præjudicialium; quamobrem hujusmodi donationes recte dicuntur correspectivæ, & factæ ob causam, qua cessante, nuptiæ quoque, quarum pars sunt, infectæ mansissent, Venturin. *cons 14. n. 17. & seq* Altimar. 14
ad Rovit. *cons. 15. n. 2. lib. 1.* Staiban. jun. *res. 22. num. 17. & seqq. & res. 45. n. 29. & seqq. ibique in observ* Torr. *de pact. futur. success. lib. 13. n. 180. & seqq.* Rocc. *disp. jur. select. cap. 106. n. 7. & cap. 110. n. 6. & seqq.* Rota cor. Coccin. *dec. 1990. n. 4. & seqq. & dec. 259. n. 16. p. 12.* cum aliis allegatis in d. Melevitana retrodonationis, *§. qua spe cum seq.* proindeque validæ sunt, licet careant insinuatione, aut alia quacunque solemnitate, municipali lege præscripta,
late Altograd. *cons. 7. fore per tot. lib. 1.* Peregr. *cons. 78. n. 8.* 15
& 9. lib. 3. Staiban. jun. *d. res. 22. n. 19.* clar. mem. Cardin. de Luca *de donat. disc. 60. num. 45.* Adden. ad Buratt. *decis. 924. n. 17.* Thomat. *dec. Marcb. 77. n. 8. et seq.* Rota coram Merlin. *dec. 877. n. 3. et in rec. dec. 460. n. 2. et seq. et n. 9. p. 4. tom. 2. dec. 58. n. 49. et seq. p. 6. dec. 114. n. 11. p. 7. dec. 57. n. 3. et dec. 271. n. 13. p. 15.* in Sabinen. donationis 2. Junii 1692. *§. Nec subsistit,* cor. bon. mem. Benincasa, & in Anconitana donationis 2. Maii 1695. *§. Hoc unum Domini,* cor. bon. mem. Emerix.

Quorum actuum correspectivitati, mutuæque causalitati non officit donationem istam factam non legi in Capitulis matrimonialibus; quinimo cum hæc stipulata fuerit tredecim post dies, anterior propterea donatio dici nequeat 16
correspectiva nuptiali contractui postea celebrato, minusque illius naturam, & privilegia assumere possit, Rota coram san. mem. Alex. VIII. *dec. 255. n. 1. et seq.* & cor. Card. Cerro *dec. 406. n. 6 et 7.*

Quia correspectivorum actuum essentia in eo consistit, ut alter fiat contemplatione alterius, & utriusque ita se invicem respiciant, ut alter sine altero esse non possit, Giurb. *decis. 85. num. 18. et seqq.* Rota in Romana, seu Florentina dotis 28. Junii 1696. *§. 1. Non obstat,* cor. Reverendissimo Molines Decano, & in nostris terminis late Venturin. *consil. 14. num. 32. et seq.* Quocirca parvi refert donationem non fuisse contextualiter stipulatam in Capitulis matrimonialibus; sed dummodo constet illa non secuta, matrimonium quoque infectum futurum, correspectivæ ad utrinque aderit, etiamsi in separatis instrumentis, & diversis temporibus res gesta fuerit, ut probant authoritates mox allegatæ.

Atque ad id comprobandum plurima in nostra hypothesi concurrunt argumenta desumpta ex rei gestæ natura, ex qualitate personarum, ex loci & temporis circumstantiis, cæterisque demonstrationibus, ad quæ prudens judex his in causis animum advertere debet, ut dictum fuit in una Ro-

mans

mana, seu Janoen. laudi 26. Februarii anni præteriti, §. *Cumque ad probandum*, coram me.

Et quidem primo plurimum urgere visa est præsumptio illa resultans ex consueta ratione agendi, qua hujusmodi donationes raro fiunt contemplatione vagi, & incerti matrimonii; sed plerumque parentes hanc in filios liberalitatem exercent, cum id exigit præsens jam parataque occasio nuptiarum, & quia prius volitæ, & conventæ fuerunt inter affines sponsæ, ipsosque met sponsos, alioquin matrimonium non contracturos, Rocc. *disp. jur. select. cap.* 10. *n.* 4.

Cui generali præsumptioni adjicitur alia specialis resultans ex qualitate personarum; nam cæteris proscriptis filiis matris onus domi superstes erat Franciscus, cujus nuptias viri prædefuncti familiam constabilire posset, ut ipsa summopere optabat; sed quia illius deformitas plurimum habebat offensionis, eamque ob causam Domitia puella Nobilis Civitatis Auximanæ, & congrue a parentibus dotata, ejusdem conjugium aversabatur, patriosque lares, & parentes relinquere renuebat, ut deponunt Testes infra recensendi, provida mater sapienti consilio puellam, ejusque consanguineos irretivit donationis illico, quo plerumque sponsæ extra Patriam evocantur, & inducuntur ad ineundas nuptias cum dispari, vel deformi viro, nullo pacto, vel saltem cum tanta dote, si illi non traditur, aliqua disparitatis non recepta compensatione.

Sed etiam valde comprobant circumstantiæ loci, & temporis; nam mater gestiens desiderium nuptiarum filii, aliisque motam esse noscens dilatam ab ipsa donatione, eam demum perfecit, subindeque matrimonium celebratum illico fuit; hic autem post donationem statim subsecutus eventus manifeste patefacit jam præcessisse tractatus nuptiarum, mutuasque promissiones dotis, & correspectivæ donationis, nilque aliud illius perficiendis defuisse, quam ut mater pollicitam adimplendo donationem, supremam operi manum admoveret; nam alioquin, ut quotidiana docet experientia, impossibile propemodum fuisse inter sponsos, & affines remotis dissitos regionibus constabilire nuptias, convenire de dotibus, muliebrem mundum, nuptialemque apparatum instruere, sponsamque e Patria ad viri domum traducere, atque hæc omnia spatio tresdecim duntaxat dierum conficere, quamobrem continentia ista, & vicinitas actuum bene demonstrat correspectivitatem inter donationem, & matrimonium, licet de ea mentio nulla habita fuerit in Capitulis matrimonialibus, Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 29. *& seqq.* Rota post eundem *dec.* 87. *n.* 9. *&* 10. cumque Judicis arbitrio dijudicandum relinquatur, quo quandoque tempore inducatur, vel excludatur actuum correspectivitas, profecto si spectetur qualitas rei gestæ, lapsus 13. dierum illam non tollet, ut de actibus totidem dierum intervallo celebratis dixit Giur. *dec* 85. *n.* 19.

Remque dumum ita revera se habuisse comprobant dissensi Testes, quorum opera matrimonium conclusum fuit, quique apertis verbis asserunt illud contrahendum non fuisse, si donatio non præcessisset, Summario *n.* 3. qui Testes tanquam loquentes de facto proprio, plene probant,
17 Rot. cor. Peuting. *dec.* 348. *n.* 17. *&* 18. & cor. Celso *dec.* 312. *n.* 4. Cumque in hac causa præsumptiones, cæteraque probationum indicia jura produta non habeantur irrita, *leg.*
18 *cum circa* 25. *Cod. de jud. et.* Rota in una Montis Alti dotis 17. Maii 1683. §. *nec opponi*, in Bononien. dotis, & bonorum 14. Junii 1688. §. *quos inter Testes*, cor. Reverendissi-
19 mo D. Hervavult Archiepiscopo Turonen. in quibus unico Teste mediatori fidem præstandam esse Rota censuit; præfati proinde Testes, seu mediatores, licet formiter non examinati, plenam tamen in nostra hypothesi fidem faciunt, cum tot supra relatis fulciantur adminiculis, ut ex allegatis authoritatibus, maxime quia illorum alter supremum diem obiit non revocata attestatione, quam propterea omni suspicione vacare, scripsit Farinacc. *de test.*
20 *q.* 74. *n.* 107. Rota *dec.* 352. *n.* 7. coram Cavaler, *& dec.* 53. *n.* 2. coram Ubago.

Ex quibus non applicari noscuntur casui nostro decisiones san. mem. Alexand. VIII. & clar. mem. Card. Cerr. in objecto allegatæ; nam in illis cum filii donatarii se tuerentur adversus patris creditores fideicommisso, quod in simili donatione ordinatum contendebant, Rota recte respondit,
21 fideicommissum nullum adfuisse, quia ex toto contextu donationis aperte patebat illam factam fuisse contemplatione donatarii duntaxat, ejusque hæredum, & successorum, nulla unquam facta mentione filiorum, quibus proinde prodesse non poterat, quod donatio contemporanea ad matrimonium legeretur, certius quia contemporaneitas ista contra creditores actionem desumentes ex publico instrumento, probata dici non poterat apocha privata destituta solemnitate unius Testis, atque etiam quia illa sola alio non coadjuvata adminiculo, non sufficiebat ad inducendam correspectivitatem; qui sane casus longe distat a nostro themate.

Constabilito itaque donationem, de qua agitur, factam fuisse contemplatione certi matrimonii, frustra replicabatur illam tunc demum censendam esse exemptam ab observatione solemnitatum, cum facta legitur favore mulieris nupturæ, quasi eo casu naturam assumat dotis, aut dotalis augmenti, eorumque privilegia consequatur, juxta concordantes Rotæ resolutiones relatas in una Romana dona-
tionis 14. Martii 1689. sub initium cor. R. D. Hervavult, 22
vel etiam quando donatio fit ex causa necessaria, ut puta si
fiat a Patre, vel Avo, ad filias dotandas, filiosque alendos
obligatis *dec.* 2. *n.* 11. post Pic. *ad stat. urb.* & sic res se 23
habet in casu nostro, in quo donatio ex pura liberalitate
filio a Matre facta legitur, Adden. ad Greg. *dec.* 401. *n.* 13.
Rota cor. Cavaler. *dec.* 257. *n.* 8.

Nam donationes contemplatione certi matrimonii solvuntur legibus statutariis, non quia favore dotis, alioque 24
gaudeant privilegio, vel a necessaria causa impetentur, sed ob correspectivitatem, mutuamque causalitatem intercedentem inter illas, & matrimonialem contractum, cujus pars sunt, & cujus fides frangeretur, si quoquo modo revocarentur, aut commutaretur, ut late probatum fuit in §. *Ex re autem*; auctoritates vero in objecto allegatæ intelligendæ sunt in casu donationis factæ ex causa incerti matrimonii, vel de ea, quæ facta fuerit a minore de jure communi donare prohibito; at extra rem sunt, cum agitur de donatione mulieris majoris, cui cum libera sit suorum bonorum dispositio, *leg. sed si ego, ff. ad Vellejan.* Ciriac. *contr.* 128.
n. 46. Adden. ad Pamphil. *dec.* 171. Rot. *et dec.* 158. *n.* 1. *p.* 1. 25
divers. ut sine solemnitatibus valide donare queat, non requiritur favor dotis, aut præcisa necessitas, sed sufficit, quod donatio fiat a matre impulsa naturali amore, ut hac ratione filio reperiat ditiorem sponsam, ampliores que nuptias alias non contrahendas, Rocc. *disp. jur. select. cap.* 110. *n.* 8. *et seqq.* Rota cor. Rembold. *dec.* 430. *n.* 8. *dec.* 380. *n.* 9. *et* 10. *part.* 14. *dec.* 341. *n.* 14. *part.* 19. in Sabinen. Donationis
3. Junii 1692. §. *nam quidquid sit*, *et* §. *penultime*, cor. bonæ 26
mem. Benincasa in Romana, seu Ferentina Donationis 14. Martii 1692. §. *Non obstat*, cor. bon. mem. Emeria, & in dicta Anconitana Donationis cor. eodem, locis allegatis.

Hisque subdebatur, potiori ratione in nostra hypothesi solemnitatum omissionem non officere validitati donationis, quia procul aberat suspicio omnis fraudis, aut circumventionis, quas solummodo leges, & Statuta amoliri studuerunt; nam mater præveniendo quodammodo naturæ vota, unico qui ipsi domi superstes filio, bona sua donaverat, ut honorificentius nuberet, reservato sibi usufructu, & congrua quantitate ad effectum testandi; quamobrem frustra quæri debebat de subtiliori observatione solemnitatum præscriptarum propter fragilitatem mulierum, dum similis donatio non fraude ab impotenti fragilique muliere extorta, sed pietate commendata videbatur, Cravett. *cons.*
39. *n.* 14. Surd. *cons.* 461. *n.* 11. Mantian. *disput.* 59. *num.* 22. 27
Sanfelic. *in praxi select.* 27. *n.* 48. Rota in dicta Sabinen. Donationis, §. *final.* & in Bononien. seu Imolen. Bonorum pro portione Sororis Mariæ Cælestis 27. Januarii, §. *quæ facilius procedunt*, & 28. Aprilis anni præteriti, §. *penultime*, cor. R. P. D. meo dell' Olmo.

Nil denique turbat defectus licentiæ Cardinalis Legati Ducatus Urbini, quæ juxta Ducalia decreta edita anno 1621. & 1641. requiritur etiam post devolutionem d. Status, eo quia dd. decreta a Sede Apostol. confirmata non fuerunt, quia illa non leguntur inter Constitutiones au-
ctoritate Pontificia post devolutionem approbatas, Rot. 28
dec. 171. *n.* 10. *vers. observatum fuit part.* 15. *rec.* & præterea eadem publicata non docentur in terra Barchii; ubi contractus celebratus fuit; ideoque servanda non erant late in
his præcisis terminis, Conciol. *allegat.* 39. referens ita plu- 29
ries in judicio obtinuisse.

Et ita patribus acriter informantibus responsum fuit favore Francisci Laconi hæredis testamentarii Annæ Felicis.

R. P. D.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Donationis.

Lun. 27. Martii 1639.

A R G U M E N T U M.

Limitatur conclusio in antecedenti decisione tradita, & firmatur, quod sustineatur donatio facta a muliere pro conservatione familiæ, quando tamen familia est propria; secus si aliena.

S U M M A R I U M.

1 Mulier nequit deteriorem facere suam dotem.
2 Idque procedit, etsi contractus executio conferatur in tempus dissoluti matrimonii.
3 Donatio inter virum, & uxorem de jure nulla.
4 Et non solum quando in donatione cadunt bona dotalia, sed etiam ubi comprehenduntur bona extradotalia.
5 Ampliatur, ut nempe irritatio actus nedum procedat, si emissus fuerit favore viri, sed etiam quando respicit aliam personam, viri tamen intuitu contemplatam.
6 Ex quibus probetur donationem fuisse factam contemplatione viri.
7 Solemnitates absque causa mulieris contractum non convalidant.
8 Causa autem debet respicere ipsius mulieris commodum, & interesse.
9 Quoties in donatione per mulierem emissa favore viri, seu alterius, ipsius tamen viri contemplatione, nulla legitima dignoscitur causa, præsumitur, quod actus processerit ex metu reverentiali, vel ex inordinata charitate.
10 Mulier licite potest donare, quando donatio respicit conservationem familiæ, & agnationis.
11 Declara, ut ad d. effectum requiratur, quod contemplata sit familia, & agnatio ipsius mulieris, secus si aliena; tunc enim donatio irritatur.
12 Amplia, etiamsi in donatione primo loco contemplati fuerint filii nascituri ejusdem mulieris, quoties isti moraliter haberi non poterant.
13 Donatio, quæ emissa fuit per mulierem prævia renunciatione, leg. si unquam, est nulla, etiam si intervenerit curator, atque judicis decretum.
14 Judex nequit suum decretum in contractibus mulieris interponere absque legitima causa.
15 In donatione, quæ peragitur a personis contrahere prohibitis absque certa solemnitate, consideratur læsio, non tanquam proveniens ex contractu, sed ex dispositione Statuti.
16 Termini læsionis adaptantur etiam in donatione reciproca.

D E C I S I O XI.

Donatus Finus omni spe prolis suscipiendæ destitutus nomen, & patrimonium, quod in filiis continuare non poterat, sub onere primogenituræ Herculi fratri, & Francisco nepoti transmisit, dumque ultimos dies ageret, induxit etiam Liviam uxorem, ut propriam dotem, & reliqua ejus bona sub ejusdem conditionibus donaret in augmentum primogenituræ præfatæ. Defuncto paulo post Donato, orta est contentio coram A.C. super validitate hujus donationis; sed non expectato illius judicio curarunt collitigantes causam mihi committi, & domini per me requisiti, *an constaret de illius nullitate*, affirmative responderunt, non concurrentibus necessariis requisitis, quæ exceptionem regulæ facere valeant.

Apertissima namque jura sunt, quæ prohibent, ne mulier deteriorem suæ dotis conditionem facere possit, textus ex-
1 pressi *in leg. de dio, & leg. Acilicinus, ff. de pactis dotalibus*, quod procedit, etiam si contractus executio confera-
2 tur in tempus soluti matrimonii, late Surd. *consf.* 312. *n.* 32. *cum seq.* Ambros. *dec.* 6. *n.* 4. & *n.* 26. Fontan. *discept.* 363. *n.* 34. Jo. Andr. Greg. *alleg.* 26. *per tot.*

Et non minus clara sunt alia jura, quæ annullant quamcunque donationem inter virum, & uxorem, ad Text. *in l.* 1.
3 & 2. & *tot. tit. ff.* & *C. de donat. inter virum, & uxorem*, cum quibus concordat Statutum urbis *lib.* 2. *c.* 135. quorum dispositio non solum militat quoad dotem, sed etiam quoad bona, quæ etsi non sint immediate donata marito, attamen, ut ille comprehendatur sub istarum legum prohibi- 4
tione, sufficit, quod donatio contemplatione viri facta dignoscatur, ut in proposito tradunt Pascal. *de viribus patr.* 5
potest. p. 1. *c.* 4. *n.* 23. Mant. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 2. *n.* 22. Hodiern. *controv.* 16. *n.* 125. Joseph. Mele ad Gizzarel. *dec.* 4. *n.* 94. Fontanell. *discept.* 179. *n.* 3. *cum seq.*

Et quod hæc donatio facta fuerit contemplatione Donati, satis probari videtur, dum est collata in personas absentes, quas Livia nec noverat, nec viderat, & consequenter amore prosequi non poterat, nisi intuitu viri præsentis, quapropter moveri non potuit ad ita donandum, nisi contemplatione mariti, quod sufficit ad hoc, ut donatio dicatur facta in fraudem legis, prout, ultra superius allegatos, com- 6
probant Dec. *consf.* 246. *n.* 1. Ladereh. *consf.* 147. *sub n.* 2. *v.* & *adeo*, Trentacinq. *var. lib.* 3. *de matrim. resol.* 5. *ad fin. vers. hinc infertur*. Peregr. *de jure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 48. *in fin.* Hodiern. *in l. hac edictali q.* 1. *n.* 30. Conciol. *alleg.* 18. *sub n.* 6. *cum seq.* Thesaur. *dec.* 170. *sub n.* 4. *vers. secundo videtur*, French. *dec.* 435. *sub n.* 3.

Nec tanta esse possunt, quæ ex adverso afferuntur, ut allegatis authoritatibus resistant; & primo non obstat, quod Livia donaverit cum omnibus solemnitatibus a Statuto requisitis, quia ultra decretum judicis, curatoris deputationem, & insinuationis interventum, requirebatur etiam causa, qua cessante, etiamsi adhibitæ fuissent omnes enunciatæ solemnitates, nec curator donationem authorizari poterat, nec mulier censetur habilitata a Statuto ad donandum, ut 7
bene firmat Card. de Luca *de donat. disc.* 27. *n.* 11. & *disc.* 28. *n.* 24. *cum seq.* & *de alien. disc.* 65. *n.* 27. *n... cum seq.*

Pro sufficienti vero causa habita non fuit illa, quod Donatus vir cum participatione, & consensu donantis constituerit primogenituram ab ipso quoque approbatam, in qua ultra vocationem propriorum filiorum contemplata fuit conservatio bonorum, & augmentum decoris familiæ, & agnationis de Finis, in quam prope derelictam jam transierat ipsamet Livia; nam causa a Statuto desiderata, debet esse honesta, justa, & rationabilis, ac respicere peculiariter mulieris commodum, & interesse, non vero mariti, & extranei; alias enim contractus initi hujusmodi causa sunt nulli, & irriti ex dispositione ejusdem Statuti, per ea, quæ tradit Rota apud Pich. *ad Stat. urb. dec.* 33. *n.* 6. & *dec.* 41. *n.* 5. Greg. *dec.* 333. *n.* 5. & *dec.* 363. *n.* 1. cum aliis cumulatis 8
cor. Priol. *dec.* 224. *n.* 2. & 8. Dunoz. jun. *dec.* 792. *n.* 13. & *seqq.* & *dec.* 801. *n.* 3. *par. cum seqq.*

Juxta præsentis facti circumstantias, quale commodum, quale justum, & rationabile motivum, quæ honestas causæ considerari potuit respectu Liviæ donantis, augendo hanc primogenituram pro personis sibi ignotis, & extraneis, & per renunciationem *leg. si unq. C. de revoc. donat.* etiam se ad futura matrimonia inhabilitando? Cum itaque hæc do- 9
natio facta fuerit absque justa causa, censeri debet, quod emanaverit vel ex metu reverentiali mariti, vel ex illius inordinata charitate, ut advertit Rota coram Cavaler. *decis.* 268. *n.* 6. Ideoque non relevant authoritates ex adverso allegatæ, quia illæ omnes loquuntur, quando agitur de conservanda familia, & agnatione ipsius mulieris, in quibus terminis talis causa admittitur pro justa, & honesta, ut pon- 10
derat de Luca *de alienat. disc.* 40. *n.* 14. secus tamen est, quando mulier considerat alienam agnationem, et universalium mariti, quia tunc ea detegitur insufficiens, & inepta ad validitatem donationis, ut advertitur per Rot. cor. Bu- 11
ratt. *decis.* 924. *n.* 9. & *in recent. dec.* 24. *n.* 7. *p.* 13. Unde cum de tempore præordinatæ primogenituræ perceptio communium filiorum esset valde remota, & de tempore secutæ donationis esset moraliter impossibilis, dum paucos intra dies decessit Donatus, sequitur proinde, ut causa finalis hujus donationis fuerit conservatio agnationis alienæ, quæ ad mulierem donantem minime spectare debebat, 12
non vero contemplatio filiorum, quæ tantum ad illam colorandam enunciata legitur.

Resultat etiam nullitas dictæ donationis ex defectu curatoris; ille enim non data legitima, & rationabili causa defecit in proprio munere, omittendo utilia facere, & inutilia prætermittere, cum in evidentissimum præjudicium Liviæ donantis permiserit donationem, & renunciationem cujuscunque juris, & dispositionis mulieri favorabilis, & præcipue *dictæ leg. si unquam*, per cujus abdicationem omnino impeditæ remansissent secundæ nuptiæ, quia ex opulento matrimonio donantis, filii postea nascituri succedere non potuissent, nisi in sola legitima; unde cum in hac donatione omnino neglecta fuerit utilitas mulieris,

pro

pro illius validitate nec minus attendi debuisset decretum
judicis, cum illud interponi non possit, nisi interveniente justa, & legitima causa, quæ hic deficit, Bucaferr. *conf.* 1.
*n.*65. *cum seqq.* Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *n.*9. *& seq.*
14 Donat. Anton. de Marin. *ref. jur. lib.* 1. *cap.* 144. *num.* 2. *&*
seq. Maut. *voc. Pis* 77. *a n.* 10. *cum seq.* Rot. coram Buratt.
dec. 934. *n.* 15. *cum seq.*

Non urget, quod cum agatur potius de donatione remuneratoria, potius quam ea mera liberalitate, tenebantur
namque primogeniti præstare annua scuta 210. & adimplere
plura alia onera in eadem donatione adjecta, dici proinde non possit hæc donatio enormissime læsiva, cum ea
omnia, quæ donabat Livia, primogeniti consequi non poterant, nisi post illius obitum, & illa dum viveret, ultra integrum usum fructuum suorū bonorum, percipiebat etiam
prædicta annua sc. 210. ultra quod si in donationibus esset
rigorose consideranda læsio, hæc semper destrueret hujusmodi contractus, dum donare sit perdere. Verum his
omnibus adductis a scribentibus pro Tortellio occurrit responsio, quod hic non consideratur læsio tanquam provenicos ex contractu, sed ex dispositione Statuti urbis; nam
causam requirendo, si hæc compensationem non recipit,
vel ab aliqua naturali obligatione, vel antidotali, illa tanquam læsiva, & uti proveniens ex inordinata, & irrationa-
15 bili liberalitate, semper rejicitur ab eodem Statuto, ut firmatur per de Luca *dicto disc.* 27. *n.* 11. & cor. Cavaler. *dec.*
257. *n.*8. *& 9. & dec.* 268. *n.* 6. Nec annua præstatio scutorum 210. ad vitam donantis comparative dici potest justa
remuneratio cum donatione omnium bonorum, quia
etiamsi hæc non ascenderet ad summam pretensam a Livia,
ista tamen annua præstatio calculata ad terminos *l. hæredis.*
ff. ad leg. falcidiam, semper erit longe inferioris quantita-
16 tis, ideoque ex hoc capite excludi non poterit læsio, cum
illa detur etiam in donatione reciproca, & ob causam, ex
allegatis per Torr. *de pactis futur. succes. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 159.

Quo vero ad multiplicum ordinatum ab ipsa Livia in
contractu donationis pro fundatione capellæ, si super illo
cadere possit aliqua quæstio, erit particulariter examinanda. Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Anconitana Pecuniaria.

Mercurii 1. *Julii* 1693.

ARGUMENTUM.

An pro dote competat actio solidalis contra unum ex pluribus debitoris hæredibus?

SUMMARIUM.

1 *Obligatio cameralis celerem exposcit executionem.*
2 *Is qui pecunias mutuavit ad effectum liberandi bona fideicommissaria ab ære alieno, utique valet adversus fideicommissum jura exercere.*
3 *Dos detrahi potest ex fideicommisso ascendentis.*
4 *Ex dotis particulari privilegio potest agi insolidum, & pro tota summa etiam in actione personali contra unum ex pluribus hæredibus, & n.*5.
6 *Diligentiæ, ut dicantur emissæ, ex quibus appareat.*

DECISIO XII.

Exequenda hodie Rota censuit mandata a Pamphilio in
Tribunali A.C. obtenta adversus Marchionem Joannem Antonium, aliosque de Ruffinis, pro suis creditis, quæ
uti provenientia ab instrumentis liquidis, & camerali obligatione vallatis retardari nequeunt, sed solicitam executio-
1 nem desiderant, ad firmata per Rot. coram Dunoz. jun.
dec. 513. *n.* 1. *& in rec. dec.* 415. *n.* 13. *part.* 19.

Incontroversum nanque reddebatur creditum sc. mooe.
ex propaghis maturatis mutui contracti in summa scut.
700. a Marchione Joanne, & Camilla matre, qui se insolidum obligarunt illud persolvere pro rata sc. 110. quolibet
anno, quod proinde satisfacere tenentur, nulla habita ratione fideicommisso Joannis senioris, cum pecuniæ mutuatæ inservierint ad effectum liberandi mobilia fideicommissaria excussa pro collectis cameralibus civitatis Anconæ, ut colligitur ex contrahentium confessione emissa
in instrumento contractus, *summ. Alteris n.*9. sicque rite
valet mutuans, qui bona fideicommissaria propriis sumptibus liberavit, agere & proprio jure experiri non obstante fideicommissi exceptione, ad Text. *in leg. cum fideicomm.* 2
ff. de legat. 2. communiter DD. secutum, & approbatis juribus vulgatum.

Minus controverti potest alterum creditum pro residuo
dotis Apolloniæ in summa sc. 900. monetæ, pro qua cum
obligatus reperiebatur Joannes fideicommittens, qui illum
constituit, nequit adversus illud allegari cautela Angeli,
quæ eo minus intrat, cum agatur de dote ab ascendente
propriæ filiæ constituta, juxta notissimum privilegium, 3
auth. res quæ, *C. comm. de legat.*

Non obstat, Antonium Patrem, & authorem rei conventi stante divisione facta de bonis hæreditariis Joannis constitutoris dotis cum Francisco ejus fratre non teneri ad integram solutionem dotis, sed tantum ad virilem portionem, quam cum jam exsolverit, nequeat in plus conveniri,
sed dirigenda sit actio in cohæredem. Nam cum agatur de
credito dotali, sicque privilegiato, non admittitur in jure
divisio pro virili inter cohæredes, sed illius favore unusquisque solidaliter dicitur obligatus, ac in totum tenetur,
juxta m litteram Textus *in l. cum ab uno*, *ff. de legat.* 2. Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 10. *n.*6. *& lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *n.* 59. 4
Gratian. *discept. forens. cap.* 16. *n.* 15. *tom.* 1.

Neque obtinuit replicatio in concordia inita de anno
1677. stipulatos fuisse hanc divisionem solidalis obligationis inter cohæredes cum dilatione ad quinquennium illis
concessa ab Apollonia pro solutione debiti; nam contextualiter in eodem instrumento memorata Apollonia ibi reservavit jura regressus adversus bona Marchionis Antonii,
quatenus satisfieri non posset in bonis cohæredis, ibi: *Et in*
eventum, in quem d.D. Apollonia non posset satisfieri de
alia medietate crediti in bonis, & portione Com. Francisci
alterius fratris, prævia illorum excussione possit, & valeat
agere pro integra summa contra bona Marchionis Antonii, *in summario fratrum de Ruffinis n.* 2. ex qua conventione resultat actorem adhibitis judicii diligentiis contra alterum cohæredem intentare posse actionem contra Marchionem Antonium quoad alterius portionem, qui in hac
hypothesi tenetur, tam ex particulari obligatione, quam
ex juris censura, de qua Roderic. *in l. quoniam in prioribus*
ampliat. dec. n. 8. *C. de inoffic. testam.* & Rota cor. Cerro 5
dec. 686. *n.* 8. *cum seqq.*

Diligentiæ vero, & bonorum excussio concurrunt sine
hæsitatione; dum pro parte Pamphili hæredis fuit obtentum decretum subdelegationis judicis in partibus ad effectum procedendi ad ulteriora in deliberatione pro credito
dotis, quæ tamen fuit impedita ex concursu creditorum
anteriorum, qui universa bona occuparunt; unde opus
fuit authore prætore, & cum judicis decreto contra alia
bona hæreditaria Joannis debitoris se vertere, *in summ.*
*responsionis Pamphili n.*3. ex quibus apprime verificantur
diligentiæ necessariæ ad obligandum cohæredem ad solu- 6
tionem integri debiti, ut in proposito advertit *laudata*
dec. 686. *n.* 8. *cum seq.* cor. Cerro. Et ita utraque &c.

R. P. D. PIO.

Bononien. Bonorum.

Mercurii 26. *Februarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Nimis notabilis est præsens decisio edita super validitate inventarii, non obstante confusa mobilium descriptione.

SUMMARIUM.

1 *Deliberatio facta super bonis alterius, quam debitoris, non sustinetur.*
2 *Statutum Bononiæ taxat fructus legales ad rationem septem pro centenario.*
3 *Dictio*, interim, *designat extensionem temporis, & æquivalet dictioni*, quandiu.
4 *Citatus in confectione inventarii, & non opponens, ne res hæreditariæ describantur, servatis servandis, non potest opponere illius validitatem.*
5 *Inventarium non vitiatur ex confusa descriptione tabularum pictarum, illarumque æstimatione.*
6 *Neque ex omissa descriptione qualitatis rei.*

7 *Pra.*

7 *Præsertim si absit dolus, & præsumptio occultationis.*

8 *Consuetudo loci adhiberi solita in conficiendis inventariis operatur, ut inventarium quamvis carens solemnitatibus annullari non possit.*

9 *Deliberationem posse pro summa excessiva datur manutentio.*

10 *Bannitus, cui bona non fuerunt confiscata, nec fuit interdicta testamenti factio, retinet jura sibi competentia de jure communi.*

11 *Sententia in judicatum transacta habetur pro veritate.*

12 *Transversalis non potest cogi ad solutionem dotis a Patre constitutæ.*

13 *Dos subsidiaria regulatur juxta necessitatem dotandæ.*

DECISIO XIII.

PLacuerunt DD. fundamenta decisionis coram me editæ die 18. Martii superioris anni pro infirmanda sententia Rotali præviis duabus decisionibus 21. Julii 1694. & 6. Junii 1695. cor. Rev. D. meo Decano.

Iterum oanque visum fuit, deliberationem prædiorum Viadagulæ per fratres Archiepiscopum Azzonem, & Comitem Raynaldum pro indiviso, donec vixerint, communiter possessorum, consummatam super bonis jure fideicommissi debitis eidem Azzoni hæredi beneficiato Decimi Raynaldi contrôversæ dotis compromissoris, & ex illo in Comitem Philippum Matiam obventis, sustineri non posse tanquam factam in bonis alterius, quam debitoris, juxta vulgatam
1 text. censuram *in leg. finali, §. & si perfectam, C. de jur. deliber.* & plene Rot. *in rec. dec. 407. a n. 11. & seqq. part. 21.* cum aliis adductis in decisione, quæ revidetur.

Ac insuper laborantem notorio excessu, ac defectu realitatis crediti, & mandati, utpote quia fructus dotales quatuor annorum post mortem Raynaldi decursi absque condemnatione, & relaxatione mandati, calculati fuerunt, juxta
2 taxam Statuti Bonon. in scutis septem pro quolibet centenario, quando inspecta conventione, tam in capitulis matrimonialibus, quam in instrumento dotali, clarissime inita usque ad integralem dotis satisfactionem, exsolvi interim debuissent ad rationem unius, ut late probat *dicta mea dec. § ferrans, & seqq.* Non obstante, quod ibi opposita fuerit dictio, *Interim*, quæ tanquam adjecta, postquam, conventa fuerat satisfactio dotis per mortem Raynaldi dicebatur limitativa temporis intermedii ad vitam ejusdem, itaut pactum solutionis fructuum ad rationem unius extra illud extendendum non esset, sed ex post servari debuissent disposita per Statutum Bononiæ eosdem cum scut. 7. adaugens quia cum Raynaldus voluerit pactum legis vim obtinere a die contracti matrimonii usque ad integralem solutionem totius sortis per hæredes numerandæ, tantum abest, ut memorata dictio, *Interim*, censeri valeat restrictiva tempo-
3 ris, ut potius idem sonet, ac dictiones, *Donec*, & *Quamdiu*, quæ extensionem, ac temporis progressum designant, ut explicando sensum ejusdem actionis bene ponderat Rot. cor. Caval. *dec. 541. n. 3. & seq.*

Absque eo, quod nullitas deliberationis potuerit evitari ex inculcata inventarii illegitimitate, minusque ex eo quod demandata fuerit per DD. cognitio boni juris; quamvis enim probaretur inventarii validitas, adhuc deliberatio infirmanda non esset, ex quo attenta qualitate status hæreditatis Raynaldi, sufficienti pro dote lib. 40000 Comitissæ filiæ constituta da injustitia redargui minime posset; etenim ultra, quod exceptio nullitatis inventarii promoveri non valet a Comitissa Eleonora, quæ legitime monita illius confectioni interesse debuisset curando, ut omnia servatis ser-
4 vandi describerentur, ad tradita per Card. de Luca *de hæredit. disc. 15. n. 2.* & firmavit Rot. cor. Dunoz jun. *dec. 989. n. 4.* & inter cæteras placuis responsio, quod controversa nullitas, utpote desumpta ex confusa descriptione tabularum pictarum, facta absque valoris, & qualitatum obsignatione, attendenda non sit, cum juxta veriorem, magisque receptam sententiam, hujusmodi solemnitates extra de necesse servari non debeant, ut eisdem prætermissis vitietur inventarium, ut de neglecta æstimatione tradunt fere omnes
5 adducti *in secunda mea dec. §. attamen*, & signanter Honded. *cons. 53. n. 6. & 7. & seqq.* Faber. *in C. lib. 6. tit. 9. diffinit. 17. & de error. pragmat. decad. 2. error. 8.* Fanucc. *de invent. q. 240.* Monticul. *eodem tract. c. 7. n. 3.* Mans. *consul. 369. n. 35. & seqq.* Masin. *de confiscat. q. 39. n. 116. & 117.* Crivel. *dec. 143. n. 19.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 9. n. 57. & 75. 101. & 3 par. c. 2. n. 208.* Saminiat. *contr. 19. n. 56.* Et de 6
omissa qualitatibus, firmat Cagnol. *in l. si quis major n. 110. vers. & prima, C. de transact.* Armezand. *dec. Januen. 35. sub n. 20. vers. nec obstat, & n. 21.* Hodiat. *contr forens. cap. 5. num. 29.* Adden. ad Pamphil. *dec. 65. n. 7.* Rot. coram Pirovano in Civitate Castelli fideicommissi 25. Junii 1630. coram Seraph. *dec. 37. n. 2.* cor. Duran. *dec. 141. n. 8. versic. non dicatur, & n. 9.* cor. Peutinger. *dec. 165. num. 20.* cor. Cocc. *dec. 151. n 8. & in rec. dec. 165. num. 8. part. 19.* qui omnes cum aliis de facile adducendis unanimiter docent subsistere inventarium, tametsi mobilium qualitas ulterius specificata non fuerit.

At absque ulla penitus difficultate, si dolus, sive præsumptio occultationis, & suppositionis unius rei pro alia aliunde probanda, quam vel ex omissa expressione qualitatem, Gizzarel. *dec. Dolan. 143. n. 14.* Peutinger. *dec. 165. n. 20. &* 7
21. vel ex neglecta æstimatione, aut descriptione mobilium, Hodiern. *contr. 7. n. 31. & seqq.* Surd. *dec. 222. num. 23.* Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 9. n 56.* Adden. ad Bucart. *dec. 15. n. 7. vers. & quod omittens*, & aliis facti, aut personarum circumstantiis sublata remaneat; tunc enim ex hisce defectibus inventarium non vitiatur, ut in terminis neglectæ descriptionis qualitatum firmat Ridolph. *in prax part. 3. c. 2. sub n. 8. §. sed nos*, Armenzan. *dict. dec. Januen. 35. sub n. 21. vers. nec istu*, Giovagn. *cons. 20. n. 13. lib. 2.* Rot. cor. Peutinger. *dec. 165. n. 20.* & egregia cor. Pœnia *dec. 1447. num. 11. & seqq.* secundum impressionem Lugdunen. & in Civitate Castelli fideicommissi 25. Junii 1630. §. *Nique vis.* coram bonæ memoriæ Pirovano, cum aliis adductis *in altera mea decisione, §. vel ad summum*, & generaliter Add. ad Pamphil. *dec. 75. n. 14.* Rot. cor. Cavaler. *dec. 308. n. 7. & seqq & in rec. dec. 183. n. 2. & 5. part. 16. dec. 521. n. 14. part. 18.* in Romana Redditionis rationis 27. Novembr. 1684. & 21. Januarii 1689. §. *præterea*, coram Eminentissimo Archiepiscopo Mediolanen. & in Romana affictus 6. Junii 1689. §. *pront nulla fraus*, coram eodem.

In casu autem nostro exclusio doli emergere dicebatur nedum a qualitate hæredis omni exceptione majoris, absentis a civitate Bononiæ, ac insuper rationabiliter opinantis se conformare potuisse prædicto Bononiæ stylo, qui nedum de per se aptus est ad inducendam in conficiente inventarium bonam fidem, sed etiam operationem, ut illud quamvis carens solemnitatibus annullari non possit, ut in specie hujus consuetudinis tradunt Honded. *cons. 53. n. 8. & 9. lib. 1.* Mans. *consult. 269. n. 36. & seqq.* Masin. *de confisc. quæst 39. n. 111. & 117.* Saminiat. *contr. 49. n. 26.* Rot. Januen. *dec. 35. n. 3. & per tot.* & in præcisis non describendi in inventario qualitates mobilium, Giovagn. *citat. cons. 20. n. 13. lib 2.* Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 2. sub num. 180. § sed vet*, Armezan. *d. dec. Januen. 53. n. 21.*

Verum etiam a qualitate defuncti, qui licet clara nobilitate polleret, ad summam tamen paupertatem redactus passus fuit creditorum concursum usque ad sententiam graudatoriam, quo quidem casu nec ipsi scribentes in contrarium impugnabant, exactam mobilium descriptionem necessariam non esse; & quamvis vim objecti declinare studerent cum contraria præsumptione elicita ex eo, quod mobilia in hæreditate Raynaldi reperta, & in inventario descripta, pro parte spectarent ad Reverendissimum Azzonem, & per consequens vilia præsumi non possent; hanc tamen DD. censuerunt parvipendenda, vel quatenus non verificaretur in facto bona communia in inventario per Reverendissimum Azzonem fuisse adnotata, cum inventaria tantum fieri consueverint de rebus hæreditariis defuncti, vel quando etiam non probaretur, cum præfatus Azzo a patriis laribus a juventute semper abfuerit, mirum non est Raynaldum summe interim obæratum, & decoctum, ut propriæ consuleret ægestati, pretiosa quæque Domus Areostæ consumpsisse. 8

Subsistente ex his validitate inventarii, adeout per consequens redditio rationis legitime expleta dicenda veniat, frustra prætenditur deliberationem fore sustinendam tanquam justam, ex quo in hæreditate Comitis Raynaldi tot fuerint reperta bona, quæ exuberent pro dote libr. 400. juxta computum in quibusdam foliis datis sub die alterius propositionis; præmisso enim, quod semper prævalere deberet favor Comitis Philippi Matiæ bonum jus resultans ex capite excessus, cujus vigore ipsi danda est manutentio super prædiis deliberatis, ut egregie firmat Rot. coram Cerro *dec. 14 per tot.* & signanter *n. 14.* animadvertebantur, præfatum calculum tanquam erroribus reple- 9

tam

rum attendi non posse, sed prosirmando statu hæreditario Raynaldi habere deberi respectum ad æstimationem bonorum judicialiter factam juxta relationem periti Curialis, aliaque publica documenta pro parte Comitis Philippi Mariæ adducta; nam detractis bonis fideicommissariis Annibalis, & Laurentii patruorum, ac equitia Achilis fratris purificata favore Reverendissimi Azzonis, æs hæreditarium illius, comprehensa quoque portione hæreditatis Christophori Patris sibi debita, ac sub illa calculata quota dotis Isabellæ Marescottæ matris, utpote ab eodem Christophoro perceptæ, haud excedit lib. 4548. 12. 4.

Quod sane non valuit augeri ex hæreditate, & bonis Cosmi Bargellini, qui in secundo, sub quo decessit elogio, hæredem sibi scripserat Raynaldum, quia præfata dispositio cum declarata fuerit nulla per binas sententias in judicatum transactas, illius bona calculanda veniunt in hæreditate Reverendissimi Azzonis in primo testamento hæredis instituti, non obstantibus collusionis vitio, quo eædem notabantur, & indubia validitate, qua pollere dicebatur secundum testamentum, ex quo nulla alio modo fuerit controversa, nisi ex eo quod Bargellinus de tempore confectionis illius passus fuerit bannum a civitate Bononiæ in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum, & quando illud nil detrahit validitati testamenti, cum banniti nostri temporis ex simili banno, nisi probetur effectiva bonorum incorporatio per fiscum habita, haud amittant testamenti factionem, utputa quia perdant jura civitatis provenientia a lege municipali, attamen retineant jura sibi competentia de jure communi, ut alias respondit Rot. in Bononien. successionis 23. Junii 1693. *sub* §. 10. *non relevat* cor. R.P.D. meo Molines, confirmata in anteriori instan-
10 tia cor. R. P. D. meo Caprara, sub die 7. Junii 1694. §. *neutrum enim*.

Etenim subsistentia collusionis æque superque demonstratur ex ipso creditorum concursu, quorum intererat secundum testamentum pronunciari validum, ad tradita per Rot. *in recent. dec.* 271. *n.* 10. *part.* 16. nullitas vero ejusdem testamenti hodie supponenda venit; tum quia nullibi constat sententias super illius infirmatione latas fuisse ex capite banni capitalis contra Cosmum irrogati; tum etiam quia dictæ sententiæ tanquam transactæ in judicatum pro veritate habentur, *leg.* 1. *de re judicata*, donec transportatis actis, & impetrata a Principe restitutione in inte-
11 grum, in alio magis congruo, & separato judicio fuerant revocatæ, ut millies respondit Rot. & signanter *in rec. dec.* 527. *n.* 1. *part.* 15.

His positis, postremo recurri nequit ad subsidiarium remedium, quod deficientibus bonis paternis Comitissæ competere dicebatur, vel super avitis fideicommissis vigore hypothecæ ministerio legis inductæ a vulgata dispositione Text. *in authent. res qua, C. commun. de legat.* vel super bonis patruis obnoxiis favore neptis constitutioni dotis, dum pater inops decessit: quia de fideicommissis per ascendentes conditis doceri non potuit, & præsertim de fideicommisso Comitis Raynaldi senioris, qui decessit ab intestato, ut contra eandem Franciscam Eleonoram respondit Rot. coram Ubago *dec.* 93. & 95. Et transversalis cogendus non est solutioni dotis libr. 40000. a patre constitutæ, quatenus aliqualiter teneretur dotare fœminam jam nuptam, quod tamen negat Fonatell. *de pact. nupt.*
12 *clauf.* 5. *gl.* 3. *in fin.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 33. *n.* 13. quia in dote subsidiaria nec patris judicium, nec familiæ solitum attendenda sunt, sed ea ad metam dotandæ
13 necessitatis assignari debet, juxta deducta per Cardin. de Luca *de dote disc.* 144. *n.* 48. Mans. *consult.* 244. *num.* 34. Michalor. *de fratribus part.* 3. *cap.* 3. & *cap.* 33. utrobique *num.* 24. Rot. coram Cavaler. *dec.* 298. *num.* 2. & *in rec. dec.* 249. *sub num* 1. *part.* 2. Necessitas autem videbatur abesse, cum Comitissa Eleonora ultra dotem maternam, & annuum reditum librarum 1000. a viro constitutum, frueretur ulterius integro usufructu totius hæreditatis ejusdem viri, ut prosequitur secunda mea decisio, quæ ita videtur, §. *nec suffragatur*, *versus finem*, cum qua etiam in reliquis, maxime quoad prætensam mediante judiciali spolio subhastationis retentionem pro novis, & diversis creditis.

Et ita utraque DD. pertransierunt.

R. P. D. GUAXARDO.

Romana Testamenti.

Veneris 20. Junii 1681.

ARGUMENTUM.

Identitas schedulæ testamenti non probatur ex solo rogitu in dorso ejusdem emisso, nisi vel testatoris seperiatur subscriptio, aut alia concurrant adminicula; clausula codicillaria nullius est efficaciæ, si filius tantummodo fuit præteritus in primo gradu substitutionis.

SUMMARIUM.

1 *UT testamentum conditum per relationem ad schedulam sustineatur, concludenter ejusdem schedulæ identitas est probanda per probationem, quæ etiam possibilitatem suppositionis excludat.*

2 *Et ad d. effectum non sufficit sola Notarii fides, nisi alia concurrant adminicula.*

3 *Identitas schedulæ testamenti probatur ex dotatione rogitus in dorso ejus per Notarium emissa.*

4 *Declara, ut hæc traditio procedat, ubi alia concurrat circumstantia, quæ Notarii fidem coadjuvet, n. 5. 6 & 7.*

8 *In judicio civili, ubi suspicio falsitatis exuberat, ut urgens sit dijudicanda, licet ex oculari inspectione tantum proveniat.*

9 *Recognitio manus, & peritorum judicium non attenduntur, si mala characteris qualitas non dignoscatur capax subjectum recognitionis, aut comparationis.*

10 *Arbitrio judicis est repositum, an probatio sit attendenda?*

11 *Probatio, quæ fit per comparationem, est valde perniciosa, & suspecta.*

12 *Quando de veritate characteris aliunde constat, non est submittenda fallaci judicio peritorum.*

13 *Ubi inspectione constat de omnimoda, vel magna dissimilitudine scripturæ, judex sequi non debet peritorum judicium super uniformitate prolatum.*

14 *Ut testamentum relatione ad schedulam non sustinetur, sola sufficit possibilitas suppositionis.*

15 *Attestatio mulieris adminiculata probat.*

16 *Filius si sit in primo gradu præteritus, & tantum substitutus, corruit substitutio, & testamentum vires assumit a substitutione.*

17 *Nihilque dicto casu operatur clausula Codicillaris.*

DECISIO XIV.

PLacuit Dominis decisio coram me, in hac causa facta sub die 17. Martii præteriti, in qua recedendo ab alia emanata sub die 12. Februarii 1672. cor. Rev. Boutlemont, dictum fuit, testamentum nuncupativum nuncupatione implicita per relationem ad schedulam clausam, & sigillatam conditum a Joanna, quo repertus fuit heres institutus Christinus secundus vir, & Eleonora filia ex primo matrimonio substituta, esse invalidum, tam ex capite non probatæ identitatis dictæ schedulæ, quam ex circumstantiis eandem de suppositione suspectam reddentibus.

Ad hoc enim, ut similia testamenta, in quibus ignoratur, quis sit hæres scriptus, valida sint, & executionem mereantur, ultra solemnitates requiritur, quod non solum constet concludenter de certa, & indubitata identitate schedulæ, sive Notario consignatæ, sive penes tertiam personam existentia, quam testator suum testamentum esse voluit, ut antiquioribus relatis, late Andreol. *contr.* 346. *n.* 30. & 20. Cy- 1
riacus *contr.* 444. *a n.* 23. *cum pluribus seq.* Altogradus jun. *contr.* 50. *a n.* 23. *cum pluribus seq.* Rot. *in rec. dec.* 360. *n.* 7. & *dec.* 404. *n.* 13. *part.* 13. *dec.* 148. *n.* 4. & *dec.* 149. *n.* 7. *part.* 11. & cor. Priolo *d. dec.* 313. *n.* 5. & 10.

Nec ad verificandam identitatem, & excludendam possibilitatem suppositionis in hac specie testamentorum multum periculosa, & fraudibus supposita, sufficit sola fides Notarii de testamento rogati, nisi alia concurrant adminicula illius comprobatoria, Cyriacus *contr.* 444. *n.* 49. & *seq.* Al- 2
togradus jun. *cons.* 50. *n.* 33. & 34. Rot. *in rec. dec.* 360. *sub n* 7. & *dec.* 404. *n.* 12. *p.* 13 *dec.* 149. *n.* 4. *p.* 17. Et prius in eadem causa cor. Priolo *dec.* 315. *n.* 2. & quamvis, quando Notarius

aduo-

adnotavit rogitum in dorso schedulæ, seu etiam in folio il-
lam involventem, aliquando Rota admisit ea eo probari
identitatem, *ut in dec. 96. n. 9. part. 5. rec.* cor. Duran. *dec.* 180.
n. 4. cor. Emin. Othob. *dec.* 181. *n.* 9. *& in rec. dec.* 226 *n.* 5. *&*
3 *dec.* 319. *n.* 12. *part.* 11. *rec.* attamen etiam in allegatis deci-
sionibus conclusio non ita simpliciter fuit admissa, ut ea
tantum habita fuerit pro sufficienti; sed in omnibus requi-
ritur aliqua circumstantia Notarii fidem coadjuvans, &
possibilitatem suppositionis auferens prout si schedula scri-
pta, vel subscripta sit a Testatore cujus manus erat certa, in
4 quibus terminis sunt *dec. 96. sub n. 10. & seqq. part. 5. rec. &*
dec. 281. *n.* 16. 17. *&* 18. cor. Othobono, vel adesset sigillum
Testatoris, & ab ipso cum signo Crucis signata, cui simul
5 subscripserant testes, qui & signum, ac proprias subscri-
ptiones recognoverant, ut in casu *dec.* 180. *n.* 5. *&* 7. cor.
Duran. vel fuerat scripta ab alia persona diversa a Notario
6 de mandato Testatoris, & ad præsentiam alterius testis,
qui eandem recognovatat, ut in *dec.* 226. *n.* 7 *part.* 11. *rec.*
vel denique alia sint adminicula, ut supradictas, & alias
auctoritates declarando, dixit Rot. cor. Priolo *dec.* 315. *n.* 7.
7 *cum plur seq. & rec. dec.* 149. *sub n.* 4. *& seq. part.* 17.

Adminicula in præsenti deducta ex subscriptionibus unius
testis, & Testatricis, non relevant; siquidem ille testis ne-
dum non concludit identitatem, quinimo auget suspicio-
nem, cum formiter examinatus, ut in depositione relata in
secunda decisione, § *Testis vero*, dicat, Testatricem nihil
sibi dixisse, & ignorasse, an scriptura, quam subscribe-
bat, esset illius testamentum, & Notario mandante, & ver-
ba subscriptionis dictante, subscripsisse, & asserta subscri-
ptio Testatricis dominis non placuit; ex illius enim inspe-
ctione apparuit non assa bene, & articulate formatam, &
ita male scriptam, ut de falso suspecta sit, quæ ocularis
inspectio, concludens probatio reputatur, ut de simili sche-
dula, Rota in Romana, seu Collen. hæreditatis, 24. Junii
8 1680. § *Quamvis enim vers. optime namque*, & 27. Januarii
1684. § *Fuisset autem*, cor. R. P. D. meo Vicecomite;
præcipue quia talis subscriptio redditor omnino inverisi-
milis, dum ille testis in sua subscriptione dixerat: *E per non*
poter lei scrivere, & rursus formiter examinatus deposuit:
Io m'imagino, che fosse il testamento della prima Giovan-
na, che non poteva sottoscrivere; & aliunde constat, tunc
illam fuisse lumine oculorum destitutam, & in extremo
vitæ periodo positam.

Non obstat, quod dicta subscriptio fuerit recognita pro
manu Testatricis a teste habente notam manum, & a peritis;
nam ultra quod testis habens notam manum, quando eidem
in examine fuit ostensa schedula, dubitavit, an illa esset
manus Testatricis, nec ejus recognitio, nec peritorum ve-
nit attendenda, cum attenta mala qualitate characteris,
non videatur subjectum capax recognitionis, & compara-
tionis, Rota *dec* 360. *n.* 9. *p.* 13. *rec.* Cumque omnes proba-
9 tiones sint judicis arbitrariæ, Batt. *inc. ex litteris num.* 7. *de*
probat. Dec. *cons* 219. *vers. finem, & vers. in hoc multum po-*
10 *test lib.* 1. *& consult.* 696. *n.* 12. *in fine lib.* 1. Scacc. *de judic.*
lib. 2. *c.* 9. *sub n.* 531. & probatio per comparationes sit pe-
11 riculosa, & fallax, Soccin. sen. *cons.* 142. *lib.* 1. *n.* 7. Me-
noch. *de arbitr. cas.* 114. *n.* 14. *&* 15. Rot. *in rec. dec.* 96. *n.* 13.
p. 15. sicque quando subscriptio Testatoris aliunde est certa,
12 non est submittenda fallaci judicio peritorum; ita etiam
quando ex inspectione constat de omnimoda, vel magna
13 dissimilitudine scripturæ, judex sequi non debet illorum
judicium, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1002.

Eoque minus suffragatur, quia dato etiam, quod eo mo-
do, quo reperitur, fuerit apposita a Testatrice, tamen cum
non videret, & consequenter scripturam legere non posset,
supponi potuit ad subscribendum diversa schedula ab illa,
quam volebat esse suum testamentum, quæ sola possibilitas
14 suppositionis eam reddit incertam, Rot. *in rec. dec.* 404.
n. 13. & cor. Priolo *dec.* 315. *n.* 5. *&* 10.

Quod non videret, & esset oculorum lumine destituta,
dum non agitur ad annullandum testamentum ob non ser-
vatas solemnitates requisitas in testamento cæci, sed solum
cæcitas deducitur pro adminiculo simul cum aliis proba-
tionibus, sufficienter probatur ex duabus testamentariis te-
stibus, & ex eorum depositionibus super interrogatoriis re-
latis in secunda decisione, § *pro verificatione*, & ex attesta-
tionibus quatuor mulierum, quæ simul cum dictis testibus,
15 a quibus recipiunt adminiculum, veniunt admittendæ,
Adden. ad Ludov. *dec.* 214. *sub lit. B.* Rot. *dec.* 223. *n.* 4. post
Zacch. *de oblig. Camer. & dec.* 304. *n.* 19. *part.* 5. *rec.*

Neque contrarium desumitur ex aliis testibus testamen-
tariis, dum deposuerunt, quod testatrix poterat videre;
quia isti loquuntur de possibilitate videndi ipsos testes, &
Notarium, quando fuit stipulatus rogitus in cubiculo, ubi
illa jacebat infirma; sed an effective videret, vel visu care-
ret, ignorant.

Supradicta fortius stringunt, attentis aliis circumstan-
tiis, suppositionem hujus schedulæ suadentibus, relatis in
secunda decisione, § *denique omnes*, *&* § *schedula autem*, &
præcipue, quod fuit scripta a Notario, & ab ipso, & Chri-
stino hærede clausa, & sigillata, & nunquam fuit in ma-
nibus testatricis; sed idem Notarius illam tenens, eandem
interrogavit, an esset suum testamentum, quæ responsum
dedit per verbum *sic*, & nihil aliud dixit.

Placuit etiam hodie dominis aliud motivum nullitatis;
Cum enim Christinus fuerit institutus hæres universalis;
& Eleonora filia tantum substituta, ac proinde in primo
gradu præterita; testamentum quoad primum gradum in-
stitutionis annullatur, & vires sumit ab ipsa substitutione,
quæ in filiis habetur pro institutione, ad Text. *in l. filius* 15. 16
ff. de hered. instit. & in l. ex facto, § Lucius Titius, ff. de vul-
gar. & pupillar. ubi scribentes Roman. *cons.* 316. *n.* 9. *vers.*
quoad secundus, Batt. *de success. lib.* 10. *tit.* 3. *n.* 3. Manz. *de*
testam. tit. 9. *p.* 9. *n.* 2. *& seqq.*

Et clausula codicillaris, quæ solum operatur, quando ex
testamento succedi non potest, Cancer. *variar. p.* 3. *cap.* 20.
n 405. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 43. *n.* 122. *& contr.* 44. *n.* 88.
Sperell. *dec.* 146. *num.* 60 *& seq.* in præsenti nullius est mo-
menti, cum succedat filia ex testamento, & annulletur
tantum gradus, in quo ipsa fuit præterita, ut in *d. l. si filius,*
ff. de hered. instit. & leg. ex facto, § Lucius Titius, ff. de
vulgar. Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Romana Testamenti.

Veneris 4. Martii 1695.

ARGUMENTUM.

Quando legitima relicta in bonis alienis non impediat
subversionem testamenti ex defectu præteritionis.

SUMMARIUM.

1 Causa testati cessare facit causam intestati.
2 Filius nequit prætendere ascendentis testamen-
ti irritationem, si ei titulo honorabili institutio-
nis fuerit relicta legitima.
3 Si relinquatur legitima in bonis ignoranter alienis,
testamentum non sustinetur, n. 5. & 6.
4 Limita, si institutio in legitima simpliciter fuerit
facta, & dein e adjectus extiterit modus illa
consequendi; tunc enim irritatur modus, & tan-
tum respicitur institutio, & n. 7.
8 Si per Testatorem demandetur imputatio certorum
bonorum propriorum descendentis in legitimam,
ei debetur illorum æstimatio. Declara, ut n. 9.
10 Institutio in legitima simpliciter, & generaliter fa-
cta, ad omnes casus refertur.
11 Verba in fine, & per viam regulæ emissa, sunt re-
ferribilia ad omnia præcedentia.
12 Secundus gradus ex præsumpta defuncti voluntate a
primo regulatur.

DECISIO XV.

PRoponentibus hodie DD. de Muris in petitorio judicio
jam summariissimo manutentionis absoluto, querelam
inofficiosi adversus testamentum bonæ memoriæ Lauræ
Cuspidæ de Maximis eorum aviæ maternæ, in quo hæres
universalis scriptus extitit R.P.D. Franciscus Maria Ca-
raffa, eorum jura P.P. censorę supposui sub proportionato
dubio; An testamentum Dominæ Lauræ sustineatur, seu
potius DD. de Muris sit danda immissio; illisque sedulo
dispunctis, ac matura sub contentione libratis, cum patue-
rit testamentum in nulla sui parte vitium præseferre, quod
rupturam permitteret, pro illius validitate responderunt
resistente expetitæ a DD. de Muris immissioni, cum causa
testati cessare causam intestati, sicuti e converso ad notum
textum *in leg. quamdiu, ff. de hære. l. instit.*

Etenim prætermissa disputatione, seu indagine cætera-
rum solemnitatum, quarum deficientiam neque objiciebant

aucto-

auctores, & deveniendo ad præteritionis examen, in qua querela inofficiosi unice promota sistebat, illa visa est deficere ex ipsamet testamenti lectura, dum testatrix hæredis institutionem apposite loquendo de Marchione Hieronymo, omissis aliis natis tam masculis, quam fœminis, Mariæ Isabellæ ejus filiæ declaravit prius illam fuisse condecenter de dotem provisam etiam cum propriis bonis, ac effectibus dotalibus, eandemque sicuti illam putabat exclusam, etsi sibi superstes, ita illius filios opinabatur omni jure destitutos super propria hæreditate, quam credulitatem prosequendo idem thema, ulterius confovebat, ibi: 1 *Per haverli assignati diversi corpi, & effetti nell' instromento di concordia con essi stipolate, che dichiaro sostenendosi la medesima concordia, che quelli beni vadino per qualsivoglia loro pretensione, anco di legitima, e che si debano imputare in quella; se poi la concordia, si annullasse, e rinovasse, tanto in vita mia, come doppo, all' hora voglio, & ordino, che il datore sia pagato per dote, come doppo alla sudetta Signora Marchesa Maria Isabella mia figlia, & alli suoi creditori, e per li detti bisogni, vada in conto della legitima, nella quale gl' instituisco heredi.* Dum igitur titulo honorabilis institutionis nepotibus legitima relinquitur, extranea remanet quæstio præteritionis, & inofficiosi, quam in his terminis nec filius, nec alter primum lo- 2 cum occupans intentare valet, ad text. *apert. in leg. cum quæritur 6. C. de inoffic. testam.* ibique scribentes, & signanter Bart. & Bald. nam in jure præteritus ille tantum dicitur, cui nihil penitus relictum fuit, ad lit. text. *in l. omnimodo §. fin. C. de inoffic. testam.* Nil relevante objecto, a nuper recensita institutione excludi quidem præteritionem verbis, at non in re, cum Laura jusserit in casu validitatis concordiæ bona assignata in legitimam imputari, & data transactionis nullitate, in eandem causam cedere erogationes factas in filiam, de quibus explicite meminit in testamento, adeout cum erogationes non subsistant, & bona transacta alio titulo, quam hæreditario, Lauræ actoribus obveniant, nihil penitus eis reliquerit de propria substantia, & ignoranter bona aliena pro legitima assignaverit, quæ ignoranter bonorum cum pariat effectum, ac illa personarum, testamentum ex capite præteritionis inficit, ad nota- 3 ta per Marescott. *var. resol. cap. 105. n. 40.* Card. de Luca *de testam. disc. 58. per tot.* cum aliis in famigerata Romana de Marescottis penes Lancellottum, Sacratum, & Ghislerium, *impressam in rec. dec. 526. n. 4. part. 1. & dec. 5. n. 4. & seqq. & dec. 25. n. 11. & seqq. part. 4. tom. 2. & dec. 405. n. 9. & pluribus seqq. ad fin. part. 9.* & tenuit apud Peuting. *dec. 194. & dec. 190. utrobique n. 1.*

Siquidem servata eadem testamenti litera, vis objecti elidebatur, cum ab ea pateret Testatorem explicite, libere ac indefinite, prout juris erat, nepotes instituisse in legitimam, ibi: *Nella quale l' instituisco heredi*, ac contradistinxisse præfatam institutionem a modo illam detrahendi; nam eam libere explevit, & nulla apposita restrictione ad certa, & determinata bona, modum vero qualificavit certis imputationibus, & deductionibus, quæ minime percutiunt institutionem ipsam illimitate contextam sine ullo onere, vel gravamine; unde si deductiones non subsistunt, ac imputatio minus juridice fuit demandata, poterunt quidem invalidare modum detractionis præscriptum; sed non institutionem diversimode conceptam, qua firma subsistente in perfecta voluntate, non denegabitur quidem nepotibus imputationum declinatio, si juridice dignoscatur, ac legitimam in bonis relictis non acceptare, si ea erunt propria eorum, & non testatricis; sed non proinde justitiæ fomentum quærere poteris querela inofficiosi, quæ opponi non valeat adversus institutionem in legitimam libere demanderam, & si modo aliquod adsit onus, cum illo declinato salvum, & illæsum maneat jus legitimarii, *leg. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* Pereg. *de fideicomm. art. 56. n. 188.* Merl. *de legit. lib. 2. tit. 2. q. 109. sub n. 5.* Rot. *dec. 287. n. 4. part. 16. & dec. 270. n. 11. dec. 677. n. 13. part. 18. rec.*

4 Quamobrem, & si vera sit in suis terminis propositio, quod institutio facta in legitimam, jubendo in illam sub unica portione imputari bona ignoranter aliena inficiat testamentum, ac illud reddat nullum ex capite præteritionis; hoc tamen procedit, vel quando in testamento præter demandatam imputationem nulla antecedit, minusque subsequitur libera institutio; sub qua hypothesi ratiocina- 5 tur Card. de Luca *de testam. disc. 58. per tot.* seu quoties institutio esset restricta, & limitata ad certa bona, quæ sub una voluntate, vel assignatura, vel imputari præscribitur, sub quo themate prodierunt decisiones in Romana de Marescottis in objecto laudatæ, in quarum casu præteritio spectabilis, & a Rota fuit canonizata, cum ibi testator per contradistinctam periodum in legitimam libere non instituerit; sed relinquendo bona aliena, jusserit tantum ea in legitimam imputari, ut videre est in principio *dec. 526.* 6 *p. 1. rec.* sub cujus tenore cæteræ omnes processerunt. Minime tamen theoricæ in iis casibus firmatæ applicantur nostræ hypothesi, cum disparatis orationibus Laura testatrix institutionem impleverit, ac deductiones, & imputationes jusserit. Nam in his terminis invalidata altera ex dispositionibus, subsequens remanet firma, & in suo robore, cum una in alteram non influat, sed unaquæque de per se voluntatem, ac dispositionem compleat, adeout infecta methodo detractionis imposita, adhuc sustineatur institutio ipsa, cujus vigore valet legitimarius carpere quotam sibi de jure debitam, Rip. *in l. in quartam sub n. 153. vers. confirmatur, & n. 154. vers. cum id, ff. ad leg. falcid.* Salicet. *in l. 2. n. 27. C. de act.* 7 Rot. cor. Peutinger. *dec. 481. n. 13.* & coram Othob. *dec. 13. n. 1.*

Et convincens sane disparitatis ratio inter unum, & alterum casum intercedit; quia institutio concepta cum adjectione certorum bonorum, cum vitietur de jure ob ignorantiam qualitatis bonorum in testatore consideratam, nec alibi in Testamento reperiatur cautum de legitima, præteritio ipso jure emergit; quod minime tamen procedit in computatione demandata contra distincte ad institutionem libere scriptam, quia annullata præscripta imputatione, adhuc in alia testamenti parte libera viget institutio, cujus vigore legitimarii sunt in tuto, solumque eis certare incumbit super competentia, vel incompetentia deductionum ad jura superius considerata.

Eademque responsione tollitur replicatio, quod ob demandatam imputationem bonorum transactionis in legitimam, debeatur saltem legitimariis illorum æstimatio; nam hoc procedit, ubi æstimatio connexa est cum institu- 8 tione, non vero quando una ab altera est contradistincta, quia tunc facta impugnatione institutio remanet firma, & ad illius normam peti valet legitima, subducto quocunque onere, ut apprime consideravit Rot. *dec. 453. per tot. p. 1. rec.* 9 quæ edita fuit in sæpius laudata causa Romana de Marescottis, satis contradistincta juxta facti circumstantias ab hodierna quæstione juxta ea, quæ nuper exposita fuerunt.

Minusque obtinuit animadversio, quod libera institutio percutiat tantum casum transactionis invalidandæ, ideoque operari non valeat in præsenti, dum transactio valida declarata fuit; siquidem tam ex natura verborum, quam ex proprietate orationis assequimur, institutionem in legitima independenter, ac per modum separatæ orationis appositam fuisse; verba nanque, *nella quale instituisco heredi*, uti ge- 10 neralia, ac indefinita, ad omnes casus expressos referuntur, potissimum ad effectum salvandi testamentum a vitio præteritionis, juxta *theoricam instit.* & dixit Rota coram Arguelles *dec. 28. n. 176.* ubi concordantes, & tanquam scripta post alternativam imputationis demandatæ, utramque illius partem determinant, nedum quia sunt apposita in fine per viam regulæ, sicque referibilia ad omnia præ- 11 cedentia, Rot. cor. Coccin. *dec. 89. n. 6. dec. 166. n. 2. & dec. 267. n. 16. & dec. 1354. num. 80.* sed etiam quia cum secundus gradus a primo dependeat, ambo regulantur ab eadem natura, & præsumpta voluntate disponentis, ad 12 sensum Rot. *in rec. dec. 135. n. 10. part. 9. dec. 124. n. 30. p. 14. & dec. 168. n. 5. part. 17.*

Et ita prætermisso objecto invaliditatis testamenti, uti causati suggestionibus, ac in ipso calore iracundiæ, qua testatrix exardebat erga proprios nepotes, cum appareret destitutum validis facti probationibus percutientibus tempus præcisum conditi testamenti, P.P. resolverunt, utraque parte audita.

R. P. D. ANSALDO.

Romana Testamenti.

Lunæ 9. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

In his duabus, quæ subsequuntur, decisionibus agitur de eadem materia, quæ in præcedenti decisione habetur, pluraque notantur circa invaliditatem testamenti ex capite iracundiæ, & falsarum suggestionem.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *CAusa intestati cessat, eo ipso quod testamentum, & causa testati concurrit.*
2 *In dubio pro validitate testamenti arbitrandum, seu judicandum venit.*
3 *Testamentum ascendentis est nullum, si descendentes saltem in legitima hæredes non instituantur.*
4 *Et relictum legitimæ nedum requiritur ad dictum effectum, ut fiat per viam institutionis, sed exigitur, quod emissum fuerit expresse, & de propriis bonis ipsius testantis.*
6 *Ut ex relicto legitimæ in bonis alterius corruat testamentum, quid exigitur.*
7 *Legitima quando censeatur quota hæreditatis.*
8 *Testamentum est validum, si per viam institutionis relicta sit legitima, licet testator deinde adjecerit modum illam habendi, ex quo relictum remanet inutile.*
9 *Tutor quando reddat testamentum invalidum.*
10 *Ex mutatione primi testamenti non promanat probatio iracundiæ, quæ apta sit irritare secundum testamentum.*
11 *Querimonia expressa in testamento adversus descendentes, quando extranei institutionem ex capite iracundiæ non inficiat, licet causæ querimoniæ non subsistant.*
12 *Ira, & furor non præsumitur per multum tempus durare.*
13 *Quæ requirantur, ut testamenta ex fundamine suggestionum subvertantur.*
14 *Probationes imperfectæ adversus publicum, & solemne testamentum non sunt proponenda.*

D E C I S I O XVI.

POstquam a sententia lata per Reverendissimum Decanum provocantes DD. de Mutis obtinuerunt cot. ma
declarari, eandem sententiam esse infirmandam ex capite
excessus supergredientis normam procedentium decisionum contra stylum Tribunalis, & normam Constitutionum, salubrius capessendo consilium R. P. D. Franciscus
Maria Caraffa Actor in præsenti causa, tanquam hæres instituta a bonæ me. Laura, protinus eidem renunciavit sententiæ, dubiumque ab initio datum ex integro reproponi
curavit, scilicet: *An testamentum D. Lauræ sustineatur*,
& Domini affirmative respondendum censuere, neglecta
secunda parte ejusdem dubii: *Seu potius danda esset immissio Dominis de Mutis*, veluti prolabentes in sequelam primæ partis, seu resolutionis.

Quemadmodum enim causa intestati, cui nitebantur
DD. de Mutis, cessat eo ipso, quod testamentum, & causa
testati concurrit, juxta præclara jura laudata in Romana,
seu Veneta Immissionis 28. Junii 1694. coram Rev. D. meo
1 Decano, confirmata 14 Maii 1696. coram R. P. D. meo de
la Tremoille, utrobique §. 1. & nuper in Romana fideicommissi de Albertinis 10. Martii proxime præteriti, §. *Eademque*, cor. R. P. D. meo Lancetta; redigebatur idcirco quæstio ad enunciatam, ac primam dubii partem; cumque controversia non esset in ordine ad validitatem respectu formæ
testandi, & hinc duntaxat promoverentur exceptiones contra testamentum D. Lauræ, alter in vtteribus, seu præambulis decisionibus Reverendiss. D. Decani sedulo dispuncta, utrum legitima Dominis de Mutis ejusdem Lauræ nepotibus fuisset sufficienter relicta, & altera, an ex vitio iracundiæ mentem pervertentis rueret testamentum? visum
est, neutram exceptionem subsistere, non solum ex regula,
quam jura, & majores nostri tenendam serio existimarunt,
ut semper in dubio pro validitate testamenti arbitrandum,
2 sive judicandum veniat, ex prænotatis per Vvesembec. *cons.*
130. *n.* 54. Peuckman. *cons.* 1. *n.* 33. Fusar. *cons.* 41. *n.* 39. Alrograd. jun. *contr.* 16. *sub n.* 11. Reusner. *dec.* 8. *n.* 31. *par.* 1.
Adden. ad Pamphil. *dec.* 56. *n.* 7. Rota *dec.* 203. *n.* 27. coram
san. mem. Alexand. VII.

Verum etiam introspecto tenore dispositionis, de qua agebatur, quoniam ex toto contextu conjiciebatur, D. Lauram
efficere voluisse hæredem R. P. D. Caraffam, & idcirco quantumvis in testamento non instituerit perspicuitate omnino
palpabili in legitima nepotes suos, ut natura exigebat, adhuc tamen oculis Dominorum præsulsis ex substantia veritatis, quod eadem D. Laura intellexerit satisfacere legi, in
quantum necessitas urgebat circa legitimam, sed respective sese proposuit in demonstrando, quod, ut præmisimus,
intendere faciebat hæredem R. P. D. Caraffam; licet enim
jura velint, quod pater, & mater, cæterique ascendentes,
insequentes ordinem charitatis, filios, vel nepotes ab eisdem descendentes saltem instituant in legitima, & alias
præteritis filiis, vel descendentibus tabulæ testamentariæ 3
rumpantur, ad text. *in leg. omnimodo, §. Sin vero, Cod. de
inoff. testam. & in l. 2. C. de liber. prætor.*

Atque ideo eadem jura nostra semper insequendo spiritum naturæ voluerint, ut nisi filii, cæterique descendentes
instituerentur hæredes, legitimæ relictio, quæ præservat
testamentum a nullitate, fiat omnino expresse, vel modo
prorsus æquipollenti; proindeque si filius, vel descendens
appareat ex lectura Tabularum fuisse præteritum, & nullibi nominatum in institutione, statuant infringi dispositionem, quando saltem ei non forent jure ipsius institutionis
assignata bona pro legitima, quæ essent de patrimonio testantis, ex quo tunc irrationabiliter præsumatur filium, & descen- 4
dentem præteriisse, inquantum relinquens bona propria ad
mensuram legis crederet satisfecisse necessitudini, & necessitati ejusdem legis, itant alias potius eundem filium, & descendentem instituisset hæredem, quam privasset in suis bonis legitima, omni jure, & ratione debita ex proprio corpore descendentibus, adaa, quæ bene in his terminis disputata, & considerata fuerunt in Causa Romana de Marescottis *dec.* 526 *n.* 4. *p.* 1. *rec. & dec.* 405 *n.* 10. *& seqq. p.* 9. 5
repetit. 160. *n.* 3. *cum seqq.* post Merlin. *de legit.* & in Romana fideicommissi de Agazariis cor. Peutinger. *inter suas
dec.* 194. *n.* 1. *& dec.* 290. *n.* 2. & animadvertunt etiam exteri scribentes, nempe Barry *de success. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 5. *ad med.
vers. similiter*, Argel *de acquir. possess. q.* 3. *art.* 16. *n.* 911.
Modern. Lucen. *consult.* 678. *n.* 7.

Applicando nihilominus ad rem, agnitum fuit, fategisse quidem D. Lauram relinquere pro legitima bona, quæ
jam vigore cujusdam transactionis initæ præcedenter per
ipsam D. Lauram, ejusque DD. nepotes, deinceps ab
A. C. in Tribunali nostro approbatæ, præcisive a jure legitimæ, & successionis attinebant ad eosdem DD. nepotes,
& sic posse in hunc sensum verificari, quod non reliquerit,
ut tenebatur, nepotibus, bona propria; sed hoc ex evidentia
facti, & verborum testamenti non poterit recenseri ad errorem, qui secum traheret defectum intentionis in D. Laura circa non volitam institutionem nepotum, præterquam
in legitima; adeout si eadem Laura scivisset, bona comprehensa in transactione non fore amplius illius propria, sed
spectare ad DD. nepotes ex causa memoratæ transactionis
promanantis a diverso jure, & titulo fideicommissi nobilis, ac
perpetuæ familiæ de Jacovaccis, diversimode ordinasset,
proindeque aut hæredes ex asse instituisset nepotes, aut alia
bona indubitanter propria reliquisset illis pro legitima,
quemadmodum est ratio medullaris præfatarum authoritatum, juriumque, & Doctorum, qui ab eisdem decisionibus, & authoritatibus referuntur, & exornantur, ut si- 6
gnanter liquet ex Bald. *in l. si quis filium* 34. *sub num.* 11. *v.
quarto quæritur, de inoff. testam. & l. cum alienam n.* 10. *&
seq. Cum de legat. & cons.* 93. *n.* 7. *lib.* 3 Castrens. *cons.* 455.
sub n. 4. *vers. quantum autem lib.* 2. Alex. *cons.* 20. *n.* 6. *lib.* 3.
Marasc. *variar. res. lib.* 2. *c.* 105. *n.* 40. *cum seqq.* Card. de
Luca *de testam. disc.* 58. *n.* 3. qui omnes ad effectum irritandi testamentum patrificant casum ignorantiæ circa supervivientiam personæ instituendæ, & ignorantiam rei relictæ pro legitima.

Apparuit namque, quod Laura abhorrens instituere nepotes, potius superabundavit in voluntate excludendi eosdem nepotes, quam defecerit in intentione hujusmodi pertinacis exclusionis: & quia certo sciebat, tabulas testamenti passuras rupturam, & infractionem, nisi ex præmisso honorabili titulo institutionis institueret nepotes in legitima, conata est in principio testamenti præsupponere,
quod bon. mem. D. Marchionissa Maria Isabella filia immediata, & mater respective DD. nepotum extitisse *condecentemente &c. & oltre modo dotata*, etiam ex bonis dotalibus ejusdem Lauræ, vel ad ipsam spectantibus, *ed in
conseguenza se fosse sopravissuta, non avrebbe potuto pretendere cosa alcuna dall' eredità, sì per detta exclusione, come per la rinunzia*; deinde autem, quia pariter intendebat, & curabat avellere a nepotibus bona eisdem correspective concessa in transactione, studuit mediante dilemate intentum proprium implere ordinando, quod ubi
transactio substituisset, bona in eadem transactione contenta starent, *per qualsivoglia loro pretensione anco di legitima, o che si debbono imputare in quella*: in casu vero
con-

Digitized by Google

contrario, quoties transactio annullaretur, pariformiter omne datum, & solutum, *si per date, come despò, alla sudetta Marchesa Maria Isabella, e suoi creditori, vada in conto di legitima*; ac propterea semper palpabilem visum est, Lauram, si potuisset, abstulisse etiam a nepotibus legitimam, in quam imputari mandabat vel debita ad calculum ejusdem legitimæ non referibilia, vel bona jam præcedenter, & alias diverso titulo pertinentia ad nepotes; quæ sane forma cæteroquin dura loquendi, nullam involvit, ut diximus, ignorantiam in testatrice, imo consovet manifestissimam ipsius intentionem, nedum circa successionem generalem, sed etiam si valuisset circa legitimam, quæ etsi ad alios effectus censeatur quota bonorum, est tamen ad hunc effectum quota

7 hæreditatis, juxta perpensa per Altogr. *cons.91. n.83. lib.1. & cons.42. n.44. & 45. lib.2.* Merlin. *de legit. lib.1. tit.1. q.2. per tot. & signanter n.* 10. Carleval. *de utraq. quær. p.4. c.1. n.17. cum 2. seqq.* Card. de Luca *de legit. disc.43. sub n.7.*

Et quoniam severa nimis hæc alienatio amotis aviti, ac præcedens formula disponendi non fuisset apta præservare testamentum a nullitate ob superius insinuatam juris naturalis, & civilis reluctantiam, quæ non patitur, ut descendentes legitima saltem portione fraudentur, caute nimia conclusit per illa verba de per se stantia, *nella quale*

8 (idest in legitima) *l'instituisco eredi*, ut bene responsum fuit in omnibus decisionibus causæ, nempe sub die 4. Martii 1695. §. *Quamobrem cum seq.* sub die 23. Martii 1696. §. *Absque eo quod, & seq.* & evidentius sub die 4. Februarii 1697. ex §. *Nec quidquam facit*, ubi ostenditur, quod prædicta finalitas locutionis juncta cum antecedenti semper suspensa proculdubio importat sufficientem institutionem in legitima seorsim, ubi oportet, a dependentia casuum antecedentium, ex quo per illa verba, *vadino per qualsivoglia pretensione &c. vada in conto &c.* Laura intellexerat, in quantum posset, legitimam relinquere dependenter a transactione, inquantum non posset, eandem legitimam relinquere independenter & absolute a validitate, vel invaliditate transactionis, concludendo, *nella quale l'instituisco eredi*.

Atque idcirco recte DD. de Mutis per dubium separatum instituere pro deductione legitimæ, in qua revera noscebantur instituti, ejusque competentiam sub hodierna die declarari reportarunt coram me, quantumvis circa quantitatem dilata fuerit resolutio.

Secunda autem exceptio, quæ, ut supra diximus, eliciebatur ex vitio iracundiæ, quæ per speciem furoris potuisset reddere phreneticam D. Lauram, & sic incapacem fruendi, durante iracundia, legitima factione testamenti, ex iis, quæ varias recensendo species furoris inhabitativi testamentariæ factionis luculenter habentur examinata in Romana

9 seu Veneta immissionis 14. Maii mox elapsi coram me.

Profecto ex diametro pugnare videbatur cum prima exceptione; si etenim D. Laura ignoranter sese habuisset, ac gessisset, quando in causam legitimæ procuravit relinquere bona contenta in transactione, aut quando prætensa bona collata, sive asserta credita erga D. Marchionissam Mariam Isabellam in eandem legitimam nepotum imputari mandavit, itaut si scivisset bona hæc, sive credita esse idealia, aut in alias inimputabilia, nequaquam prætermisisset instituere nepotes; & quis non videt, quod hoc congruere non valebat supposita duratione iracundiæ non alio alio tendentis, quam ad nolendam institutionem nepotum, ut sine alia allegatione patet ad sensum.

Cæterum domini ad partes etiam reflectendo ad hujusmodi objectum iracundiæ communitum cum prætensis suggestionibus per hæredes adhibitis ad assequendam hæreditatem, de qua agebatur, nullo modo crediderunt constare ex deductis per DD. de Mutis, neque de sufficienti iracundia, quæ ad gradum necessarium, seu æquipollentem furentis posset ascendere, neque pariter de suggestionibus, quæ valerent a consecutione hæreditatis hæredem repellere; respectu nanque iracundiæ, sola mutatio primi testamenti conditi ad favorem nepotum non erat de per se apta inducere iracundiam impeditivam, ut præmisimus, factionis te-

10 stamentar; hoc enim habet pretii, vel oneris humana natura, ut usque ad obitum facile immutetur, & ab una non solum in diversam, sed etiam in oppositam abeat sententiam, sicuti in proposito testamentorum adamussim considerant Menoch. *cons.329. n.5.* Mieres *majorat. part.4. q.1. lim.1. n.30.* Capyc. Latr. *consult.143. n.50. & seq* Rota *dec. 626. n.9. cor. Pamph. & dec. 300. n.13. & seqq.* cor. Priol.

Minusque congruam iracundiam poterant importare verba Codicillorum, ut ibi: *Et anche per l'ingratitudine de dd. miei nepoti, e loro mali portamenti arrivati al non plus ultra, de quali avanti Iddio, & avanti tutti gl'huomini mi querelo*; quia licet probabiliter querimonia hæc transcenderet omne fundamentum veritatis, non tamen consimilis injusta persuasio mentem in radice vulnerat, & cerebrum; sed tantummodo idonea esse valet ad inducenda, & præoccupanda pathemata nostrorum cordium, quæ semper ubi aliquem præeligunt in hæredem, præsertim interverso ordine, & impulsu naturæ, habent talem personam pro sibi grata, & exclusam pro non grata, vel alias non volita, sicuti quotidiana docet experientia, & innuit Card. 11 de Luca *de testam. disc.33. sub n.28. vers. unde propterea.*

Potissime accedente reflexione, quod a die conditi testamenti ad illum Codicillorum præterlapsi sunt plures, ac plures menses; unde nisi de continuato intermedio liqueat furore, profecto iracundia non præsumitur per tantam intercapedinem durare, nanque *ira furor brevis est*, canebat Horatius *Epist.1. ad Lollium*, & animadvertunt etiam nostri scribentes, ut penes Bardellon. *cons.87. n.23.* Altogr. 12 *cons.90. n.100. lib.1.* Barry *de success. lib.1. tit.7. n.44.* Catocc. *dec.47. n.17.* Sanct. Mantuan. *in dec. impress.* post Adden. ad Ramon. *tom.4. in ordine* 104. *n.*106. Rota *dec.52. n. ult.* post Card. Albit. *de incons. in judic.* & in Senogallien. Legatorum 13. Junii 1697. § *sublata*, cor. R. P. D. meo Muto.

Quod denique ad suggestiones, illæ remanebant destitutæ soliditate facti, ac probationum legitimarum, quemadmodum necesse est, cum tribus illis requisitis ad finem evertendi testamenta, de quibus Card. de Luca *de testam.* 13 *disc.33. n.18.* Rot. *dec.230. n.14.* post Tori. *de pact. futur. success.* Sola nanque testificatio mulieris recensita in sum. DD. de Mutis *n.5.* & tanquam unica, & tanquam feminea, ac demum veluti ad examen non revocata, nullo modo poterat attendi ad prosternendam voluntatem per juridica documenta, sive publicum, ac solemne instrumentum demonstratam in Tribunali, jubente Imperatore in §. *Disponat Auth. de nupt. Disponat itaque unusquisque &c. & sit lex ejus voluntas*, & firmant in his terminis uno ore Authores relati *in dec.109. n.46. & 47. part.17. rec.* et *dec.230. n.30.* post Modern. Lucen. *de pact. futur. success.* & in Forosempr. testamenti 17. Februarii proxime præteriti §. *fin.* cor. me.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO,

Romana Testamenti.

Mercur. 11. Martii 1699.

Adest argumentum in decisione, quæ istam præcedit.

SUMMARIUM.

1 *Testamentum a vitio præteritionis salvatur, si relicta fuerit legitima honorabili titulo institutionis.*
2 *Testamentum sub falsis, iniquis, ac dolosis suppositionibus reportatum, sustineri non potest.*
3 *Testamentum conditum ex blandis urbanisque modis hæredis, sustinetur, & n.4.*
5 *Ut testamentum ex falsis suggestionibus irritetur, quæ requirantur.*
6 *Permissum omnibus est sanguine junctos excludere, et extraneum sibi bene visum instituere.*
7 *Homines in tantum litigando pugnant, in quantum vincere credunt et sperant.*
8 *Falsæ suggestiones quando non sint apta irritandi testamentum.*
9 *Lites quæ causare soleant, n. 10. ac 13.*
11 *Ad prosternendum testamentum testes inducti debent esse omni exceptione majores.*
12 *Testis contra inducentem plene probat.*
14 *Testis unicus nihil probat.*
15 *Testis dubius nullam fidem facit.*

DECISIO XVII.

Dignoscentes DD. de Mutis vitium præteritionis, cum quo subvertere sperabant testamentum D. Lauræ eorum aviæ satis censeri posse sublatum ex juribus, & fundamentis late, solideque perpensis in tribus decisionibus, quæ emanaverant coram bon. mem. Ursino, sub diebus 4. Martii 1695. 23. Martii 1696. & Februarii 1697. necnon in postrema edita sub die 9. Junii anni proxime elapsi coram me, & si hodie quoque idem vitium objicerent pro consequendo recessu a decisis, attamen fortius

insistere (prævia admissione articulorum, & præcedente examine nonnullorum testium) super comprobandis instigationibus, quæ asserebantur perpetratæ per hæredem testamentarium ad ejusdem D. Lauræ seductionem, ac etiam super iracundia, quam satagebant ostendere usque ad illum gradum pervenisse, ut mentis excessum produxisset in D. Laura, eamque reddidisset testamentariæ factionis incapacem; sed nec veteri objecto, nec novis ad trutinam justitiæ nostri Auditorii revocatis, ullo modo visum est ab jam firmiter decisis posse recedi.

Quo enim ad memoratum vetus objectum vitii præteritionis, domini non invenere quidquam pro ipsorum de Mutis in facto, vel in jure superadditi, quod ita aliquo debilitaret stabilita fundamenta quatuor præcedentium decisionum, unde ad easdem decisiones, veluti cæteroquin in hac arida materia superabundantes, sese habuerunt remissive, semper tenentes, quod potius in testatrice concurreret scientia, & superlativa voluntas excludendi nepotes etiam a legitima, si potuisset, quam quod per ignorantiam juris, vel facti decepta maluisset proprias tabulas rescindi, quia præterquam ad effectum excludendi similem quæstionem, non solum mentionem fecerat de legitima, ipsisque nepotibus, sed adjunxerat illa verba: *Nella quale l'instituisco heredi*: quæ cum jam ad sensum, & demonstrationem antecedentium decisionum agnita fuerint stare absolute, & independenter, non poterant magis dismetraliter opponi prætensæ præteritioni, imo præcisive a remedio text. *in l. scimus, & in l. omnimodo, C. de in offic. testam.* apertissime sonabant in
1 ordine ad titulum inhonorabilem, & sufficientissimam institutionem, quæ tantummodo, ne testamenta ascendentium corruant, a jure nostro respectu filiorum, nepotum, vel ulteriorum descendentium, præscribitur, & desideratur, ad text. *in §. Aliud quoque capitulum, ibique gloss. in verb. præterire, Authen. ut cum de appell. cognosc.* Spad. *cons. 50. n. 19. lib. 1.* Grass. *recept. sentent. §. testamentum q. 35. n. 3.* Amat. *dec. March. 44. sub princ.* cum reliquis vulgatis.

Ejusdem penitus irrelevantiæ præfulxerunt alia duo nova objecta, instigationis scilicet, & iracundiæ; quatenus enim spectabat ad instigationem, distinguendum DD. dixerunt, quod vel hæres sub falsis, iniquis, ac dolosis suppositionibus testantis animum pervertit; tuncque quia dolus doloso patrocinari non debet, neque respective decipi, subripi, & fraudari voluntas, quæ debet esse volita, & libera testantium, tale vitium, ac dolosa machina falsarum suggestionum capax est reducendi negotium ab intestato, & sic ad provisionem legis, infracto testamento, & provisione hominis, juxta alias receptam theoricam Angel.
2 *in l. non enim n. 3. ff. de inoffic. testam.* cum quo communiter procedunt Jas. *in l. 1. n. 5. C. si quis aliq. testar. prohib. & cons. 141. num. 5. lib. 4.* Ruin. *cons. 73. n. 4. & 5. lib. 2.* Surd. *cons. 373. ex n. 15. cum pluribus seqq.* Menoch. *de arbitrar. cas. 395. ex n. 44. usque ad fin.* Mieres *de majorat. p. 1. qu. 35. n. 5. cum seqq.* Andreol. *controv. 14. cum duob. seqq. per totas,* Rot. *dec. 279. n. 6. p. 18. rec.*

Vel hæres ipse non falsis, ac dolo inhibitis suggestionibus, machinationibus, & præsuppositis, captavit, ac malitiose extorsit voluntatem testanti; sed solum forte usus est blandis, urbanisque modis ad alliciendum animum testari volentis, vel valentis; eoque casu, quia largitiones, & munera non obtinentur, nisi, vel ope meritorum, vel metum, aut verborum illecebris; ita nec etiam suprema, & major aliarum omnium largitio hæreditatis per hanc viam assequi jura vetant, sed explicite potius permittunt, ut habetur *in tit. & C. si quis aliq. testar. prohib. ibique l. fin.* Quoties enim successio necessario defertur certis hæredibus, hi possent contemnere meritum, & impedire, quo minus ab aliis recipere valerent meliores, vel humaniores tractatus, sive pinguiora urbanitatis, & dilectionis officia, sicuti prosequendo rationem, & censuram prædictorum textuum, in substantia observarunt Borgnin. Cavalc. *in tract. de tutor. & curator. n. 280.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 395. n. 42. & 43.* Castill. *controv. jur. lib. 3. c. 1. ex n. 186. cum seqq. & lib. 4. cap. 22. n. 117. & 118.* Altograd. *cons. 50. n. 196. & cons. 88. n. 6. lib. 1.* bon. mem. Durao. *de condit. & mod. impossib. part. 3. cap. 5. n. 34.* Betlich. *pract. concl. par. 3. concl. 7. n. 39. 49.* Carpzov. *de jurisprud. foren. p. 3. constit. 5. defin. 7. per tot.* Gasp. Manz. *de testam. tit. 3. qu. 3. num. 4. & seqq. ac per tot.* Sperell. *dec. 150. n. 11. & seq.* Card. de Luca *de testam. disc. 33. n. 23.* Rot. coram Serapb. *decis. 336. n. 9. cum duob. seqq. & dec. 359. n. 10. & in rec. dec. 375. n. 18. & 19. part. 16. & dec. 19. n. 23. & 24. p. 19.*

Ideoque videmus, quod omnis ad hujusmodi intuitum famigeratæ *ll. eum ex familia 69. ff. de l. 2. & l. utrum, §. Cum, quidam ff. de reb. dub.* impartitæ sunt facultatem testantibus, ut honorantes aliquem in hæredem, ac intendentes de cætero bona in sui memoriam, vel sanguinis, aut agnationum conservationem, sive per modum civilem, sive per naturalem, perpetuare; & e converso mitius se agere contra eundem hæredem, vel alios substitutos, molliendo asperitatem, vinculi restituendi bona recepta per primum testatorem, habeant hi hæredes ex ejusdem primi testatoris benignitate, & permissione, potestatem eligendi, vel nominandi quem maluerint, vel de certo, vel de incerto genere personarum, ad hoc, ut iidem nominare, sive eligere valentes queant justum exercere arbitrium cum sibi magis benevolis, sibique aptiores illecebras exercentibus, juxta frequentem praxim, & casum tot primogeniturarum, ac fideicommissorum, inter quæ adsunt in suis casibus novissime disputata in illa Romana restitutionis hæreditatis 2. Aprilis 1696. co- 4
ram bon. mem. Emerix, confirmata 17. Junii 1697. coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana nominationis 23. Januarii 1698. coram R. P. D. meo dell'Olmo.

Applicando igitur ad rem, potius, si qua industria, vel studium fuit a R. P. D. Carassa adhibitum erga Lauram testatricem, putarunt domini, illam, vel illud cadere evidentius super secundo, licitoque membro distinctionis, non autem super primo prorsus indigno, & illicito; nam etsi ad finem comprobandi seductionem, ac illicitam instigationem, respectu dictæ Lauræ ex depositione nonnullorum testium contendissent dd. nepotes justificare tale assumptum ex pluribus aggregatis, nimirum ex improviso discessu testatricis e domo eorundem nepotum, contemporanea recuperatione testamenti per eam conditi ad illorum favorem, & confectione novi, & hodie controversi testamenti in domo Puteobonella, ad quam forte liberius accedere poterat hæres institutus, una cum assidua conversatione in eadem domo cum D. Laura Abb. Octavii valde amici ejusdem hæredis: hujusmodi tamen conjecturæ visæ fuere nimium generales, atque æquivocæ, potiusque referibiles vel ad inconstantiam mulieris testari cupientis voluntatem vel (ad normam ejusdem secundæ partis, ut supra distinctivæ) potius ad justum studium, & illecebras, quando præsertim receptum est, ut ad inducendam primam speciem dolosæ, & irritativæ suggestionis, concurrere debeant illa tria requisita, nimirum, quod suggestiones debeant esse falsæ, & cum dolo præparatæ, quod sint factæ vel per ipsum hæredem, vel per alium de ejusdem hæredis expresso, aut virtuali mandato, quodque denique testans ex hujusmodi suggestionibus tali modo machinatis inductus fuerit ad testandum, itant alias testatus non fuisset, sicuti concludendo
tradunt adducti per Barry *de success. l. 1. tit. 9. n. 14. in fin. vers. sed melius,* Card. de Luca *de testam. d. disc. 33. ex n. 18. cum seqq.* Rota *d. dec. 375. ex n. 16. fere usque ad fin. q. 16. & dec. 395. n. 17. & seqq. par. 15.* & in Senogallien. legatorum 13. Jun. 1697. *§. Sublata,* coram R. D. meo Moliner Decano. 5

Neque minus æquivocæ, & generales compertæ fuerunt aliæ conjecturæ, videlicet irrationabilitas dispositionis cum præteritione nepotum, necnon asserta suggestio, quod lites tunc inlurrectæ inter eosdem nepotes, & aviam forent injustæ, quando tamen pacifice mitter ex eventu in eadem Sacra Rota, & prius coram A. C. subsecuto, compertum fuit, easdem lites esse undequaque justissimas; siquidem respectu primæ hujus conjecturæ, illa percutere videbatur principium; quantumvis enim secundum ponderata inter easdem partes in altera Romana legitimæ 9. Junii anni præteriti in pc. coram me, durissima videatur esse hæc interversio charitatis in relinquendo hæredes extraneos, posthabita propria descendentia; attamen hoc ipsum est, quod jura indulgent, nimirum, ut quisque testetur, qui testari potest, ad sui libitum, relicta legitima favore eorum, quibus eadem
jura ipsius legitimæ leges præservant, ad text. *in auth. de triente & semiss. in pr. vers. reliquum vero,* & in fortioribus Honded. *cons. 43. n. 11. & 20. lib. 1. & cons. 71. n. 42. lib. 2.* Curiac. *controv. 221. num. 31. & contr. 262. n. 39. & seqq.* Borgn. Cavalc. *dec. 8. n. 8. p. 3.* Rot. *d. dec. 395. n. 28. par. 17. recent.* & in Bononien. separationis bonorum 18. Martii 1669. *§. Exclusa autem,* cor. bon. mem. Calataj. M. S. 6

Quod autem lites forent inter nepotes, & aviam justæ, vel injustæ, nullo modo pertinebat ad testamenti validitatem, vel invaliditatem: quia nihil circa hoc comprobatum extitit in ordine ad hæredem inscriptum; sed tantummodo

Digitized by Google

modo id apparebat ea lectura ipsius testamenti; unde deficiente penitus prætensa suggestione, quod testatrix reputaverit, lites contra se penmotas a nepotibus fore injustas,
7 hoc erat tribuendum miseræ credulitati conditionis humanæ, quæ intantum litigando pugnat, inquantum vincere sibi insimulat, & sperat, ut ait Rub. *de valid. legal. cap.30. n.61. & 62.* quin etiam, ubi demonstratum fuisset, hæredem asseruisse, prædictae lites esse injustas, potius id erat tribuendum affectinni, vel blandimento, quam iniquæ, & falsæ suggestioni dolo præparatæ; ut enim inquit Cornel. in famigerata oratione Galbæ ad Pisonem, *Assentatio sine studio peragitur:* Et de facto hæ sunt illæ blandi-
8 tiæ, quæ non irritant testamentum, juxta ea, quæ observant, vel supponunt, ultra superius relatos in secunda classe distinctionis, Gratian. *discept. 659. n.4. & seqq. & sign. n.9.* Peregr. *de jur. fisc. lib.2. tit. 6. num.11.* Paul. Emil. Gall. *de except. part. 2. tit. 1. except. 1. numer. 11. cum seqq.* Georg. Strucc. *in Pandect. exercit. 26. Thes. 8. sub princ.* Andr. Kobl. *ad const. Branzemburg. qu. 18. n.33.* Anton. *de donat. Reg. lib. 3. cap.31. n.35. & seqq.*
9 Et bene addebatur, quod potius hujusmodi lites sive justæ, sive injuste promotæ per nepotes contra aviam essent in causa revocationis primi testamenti, & factionis alterius; quia, cum semper largitio hæreditatis proveniat a benevolentia, exclusio autem a quadam indignatione, nulla forte vehementior passio nostrarum affectionum ad indignationem, & sic exclusionem cujuscunque largitionis magis inducit, quam lis, teste Caball. *cons. 128. n.328. & seqq. lib.2.* Rub. *in addit. ad dec. 636. n.164. & seqq. par. 4. to. 3. rec.* & maxime quoties lites aguntur inter consanguineos, & affines, quia corruptio optimi pessima, sicuti prosequuntur Francesc. *var. resol. cap. 1. n.3.* Michal. de Fratr. *part. 3. cap. 1. n.14.* Episc. Zaul. *in comment. ad stat. Favent.*
10 *lib.3. rubr.15. n.4.* Rot. in Auximana Alimentorum 5. Decemb. 1696. §. *Et quamvis, post med.* cor. R.P.D. meo Muto.
Denique parum ponderis habere reperta est ultima circumstantia prætensæ suggestionis, ex quo non valuerint nepotes accedere ad domum aviæ, quodque tandem post conditum testamentum testatrice loquente cum prædicto Abb. Octavio, quod testatrix responderit: *Ohimè non mi tormentate più, fate quello, che volete;* Ultra enim, quod justificatio talium probationum pendebat vel a famulis actu inservientibus in domo nepotum, vel a mulierculis, quæ non poterant censeri personæ omnino integræ, prout
11 requiruntur ad prosternendum testamentum, ex deductis per Altogr. *cons. 50. num. 122. & seq. & num. 135. lib. 1.* cum aliis per Rot. *d. dec. 375. ex n.40. usque ad fin. part. 16. & d. dec. 375. n.17. cum duob. seqq. part. 17.* & in alia Romana testamenti 3. Decemb. 1698. §. *Neu obstat pariter*, coram R. P. D. meo Caprara.
Adhuc, quod accessus ad aviam fuerit interdictus per violentiam, vel machinationem hæredis, minime justificabatur in facto, quin potius, cum hoc non deceret generosam nobilitatem ipsius hæredis, quam citra contrarietatem asserti sunt iidem testes pro DD. de Mutis examinati, concludentes, eundem hæredem esse integerrimi honoris, ut prorsus incapacem inferendi alicui præjudicium, qui ea proinde plene probant contra inducentem, ex jur. vulg. apud Gratian. *discept. 552. n. 9.* Rot. cor. Priolo *dec. 186.*
12 *num. 4. & dec. 327. n.8.* & in Pisauren. testamenti 1. Aprilis 1686. §. *Si vero inspiciantur*, cor. bo. me. Ursino, ecquis relevavit, utrum eadem aversio, & prohibitio accessus derivaverit ex facto hæredis, sive potius (ut erat verisimilius) ex superius enunciata animi amaritudine suborta ex litium introductione contra aviam, cum eadem litium promotio suapte natura peculiarem aversionem inducat, quemadmodum, præter supra congestos, docet experien-
13 tia, & adnotarunt Petr. Greg. Tholos. *Syntag. jur. lib. 47. c. 1. n. 10.* de Philipp. *differt. scal. 20. n.43. & seqq.*
Circa vero verba prolata per testatricem, *Ohimè non mi tormentate più, fate quello, che volete*, in primis id juxta dictum testium evenerat post jam conditum testamentum, de quo præsens est quæstio, semperque secundario deficiebat mandatum implicitum vel virtuale hæredis in personam Octavii, & de cætero unica mulier, quæ hoc dicit, protestata insimul est, sese nescire, ad quem effectum testatrix consimilia verba angustiam denotantia fuisset effata; quapropter vel hæc conjectura nullatenus in se relevabat, tanquam destitutam omnibus requisitis ad inducendam in hac materia suggestionem, ut supra necessariis; vel etiam non poterat in omnem casum dici sufficienter probata, quia testis erat unica, & loquebatur per verba dubitativa, & non concludentia, ad ea, quæ in terminis primæ propositionis de teste unico habentur apud Remb. *d.285. num.3.* Priol. *dec. 113. n.29.* & alibi millies, & de proferente ver- 14
ba ambigua, & dubitativa ponderavere Lancell. Gall. *cons. 32. n.24.* Conciol. *alleg. 93. nu. 4. cum duob. seqq.* Rot. cor. 15
Zarat. *dec.73. n.21.* & cor. Ubag. *dec.78. n.15. & 16.* & in Romana seu Veliterna Mutui 26. April. 1695. §. *alter ex opposito*, cor. me.
Atque ex his transeundo ad iracundiam, ex cepta illa indignatione, quæ forte poterat ex præmissis, vel aliis ignotis caussis ascendisse in cor testatricis, profecto novum testium examen nullatenus ad hoc conducebat; quamobrem, licet hujusmodi objectum juxta prætensionem nepotum videretur induere apparentiam novi; nihilominus in effectu deficiente nova, meliusque roborata probatione iracundiæ, quæ præseferret, ut requiritur, in talem mentis excessum, & incapacitatem disponendi, DD. censuerunt plusquam abunde idem objectum extitisse oblatum in præterita dec. diei 9. Junii superioris anni, *ex §. Cæterum usque ad fin.* Et ita utraque &c.

REVERENDISS. D. URSINO DECANO.

Carpentoraten. Fideicommissi.

Lun. 25. Maii 1698.

A R G U M E N T U M.

Quando falsum suppositum, in quo fundata fuit institutio hæredis, corruere faciat testamentum.

S U M M A R I U M.

1 *Falsa causa, & erronea credulitas, sub qua conditum fuit testamentum, illud inficit.*
2 *Ut tamen id procedat, requiritur, quod judici clare constet falsam credulitatem principaliter testatorem induxisse ad ita testandum.*
Talis autem probatio tam evidenter est demonstranda, itaut etiam possibilitas in contrarium excludatur, num. 4.
3 *Antedicta probatio apparere dicitur, si causa fuerit expressa, secus si in mente retenta, cum tunc referenda sit dispositio ad liberalitatem, num. 5. ac 8.*
6 *Ad tollendam ignorantiam sufficit opinio comitatus, & vicinia.*
7 *Actus qui referri potest ad aliam causam, nequit pretrahi ad erroneam credulitatem, n. 10.*
9 *Ad sustinendam testatoris dispositionem sufficit denominationes verificari juxta testantis voluntatem, si non juxta rei veritatem.*

D E C I S I O XVIII.

ETsi in jure nostro sancitum habeamus, falsam causam, & credulitatem se habentem per modum causæ finalis, institutiones, & vocationes vitiare ex defectu voluntatis disponentis, quæ cessare dicitur, quoties erratum est in causa finali, ut per text. apertum, *in l. Pactalejus fin. ff. hered. instit.* ubi quæstio agebatur de institutione facta in 1
personam *Nonii Rufi*, eo quia ex rumore perlato testator falso crediderat, alterum hæredem in prioribus tabulis ex asse scriptum mortuum fuisse, cumquo concordat alter textus, *in l. Pater tuus 4. de testatore instituente aliquem uti filium, qui non erat, & l. nec apud 7. ubi de vocante adoptivum, dum talis non esset, C. eodem;* talis tamen theorica ex sub moderatione a juris consultis explicatur, quando indubitanter, & sine ulla hæsitatione judici patet falsam illam credulitatem fuisse personalem causam disposi- 2
tionis, itaut si certo scivisset testator suppositum illud non regere, relictum non fuisset, ad quem effectum regulam tradunt, quod aut causa est in testamento expressa, & tunc dicitur dispositionem vitiare, aut est in mente retenta, & tunc non inficit, quia in proposito causa finalis reputatur illa, quæ dispositioni cohæret, illamque informat, ut legere est apud Barthol. *in titul. leg. final. sub n.4. versic. & sic habes, ff. de hæredit. instituen.* ibi: *Et sic ha- 3
bes ex hac lege, & lege contraria, quod falsa causa inserta, & expressa in testamento, vitiat dispositionem ipso jure, sed si non fuit inserta, sed tacite in corde retenta, non vitiat ipso jure, quod tene menti:* quem unanimiter sequuntur Grat. *cons. 124. n. 8. volum. 1. & cons. 158. eodem*

num. 1. volum. 2. Barz. *in consil. univ. post suas dec. num. 29.* Ruin. *cons. 162. num. 7. lib. 4.* & late Mans. *consult. 760. num. 15. in fin. & pluribus seqq. & signanter numer. 22.* & est de mente textus *in laudata leg. fin. ff. de hered. instit.* dum ioibi testator in dispositione expresserat causam, ob quam priorem Institutionem variabat, ibi: *Quia heredes, quos volui mihi contingere, habere non potui, Novius Rufus heres esto.* Quamobrem de tali causa dispositionis inficiativa constare debet per testatoris expressionem, non tamen omnimodam, sed talem, quæ errorem concludentissime probet, excludendo quamlibet possibilem veritatem in contrarium, adeout in animo judi-
4 cis nulla hæsitatio manere possit, sed certo credere cogatur, errorem ita esse evidenter probatum, ut res aliter se habere non possit, ut bene post plures concordantes prosequitur Mans. *d. consult. 760. n. 17. & seqq.*

In applicatione expositarum thesium hypothesi, tota præsentis causæ residebat indago; nam cum Ludovicus Franciscus de Merles in ultimo, sub quo decessit, elogio legasset Elisabeth de Costaris viduæ relictæ quondam Henrici, & Josepho illius filio pelves argenteas, & tertiam partem omnium fructuum hereditatis sub conditione *si sine filiis*, ac insimul sub eadem methodo eos substituerit tam in portione Theresiæ uxoris alteriu ex hæredibus institutis, quam Thomæ fratris Equitis Hierosolymitani, eo vita functo, dato illis ulteriori substituto Balthassare de Merles in casu illorum obitus *sine filiis*; hodie coram me in gradu appellationis a quodam decreto ab A. C. prolato favore Elisabeth & Josephi, tam memoratus substitutus, quam Thomas hæres ex asse, præmortua jam Theresia cohærede, legata, substitutiones, & institutiones impugnabat, eo sub fundamento, quod illæ prodierint ex falsa causa, seu credulitate, quod Henricus Pater Josephi legatarii, & substituti, & vir Elisabeth consimiliter honoratæ, esset filius legitimus, & naturalis Balthassaris, ut consobrini; quod cum penitus deficiat in facto, eo quia justificatum sit Henricum diem vixisse Melitæ, antequam Balthassar matrimonio copularetur, susceptumque fuisse ex quadam Palma Alfran ab incerto patre inconsequens dici debeat ipso jure dispositio sub tali causa scripta, & emanata.

Quia vero partes sub congruo dubio requisiti animadverterunt talem causam non solum non fuisse a testatore expressam, sed nec etiam potuisse in mente retineri: quia illi certo constabat qualitas natalium Henrici, non dubitarunt proinde responsum pandere, *legata, institutiones, & substitutiones sustineri.*

Assistebant quippe illorum validati omnes regulæ superius perpensæ: quia testator nullam exposuit causam, ob quam ita disponeret, sed pure, & simpliciter legavit, instituit, & substituit; ideoque cum subintelligi possit causa amoris, & benevolentiæ, vel alia motiva suppeditare valeant nobis incognita, inutilis est quæstio erroneæ
5 credulitatis, quæ principaliori deficit probatione, & in casu cum suis requisitis probari non potest excludendo omnem aliam possibilem causam, ad tradita per Mans. *consult. 760. n. 17. aliosque supra allegatos.*

Sed cessabat omnis hæsitatio: quia consideratis etiam circumstantiis extrinsecis, quæ asserebantur ad talem adstruendam causam, illæ penitus inconcludebant, & e converso ab illarum discussione patebat testatorem optime novisse Henricum fuisse filium naturalem Balthassaris consobrini; nam in libro memoriarum, in quo adnotabat omnia ejus familiam respicientia, occasione matrimonii ipso volente, & procurante initi ab Henrico cum Elisabeth, descripsit nomen Josephi sobolis ex hoc conjugio susceptæ, illumque levatum dixit e Sacro fonte per Franciscum de Costaris suum avum maternum, & per Catharinam de Berrono suam proaviam paternam, summ. Elisabeth & Joseph *num. 4.* Cum autem Catharina esset mater ipsius scribentis, & Thomæ fratris, non autem Balthassaris, hinc evidentissime liquet scivisse Henricum non progenitum a Balthassare, sed ab altero ex filiis Catharinæ, quam dicit proaviam Josephi; cumque Catharinæ alii filii non superessent ultra testatorem, & Thomam fratrem, extra controversiam remanet scivisse Henricum Patrem Josephi filium esse Thomæ, nisi vellemus dicere sumpsisse illum a se fuisse progenitum.

Hanc infallibilem probationem condjuvant innumera alia argumenta tam affirmativa, quam negativa; affirmativa quidem deducta ex pluribus epistolis a Ludovico Francisco, & modo a D. Catharina de Berrono matre, datis equiti Thomæ, dum Romæ commorabatur, in quibus enixa solicitudine ei injungebant, ut curaret de legitimatione Henrici, ut redderetur habilis ad statum Ecclesiasticum, ad obtinenda beneficia, ac ad successiones bonorum, *ut in d. Summ. num. 5.* cum quibus concordant dicta quamplurium testium ex utraque parte formiter examinatorum, de quibus *cit. Summar. num. 6. & seqq.* recensentes totam historiam nativitatis Henrici, quem referunt in infantili ætate ab insula Melitensi, ubi natus fuerat, perductum in domum Ludovici Francisci ab eo, & matre benigne exceptum, uti filium naturalem Thomæ fratris, vigente etiam tali opinione in tota vicinia; tanquam talem benevole educatum, nobiliter tractatum, bonis moribus, & disciplinis imbutum, propriæ mensæ continuo politum discumbentem cum nobili puella matrimonio jugatum, denominatum tanquam de propria familia, suis expensis continuo alitum, tandemque magno cum luctu sepultum in tumulo majorum ipsius Ludovici Francisci, extenso, & retento per annum panno lugubri cum insigniis familiæ de Merles in Sacello ipsius Ludovici, absque eo, quod in his omnibus Francisci actibus vel comparuerit, vel operam præstiterit Balthassar, allegatus pro putativo patre. Quis autem in talibus circumstantiis opinari poterit credidisse testatorem Henricum filium legitimum, & naturalem Balthassaris, quando ad talem credulitatem excludendam sufficeret sola contraria reputatio comitatus, & viciniæ, quia ab illa præsumeretur etiam scien-
6 tia in testatore? & in his terminis animadvertit Ruin. *cons. 82. n. 7. in fin. vers. 30. lib. 4.*

Superfluum esset adjicere argumenta negativa deprompta, ex quo in suo libro memoriarum testator adnotato matrimonio Balthassaris, & omnibus filiis ab eo progenitis, de Henrico non meminit, ut in sæpius *cit. summ. n. 3.* sed ista quoque confluunt mirifice ad excludendam excogitatam credulitatem testatoris, a qua vitium dispositionis elici prætenditur.

His autem omnibus contraponi non meretur, quod in eodem libro genealogiæ familiæ occasione adnotationis matrimonii Henrici cum Elisabeth, illum inscripserit filium legitimum, & naturalem Baltassaris; nam cum tot tantisque probationum speciebus positum sit in aperto, Ludovicum Franciscum optime cognovisse contrarium, enunciativa hæc emissa occasione matrimonii initi dicitur facta ex causa obtegendi maculam, & faciliorem reddendi contractum matrimonii ab ipsomet procurati, induciique propterea credulitatem, ut talis reputaretur, sed non erroneam credulitatem, quod talis esset, ut optime notat Balthas. *cons. 437. n. 9. vers.* 7
Vid. distinguendum lib. 5. Tusc. *prat. conclus. lit. E, concl. 323. n. 4.* Grati. *cons. 110. n. 31. & seqq. lib. 2.* Mantic. *de conject. lib. 4. tit. 5. n. 6. vers. quod autem error,* Altogr. *cons. 52. n. 62. vers. aut testator non erravit lib. 1.* & consonat Mans. *cons. 760. n. 20 in fin. & seqq.*

Minusque relevat, quod Thomas Eques medio juramento declaraverit Henricum proprium filium non esse; nam ultra quod talis declaratio non meretur attendi, utpote data ad tegendam propriam incontinentiam, adhuc illa non percutit punctum causæ; quia nostrum non est indagare, an revera Henricus fuerit filius Thomæ, sed sufficit excludere erroneitatem appositam in credulitate testatoris, eo quia opinatus fuerit illum legitime susceptum a Balthassare. Hæc autem cum clarissime removeatur, & nulla causa adhæreat relicto, causa amoris, & benevolentiæ dicitur finalis in dispositione, & illam ab omni vitio salvat, quomodo Henricus natus sit, cum nullo habito respectu ad natalia, nulloque de illis mentione facta, dispositio concepta legatur.

Demum nec prodest, quod in vocationibus, de quibus agitur, testator denominaverit Henricum nobilem, & de sua familia Merles; ideoque cum nec nobilis sit, nec de sua familia, quinimo contendatur vulgo quæsitus, saltem ex deficientia horum suppositorum substitutiones irritentur: siquidem cum testator vivens voluit illum de sua familia cognominari, eumque uti consanguineum continuo tractaverit, si moriens talem, qualem vivens voluit, expressit, nulla oritur adversativa animadversio, quis sufficit denominationes verificari juxta testantis volitum, si non juxta rei veritatem, ut per text. apertum *in l. nemo 58. ff. de hereditat. institution.* ibi: *Qui frater non est, si frater-*

terna charitate diligitur, recte cum nomine suo sub appellatione fratris heres instituatur, ubi gloss. verb. instituitur, & Bald. *cons. 437. n. 5. vers. videtur distinguendum lib. 5.* Unde cum in casu innegabile sit testatorem scivisse Henricum illegitimum, cum illi curaverit obtineri legitimationem, si postea voluit eum credi de sua familia nobilem, & legitimum, hoc non infert falsam credulitatem in eo, sed solum desiderium occultandi maculam ejus, in quem beneficia conferre volebat, ut nobilis facilius reputari posset, & dignius propriam familiam, in quam voluntarie adscriptus erat, repræsentare valeret, & ad propositum notat Altogr. *cons. 53. n. 62. vers. aut testator non erravit lib. 1.* & Mantic. *de conject. lib. 9. tit. 5. sub n. 9. vers. quod autem error.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Carpentoracten. Fideicommissi.

Merc. 10. Julii 1699.

ARGUMENTUM.

Superius decisa approbantur.

SUMMARIUM.

1 *Publice expedit, supremum morientis judicium exitum habere.*

2 *Spurius vulgoque conceptus certum patrem habere non potest, & n. 17.*

3 *Relictum factum alicui sub credulitate esse suum consanguineum, corruit, si detegatur falsam fuisse opinionem, n. 4. 5. & 16.*

6 *Falsa causa, in qua fundatur institutio, si expressa non fuerit, illam minime subvertit, & n. 9.*

7 *Legata, & fideicommissa proficiscuntur a pura benevolentia, & liberalitate testantis.*

8 *Et in eis stat pro ratione testatoris voluntas.*

10 *Textus in l. prima, §. si quis filium, ff. de Carbonian. edict. explicatur.*

11 *Persona summopere dilecta bene potest sub appellatione sua familia vocari, licet de ea non sit, n. 12.*

13 *Dispositio quæ innititur falso supposito, ipso jure corruit, si illud fuerit expressum; si vero in mente extiterit retentum, opus est judicis declaratione.*

14 *Ut autem in hoc secundo casu retractari debeat dispositio, duo copulative sunt probanda, quod nempe testator revera erraverit in causa finali suæ dispositionis, quodque agnito errore aliter dispositurus fuisset.*

15 *Talis probatio ex quibus excludatur.*

18 *Ad præsumendam liberalitatem aliquando sufficit alumni conditio.*

19 *Ut corruat testamentum ex falsa demonstratione consanguinitatis erga institutum requiritur, quod testator illius defectum ignoraverit.*

DECISIO XIX.

Domini censuerunt confirmandam esse sententiam Rotalem R.P.D. mei Cartaræ, conformem priori bon. mem. Ursini, quibus pronunciatum fuit sustineri legata a Ludovico Francisco de Merlea relicta Elisabethæ de Constant, & Josepho de Merlea ejusque Henrico filio, validamque esse hujus substitutionem ordinatam in casu, quo testator decessisset absque filiis, purificandamque post obitum Commendatoris Thomæ fratris testatoris; cum enim illa ordinata fuerit in testamento solemniter celebrato,
1 frustrandum non est supremum morientis judicium, quod publice expedit exitum habere, *l. vel negare 5. ff. quemadmodum testamenta aperiantur* & a legatariis evocanda non sunt relicta, quæ possident vigore validi testamenti, in Romana filiationis 4. Februarii 1689. §. *movet quia*, coram Reverendissimo Molines Decano.

Nec subsistit, testatorem legatis honorasse, atque in substitutionem vocasse Josephum: quia falso crediderit, Henricum illius patrem fuisse filium Thomæ, ab eodem Melitæ nomen dantis Militiæ Hierosolymitanæ, susceptum ex quadam muliercula, quæ cum ibi palam meretricium exerceret, *Sum.* Actorum n. 3. Henricus prostituta matre prodiens, tanquam spurius vulgoque conceptus nullum intelligebatur
2 habuisse patrem, cum incertum haberet, *l. vulgo concepti 23. ff. de statu homin. §. si adversus ea instit. de nupt.* Rot. *dec. 100. n. 16. & seqq. par. 19.* certius juncta dispositione jurata Thomæ, illum suum filium esse abnegantis, proindeque corruere legata relicta Josepho, illiusque substitutionem, eo quia testator eum honoraverat quasi fratris sui nepotem, suumque consanguineum, cum non esset, ut respondit Paul. *in l. Pactulejus final. ff. de hered. instit. l. si pater tuus 4. C. eod. l. neque professio 5. C. de testam.* Valenzuol. *cons. 169. num. 65.* 3
Matt. *de success. legal. part. 4. qu. 9. art. 5. n. 1. & seqq.* Falsa opinio fecit, ut legaret, vocaretque illum, quem ea credulitate excussa non fuisset vocaturus; creaverat quippe in qualitate personæ, quæ fuerat causa finalis dispositionis, 4
l. quoties, 9. ff. de hered. instit. Valenz. *cons. 119. num. 83. & seqq.* Grat. *discept. 653. n. 57.* Actolio. *resolut. 15. n. 19. & seqq.* Vincent. de Franch. *decis. 1. n. 7.* Surd. *dec. 144. n. 1. & seqq.* Petr. Stockmans *dec. Brabant. 23.*

Nam certa ista juris regula non minus certam, veramque admittit interpretationem, ex mente legum, & præcitatorum Doctorum sensu depromptam, juxta quam falsa causa, & erronea credulitas testatoris dispositionem inficit, cum illa in testamento ipso expressa reperitur, & tanquam finis, & a testatore volitus ipsi cohæret dispositioni; hac enim duntaxat ratione judex certo scire, certoque conjicere potest, sublata falsa illa opinione morientem aliter 5
dispositurum fuisse; atque id quidem aperte innuunt loca omnia legum ex adverso allegatarum, in quibus exprimitur causa, quæ testatorem moverat, quaque falsa, & erronea detecta, jure merito juris interpretes nullas, & irritas declarant dispositiones ab illa dependentes, ut bene notant decisio a bo. me. Ursino edita die 5. Maii anni præteriti, & altera, quæ a R. P. D. meo Cartara emanavit 22. Januarii.

At contra, si testator nulla facta in testamento demonstratione falsæ causæ, quæ illum movisse præsumatur, puræ liberalitatis, benevolentiæque titulo aliquem instituerit, vel legatis, & fideicommissis honoraverit, dispositio 6
irrita dici nequibit, quasi processerit ex falsa causa: quia hæc tanquam in mente testatoris retenta reputari nequit fuisse rationem finalem ita disponendi, juxta notabilem doctrinā Barthol. *in d. l. Pactulejus n. 4. ff. de hered. instit. communiter receptam ab Actoribus relatis in præteritis decisionibus.*

Et optima quidem ratione, quia in dispositionibus quæ 7
proficiscuntur a pura benevolentia, & liberalitate testantis, qualia sunt legata, & fideicommissa, Cujac. *lib. 19. q. Papin. fol. mihi 535. lit. A, & B, tom. 1. oper. posthum. & l. 30. ff. tit. de legat. 1. fol. mihi 158. lit. D, tom. 4. oper. posthum. par. 1.*
stat pro ratione voluntas testatoris, quæ totum facit, *l. ex facto 35. ff. de hered. instit.* nec inquiritur origo benevolentiæ, 8
causaque remota exercendæ liberalitatis, quæ plerumque ex falsis gignitur opinionibus; ideoque nulla alia hujusmodi actuum immediata causa agnoscitur, quam potestas illa a 9
natura, & lege cuique morienti tributa liberaliter disponendi de rebus suis, Bart. *in l. demonstratio 17. §. Quod autem n. 13. ff. de cond. & demonstr.* Mans. *consult. 760. n. 22.*

Causam vero, de qua agitur, versari in hoc secundo casu, evidens, & apertum fit ex ipso testamento Ludovici Francisci, in quo testator non legitur quidquam Josepho legasse, vel per fideicommissum reliquisse tanquam suo ex fratre pronepoti; sed nulla facta mentione consanguinitatis, & qualitatis personæ, simpliciter pura legata reliquit atque in substitutione vocavit *Josephum*, illum nunciando *filium Henrici*, ideoque sumus in hypothesi text. *in l. 1. §. Si quis filium suum, ff. de Carbonian. edict.* quo loci cum testator filium suum hæredem instituisset hac forma verborum, *Ille qui ex illa natus est hæres esto*, jurisconsultus respondit, eum non fuisse institutum tanquam filium, quod pariter notavit ibi Cujac. *tom. 4. part. 2. oper. posthum. fol. mihi 133. lit. E*, Gratian. *discept. 653. n. 19.* ideoque gloss. ibidem in verb. hæreditatem, bene intulit, eidem hæreditatem amittendam non fuisse, si probaretur non filius, quia non fuerat institutus ut filius.

Neque vero error in qualitate personæ substitutæ elici 10
potest ex eo, quod testator Henricum, & Josephum nuncupaverit gentilitio cognomine de Merles, implicite quodammodo hujusmodi enunciatione Henricum agnoscendo in filium Thomæ.

Nam, & dicta denominatio est pariter sine errore, cum testator illos familiæ suæ cognomine appellare potuerit, tanquam alumnos ab incunabulis domi suæ educatos, quos ob longam consuetudinem, liberalem indolem, morumque suavitatem magnopere diligebat; ideoque si loco nepotum, & consanguineorum vivens habuerat, recte moriens sub appellatione familiæ suæ vocavit, quamvis de ea non essent,

11 suam enim affectionem erga illos denotare voluit, *l. nemo dubit. 58. ff. de hered. instit.* ibique Odofred. Guman, aliique Galganet. *de condit. p. 2. cap. 2. q. 1. n. 7.* Camerell. *de legat. lib. 9. q. 3. n. 11. & 15.* Barry *de success. lib. 2. tit. 6. n. 5. in fin.* Nam, ut bene dixit Imol. *in d. l. nemo*, demonstratio illa non erat omnino falsa, quia poterat certo respectu verificari ratione nempe necessitudinis ex benevolentia, & affectione,
12 non ex sanguinis conjunctione, contractæ, bene in nostris terminis Jo. Leonard. Rodoet. *cons. 6. ex n. 10.*

Nec urget responsio, qua dicebatur, id solum interesse inter falsam causam in testamento expressam, & illam a testatore in corde retentam, quod primo casu dispositio ab hujusmodi causa pendens, nulla censetur ipso jure; in alio vero casu licet dispositio non vitietur ipso jure, attamen si probationibus aliunde desumptis demonstrari queat, testatorem revera erronea aliqua credulitate ad ita disponendum motum fuisse, utique judicis auctoritate tanquam nullam dispositionem rescindi posse, juxta distinctionem traditam a
13 Bald. *d. l. Pactalejus sub n. 6.* ubi etiam Angel. *ff. de hered. instit.* Surd. *cons. 373. n. 41.* Rota *dec. 102. n. 12. part. 9. rec.* Quamobrem cum Thomas, & Balthassar de Merles plura afferant indicia, pluresque offerant facere probationes, quibus se probaturos asserunt, testatorem falso credidisse Josephum suum esse ex fratre pronepotem, consequens proinde erit, legata, & substitutiones ordinatas favore Josephi, tanquam causam habentes ex errore in qualitate personæ, irritas prorsus esse.

Quia, ut supra probatum est, cum dispositio ista, tanquam promanans a mera liberalitate disponentis, nullam aliam habeat causam proximam, quam benevolam testatoris voluntatem: ut rescindi possit prætexto falsæ, & erroneæ causæ, quæ illi non cohæret, duo concludenter probanda sunt. Primum, quod testator revera erraverit in qualitate personæ, causaque finali suæ dispositionis. Secun-
14 do, quod agnito errore aliter dispositurus fuisset; & utrunque adeo convincenti probatione demonstrandum est, ut judici persuasum omnino sit, rem aliter se habere non potuisse, Mans. *d. consult. 760. n. 17. cum plur. seqq.*

Deficit autem undequaque in nostra hypothesi clara ista, evidensque probatio, ex deductis enim in prioribus decisionibus, maxime in illa R. P. D. mei Caprara, *§. Secundo cum seqq.* contrarium plane demonstrari videtur; nam compendiata narratione ex plurium testium depositionibus ab utraque parte examinatorum, aliisque elicita documentis, refertur Henricum a Thoma commissum curæ, fideique cujusdam sui intimi familiaris, ab insula Melitæ transmissum fuisse ad Ludovicum Franciscum, a quo, ejusque matre, & universa familia blande exceptus, liberaliter domi educabatur, ipso rogante Thoma, qui absens e domo de Henrici incolumitate, atque educatione summopere solicitus erat; reduxa vero ad patriam, paterno eundem amore complectens, nautica, arithmetica, aliisque bonis attributis instruebat, blandiebaturque Ludovico fratri sibi interdum improperanti, quod minus, quam ipse, diligenter Henricum, quem pari uterque solicitudine legitimati curavit, dum Thomas Romæ morabatur, eundemque deinde adultum, tanquam progenitorum ex nobili familia de Merles, nobili puellæ matrimonio conjunxerunt, Josephum natum ex hujusmodi nuptiis pari charitate, benevolentiaq; suscipiendo; Henricum vero vita deinde functum insigni luctu extulerunt, & cum lacrymis deposuerunt in sepulchro majorum sito in Capella Gentilitia, in qua pannis lugubribus ornatis familiæ insignibus per annum funebrem pompam protraxerunt; fidemque demum, quam Ludovicus Franciscus dederat Henrico morienti, effusisque lacrymis commendanti Josephum tunc infantulum, religiose servavit, pari charitate, & cura illum educando, ac denique in suo testamento præter ampla legata, in universa hæreditate substituendo; ex quibus sane omnibus cum per rei quodammodo evidentiam filiatio Henrici plane asseri videatur, dici proinde nequit, errorem ita esse concludenter probatum, ut judex omnino credere cogatur, rem aliter se habere non potuisse, eaque propter dispositio irrita nequibit, tanquam ex evidenti errore procedens, ut probat Mans. *d. consult. 760. loc. cit.* bene Rota in dicta Romana filiationis 4. Februarii 1689. *§. Etenim cum Joannes cum seqq.* cor. Rev. Molines Decano.

15 Et licet ponderaretur, retractatos recensitos, communemque opinionem filiationis Henrici processisse ex falsa persuasione, quantacunque temporis vetustate comprobata, adnotata per Barry *de success. lib. 2. resol. 6. sub n. 5.* Surd. *decis. 144. n. 1.* attamen non idcirco præsumi posset, detecta hac falsa causa, aliter testatorem dispositurum fuisse; duplici enim validissimo argumento præsumptio ista penitus excluditur.

Et quidem primo, quia non agebatur de filio naturali ipsius testatoris, sed de filio spurio transversalis, erga quem nec ratio sanguinis, nec tanta urgebat amoris præsumptio, quemadmodum etiam præsumi nequibat, illum fuisse a testatore in sua hæreditate substitutum, ut deficientem agnationem restitueret, servaretque; finem enim hunc, quem perfecte assecutus fuisset vocando patrueles, verosque agnatos, consequi non poterat substituendo filium spurii, qui nullum habebat agnatum, cum agnatio a patre sit, & spurius nullum patrem habere intelligatur, Fagnan. *in cap. magnus n. 10. de oblig. ad ratiocin.* Quocirca verius cen- 16
sendum est, testatorem non intuitu agnationis, sed ob amorem, quo prosequebatur alumnum suum, eum ad suam vocasse hæreditatem, suoque cognomine decorasse, non ob sanguinis conjunctionem, sed ut non minus bonis, quam Nobilis familiæ titulis clarescerent; ideoque ex his patet, quod licet error probatus dici posset quoad filiationem Henrici, non tamen probatum pariter videretur, quod eo detecto, testator non ita fuisse dispositurus, ut requiritur ex Barthol. & Mans. *supracitatis*, cum ad præsumendam liberalitatem sufficere quandoque videantur alumni conditio, Petr. Stockmans *d. dec. Brabant. 23. §. penult.* 17 18

Secundo dicebatur, quod si recto, æquoque judicio inspiciantur ratio agendi, diuturnique tractatus, quibus Ludovicus Franciscus, universaque familia tanquam filium Thomæ, ipso Thoma plaudente, Henricum agnoverunt, nemo recto sensu, sanaque mente præditus animum unquam induceret suum, ut credat rem tantam adeo inconsulto gestam fuisse, ut si Henricus revera non fuisset filius Thomæ, iste tandiu permisisset fratrem suum tantu in errore versari, eundemque non monuisset, cordatum, nobilemque virum non decere ignotum illum puerum, terræque filium, veris postbabitis agnatis, in familiam adsciscere; quamobrem DD. concludendum videbatur, testatorem disposuisse favore Josephi, vel quia noverat, Henricum vere esse filium Thomæ, vel si non erat (cum inverisimile prorsus videbatur a Thoma certioratum non fuisse) sequebatur, quod si ille sciens, volensque tanquam pronepotem in sua hæreditate substituit eum, quem talem non esse noverat, dispositio dici nequeat irrita ex falsa demonstratione; nam illa eo solo casu corrueret, quo testator defectum consanguinitatis ignorasset, ut bene concludit decisio R. P. D. mei Capraræ, & præter auctoritates in ea allegatas, docent Alrogg. *cons. 84. n. 46. lib. 2.* Jo. Leonard. Rodoet. *d. cons. 6. ex n. 10.* late rem examinans. 19

Et ita omissis aliis, quibus satisfaciunt præteritæ decisiones, & scribentes pro Josepho, responsum fuit, partibus acertime informantibus.

R. P. D. ANSALDO.

Romana, seu Veneta Immissionis.

Lun. 22. Maii 1698.

ARGUMENTUM.

Exceptio clementiæ quando testamentum valeat irritare, magistraliter atque erudite discutitur.

SUMMARIUM.

1 *Solamen est homini facere de suis bonis dispositionem post mortem duraturam.*
2 *Qui caret voluntate, non potest testari.*
3 *Furiosus habens perpetuam mentis alienationem, constituit primam speciem furiosorum.*
4 *Secunda species est illorum, qui habent lucida intervalla.*
5 *Tertia species est eorum, qui aliqua vi morbi invasi, accidentaliter perdunt voluntatem.*
6 *Prima species furiosorum testari non potest, secunda, & tertia potest.*
7 *Lucida intervalla appellantur tempus intermissionis.*
8 *Testamentum præsumitur conditum tempore mentis lucidæ potius quam furiosæ.*
9 *Testes adversus innocentem plene probant.*
10 *Præsumitur, quem induxisse testes meliores.*
11 *Furiosis datur curator.*
12 *Conjectura furoris desumpta ex datione curatoris, & traductione ad hospitale dementium, est valde suspecta.*

cta, quod potuerit fieri per industriam succedentium ab intestato.

13 *Sola curatoris deputatio non concludit dementiam.*

14 *Habens dilucida intervalla non impeditur contrahere.*

15 *Auctoritas curatoris quiescit, quando ass. furiosus habet lucida intervalla.*

16 *Discessus ab hospitali procuratus denotat potius sanitatem mentis, quam furorem.*

17 *Dementia debet probari de tempore conditi testamenti.*

18 *Notario attestanti de sanitate mentis creditur.*

19 *Prudentia adhibita in forma disponendi excludit fatuitatem in testatore.*

20 *Vel denotat testantem habere lucida intervalla.*

21 *Excluditur etiam dementia, si testamentum sit scriptum manu testatoris.*

22 *Si fuerit habitus sanæ mentis.*

23 *Vel si sanitas mentis colligatur ex aliis actibus antecedentibus testamentum.*

DECISIO XX.

1 A Deo inter solatia miseræ humanitatis jura indulsere, quod quilibet ad communem superiorem patriam redire debens non privaretur ea physica dulcedine disponendi de rebus, quas in nostro exilio placuit Summo Deo tribuere: ac testamenti factionem concesserint ad finem, quod etiam postquam occumbens in humanis nihil relinqueret, nisi cadaver, & cineres, frueretur tamen levamine disponendi de eisdem rebus, & facultatibus, quas vivens a divina consecutus fuerat providentia; quemadmodum ad populum loquendo, dicebat Constantinus Imperator *in l. 1. C. de Sacros. Eccles.* & massumpsit Justinianus *in §. Disponat itaque. Authen. de nupt.* cum concord. apud Treutler. *cons.* 23. *n.* 48. Thoming. *dec.* 13. *n.* 41. Card. de Luca *de fideicom.* 141. *n.* 28. & nuper in similem habetur in Bononien. successionis 3. Martii proxime præteriti sub principio, coram me.

Et idcirco factionem testamenti præfata nostra jura non impediverunt, nisi in casu, quo prius quis mortuus esset,
2 quam moreretur, nimirum si voluntate, quæ Regina est cæterarum potentiarum animæ, careret; & sic præ cæteris inhibuere, ne cæteris hujusmodi voluntate per perpetuum furorem, testaretur, juxta text. *in l. 2. et in l. filios familias* 16. *§. Marcellus, et leg. seq. ff. de testam. et in §. Præterea, vers. item furiosi, instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Burg. de Pan. *cons.* 11. *n.* 12. Gonnan. *lib. 9. comment. jur. civ. c.* 4. Donnell. *lib. 6. comment. c.* 5. Novar. *dec. Regn. Neap.* 167. *n.* 3. Mart. Medic. *dec. Senen. exam.* 9. *n.* 1. *cum seqq.*

Verum quia semper in jure prævaluit desiderium, quod homines hujusmodi consolatione gauderent testandi, non omnis idcirco species furoris credita est sufficiens ad impediendam ejusdem testamenti factionem; tres etenim species furoris adnumerant eadem jura, nostrique Doctores, quarum prima, & incurabilior est illa, quæ secum trahit perpetuam mentis alienationem, unde privetur homo velle,
3 & nolle semper, & insanabiliter, juxta distinctionem, quam faciunt referendi etiam inferius in proxima secunda classe furiosorum, & signanter Hettoman. *observ. lib. 4. cap. 6. lit. A.* Ricker. *in l. furiosum 9. n. 4. C. qui testam. fac. poss.* Everard. *Spec. Kan. 42. jur. cont. 1. qu. 43. n. 1.* Patty *de success. lib. 1. tit. 7. n. 42. vers. in qua quæstione.*

Secunda species furoris non perpetui, sed temporalis, censetur esse ea, quæ quodammodo pro regula habet ipsum furorem, sed pro limitatione sublevatur per inducias reversivas ad pristinum naturalem statum, quæve idcirco a recuperatione lucis pariter naturalis nuncupatur lucidum intervallum, sicuti bene distinguendo primam ab hac secunda specie prosequuntur Valentin.
4 Fran. *de fidejuss. cap.* ... *n.* 9. Henrig. *eodem tract. cap. 7. num.* 114. Argel. *de acqui. possess. q. 5. art. 1. n. 66. cum seqq.* Francisc. Rocc. *respons.* 75. *n.* 31. *et* 32. *lib. 1.* Rot. cor. Rembold. *dec.* 203. *n.* 3.

Tertia demum irregularis, & veluti quædam intermixta species est eorum, qui laborant humore melancholico, quive in extremitate morbi valde assimilantur primæ speciei; sed quia morbus iste, vel a natura, vel ab accidente aliquo extrinseco, aut intrinseco promanaris, non tangit essentiam subjecti, sed est pars accidentalis, merito constituit tertiam quandam classem, quæ facit, & non facit furorem, solumque hujusmodi infirmitate laborantes appellantur lunatici, melancholici, ex quo propie dici
5 nequeunt foriosi, & valde phrenetici, ut videre est apud

Thesaur. *q. for. lib. 3. q. 3. n. 6. in fin.* Argel. *d. q. 3. art. 1. n. 69. et seq.* Rocc. *d. resp. 75. n.* 33. Rot. cor. Dunoz. *sen. dec.* 191. *n.* 7. *cum seqq. et dec.* 772. *n.* 6. *et* 7. cor. Merlin.

Reassumendo itaque ab initio insinuatam, ac benignam juris nostri determinationem, quemadmodum inclusi sub prima specie furiosorum impeditam habent factionem testamenti, ut supra diximus *in §. Et idcirco*; ita cæteri furiosi etiam comprehensi sub secunda specie illorum, quibus datum est gaudere dilucidis intervallis, nullatenus impediuntur, quominus testari possint, ut
6 discrete sancivit Imperator Justinian. *in l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss. et in l. cum aliis 6. §. Nos itaque in fin. ibique gl. verb. competunt, C. de curat. furios. et in dicto §. Præterea, vers. furiosi autem, instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Cujac. *in lib. 3. recept. Sent. Julii Paul. tit.* 4. Hieron. Schlueph. *cons.* 53. *n.* 4. *cent.* 3. Teutler *cons.* 102. *n.* 7. Valenzuel. *cons.* 31. *n.* 51. Capriol. *de success. ab intest. in præfat. n.* 254. Gasp. Manz. *de testam. tit. 2. n.* 65. Boss. *oper. moral. tom. 2. tit. 12. de testam. §. 3. n.* 132. Aunoez *de donat. reg. lib. 3. cap. 15. n.* 24. & præter hos, reliquos plena manu congesti in antecedenti decisione hujus causæ, cor. R. P. D. meo de la Tremolle, *impress. dec.* 52. *n.* 10. post Card. Albit. *de inconst. in jure.*

His itaque præmissis, cum rursus ad instantiam Patrum Sancti Augustini Venetiarum cor. me in quarta ulteriori instantia, nempe postquam iidem PP. Augustiniani reportaverunt resolutiones, ac sententias respective favorabiles super validitate testamenti initi per Franciscum Antonium, tam cor. A. C. quam cor. Reverendiss. Ursino Decano, ac demum cor. R. P. D. meo de la Tremolle cum successiva canonizatione Signaturæ justitiæ rescribentis cum clausula, *Sine præjudicio etiam*, concti nihilominus fuerint ad finem perimendi litem disputare dubium, *An constaret de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum?* nulla fuit hæsitatio, quominus rescribendum foret, *constare de re judicata*, quodve proinde juxta vulgatam regulam, *Inclaso anno etc.* præsererebat de sui ostata responsionem etiam ad alteram partem alternantem, videlicet e converso, *non constare de causis restitutionis in integrum.*

Cum etenim tota defensio, seu prætensio Joannæ Drusillæ, quæ tanquam amita Francisci Antonii satagebat succedere ab intestato, consisteret in evertendo testamentum confectum favore Patrum S. Augustini Venetiarum sub unico fundamento dementiæ, ac furoris, quo Franciscus Antonius ejusdem Joannæ Drusillæ nepos teneretur; visum est dominis, ad normam præcedentiam sententiarum rerumque judicatarum nullo modo convinci, quod idem Franciscus Antonius ita male in articulo testamenti valeret, ut recenseri posset inter furiosos primæ speciei, seu classis, & quidem ex defectu probationis hujusmodi continuati, ac perpetui furoris, quando præsertim, juxta indulgentiam nostrorum jurium, de quibus supra, favor ultimæ voluntatis expetit, ut nisi comprobetur hujusmodi perpetuus furor, sed appareat eum, qui testatus est, habuisse saltem dilucida intervalla, quæ sub alia nuncupatione tempus intermissionis appellat *J. C. in lib. 2. C. contrah.* 7
empt. et laxamentum, ac inducias in l. cum aliis 6. Cod. de curat. furios. et in l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss. utrobique in princip. præsumatur quoque condidisse testamen- 9
tum de tempore magis naturali mentis dilucidæ, quam caliginosæ, & præoccupatæ ab ipso furore, per ea, quæ habentur ex text. *in l. quod meo, §. si furioso, ff. de acquir. poss.* & notant Ludov. Bell. *cons.* 101. *n.* 10. *et* 11. *et n.* 14. Modern. Lucen. *consult.* 29. *n.* 33. Rocc. *de respons.* 75. *num.* 25. *lib.* 1. Rot. *dec.* 57. *n.* 16. post Zacch. *q. Medicoleg. et dec.* 202. *n.* 9. cor. Priol.

In præsenti namque iidem testes inducti a Joanna Drusilla ingenue profitebantur, Franciscum Antonium nunquam perpetua mentis insania fatigari, sed quandoque per intervalla fulciri solida ejusdem mentis firmitate, prudenterque se gerere; quapropter, & deficiente probatione contrarii, & potius præponderante adversa depositione testium circa hujusmodi intercapedinem judicii, sive lucida intervalla, ultra præsumptionem in dubio semper tenendum, potius contra Joannam Drusillam facere videbantur testes, qui adversus inducentem plenius probant, vulg. jur. apud Craveti. *cons.* 202. *num. 7. vers. et a ieo,* ... *dec. Lucem* 46. *num.* 1. *et* 2. Rot. *dec.* 182. *sub num. 7. par.* 1. *rec. dec.* 106. *n.* 22. *part.* 10. *et dec.* 120. *num.* 8. *cum duob. seqq. par.* 17. & excludunt de facili majorem probationem, cum regulariter quilibet reputetur testes meliores ad sui

10 favorem induxisse, ad not. per Posthum. *resol.86. num. ad.* Rot. coram Buratt. *dec.23. n. 3.* & cor. Coccin. *decis. 920. n.6.* & cor. Catill. *dec. 106. sub num. 3. v. & tamen præsumitur, & dec.138. n.d.* & alibi frequenter.

Parum obsistentibus conjecturis, & probationibus, quæ in præcedentibus discussionibus, & instantiis promovebantur ex parte Joannæ Drusillæ, nimirum, quod Franciscus Antonius plures gesserit actus spirantes dementiam, vel fatuitatem, quodque præcisius eidem deputatus fuerit in Curia Eminentissimi Vicarii curator, quem leges jubent
11 dari in custodiam mentis furiosæ, per text. *in l.1. & tot. tit. C. de curat. furios.* quodque pariter effective fuerit traductus ad hospitale ea Pontificia, & publica pietate erectum pro hujusmodi infelicibus: Siquidem ultra quod omnibus istis conjecturis, & probationibus accuratissime, & solida respondit Rota in præcedentibus decisionibus, & uberius in ultima diei 14. Maii 1696. cor. R. P. D. meo de la Tremoille *impress. d. dec. 52.* post Modern. *tractat. de inconst. in judic.* adhuc illæ magis substantiales probationes deputationis curatoris, & adductionis ad hospitale non carebant omnino tali quali suspicione, quod id contingere valuerit per industriam illorum, qui successionem intestatam Fran-
12 cisci Antonii poterant expectare, juxta præsumptionem, quam alias opportune præ oculis habuit eadem Rot. *dec.62. sub n. 33. vers. quia quidquid sit*, post Zacch. *quæst. Medicoleg. decis. 772. sub n. 17. vers. non obstat*, cor. Merlin. & *dec.127. sub n.16. v. nec relevat*, cor. Card. Cerro; addito præsertim, quod sola deputatio curatoris non concludit per necesse dementiam, ac integralem mentis defectum, sed prudentem, & in suis casibus laudabilem providentiam Ju-
13 dicum, & Tribunalium, quæ recte consulentia non bene idoneis ad gerendas res proprias ob aliqualem mentis insufficientiam provident de curatore, ut præter adductos in d. antecedenti decisione hujus causæ la 52. *sub n.40. vers. inefficax, et n. 41. cum duob. seqq.* post Card. Albit. *ubi supra*, apposite considerarunt Ricker. *in d. l. furiosum n.55. et duob. seqq. C. qui testam. fac. poss.* Bero. *quæst. famil. 122. n.3.* Matt. *de success. legal. part.4. q.1. art.2. n.28.* de Mario. *resol. jur. lib.2. cap.125. n.8.* Rub. *de testam. cap.19. n.702. et seqq.* Rot. *dec.898. n.17. cum duob. seqq. p.7. rec. et dec.701. sub n.18. vers. minus relevat*, cor. Dunoz. jun.

Et ob id hujusmodi deputatio curatoris nullatenus proficiebat ad intentum Joannæ Drusillæ, quia cum ipsa deputatio, ut diximus, non arguat perpetuam (ut opus est) mentis subversionem, non impeditur quis uti præmissa benignitate juris pro testamenti factione, quemadmodum non impeditur habens dilucida intervalla contrahere, ad Text. *in d. l.2. C. de contrah. empt.* Quinimo authoritas cu-
14 ratoris quiescit eo ipso, quod assertus furiosus habet, vel habere præsumitur dilucida intervalla, sicuti ordinavit
15 Imperator *in d.l. cum aliis, §. Nos ita ad fin. vers. sed intervalla, C. de curat. furios.* & notarunt Ant. Faber. *de jurisprud. Papin. tit. 13. de tutel. print.4. illat.* 18. Ubert. *de civit. c. 9. n.309.* Gasp. Manz. *de tut. et curat. p.2. tit.10. qu. ult. n.40.* Rub. *de testam. d. c.19. n.703.* Rot. *dec.203. n.11.* coram Rembold, & in dicta decis. hujus causæ la 52. *n. 45.* post Card. Albit. *de inconst. in judic.*

Adductio vero ad hospitale omnium de facili referri poterat ad solicitudinem consanguineorum, qui successissent ab intestato; onde præterquam talis adductio fuit ephimera, dum ipsemet Franciscus Antonius sanæ mentis in hoc (& ut præsumitur in aliis rebus) ea via, quæ aliis vere furiosis non solet bene patere, vix post duos dies conclusus aufugit per tecta: Sed hæc probatio, etiamsi in a-
16 liis casibus, & secundum contingentias per religionem judicis pensandas, admodum urgere posset, ut reputarunt Vermigliol. *cons.65. n.7.* Cald. *de mod. art. §.2. gloss. un. n. 291.* Virgil. *de legit. person. c.9. sub n. 5. vers. item si fuerit*, Valent. Franc. *de fideijuss. cap.8. n.7.* Fagnan. *in c. Eam ten. 45. de ætat. et qualit.* Episc. Rocc. *select. disput. jur. cap.135. num.* 18.

Nihilominus in hoc casu prorsus irrelevans visa est talis conjectura, sive probatio, quoniam hæc adductio subsecuta est post jam conditum testamentum a Francisco Antonio; quapropter, dato etiam, quod ingressus in Hospitale fatuorum, seu mentecaptorum, importare valeret, & induceret veram probationem omnimodæ fatuitatis, & dementiæ, adhuc remanebat inefficax, quia non percutiebat tempus ipsius testamenti; & sic etiam ubi post exaratum testamentum invasisset dementia Franciscum Antonium testatorem, id sane non erat aptum ad rumpendas illius Tabulas, quæ, ut supra, censentur in dubio conscriptæ de tempore firmitatis judicii, & non penitus offuscati, & deturbati, ut necesse existat docere de dementia, quæ teriat diem, vel tempus exarati testamenti, ut in terminis pri- 17
mæ conclusionis habetur *in §. Præterea in fin. instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Gasp. Manz. *de testam. tit.2. n. 67.* Rub. *eo. tract. cap.14. n.153. cum seqq.* Gonzal. Tellez. *in cap. dilectus 24. sub n. 7. de sponsal.* Card. de Luca *de testam. disc.41. num.* 3. & respectu secundæ constat ex traditis per Coler. *in cap. audivis n.41. de præscript. impress. post ejus tract. de process. execut.* Francisc. Palm. *consul.86. n.8.* Barol. de Mean. ad jus Civ. Leodien. *observ.312. n.15. vers. probatio etiam*, Andreol. *contr.253. n. 1.* Rot. *dec.34. n.4. & 11. & dec.58. n.15.* post Zacch. *qu. Medicoleg. et dec.228. n.10.* & post Tort. *de pact. futur. success.* cum reliquis in ultima decisione hujus causæ la 52. post Card. Albit. quam postmodum secuta fuit eadem Rota in Romana, seu Balneoregien. Immissionis 14. Januarii 1697. *§. Absque eo quod*, & in Senogallien. Legatorum Junii ejusdem anni, *§. Taliter quod*, cor. R. P. D. meo Molines.

Hæc itaque plenius etiam discussa, & animadversa in præcedentibus decisionibus, & præsertim in postrema mox enunciata R. P. D. mei de la Tremoille, superabundare videbantur, stante præcipue hodierno silentio Joannæ Drusillæ; sed in hac qualicunque considerabili dubietate prævaluit apud Dominos nedum generalis assertio Notarii de 18
senitate mentis Joannis Francisci in actu, seu rogitu consignationis Testamenti facta, sicuti voluere Barthulom. de Bosco *cons.169. vers. 2. quia notarius*, Jo. Francisc. Schenard. *cons.22. n.139. et seq.* Ludovic. Bell. *cons.101. num.20.* Francisc. Rocc. *resp.75. n.21. l.1.* Palm. Nep. *alleg. 86. sub n.19.* Rota in dicta Romana, seu Balneoregien. Immissionis *§. Sed etiam quia*, & in dicta Senogallien. Legatorum *§. Ceterum*, coram R. P. D. meo Molines, *et in d. dec. 52.* apud Cardin. Albit. *n.21. et seq.*

At quoque (ut par erat) introspecta fuit prudens, & rationabilis dispositio, quam in substantia inivit Franciscus Antonius, qui instituit hæredem Conventum Venetiarum Patrum S. Augustini; quod sane non solum tanquam concernens causam piam apparebat animadversione dignum, sed fulciebatur circumstantia causæ piæ (ut ita dicamus) cattaneæ, & proinde immunis a suppositione, & instigatione omnium, qui desuper in Urbe habere poterant interesse; concurrente namque prudentia in forma, & in fine disponendi, eo magis includi, ac supponi fas est, quod vel testator nunquam vere fuerit fatuus, ut ploties censuit Rota, & præsertim *in decis. 39. num 10. et dec.57. n.20.* post Zacch. *qu. Medicoleg. et in rec. dec. 293. num.81. et dec. 294. n.7. et 8. p.8.* & cor. Bich. *dec. 305. n.15. et dec. 228. nu.17.* apud Tort. *de pact. futur. success.* & in dicta Romana, seu Balneoregien. Immissionis 14. Januarii 1697. *dict. §. Sed etiam quia ad med.* & in dicta Senugallien. Legatorum 13. Junii ejusdem anni, *§. Series*, cor. R. P. D. meo Molines, vel quod saltem versaretur in secunda superius enunciata specie furoris, & de tempore, quo lucida effulgebant intervalla, prout egregie ponderarunt Trevi- 19
ler. *select. disp. jur. tom.2. tit. de testam. disp. 10. lit.C. vers. nisi testamentum*, Ant. Gomez. *in lib.3. Tauri num.8.* bon. mem. Durão. *de conatt. imposs. p.3 cap.1. n.18. cum duob. seqq.* Calvin. *de æquitat. lib.2. cap.194. sub n.4. vers. quæritur, et num.8. cum duob. seqq.* Didacus de Mari in addit. ad Gizzarel. *dec. 35. n.6.* Antunez *de donat. reg. lib.3. cap.15. vers. qua facilius*, coram Dunoz. jun. *dec.64. num.18.* cor. Caull. *et dec.208. n.13.* coram Priol. 20

Adstipulabatur ulterius consideratio, quod idem testamentum fuit ab ipso Jo. Francisco conscriptum propria manu, non autem vel a tertia suspecta persona, vel simpliciter a Notario extensum, quod non parum facit ad exclusionem dementiæ, successive etiam profligatæ ex quodam indicio perseverantiæ; dum idem Franciscus Antonius eandem suam dispositionem rogitu Notarii jam communitam a semetipso exemplavit, & hujusmodi exemplar manu pariter 21
propria transcriptum ad Patres S. Gregorii legatarios transmisit, seu consignavit, adeout in longe fortioribus terminis congrue applicari viderentur ea, quæ contentus de simplici subscriptione tradit Hieron. Treviler. *d. cons. 102. sub n.8. vers. d.* & ea animadversis in Firmana Legatorum 8. Februarii 1692. coram Reverend. Hervault Archiepiscopo Turonen. prosequitur postrema decisio R. P. D. mei de la Tremoille d. *dec.62. n.31. post tract. de inconst. in judic.*

Denique contemni non merebantur reflexiones, quæ generice pro exclusione quarumcunque conjecturarum, & probationum dementiæ circumferri valebant, nempe quod

& prius

& prius Franciscus Antonius sanæ mentis fuerat undequaque reputatus stante licentia, & permissione contrahendi Matrimonium effectivum prout contraxit, teste Treviler. dec. cons. 102. n. 5. Viv. dec. 377. n. 15. Rot. dec. 70. n. 10. post Zacch. quæst. Medicoleg. & in Faventina Manutentionis 11. Maii 1682. §. Nam fuit, cor. bon. mem. Pauluccio, & ultra hos cæteri relati in sæpius allegata decisione hujus causæ la 25. ubi supra n. 19. & 20. quodque pariter Genitor ejusdem
22 Francisci Antonii eum instituit hæredem in legitima, nec non in aliis scutis mille, ipsique filio suo sic instituto de nullo curatore providit; quamobrem (etsi ad majorem, ut diximus, exuberantiam vel exclusæ, vel non probatæ dementiæ) non erat facile suadendum, quod Franciscus Antonius per hujusmodi antecedentes actus laboraret eo semi-
23 ne dementiæ, ut postmodum stantibus iis, quæ sufficientes ad eversionem ejus dementiæ demonstravimus, ita insanire voluerit, ut mentis integrale dominium deperdiderit per carentiam velle, & nolle, adeout in illo actu physico, quo testatus est, testari non potuerit, quemadmodum de facto agnoverunt reliqui cum Joanna Drusilla alias ab intestato successuri, qui litem hujusmodi, & molestationem adversus PP. Sancti Augustini Venetiarum hæredes deseruere, ad latius firmata in præcitata novissima decisione hujus causæ, coram R. P. D. meo de la Tremoilla apud Card. Albit. dict. dec. 52. n. 32. & 30. junčto n. 37. ubi diluitur objectum alterius speciei furoris, quæ ab iracundia promanat, quamvis decisionem etiam in hoc proposito & laudat, & sequitur eadem Rota in dicta Senogallien. Legatorum 13. Junii 1697. §. Sublata, cor. R. P. D. meo Molines.

Et ita, informantibus duntaxat partibus hæredibus, Joanna vero Drusilla pluribus intimationibus lacessita, & non comparente, responsum fuit &c.

R. P. D. MOLINES,

Lucana Beneficii.

Ven. 7. Maii 1694.

ARGUMENTUM.

Substitutio primogeniti, vel majoris natu de familia, per vulgarem tantum, non vero per fideicommissariam censetur ordinata.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur a jure.*

2 *Sententia nulla, & injusta, de jure non est exequenda.*

3 *Quoties in literis Apostolicis adsunt clausulæ,* verificato &c. & amoto &c. *executor assumere debet partes judicis, & citare omnes interesse habentes.*

4 *Literæ Apostolicæ, quæ subreptitiæ noscuntur, non sunt exequendæ.*

5 *Vocatio majoris natu de familia, aut primogeniti de domo, vulgaris tantum reputatur, adeo ut primo admisso jus non debeat restitui aliis primogenitis.*

6 *Et contrarium solum recipitur, quando adsunt verba perpetuitatem importantia, & tractum futuri temporis præferentia.*

7 *Juspatronatus gentilitium efficitur deinde hereditarium.*

DECISIO XXI.

JOannes Baptista filius Stephani de Bernardis in testamento condito anno 1504. cum quo decessit, fundavit simplex beneficium, seu Capellaniam sub titulo Epiphaniæ in Ecclesia S. Salvatoris in Mustolio Civitatis Lucanæ his præcisis verbis, ibi: *Patronos constituit, creat, & esse voluit Nicolaum fratrem ipso vivente, & post ejus mortem Primogenitum ipsius Nicolai, & post dict. Primogeniti mortem Primogenitum ipsius Primogeniti, & sic successive descendat, & deveniat gradatim ad Primogenitos ex d. Linea d. Primogeniti d. Nicolai descendentes, & deficientibus ipsius Primogenitis voluit jus patronatus devenire ad alios filios d. Nicolai usque ad sequentem in gradu post Primogenitum, & ipso deficiente ad alios successive, ita quod semper major natu, filius d. Nicolai, & eorum descendentibus masculis Primogenitis non extantibus, ut supra, sit patronatus d. Altaris: & deficientibus filiis d. Nicolai, & eorum descendentibus per lineam masculinam ordine præmisso, tunc voluit jus d. patronatus devenire ad majorem, de nata ex domo, & familia de Bernardis de Luca propinquiorem ipsius testatoris.*

Cum autem anno 1607. defecerit linea masculina præfati Nicolai, Joannes quondam Landucci de præfata familia de Bernardis obtinuit a Sede Apostolica d. controversa Capellania tunc vacante provideri; deinde in altera vacatione anni 1644. per obitum d. Joannis præsentavit Nicolaum Pierium, & in altera vacatione de anno 1659. alter Joannes junior filius præfati Stephani præsentavit Nicolaum filium Vincentii Galganetti, qui Joannes junior de anno 1675. in suo testamento hoc juspatronatus, & jus præsentandi legavit, & reliquit Ursulæ Vitali, a qua, accedente licentia Ordinarii, & aliis debitis solemnitatibus, fuit donatum Carolo Joannelli.

Secuta tandem vacatione anno 1692. per obitum d. Nicolai Galganetti ultimi Capellani electi seu præsentati a Joanne juniore, duæ factæ fuerunt præsentationes controversæ Capellaniæ, una pro parte Lepidi, & Augustini, & Christophori, qui uti de familia Bernarda, de qua erat fundator beneficii, ut dictum est, præsentarunt Henricum, secunda pro parte d. Caroli donatarii præfatæ Ursulæ, qui præsentavit Franciscum ejus filium; super quarum præsentationum juribus cum disceptaretur coram Vicario Lucano, impetravit præfatus Henricus Literas Apostolicas super dispensatione suæ ætatis annorum decem, & obligatione recitandi divinum officium, necnon super executione suæ præsentationis, quæ literæ eidem Vicario Lucano directæ fuerunt, a quo postmodum executione denunciatæ cum successiva possessione capta de controversa Capellania a d. Henrico. Verum quia Signatura justitiæ rescripsit, circumscripta possessione, & apposito sequestro parto literis arbitrio Rotæ, hinc sequestro apposito, & transportatis actis, hodie disputatum fuit dubium, an sustinei arbitrium pro retardatione executionis literarum Apostolicarum Henrici, seu potius beneficium sit adjudicandum Francisco Joannello, cui DD. responderunt, sustinei arbitrium pro retardatione, & beneficium esse adjudicandum d. Francisco Joannello.

Residet quoad primam partem ratio decidendi in eo, quod executio decreta præfatis literis Henrici laborat evidenti nullitatis, ac injustitiæ vitio, quo fit intrare arbitrium pro retardatione executionis, nam arbitrium
regulatur a jure, & de jure sententia nulla, & injusta, 1
non est exequenda, Cæsar. de Graff. dec. 12. n. 12. de sententia, & re judicata, Scraph. dec. 381. n. 12. & dec. 386. 2
n. 1. seq. coram Bichio.

Nullitas enim evitari non potest, dum Vicarius processit ad executionem præfatarum literarum Henrici decernendo mandatum de immittendo non citato d. Francisco Joannello, qui omnino citari debuerat, attenta præexistentia litis coram eodem Vicario inter præfatos Henricum, & Franciscum, & præsertim stante quod in dictis
literis Apostolicis aderant clausulæ, *verificato*, &c. & *amota* &c. quibus concurrentibus executor assumere debet par- 3
tes judicis, & citare omnes interesse habentes, ac procedere juris ordine servato, Rot. dec. 319. n. 3. coram Royas, & dec. 509. n. 9. & seqq. part. 8. & alibi passim.

Nec minus injustitia executionis salvari potest, dum literæ Apostolicæ nullam merebantur executionem, quia obtentæ fuerunt, super executione præsentationis per Henricum reportatæ a Lepido Augustino, & Christophoro, cum præsupposito, quod ad istos, uti seniores de familia Bernarda, spectaret d. juspatronatus, quod non subsistit; ideoque literæ Apostolicæ uti subreptitiæ in hac parte non merentur executionem, Rot. dec. 372. n. 4. cum duabus seqq. part. 17. & dec. 148. n. 13. part. 19. rec.

Patronatum vero non spectare ad præfatos præsentantes 4
Henricum, resultat, ex quo fundator defecta linea masculina Nicolai ad patronatum vocavit majorem natu ex domo, & familia de Bernardis de Luca propinquiorem ipsius testatoris. Cumque patronatus defecta linea Nicolai devenerit in Joannem juniorem de Bernardis uti majorem natu, & propinquiorem ipsius fundatoris, amplius transire non debuit in alios seniores de familia ipsius fundatoris, sed libere transire in successores ipsius Joannis: quia vocatis proximioribus familiæ, vel proximiore natu majore absque ullo adjuncto, aut verbis indicantibus tractum futuri temporis, ut in casu, non omnes proximiores de familia, nec majores natu admittuntur; itaut teneantur aliis successive
proximioribus per fideicommissum perpetuum restituere, 5
sed per vulgarem tantum vocantur, & ut uno admisso cæteri remaneant exclusi, ac substitutio proximiorum de familia,

milia, vel majoris natu expirat, juxta Theoricam Cumani in l. cum ita, §. fideicommisso n. 4. ff. de legat. 2. & in l. Gallus, §. quidam recte n. 8. de lib. & posth. quam communiter sequuntur Petr. de fideic. q. 5. n. 48. vers. contrarium, Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. n. 37. vers. his tamen non obstantibus, & n. 8. cum seqq. Card. de Luca de fideic. disc. 91. n. 3. & disc. 94. n. 8. & semper tenuit Rota, signanter in dec. 486. n. 8. p. 1. dec. 211. n. 6. p. 5. dec. 346. n. 19 p. 11. & novissime in Rumsna immissionis 19. Jan. 1683. & 15. Febr. 1694. coram me, & in terminis fideicommissi seu substitutionis majoris natu de familia, & agnatione, quod non censeatur perpetuus, sed in primo admisso expiret, & terminetur, tenent Dec. cons. 10. n. 18. & seqq. lib. 3. Castil. contr. libr. 2. cap. 11. n. 50. cum seqq. Palm. Nep. allegat. 46. n. 117. & allegat. 48. n. 1. & 2. & alleg. 49. n. 2. & seqq. Tur. de success. in primog. Ital. tom. 1. cap. 15. n. 5. & seqq. & signanter n. 8. & 9. Rot. dec. 812. per tot. cor. Seraph. dec. 209. num. 16. & part. 8. rec.

Neque applicatur cons. 27. Ancharani, quippe quia illud, sicuti etiam aliæ plures authoritates eum sectantes procedunt, ubi ultra vocationem concurrunt vel conjecturę suadentes perpetuitatem fideicommissi, ut sunt conservatio agnationis, injunctio oneris perpetui, aliæque similes, vel verba perpetuitatem, & tractum successivum præseferentia, quæ in hoc casu deficiunt, ut in specie declarando d. consil.
6 firmat Menoch. cons. 97. n. 66. vers. Ego paucas recensebo, & n. 117. vers. rursus, & quanto, Cæph. d. cons. 353 n. 67. & seq. lib. 3. aliique plures relati per Palm. jun. d. alleg. 47. n. 48. & seqq. & alleg. 4. n. 54. & seq. Rota dec. 464. n. 19. & 20. & cor. Greg. & dec. 281. n. 7. vers. præterea, & n. 8. p. 2. dec. 264. n. 3 & 4. p. 4. dec. 209. n. 12. & 16. p. 8. dec. 809. n. 3. & seqq. p. 18. tom. 1.

Atque hinc habetur resolutio quoad alteram partem dubii, nempe adjudicationis beneficii, seu Capellaniæ favore Francisci Joannelli; nam probata expiratione substitutionis majoris natu de familia, & propinquioris ipsius testatoris in Joanne juniore, apud istum uti ultimum a fundatore vocatum juspatronatus, alias gentilitium, & familiare evasit hæreditarium, & uti tale transivit in Ursulam Vitalem legatariam ejusdem Joannis, & deinde in Carolum Joannellum d. Ursulæ donatarium, juxta celebre Consult. Ancharani 91. n. 2. passim a Rota receptum, & signanter in dec. 363.
7 n. 17. & 18. cor. Meslin. dec. 362. n. 14. p. 5. dec. 166. n. 6. & in Nolana Beneficii 4. Julii 1685 §. facilis, cor. bon. me. Rondinino, & late in Mantuana Beneficii 21. Junii 1686. §. quod autem, cor. R. P. D. meo Ursino, & consequenter cum D. Carolus Joannellus donatarius, apud quem residet patronatus præsentaverit Franciscum filium, huic procul dubio adjudicandum venit controversum beneficium, seu Capellania. Rota dec. n. 318. n. 4. coram Priolo.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Lucana Beneficii.

Luna 5. Julii 1694.

Argumentum patet ex decisione, quæ istam præcedit

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata super executione literarum Apostolicarum non citato legitimo contradictore est nulla.*
2 *Vocatio facta sub nomine collectivo, vulgaris reputatur, etiam si vocetur proximior aut primogenitus vel major natu de familia.*
3 *Et ab hac sententia non receditur, nisi adsint verba vel conjecturæ pro perpetuitate fideicommissi. & n. 4.*
5 *Conjecturæ vero debent esse urgentissimæ, si agatur de extendendo fideicommisso favore transversalis.*
6 *Et respicere debent eandemmet substitutionem, de qua tractatur.*
7 *Fides extrajudicialis nihil probat.*
8 *Observatio dubia non urget.*
9 *Juspatronatus de gentilitio hæreditarium efficitur.*

DECISIO XXII.

INhærentes DD. fundamentis alterius decisionis in hac causa emanatæ sub die 7. Maii nuper elapsi coram me iterum existimarunt intrare arbitrium pro retardanda executione literarum Apostolicarum Henrici, & beneficium controversum esse adjudicandum Francisco Joannello.

Subsistere quippe visum est, quod nulliter, & injuste prætitis literis fuit decreta executio. Nulliter, quia Vicarius eas executioni mandandas esse decrevit non citato præfato Francisco in causa legitimo contradictore, & cum quo actualiter coram Vicario lis super præsentatione & institutione pendebat, atque ideo omnino citari debebat, ut dixit dec. 151. n. 7. cor. Cerr. & dec. 410. n. 9. & seq. 18. Præmaxime quia in literis prædictis adsunt clausulæ, *verificato, et amoto*, Rota dec. 319. n. 3. cor. Royas, et dec. 410. n. 1. et dec. 505. n. 9. et seqq. p. 18. 1

Injuste, quia subreptitiæ sunt dictæ Literæ Apostolicæ, cum obtentæ fuerint præsupposito quod ad seniores de familia Bernarda spectaret controversum juspatronatus, quod tamen non subsistit. Licet enim fundator post deficientiam filiorum Nicolai, & eorum descendentiam per lineam masculinam, voluerit Patronatum pertinere, & devenire ad majorem natu ex domo, & familia de Bernardis propinquiorem ipsius Testatoris; hæc tamen substitutio est per vulgarem tantum, ita ut admisso Joanne majori natu, & proximiore, cæteri alii de familia proximiores, & majores natu, remaneant exclusi, & substitutio penitus expiret, cum 2
deficiant verba tractum futuri temporis importantia, & conjecturæ pro perpetuitate, juxta theoricam Cumani in l. cum ita, §. in fideicommisso n. 4. ff. de legat. 2. quam in terminis vocationis proximioris, vel majoris natu de domo, & familia, & similium, per nomen collectivum, quod non censeatur perpetua, sed eadem primo admisso expiret, & terminetur, sequuntur Palm. Nep. allegat. 46. num. 117. allegat. 47. n. 3. allegat. 48. n. 1. cum duob. seqq Rota dec. 236. num. 1. coram Peutinger. dec. 686. num. 5. part. 1. rec. dec. 326. num. 6. part. 5. et dec. 190. num. 8. part. 11. cum aliis in decisione, quæ revidetur in §. patronatum vero, ubi declarat Ancharan. cons. 27. & eum sectantes intelligendos esse, quando ultra vocationem proximioris, seu majoris natu de domo concurrunt verba, vel conjecturæ pro perpetuitate fideicommissi, quæ aderant in casu, in quo scripsit idem Ancharanus, ut explicat Cravett. consil. 161. num. 9. vers. nec obstat, Casanatt. cons. 46. num. 61. cum aliis relatis per Palm. d. alleg. 47. num. 45. et seq. et 3
allegat. 48. num. 54.

Eademque verba tractum successivum importantia aderant in casu plurium decisionum, quæ pro præsentato a 4
Bernardis allegabantur, nimirum dec. 662. n. 16. cum duobus seqq. coram Bich. et dec. 236. n. 5. 6. et 14. cor. Peuting. et dec. 336. n. 9 et 10. p. 4. tom. 2. rec.

Nec verba hujusmodi præseferentia tractum successivum temporis desumi possunt ex clausula apposita in substitutione, ibi *Ordine præmisso* cujus efficacia prætenditur repetitus modus, pro supra dispositum fuit. Siquidem juxta verum sensum dispositionis, hæc clausula refertur ad præcedentem periodum, & apposita videtur ad informandum casum deficientiæ filiorum, & descendentium masculorum Nicolai, non vero substitutionem majoris natu, ut patet, ibi *Et deficientibus filiis d. Nicolai, et eorum descendentibus per lineam masculinam ordine præmisso, tunc voluit patronatum devenire ad majorem natu ex domo, et familia de Bernardis* ex quibus datur intelligi, quod clausula illa *ordine* &c. conjungatur cum verbis præcedentibus, & respective distinguatur a subsequentibus. Tanto certius, quia si testator eam referre voluisset ad subsequentem dispositioné majoris natu, alia formula magis propria id explicasset dicendo, tunc voluit patronatum ordine præmisso devenire.

Prout nec concurrunt conjecturæ tales, & quæ concludant pernecesse perpetuitatem patronatus in senioribus de familia Bernarda, quales requiruntur in hoc casu, quo non agitur de extendendo fideicommisso favore descendentium a fundatore, sed favore transversalium remotiorum, & testatori penitus incognitorum, ut tenent Card. de Luca de fideicommiss. disc. 92. num. 15. 5
Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 1. n. 2. Peregrin. cons. 33. n. 27. lib. 3. Rot. dec. 386. n. 2. cor. Buratt. et dec. 486. n. 20. part. 1. rec.

Hujusmodi autem non sunt plures conjecturæ, quæ expendebantur per scribentes pro Henrico, quia omnes respiciunt substitutiones præcedentes factas inter descendentes per lineam masculinam Nicolai, non autem ultimum proximiorem domus, & familiæ; atque ideo non operatur extensionem fideicommissi, neque illud perpetuum efficiuntur in senioribus de familia fundatoris, in qua 6
substitutione non adsunt dictiones repetitivæ qualitatum

præ-

præcedentibus substitutionibus adjectarum, Peregr. *conf.* 53. *n.* 13. *lib.* 3 Menoch. *conf.* 228. *n.* 68. Rota *dec.* 238. *n.* 8. coram Peusing.

Cæterum quoad observantiam, quæ adducebatur pro perpetuitate majoratus, DD. consideraτunt, quod ea liquido non constat. Primo, quia pro illa justificanda adducuntur fides extrajudiciales extortæ lite pendente absque partis citatione, quæ nihil probant, ex vulgaris. Secundo, quia licet delecta linea Nicolai ex patronatu devoluto ad Joannem Landucci, qui erat major natu de familia Bernarda deinde devenerit ad Stephanum fratrem d. Joannis, & demum ad alterum Joannem istius filium, qui legavit patronatum Joannello; exinde tamen non resultat, quod post mortem Joannis Landucci senioris de familia devenerit patronatus ad Stephanum tanquam majorem natu, cum devenire potuerit ad illum uti fratrem, & hæredem d. Joannis Landuci senioris successerint uti hæredes, vel tan-
8 quam seniores de familia, observantia hujusmodi tanquam dubia attendi nequit pro perpetuitate, & extensione patronatus in seniores de familia Bernarda, ut bene probat Rot. cor. Merlin. *dec.* 825. *n.* 53. *usque ad fin.*

Ex quibus omnibus de plano sequitur, Francisco Joannello adjudicandum esse beneficium; nam expirata substitutione majoris natu in d. Joanne Landucci primo admisso de familia Bernarda, patronatus evasit hæreditarius, & titulo legati transire potuit in Ursulam, & ex ista titulo donationis in Carolum Joannellum, qui præsentavit d. Franciscum filium, ut probatur in decisione, quæ revidetur, §. *finali*, Et ita utraque &c.

R. P. D. P I O.

Romana seu Verulana Fideicommissi.

Lun. 12. Januarii 1699.

A R G U M E N T U M.

Testator potest de re hæredis disponere, & dispositio executioni est demandanda, si hæres pro hærede deinde se gesserit, licet eam ad ipsum spectare specialiter ignoraverit; & quoties ex acceptatione dispositionis oritur pernecesse jurium renunciatio, non attenditur, quod emolumentum non æquet onus.

S U M M A R I U M.

1 *EXceptio antiquioris fideicommissi impedit immissionem, quæ petitur ex fideicommisso posteriori,*
2 *Limita, si in secundo fideicommisso bona quæ debentur ex primo, fuerint comprehensa, & hæres hanc fideicommissariam dispositionem acceptaverit.*
3 *Non est dubitandum, quin testator voluerit de re hæredis disponere, si illam specifice in testamento descripserit.*
4 *Testator suum hæredem potest etiam in re propria gravare.*
5 *Acceptatio oneris per testamentum in re hæredis ordinati ex quibus desumatur.*
6 *Voluntas ac animus circa acceptationem, non ex facto alieno, sed ex proprio acceptare debentis, est desumendus.*
7 *At si concurrat successiva ratificatio, alienum factum urgens reputatur.*
8 *In concursu plurium titulorum expressorum respici debet titulus specialis designatus in petitione, & ad exercitium redactus, non autem haberi debet ratio de aliis titulis generaliter.*
9 *Voluntas ex quovis actu etiam nullo deprehendi valet.*
10 *Acceptatio secundi fideicommissi quæ præsefert renunciationem antiquioris, non est præjudicialis, nisi concurrat præcisa, & individualis scientia ejusdem fideicommissi antiquioris, & quidem inspectio, cogatisque verbis testamenti.*
11 *Declara, ut hæc conclusio vera sit in renunciatione mere damnosa, secus in acceptatione secundæ dispositionis quæ incipit a lucro, & commodo renunciantis, quo casu virtualis renunciatio inducta ob acceptationem posterioris fideicommissi sustinetur etiam admissa ignorantia primi.*
12 *Leg. de his ff. de transact. an locum habeat in quæstione resultante ex fideicommisso conventionali.*
13 *In renunciatione jurium quæ proveniunt ex testamento opus non est quod inspiciatur tabula testamentaria, sed satis est, quod concurrat probatio scientiæ intellectualis, per quam totalis ignorantia submoveatur, & n. 14.*
15 *Hujusmodi probatio ex quibus possit deprehendi.*
16 *Paria sunt scire, aut scire potuisse.*
17 *Ex scientia majoris partis dispositionis inducitur probatio scientiæ etiam alterius.*
18 *Quoties ex acceptatione unius dispositionis pernecesse evenerit renunciatio omnium, & quarumcunque jurium, post emissam acceptationem absque alia præservativa, non attenditur excusatio, quæ deducitur ex ignorantia ejus. jurium.*
19 *Et hoc casu acceptatio dijudicatur præjudicialis, etiamsi ex dispositione æquivaleat non consequatur emolumentum.*
20 *Exceptio dubia impedire non potest immissionem.*

D E C I S I O V.

SEntentia Rotalis R. P. D. Capraræ, qua, præviis pluribus decisionibus, definitum fuit, Cinthio, ac Philippo fratribus de Philonardis competere immissionem in bona subjecta fideicommisso conventionali usque de an. 1557. a Silvio, & Paulo Emilio ordinato, hodie in gradu appellationis, mihi directæ, confirmationis robur obtinuit ob illius incontroversam validitatem, & justitiam affulgentem ex optimis rationibus, quibus in memoratis decisionibus stabilitur præfactum fideicommissum purificatum fuisse favore actorum per mortem Marii, qui proinde hujusmodi bona, tanquam libera, Felici Columnæ uxori suæ relinquere nequivit.

Nec obstat repetita semper exceptio antiquioris fideicommissi Saturni Patris Silvii, virtute cujus fratres de Columna hæredes mediati Marii contendebant ex posteriori dicti Silvii fideicommisso immissionem actoribus concedi non posse, ex firmatis per Rotam cor. Pœnia *dec.* 394. *n.* 3. *&* 4. & cor. Cerin *dec.* 361. *n.* 1. *& in rec. dec.* 360. *n.* 1. *&* 2. *part.* 15. 1
Siquidem cum Silvius de bonis subjectis fideicommisso Saturni Patris expresse disposuerit, illa subjiciendo proprio fideicommisso, & Marius successor hujusmodi dispositionem simpliciter acceptaverit, efficitur, ut fratres de Columna non valeant amplius de antiquiori fideicommisso excipere, cum factum Silvii eorum auctoris religiose servare teneantur: ut omissis generalibus, in his terminis respondit Rota in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 10. Martii anni præteriti, §. *fortius*, cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Voluisse autem, ac potuisse Silvium de bonis controver- 2
sis disponere, ambigendum non est: quoniam voluntas elicitur ex eo, quod in fideicommisso conventionali per ipsum ordinato, specifica, ac nominatim cum suis distinctis qualitatibus, ac confinibus bona dicti Saturni designavit, quod operatur, ut ad hunc effectum de voluntate plene constare 3
dicatur, sicuti notant laudatæ decisiones causæ cor. R. P. D. meo Caprara, primo sub die 10. Maii 1690. §. *Nec in dubium*, & altera sub die 21. Junii 1697. §. *Siquidem*, ac tertia 11. Februarii anni præteriti, §. *constat enim*: Et potestas revocari nequit in quæstionem, cum absolutum in jure sit testatorem hæredem suum etiam in re propria gravare 4
posse, ad Textus *in l. Imperator* 72. §. *si centum*, *&* §. *cum quidam*, *ff. de leg.* 1. *& in leg. cum Pater* 79. §. *Titio fratri eod. tit.* Millin *observ.* 144. *n.* 22. Rodulphin. *alleg.* 93. *num.* 2. *& alleg.* 131. *n.* 19. Rota in Camerinen. Bonorum 20. Junii 1695. §. *primo*, cor. R. P. D. meo Caprara, in Nepesina legati Massariæ 4. Martii 1697. §. *minus altera*, cor. R. P. D. meo Muto, & in Avenionen. fideicommissi super manutentione 10. Junii ejusdem anni 1697. §. *sane incompetentia*, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Tota igitur causæ moles redigitur ad acceptationem Marii, qua comprobata, sicuti si idem Marius vitam viveret, proponere non posset existentiam antiquioris fideicommissi, cui per acceptationem posterioris renunciavit; ita quoque; ut superius firmatum est, §. *non obstat*, fratres de Columna illius mediati successores præfato antiquiori fideicommisso juvari non possunt ad retardandam immissionem actoribus jam decretam.

At quod Marius fideicommissum Silvii acceptaverit, nulli dubium esse potest; id enim apertissime evincitur ex pluribus actibus per eundem gestis. Habemus enim præ cæteris

in Sum.

in Summario fratrum de Philonardis n. 2. & quinque seqq. & considerarit a Rota præcedentibus decisionibus R. P. D. mei Capraræ, productionem instrumenti donationis continentis fideicommissum conventionale factum a Mario contra quoscunque, & præsertim contra ipsum patrem ac patruum, nec non contra descendentes a Paulo Emilio, adversus quos judicium caducitatis intentavit ob alienationem bonorum fideicommissariorum ab eisdem facta contra expressam legem dicti fideicommissi conventionalis: Habemus itidem, quod defuncto Patre petiit idem Marius coram Judice immissionem ad bona contenta in dicto fideicommisso conventionali, quam successive obtinuit, possessionem illius virtute adipiscendo: Habemus denique consensum præstitum alienationi faciendæ per descendentes a Paulo Emilio, cum speciali expressione, quod erat tutus a pœna caducitatis inflictæ in dicto fideicommisso conventionali in casu alienationis, stante assensu, ac derogatione Pontificia, & multiplico pro reintegratione dicti fideicommissi faciendo; qui sane geminati actus patris recensiti in postrema dec. R. P. D. mei Capraræ, *a §. constat enim cum sex seq.* quemadmodum evidenter præseferunt positivam Marii acceptationem, ac renunciationem antiquioris fideicommissi ut ponderavit Rota in Romana seu Reatina fideicommissi de Vecchiarellis 2. Decemb. 1697. *§. rursus*, cor. R. P. D. meo de la Tremoille; ita dubio procul dictis fratribus de Columna omnem prorsus spem adimunt, eandem acceptationem impugnandi.

5 Agnoscebant defensores eorundem Actorum, subsistentiam acceptationis; ideoque ad illius efficaciam enervandam, procedentes cum distinctione actuum præcensitorum in duas species: Quoad primam concernentem expletos Patre Marii vitam agente, respondebant, eosdem collusive gestos fuisse, ad requisitionem scilicet ejusdem Patris, ac etiam Patrui Episcopi Anagnini, quibus expediebat, mediante persona Marii comparentis ea titulo fideicommissi, creditores repellere; ideoque inferebant, quod cum Marius nullum dederit procuræ mandatum Sebastiano Ubaldo, ac Felicio Crucio, qui in judicio, Marii nomine, nonnullos ex dictis actibus fecerant, non posse ex eisdem erui necessarium consensum pro acceptatione fideicomm. Silvii,
6 ea regula, quod voluntas, ac animus circa acceptationem, non ex facto alieno, sed ex proprio acceptare debentis desumendus est, ad tradita per Paris. *cons. 78. n. 15. lib. 5.* & Rotam cor. Greg. *dec. 268. n. 7. & dec. 260. n. 3.* & cor. Bich. *dec. 67. n. 4.* & cor. Celso *dec. 243. n. 10.*

Verum nullo negotio objectum removeri posse visum fuit: quia cum Marius deinceps, vita functo Patre, inhærendo præcedentibus instantiis, novum constituerit procuratorem, qui utendo monitorio jam expedito, mandatum de immittendo obtinuit, vigore cujus ipse actualem possessionem bonorum fideicommissariorum Silvii nactus fuit: inde recte intelligi datur, vel quod omnes præcensiti actus jure censeri debeant facti de ordine, & consensu ejusdem Marii, vel quod in omnem casum, dicendum veniat, eosdem fuisse postmodum sufficienter ratificatos, adeout effi-
7 cere valeant perinde, ac si usque ab initio cum speciali ipsius Marii mandato gesti fuissent, Rot. rent. Dunoz jun. *dec. 753. n. 5.* & in specie ad inducendam agnitionem fideicommissi, ac gravaminis super re propria hæredis *dec. 384. num. 1. cum seqq.* & signanter *n. 3. vers. nec etiam obstat p. 2. rec.*

Quo autem ad alteram speciem actuum expletorum post Patris obitum, quales sunt, dicta expeditio mandati de immittendo, ac subsecuta possessionis acquisitio, nec non præstatio consensus alienationi faciendæ per descendentes Pauli Emilii, replicabant iidem Scribentes pro reis conventis, eosdem minime concludere posse acceptationem fideicommissi conventionalis Silvii, ex quo Marius petitionem non coarctaverit ad titulum dicti fideicommissi conventionalis, seu bona virtute quorumcunque fideicommissorum Domus Philonardæ acquirere intellexerit, ac declaraverit; sed hæc quoque exceptio nullius momenti comperta fuit.

Præmisso enim quod iam judicium intentarum, ac prosecutum contra Marcellum, & Joannem Petrum, Pauli Emilii descendentes super caducitate ob alienationes ab ipsis factas, quamvis etiam dictus consensus præstitus alienationis faciendæ, non potuit inniti, nisi dicto fideicommisso conventionali, in quo bonorum distractio sub pœna caducitatis vetita fuerat; & propterea quoad hos actus nulla considerari potest mixtura cum fideicommisso Saturni, aliorumque antiquiorum fideicommissorum domus Philonardæ in Mario expiratorum; excluditur nihilominus asserta promiscuitas etiam respectu alterius actus expeditionis mandati, quia, ut liquet ex ejus lectura, illud expeditum fuit pro consequenda immissionem, *in omnibus* (sunt verba ejusdem) *& singulis bonis perpetuo fideicommisso per contractum a dicto q. Silvio subjectis, vigore instrumenti donationis 29. Octobris 1577.* quod cum ita sit, certum efficitur, Marium unice se restrinxisse ad titulum inities memorati fideicommissi conventionalis, non obstante, quod in mandato subsequantur verba illa, *ac in omnibus,*
& quibuscunque aliis bonis fideicommissi, seu fideicommisso- 8
rum attentatorum dicti sui patris purificatorum: quia dum Marius in specie tantum expressit titulum resultantem ex donatione Silvii, nil prorsus refert, quod etiam simultanee deduxerit alia fideicommissa; nam semper in concursu plurium titulorum expressorum respici debet titulus specialis designatus in petitione, & ad exercitium redactus. Non autem haberi debet ratio de aliis titulis cumulatis generaliter ad solam abundantiorem cautelam, Rot. *dec. 413. n. 17. p. 15. rec.* & alibi sæpissime.

Absque eo quod vim in contrarium faciat, quod in dicta donatione præscripta fuerit vocatis forma circa acceptationem fideicommissi, nimirum præstandi in omnibus Episcopo Verulano juramentum pro observantia contentorum in eo; ideoque cum non constet Marium formam præfatam adimplevisse, insurgat ex hoc validissimum argumentum pro exclusione acceptationis: Etenim cum in præsenti non oriatur quæstio inter substitutos, & possessorem fideicommissi, qui spreta lege a conditionibus stabilita, dici valeat intrusus, adeout consequenter aperta fuerit successio favore aliorum substitutorum; sed agatur solum de perscrutanda mente Marii, an videlicet voluerit, nec ne acceptare fideicommissum Silvii, eaque exuberanter emicet ex narratis actibus: profecto non obstante, quod non doceatur de adimplemento dictæ formæ, semper sumus in claris circa voluntatem acceptandi, quæ, ut tritum est, etiam ex quovis actu, ratiocinio
nullo, deprehendi potest, Rot. cor. Seraph. *dec. 934. n.* 9
13. & in Toletana hæreditatis 16. Maii 1687. *§. Tum denique*, coram bon. mem. Ursino.

Ostensa ex hucusque deductis acceptatione Marii, ex tot undique clarissimis actibus emergente, minime officere putarunt DD. quod eadem apta non sit ad inducendam renunciationem antiquioris fideicommissi Saturni, nisi etiam insimul doceatur de præcisa, ac individuali scientia ejusdem fideicommissi, & quidem inspectis, cognitisque verbis testamenti, ad vulgatum Text. *in l. de his, ff. de transact.* cum quo procedunt Surd. *cons. 413. n. 25.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 54. n. 16. vers. & in fideicommissis*, Fusar. *de substit. q. 594. n. 22. & seqq. & cons. 39. n. 5.* Odd. *de fideicomm. q. 5. n. 60* Rot. cor. Seraph. *dec. 959. n. 4. in fine*, etiam recto *dec. 782. n. 18. & seqq.*

Cum enim in hac facti specie non versemur in casu renunciationis mere damnosæ, per quam renuncians evidenter sibi præjudicium intolerit, abdicando a se jure suc-
cessionis in fideicommisso renunciato, illaque in alium 10
transferendo, in quibus terminis procedere d. textus censuram loquuntur, ac intelligendæ sunt authoritates pro objecto allegatæ, sed sumus in longe diverso casu, nempe in actu incipiente a lucro, & commodo renunciantis, ex quo Marius, præter consecutionem medietatis bonorum fideicommissariorum, allici etiam potuit a spe succedendi in integro fideicommisso, si eveniret casus facile contingibilis extinctionis alterius lineæ Pauli Emilii confideicommittentis; & ulterius gravamen reputari nequit odiosum, utpote ordinatum ad conservationem, & honorificentiam hujus Nobilis familiæ de Philonardis: explorati itaque juris est, nullam subesse necessitatem probandi scientiam individualem antiquioris fideicommissi in Mario; nam admissa etiam ignorantia ejusdem, attento dicto titulo lucrativo, virtualis renunciatio antiquioris fideicommissi inducta ob acceptationem poste-
rioris fideicommissi sustineri debet, ut articulo discusso 11
respondit Rota in Viterbien. Castrorum 1. Februarii 1619. *§. Circa primam, & 3. Similiter*, coram Sacrato, pluries confirmata, cor. Coccino, ut videre est *in dec. 1358. n. 18. & seqq. & n. 14. & 15. & dec. 1387. num. 8 & seqq. & n. 17. & dec. 1623. n. 19 & seqq* quas sequitur prior causæ decisio, cor. R. P. D. meo Caprara, *§. Nec jus*, & ultima, *§. Quoniam*.

Rursus neque subsistit in jure, quod etiam in terminis renunciationis mere præjudicialis, per quam vis se tollit de me-

de medio, ex censura *d. l. de his, ff. de transact.* inspici debeant tabulæ testamenti, ac earundem verba præcognosci; nam omissa inspectione, an dicta lex sit applicabilis quæstioni resultanti ex fideicommisso conventionali facto in contractu, quando ejusdem textus litera restringitur ad controversias, quæ ex testamento proficiscuntur, ut notat Glossa ibidem, & late pluribus rationibus adductis, negativam sententiam propugnando, Rodoer. *conf.* 24. *n.* 51. verior in nostro Tribunali recepta est opinio, quod ut satisfactum dicatur formæ a jurisconsulto in citata lege præscriptæ, satis sit, concurrere scientiam intellectualem, per quam totalis 13 ignorantia submoveatur, *ut in dec.* 153. *n.* 15. *cum seqq. p.* 8. & in dicta Romana seu Reatina fideicommissi 2. Decembr. 1697. §. *Rerum*, coram R. P. D. Tremoille, & in Fanen. Pecuniaria 9. currentis mensis, §. *Quod potissimum*, coram me. Quod equidem optima fundatur ratione. Nam si in renunciationibus fideicommissorum necessario requireretur plena scientia mediante testamenti lectura, sequeretur, quod nunquam transigi posset super juribus proficiscentibus ex testamento condito sine scriptura, cum hujusmodi dispositio legi non possit; proindeque illa verba Caji, *inspectis,* 14 *cognitisque testamenti verbis*, intelligi debent de simplici scientia intellectuali, resultante ex verisimili, ac sufficienti testamenti notitia, ut post Barthol. *in l. qui Romæ* 122. §. *Duo fratres post n.* 17. *ff. de verb. oblig.* arguit idem Leonard. Roduer. *d. conf.* 24. *n.* 4.

Hæc autem verisimilis, & intellectualis scientia in nostro themate non desideratur, utpote quę depromitur ex pluribus fortissimis argumentis expensis in ultima decisione causę *n* 5. *Etenim cum seqq.* videlicet. Primo ex retentione 15 testamenti ejusdem Saturni probata in Mario, quæ positivam scientiam omnium in eo dispositorum arguere fecit, cum verisimile non sit, quod quis retinendo scripturam testamenti eam non legerit, atque consideraverit, Rota cor. Caval. *dec.* 151. *n.* 7. præsertim cum agatur de viro nobili, in quo præsumi non debet ignorantia rerum suæ familiæ. Secundo ex judicio caducitatis intentato contra descendentes a Paulo Emilio ex titulo fideicommissi conventionalis, quod sibi magis proficuum esse putavit, ex quo vigore testamenti Saturni nulla competebat actio contra alienantes: Si enim prælegit Marius hoc posterius fideicommissum, ut bona distracta vindicaret, manifeste patet, quod actor sit univocus, & revera solum referibilis ad dictum fideicommissum conventionale, quodq; dictus Marius habuerit quoque scientiam fideicommissi antiquioris, quo eatenus non usus fuit, quatenus ei magis expediebat bona virtute donationis acquirere, ac retinere; ac deinde id ipsum clarius patefacit productio facta dicti fideicommissi conventionalis, cujus virtute jam toties memoratos actus explevit; cumque itaq; in eadem donatione inter cętera præscribantur vocatis, quod teneantur recognoscere, & retinere bona vigore donationis, non autem ex dispositione aliorum Antenatorum, succedit quod Mario abunde innotuerit in domo Philonarda adesse antiquiora fideicommissa, quæ propterea existimandum est ab ipso fuisse perscrutata; nam paria sunt scire, 16 aut scire potuisse, ad Text. *in leg. si duo* 28. *ff. de acquir.* Reynos. *observ.* 10 *n.* 12. & quemadmodum inficiari non potest Marium habuisse notitiam ior partium substantialium dictæ donationis; ita quoque credi non debet ignorasse antiqua fideicommissa domus suæ, de quibus ex dicta donatione certior factus fuit, ne admittamus ignorantiam partis dicti instrumenti donationis, quando probata remanet scientia alterius majoris partis illius, contra monitum Cels. *in leg.* 12. *ff. de transact.* ibi: *Non est ferendus qui generaliter de iis, quæ testamento relicta sunt, transegerit, si postea causetur de eo solo se cogitasse, quod prima parte testamenti,* 17 *ac non etiam, quod posteriori legatum sit*, quam in nostris terminis expendit Rot. *d. conf.* 24. *n.* 41.

Quinimo, cum Marius, ut diximus, habuerit perfectam notitiam instrumenti donationis Silvii, & contentorum in ea, & præsertim ex quo in eadem donatione præcipiebatur, quod bona descripta nunquam possent diminui, nedum propter detractiones, sed etiam neque ex causa retentionis, vel dispositionis, provenientes ex quavis hominis dispositione, quodq; illa semper recognosci deberent a vocatis tanquam provenientia a sua donatione, sequitur, quod si non obstante hac scientia voluit dispositionem Silvii acceptare, non possit modo ejus heres ignorantiam ullam allegare antiquioris fideicommissi Saturni, quia, dum Marius acceptando fideicommissum posterius, scivit, quod tenebatur necessario renunciare omnibus juribus sibi competentibus ex qualibet alia hominis dispositione, sibi imputare debet, si simpliciter fideicommissum conventionale acceptaverit, nec sibi caverit, protestando, quod non intendebat renunciare antiquioribus fideicommissis; ideoque cum nullam protestationem emiserit, hoc sufficit, ut dicatur quasi contraxisse cum eodem Silvio, & consequenter dimisisse omnia jura, quæ eidem ex antiquioribus fideicommissis Antenatorum competere unquam possent, juxta egregiam doctrinam Bartholi *in l. Aurelius* 21. §. *Cujus*, *n.* 11. *in medio*, *ff. de* 18 *lib. legat.* ubi notanter firmat, quod quando ex modo, quo est conceptus actus, apparet consentientem debere remittere omne jus, sive ignoratum, sive expressum, nullo excepto, tunc acceptatio, sive facta cum speciali scientia jurium, quæ dimittuntur in ejus sequelam, sive sine, semper præjudicat: quia is, qui acceptat, ex lectura, vel scientia actus præcogitat, nullum jus sibi remanere posse, etiamsi istud haberet: & sicuti sub hac præcognitione sponte dimittit jus quod habet, ita credit lex, quod indistincte remisisset omne aliud jus, quod scivisset habere posse, & sequuntur Cravett. *conf.* 658. & Latrea *dec. Granaten.* 76. *in aliis codicibus* 37. *n.* 27. Urceoll. *de transact. q.* 1. *n.* 18. *circa finem vers. ubi inquit*, late Galerat. *de renunciat. cent.* 2. *renunciat.* 135. *n.* 7. *post medium vers. quia igitur usque ad finem*.

Hinc superfluum penitus visum fuit DD. descendere ad examen, an Marius receperit æquivalens emolumentum ex bonis Silvii, ex quo potuerit compensare id quod ei auferebatur ex bonis Saturni per dictam acceptationem; nam cum 19 per eandem sine ulla præservativa quasi contraxerit cum Silvio, non instat amplius quæstio æqualis emolumenti, quæ solum habere posset locum, quando omnimodo non constaret de acceptatione, vel illa facta fuisset cum beneficio legis, ac inventarii, aut cum aliqua alia præservativa.

Sed quatenus etiam inspectio aggredienda esset, cum constet Silvium plures fecisse acquisitiones, ipsique competere in bonis Saturni Patris detractiones legitimę, & Trebellianicæ, quæ per fratres de Columna non satis probantur consumptæ ex modicis alienationibus, & ulterius idem Silvius censum scut. mille, quo gravata erat hæreditas Saturni, extinxerit, videtur quidem sufficienter compensatum damnum, quod ex dispositione Silvii juxta fideicommisso Saturni prætenditur illatum fuisse Mario, addito, ut superius ponderavimus, quod poterat idem Marius acquirere bona lineę Pauli Emilii, si eadem extincta fuisset ante extinctionem propriæ; quæ omnia facilius procedere debent, ex quo DD. rei conventi non probant concludenter, omnia dicta bona Silvii, & detractiones non æquare damnum passum; vel saltem id remanet valde dubium, quod exuberet, ut per hanc exceptionem nequeant modo retardare immissionem Actoribus virtute fideicommissi novissime declarati, ut late firmatur in decisionibus R. P. D. Caprara, ad quas DD. respectu hujus articuli, licet ad causæ resolutio- 20 nem non necessarii se retulerunt.

Et ita videntibus quinto, & sexto, resolutum fuit utraque acerrime insomante &c.

R. P. D. P I O.

Romana seu Vetulana Fideicommissi.

Lun. 15. Maii 1590.

A R G U M E N T U M.

Ut sustineatur renunciatio jurium, quæ ex aliqua testamentaria competunt dispositione, non requiritur, quod renuncians oculis corporeis videat testamentum, sed sufficit, quod constet, intellectualiter de propriis juribus cogitare potuisse.

S U M M A R I U M.

1 *HÆres acceptando fideicommissum in propriis bonis a defuncto ordinatum, non sibi præjudicat, si acceptatio secuta fuerit sub credulitate, quod bona essent testatoris.*

2 *Limita, si hæres saltem in genere, ac intellectualiter cogitare potuerit, quod bona fideicommisso subjecta non essent testatoris, & n.* 6.

3 *Ex quibus talis generica cognitio argui valeat, & num.* 4.

5 *Renunciatio spei futuræ successionis ratione certi emolumenti utilis reputatur.*

DE-

DECISIO XXIV.

SCribentes pro Felice, ac fratribus de Columna, ad obtinendum recessum a decisis cor. me sub die 12. Januarii præteriti, novum in hodierna causæ repropositione adstruebant motivum in eo fundatum, quod scilicet cum Silvius in conventionali fideicommisso plura bonorum corpora descripserit cum speciali expressione, quod essent sua, exinde recte argui detur Marium in dicti fideicommissi acceptatione ignorantia lapsum fuisse, existimandu ad memoratum Silvium dd. bona pertinere, & consequenter ex illius dispositione in ipsum fuisse dilata, quando ei Saturni testamento debeantur; proindeque stante hac er-
1 ronea credolitate, cum qua processum fuit in acceptatione, concludebant non ideo peremptam esse petitionem prioris fideicommissi Saturni, ut inquit Paulus *in l. qua fideicommissa* 81. *ff. de legat.* 2. cujus Textum censuram bene in proposito expendunt Barthol. *in l. Clodius* 96. *n.* 1. *vers. Illud est verissimum*, *ff. de acquir. haredit.* Saminiat. *contr.* 53. *n.* 7. *&* 8. & post Pancirol. ac Peregr. Rota cor. Butarg. *dec.* 899. *n.* 1. *vers. & in hac specie*.

Verum tamen præfato motivo minime refragante, DD. approbantes fundamenta decisionis cor. me sub dicta die emanatæ, persliterunt in resolutis. Siquidem ad objecti remotionem denuo ponderabant, quod cum Marius saltem in genere, ac intellectualiter cogitare potuerit, quod bona descripta in fideicommisso Silvii possent esse subjecta alteri fideicommisso antiquiori, ex simplici ejusdem fideicommissi acceptatione absque ulla protestatione facta, censetur voluisse remittere omne, & quodcunque jus alioquin sibi competens super bonis fideicommisso conventionali obnoxiis ex quavis hominum dispositione, adeout propterea hodie ab ejus successoribus exceptio erroris in acce-
2 ptatione nequeat promoveri, ut ex doctrina Bart. *in l. Aurelio* 21. *§. cujus n.* 11. *ff. de liber. legat.* late firmarut in priori mea decisione, *§. Quinimo cum ibi concordan.* quibus additur Francisc. Schenard. *conf.* 14. *lib.* 1. *n.* 17. *&* 18. atque ita sequendo dictæ causæ decisionem, novissime respondit Rota in Avenionen. Fideicommissi 19. Januarii 1699. *§. Absque eo quod cum plurib. seqq.* coram R.P.D. meo Muto, ubi optime articulus discutitur.

Implicite autem Marium cogitare potuisse in sua nobili familia adesse antiquiora fideicommissa, quorum virtute bonorum separationes facere posset, palam fit, si fideicommissi conventionalis leges considerentur; ex ejusdem enim lectura constat, conditores ordinasse, quod omnes vocati *facti erunt* (sunt verba dicti fideicommissi) *sine ulla legitima, Falcidia, Trebellianica, vel alterius cujuscunq; quarta, seu portionis, ex quocunque jure, lege, aut quavis alia dispositione quomodolibet forsan debita, seu debenda, & qua forsan detrahi a lege, vel ab homine proficiscentes, detractione, vel retentione facienda, quas detractione, diminutiones, atque retentiones per pactum expressum omnibus lineis, & descendentibus prohibuerunt, & ex nunc nominibus d. lineam in infinitum renunciarunt, & promiserunt illis non uti modo aliquo, directo, vel indirecte, nec ex aliqua ratione, vel causa, ita & taliter quod predicta integra bona pleno jure, & sine ulla diminutione in familia in perpetuum, & in in .nitum remaneant.* Si igitur dicti fideicommittentes omnem, & quamcunque detractionem, ac retentionem ex hominum dispositionibus debitam, adeo aperte prohibuerunt vocatis ad fideicommissum conventionale, quis negare poterit, quin in dicti fideicommissi acceptatione Marius talem qualem genericam notitiam habuerit de existentia antiquorum fideicommissorum, quorum vi facere posset detractionem bonorum, cui necessario virtualiter renunciandum erat eo ipso, quod ex fideicommisso conventionali successionem consequi in-
3 tendebat? Ut bene arguit Schenard. cit. *conf.* 14. *n.* 18. additis ulterius ad clariorem ejusdem scientiæ comprobationem tot aliis circumstantiis expensis in decisionibus causæ, cor. R. P. D. meo Caprara, & relatis in mea decisione, §. *Hac autem*, ac præsertim ea quæ eruitur ex retentione testamenti Saturni in Mario probata, quæ concludenter evincit notitiam contentorum in illo, cum nimis a verisimilitudine alienum sit, quod Marius vir nobilis, & rerum suæ antiquæ familiæ non incuriosus, illud legere negle-
4 xeris, ut distinguendo inter inferioris notæ homines, ac alios nobilibus natalibus præditos, ad rem animadvertit dictus Franciscus Schenard. *conf.* 29. *n.* 8. *&* 9.

Præterquam quod urget semper fatalis illa responsio, cui constanter in hac causa Rota adhæsit, quod nempe, cum non agatur in præsenti de renunciatione præjudiciali e minime damnum secum ferente, in quibus terminis magis rigorosa scientiæ probatio exigi posset, sed de actu, qui habet originem a lucro, eo quia Marius, ut prudentem virum decebat, laudabiliter se se gerendo, per acceptationem fideicommissi conventionalis maximam utilitatem fuit consecutus; nam renunciando tantummodo incertæ spei disponendi de bonis Saturni, quatenus ipse fuisset ultimus de propria linea, & absque filiis descenderet, non solum e converso acquisivit considerabilem, & cunctis numeris æquivalentem spem succedendi de futuro pro se, & ejus posteritate in bonis alte-
rius lineæ Pauli Emilii, sub pari conditione, quatenus illa 5
ante propriam extincta fuisset, ad tradita per Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *n.* 50. Verum etiam fuit in lucro, & commodo ea tunc quoad se, & dictam ejus posteritatem, omnium fructuum, & accessionum medii temporis, tam ex detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ Silvio competentibus super bonis Saturni medietatem illius hæreditatis absorbentibus, quam ex aliis detractionibus in quantitate, nec non ex bonis ab eodem Silvio acquisitis non exigui compendii, quibus attentis certo certius est, quod in hoc statu ad validitatem, & firmitatem agnitionis novi fideicommissi satis, superque sit scientia intellectualis antiquorum fideicommissorum, absque eo quod constare debeat de scientia positiva ac visione testamenti, ex adductis in priori deci-
sione, §. *Cum enim*, & in specie tradunt Hodiern. *contr.* 6
forens. cap. 15. *a n.* 55. *cum plur. seqq.* Spad. *conf.* 164. *n.* 20. *&* 23. & dixit Rota *dec.* 134. *n.* 15. *& dec.* 158. *n* 41. cor. Bich. ac in dicta Avenion. Fideicommissi, §. *Consimilis in fine*, cor. R. P. D. meo Muto.

Parum refragante objecto inæqualis spei succedendi in vim reciprocæ linearis, ex quo Marius votum castitatis emisisset: Quoniã hujus voti in genere nulla affertur sufficiens probatio, & multo minus quæ percutiat tempus acceptationis fideicommissi conventionalis, quo Marius imo erat floridissimæ ætatis ad nubendum, & prolem suscipiendam; & posito etiam dicto voto nihil relevat, sive quia adhuc prudens, & provida fuisset ejusdem fideicommissi approbatio, sive rursus quia nihilominus ex prædecessu absque sobole masculina Joannis Petri unici ex linea Pauli Emilii, fideicommissũ potuisset in personam Marii etiamsi cœlibis aperire, sive demũ quia plures annos supervixit Marius uxoratus, & a præcedenti acceptatione fideicommissi nunquam resiluit unde eam tacite ratificasse, & comprobasse videtur.

Et ita vicentibus quinto, & sexto, utrique parti responsum fuit.

R.P.D. MUTO.

Avenionen. Fideicommissi.

Luna 19. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

Discutitur eadem materia, quæ in præcedentibus decisionibus fuit definita.

SUMMARIUM.

1 *IMmissis non denegatur fideicommissario docenti de existencia fideicommissi, illiusque purificatione, & existencia bonorum.*
2 *Testator potest ad libitum disponere de bonis haredum.*
3 *Hares non potest contradicere voluntati sui auctoris.*
4 *Hares acceptando dispositionem defuncti, censetur cum illo quasi contrahere.*
5 *Usufructuarius venit sub nomine domini.*
6 *Bona dicuntur propria ejus, a quo possidentur, licet alteri restituenda sint.*
7 *Ad sustinendam dispositionem a vitio erroris sufficit verisimilis credulitas testatoris.*
8 *Frater succedit in bonis fratris una cum Patre.*
9 *Verba* Tutti gl'altri beni *importans integritatem bonorum.*
10 *Substitutio recipit declarationem ab institutione.*
11 *Inverisimile est, testatorem voluisse praferre extraneos propriis consanguineis.*
12 *Nemo debet plus gravari quam honorari.*
13 *Possidens tanquam fideicommissarius acceptat dispositionem fideicommittentis.*
14 *Scientia fideicommissi non est necessaria, ubi fideicommissum est favorabile.*

15 Et

15 *Et in omnem casum sat est, ut scientia convincatur, non per rigorosas probationes.*

16 *Modicus error in peritia vitiatur, & non vitiat.*

17 *Castrum probat, in cujus hereditate fuerint bona in eo descripta.*

18 *Maxime concurrentibus depositionibus testium, & instrumenti.*

DECISIO XXV.

ALexander senior de Serra postquam in postremo sub quo decesserat testamento, condito de anno 1655. sibi hæredem universalem scripserat Franciscum unicum filium, in hunc modum eundem gravavit, *rendere, e restituire dopo la sua morte li detti beni suoi, & eredità, assieme tutti gli altri beni proprii del detto Francesco procedenti tanto dalla Signora Ludovica da Feurier sua Madre, da Claudia di Guilielmis sua Nonna Materna, da Pietro Feurier suo Zio, che da altri quantunque da Alessandro figlio di detto Francesco, e dalla Signora de Torrez nipote di detto testatore, senza detrattione, ne diminutione di alcuna quarta di legitima, Falcidia, Trebellianica, nè d'altra quarta qualunque; & in difetto di detto Alessandro, non trovandosi allora vivo, alli figli di detto Alessandro naturali, e legitimi, & a loro descendenti per linea masculina, preferendo il maschio di essi a gl'altri secondo nati, & in difetto de maschi alle femine; volendo, & ordinando parimente, che detto Alessandro havendo raccolto li detti beni, & eredità, sia tenuto, & obligato di renderla, e restituirla a suoi detti figliuoli con l'istesso ordine, e dispositione, che sopra, e che con questo modo tutti li sudetti beni siano conservati nella sua famiglia, osservando sempre l'ordine di primogenitura, e preferenza de maschi alle femine. E venendo tutta la detta famiglia, e descendenza del testatore a finire, & estinguersi, in detto caso ho sostituito a tutti i suoi detti beni, & eredità li figli del Signor Nicolò Serra fratello del detto testatore, a tale, o tali, che si troverano viventi nel tempo di detta sostitutione, preferendo sempre i primogeniti a i secondogeniti, e li maschi alle femine, e volendo, & intendendo, che il maggior d'età, che si troverà nel tempo di detta sostitutione, goda intieramente tutti li suoi beni, & eredità, che sia conservata per linea diretta alli descendenti maschi di esso, osservando il detto ordine di primogenitura, e di preferenza delli maschi alle femine: & in caso che detto Francesco non volesse accettare la detta institutione con li detti pesi, in detto caso d'adesso, come per allora ha instituito suo Erede con li pesi, e conditioni precedenti detto Alessandro suo nipote, & ha legato al detto Francesco in luogo della detta sostitutione la sua legitima solamente, instituendo in detto caso in essa suo Erede particolare &c.* prout latius ex enunciato testamento, quod inter partes non controvertitur.

Defuncto memorato testante, Franciscus filius, & hæres, ut supra institutus, mox expositam dispositionem acceptavit, paretuam adeundo hæreditatem absque beneficio legis, & inventarii, bonaque omnia possidendo; & deinde eodem a vivis erepto, Alexander junior ejus filius, atque hæres in avito fideicommisso substituto, pari modo dicta bona possedit, se pluries hæredem fideicommissarium avi nuncupando; sed cum hic etiam in ultimis annis absque prole fato cessisset, scripta sibi hærede Congregatione Patrum Doctrinæ Christianæ Civitatis Avenionen. inter hanc, & Laurentium Nicolai fideicommissi conditoris germani fratris nepotem, & ad fideicommissum vocatum judicialis contentio surrexit prius in partibus, subindeque in Tribunali A. C. super manutentione in possessione bonorum hinc inde respective petita; qua resoluta favore Congregationis, ac devoluta ad provocationem Laurentii ex rescripto Signaturæ Justitiæ controversia ad Rotam, eaque commissa R. P. D. meo dell'Olmo, prævis duabus decisionibus editis in eadem audientia diei 10. Junii 1697. concessa fuit Laurentio tam manutentio in possessione bonorum fideicommissariorum existentium in Territorio Mazzani per ipsum statim extincto Alexandro juniore apprehensa, quam immissio in cæteris aliis bonis, & signanter positis in Territorio, & Castro S. Cæciliæ: adversus quod Rotale Judicium delegata iterum per Signaturam justitiæ causa R. P. D. meo Pio, eademque sub disparatis dubiis proposita die 12. Januarii mox præteriti elapsi anni, dilata fuit in utroque resolutio, ac demandata electio periti Curialis ad effectum firmandi status tam Alexandri senioris fideicommittentis, quam Francisci ejus filii, & hæredis gravati; cujus relatione, seu peritia in actis producta, subrogatus in locum ejusdem R. P. D. mei Pii, dubitandum hodie proposui DD. *An sententia Rotalis immissionem Laurentio concedens sit confirmanda, vel infirmanda?* stantibus ejusdem validitate non controversa, justitiaque resultante ex revolutione actorum, ac justitia non minus resultante ex decisione edita coram Rev. P. Dom. meo dell'Olmo eam præcedente, magisque ex hodierna periti relatione comprobata; pro illius confirmatione responsum fuit.

Et quidem debita visa fuit Laurentio immissio; nam ipse docuit de existentia, & purificatione ad sui favorem prælaudati fideicommissi, cum testator primo loco ad successionem ordine primogeniali vocaverit ejus descendentes, illisque deficientibus transversales progenitos ex Nicolao fratre: at cum per obitum præfati Alexandri junioris absque prole defecta in totum fuerit descendentia testantis, sicuti clarata est existentia fideicommissi; ita pariter ejus purificatio favore Laurentii ex linea Nicolai nepotis, & pronepotis, ac de identitate bonorum fideicommissariorum constet ex relatione Periti Curialis, ut ea propter negari non potuerit immissio, ex remedio *leg. fin. & Cod. de edict. Div. Adrian. tollend.* de quo Rota in Ferrarien. fideicommissi 13. Maii 1 1689. §. *primo*, coram. bon. memor. Emerix Decano, in Asculana fideicommissi, seu Domus 5. Decembris 1691. §. *Moreno*, coram R. P. D. meo Caprara, & in Avenionen. seu Vasionen. Primogenituræ 28. Januarii 1695. §. *Validitas namque*, coram me. Et nedum in bonis propriis testatoris, sed etiam ejus hæredum, & signanter super medietate bonorum existentium in Territorio, ac Castro S. Cæciliæ primordialiter spectantium ad Franciscum ex dispositione Petri Feurier Avunculi, & per eundem deinde donatorum Alexandro juniori, & Joanni Baptistæ filiis, cum altera medietas pertineret ad fideicommittentem tam ex vim testamenti Claudiæ de Guilielmis, quam transactionis subsecutæ de anno 1683. inter eundem, & Franciscum filium, eo quia cum testator hæc etiam bona nominatim fideicommisso supposuerit cum prohibitione cujuscunque detractionis, ut ex tenore testamenti in principio relati, & tam Franciscus, quam Alexander, cum Joannes Baptista prædecesserit, fideicommissum acceptaverit tanquam hæredes eadem bona possidentes, sicuti non valuerunt suppositionem suorum bonorum a Testatore factam impugnare, nec in illis alterius jure, quam fideicommissario, succedere, cum certum sit testantem de bonis hæredis, tam devolutis, quam devolvendis, non minus quam de propriis disponere posse, *leg. unum ex familia, §. Si rem tuam, & leg. cum pater 79. §. Cum Titio, ff. de legatis 2.* Bellon. *consil. 9. & 10. per tot.* 2 Ridolphin. *allegat.* 93. *numer.* 2. & *allegat.* 151. *numer.* 19. Rota *in recentior. decision.* 444. *sub numer.* 2. *p.* 4. *decis.* 19. *numer.* 1. & *decis.* 89. *numer.* 2. §. 5. *decis.* 613. *numer.* 27. & 28. *part.* 18. coram Coccin. *decis.* 2507. *numer.* 1. & 2. & *decis.* 1623. *numer.* 21. post Merlin. *de pignorat. dec.* 85. *n.* 13. & 14. & in Camerinen. Bonorum 20. Junii 1694. §. 1. coram R. P. D. meo Caprara cum aliis in Nepesina Legati Massariæ 4. Martii 1697. §. *Minus altera*, coram me; ita nec pariter permissam redditur Congregationi Patrum Alexandri junioris testamentariæ hæredi suppositionem, seu onus fideicommissum per ipsum auctorem acceptatum, diuque, & quoad vixit observatum excutere, Cancer. *variar. resolut. cap.* 2. *num.* 2. & 3. Rota in 3 Romana, seu Vetulana fideicommissi 12. Februarii præcedentis anni, §. *Quibus denique in fine*, coram R. P. D. meo Caprara.

Absque eo, quod adversus subsistentiam hujusmodi suppositionis urgere potuerint oppositiones iterum per defensores Patrum adductæ. Non prior elicita ex eo, quod de anno 1684. ante apertam successionem paternam, antequam conditum ipsum fideicommissum, Franciscus hæres institutus controversa bona cum aliis etiam in futurum acquirendis cum præsentia, & consensu ejusdem genitoris fideicommittentis irrevocabiliter, & inter vivos donaverit nominatis Alessandro juniori, & Joanni Baptistæ ejus filiis, cum reservatione tamen ususfructus sua vita naturali durante, ac cum libera certæ summæ dispositione ad effectum testandi, taliter quod suppositio horum bonorum præcedenter donatorum uti Francisci in testamento facta, & superius per extensum recensita comprehendere eadem tanquam Alexandri effecta nequiverit; quodquidem ponderabant DD. nullatenus hanc præcedentem donationem obstare validitati ante dictæ suppositionis; quippe cum Testator de illis nominatim disposuerit subjiciendo ipsius fideicommisso,

tam

tam respectu Francisci hæredis, quam Alexandri substituti, & aliorum successorum, ut indicat litera testamenti, & tam Franciscus, quam Alexander paternam, & avitam respective hæreditatem adiverint, & acceptaverint, non potest excipi de separatione istorum bonorum eo sub obtentu, quod Testator falso supposuerit esse Francisci, quando hic præcedenter donaverat favore filiorum; nam per dictam acceptationem adiros præclusus remansit hanc dispositionem impugnandi, quia tunc hæres quasi contrahere reputatur cum Testatore, & aliis
4 ad fideicommissum vocatis, Card. de Luca *de fideicommiss. disc.* 23. *n.* 13. Rot. cor. Coccin. *d. dec.* 1507. *n.* 3. & in dicta Romana, seu Verulana fideicommissi 10. Maii 1609. §. *Nec vis*, cor. R. P. D. meo Caprata, ubi supra io §. *Nam omissis*, firmat etiam non obstare, an Testator sciverit, seu ignoraverit bona esse hæredis.

Potissime quia nec asseri potest, Testatorem errasse in credendo, seu asserendo bona, de quibus agitur, licet ante conditum testamentum donata, spectasse ad Franciscum filium, quia cum ipse reservasset sibi bonorum donatorum usumfructum ejus vita naturali durante, dicebatur dominus eorundem bonorum, cum regulare sit
5 usumfructuarium venire sub nomine domini, *l. qui usumfructum*, *in n. ff. si usufructus pet. l. cum filiis*, §. *Dominus*, *ff. de legat.* 1. *l. Donationes* 32. §. *Species*, *ff. de donat.* cum aliis per Niger. *de laudem.* q. 14. *n.* 27. *cum seqq.* *tom.* 1. *ubi n* 28. id etiam procedere in casu, quo stricta sit interpretatio, & bona alicujus ea quoque reputari, quæ ab eodem possidentur, quamvis alteri sint restituenda,
6 *l. non idea*, *ff. de rei vendicat.* *l. post litem*, §. 1. *ff. famil. herciscund.* Bertrand. *cons.* 153. *n.* 2. *vers. qua ita se habent. tom.* 3. *p.* 2. Tondut. *resol. civil. p.* 2. *cap.* 110. *n.* 13. *cum seqq.* Seu prætendi non potest præsuppositum errorem ipsius testantis dispositionem vitiasse, tum ex quo bona controversa nominatim fideicommisso supposita fuerunt, tam respectu Francisci, quam Alexandri; tum etiam ex quo credere potuit Testator, prout verisimile est stante præcedenti donationis scientia, denominationem propriorum bonorum Francisci verificari in usufructu, quod sufficit ad sustinendam dispositionem, juxta
7 text. *in l. nema* 58. *ff. de hered. instit. ubi gloss. in verb. instituitur*, Bald. *cons.* 437 *n* 9. *lib.* 5. & Rot. in Carpentoracten. fideicommissi 5. Maii mox elapsi anni, §. *fin.* coram bon. mem. Ursino Decano.

Replicatione minime attenta, quod cum Joannes Baptista unus ex donatariis prædecesserit Francisco patri donanti ante conditum ab Avo testamentum, hic insimul cum Alexandro altero filio, & donatario pro medietate
8 successerit in medietate portionis illius bonorum donatorum, juxta censuram text. *in auth. defuncto*, *C. ad Tertullianum*, ut hæc sola medietas superlucrata per Franciscum dici debeat per Testatorem fideicommisso supposita, non tamen portiones Alexandro spectantes. Quoniam testamenti contextus oppositum convincit, nimirum potius Testatorem exoptasse bonorum omnium comprehensionem nedum tacite ex prohibitione cujuscunque contingibilis detractionis, sed etiam expresse per illa ver-
9 ba: *Assieme tutti gl'altri beni*, de regulari eorum natura integritatem præseferentia, Alex. *in leg. quadam*, §. *Nil sub n.* 2. *ff. de edendo*, Rot. cor. Seraph. *dec* 1325. *n.* 5. & cor. Coccin. *dec.* 1680. *n.* 117. & 118. & in dicta Nepesina legati Massariæ 4. Martii 1697. §. *Minus altera in fine*, coram me.

Minus obstitit secunda exceptio, suppositionem hanc factam fuisse in gratiam descendentium Testatoris, non autem transversalium, quibus duntaxat ejus bona reliquerit per ea verba: *E venendo tutta la detta famiglia, e descendenti dal detto Testatore a finire, & estinguersi, in detto caso ha sostituto a tutti è suoi beni, & eredità lè figli del Sig. Nicolò Serra fratello del Testatore;* quippe quia præsumptio urget, quod Testator eadem bona in institutione relicta in successivis substitutionibus repetierit, quæ a prima declarationem recipiunt; *l.* 1. *C.*
10 *de impub. & aliis substit.* Bellon. jun. *cons.* 63. *n.* 92. *cum seqq* Rot. cor. Priol. *dec.* 113. *n.* 7. cor. Cels. *dec.* 1308. *n.* 2. *& dec.* 344. *n.* 12. *in rec. dec.* 98. *n.* 3. *&* 4. *p.* 17.

Clarius cum Testator ab initio suppositionem bonorum hæredis demandaverit cum verbis importantibus integritatem patrimonii, ut per hanc explicitam voluntatem censeatur utramque bonorum speciem uti propriam considerasse, & ad eas nedum descendentes in priori testamenti parte vocatos, sed etiam transversales in posteriori invitatos succedere voluisse, ut bene firmat decisio R. P. D. mei Olmi § *Nam pro responsione*. Et militat eadem ratio hæc bona conservandi in familia, expressa ibi: *E con questo modo tutti lè sudetti beni siino conservati nella sua famiglia;* quæ etiam procedit favore agnatorum transversalium, quos Testator, deficientibus masculis, ordine primogenituræ ad successionem invitavit; & etiam quia inverisimile est, quod fideicommittens in his bonis præferri voluerit extraneos hæredes descendentium ad exclusionem consanguineorum. Non attenta discretiva locutione desumpta, ex quo in vocatione, & substitutione descendentium expressa legatur comprehensio bonorum hæredis, non sic in secunda transversalium; nam in prima vocatione, seu substitutione, necessaria, & opportuna fuit, ut certo constaret de voluntate Testantis eadem fideicommisso subjiciendi; secus in progressu aliarum substitutionum consecutivarum; & dependentium, præsertim cum in his nulla legatur dictio taxativa, ut prosequitur dicta decisio R. P. D. mei dell'Olmo. §. *Hinc alia vis cum seq.*

Consimilis irrelevantiæ detecta fuit tertia, & ultima fundata in eo, quod tam Franciscus, quam Alexander junior ejus filius, quorum bona fideicommisso gravata fuerunt per Testatorem, æquipollens emolumentum asse-
cuti non fuerunt, contra volitum text. *in l. Imperator* 72. 11
ff. de legat. 2. nam ultra quod cum uterque hæres sic qualificatam dispositionem, & fideicommissum acceptaverint
gerendo se tanquam hæredes fideicommissarii, bonaque 12
fideicommissaria possidentes, & quod magis est, absque aliqua confectione inventarii, censetur non per aliam dispositionem, sed ex hoc eodem fideicommisso acquirere voluisse, ut plene Rota cor. Coccin. *dec.* 1507. *n.* 47. &
48. & in Romana, seu Verulana fideicommissi 21. Fe- 13
bruarii superioris anni, §. *Denique in fine*, cor. R. P. D. meo Caprata, confirmata die 12. currentis mensis cor. R. P. D. meo Pio. Non subsistente præposita ignorantia in Alexandro substituto, tam hujusmodi fideicommissi aviti, quam paternæ donationis; ultra quod enim donatio satis eidem nota erat, cum illius exemplum extrahi fecerit, ea sane allegabilis non est, postquam acceptavit hæreditatem, ipsamque possedit, & retinuit usque ad obitum, potissime cum non ageretur de acceptatione, quam Alexander se tolleret de medio, & spoliatus remaneret, seu in alios bona transferret; sed quæ incipiebat a lucro, & commodo & in qua per acceptationem fideicommissi fit solum mutatio tituli, nec agitur acceptatione oneris odiosi sed de gravamine favorabili, utpote quod respiciebat agnationis favorem, quod nanque casu scientiam fideicommissi probandam non esse, in his terminis censuit Rota in Viterbien. Castrorum 1.
Februarii 1614. §. *Circa primum*, & §. *Similiter*, coram 14
Sacrato, confirmata cor. Coccin. *dec.* 1358. *n.* 10. *& seq.* *& n* 14. *&* 15. *dec.* 1387. *n.* 8. *& seqq. n.* 18 *et* 19. *dec.* 1452. *n.* 27. *dec.* 1507. *n.* 6. *et dec.* 1623 *n.* 19. *et seqq.* seu non esse convincendam religiosis probationibus, vel non eliciendam ex lectura, & visione testamenti; sed quod sufficiat scientia intellectualis, quæ excludat ignorantiam tollentem consensum renunciantis, voluit Rodner. *cons.* 24. *n.* 40. *cum seqq.* Rota in Romana, seu Reatina fideicommissi 2. Decemb. 1697. § *Secunda objiciebatur cum seqq.* cor. R. P. D. meo Tremoille, & in dicta Romana, seu Verulana fideicommissi 10. Maii 1690. §. *Nec vis*, & 21. Februarii superioris anni, §. *Quoniam*.

Præterea nedum æquivalens, sed imo majus emolumentum ex hæreditate Testatoris, tam Franciscum, quam Alexandrum hæredes consecutos fuisse, desumebant DD. ex nuredicta relatione periti curialis, de ordine Tribunalis nostri confecta, in qua comprehensa etiam ex abundanti legitima, licet Francisco per Testatorem servata cautela Socini prohibita, apparet bona gravatorum ascendere ad scut. 18178. testantibus vero hæreditatem factis detractionibus ad sc. 23873. 50. sicut in peritia *fol.* 20. *cum. seq.* ut ex propter eadem exuberaret in scut. 5696. 40. ultra mobilia, gemmas, semoventia, ac fructus ingentis quantitatis perceptos per spatium longissimi temporis.

In nihilo obstantibus allegatis erroribus adversus hanc relationem periti; non quidem primo desumpto ex eo, quod majorem quantitatem corporum contineat, quæ fuit in catastro [illegible] 1769a. descripta, ad quod peritus se refert; nam contrarium deprehensum fuit ex combinatione peritiæ cum catastro, ultra quod peritus non se fundavit simpliciter in catastro, sed in aliis justificationibus ex par-

te

te Laurentii exhibitis. Prout insubsistens agnitus fuit alter ductus ex eo, quod aliqua bona, canones, & pensionum capitalia supponens descripta in peritia, tanquam hæreditaria fideicommittentis, quæ tamen fuerint hæredum, aliaque reduplicative peritus recensuerit. Etenim quoad aliqua bona obventa Francisco uti cohæredi Ludovici ejus Avunculi in totum salmatum quatuor, & eminatum sex, detracta fuerunt a fideicommisso, & posita in asse hæreditario Francisci, ut in dicta peritia *fol. 19. lit. E, & F*; sicuti respectu bonorum castri S. Ceciliæ obventa pro rata Francisco tanquam hæredi Petri Fevrier ejus Avi, ad illius statum hæreditarium ponitur in eadem peritia *fol. 19. sub lit. F, fol. 19. & 20* quod idem legitur circa domum cum stabulis, & cortili per Franciscum empta a fratribus de Royes de anno 1661. quæ nullatenus descripta probatur in asse fideicommissario in peritia *fol. 10. n. 60. 62.* cum ibidem adnotata domus, & stabula sint diversa, prout liquet etiam, ex quo deprompta fuerunt a dicto catastro anno 1652. de quo tempore Franciscus eandem domum, & stabula non acquisiverat, sed novennio post. Nonnulla vero capitalia censuum assignata in dicta transactione anni 1638. male supponitur spectasse ad Franciscum, ut in asse fideicommissario describi non potuerint, stante, quod fideicommittens illa emerat, ut testatur peritus *fol. 16. n. 127. & seqq.* Et demum reduplicatio partitarum prorsus evanescit ex singularibus respon-

36 sionibus datis *in Summario responsionis facta pro Laurentio n. 3.* ultra quod eadem versaretur in modico, quæ vitiarent, non autem peritiam vitiaret, Escubat. *de ratiocin. cap. 51. n. 30. in fine*, Rota *in rec. dec. 52. n. 38. p. 7.*

Demum erronea nec minus notari potuit relatio respectu valoris stabilium ex præsupposito, quod in eis æstimandis processum fuerit cum relationibus nonnullorum æstimatorum lite pendente examinatorum coram judice de partibus, cujus omnia acta fuerint circumscripta per decretum A.C. confirmatum a Signatura Justitiæ, quodque valor bonorum emphyteuticorum, seu censualium calculatus fuerit ad minorem rationem sc. 2. pro centenario, & peritus se fundaverit in prænominato catastro ex se non probante; dicti namque testes examinati apparent in Tribunali Archiepiscopi præviis interrogatoriis, ac citatis Partibus Congregationis, ut refert peritus, *fol. 1. a tergo cum seqq.* Nec circumscriptio subsistit, quia decretum A.C. remansit ineffectuatum, ex quo R.P.D. Auditor Signaturæ agnito, quod causa in prima instantia cognoscenda esset in partibus, illa remisit ad Archiepiscopum in statu, & terminis; & licet deinde Signatura rescripsisset ad A.C. in gradu appellationis, hoc tamen rescriptum percurrit manutentionem in partibus decretam favore Congregationis. Valor vero bonorum emphyteuticorum, seu censualium, in relata summa sc. 2. pro centenario desumptus fuit per peritum ex publicis instrumentis, ut narrat in peritia *fol. 12. a tergo lit. B, fol.*

37 14. *lit. C*, catastrum vero probare bona fuisse in hæreditate fideicommittentis, observat Peregr. *de fideicomm. art. 44. n. 7.* Rota *in rec. decis. 295. n. 1. ante fin. p. 8. dec. 203. num. 5. part. 14.* & in Balneoregien. fideicommissi 5. Decemb. 1691. §. *Quod autem bona*, cor. R.P.D. meo Caprara, magisque cum eo concordent depositiones dd. Testium, & instrumen-

38 ta, Rota cor. Coccin. *decis. 1090. n. 5. & dec. 2118. n. 11. & in rec. dec. 559. n. 9. p. 4. tom. 3.*

Et ita omissis aliis levioris ponderis conclusum fuit auditis partibus.

R.P.D. DELLA TREMOILLE.

Beneventana Manutentionis.

Veneris 10. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Pertractatur de casu reciprocæ linearis, & firmatur, quod sententia, in qua aliquem esse hæredem enunciatur, minime qualitatem probare valeat hæreditariam.

SUMMARIUM.

1 *Possidens pro indiviso cum alio, per obitum istius valet absque alia apprehensione ob supervenientiam tituli mutare causam possessionis, & jure proprio totum possidere.*

2 *Limita, si defunctus hæredem reliquerit.*

3 *At si nil adversus jus possessionis posset opponi, ex æquitate mutatio possessionis sustineretur.*

4 *Reciproca linealis, ex quibus dicatur ordinata.*

5 *Testator, si prohibuerit detractiones, ut bona conserventur in familia, & in perpetuum perveniant ad institutos, & substitutos, dicitur voluisse linealem reciprocam.*

6 *Reciproca linealis potest ex conjecturis desumi, licet non concurrant requisita enumerata a text. in l. Titia Seja, §. Si ja libertis, ff. de legat. 2.*

7 *Ad inducendam reciprocam linealem inter descendentes, leviores sufficiunt conjectura.*

8 *Omnis est sumenda interpretatio, ut excludatur voluntatis mutatio.*

9 *Hæreditas non adita non dicitur in patrimonio hæredis, & illius successor in ea nullum jus habet.*

10 *Aditio hæreditatis concludenter est justificanda.*

11 *Qualitas hæreditaria non probatur ex sententia judicis reum hæredem enunciante.*

12 *Dos ex quibus præsumatur soluta.*

13 *Confessio hæredis gravati successorem non præjudicat.*

14 *Præcipue, si tendat ad proprium confitentis commodum.*

15 *Creditor nequit agere, nisi reddiderit rationem de debitoris hæreditate ad ejus manus perventa.*

16 *Hæreditas non adita non transmittitur.*

DECISIO XXVI.

Adversus decisionem editam die 4. Julii 1696. coram me, qua fuit Angelæ concessa manutentio in bonis fideicommissi Donati Cornoldi, obtenta nova audientia a Collegio Societatis Jesu Beneventi ass. hærede Margaritæ Cornoldæ, die 14. Junii superioris anni de more consului DD. meos, an esset standum, vel recedendum a decisis? a quibus responsum habui: *Dilata, & videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, & exhibeatur testamentum per PP. Societatis Jesu*; quo hodie exhibito, & iterum a me requisitis DD. ad formam rescripti, dictum fuit: *Constare de bono jure Angela etiam ad effectum manutentionis.*

Præsupposita siquidem anteriori possessione Angelæ pro indiviso cum Margarita matertera bonorum fideicommissariorum Donati, nec non ejus animo in illa continuandi, non obstante immissione ad cautelam petita in partibus ad eadem bona, ut firmatum fuit in præcedenti decisione, §. *De hujusmodi autem, & seq.* nulli dubium, quod secuto obitu Margaritæ Angela potuerit omnia bona retinere absq; nova apprehensione, cum satis nota sit juris propositio, quod possidens pro indiviso potest continuare possessionem bonorum etiam pro illa rata, quæ spectabat ad compossessorem prædefunctum, juxta doctrinam Paris. *cons. 53. n. 110. & seqq. lib. 3.* sæpius a Rota comprobatam, & signanter in Romana fideicommissi de Cupis 2. Martii 1654. cor. bonæ memoriæ Meltio impress. post Mell. *observat. forens. dec. 97. n. 2. & 3.* 1

Et quamvis Margarita decesserit scripto sibi hærede Collegio Societatis Jesu Beneventi, ut ex testamento *Summ. PP. n. 1.* ideoque succedat alia non minus nota juris regula, quod possidens pro indiviso teneatur recipere possessionem bonorum de manu hæredis gravati, & possessio aliter capta, quam ab ejus manu, reddatur vitiosa, nec sit manutenibilis, Rota cor. Cerro *dec. 757. n. 4. & 5.* cor. Othob. *dec. 72. n. 7. & decis. 116. n. 6. & seqq. & n. 10.* & post Mell. *d. decis. 97. n. 10. et 11.* 2

Attamen ab illius rigore recedi consuevit, quando clare constat de jure fideicommissarii, & quod hæredi gravato nullæ competant detractiones, quia tali casu cum nihil apud hæredem sit remansurum, & sic fideicommissarius continuare debeat in possessione integrali bonorum ad evitandos inanes circuitus, non sunt relaxanda hæredi gravato bona, quæ incontinenti ab illo restitui debent, sed omnino repellendus est exceptione, dolo facit, ut notant Bart. *in l. fin. n. 22. C. de edict. Div. Adr. tollen.* optime Angel. *de legit. contrad. q. 10. art. 16. n.* 34. Ridolph. *alleg. 153. n. 2.* & sæpius firmavit Rota ex relatis *in decis. hujus causa*, §. *Quia rigor.* 3

In præsenti autem omnia hæc requisita concurrunt, nam quod attinet ad primum, ex tenore testamenti Donati Cornoldi clare desumitur ejus voluntas ordinandi reciprocum, & lineale fideicommissum inter vocatos, adeout secuto obitu Margaritæ, illius portio Angelæ compossidenti fuerit devoluta.

Postquam enim Testator instituit Ambrosium filium, eique decedenti sine liberis substituit Dianam, Catharinam, Margaritam, Mariam, & Magdalenam filias, earum-

quæ filios legitimos, & naturales, subdit: *Volendo ancora esse Sig. Donato Testatore, che succedendo il caso predetto &c. ogni volta, che occorrerà restituirsi l'ereditaria porzione da una persona all'altra detti sostituti &c. si debba fare senza detrattione di Falcidia, nè trebellianica, tante volte, quante occorrerà farsi dette restitutioni, ac supra in infinitum, &c.*

Ex hoc disponendi modo, quo unus succedat alteri, & alter alteri totam restituere teneatur hæreditatem in infinitum, maximum resultat argumentum pro reciproca lineali; cum alias non posset dari hujusmodi perpetua restitutio de persona ad personam a Testatore volita, ut be-
4 ne animadvertunt Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 104. *n.* 6. aliique plena manu congesti per Altograd. *cons.* 92. *n.* 7. *tom.* 1.

Comprobatur hujusmodi voluntas, quia Testator nedum prohibuit detractionem Trebellianicæ, & Falcidiæ, verum etiam quamcunque aliam alienationem etiam ex causa dotis ad hoc, ut bona conservarentur in familia, & in perpetuum pervenirent ad institutos, & substitutos; quandoquidem tam enixa, & inculcata prohibitio ad evidentiam demonstrat inductum fuisse reciprocum, & lineale fideicommissum inter vocatos; nam illo remoto, & resoluto in singularitates, talia dispositio inutilis redderetur, & bona in familia haudquaquam conservari possent, & ad institutos, & substitutos in perpetuum pervenire, ut præ-
5 re adductos in eadem decisione, §. *In quo secundo*, ontant Altograd. *d. cons.* 92. *num.* 14. *& pluribus seq.* Sperell. *dec.* 152. *n.* 55. *tom.* 2. Urceol. *consult. forens.* 80. *n.* 5. *& seq.* Rot. *dec.* 63. *n.* 8. *& dec.* 65. *n.* 10. post Torr. *de primogen. tom.* 3.

Nec obstare visum fuit, quod hujusmodi fideicommissum verificari possit in qualibet descendentia, & linea ex substitutis, ideoque trahi non debeat de linea ad lineam cum non concurrant tria requisita regolariter ad id neces-
6 saria, de quibus in *leg. Titia Seja libertis*, *ff. de legat.* 2. quia etiam absque concursu dd. trium requisitorum censetur inducta reciproca de linea ad lineam, si concurrant conjecturæ, ut in præsenti, quæ aperte id suadeant; maxime quando agitur de illa inducenda inter descendentes, quorum favore leviores admittuntur conjecturæ, ut opti-
8 me respondit Rota in Interamnen. fideicommissi 16. Junii confirmat. 26. Januarii 1682. utrobique, §. *fin.* cor. bon. mem. Albergato.

Minus ad excluden. reciprocam linealem meruit attendi, quod Testator in codicillis portionem obventuram Magdalenæ, uni ex filiabus substitutis, reliquerit etiam Francisco Cartaræ genero, eorumque hæredibus, & successoribus; nam ex hujusmodi dispositione censeri nequit revocata reciproca linealis, tam enixe in testamento ordinata, sed potius dici debet substituisse Franciscum com eodem fideicommisso lineali; quandoquidem in Codicillis nunquam præsumitur, quod Testator voluerit a testamento recedere, nec fideicommissum in eo ordinatum revocare, nisi expresse hoc dixerit, adeout omnia interpretatio sumenda veniat, per quam remaneat exclusa talis revocatio,
8 ut ait Rota cor. Buratt. *dec.* 168. *n.* 2. *& seqq. signanter n.* 5. *ibique Adnot. lit. B.*

Nec deficit pariter alterum requisitum incompetentiæ detractionem. Et primo PP. uti hæredibus Margaritæ non competere dictum fuit portionem legitimæ Ambrosii filii masculi hæredis gravati, & fratris dd. sororum, quia dictum non fuit, quod Margarita fuerit hæres Ambrosii; unde cum non fuerit effecta illius patrimonium, neque in ejus bonis de tempore obitus existeret, PP. nullum jus in ea
9 habere possunt, ad tradita per Rot. *dec.* 93. *n.* 1. *p.* 18. *rec.*

Et quamvis Ambrosius in ejus eom quo decessit testamento, Margaritam una cum aliis sororibus sibi hæredem scripserit, prædicta institutio in nihilo suffragatur, quia ab anno 1655. usque ad annum 1684. Margarita non deliberavit hæreditatem adire, ut desumitur ex declaratione judicialiter facta ab ipsamet Margarita, *Summ. secunda propositionis n.* 2. & postea non constat illum adivisse, quæ additio cum sit facti, non est præsumenda, sed e n Inden-
10 tera PP. uti fundamentum suæ intentionis probanda est, *l. si filius, C. de petit. hæred.* Fontanell. *dec.* 87. *n.* 4. Vincent. de Franch. *dec.* 60. *n.* 3. *&* 10. Rota cor. Buratt. *decis.* 207. *n.* *& dec.* 589. *n.* 8.

Neque aditio probatur ex sententia R.P.D. Lancettæ tunc A.C. Locumtenente, in qua PP. uti hæredibus Margaritæ reservatum fuit jus agendi pro consecutione legitimæ titulo hæreditario Ambrosii, quia cum sententia nihil disponat in eo, quod Margarita sit hæres Ambrosii, sed solum ex assertione partis illam enunciet hæredem, ideo remanet cannonizata in Margarita qualitas hæreditaria,
dummodo aliunde non probetur; regulare enim est, quod 11
in sententiis attenduntur ea tantum, quæ a judice proferuntur dispositive, non autem enunciative, ut ad rem ponderat Thomat. *dec.* 32. *n.* 6. *&* 7. & consonat Rota *dec.* 34. *n.* 11. *p.* 2. *divers.*

Secundo, corruit prætensio residui dotis Margaritæ ducat. 1200. quippe cum non controvertatur a PP. promissio dotis in summa ducatorum 3100. & successiva solutio ducat. 1900. de tempore matrimonii secuti de anno 1639. quod duravit usque ad annum 1655. ex tam diuturna præstatione alimentorum absque ulla reclamatione, juncta cum solutione majoris partis dotis, & idoneitate promisso-
ria infertur, quod dos fuerit integre soluta, Massin. *de con-* 12
fiscat. *q.* 31. *n.* 33. *&* 34. Grat. *discept. forens. cap.* 362. *n.* 18. *& seq.* Conciol. *alleg.* 78. *n.* 9. Andreol. *contr.* 57. *n.* 1. *& seq. usque ad n.* 27. Rota *dec.* 262. *n.* 29. 30. 31. *et* 32. *part.* 9. *rec.* post Salgad. *dec.* 3. *n.* 6. post Michalor. *de fratribus dec.* 46. *n.* 14. *et seq.* & in Perusina Doria 8. Junii 1696. coram Emerix, §. *Demum in fine.*

Nec obstat confessio dicta residualis debiti emissa a Margarita, & aliis sororibus in inventario post obitum Ambro-
sii fratris confecto, quia hujusmodi confessio hæredum 13
gravatarum non est attendenda in prejudicium Angelæ successive vocatæ, Rota cor. Zarat. *decis.* 12. *n.* 26. cor. Bich. *dec.* 559. *n.* 16. & in Romana Census 22. Aprilis 1695. cor.
Priolo, §. *Sed contra ista*, potissimum quia tendit ad pro- 14
prium commodum Margaritæ confitentis, Rota *part.* 11. *rec. dec.* 179. *n.* 4.

Et propterea quod cum Margarita usque ab anno 1656. una cum duabus sororibus successerit in hæreditate paterna Doti, in qua aderant stabilia, & mobilia pretiosa, nec non ingens pecuniarum quantitas, ex quibus commode satisfieri poterat, illamque possederit usque ad ann. 1693. & sic spatio 37. annorum intrat præsumptio, quod de primo credito sit satisfacta, quo usque ex redditione rationis
contrarium non ostendatur, ex censura Text. *in leg. preu-* 15
lium, §. *Præterea*, *ff. de pecul.* Urceol. *consult. forens.* 29. *n.* 13. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 569. *n.* 4. cor. Bich. *decis.* 406. *n.* 2. *et* 3. cor. Cerro *decis* 86. *n.* 7. *et* 8. post Merlin. *de pign. dec.* 63. *n.* 8. *et in rec. dec.* 140. *n.* 6. *p.* 17. *et dec.* 61. *num.* 1. *cum seqq. part.* 12.

Tertio, quoad dotem Mariæ cessat objectum ex eo, quia prædicta dos post illius obitum effecta fuit patrimonium Ambrosii ex testamento ipsius Mariæ, quæ illum hæredem instituit; propterea cum adhuc non constet, quod Margarita
adiverit hæreditatem Ambrosii, recurrit supra allata res- 16
ponsio in § *Et primo*, quod non potuit ad illam transmitti.
Quarto, non subsistit creditum dotis Antoniæ Balzarinæ 17
matris Margaritæ, quod de eo nulla affertur justificatio: cæterum cum Antonia decesserit superstite Ambrosio filio, nullum jus Margaritæ competere potest in dicta dote ex dispositione Statuti Beneventi relat. *Summ. secunda propositionis n.* 3. excludentis fœminas dotatas tam a bonis paternis, quam maternis, existentibus masculis.

Quinto, tandem creditum fructuum dotis Catharinæ ad favorem Nicolai Villani viri, tollitur ex responsionibus datis in decisionibus hujus causæ super immissione emanatis, sub diebus 4. Junii 1696. & 14. Junii 1697. coram me, cum quibus D.D. transierunt.

Et ita concurrentibus debitis requisitis, D.D. concluserunt, *constare de bono jure Angelæ etiam ad effectum manutentionis.*

Utraque parte informante &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Bononien. Fideicommissi de Ghisleriis.

Lunæ 4. Maii 1699.

ARGUMENTUM.

Quoties testator plures filios præmortuorum fratrum in stirpes instituerit, & eorum descendentes substituerit, non censetur voluisse tot lineas efformare, quot sunt nepotes, sed tantum quot erant eorum patres, quorum contemplatione substituti dicuntur.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 Reciproca substitutio resultat, quando Testator ad invicem, vel vicissim substituit.
2 Reciproca nunquam censetur inducta, nisi expressis verbis legatur a Testatore ordinata.
3 Ad hoc ut reciproca dicatur volita, exigitur, quod omnes sint vocati, quod substitutio sit facta in tota hereditate, & ultimo morienti.
4 Eademque requisita copulative debent concurrere.
5 Reciproca inducta non censetur, si substitutio facta non sit ultimo morienti, & in tota hereditate.
6 Quoties Testator a principio plures stipites constituit diversarum linearum, reciproca censetur tantum inducta in diferetive in qualibet linea, non autem de linea ad lineam.
7 Praecipue, si agatur de Testatore transversali.
8 Mens Testatoris est praeferenda caeteris juris speculationibus.
9 Reciproca linearis desumi potest ex conjecturis, etiam si deficiant requisita enumerata al. Seja, §. Seja libertis, ff. de legat. 2.
10 Amplia, licet agatur de fideicommisso ordinato a transversali.
11 Reciproca linearis difficilius admittitur, ubi Testator a principio plures lineas efformavit.
12 E converso quando agitur de inducenda reciproca inter descendentes unius lineae, facilius admittitur.
13 Testator, si substituerit pro medietate filios unius fratris praedefuncti, & pro alia filios alterius fratris, non plures lineas, quot sunt substituti, censetur constituisse, sed duas tantum, cum dicatur considerasse nepotes tanquam repraesentantes eorum patres, & si patrum tantum contemplatione. Declara, ut n. 32.
14 Testator semper praesumitur cum jure communi se voluisse uniformare.
15 Nepotes ad intestatam patrui haereditatem admittuntur in capita, non autem in stirpes, & n. 24.
16 Erga nepotes aequalis praesumitur amor.
17 Primo loco in testamento descriptus magis praesumitur dilectus.
18 Pronomen, aliam, importat similitudinem, & excludit ulteriorem subdivisionem.
19 Dictio, respectiva, quid importet, & n. 23.
20 Si Testator instituerit plures, eisque substituerit eorum filios, ista respectu cujusque suorum parentum censenda sunt tanquam unica linea.
21 Testator dicitur substituisse nepotes contemplatione eorum patris, non ex propria persona, si proprium patris nomen expresserit.
25 Ex quibus deprehendatur, quod testator plures personas contemplaverit per modum unius lineae.
26 Ex vocatione facta per modum collectivum cum verbis tractum futuri temporis denotantibus, inducitur inter omnes comprehensos reciprocum fideicommissum.
27 Si institutio facta sit in tota haereditate, eadem modo facta censetur substitutio, licet verbalis expressio totalitatis omissa fuerit.
28 Linea plures gradus, & personas comprehendit.
29 Ex quibus desumatur, quod substitutio facta fuerit ultimo morienti.

DECISIO XXVII.

PLures in hac causa emerserunt juris quaestiones; una scilicet, an fideicommissum, de quo agitur, esset duntaxat agnatitium, seu potius comprehensivum masculorum descendentium per medium foemininum, quales sunt Marchio, aliique fratres de Tanariis, quorum favore cum fuerit absoluta hujusmodi inspectio, sicuti videre est in geminis decisionibus editis sub dieb. 12. Martii, & 10. Junii 1693. cor. bon. me. Benincasa, & in alia decisione 17. Junii 1697. cor. me, altera deinde restaurata fuit disceptatio super reciproca substitutione circa portiones obventas Hieronymo Bonaparti, & Michaeli haeredibus gravatis; quo articulo proposito in audientia die 28. Aprilis anni praeteriti, eoque ob votorum scissuram non resoluto, demandatum fuit, ut ad ferendum suffragium accederent quintus, & sextus immediate consedentes in turno; quibus omnibus iterum hodie consultis rescriptum prodiit, esse procedendum ad ulteriora.

Licet enim defensores Marchionis Paleotti, & litis consortium, relative ad testamentum per haec verba conceptum, ibi: *In caeteris vero omnibus bonis suos haeredes universales instituit Hieronymum Aloysium, Theodorium Bonapartem, & Michaelem d. Testatoris nepotes, ex quo Francisco Maria ejusdem Testatoris fratre in dimidia bonorum praedictorum; quo vero ad aliam medietatem bonorum praedictorum, & in illa Faustum filium Virgilii fratris, ipsius Testatoris nepotem, & praedictorum nepotum in partibus praedictis respective substituit eorum filios, & descendentes legitimos, & naturales in infinitum, & successive finita linea praedicta descendentium, idem Testator substituit ordine successivo Agnatos proximiores masculos legitimos, & naturales de familia pen. dicti Testatoris*, ad exclusionem reciprocae niterentur pluribus juris theoricis, scilicet, quod deficientibus in mox relata dispositione verbis *ad invicem, vel vicissim*, ex quibus resultat reciproca substitutio, ad Text. *in leg. cum in testam. 37. §. Hac verba, ff. de haered. instit.* Rocc. *disp. jur. select. c. 15. n. 6*, Rota *dec. 97. n. 4. & 12.* cor. Alex. VIII. illa proinde nunquam inducta censeatur, nisi expressis 1
verbis legatur ordinata a Testatore, Peregr. *de fideic. art. 13. n. 73.* Fusar. *de substit. q. 471. n. 1. & 475. n. 2. & 4.* Rot. cor. 2
Cocc. *dec. 2342. n. 3.* cor. Celso *dec. 376 n. 4.* vel nisi concurrant ad illam tacite inducendam urgentes, & necessariae conjecturae, desumptae ex illis tribus requisitis, quod omnes sint vocati, quod substitutio sit facta in tota haereditate, & ultimo morienti, ad terminos Text. *in l. Titia Seja, 89. §. Seja libertis, ff. de legat. 2.* quae ad hunc effectum communiter expendunt Surd. *consil. 329. n. 6.* Peregr. *de fideic. art. 13. & 14.* Rot. cor. Cocc. *dec. 393. n. 9.* cor. Duran. *dec. 258. n. 9.* cor. Zarat. *dec. 15. n. 5.* cor. Dunoz. jun. *dec. 563. & dec. 755. n. 1. p. 18. rec.* alibique passim. 3

Quae requisita ajebant tantum abesse, ut in praesenti themate copulative concurrerent, prout requiritur, ad tradita per Ackolin. *resol. 61. n. 13.* Altograd. *consil. 60. n. 61.* Rota 4
dec. 28. n. 13. p. 19. rec. quod potius non solum deficerent duo postremo, sine quibus nec dicitur inducta reciproca, Mantica *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 5. n. 3.* Rota *dec. 376. n. 6.* 5
cor. Celso, & *dec. 30. n. 10. & dec. 362. n. 15. p. 1. rec.* verum etiam cum Testator in medietate suae haereditatis instituerit quinque nepotes, eos vocando propriis nominibus, praetendebatur constituisse usque ab initio tot stipites diversarum linearum, ex quibus resultaret tantum fideicommissum diferetive in qualibet linea favore descendentium uniuscujusque Columnelli, non autem reciprocum, ad tradita per Sperel. *dec. 152. n. 39.* Rot. cor. Seroph. *dec. 409. n.* 6
6. cor. Penia *dec. 1553. n. 6.* cor. Cavol. *dec. 465. n. 20.* cor. Carill. *dec. 105. n. 20.* cor. Coccino *dec. 2432. num. 1. & dec. 68. n. 1. part. 15. rec.*

Hancque conclusionem subdebant indubitantius procedere, quando, prout hic, non agebatur de dispositione ascendentis, sed transversalis, ut in specie arguit Ruin. 7
consil. 121. n. 8. lib. 2. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7 tit. 5. n. 12.* Ridolph. *allegat. 107. n. 44. & seq.* Rota cor. Coccin. *d. dec. 2432. n. 2.* cor. Carillo *d. dec. 105. n. 21. & dec. 68. n. 1. part. 15. rec.* & in Tusculana fideicommissi 9. Maii 1687. §. *Reciproca*, cor. bon. mem. Rondinino.

Veruntamen quidquid sit de praefatis juris conclusionibus, quas domini non negabant pluries fuisse per nostrum Tribunal receptas, juxta peculiares casuum contingentias 8
propius accedentes ad cognitionem nostrae testamentariae dispositionis, ut supra relatae ad secundum illius totum contextum, perscrutata Testatoris mente, quae in hac materia praeferenda venit caeteris juris speculationibus, ut monet in puncto Rocca *disp. jur. select. c. 15. n. 3. & c. 16. n. 14.*

Praemiserunt, quod reciproca substitutio etiam de linea ad lineam recte induci valeat, quamvis deficiant illa tria vulgata requisita, de quibus supra meminimus, ob illam rationem, quod disponentis mentem non prohibemur indagare ex aliis conjecturis, & argumentis, cum leges semper abhorruerint certam formam praescribere hominum voluntati, per Text. *in l. Titius, & Sejus 24. ff. de haeredibus* 9
instit. & in l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. Jason. *in l. potest. n. 9. ff. de vulgar.* Cephal. *consil. 478. n. 13.* Baitell. *de ult. vol. dec. 2. n. 641.* Rota cor. Merlino *dec. 326. num. 13.* sor. Alexand. VIII. *dec. 177. n. 30. & dec. 183. n. 21. p. 10. & in puncto pluribus cumulatis dec. 339. n. 8. & 9. part. 17. rec.* Idque procedit, etiamsi agatur de fideicommisso ordinato a transversali, Altograd. *consil. 92.* Peregrin. *cons. 19.* 10
n. 17. Rocc. *disp. jur. select. cap. 16. n. 15.* Rota *dec. 183. n. 23. part. 10. rec.*

Deinde existimarunt, inspecta dicta Testatoris volunta-

tes, nos in hypothesi minime versari in terminis rigorosæ reciprocæ substitutionis interlineatis, ubi scilicet usq; ab initio fuissent a Testatore efformatæ plures lineæ per diversos
11 Columnellos, quo casu difficilius admittitur substitutio de una ad aliam lineam, ex dictis per Rot. dec. 417. n. 1. cor. Priolo; domini enim fratres de Tanariis descendentes per medium fœmininum ex linea Aloysii, unius ex quinque filiis Francisci Mariæ fratris Testatoris, non prætendunt hodie vindicare, nisi illam medietatem bonorum hæreditariorum, quam dictus Testator reliquit dictis quinque filiis Francisci Mariæ prædefuncti Testatoris, veluti consideratis per modum unius lineæ; non autem aspirant ad aliam medietatem relictam alteri lineæ afformatæ a Fausto filio Virgilii alterius fratris pariter prædefuncti dicto Testatori; sicque cum agatur de descendentibus ex unica linea, facilius inducitur inter eos reciproca substitutio, ex traditis per Re-
12 denasch. cons. 58. n. 201. Peregrin. cons. 33. sub n. 9. Mans. consult. 84. n. 1. Rocca disp. jur. c. 15. n. 15. Fusar. de substit. q. 475. n. 11. Rota dec. 417. n. 6. cor. Priolo, & dec. 68. n. 16. p. 15. rec. & novissime dictum fuit in Reatina fideicommissi 4. Februarii currentis anni, §. Quamobrem, cor. me.

Quod autem in nostro themate Testator dividendo ejus hæreditatem in duas æquales portiones, consideravit quinque nepotes ex Francisco Maria fratre prædefuncto per modum unius lineæ, non autem veluti constituentes tot stirpes, quot ipsi erant, clare dignoscitur nedum ex præsumpta mente Testatoris, sed etiam ex verbis, quibus institutio, & successiva substitutionum series concepta legitur.

Ex præsumpta quidem Testatoris voluntate; nam cum ipse nequiverit æqualiter instituere dictos duos fratres prædefunctos, quos pari amore prosequebatur, voluit tamen satisfaciendo communi naturæ voto, ac charitatis ordini eandem servare æqualitatem inter eorum filios, & respective nepotes, quos consideravit in stirpes, & tanquam repræsentantes proprios parentes, quorum contemplatio-
13 ne divisit per modum duplicis lineæ suam hæreditatem pro medietate, ut in puncto ponderavit Rota dec. 570. n. 3. coram Merlino.

Aliter si Testator neglecta memoria fratrum contemplatus fuisset principaliter, & directe personas nepotum nullo habito respectu ad duas lineas efformatas a dd. fratribus prædefunctis, certe non divisisset ejus hæreditatem in duas æquales partes, sed in tot portiones, quot erant capita nepotum, cum de jure communi, cum quo semper præsumi-
14 tur conformis Testatoris voluntas, Grat. discept. forens. c. 82. n. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 202. Rota cor. Merlin. d. dec. 570. n. 10. & dec. 164. n. 6. p. 12. recent. Nepotes ex pluribus fratribus, licet impares in numero, (seclusa qualitate repræsentativa, quæ solum admittitur in casu successionis simultaneæ cum patruo) admittantur ex propria persona, & in capita ad intestatam successionem
15 patrui defuncti, non autem in stirpes, ut rejectis contrariis de veriori testantur Peregrin. de fideicomm. art. 39. n. 25. Fachin. contr. jur. c. 3. lib. 6. Viv. comm. conclus. 324. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 32. per tot. Fusar. de substit. q. 482. n. 9. Michalor. de fratrib. p. 3. c. 15. sub num. 15. Thesaur. dec 162. Rot. post Merlin. de legit. dec. 24. n. 2. cor. Merlin. d. dec. 570. n. 11. & dec. 631. n. 9. & dec. 391. part. 4. & dec. 15. n. 13. p. 9. & dec. 78. n. 7. part. 13. rec.

Nec in casu nostro est assignabilis disparitatis ratio, cur Testator recedendo a juris communis dispositione plus voluerit relinquere Fausto nepoti, & unico Virgilii fratris, eum instituendo in medietate assis hæreditarii, quam aliis quinque nepotibus filiis Francisci Mariæ alterius fratris prædefuncti, institutis in alia medietate, cum omnes essent æqualiter conjuncti Testatoris, & proinde æqualiter invitandi ad consuccessionem, juxta commune naturæ votum, quod operatur, ut in patruo sit æqualis amor erga nepotes, per ea, quæ in proposito ponderat Spada
16 cons. 310. n. 4. tom. 1. Quinimo quatenus esset consideranda major affectio, utique ista militaret favore quinque nepotum ex dicto Francisco Maria fratre; tum ex quo Aloysius unus ex eis destinatus fuit Gubernator, & Custos bonorum hæreditariorum; tum ex quo omnes dd. quinque nepotes primo loco nominati fuerunt in testamento, ad Text.
17 in l. Lucius l. ult. ff. de hæredibus instit. l. cum ita §. in fideicommissu, ff. de legat. 2. Menoch. cons. 19. n. 2. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 16. n. 3. Fusar. de substit. quæst. 468. n. 15.

Varia quoque concurrunt ad suadendum duas solum æquales lineas fuisse a Testatore originaliter volitas, uti efformatas a geminis fratribus prædefunctis; siquidem post vocatos quinque nepotes ex Francisco Maria in dimidia bonorum, ita prosecutus fuit: Quo vero ad aliam medietatem bonorum prædictorum, & in illa Faustum filium Virgilii fratris, ipsius Testatoris nepotem; ex quo colligitur, quod sicuti voluit integram medietatem individuam pertinere ad unicum filium repræsentantem Virgilium, eadem individuitas censeri debet volita etiam respectu alterius medietatis relictæ antecedenter aliis quinque filiis Francisci Mariæ, cum talis sit virtus pronominis, aliam, quod importat similitudinem, & excludit ulteriorem sub-
divisionem, Menoch. cons. 328. n. 13. Surd. cons. 77. n. 25. 18
Rot. dec. 126. n. 9. & dec. 287. n. 26. p. 18. rec. Quæ similitudo cessaret, si dicti quinque nepotes ex Francisco Maria fratre non considerarentur per modum unius lineæ, sed discretive tanquam plures stipites diversarum linearum.

Absque eo, quod prædicta aliquam patiantur turbiditatem, vel ab expressione proprii nominis cujuslibet ex dictis quinque nepotibus, quasi quod videatur Testator respexisse
ad eorum lineas, vel ex quo in substitutione descendentium 19
usus fuerit dictione, respective, quæ tanquam disjunctiva segregat portionem uniuscujusque. Quoniam objectum in neutra sui parte adversatur; non quidem in prima, nam sola nominatio personarum non est ampla ad inducendam linearum distinctionem, præcipue quando, prout hic, idem Testator nominavit etiam proprio nomine utrumque fratrem prædefunctum, a quibus descendebant præfati nepotes, licet impares in numero. Unde quemadmodum si Testator instituisset Franciscum Mariam, & Virgilium fratres, eisque substituisset nepotes prædictos, non est dubium, quin isti respectu cujusque suorum parentum censendi essent tanquam unica linea, ex traditis per Card. de
Luca de fideicommiss. disc. 17. n. 6. & disc. 104. num. 7. Rot. 20
in Anconitana fideicommissi 31. Martii 1687. §. Quod si, coram Rondinino.

Ita dicendum est in casu nostro, in quo Testator non valens personas fratrum prædefunctorum honorare, saltem eo modo, quo potuit, id præstare velle demonstravit in institutione nepotum pro medietate, exprimendo proprium nomen eorum parentum, quæ sane expressio a-
lias superflua fuisset, si intellexisset vocare dictos nepotes, 21
non tanquam repræsentantes proprios parentes, sed ex propriis personis: quidquid dicendum foret, quatenus versaremur in casu, quo fuissent instituti propriis nominibus plures nepotes unius fratris prædefuncti, absque con-
cursu alterius nepotis ex altero fratre, in quibus termi- 22
nis intelligendi veniunt Doctores firmantes distinctionem linearum, & excludentes inter eas reciprocam substitutionem.

Multoque minus officit secunda pars objecti; nam ante dictionem, respective, adsunt illa verba, in partibus prædictis, quæ cum sint repetitiva, & repetitio verificari nequeat, nisi in illis duabus partibus pro medietate divisis ab ipso Testatore, utique virtus segregativa dictionis, respective, operatur talem sensum, videlicet, ac si
Testator dixisset, quod filii, & descendentes Fausti capere 23
deberent integram medietatem, & filii, & descendentes ex aliis quinque nepotibus æqualiter etiam consequerentur aliam medietatem per modum repræsentativum unius lineæ; nunquam autem eadem dictio, respective, operari potest in eisdem quinque nepotibus subdivisionem plurium portionum ejusdem medietatis per modum inceptivum novarum linearum, semperque recurrit animadversio, quod quatenus admitteretur institutio nepotum ex propriis personis, absque ulla relatione ad eorum parentes, imprudenter se gessisset testator communis patruus, dum eos inæqualiter instituisset contra juris communis dispositionem, per quam, ut dictum est, plures nepotes ex diversis fratribus prædefunctis succedunt æqualiter in capita ad
successionem patrui, ut præter allegatos bene in proposi- 24
to tradit Surd. cons. 310. n. 5. & 8. tom. 3.

Eoque clarior evadit hujusmodi intellectus, quod nempe Testator quinque nepotes ex Francisco Maria fratre contemplaverit tanquam per modum unius lineæ, quia substituendo proximiores Agnatos in defectu descendentium ab eisdem nepotibus, usus fuit numero singulari per hæc verba: Et successive finita linea prædicta descendentium, quæ sane verba excludunt prætensam pluralitatem linearum in dictis quinque nepotibus; alias si fuissent contemplatæ tot lineæ, quot erant eorum personæ, Testator debuisset dicere, deficientibus lineis, ut utendo consimili argumento ad suadendum reciprocum fideicommissum inter plures personas hæredes institutas, & coatem-

platas

platas per modum unius lineæ, tradit pluribus relatis Rocc.
25 disp. jur. d. cap. 15. n. 27. & conferunt ponderata per Card. de Luca de fideicomm. disc. 57. n. 21. & disc. 104. n. 2. & disc. 106. n. 12.

Quæ omnia eo libentius domini amplexi sunt, quia eis visa sunt concurrere etiam illa tria requisita, quæ ponderari solent ad inducendam tacitam reciprocam substitutionem, de quibus supra meminimus; nam primum requisitum vocationis omnium descendentium non fuit controversum, quinimo cum hujusmodi vocatio legatur facta per nomen collectivum, & sub unica verborum structura, junctis verbis denotantibus perpetuitatem, & gravaminis durationem, utique ex ea inducitur inter omnes comprehensos reciprocum fideicommissum, Soccin. jun. cons. 151. n. 5.
26 lib. 3. Peregr. cons. 62. n. 20. lib. 1. Grat. discept. for. cons. 122. n. 18. Fusar. de substit. q. 475. n. 23. Rot. cor. Zaratt. dec. 15. n. 22. cor. Alexan. VIII. dec. 177. num. 11. & 12. & dec. 183. n. 11. p. 10. & dec. 755. n. 2. p. 18. rec.

Secundum requisitum, quod dicta vocatio verificetur in tota, & integra medietate hæreditatis, de qua agitur, patet: quia Testator deficiente linea descendentium ex omnibus quinque nepotibus hæredibus institutis, substituit Agnatos proximiores, quæ substitutio dici debet facta in eadem integritate medietatis, in qua fuit institutio, Bellon.
27 jun. cons. 39. n. 92. & pluribus relatis, Rot. d. dec. 15. n. 19. cor. Zaratt. & d. dec. 177. n. 3. cor. Alex. VIII. & dec. 409. n. 9. cor. Cerr. & decis. 142. n. 60. p. 10. & dec. 136. n. 11. p. 13. rec. Et ratio est, quia ad hunc effectum non requiritur verbalis expressio ejusdem totalitatis, sed sufficit interpretativa, Cuman. cons. 3. n. 2. Cavalcan. cons. 36. n. 26. Gobb. consult. 50. n. 38. & 49. Rot. dec. 183. n. 7. p. 10. rec.

Tertium tandem requisitum, quod substitutio facta fuerit ultimo morienti, colligitur ex eadem ponderatione, quod Agnati proximiores substituti fuerint in casu deficientiæ lineæ, quæ tanquam plurium graduum, & perso-
28 narum comprehensiva, ut ad rem ponderavit Rot. d. 177. n. 9. & 10. cor. Alexand. VIII. non potest deficere, nisi veniente in casu obitus ultimi descendentis ex dictis nepotibus hæredibus institutis, & periode est, ac si expresse substitutio facta fuisset ultimo morienti, ad tradita per Soccin.
29 cons. 151. n. 6. Redenasch. cons. 60. n. 69. Marescott. var. resol. cap. 66. n. 10. lib. 1. Castill. dec. 153. n. 65. & pluribus cumulatis in puncto, Rot. cor. Zaratt. d. dec. 15. n. 8. & cor. Alex. VIII. decis. 177. n. 7. & 8. d. dec. 183. n. 6. p. 10. & dec. 755. n. 3. & 5. p. 18. rec.

Et ita omissis quampluribus aliis adductis per defensores dominorum fratrum de Tanariis, resolutum fuit utraque parte informante, &c.

R. P. D. P R I O L O.

Faventina Primogeniturae.

Lunæ 23. Februarii 1699.

A R G U M E N T U M.

In majoratibus, an proximitas gradus sit attendenda?

S U M M A R I U M.

1 *Vocatu seniore, censetur semper vocatus ille, qui habet majorem ætatem de tempore apertæ successionis.*

3 *In majoribus est indistincte admittenda proximitas gradus, etiam si ultimus gravatus filios non reliquerit, quando fuit vocatus senior de linea in primo ingressu, & qualitas majoratus non fuit in progressu repetita, & n. 3. limita, ut num. 4. ad 6. 7. & 8.*

5 *Transversalis transversalem non generat.*

D E C I S I O XXVIII.

AD primogenituram, ad quam Franciscus Naldus optimo loco vocaverat: *Il più vecchio della linea del Colonello di Vicenzo suo Avo*, aspirabant non minus Michael, quam Dionysius descendentes ex eodem Columnello, & in paritate gradus etiam existentes; unde orta inter ipsos judiciali altercatione, Rota coram claræ memoriæ Cardinali Vicecomite sub die 5. Junii 1673. censuit partes Michaelis esse potiores; sed quia causa non fuit expedita, nec prosecuta, Dionysius, ejusque filii continuarunt in possessione controversæ primogeniture.

In hoc rerum statu defuncto Dionysio, insurrexerunt Albertus, & Antonius ex Ænea fratre nepotes dicti Michaelis, & sub motivo, quod postquam primogenitura purificata fuit favore prædicti Michaelis tunc senioris de Colunnello Vincentii, deberet quoad ipsos attendi in illius progressu proximitas gradus, habito respectu ad ultimum gravatum, hac de causa immissionem petierunt in nostro Auditorio; sed fuerunt a petitis rejecti per sententiam Reverendissimi Domini mei Decani. Unde in gradu appellationis dato ad eorum instantiam consueto dubio, an sententia Rotalis sit confirmanda, prodiit hodie resolutio pro illius confirmatione.

Ratio ita decidendi tota desumpta fuit ex eo, quod cum Testator ordinaverit, quod terminata sua linea, bona *vadino al più vecchio della linea di Vicenzo suo Avo, e così ne' suoi figliuoli, però primogeniti, di primogenito in primogenito, finoche ve ne sarà di detta linea, e poi vadino al più vecchio della linea d'Alessandro*; defuncto Michaele sine liberis, atque ita nullis efformata linea, factus est locus alteri seniori de dicta linea: quia Testator prædiligendo lineam Vincentii, & senioritatem, illamque vocando in tota, & universali sua latitudine, cum jam esset in plures alias lineas subalternas divisa, videtur voluisse efformare majoratum saltuarium in ingressu cujuscunque lineæ, & primogenituram in progressu. Cumque Dionysius de tempore obitus Michaelis esset senior de linea Vincentii, ad illius favorem, & deinde ejusdem filiorum primogenitorum successio aperta dicitur, cum vocato seniore de linea, censeatur semper vocatus ille, qui habet majorem ætatem de tempore apertæ successionis, juxta ea, quæ tradit Honded. cons. 70. num. 12. lib. 2. Menochius cons. 1
211. n. 26. Natt. cons. 195. num. 6. Dec. cons. 445. num. 2. Jas. cons. 215. n. 2. lib. 2. Peregrin. cons. 47. num. 16. lib. 2. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 10. num. 1. Fusar. de substit. quæst. 383. num. 1. cum seqq. & in Tiburtina fideicommissi 16. Martii 1640. §. *Quod autem*, coram clar. mem. Card. Pancirolo, & firmat dec. clar. mem. Card. Thaurusii, §. *Fundamentum resolutionis*.

Quo circa non obstat regula in contrarium adducta; quod in majoratibus sit indistincte admittenda proximitas 2
gradus, etiamsi ultimus gravatus filios non reliquerit; quando, prout hic, fuit vocatus senior de linea in primo ingressu, & qualitas majoratus non fuit in progressu repetita de una substitutione in aliam: quia tunc bene posset stare simul, quod Testator in prima vocatione desideraverit inter concurrentes majorem ætatem; in continuatione vero voluerit præscribere juxta prærogativam gradus normam regularis, & intestatæ successionis, ut in specie consuluit Menoch. cons. 981. cum aliis adductis per Torr. de primogen. Ital. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 39. & cap. 17. §. 3. num. 24. cum seqq. & cap. 22 n. 11. pariter cum seqq.

Quandoquidem etsi hoc assumptum, super quo capitaliter insistebant scribentes pro Alberto, & Antonio, sit in jure verum; attamen contrarium adversariis visum est 3
resultare ex verbis ipsius dispositionis; nam Albertus, & Antonius non possunt venire ex directa ipsorum vocatione, cum non sint filii, neque descendentes senioris ultimi defuncti. Quapropter antequam locum habeat forma intestatæ successionis, cessare omnino debet dispositio hominis, quod non videtur concurrere in casu præsenti, quia cum, ut diximus, Testator prædilexerit lineam Vincentii in tota sua latitudine, illa generalia verba: *Vadino al più* 4
vecchio della linea di Vicenzo, e così ne' suoi figliuoli, finche ve ne sarà di detta linea, non sunt accipienda pro una tantum vice, & in solo primo ingressu; sed potius repetita censentur, quoties deficiente una linea subalterna senioris jam admissi, superest alia linea alterius senioris non admissi: quia si Testator voluit, quod bona *vadino al più vecchio, e così ne' suoi figliuoli, fine che ve ne sarà di detta linea*, extra istus bona stare non debent, durante linea Vincentii. Cum autem decesserit senior, vel sine filiis, ut in casu præsenti, vel cum filiis, & istis etiam deficientibus, bona transire debent ad alium seniorem de dicta linea. Iste enim est principaliter volitus a Testatore, & illius filii primogeniti videntur contemplari in gratiam senioris; & ut ista generica vocatio verificetur, dicendum est, quod toties, quoties futuris temporibus evenerit casus successionis, ille solum veniat admittendus, qui de tempore apertæ substitutionis major ætate repertus fuerit, ut tradunt Honded. dicto consil. 70. num. 16. vers.

Præfatrim, quia Pontifex, & n.19. & 40. in fin. lib. 2. Malval. *conf.22. n.35. cum seqq.* Surd. *conf. 403. n. 57. cum seqq.* Grat. *cap.695. n.6.* Tort. *de primog. Ital. p.1. cap.22. n.5.*

Nec dicatur, quod illa verba: *Sin che ve ne sarà di detta linea*, tanquam immediata cohærentia cum aliis verbis, quæ loquuntur de filiis primogenitis, non censeantur per Testatorem superaddita, nisi ad inducendam primogenituram linealem in progressu successionis, donec tota linea Vincentii evacuetur; quantum talis intellectus visus fuit prorsus inapplicabilis contextui totius orationis, & omnino contrarius voluntati ipsius Testatoris; nam si ordo primogenituræ regularis fuit a Testatore limitate restrictus ad filios, & descendentes senioris admissi, ibi: *E così ne' suoi figliuoli, però di primogenito in primogenito*, nullo pacto extendi debet ad transversales, quia in istis verificari non potest qualitas illa filiationis respectu senioris defuncti, de qua locutus fuit Testator, cum transversalis transversalem
5 non generet, ut in specie pondeat Tort. *de primogen. Ital. p.1. cap.16. n.1. cum seqq. & p.2. q.1. n.16. cum seqq.* Mangil. *de imputat. q.77. n.164. & sub n. 171. vers. Et ratio differentia*, & Leo *dec. Valent. 60. n.44.* e contra vero cum talis modus succedendi volitus fuerit per illa verba: *Sin che ve ne sarà di detta linea*, ad verificationem istorum omnium dicendum est, quod finita linea primi senioris, succedere debet ille, qui de tempore illius deficientiæ esset senior de dicta linea, donec tota linea Vincentii in universum contemplata, remaneat in totum extincta, ad notata per Surd.
6 *conf.403. n.70.* Bellon. *conf.11. n.6. & 11. ac per tot.* Menoch. *conf.117. n.14.* Molin. *de primog. Hispan. lib.1. cap.5. n.18. usque ad 23.* Avendan. *in l.41. Tauri gloss. 3. num. 13.* Latr. *de annivers. lib.1. cap.4. n.39. & 43.* Mans. *consult.18. n.13. & m.9.* & Tort. *de primog. Ital. p.1. cap.9. §.4. num.38. cum seqq.* Rota *in rec.1. n.14. cum seqq. p.10.* & comprobat dec. R.D. mei Decani, § *Nec ad exclusionem*.

Et talis interpretatio est etiam secundum structuram verborum; nam illa verba: *Sin che ve ne sarà di detta linea*, tanquam in fine orationis posita, debent comprehendere omnia in eadem oratione contenta, & non partem tantum filiorum primogenitorum: ultra quod si stricte essent intelligenda dicta verba: *Sin che ve ne sarà*, de solis primogenitis senioris, & qualitas senioris non esset attendenda, nisi in ingressu daretur casus, quod bona adhuc durante linea Vincentii exirent de dicta linea, quia quoties deficerent filii primogeniti dicti senioris, factus esset locus alteri substitutioni in linea Alexandri, quia illa vocatio de primogenito in primogenitum: *Sin che ve ne sarà*, non est indefinita, ut exadverso prætenditur, sed limitata ad filios senioris per illa verba: *E così ne' suoi figliuoli, però primogeniti*, cum Testator non dixerit de primogenito in primogenitum: *Sin che ve ne sarà*, sed, *Sin che ve ne sarà di detta linea*, videntur comprehensi omnes primogeniti, descendentes tamen a seniore vocato: quia ista vocatio tanquam generalis, perpetua, & tractum temporis denotans, videtur virtualiter continere repetitionem, & vocationem alterius senioris cum suis filiis primogenitis in defectu primi jam admissi usque ad totalem extinctio-
7 nem lineæ, ut bene comprobat d. decisio R.D. mei Decani, §. *Nec ad exclusionem*.

Probato itaque ex his, quod fuerit per Testatorem in universum considerata tota linea Vincentii, non obstant auctoritates in contrarium allegatæ: quia illæ forsan locum habere possent, nisi per Testatorem fuisset habitus respectus ad totam descendentiam Vincentii; sed quando in universum vocata reperitur illius linea, negari non potest, quin usque ab initio constitutus non fuerit majoratus saltuarius in omnibus de linea ejusdem Vincentii, ideoque uno avulso, non deficit alter; nam extincto uno seniore jam admisso, faciendus est transitus ad alios seniores transversales de tota linea contentiva ipsius Vincentii, quæ tanquam collective vocata, & in unum sumpta, quasi per modum Collegii, in quo adest senior, & Decanus, facit, quod in quolibet ingressu cujuscunque novi stipitis subalterni attendi non debeat proximitas gradus, vel ordo primogenituræ regularis, sed solum qualitas majoris ætatis a Testatore requisita, ut distinguendo probant Cancer.
8 *variar. resol. par.3. cap.21. n.301.* Mans. *consult.201. n.24.* Rota in Fanen. Immissionis 17. Maii 1694. §. *Et ratio cum seqq.* cor. bonæ mem. Ursino.

Et quamvis ad reddendam magis claram voluntatem Testatoris circa constitutionem majoratus facti in tota, & universa linea Vincentii, hodie etiam superadderentur a scribentes pro Com. Balasso conjecturæ, quæ jam fuse fuerunt ponderatæ in decisione R.D. mei Decani, DD. tamen remissive approbando inopportunum censuerunt immutari super aliis in contrarium adductis: quia cum ex verbis, & rationibus superius expensis res visa fuerit satis comprobata, non est curandum de inutilibus, & levissimis conjecturis, quando istæ remaneant ab aliis elisæ, & suffocatæ.

Et ita utraque parte audita resolutum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Romana quarti dotalis.

Mercurii 17. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Recessum a consilio 21. Oldradi non suadet nec prohibitio alienationis, nec vetatio Trebellianicæ, minusque onus substituto injunctum assumendi arma, & cognomen testatoris: ulterius præscribitur, quæ quantitas sit lucri favore mulieris binubæ in bonis secundi viri, quando ipsa mulier ex primo conjugio filios habet.

SUMMARIUM.

1 *Fructus quos vir percipit ex usufructu sibi in dotem constituto, non reputantur pars dotis, & dissoluto matrimonio restitui non debent.*

2 *Pro constituendo lucro dotali non habetur ratio dotis, quæ usu consumuntur.*

3 *Quartum dotale non debetur ex donatione certæ quantitatis, ultra quartum per virum promissa.*

4 *Donatio collata in tempus obitus viri, assumere nequit dotis qualitatem.*

5 *In concursu capitulorum, & instrumenti, potius illa, quam istud attenduntur.*

6 *Præcipue, si emissa fuerit protestatio, quod dispositio in capitulis non censeatur novata.*

7 *Sententia lata in casu statum facit jus etiam quoad omnes non citatos.*

8 *Substitutio, quæ pendet a casu obitus sine filiis, per filiorum existentiam expirat.*

9 *Amplia, licet adsit prohibitio alienationis, si ista restricta sit ad heredes institutos.*

10 *Amplia 2. etiamsi concurrat prohibitio Trebellianicæ.*

11 *Amplia & 3. quamvis testator injunxerit onus substituto assumendi ejus cognomen, & arma, si non adsint verba perpetuitatem importantia.*

12 *Ex observantia, quæ deducitur etiam ex non facto, optime probatur inexistentia fideicommissi.*

13 *Confessio emissa in precibus Summo Principi porrectis super dotis quantitate, quoties constat esse erroneam, non præjudicat, & n.14. & 15.*

16 *Quartum dotale ex bonis secundi viri est regulandum favore mulieris binubæ, eo modo quo vir illud consecutus fuisset, si mulier prædecessisset, adeout pro regulando quarto prius ex dote detrahi debeat legitima illaque ex residuo constituatur, ut non excedat portionem, quæ debetur uni ex filiis primi matrimonii.*

DECISIO XXIX.

Resolutum fuit sub die 16. Junii anni elapsi dotem Olympiæ ascendere ad scuta 6060. tantum, & ad illius normam esse calculandum lucrum dotale cum modificationibus in decisione expressis; concessa autem mulieri nova audientia, & reproposito hodie dubio: An sit standum, vel recedendum a decisis; placuit dominis in illis persistere juxta modum.

Reassumendo enim singulas partitas, juxta seriem decisionis, quoad primam, quæ respicit 33. loca montium sub vinculo evictionis, jam partes acquiescebant illorum valutationi in scut. 75. pro quolibet, facienti in totum scut. 2475.

Nulla pariter aderat controversia quoad secundam complectentem binas partitas, alteram scut. 1500. debitam ab heredibus primi viri, & alteram scut. 1785. pro pretio prædicæ, constituen. scut. 3285.

Tertia vero partita consistens in usufructu quarti dotalis ab hæreditate primi viri, quæ ob senilem ætatem Ubaldini secundi viri, qui etiam supervixit tantum se-

ptem

ptem mensibus, fuit calculatam in sc. 300. impugnabatur a scribentibus pro Olympia sub prætextu, quod ususfructus non esset calculandus juxta ætatem viri, sed bene habito respectu ad illam mulieris, ad cujus vitam durabat; verum quidquid sit de dicta valutatione, super qua nulla allegabatur auctoritas, perpendentes domini, quod fructus, quos percipit vir ex usufructu dato in dotem non sunt pars dotis, cum dissoluto matrimonio non teneatur illos restituere,
1 juxta firmata per Rotam *decis.*483. *n.*6. cor. Medin. & proinde respectu illorum non videretur posse deberi lucrum,
2 cum ad illud detrahendum non habeatur ratio ad ea, quæ usu consumuntur, ut notat Seraph. *decis.*882. *n.*3. hinc existimarunt non recedere a desumpta valutatione.

Quoad quartam partitam sc. 3000. promissorum in capitulis matrimonialibus ab Ubaldino post ejus obitum uxori, iterum visum est non esse ponendam ad calculum pro augendo lucro; tum quia fuit promissa, & donata ultra lucrum, ibi: *Per sopra più del quarto dotale*, & sic non in causam dotis, ut augeatur luctum, ut observat præterita decisio, *in §. Adhibeatur*; cum verba illa: *Per soprapiù*:
3 latine, *ultra*, separent, & dividant, ac faciunt ut unum non dicatur comprehensum in altero, *leg. si ita legatam* 68. *ff. de legat.*1. Dec. *in l. Actione n.*9. *vers. & illa verba*, *C. de transact.* Cæsar. Manenr. *dec.*4 *n.*17. Rot. *decis.* 44. *n.*2. *&* 3. *p.*3. *tom.*1. *& decis.*460. *n.* 11. *& seqq. p.*9. *rec. tom.*2. tum etiam quia donatio pendebat a præmorientia viri, & sic respiciebat tempus obitus, & dissoluti matrimonii, unde non poterat sortiri naturam dotis, quæ cessat statim so-
4 luto matrimonio, ut ponderat Card. de Luca *de dote disc.* 129. *n.*9. *& seqq.* Rot. *dec.*83. *n.*28. *&* 29. *p.*19. *rec.*

Non refragante, quod in instrumento desuper stipulato donatio enuncietur cum verbis denotantibus supra dotem; quia attendenda sunt potius capitula materno sermone, & ad sensum donantis conscripta, quam instrumentum a No-
5 tario extensum, ut dixit Rot. *decis.*608. *n.*18. *&* 19. cor. Merl. *& dec.*34. *n.*28. *cum seq. p.*12. *rec.* in Romana dotis 3. Martii 1687. §. *Neque obstare*, cor. Rev. Decano. Concurrente præsertim protestatione in eodem instrumento emissa, quod ad capitula semper habeatur relatio, & quod per illud nihil diminuatur, vel contractum censeatur, quo
6 fit, ut expressio in ea aliter facta, quam sit in capitulis, dicatur ex errore, Rot. *d. decis.* 34. *n.*34. *&* 35. cum aliis allegatis in præcedenti decisione, §. *Adhibeatur*.

Subsistere etiam visa sunt resoluta quoad quartam partitam census Sannesii, quia ea vera est inexigibilis, dum modernus Dux reddidit rationem de bonis hæreditariis Ducis debitoris, & desuper reportavit sententiam absolutoriam, in qua fuit declaratus illius creditor in magna summa, ut in præterito Summario *n.*8. quæ sententia, uti lata cum
7 aliis creditoribus, & in causa status, facit jus quoad omnes alios etiam non citatos, ex firmatis per Rot. *dec.*31. *n.*8. *&* 9. *part.*19. *rec.*

Quatenus attinet ad sextam partitam respicientem jura fideicommissi Ludovici Cosciari, de ea nulla fuit habita ratio, quia filii Olympiæ, a qua descendit Olympia junior tanquam neptis ex Thaddæo filio, fuerunt vocati in casu, quo omnes filii masculi testatoris hæredes instituti decederent sine filiis masculis; unde, cum Marcus Antonius ultimus ex dd. filiis obierit relicto Joanne Hieronymo fi-
8 lio, expiravit substitutio, juxta *cons.* 21. Oldrad. *a principio*, Peregr. *de fideicomm. art.*22. *n.*23. *& seq.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.*6. *n.*6. Capyc. Latr. *dec.*127. *n.* 21. *cum quatuor seq.* Rota cor. Cavaler. *dec.*647. *n.*2. & cor. Buratt. *dec.*820. *n.*1. & cor. Cels. *decis.* 228. *n.*1. *& dec.* 335. *n.*12. & cor. Cerr. *decis.*516. *n.*10. *& seq. dec.*712. *n.*3. *&* 7. *& in rec. dec.*195. *&* 221. *utrobique n.*1. *& seq. p.* 5. *& decis.*39. *n.*1. *cum plur. seq. p.*13.

Non obstat, quod a consilio Oldradi recedi solet, quoties aliter appatet de voluntate Testatoris; quia conjecturæ ad illam convincendam adductæ visæ non sunt relevantes.

Prima namque desumpta ex prohibitione alienationis non est apta inducere fideicommissum, quia cum sit restricta ad ipsos filios hæredes, ibi: *Proibendo à detti figli, ed eredi l'alienatione de' beni*, non operatur favore substituti, nisi purificata conditione per illorum obitum sine
9 filiis, Rota cor. Cels. *decis.* 228. *n.* 5. *& decis.* 387. *n.* 10. cor. Buratt. *decis.*516. *n.*11. *& dec.*712. *n.*5. *& seqq.* cor. Cerro, *& dec.*287. *n.*8. *p.*19. *rec.*

Altera vero elicita ex prohibitione Trebellianicæ, minorem habet relevantiam, quia & ipsa uti famulans fideicommisso, intelligitur ad ejus limites, & pro tempore
10 suæ durationis, ut notat Card. de Luca *de fideicomm. disc.* 70. *sub num.*11. *vers.*3. Rota *d. dec.* 712. *n.*5. *a princ. & seq. & num.*9. cor. Cerr.

Tertia demum deducta ex conditione injuncta filiis Olympiæ sumendi nomen, & arma Testatoris, ibi, *Perchè pigli il cognome, e sigillo, ed arme di Casa Cosciari*, visa non est tantæ virtutis, ut valeat novum fideicommissum inducere, seu illud ampliare; tum quia dictum onus est injunctum tantummodo filiis absque ulteriori progressu ad alios descendentes, vel cum verbis, quæ tractum successivum, seu perpetuitatem importent, sine quorum altero, ex onere assumendi cognomen, & arma, non induci
fideicommissum, tradit Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. 11
*n.*34. *in fin. & lib.*2. *cap.*14. *num.*9. Castill. *controv. forens. cap.*136. *num.* 74. *tom.*6. Censal. ad Peregrin. *de fideicomm. ad notat. ad art.* §. 20. *Neque utrum*, *fol.*52. *col.*2. & admittit ipsa dec. Romana fideicommissi de Avila 1. Martii 1694. coram R.P.D. meo Muto, in contrarium allegata, & declarat altera illius confirmatoria 14. Junii ejusdem anni coram eodem. Tum etiam quia tale onus est impositum in casu, quo substitutio filiorum Olympiæ per obitum filiorum masculorum sine filiis verificaretur, & proinde ipse agnationis favor dicitur solum contemplatus, postquam evenisset ejusdem substitutionis casus, & non antea, ut punctualiter pluribus allegatis dixit Altograd. *controv.*33. *n.*46. *a principio*, & in simili substitutione pueri cum delatione cognominis, firmavit Rota *dec.*335. *n.*12. *junctu n.*17. *&* 18. coram Celso, & generaliter Rota *dec.*576. *n.*8. *&* 9. coram Cerro.

Pro cujus fideicommissi exclusione stat etiam observantia, dum vigore hujus fideicommissi nec egit Thaddæus, neque ejus filii, nec primus maritus, nec ipsa Olympia, ex qua observantia, quæ resultat etiam ex non facto, opti-
mum insurgit argumentum pro inexistentia fideicommissi, 12
ut dixit Rota *decis.*16. *n.*21. *vers. sed etiam quia*, *& n.* 22. cor. Ubago.

His positis parum obstat, quod Ubaldinus in supplici libello porrecto ad obtinendam derogationem Bullæ Sixtinæ fassus fuerit dotem in sc.18.m. quia hujusmodi confessio fuit remissa cum supposito, quod effectus dari in dotem es-
sent veri, & subsistentes; sed comperto, quod tales non 13
sunt, uti erronea, non præjudicat confitenti, uti late probat *decisio a §. non suffragantur cum seq.*

Nec valet assumptum, quod sustineri debeat tanquam donatio, quia potius errori, quam donationi tribuenda
est hujusmodi confessio, ut inquit Surd. *cons.*203. *num.*13. 14
& seq. Maxime quia maritus jam emiserat favore uxoris donationem sc. 3000. unde non est præsumenda donationum multiplicatio, ex notatis per Rot. *dec.*36. *n.*1.5. *&* 7.
cor. Cerr. cum ibi voluit donare, id expresse egit, ut no- 15
tat Menoch. *cons.*85. *n.* 10. Rota *dec.* 186. *n.* 6. *p.*17. *& dec.* 67. *n.*16. *p.*18. *rec.*

Ea autem, quæ adducebantur ad impugnandam decisionem in ea parte, quæ firmat, quartum dotale superlucratum ab Olympia non posse calculari in majori quantitate illa, quam superlucrasset Ubaldinus, si supervixisset Olympiæ habenti quinque filios ex primo matrimonio, & cum quibus pro lucro non potuisset concurrere,
nisi pro virili, stante quod Statutum Urbis non derogat 16
leg. hac edict. in nihilo meretur attendi ex ea clara, & convincenti ratione, quod, cum lucrum ex nostro Statuto Urbis *c.*131. inductum sit correspective, & ad invicem, ac correspective fuerit conventum inter hos conjuges in instrumento dotali, necesse est, ut tantum sit lucrum unius ex conjugibus, quantum esse debet illud alterius, ne alias in ea conventione, quia contrahentes voluerunt correspectivitatem, detur contrarietas, & irrationabilis inæqualitas, ut probat præcedens *decisio in § Ex hac autem cum seq.*

Nec obstare visæ sunt plures authoritates, quæ in contrarium expendebantur: quia eorum rationes potius assistunt præsenti resolutioni, & unicus Gabriel. *cons.* 13. *lib.* 1. qui pro punctuali in contrarium allegabatur, rejicitur a Rota *dec.*368. *n.*21. *& seq. p.*10. *rec.*

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES DECANO,

Romana Pecuniaria,

Mercur. 17. Junii 1669.

A R G U M E N T U M.

An ex bonis fideicommissi possit detrahi debitum pro sustentatione hæredis gravati contractum, licet hæres tot fructus in vita ex fideicommisso habuerit, ex quibus propriam poterat quærere sustentationem?

S U M M A R I U M.

1 P*Harmaca comprehenduntur sub nomine alimentorum.*
2 *Distractio bonorum fideicommissariorum vigore* Authent. res quæ, *competit etiam pro præstatione alimentorum.*
3 *Promittens manutenere filium, ejusque conjugem, obligatur etiam ad alimentandum eorum filios, & familiam.*
4 *Dos vigore* Auth. res quæ, *detrahitur, quamvis a testatore sit prohibitum.*
5 *Idemque procedit pro alimentis.*
6 *Actio pro consequenda dote ex bonis fideicommissariis nedum competit filiis, & descendentibus, sed etiam creditori in hac causa solventi.*
7 *Alimenta debentur ex fructibus.*
8 *Actio pro consequenda dote, & alimentis, est rei persecutoria, & datur contra tertium possidentem.*
9 *Pro consequenda dote, & alimentis promissis a testatore, competit actio hypothecaria.*
10 *Et hujusmodi actio datur contra successorem in bonis hypothecatis.*
11 *Filius, qui legitimam, & Trebellianicam pro alimentis assignatis dilapidavit, adhuc pro alendo potest distrahere bona fideicommissaria.*
12 *Filia non tenetur imputare in dotem fructus ex fideicommisso perceptos, & bona fide consumptos; sed illam ex integro potest detrahere.*
13 *Creditori, qui dedit pecuniam erogatam in causam dotis detrahendæ ex fideicommisso, jus competit agendi pro reintegratione contra successorem in fideicommisso.*
14 *Quod declaratur, ut procedat, dummodo non intercesserit negligentia creditoris in petendo ab antecedenti possessore.*
15 *Exceptio data à filiis, cur scilicet creditores patrem non urserint, non est audienda.*
16 *Requisitiones extrajudiciales excludunt negligentiam, & socordiam exigendi.*
17 *Diligentia, quæ non est profutura, impune potest omitti.*
18 *Remedium* auth. res quæ, *datur in subsidium.*
19 *Creditor non tenetur excutere bona intricata.*
20 *Excussio resultat ex citatione ad indicandum bona.*
21 *Conservationi fideicommissorum, quo magis fieri potest, est consulendum.*

D E C I S I O XXX.

MAndatum executivum, quod in præterita causæ disputatione, habita die 11. Martii elapsi, censuit Rota
relaxandum esse pro sc. 748. contra bona hereditaria bo. me.
Pauli Francisci Falconetii, hodie respondit esse exequendum
pro nunc contra fructus primogenituræ domus Falconeriæ
a D. Lælio ejus filio primogenito in præsentiarum possessæ.
Cum enim versemur in ære alieno contracto pro Pharmaciis per quondam Gentilem Aromatarium subministratis
prænominato Paulo Francisco, uxori, filiis, totique ejus familiæ, quæ absque ulla hæsitatione comprehenduntur sub
alimentorum appellatione, Bart. *in l. legatis num. 2. ff. de*
1 *alim. & cibar. legat.* Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 5. n. 1. & per*
tot. Zacchias *de salar. q. 18. n. 2. & 3.* inde fit, quod deficientibus bonis liberis hæreditariis Pauli Francisci, ex quibus tale debitum satisfieri valeat, succedit actio subsidiaria
contra bona primogenituræ, vigore famigeratæ, *Auth.*
res qua, Cod. commun. de legat. per quam etsi attenta litera textus permitti videatur distractio, & obligatio bonorum fideicommissi, solum pro dotium constitutione, &
donationibus propter nuptias; ex communi tamen, & veriori Doctorum sententia, ampliatur quoque illius dispositio pro alimentorum præstatione, tam ex identitate rationis, quæ viget inter dotem, & alimenta, quam etiam
attenta ipsa legali fideicommittentis obligatione, si viveret, præstandi alimoniam liberis, cæterisque descendentibus, ut rejecto Odofredo, & Jacobo de Belvis, tenet relatis antiquioribus Padill. *in repetit. d. Auth. num. 78.* & la- 2
to calamo probant Fusar. *de substit. q. 536. n. 1.* Peregr. *de
fideic. art. 42. n. 86.* Petra *eodem tr. q. 8. n. 480.* Surd *de alim.
tit. 8. privil. 39. per tot.* Rot. *discept. 852. n. 32. & seqq.* Merend. *contr. 34. per tot. tom. 1.* Calvin. *de aquit. lib. 1. cap. 90.
n. 4. cum seqq. & per tot.* Boss. *de alim. obligat. cap. 13. n. 815.
& per tot.* Thes. *dec. 192. per tot.* eamque perpetuo secuta est
Rota, *ut in dec. 925. n. 2.* cor. Seraph. cor. Manzaned. *dec.
319. n. 1.* cor. Penia *decis. 1329. n. 3.* cor. Coccin. *dec. 1974. n. 7.
& in rec. dec. 408. n. 10. p. 5. & dec. 87. n. 3. part. 14.* & in Romana alimentorum 27. Novemb. 1683. §. *Ex conjecturata*,
confirmata 5. Martii 1694. cor. bon. me. Emeris Decano.
Certius, quia ultra præmissam legalem provisionem concurrit in hypothesi specialis obligatio contracta ab Horatio Falconerio memoratæ primogenituræ institutore, qui
occasione matrimonii contracti inter prædictum Paulum
Franciscum illius filium, & D. Victoriam de Bubalo, in eorum Capitulis matrimonialibus promisit sub obligatione
Camerali, *di mantenere il detto Sign. Paolo Francesco, e
la Sig.a Vittoria sua nuora conforme il dovuto decoro.* Ex
quibus verbis resultat tacita obligatio præstandi alimenta
iisdem conjugibus, filiis, totique eorum familiæ, ex relatis per Surd. *de aliment. tit. 1. q. 3.* & in terminis fere similis promissionis, dixit Rota in Romana redditionis rationis 4. Novembris 1601. confirmata 21. Februarii 1602. 3
cor. Litta, ut patuit ex eorum particulis datis in Calce Restrictus juris Angeli Paradisi.
Nil officiente prohibitione alienationis etiam ex causa
dotis, & alimentorum, apposita in Constitutione d. primogenituræ, quoniam sicuti hodie receptissima est Doctorum, & hujus Sac. Tribunalis sententia, quod non attenta
tali speciali prohibitione alienationis ex causa dotis, adhuc
vigore *auth. res qua*, eadem detrahitur ex fideicommisso 4
ascendentali, ex plene deductis in magistrali *dec. 84.* Merl.
per tot. & decis. 646. n. 1. cum seqq cor. eodem, *ac decis. 93.*
post Fenzon. *ad Stat. Urbis*, cum aliis concordantibus
collectis per Adden. ad Burat. *decis. 641. n. 26.* ita eadem 5
prohibitio, quantumvis specialis non impedit distractionem fideicommissi pro alimentorum præstatione, ut optima submotis adversantibus, concludunt Grat. *discept. 832.
n. 39.* Calvin. *de aquit. cap. 90. n. 44.* Boss. *de alim. oblig. d.
cap. n. 820.* Rot. cor. Cocc. *dec. 1074. n. 7.*
Firmato ex his, quod pro consecutione alimentorum filiis, & descendentibus dicti fideicommittentis competebat
contra bona fideicommiss. seu primogenialia actio subsidiaria, vigore *auth. res qua*, idem remedium experiri posse visum fuit creditoribus subministrantibus eadem alimenta; eo pacto, quo istamet actio, quæ intentari potest adversus fideicommissum pro dotium constitutione,
& restitutione, experibilis est a creditore in hanc solutionis dotis causam pecunias erogante, ut passim edocet experientia, & patet ex resolutionis *in decis. 260. n. 1.* post 6
Zachiam *de oblig. Camer. & decis. 87. n. 20. p. 10. rec. & frequenter in aliis.*
Non turbante responsione, quod primogenitura prædicta jam semel onus solvendi dd. alimenta expleverit, eo
ipso, quod omnes illius reditus, ex quibus præstanda erant, possederit Paulus Franciscus hæres gravatus; adeoque
si ipse, dum viveret, illos consumpserit, & dissipaverit,
modernos ejus dictæ primogenituræ successor gravandus
non sit onere iteratæ solutionis, imputandumque veniat 7
creditori alimenta subministranti, si in illius vita de hoc
suo credito satis fieri non curaverit.
Etenim, quamvis nepotes, aliique descendentes consequi debeant dotes, & alimenta a possessore fideicommissi aviti, & quidem ex fructibus, si isti sufficiunt;
originarius tamen debitor non est ipse hæres gravatus, sed
institutor fideicommissi, & majoratus, & actio pro eis
consequendis, licet non sit realis, est tamen rei persecutoria, cujus vigore non solum agi potest contra bona fideicommissaria possessa per gravatum, sed & contra bona existentia penes tertium, ex traditis in proposito dotis 8
per Tappiam *decis. 48. n. 14.* Rota *dec. 28. part. 5. rec.* cum
aliis allegatis per Cardin. de Luca *de feud. disc. 78. n. 10.
& de dote disc. 4. num. 11.* & in terminis alimentorum

Rot.

Rot. *dec.125.n.15.p.4.rec. tom.2.* Card. de Luca *disc.79.*
n.9. de feud. Præmaxime, quando, prout in casu, dos, &
alimenta relicta fuerint a testatura, quia tunc persequi pos-
9 sunt bona fideicommissaria actione hypothecaria, Afflict.
dec.162.n.8. Rot. *dec.199.n.1.cum seq.p.8.rec.* Cardin. de
Luca *de dot. disc.166.n.11 & 4. disc.78. de feud. n.1.* Indeque
fit inter alia, quod si hæres gravatus consumpserit, &
dispersesit illorum fructus, non iden cessat jus, & actio pe-
tendi dotam, & alimenta, sed illa recte dirigi potest contra
fideicommissi, & primogenituræ successorem, prosequen-
10 do bona fideicommissa etiam expresse alienari prohibita,
ut in terminis Constitutionis dotis tradunt relati per Ad-
den. ad Buratt. *dec.941.n.21.* & in specie alimentorum bene
ratiocinatur Card. de Luca *de fud. disc.79.n.5. in fine.*

Idque est adeo verum in proposito præstationis alimento-
rum, ut si ipse filius hæres gravatus legitimam, & Trebel-
lianicam assignatam pro alimentis dilapidaverit, adhuc non
sufficientibus fructibus fideicommissi pro se alendo distra-
here potest vigore *auth res quæ*, illius proprietatem; ea qui-
dam clara, & convenienti ratione, quod pater juxta com-
munem opinionem tenetur semper alere filium, quantum-
vis semel, & bis distraxisset portionem sibi in hanc causam
assignatam, prout hac, aliisque perpensis rationibus bene
11 probant Merend. *dist. lib 4. cap. 34. usque ad 8.* Calvin. *de
aquis. lib. 1. cap.90.n.11. & seq.* Boss. *de alim. obligat.cap.13.
num. 823.*

Quæ certius procedunt, quotiescunque, prout in the-
mate, non probatur, quod possessor primogenituræ, seu
fideicommissi consumpserit ejus fructus malitiose, & ani-
mo distrahendi fideicommissum, quo casu proculdubio
permittitur filio distractio fideicommissi pro se alendo, ex
Doctoribus supra relatis. Et in istis terminis nec ipsa filia
12 percipiens fructus fideicommissi, illosque bona fide consu-
mens, tenetur in suam dotem imputare; sed illam ex inte-
gro detrahere valet ex bonis fideicommissariis, ut decla-
rant Doctores congesti per Peregr. *de fideic. art.42.n.71.
vers. intellige*, Fusar. *de substit. q.60. n.100.* & plene etiam
Rot. *dec.193.n.10.* cor. Roxas.

Quemadmodum itaque vocatis ad fideicommissum avi-
tum datur actio pro alimentis, & dote contra successorem
fideicommissarium, si antecessor vel dilapidaverit, aut bo-
na fide consumpserit fructus, & bona libera, ex quibus
præstanda erant; ita etiam in casu hæc eadem actio adver-
sus successores competit creditoribus subministrantibus
alimenta, eo ferme modo, quo dicitur de usuris dotalibus,
fructibus census erecti pro dotium solutione, necnon an-
nuis præstationibus, quibus est obnoxium fideicommis-
sum: quæ etsi persolvi debeant ex fructibus a possessore fi-
deicommissi percipiendis; nihilominus si ipse in ejus vita
solvere neglexisset, non iden præjudicatur creditori, quo-
minus agere possit contra successorem, & bona fideicom-
missaria, pro consequendo illarum cumulo ab antecessore
non soluto, ad tradita per Franc. *dec. 613 per tot.* Paschal.
13 *de patr. potest.p.2. cap.7. n.32.* Castill. *controv. tom.8. c.36.
§ 5. per tot.* Rot. post Fenzo. *ad Statut. Urbis dec.91.& dec.
43.n.7.* Card. de Luca *de dot. disc.145. num. 41.* & in specie
utendo hac paritate in terminis creditoris alimentorum,
tradit *in disc.79. n.5. in fine de feud.*

Quin urgeat replicatio, quod præmissæ conclusiones lo-
cum obtineant, quando non intercesserit negligentia, &
culpa positiva creditoris in petendo contra antecessorem fi-
deicommissarium suum creditum, ut declarant congesti
14 per Card. de Luca *in d. disc. 145. n.4. & 42. § Prout attenta
de dote*; propterea que suffragari nequeant hæredi dicti
Gentilis Aromatarii, qui non interpellavit congruo tem-
pore Paulum Franciscum ad solutionem.

Quandoquidem objectum sublatum fuit ex facto, ex quo
constitit, Paulum Franciscum fuisse pluries impulsum ad
solvendum debitum mediantibus pluribus, & quidem in-
stantibus requisitionibus R. P. D. Sperelli, & Episcopi Ge-
rardi. Assumptaque in ejus viventia administratione pri-
mogenituræ a D. Victoria de Bubalo illius uxore, commi-
nante hærede Gentilis judiciario recursu, deputatus fuit de
communi partium consensu Necettus peritus ad revidenda
computa Pharmacorum pro effectuanda illorum finali so-
lutione, ut luculenter dictum fuit in alia hujus causæ de-
cisione, *§. Majoris ponderis cum seq.*

Quibus stantibus, adscribi nequit culpæ, & negligentiæ
creditoris non facta hujus crediti exactio in viventia hære-
dis gravati: neque sane redarguendus est, quod judicialiter
illum non convenerit; posthabito enim, quod tales exce-
ptiones a filiis propositas contra creditores patrem ad solu-
tionem non urgentes Judex pronis auribus audire non so-
let, nec debet, juxta mentem Text. *in l. si extraneus, ff. de* 15
jure dotium; revera patuit ex attestatione Episcopi Anagni-
ni olim in hac Curia integerrimi causarum Patroni, quod
hæredes dicti Aromatarii eatenus non pulsaverint judicia-
liter Paulum Franciscum, quatenus D. Victoria ejus uxor
eo tempore administratrix, non controvertendo debitum,
sed illius liquidationem, paratam se obtulerit liquidatum
persolvere. Quod si hoc interim contigit mora Pauli Fran-
cisci, imputanda non est socordiæ, vel negligentiæ infelicis
creditoris non effectuata solutio, sed dictæ instantiæ sunt 16
habendæ, tanquam si essent judicialiter emissæ, ut ponde-
ratum fuit in præterita decisione, *§. Majoris ponderis.*

Animadvertentibus præterea Dominis, quod stante de-
bitorum mole, qua premebatur Paulus Franciscus, facile
erat, quod ad nihilum profuissent instantiæ judiciales, qua-
tenus D. Victoria administratrix de proprio non supplevis-
set; nam edocuit eventus, quod nec ipse Lælius consequi
potuerit in viventia patris integram suorum alimentorum
solutionem, prout etiam quod memorata Matrona admi-
nistratrix asserat prætendat remansisse post obitum conju-
gis creditricem primogenituræ summæ notabilis; quapro- 17
pter ubi etiam factæ non fuissent tot diligentiæ supra recen-
sitæ, adhuc cum adhibitæ non erant profuturæ, absque ullo
nocumento omitti poterant, *l. quod si minor §. Scævola, ff.
de minor.* Card. de Luca *de fideic. disc.155.n.13. & dec.156.
n.9.* Rot. *dec.484.n.1.* coram Bichio.

Vanam propterea reputarunt Domini exceptionem non
factæ excussionis bonorum liberorum Pauli Francisci, in
quorum tantummodo defectum subintrat remedium subsi-
diarium *Auth. res quæ*; tum quia ex peritia Quilici ab A.C. 18
Origo demandata, constitit bona libera Pauli Francisci
non excedere summam scut. 3754. & debita ascendere ad
75131.60. & licet inter effectus illiquidos numerantur scu-
ta 68807.60. tamen cum etiam ista vel absorbeantur a di-
cto credito liquido, vel remaneant nimis intricata, & in-
voluta, in hodie, de quo agitur, judicio consecutionis 19
pretii medicinarum succedantium loco alimentorum, ex-
cuti minime debent, ut in terminis dotis, quæ ut proba-
tum est, pari passu ambulat cum alimentis, tradunt Fontan.
de pact. nupt. claus.3. gloss.1. p.2. n.10. vers. intellige, Card.
de Luca *de dot disc.145. num. 69.* Rota in Faventina dotis
1692. *§. absque eo quod*, cor. me, & in Romana Assentista-
tur 23. Februarii elapsi *§. præmissis*, ubi cæteræ concordan-
tes cor. me. Tum etiam citatus ultimo loco Lælius ad in-
dicanda bona libera, nil intra præstitutum terminum re-
spondit, ex qua interpellatione sic facta absque subsecuta
indicatione bonorum, sufficiens resultat excussio, ut do-
cuit Gloss. *in l. a Divo Pio 15. §. in venditione in verbo ca-
piantur, ff. de judic.* & ibi Ang. ubi hunc modum excutien-
di appellant promptissimum, & tutissimum, & compro-
bant in specie Parion. *de probat.* Caroc. *de excuss bonorum* 20
part.2. q 32. n.1. fol. 208. Cyriac. *contr. 5. n. 145. cum seq.*
Merlin. *de pigner. q.69. n.2.*

Ex quibus omnibus propterea conclusum fuit, manda-
tum executivum pro d. rebus medicinalibus exequendum
esse pro nunc super fructibus primogenituræ, relicta inte-
rim intacta proprietate, quia cum creditum, de quo modo
tractatur, non sit ingentis summæ, putarunt Domini com-
mode satisfieri posse ex fructibus superextantibus, quo casu
non est distrahenda proprietas, ad consulendum quo ma-
gis fieri potest, conservationi fideicommissi, ut monent
communiter Doctores relati per Card. de Luca *disc. 76. de
feud. num. 8.* Rota *decision. 66. num. 9. parte prima, &
decis. 17. num. 17.* post Merlin. *& decis. 1864. num.8.* cor.
Coccin.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Cambii.

Ven. 12. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

An in Cambio contracto pro extinguendo censu ante-
riori jura census dicantur transfusa?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *IN vim cameralis obligationis summarie, & sine terminorum servatione proceditur.*

2 *Fideicommissum a debitore ordinatum non impedit, quin illius creditores valeant bona sub eodem fideicommisso cadentia deliberare.*

3 *Si constituatur cambium ad effectum redimendi censum jura census in cambio transfundi non possunt ob contractuum incompatibilitatem.*

4 *Debitor in forma Cameræ obligatus habitur pro condemnato.*

5 *Jura census in cambium transfunduntur, si in censu aderat obligatio renovandi fidejussorem, pro cujus renovatione poterat agi.*

6 *Licito distrahi possunt bona fideicommissaria, etiamsi creditores non urgeant, dummodo urgere possint.*

7 *Declaratur decisio in Romana Salviani 26. Februarii 1698. coram Muto.*

8 *Jura census in cambium ut transfusa dicantur, quæ exoptentur, & n.9.*

10 *Quoties prætenditur transfusio contractus in alio exigi nequeunt usura, nisi ad metam primi contractus.*

DECISIO XXXI.

IMposuerant usque de anno 1662. Dux Gaspar, & Eques Balthassar fratres de Caffarellis censum scutor. 5425. in sorte favore Ettiliæ Monaldeschæ ratione scut. quatuor pro centenario, ea præ cæteris adjecta conventione, quod in casu obitus, deteriorationis conditionis, aut recessus ab Urbe ipsorum fratrum de Caffarellis, præstari debuissent fidejussores ad contentamentum Ettiliæ creditricis.

Defunctis autem impositoribus dicti census, Dux Joannes Petrus noscens se posse compelli ad præstationem fidejussorum, molestiar præveniendo, voluit censum extinguere, & ideo similem pecuniarum summã suscepit ad cambium, ad rationem tamen scut. quatuor cum dimidio pro centenario, a Joanne Baptista Antaldo, qui ad sui favorem stipulatus fuit subingressum in locum creditricis dimittendæ, cum cessione jurium translative, non extinctive, quam de facto ab ipsa creditrice sic dimissa amplissima forma reportavit.

Contractui accesserunt & insolidum se se obligarunt filii dicti Ducis, & respective fratres de Caffarellis, contra quos tam pro fructibus, quam pro restitutione capitalis novissime redacti ad summam scut. 3000. mandatum executivum Antaldus creditor reportavit: Cum autem Domini Michael Angelus, & Balthassar filii moderni Ducis se se opposuissent executioni mandati, allegantes retentionem bonorum ea titulo plurium fideicommissorum, & signanter Equitis Balthassaris, fuit, iis non obstantibus, ab Aud. Cam. demandatus processus ad ulteriora, & quatenus opus sit, novum mandatum relaxatum contra bona dicti Equitis ad formam decreti eadem die editi favore aliorum creditorum: sed delegata mihi causa in gradu appellationis cum clausula suspensiva, proposui dubium - *An sit procedendum ad legitimam*, seu potius - *An mandatum A.C. quoad bona hæreditaria Equitis Balthassaris sit exequendum?* & DD. mandatum esse exequendum juxta modum, hoc est quoad fructus ad rationem duntaxat scutorum quatuor pro centenario, responderunt.

Absque eo quod validitati resistat objectum, quod cum nullum præcessisset mandatum, nullaque executio, demandari non poterat processus ad ulteriora; etenim fuit ad cautelam eodem tempore simul, & semel novum mandatum ex integro relaxatum, quod sustinetur, etiamsi alii termini non fuissent explicite præcedenter servati, attenta obligatione Camerali, ex cujus peculiari privilegio summarie, & sine aliorum servatione terminorum, bene proceditur, Zac-
1 ch. *de oblig. Cam.* q.35. *num.*13. Surd. *dec.*44. *num.* 19. & in Romana census 21. Aprilis 1692. §. *Etenim*, cor. bon. mem. Ursino.

Justitia vero, quæ ex clara obligatione resultat, obumbrari non valuit ex eo, quod omnia bona retineantur ex titulo plurium fideicommissorum; nam stricte ad bona hæreditaria Equitis Balthassaris, cõtra quę petitur executio, cessat quæcunque prętensio retentionis ex illius fideicommisso, dum ipsemet debitum contraxit, & proinde ex ejus fideicommisso nullum potuit suis creditoribus pręjudicium irrogare, nec illos impedire, quin ad bonorum subhasta- 2
tionem devenirent, Rota cor. Dunoz. jun. *decis.*550. *n.*14. Merlin. *decis.*711. *num.* 1. coram san. mem. Alex. VIII. *dec.* 225. *num.*10. *& seq. in rec. dec.*325. *num.* 2. *p.* 14. & in Romana Cambii 19. Januarii 1688. §. *Hinc*, cor. clar. mem. Card. Caccia.

Quin juvet replicatio, quod census impositus a dicto Equite jam fuerit extinctus, & per consequens illius hæreditas liberata remanserit, & licet extinctio facta fuerit cum receptis ad cambium ab Antaldo, qui etiam reportavit cessionem, & subingressum in juribus census; tamen cum fuerit facta translatio de censu ad cambium, & sic ad contractum omnino diversæ naturæ, quia cum maximo hæreditatis præjudicio, & sine ulla præcedenti necessitate & in- 3
stantia creditricis de irrepetibili fuit factus repetibilis aucta etiam quantitate fructuum; ideo clara novatione, & incompatibilitate subingressio suffragari non valeat, ex deductis in Romana Salviani 16. Februarii proxime præteriti cor. R.P.D. meo Muto.

Etenim præmisso, quod pro censu irrepetibili agi potest ad præstationem fidejussionis promissæ in casu obitus, ut hic, eaque non præstita, est locus executioni mandati ad effectum deponendi integrum capitale, ut abrogata consuetudine in aliis casibus, quoad istum etiam in reformatione edita jussu Sanctissimi Domini Nostri absolute permittitur; necnon etiam, quod ubi debitor in forma Cameræ est obligatus, semper dicitur contra eum executionem imminere, quia semper habetur pro condemnato, Rota *decis.* 1. 4
post Zacch. *de obligat. Cameral.* coram Coccin. *decis.* 687. *num.*11. *& decis.* 1626. *num.* 8. sequitur quod in præsenti nullum considerari valeat præjudicium fideicommissi ob repetibilitatem cambii, quia non minus repetibilis erat ipse census, nisi præstita fuisset fidejussio, quam forsan difficilius erat invenire, juxta ea, quæ satis erudite notat Hentig. de *fidejuss. cap.* 1. *per tot.* Salgad. *in labyrint. credit. part.* 1. *cap. fin. num.*12. Ginrba *decis.* 4 *n.* 9. Surd. *decis.* 140. *n.* 9. & 10. & interim certa remanet utilitas fideicommissi, quod poterat in dies molestari, & pati judicialem distractionem bonorum nimis illi damnosam, cum ea mediante alienen- 5
tur bona viliori pretio, Mangil. *de subhast. quæst.* 47. *n.*24. Rota penes Posth. de *subhast. dec.*217. *num.*33. Unde passim hæredibus gravatis permittitur voluntaria bonorum alienatio pro extinguendis debitis fideicommittentium ad evitandas hujusmodi deliberationes, licet creditores non urgeant, cum satis sit quod urgere possint, & credita habeant executionem paratam, ut in his terminis fuit dictum in Romana census 21. Junii 1683. §. *Nil relevante*, cor. 6
clar. mem. Card. Matthæjo, & in Romana fideicommissi de Patriarchis 17. Martii 1688. §. *Quo vero*, coram bon. mem. Emeris.

Quibus stantibus, cessant ea, quæ objiciebantur ea deductis in dicta Romana Salviani cor. R. P. D. meo Muto, in qua firmatum fuit, ea novatione facta de censu in cam- 7
bium subingressum suffragari non posse; siquidem in illius casu agebatur de fidejussore census, cujus conditio fieri non poterat deterior per subsecutam cambii creationem; ille enim, qui alterius favore fidejusserat in censu contra se irrepetibili, non poterat invitus trahi ad se constituendum debitorem in cambio, ad cujus restitutionem post temporis præscripti lapsum obligari potuisset. In præsenti autem res aliter se habet: quoniam Eques Balthassar erat unus ex principalibus debitoribus, qui pecunias receperat, & ipsemet propter obligationem præstandi fidejussorem in casu obitus, conveniri, & condemnari poterat; quamobrem bene suffragari debet Antaldo subingressio contra bona illius, ut in individuo respondendo huic objecto, & distinguendo casus fuit dictum in Romana, seu Tusculana bonorum 28. Junii 1694. cor. Rev. D. meo Decano.

Regulariter enim isto casu non dicitur per novationem 8
extinctus census, sed transfusus in contractum cambii, dum fuerunt servata omnia requisita, Gloss. *in leg. Agrissu, ff. quæ res pign. oblig. poss.* quia scilicet pecuniæ adeo caute fuerunt depositæ, ut nec momento temporis in dominium debitoris transierint, & successive creditrix census fuit cum istis pecuniis dimissa reportata ulterius pro majori cautela 9
jurium cessione translativa, Amat. *res.*7. *n.*33. *& seqq.* Andreol. *contr.*348. *n.*3. Milanen. *dec.*13. *n.*23. *cum seq.* Rota coram Priol. *dec.*350. *num.*15. *& seq.* & in Romana census 28. Aprilis 1692. §. *quia cum sociorus*, cor. bo. mem. Ursino & in dicta Romana, seu Tusculana bonorum 1694. §. *Parum relevante*, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in magis præcisis terminis transfusionis census in cambium

fuit

fuit dictum in Romana census 16. Aprilis 1693. in proposito coram Reverend. Zampten.

Verum quia pro credito cambii fuerunt conventi fructus ad rationem scut. 4. cum dimidio, quando pro censu debebantur solum ad rationem scut. 4. existimarunt DD. quod contractus, qui alias fuit utilis, ex quo impedita remansit deliberatio bonorum, evaderet in rata excedenti stockus debitos proceosu, nimis præjudicialis, & damnosus; ideo censuerunt dare modum resolutioni, quod scilicet sit locus executioni mandati ab Aud. Cam. relaxati tam pro sorte, quam pro fructibus, ad rationem tamen scut. 4. pro centenario duntaxat.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D. MUTO.

Romana Castri Porciliani.

Ven. 20. Martii 1699.

ARGUMENTUM.

An condomino feudi in ipsius feudi venditione debeatur prælatio?

SUMMARIUM.

1 *IN venditione bonorum fideicommissariorum vocatus ad illa, præfertur licitatori extraneo.*
2 *Quæ prælatio consonat voluntati testatoris.*
3 *Et iste innixa summæ æquitati.*
4 *Authoritas doctorum, & Tribunalium non habens contradictorem, habetur pro lege.*
5 *Concesso feudo cum facultate alienandi per primum acquirentem, feudo vendito, vocatus in eo non habet jus petendi prælationem.*
6 *Secus accidit in feudis, & fideicommissis, in quibus deficit facultas alienandi.*
7 *Condominus rei jurisdictionalis præfertur in pari pretio emptori extraneo.*
8 *Contra naturam est, ut jurisdictio inter plures dividatur.*
9 *Divisio territoriorum spectat ad Principem.*
10 *Prælatio maxime convenit condomino rei indivisibilis.*
11 *Jurisdictio divisa causat dissensiones.*
12 *Text. in l. dudum 14. C. de contrahen. empt. explicatur.*
13 *Conditori fideicommissi licitum est ordinare, ne bona exeant de familia.*
14 *Venditio judicialis non comprehenditur sub dispositione d. l. dudum.*
15 *Id, de quo in Bullis Pontificiis non fit mentio, censetur relictum sub dispositione juris.*
16 *Bulla Baronum tollit fideicommissa, & est edita Constitutionis.*
17 *Et hoc ad effectum, ut creditores sint satisfacti.*
18 *Bulla Baronum non tendit ad destructionem fideicommissorum.*
19 *Adjectum in beneficium alicujus non debet in ejus odium retorqueri.*
20 *Prælatio admittitur, quando deliberatio nondum est consummata.*
21 *Non dicitur deceptus sub fide edictorum, qui oblatus rei venditæ, quamvis alius compareat, qui petat præferri.*
22 *Prælatio habet locum in venditione rei subhastæ.*
23 *Motivum petendi prælationem pendet a quantitate pretii.*
24 *In petenda prælatione inspicitur causa petendi, non quid postea futurum sit de re, super qua petitur.*
25 *Decretum, & protestatio sub eo extensa, habentur pro unico, & contemporaneo actu.*
26 *Unica est oratio, quæ regitur ab uno verbo.*
27 *Ablativum absolutum reddit actum conditionalem, & imperfectum.*
28 *Et ante conditionis implementum non acquiritur jus.*
29 *Confessio ita interpretari debet, ut quam minus noceat confitenti.*
30 *Fides extrajudicialis Notarii nihil probat.*
31 *Maxime, si deponat sine testibus de actu coram se gesto.*
32 *Aut si contradicat decreto per ipsum extenso.*
33 *Familiaritas adimit fidem testi.*
34 *Testis unicus non probat.*
35 *Petitio prælationis debet subsequi deliberationem.*
36 *Oblatio cedulæ non est necessaria in petente prælationem.*
37 *Sed ei debet per Judicem præfigi terminus competens ad faciendum depositum.*
38 *Sufficitque oblatio verbalis, si licitator prælationem contendat.*

DECISIO XXXII.

PORciliani Castrum cum Tenutis, & jurisdictionibus suis arctissimo fideicommisso supposuit favore ejus lineæ, ac descendentiæ masculinæ in infinitum. Augustinus senior del Nero in postremo, sub quo facto cessit, testamento condito de anno 1572. prohibens insuper quamcunque alienationem, etiam ex causa dotium, legitimæ, & Trebellianicæ, atque certam adjiciens legem, seu formam alternativæ illius administrationi, & gubernio per ejus successores inviolabiliter observan. Somm. Baronis Aloysii Mariæ n. 1. Cumque ultimo loco ad relatæ dispositionis normam, Castrū hujusmodi cum ejus Tenutis indivisum pro medietate possideretur ab eodem Barone Aloysio Maria descendente ex ipso testatore, & pro altera per Carolum Venturam, Franciscum Mariam, aliosque pariter descendentes, ac istorum postremorum medietas pro dissolvēdo eorum ære alieno contracto posita fuisset sub hasta publica in Congregat. Baronum, prævijs transmissione Commissarii, & affixione solitorum edictorum, comparuerunt plures licitatores, major quorum, apertis cedulis, inventus fuit bon. mem. Carolus Gavottus, qui obtulit scut. 71500. Sed licet antedictus Baro Aloysius Maria, tanquam condominus, & ob reciprocam substitutionem in prænominato fideicommisso jus, & spem habens succedendi in controversa medietate, protestatus fuisset, ipsum præferendum esse oblatori extraneo pro eodem pretio; Congregatio nihilominus deliberari mandavit Carolo pro dd. scut. 71500. reservata licentia S.S. admissa dicta protestatione, prout de jure; adversus quod d. Baro recursum petiit ad Sanctissimum, obtinuitque supersederi per mensem, & quod iterum ab eadem Congregatione audiretur; verum incassum, cum Congregatio persisterit in solutis, denegando prælationem Baroni, ac mandando confectionem instrumenti favore Gavotti. Contra quæ cum iterum ex parte primi fuerit coram Judice deputato repetita protestatio, eadem rursus admissa fuit cum clausula: *Si, & in quantum*, & cum præservativa præjudicii utriusque partis, ut in præcitato Summ. *n. 6.* Quamobrem edita per eundem Baronem Signatura S.S. commissaque prælationis causa eidem Congregationi de voto Rotæ, desuper assumpta fuit disputatio, & prævijs duabus decisionibus editis cor. bon. mem. Albergato Decano sub diebus 21. Aprilis *1679.* & 1. Aprilis 1680. impressis penes Modernum Setinum *in suo tractatu de prælatione dec.* 1. *&* 2. latum fuit votum, & ad ejus formam promulgata ab eadem Congregatione sententia declarans, prælationem Baroni Aloysio Mariæ competere. Appellavit Carolus, delegataque controversia bon. mem. Rondinino sub diebus 24. Januarii, & 14. Maii 1685. DD. omnibus suffragantibus responsum fuit pro confirmatione dictæ sententiæ, prout ex decisionibus impressis penes dictum Modernum Setinum in ordine 4. 5. & quia hodie cor. me, bon. mem. Rondinino *suffecto*, de viribus prædictarum resolutionum disputatur cum Barone Angelo Dominico Maria Caroli successore, non ambigerunt PP. standum esse in decisis.

Innegabilis sane visa fuit iterum Baroni Aloysio Mariæ competentia petitæ prælationis; cum enim Augustinus senior del Nero hoc Castrum in familia ipsius conservari pro viribus exoptaverit, illud supponendo, ut narratum fuit, strictissimo fideicommisso favore agnationis, suorumque descendentium, cum reciproca inter ipsos substitutione Baro Aloysius Maria unus ex illis, ac medietatis pro indiviso possessor, qui in vim relatæ reciprocæ linearis separate potest alterius medietatis controversæ successionem, in concursu extranei licitoris in pari pretio præferri debet, ut probat Text. *in l. 2. ff. de privil. cred. l. fin. §. quatuor, ff. de leg.* 1. 2 & est communis sententia, tam DD. quam Tribunalium, 3 inter DD. siquidem Antesignanus est Bart. *in cons. 19. per tot. lib. 1.* quem sequitur Rocc. *resp. 9. n. 7. & Neque mihi.* *tat lib. 2.* Fusar. *de substit. q. 541. n. 15. in fin.* Mansuet. *in suo pract. cap. 1. de retract. vers. nam leg. dudum* Mieres. *de majer.*

major. p. 4. q. 1. n. 138. Tiraq. *de tract. lignag. in prefat. n.* 43. Knipschid. *de fideic. fam. nob. cap. 11. n. 484.* ubi ait, hanc prælationem descendere ex voluntate testatoris, quia dum voluit, quod bona perpetuo in familia permanerent, voluisse etiam censetur, quod in casu alienationis agnatis, qui sunt de familia, redemptio, sive prælatio concedatur; Schettio, *de jur. offert. p. 1. cap. 1. sect. 3. sub n. 37. vers. idem est in fideicommissario*, ipse Modernus Setinus *in d. tractat. de prælat. q. 36. sub num. 35. vers. post hac scripta*, qui valde commendat resolutiones editas in hac causa, easque DD. & rationibus efficacibus, ac æquitate præmunitas, omnino sequen. docet; ex tribunalibus autem Batavinum penes Pesegr. *dec. 69. n. 2. § d. adducebam* Neapolitanum penes Sanfelic. *dec. 102. n. 6. 7.* & Januen. penes Armezan. *dec. 44. sub n. 29.* ac ipsamet Congregatio Baronum iam ita ab antiquo judicavit, juxta exemplum relatum *in dec. 50. in princ. p. 1. rec.* quam novissime in venditione Castri Montis Rotundi, in qua concessa fuit prælatio Eminentiss. D. Card. Francisco Barberino, tanquam fideicommissario, atque vocato ad primogenituram ejus nobilissimæ domus.

Hæcque DD. & Tribunalium sententia consonat etiam maximæ æquitati semper a supremis Tribunalibus amplecti solitæ; cum enim agatur de Castro jurisdictionali, quod per sæculum, & ultra residet in hac familia de Nero, subjacetque ad ejus descendentium masculorum favorem strictissimo fideicommisso ac prohibitioni, ne transeat ad extra-
3 neos, omnis æquitas suadet, ut in concursu extranei præferatur in pari gradu consanguineus, ob rationem, quam reddidit Imperator Constantinus ad populum insertam *in l. lex. ea, quæ tutores, C. de administr. tut.* quod satis lugubre est in domo, seu Castro Gentilitio non videre, seu revulsas vel contritas aspicere majorum Imagines, qua ratione movetur in suo casu Ros. *consult. 27. num. 13.* eamque ex ornat cum famigerato exemplo Nabot. Tiraquell. *de retract. in prefat. n. 34. cum seq. & n. 46.* & eadem utitur etiam ad propositum, Armezan. *dec. Januen. 44 sub n. 72.* Rota in Romana prælationis 14. Jan. 1611. *§. Census autem, & §. Verum excepto*, cor. bon. mem. Ursino Decano, confirmata 28. Januarii subsequentis anni, *§. Anatematizate jure*, cor. clar. mem. Card. Cavalerino, ubi restringitur esse licitum prælationis incitamentum.

Et e converso cum contra hanc DD. ac Tribunalium sententiam legalibus principiis, & æquitate fulcitam, nulla adducatur auctoritas punctualis, quæ prælationem deneget confideicommissario, quoties, ut hic, comparet re integra, anteque perfectam deliberationem & æquale offert pretium, in vanum scribentes pro Barone Govotto exoptant certum casum legis; nam ultra quod nec ille deficit contro-
4 versiæ adaptabilis, ut in legibus superius allegatis, satis est, quod relatæ dd. auctoritates, & Tribunalium resolutiones, contradictorem non habeant, ut ipsorum sententiæ reputari debeant pro lege, Mart. *var. Pisan. 6. n. 7.* Sperell. *decis. 960. n. 3. p. 18.* in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. *§. Secus autem in fin.* cor. me & in Veneta, seu Anconitana pecuniaria 9. Maii superioris anni, *§. Cæterum præcisive in fin.* cor. R. P. D. Ansaldo. Quin in oppositum mereatur adduci exemplum feudi novi, in quo simplex vocatio prælationem
5 non operatur, quia id sequitur, ex quo primus acquirens præjudicare potest vocatis, itaut vocatio filiorū sit quodammodo conditionalis, quatenus pater acquirens non alienet, ut præcise respondent Schrader. *de feud. p. 9. cap. 7. n. 32. cum seq.* Mastrill. *dec. 8. n. 21.* secus in alio genere feudi, vel in fideicommissis, in quibus gravatus jus disponendi non habet in præjudicium vocatorum, & tunc viget jus prælationis. Minus afferri valuit decisio edita in Romana, seu Tusculana vineæ cor. bo. me. Paoluccio, impressa penes eundem
6 Modernum Setinum *dec. 5. de prælatione*, quia ut ille ibidē advertit *q. 36. in fin.* ac etiam decisio, stante licentia alienandi per testatorem in suo casu concessa, cessat affectio, & votum illius conservandi bona in personis per ipsum vocatis.

Eoque magis debita agnoscitur Baroni Aloysio Mariæ hujusmodi prælatio, cum ipse sit condominus hujus Castri jurisdictionalis, atque possessor pro indiviso medietatis cum jure vocationis fideicommissis alterius; jurisdictionalis quippe rei qualitas pro indiviso possessæ, de jure operatur,
7 ut consors, seu condominus præferri debeat extraneis in pari pretio, ut egregie tradit Bald. *in l. 3. n. 8. C. qui test. fac. poss.* quem sequuntur Rocc. *resp. 99. sub n. 9. & seqq.* Fabb. de Ann. *sing. 150. ad med.* Bilocc. *conclus. feud. 29. n. 7.* Capyc. Galeott. *in addit. ad contr. 53. sub n. 27. cum seq. lib. 1.* Mant. *consult. 336. n. 20. cum seq.* de Mario, *quotid. res. lib. 2. cap. 261. n. 15.* Barbat. *de fideic. p. 2. cap. 7. num. 37.* Capiblanch. *de Baron. lib. 1. pragm. 3. n. 245.* Donad. *de renunc. libr. 2. cap. 26. n. 27. cum seq.* Merlin. *de pign. lib. 2. q. 37. n. 6.* Otet. *de pact. cap. 3. n. 6. & seq.* Schrader. *de feud. tom. 1. p. 8. cap. 7. n. 11.* Schettin. *de jur. offer. p. 2. cap. 3. sect. 3. n. 29.* ubi etiam ampliat in venditione facta a fisco, Capyc. Latr. *dec. 68. sub n. 54.* Sanfelic. *dec. 102. sub n. 6.* Ex ratione pariter æquitativa, ut jurisdictio juxta ejus naturale principium cum
minori vassallorum incommodo in una remaneat indivisa, 8
juxta monitum Teat. *in §. Firmetur, vers. præterea*, Ducatus *de prohibit. feud. alien. per Frideric.* & etiam quia sicuti 9
territoria, & jurisdictiones dividere, ac terminos assignare spectat ad Principem, *exeq. mandat. q. 1. cap. 1. n. 4.* Rot. in Romana qualitatis Baronalis 27. Novemb. 1663. *§. Minus relevat*, cor. bon. mem. Emerix; quoties agitur de rebus, ut hic, naturam individuis; fortius condomino competit prælatio, Afflict. *in cap. 2. §. Sed, res, n. 6. tit.*
per quos fiat investitura, quam sequitur Rosental. *de feud.* 10
cap. 9. membr. 2. concl. .. gloss. in fin. Et demum, ut evitentur dissensiones, quæ ex causa jurisdictionis divisæ de facili gliscunt inter condominos imperantes, & subditos obsequentes; ut ratiocinatur Rul. *cons. 16. n. 2. & 3. tom. 1.* Card. de Luca *de feud. disc. 38. n. 8. cum seq.*

Absque eo, quod in eversionem duplicis tituli, prælationem concedentis, recurri potuerit tam ad generalem dis- 11
positionem Teat. *in l. dudum 14. C. de contrahend. empt.* ubi 12
Imperatores Valentinus, Theodosius, & Arcadius correctis antiquis legibus sanciverunt, quem sub colore honestatis cogendum non esse vendere proximo, & consorti, quam ad specialem famigeratæ Bullæ Baronum editæ per fa. mem. Clementem inter suas 41. derogantis omnibus fideicommissis, & investituris, ut bona per illius Congregationem vendita remanere debeant apud emptorem libera, & immunia ab omnibus nexibus, vinculis, & obligationibus, sicuti disponitur in ejus n. 12.

Etenim in ordine ad præcitatam generalem legem, eadem hodie pariter inefficax recognita fuit ad impediendam prælationem Baroni Aloysio Mariæ, cum deneget solum prælationem proximis, & consortibus in venditione voluntaria rei allodialis, quin aliquid disponat de prælatione per fideicommissarios, præsertim Castri jurisdictionalis familiæ, petita, respectu quorum retorquetur in oppositum ratio dictæ legis, quod unusquisque suo arbitratu disponere valeat de rebus suis; nam si id licitum est venditori, quare licitum
esse non debet etiam conditori fideicommissi, ad hoc ut bo- 13
na non exeant de genere per ipsum vocato, ut discurrit Knipschild. *de fideicomm. famil. nobil. cap. 11. n. 487. vers. contrarium tamen?* Et quatenus, ut in hypothesi, agitur de venditione judiciali, seu deliberatione, hic casus non dicatur sub dispositione dictæ legis, quæ præ cæteris non comprehendit deliberationes sub hasta publica factas, teste Vel.
dissert. 13. n. 34. & dissert. 17. n. 10. Palm. Nep. *alleg. 3. num.* 14
128. cum seqq. Sanfelic. *dec. 102. n. 2. lib. 1.* & late advertunt decisiones hujus causæ, nempe prima, & secunda, coram bon. mem. Albergato *utrobique fin. 2. & 3.* & cor. bon. mem. Rondinino, *§. Nec attendere voluerit*.

Bulla vero Baronum, auctoritate cujus processum fuit ad deliberationem, non sustulit jus prælationis, dum de eadem mentionem non facit, ut relicta similiter dicatur sub 15
dispositione juris, bene Palm. Nep. *alleg. 3. fere per tot.* & præsertim *n. 52. 53. & 73.* Et quamvis per eam tum fuerit
vinculum fideicommissi a die editæ Constitutionis, juxta 16
opinionem super amplexam in Romana, seu Albanen. Vineæ 5. Decembris anni præteriti, *§. Potissimum vero*, cor.
R. P. D. meo dell'Olmo; talis derogatio successit ad effe- 17
ctum duntaxat, ut creditores satisfactionem reportarent, quod unicum, & finale motivum fuit illud editionis, ut considerat mox citata decisio in Romana, seu Albanen. Vineæ, *§. fin.* non tamen ad tollendos effectus alios de jure provenientes ex dictis fideicommissariis, ut dixit Rota in Romana Multiplicorum super contributione 15. Febr. 1694.
§. Nec subsistere, coram bonæ memoriæ Emerix. Imo li- 18
cet eadem Bulla principaliter prospiciat satisfactioni creditorum; secundario tamen tendit ad conservationem fideicommissorum, ex demandatis subrogationibus, & investimentis, aliisque dispositionibus in beneficium fideicommissorum, juxta animadversa per Rot. cor. Cerro *dec. 853. n. 6. cum seq.* in Romana census 26. Junii 1684. *§. Neque 2.* & in Romana pecuniaria 22. Martii 1688. *§. fin.* coram bon. memor. Emerix Decano, ubi decisiones hujus causæ referuntur.

In nihilo urgente, quod eadem Bulla sub *§. 6.* disponat, ut inter oblatores admitti possint Commissarius R. Cam,

nam

nam exinde argui non licet, Constitutionem substituisse prælationem alioquin debitam Rev. Cameræ, eo quia cum in Congregatione Baronum sæpe sæpius vendantur bona non jurisdictionalia, in quibus R.Cam. cum non habeat dominium directum, prælationem de jure non assequitur, ratio Constitutionis ea fuit, ut in hoc casu Commissarius Cameræ, si voluisset, posset inter oblatores comparere; alias id adjectum in beneficium Cameræ, ipsius Principia
19 retorqueretur in odium, eandem orbando prælatione de jure competente, quod præjudicium intulisse dicendum non est, Rota in Colonien. præcedentiæ super bono jure 4. Junii 1696. §. *Dicitur* 3. coram me, in nullius, seu Senogallien. bonorum 13. Maii subsequentis anni, §. *Urgere nec visa fuit*, pariter coram me; indeque videmus, quod Commissarius, quoties habet jus prælationis, nunquam uti licitator comparet, sed petit prælationem pro eodem pretio, sicuti nuper contigit in venditione Civitatis Albani, in qua Commissarius nec licitavit, neque cedulam obtulit, sed apertis cedulis aliorum oblatorũ, petiit, ac obtinuit præferri.

Minus obsistente, quod in §.12. ejusdem Bullæ decernatur, quod bona per Congregationem vendita remanere debeant apud emptorem libera, & immunia ab omnibus nexibus, vinculis, & obligationibus; id equidem non impedit prælationem, quoties, ut in præsenti, Baro Aloysius Maria non comparuit post deliberationem perfectam, & jus emptori quæsitum, petendo retractum; sed re adhuc integra, & deliberatione nondum consummata, neque dominio cum libertate in oblatorem translato, quo namque
20 casu innegabilis redditur prælatio, ut in similibus terminis subhastationis bonorum fideicommissariorum vigore *Auth. res quæ*, Capyc. Latr. *consult.* 28. *num.* 81. *in fin.* Posthum. *de subhast. inspect.* 36. *n.* 78. *cum seqq.* Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *n.* 12. *cum sequent.* ibique Censal. *vers.* 8. *declaratur*, Sanfelic. *dec.* 104. *n.* 19. & in prima decisione
21 hujus causæ cor. bon. mem. Rondinino §. *Minus relevat*, *ubi in §§. sequent.* exuberanter tollit præsuppositum absurdum violationis fidei edictorum continentium, quod deliberatio fiat majori oblatori cum magno præjudicio debitoris, & creditorum, ex quo oblatores retrahantur a licitando: quia cum hæc omnia intelligantur ad formam juris, nullum se dicere potest deceptum; nam vel scivit, aut scire debuit, quod poterat de jure fideicommissarius, & condominus prælationem petere, ut præcise huic obje-
22 cto respondet Sanfelic. *dec.* 103. *num.* 9. *lib.* 1. & si alias id admitteretur, sequeretur, quod prælatio locum sibi indicare non posset in venditione rei sub hasta publica, contra veriorem, & communiorem sententiam, de qua ultra Sanfelic. *ubi supra n.* 3. Schettin. *de jur. offer. part.* 1. *cap.* 3. *sect.* 3. *n.* 29. *vers. & in specie*, Atmezan. *dec. Jan.* 44. *n.* 38. *versic. & non solum*, & simplex prælatio competens ante venditionem, & in ipso actu consummanda, non est apta tale producere absurdum, cum oblatores sciant, nil posse, quam verba perdere, imo ut tradit Pacion. *de locat. cap.* 19. *n.* 20. oblatores potius incitantur ad magis rigorosum, & excessivum pretium offerendum in bene visum creditorum, ne alter motivum habeat petendi prælationem pro eodemmet pretio, cum totum consilium petendi, vel admittendi prælationem pendere soleat a pretii quantita-
23 te, juxta notata per Berlinch. *concl.* 41. *sub n.* 2. *&* 8. *par.* 3. Mantell. ad Capyc. Latr. *dec.* 57. *n.* 22.

Pariter nec adversante, quod fideicommissarius per medium hujusmodi prælationis non acquirat bona fideicommisso, sed libere pro semetipso, quasi quod ideo cesset in his terminis favor fideicommissi, dum statim, ac fideicommissarius præferri obtinuit cũ hoc titulo fideicommissi, potest bona pro libito alienare, nec tenetur illa reincorporare fideicommisso; quoniam leges nostræ, ac communis schola DD. in hac materia prælationis solum respiciunt, an is, qui comparet ad eam petendam, habeat justam, & rationabilem causam petendi, non autem ille postmodum de ea re sit facturus, signanter in hac specie prælationis,
24 ubi prospicitur etiam ipsi fideicommissario agnato, ne in castro gentilitio, tenuitas vel contritas aspiciat majorum imagines, ad dictamen equitatis superius ponderatæ, atque desumptæ ex censura Text. *in Lex ea quæ*, *C. de admin. tut.*

Quod autem Baro Aloysius Maria comparuerit re integra, & antequam cõsummata fuisset deliberatio cum dominio irrevocabili favore Gavotti, patuit iterum ex eo, quod prælationem petiit, vel ante decretum Congregationis, seu contemporanee ad illud, ut ex libercolo memoriali, ubi Congregationis resolutiones adnotantur, & ex decreto pariter a tergo citationis ad instantiam creditorum adnotaro, non obstante, quod in eodem actu prius præcedat deliberatio, deindeque subsequatur petitio, seu protestatio, ut cum sint duæ orationes diversæ, similiter duo actus distincti haberi debeant, quorum prior præcesserit, & alter subsecutus fuerit, quandoquidem unica oratio, unicuique actus unitus, & contemporaneus reputari debet, in quo non datur prius, neque posterius, Palm. Nep. *alleg.* 306. *n.* 33. Salg. *in labyr. credit. part.* 2. *c.* 7. *n.* 154. Rota cor. Merl. 25
dec. 792. *n.* 21. & cor. Priol. *dec.* 397. *n.* 11. quia cum omnia contenta in eadem resolutione, atque in decreto, ab unico regantur verbo, ibi, *deliberari*, *deliberavit &c. protestante D. Barone Aloysio Maria del Nero velle præferri &c.* ex eo vicinitas, seu continuatio sermonis infertur Giovagn. *consil.* 39. *n.* 16. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 64. *n.* 35. *& cons.* 124. 26
n. 11. *lib.* 2. Bonden. *collect.* 21. *n.* 130. *lib.* 2. Mans. *consult.* 75. *n.* 9. *& consult.* 110. *n.* 68. & plene in decisionibus hujus causæ, & signanter in tertia bo. me. Rondinini, §. *quibus attentis*, Potissime quia in ipso decreto deliberationis favore Gavotti reservata fuit licentia Sum. Pontificis per 27
ablativum absolutum ibi, *reservata licentia Sanctissimi*, ut cum ea ejus natura reddatur actus conditionalis, & im- 28
perfectus, Mans. *consult.* 170. *n.* 44. *& consult.* 166. *n.* 32. Rot. Bonon. *dec.* 139. *n.* 4. inde sequitur, quod ante ipsius conditionis adimplementum afferri non poterat Gavotto jus perfecte quæsitum, Text. *in l. cedere diem*, *ff. de verb. signif. l. quod si ff. de condit. in debit.* Mans. *d. consult.* 166. *n.* 34. *&* 35. Capyc. Latr. *cons.* 156. *num.* 6. *&* 7. Capyc. Galeot 10. Capiblanch. *de Baron. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 3. Salg. *in labyr. credit. part.* 1. *c.* 33. *n.* 19. *& seq. & part.* 2. *c.* 21. *n.* 49. & quod in effectu prælatio petita fuerit re integra, & contextualiter, atque conjunctim cum ipsomet actu deliberationis, liquet ex eo, quod protestationem desuper factam admisit eadem Congregatio, Judex ab eo deputatus, & ipsemet Papa concedendo dilationem unius mensis, quin Gavottus unquam ab his admissionibus reclamaverit, prout facile fecisset, quatenus res non fuisset integra.

Quin in adversum reafferri potuerint enunciativæ, tam emissæ in instrumento deliberationis successive stipulato per Judicem a Congregatione deputatum, quam in simplici libello per ipsum Baronem Aloysium Mariam fa. me. Innocentio XI. porrecto, & in commissione hujus causæ, prout neque depositiones duorum testium, quoniam enunciativæ petitionem prælationis post perfectam deliberationem non probant, eo quia desumpta ex relato instrumento deliberationis est simplex narrativa Notarii, absente Barone Aloysio Maria emissa, & quod magis est, detegitur erronea, tanquam contradicens resolutioni & decreto ipsius Congregationis superius narratis, apertissime præseferentibus contextualitatem, & contemporaneitatem utriusque actus, ad quæ etiam dicta narrativa relationem habuit; unde eam tanquam irrelevantem merito rejecit Rota in omnibus decisionibus hujus causæ, & signanter in tertia bonæ memoriæ Rondinini, §. *nil relevante*, ac etiam in quarta §. *congruo*, *autem tempore*; enunciativa vero emissa a Barone Aloysio Maria in dict. simplici libello, & in commissione hujus causæ potius supponit contemporaneitatem utriusq; actus, habita signanter relatione ad decretum Congregationis, & ita in dubio interpretari debet, ut quam minus noceat 29
confitenti, Rot. *in rec. dec.* 443. *n.* 3. *part.* 1. *dec.* 191. *num* 5. *part.* 11. *dec.* 171. *n.* 7. *cum seq. part.* 17. & in Pisanten. hæreditatis 1. Decemb. anni præteriti, sub §. *quin iterum*, cor. me.

Depositiones insuper testium nec minus relevant: & quia quoad simplicem fidem Anselmi Nancinelli Notarii substituti Congregationis Baronum, lite pendente procuratam, & absque citatione partis, tanquam extrajudicialis, & informis nihil probat, Rot. cor. san. me. Alex. VIII. *dec.* 110. *n.* 30
36. *in rec. dec.* 221. *n.* 14. *part.* 6. *dec.* 118. *n.* 17. *&* 152. *num.* 1. *part.* 7. *dec.* 146. *n.* 18. *part.* 9. *dec.* 147. *n.* 19. *part.* 10. *dec.* 231. *n.* 4. *part.* 15. *& dec.* 391. *n.* 20. *part.* 17. Potissime quia depo- 31
nit absq; testibus de actu coram se gesto, Rot. cor. Merl. *dec.* 137. *n.* 2. *cum seq. & in rec. dec.* 328. *n.* 6. *&* 7. *part.* 17. & contradicit resolutioni Congregationis, subsecutoque decreto per ipsum testem extenso in calce citationis, ut destruat, seu erroneam demonstret ejus fidem, vel in concursu potius stari debeat dd. decreto, & resolutioni, Rot. *in rec. dec.* 32
342. *n.* 11. *part.* 14. *& dec.* 211. *n.* 22. *part.* 15. Alter vero testis nuper examinatus formali suppositus nil pariter concludit; nam ultra maximam exceptionem familiaritatis, & servitii actualis, quod præstitit Carolo, & præstat hodierno Baroni Gavotto, quæ fidem eidem adimit, Rota *in rec.* 33
dec. 132. *n.* 6. *cum seq. p.* 15. in Cæsenaten. immissionis 4. Julii præcedentis anni §. *emissa enim*, coram R. P. D. meo dell'

Olmo

Olmo, & in d. Piscuren. hæreditatis cor. me, §. eo minus existimarunt, remanet in suo dicto singularis, & unicus, qui nihil similiter probat, text. in cap. licet de te-
34 stib. Rota cor. Seraph dec. 1191, num. 2. & in rec. dec. 73. n. 16. p. 19. & in omnem casum neoter ex d. testibus destruit assumptum; quod protestatio facta contextualiter, & incontinenti in actu deliberationis, dum licet inquiunt, quod post promulgatam deliberationem intercesserit aliquod temporis spatium, antequam pro parte Baronis Aloysii Mariæ fieret protestatio; supponunt tamen, quod negotium tunc non fuerit absolutum, sed in suspenso retentum usque ad adventum ipsius Baronis; nam instante Mauritio Giribaldo Baronis Aloysii Mariæ procuratore se velle una cum eodem Barone protestari, datum fuit a Congregatione ei tempus ad arcessendum ipsum Baronem, quo pervento facta fuit petitio prælationis, & protestatio, eaque inserta in ipsa resolutione deliberationis, & in decreto subsecuto; quapropter negari non potest prælationem petitam fuisse re integra, & ante quæsitum perfectum jus Gavotto, cum in hac materia prælationis necessaria non sit indivisibilitas actuum, minusque requiritur, quod ejus petitio præcedat, imo subse-
35 qui debet deliberationem, cum non nascatur, nisi postquam innotuit pretium una cum pactis, quæ antea sciri non poterant, Sip. Theod. alleg. 53. n. 19. Bonden. collect. l. 15. n. 11. Posth. in add. ad tract. de subhast. inspect. 36. n. 6. & 16. Larrea dec. Granaten. 79. n. 7. Sanfelic. dec. 268. n. 12. & 13.

Demum opponi nec valuit, Baronem Aloysium Mariam non comparuisse cum cedula bancaria, quoniam obligatio veniendi cum hac cedula obtinet dumtaxat locum in licitatoribus, utpote qui optime ipsi secum statuere valent, quo pretio expediat sibi rem comparare, antequam veniant ad licitandum; non autem in habentibus jus prælationis, qui non se determinare valent, an sibi expediat uti jure prælationis, nisi apertis, & manifestatis schedulis oblationum, ea tradit is Bonden. col-
36 lect. legal. 45. n. 21. & 22. cum seq. lib. 1. Sanfel. dec. 11. n. 13. lib. 1. & congruum tempus arbitrio Judicis indulgendum esse ei, qui prælationem petit ad faciendum depositum,
37 monet Crus. de jur. offer. cap. 1. n. 9. Capiblanch. de Baron. lib. 1. cap. 3. n. 13. Quod id ipsum obtentum fuit in præsenti, nam Papa ad supplicationem ipsius Baronis Aloysii Mariæ concessit mensem ad exhibendam in Congregatione cedulam pretii, prout statuto tempore eam exhibuit; & licet deinde cessaverit, id obvenit eo, quod extraneus licitator noluit illam recipere, sed inhærere deliberationi, ac prælationem contenderet, quo casu necessarium non fuit formale depositum, sed satis fuit obligatio verbalis, Gabriel. cons. 36. n. 64. lib. 1. Curs. de jur. offer. cap. 12. n. 4. & 5. & firmant decisiones hujus causæ, eisdemque allegata eadem Rota in Romana, seu Portuen. Tenutarum super fructibus 17. Junii 1697. confirmata 10. Jan. subsequentis anni utrobique §. fin. cor. R. P. D. meo dell' Olmo.

Et omnibus DD. suffragantibus, utraque parte audita, responsum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Narnien. seu Hortana.

Lun. 18. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Alveus a flumine relictus cui acquiratur.

SUMMARIUM.

1 *Testibus formiter examinatis, & nullam exceptionem habentibus est fides præstanda.*
2 *Terrenum paulatim, & sine sensu per alluvionem auctum agris vicinis, & cohærentibus, remanet in dominio dominorum eorundem agrorum.*
3 *Insula per alluvionem facta acquiritur per eos, qui habent prædia viciniora fronti ipsius insulæ.*
4 *Ut insula dicatur terrenum per alluvionem coacervatum, quæ exigantur, & n. 5.*
6 *Qualitas insulæ ex quibus excludatur.*
7 *Magis est deferendum testibus verisimilia deponentibus.*
8 *Verisimilitudo est species veritatis.*
9 *Insula quæ fit, ex quo ager, qui alveus non erat, flumine circumluitur, remanet in dominio ejus, cujus antea terrenum fuerat; secus si eveniat ex alveo a flumine relicto, vel ex quo flumen paulatim alluendo locum eminentem reliquit; tunc enim insula acquiritur per eos, qui ripas habent eidem insulæ proximas.*
10 *Testium contrarietas operatur, ut neutris sit credendum.*
11 *Testes, qui de eorum credulitate deponunt, nihil probant.*
12 *Testibus inverisimilia deponentibus non est fides præstanda.*
13 *Nullatenus judicium efformari debet ex testibus, qui sunt de falso suspecti, licet essent plures.*
14 *Exceptiones personales fidem testibus diminuunt.*
15 *In concursu plurium testium, cui magis est deferendum.*
16 *Testis contra inducentem plene probat.*
17 *Valet is, qui testem inducit, ejus depositionem impugnare. Declara, ut n. 18.*

DECISIO XXXIII.

Devoluta per appellationem ad hoc Sacrum Tribunal controversia vertente inter Seminarium Civitatis Hortanæ, litisque consortes ex una, Canonicum Vitorium, ac Marchionem Montorium ex altera parte super pertinentia quarundam terrarum vulgo nuncupatarum, *Scappe*, in Rota 17. Junii 1694. gemina dubia uno contextu disputanda proposui; alterum respiciens judicium possessorium scilicet: *An, & cui sit danda manutenentia* alterum vero petitorium: *An nempe, & ex cujus bono jure constet.* Primum autem fuit sub illa die resolutum, *concessa seminario, & consortibus manutentione.* Alter vero resolutione dilata, demandatum extitit, ut probationes coadjuvarentur.

Exorta subinde decisione super articulo possessorio jam desoluti, institit Seminarium in Congregatione Rotali ejusdem anni 1694. pro illius expeditione; placuit tamen Dominis judicium differre ad tempus repropositionis causæ super bono jure: Quapropter reassumpta in hodierna audientia indagine principalis dubii petitorium concernentis, Domini responderunt: *Constare de bono jure seminarii*, & contemporanee causam super articulo manutentionis expediri decreverunt.

Ex facto siquidem hodie melius elucidato constitit, flumen Tiberis decurrens medium inter territorium Otricolanum, & territorium Civitatis Hortanæ a vigintiquinque annis circa rursus Otricolanas Ripas versus deflectens assidua, ac latenti earum corrosione plurimas fecisse alluviones in beneficium prædiorum consistentium adversus territorii Hortani Ripas; quas terras sic paulatim adjectas præfatum seminarium aliique contermini agrorum possessores pro modo singulorum latitudinis inter se in anno 1676. diviserunt, ut latius apparet ex ipsius divisionis instrumento; quemadmodum constitit, quod post secutam hanc partitionem continuans flumen ulteriorem ejusdem Territorii Otricolani corrosionem, novum terrarum alluvionalium augmentum, de quibus est controversia, ipsismet prædiis Hortanis adjecerit; quodque demum superventa de anno 1685. immodica amnis excrescentia, vi, & impetu stagnantium aquarum successerit separatio terrarum alluvionalium antiquarum ab hisce recentibus, mediante decursu ejusdem rivi illuc pro terræ mollitudine protensi, quo deinceps multo post exhausto, flante aquarum declinatione ad pristinum alveum, nova alluvio, ut erat prius, antiquæ sese adjunxerit, juxta facti seriem, quam cum temporum distinctione narrant quinque testes formiter examinati pro parte seminarii dati *in summ. 7. Junii 1694. sub n. 1. & 2.* quibus, utpote omni exceptione majoribus, bene informatis, optimeque scientiæ causam addentibus, plena fides est adhibenda, Rot. cor. Card. Seraph. dec. 953. n. 3. 1
& 8. cum allegatis in dec. 895. n. 7. cor. Card. Cerro, & omissis generalibus, in specie tradunt Bart. *in tract. de flumin. & alluvion. verb. per alluvionem n. 5.* Aym. *de alluvion. lib. 1. cap. 4. num. 12.*

Stabilito itaque, quod terræ, de quibus agitur, per alluvionem secutam ante annum 1686. paulatim, ac sine sensu accreverint, cohæreantque prædiis seminarii Hortani, & litis consortium, certa jure succedit conclusio, quod ab eorundem agrorum possessoribus fuerint acquisitæ, & in eorum dominium devenerint, ad apertam

Text.

Text. *in l. adeo 7. §.1. ff. de acquirend. rer. domin.* ubi Gajus ait: *Quidquid per alluvionem agro nostro flumen adjecerit, jure gentium nobis acquiritur; id autem per alluvionem adjici videtur, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus, quantum quoquo temporis momento adjiciatur*, & concordat Textus *in l. maritus 38. ff. eodem*, *& §. Præterea instit. de rer. divis.* traduntque Bart. *in tractat. de flumin. verb. ea ceris, verb. acquiritur, & verb. per alluvionem*, Aym. *eodem tract. cap. 3. §. 1. n. 1. & seq.* Jas. *cons. 146. lib. 1. & cons. 126. lib. 4. per tot.* Corn. *cons. 191. lib. 3.* Valasc. *de emphyt. q. 16. n. 10.* Pecch. *de aqueduct. lib. 2. cap. 11. q. 15. n. 19.* & latiori calamo Arias de Mesa *var. ref. lib. 2. cap. 42. n. 1. & per tot.*

2 Non obstante unico objecto, in quo sistit totum præsentia causæ momentum, quod scilicet alii testes inducti a Canonico Virtutio, & litis consorte, asserant hujusmodi terras, utpote ab aquis undique circumdatas, formam insulæ accepisse, ac proinde ad illos, tanquam habentes prædia viciniora fronti ipsius insulæ, jure dominii pertineant,
3 ad Text. *in d. leg. adeo, §. insula vers. quod si alteri parti, ff. de acquir. rer. domin. & in l. insula, ff. eod. §. Insula instit. de rer. divis.* Bartol. *in tractat. de insula in verb. communis fiat vers. sed si insula esset plures, & figura 23. eod. tit.* Gob. *in tract. de acq. quæst. 29. n. 18.* Pecch. *de aqueduct. cap. 4. q. 8. mem. 1.*

Quandoquidem multipliciter visum fuit removeri, & ex eo quidem primo, quod proprie loquendo insula est terra
4 repente in flumine nata, quam aquæ undique circumluunt ad Text. *in §. Insula instit. de rer. divis.* ubi Gloss. *in verb. insula*, & Mynsig. *aliisque scribentes*, & quidem plena, ac reali circumfluentia, per quam terra in media per fluminis
5 apparens, diu supereminens remaneat, Bartol. *de insul. in verbo in flumine nata*, Aym. *de alluvion. lib. 1. cap. 14. n. 21.* neutrum autem ex dictis requisitis concurrit in casu nostro; deficit enim primum repentinæ nativitatis, quia ex facto superius firmato resultat, controversas terras fuisse paulatim, & latenter corrosas ab una ripa, & minutatim, & insensibiliter additas alteri ripæ, nec quoad corrosionem in genere discordant testes inducti per Canonicum Virtutium; caulat pariter secundum requisitum plenæ, ac permanentis aquarum circumfluentiæ, quoniam ex eisdem testibus seminarii constat prædictum rivum intersecantem prædia Territorii Hortani controversis terris evenisse ob aquarum excrescentiam uno impetu secutam, & continuasse per modicum tempus aliquorum mensium; idcoque hujusmodi terræ per adeo breve temporis spatium apparentes in flumine aquis circumfluxæ, proprie dici nequeunt insula; sed vere sunt terræ alluvionales, prius latentes per excrescentiam aquarum, & deinde apparentes per illarum decrescentiam, quæ in agro Romano nuncupantur *Scappe*, & in Insubria appellantur *Ancone*, ut concorditer tradunt Augustin. Martinell. olim professor juris Cæsaris in hac urbis universitate, in ejus libro, cujus titulus est *I fiumi in libertà*, cap. ult. *dell' Isole* fol. 244. & 245. & latius allegato Bartolo, & Aym. Bonio. in ejus libro intitulato *Il Tevere incatenato lib. 6. cap. 1.*

Parum relevante depositione testium inductorum a Canonico Virtutio, asserentium, quod canalis defluens per ripas Otriculanas erat parvus, & angustus, ac viceversa alter decurrens prope ripas Hortanas erat latior, profundior, ac navigabilis. Quoniam contrarium de directo deponunt te-
6 stes seminarii, & præcipue ultimo loco examinati, *præsenti summario additionali num. 1. & 2.* quorum depositio visa fuit magis verosimilis; nam tam ex accessu judiciali Eminen. Thanrusii tunc Aud. Cam. Locumtenentis, quam ex confrontatione alterius planæ de anno 1676. efformatæ super divisione aliorum terrarum alluvionalium, liquet Tiberim ab annis 25. circiter, quo dereliquit antiquum alveum, semper cursum direxisse ad oras Otriculanas; unde redditur inverisimile, excrescentiam, & profluvium aquarum majori parte ad canale Hortanum irrupisse. Augetque inverisimilitudinem subsequens eventus, dum post paucos menses iste canalis, ut præfertur, remansit exhaustus, & illius aquæ ad Otriculanum declinarunt. Prout in præsentiarum semper ultroneæ fluvii cursus illuc protendi cerni-
7 tur, ut probant testes utriusque partis, ideoque magis deferendum venit dispositioni testium Hortanorum, utpote recipienti fomentum a verisimilitudine, quæ est species veri-
8 tatis, *leg. ob carmen, §. ultima, ff. de testib. cap. licet causam vers. ex præmissis de probat.* Aym. *cons. 1. pro genero n. 372.* Rot. cor. Mantic. *dec. 215. n. 4. & 5.* & cor. Cels. *dec. 315. num. 6.*

Sed quatenus rivus decurrens versus ripas Hortanas fuisset profundus, adeout dd. terræ alluvionales veram insulam constituisse; non inde tamen, secundo respondebant Domini, factum est, ut desierit esse in dominio seminarii Hortani, & litis consortium; tribus namque modis insula fit in flumine; uno modo, cum ager, qui alveus non erat, flumine circumluitur; secundo, cum flumen alveum relinquit, illumque circumquaque defluit; tertio, cum paulatim alluendo locum eminentem supra alveum facit, & enalluendo eum auxit; efformata autem insula, altero ex duobus posterioribus modis, eorum fit, qui ripas habent eidem insulæ proximas. Primo autem modo possessio non immutatus, remanetque insula ejus, cujus antes fuerat, juxta expressam Pomponii divisionem, relatam *in leg. ergo 30. §. tribus modis*, & ibi Gloss. *ff. de acquir. rer. domin.* & explicet Bartol. *in tract. de insula vers. in flumine nata* Aym. *de alluvion. cap. 14. n. 6. lib. 1.* Neuter autem ex duobus poste- 9
rioribus modis convenit terris, de quibus est contentio; nam illæ antequam apparuerint in formam insulæ, non essent alvus ab eodem derelictus; nec minus, ex colluvione aquarum factæ, sunt locus eminens supra alveum, & deinde ex alluvione auctus, sed proprie adaptatur primus modus; Nam ex seriæ facti a testibus seminarii comprobata, *Summ. n. 1. & 2.* habetur, quod antequam successerit anno 1686. aquarum excrescentia, terrenum controversum erat ager beneficio alluvionis acquisitus prædiis Hortanis, ac proinde etsi subsecuta memorata inundatione, aquis hinc inde declinantibus, idem terrenum fluvio circumseptum apparuerit, non ex hoc tamen hujus generis insula acquisita fuit Dominis prædiorum, qui ripas habebant propiores, sed continuavit in possessione, ac dominio Hortanorum, quorum antea fuerit, juxta relatam dispositionem Textus *in l. qui ager cum qua concordant, §. Insula vers. final. instit. de rer. division.* ibi. *Quod si aliqua ex parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam insulæ redegerit, ejusdem permanentis ager, cujus & fuerat*, & Text. *in leg. Cod. de alluvion. & palud. ubi, & cum fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit, ager quem circuit, prioris domini manet, & in leg. 1. §. Item si omnis, ff. de flumin.* & tradunt Aymon. *de alluvion. lib. 1. cap. 14. n. 7.* Cyriac. *controv. forens. 376. n. 11.*

Hinc consequenter non adversantur testes inducti per possessores agri Otricolani, quatenus deponunt, controversas terras apparuisse in formam insulæ; imo esse veram insulam, cum ratione amnis circumfluentiæ, recte hanc insulæ denominatione nuncupari valeant; non tamen de illis in insulis secundi, & tertii generis, de quibus loquitur Text. *in dicta leg. Ager, ff. tribus;* quæque acquiruntur dominis habentibus prædia eisdem proximiora, sed de illius primæ speciei, quæ non exeunt a possessione dominorum, quibus antecedenter jure dominii quæsita fuerant, ex superius firmatis.

Absque eo quod attendi meruerit assertio septimi testis Canonici Virtutii, quod priusquam terrenum controversum assumpsisset formam insulæ, erat alveus fluminis; quoniam ipsius dispositio convincitur manifeste erronea ex depositione aliorum testium ejusdem Virtutii, dicentium, ante prædictam aquarum excrescentiam, alveum fluminis fuisse in eo loco, ubi decurrebat canalis, seu ripa, positus prope agros Hortanos; quo fit, ut stante hac testium contrarietate, neutris credendum est, cum unus adimat fidem alterius, Farinac. *de test. q. 65. n. 2.* Rot. *decis. 141.* 10
n. 4. p. 19. dec. 9. n. 26. dec. 327. n. 13. & dec. 709. n. 19. p. 1. rec. & dec. 72. n. 20. p. 19.

1 Quemadmodum nec fuit eisdem testibus adhibita fides in eo quod ajunt, insula prædictam efformata fuisse ex Terris Otricolanis in alveo fluminis, vi, & impetu aquarum asportatis, ut ex *Summario Canonici Virtutii n. 4.* quoniam ultra quod testantur de eorum credulitate, sicque nullum probationis genus constituunt, Rot. cor. Butatt. *dec. 538. n. 18. & rec. dec. 397. n. 10. p. 19.* habent contra seram accessum A.C. quam etiam ipsummet dictum, ex quibus appatet justificatum, quod terrenum, ex quo dicitur conflata insula, fuerit simpliciter arenosum, & e contra ripas flu- 11
minis Territorii Otricolani esse terras sativas; ex quo evitatur assumptum, quod terræ controversæ impetu aquarum separatæ efformaverit sæpe d. insulam in alveo fluminis: ac ita aperta inverisimilitudine, quod rivulus cæteroqui ad sensum Otricolanorum exiguus, cum tam modica aquarum copia potuerit uno impetu talem corrosionem facere, ut ex ea efformari potuisset insula tam considerabilis terrarum quantitatis. Ideoque dd. Testibus, factum ita inverisimile

depo-

12 deponentibus, nullatenus credi debet, Jason. *in l. si extraneus n. 8. ff. de condit. caus. dat.* Abb. *in cap. quia verisimile n. 3. vers. nota*, Buratt. *dec. 175. n. 11. & 23.* Cell. *dec. 40. n. 8. & in rec. dec. 259. n. 13. p. 6.*

Prout etiam convincuntur de manifesto errore alii tester dicentes, quod terræ controversæ formam insulæ receperint ex corrosione ripatum Otriculorum, quæ incœpita novem, seu decem annis antecorum examen; nam constat ejusmodi corrosionem incœpisse longe ante 1676. dum de hoc anno, ut superius recensuimus, facta fuit inter Hortanos divisio plurium terrarum alluvionalium ex eadem corrosione provenientium; atque ita tanquam parum informati, vel dicamus de falso quodammodo suspecti, nullam promerentur fidem, quantumvis essent numero plures, ut in nostris terminis tra-
13 dit Jas. *conf. 126. n. 13. & seq.* præsertim quia nec deficiunt plures exceptiones contra eorum personam recensitæ in
14 *summario Sommarii n. 12.* proindeque vel ex hoc ipsorum fides remanet imminuta, Farinac. *de testib. q. 63. n. 94.* Rot. cor. Caput. *dec. 277. n. 3. p. 3. & dec. 649. n. 8.* cor. Amat. Dunozett.

Et in nostro casu in concursu testium inter se diffidentium, Domini majorem fidem præstandam esse censuerunt productis per seminarium, & litis consortes, utpote quisquam naviculatii, & a multo tempore versati in navigationibus fluminis, præsumuntur magis informati, ac ulterius quia verisimilia deponunt, citra ullam contrarietatis, varietatis vel falsitatis notam, ac demum utpote adminiculatis ex publico instrumento antedictæ divisionis anni 1676. ex notatis per Felin. *in cap. in nostro n. 10. de test.* Gabr. *eod. tit. concl. 4. n. 59. &*
15 60. Posth. *de subhast. inspect. 60. n. 97.* & plene Rot. *dec. 297. n. 20. & 21. p. 19. rec.*

Cæterum multiplicando suppositiones, ubi etiam admitteretur, quod prædicta insula fuisset repente nata, & quidem in alveo fluminis, ac per consequens juxta contrarium sensum acquiri debuisset dominis agrorum vicinorum; adhuc tamen tertio loco ponderabant Domini illam devenisse ad dominium seminarii, litisque consortium, attento, quod gemini ex eorundem Otriculanorum testibus ingenue deposuerunt, quod insula apparuit propius agris Hortanis, quam ripis Otriculanis, unde censura Text. *in d. leg. adeo §. Insula vers. quod si alteri parti, ff. de acquir. rer. domin.* patrocinatur seminario, & litis consortibus habentibus prædia d. insulæ proximiora: quibus testibus, utpote inductis, ac productis ab Otriculanis, plene contra eos deferendum est, Farin. *de testib. q. 62.* Noguerol. *alleg. 29. n. 80. & alleg. 32.*
16 *n. 92* Rot. *dec. 32. n. 92.* Rot. *dec. 312. n. 5. & dec. 610. n. 3. & dec. 454. n. 9. & dec. 888. n. 3.* coram bon. mem. Card. Cerro, *& in rec. dec. 41. num. 18. p. 18. & dec. 110. num. 1. part. 14.*

Non resistente, quod inductio testium præseferat approbationem personæ, non autem dicti, adeoque non excludat, quin eorum depositio impugnari valeat, ex firmatis per Rot. cor. Manzaned. *dec. 529. n. 8. & 9.* quoniam conclusio procedit, ubi quis simpliciter induxit testes, sed nullatenus eos produxit, nec illorum dictis usus fuit, in quibus terminis procedit Rot. in alleg. de-
17 cis. coram Manzaned. secus vero quando, prout hic, non solum quis induxit, sed etiam simpliciter produxit testes, in eisque suam fundavit intentionem; nam tunc non solum censetur approbasse eorum personam, sed etiam dictum, eo quod nullatenus sibi liceat illos impugnare, ut conciliando pugnantes doctorum sententias distinctionis fœdere concordant Aymon. *de antiquitate temporis p. 1. vers. quæritur etiam in hac materia n. 24.* Tob.
18 Non. *conf. 24. num. 24. & 25.* cum aliis fuse cumulatis per Farinac. *de testib. q. 62. n. 242. & 243.*

Et ita utraque parte informante post secundam causæ propositionem resolutum fuit.

R. P. D. P I O.

Narnien. seu Hortana.

Ven. 8. Martii 1697.

A R G U M E N T U M.

Est præcedentis confirmatoria.

S U M M A R I U M.

1 *INcrementum terræ, quod evenit ex terra latenter corrosa, dicitur alluvionale.*

2 *Et acquiritur juxta latitudinem frontis cujuscunque agri cohærentis ripæ, & prædia ab ea parte possidentibus.*

3 *Et acquisitio fit ipso jure, adeo ut non indigeat aliqua apprehensione,* & n. 4.

5 *Flumina totum id quod tradunt, irrevocabiliter donant.*

6 *Ut insula efformata dicatur, quæ requirantur,* & num. 7.

8 *Alveus qui naturalis non est, dicitur inundatio.*

9 *Alveus quomodo fiat.*

10 *Terrenum ex inundatione ablatum, aqua recedente remanet in dominio primi possessoris,* & n. 12.

11 *Insulæ in jure quot dinumerentur.*

13 *Insula efformata per flumen quomodo sit dividenda,* & n. 14. 15. & 16.

17 *Fides lite pendente, & absque partis citatione reportata, non attenditur.*

D E C I S I O XXXIV.

POstquam Canonicus Vitutius curavit mihi per Signaturam Justitiæ dirigi ulteriorem appellationem super mandato de manutenendo, alias per seminarium Hortanum, & litis consortes obtento, ordo judicii exposcebat, ut causa etiam super negotio principali devolveretur; ideoque positis sub consueto examine fundamentis decisionis editæ cor. R. P. D. meo Molines die 18. Junii anni præteriti agnita fuere undequaque subsistentia, ac merito proinde illa Domini confirmarunt.

Subnixi semper depositioni testium a Seminario inductorum, juxta quam habetur, quod post divisionem terræ alluvionalis secutam anno 1676. inter Hortanos pro latitudine coterminorum agrorum, flumen Tiberis ex ulteriori attritu terrarum Otriculanorum sinuoso fluxu illas denuo adjecerit supradictis agris, donec de anno 1686. imbribus auctum, ac in vicinos campos se effundens, mediante decursu cujusdam rivi diviserit primas alluviones ab ultimis, quo demum in veterem alveum declinato, terræ ex memorata aquarum excrescentia separatæ, antiquis sese adjunxerint. Quamobrem, cum incrementum terrarum, de quibus agitur, evenerit ex terra latenter corrosa, adjectaque deinde latenter eriam
prædiis Hortanis, dicitur alluvionale, *§. præterea instit. de rer. divis.* 1
Jo. Bapt. Aym. *de alluvion. lib. 1. cap. 2. n. 2.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 8. n. 71.* Pett. *de jur. fisc. lib. 8. n. 71.* Pett. Gregor. Tolosan. *syntag. jur. lib. 2. cap. 8. n. 2.* & acquiritur juxta latitudinem frontis cujusque agri cohærentis ripæ, & prædia ab ea parte possidentibus, ex Text. *in l. adeo 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. & §. prætensa*, ubi gloss. *verb. adjectio instit. de rer. divis.* quos late expendunt Bald. *in rubr. de rer. divis. n. 34.* Rip. *in leg. quæminus n. 77 C. de flumin.* Batt. in Tiber. *in fin. proæm.*
p. 1. vers. promo e fol. 1 8. & in 3 vers. calcolus fol. 141. 2
Rimin. jun. *conf. 373. in fin.* Curt. jun. *conf. 204. n. 10. & 12.* Manzol. *conf. 118. n. 8.* Bursat. *conf. 230 num. 6* Bardellon. *conf. 245. n. 12.* Cæpoll. *de servit. rustic. prod. cap. 33. n. 13.* Benincas. *de alv. p. 1. num. 11.* Menoch. *de arbitr. cas. 245. n. 6.* Peregr. *d. lib. 8. n. 72.* Cyriac. *contr. 376.* Ursell. *verb. alluvio concl. 94. num. 3.* Dorriog. *in repertor. d. verb. num. 29.* Rota *in rec. dec. 29. num. 4. p. 4. & dec. 202. num. 7. p. 13. & dec. 111. n. 3. p. 16.*

Dictaque acquisitio facta fuit ipso jure, nec indigebat aliqua apprehensione: quia ut optime notat Griphiand.
in Econom. legal. lib. 1. cap. 19. n. 4. in hoc insula distingui- 3
tur ab alluvione, ut illa sit incrementum separatum, ista vero unitum, itaut omne id, quod prædio coalescit, non constituat novum prædium, sed sit pars accessoria, quæ ex possessione principalis, & illius jure possidetur, juxta firmata per Benincas. *ubi supra num 4.*
Rimin. jun. *conf. 275. n. 9. & 10. & d. conf. 373. num. 2. & 4.* 4
Silvan. *conf 3. n. 13.* Curt. jun. *d. conf. 204. n. 16.* Anguisc. *conf. 90. n. 4.* Corn. *conf. 15. num. 17. lib. 4.* Bertazol. *conf. 72. n. 5.* Bardellon. *d. conf. 184. n. 15.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 8. n. 74.* Gob. *de aqu. q. 26. n. 1. & 2.* Bonden. *coll. 26. n. 25. tom. 1.* Posth. *de manut. observ. 72. n. 86.* Rot. post eum *dec. 253. n. 4.* Cassad. *dec. unic. n. 20. de acquir. rer. domin.* & cor. Coccin. *dec. 1816. n. 5.*

Flumina enim censitoris vice funguntur, totumque
idquod tradunt, irrevocabiliter donant, & adimunt ut 5
ex notatis per Bald. *in rubr. de rer. divis. num. 23.* Rimin.

min. jun. *conf.* 237. *n.* 7. Scacc. *conf* 12. *n.* 6. Tholosan.
d. c. 8. *in princ.* Buchner. *de jur. aquat.* §. 87. Ursell. *decis.*
concl. 94. *n.* 8. Attas de Mes. *var. resol.* 43. *n.* 45. *lib.* 2. Gob.
de acq. q. 25. *n.* 5. Franch. March. *dec.* 117. *n.* 23. *p.* 2.
Hujusmodi theoricas tanquam in se veras, ultro,
citroque admittebant informantes pro Canonico, & solum
idem regerebant objectum, quod nempe justa examen
eorum testium deprehenditur controversum Terrenum
cessante insolita aquarum excrescentia in formam
insulæ supereminuisse.
Verum hæc qualitas vel non concluditur, vel probata
non relevaret, & quidem qualitas insularis non
concluditur. Quoad quantitatem aquæ illam interse-
6 cantis, præsciodendo etiam ab opinione Andr. de Isern.
in c. 1. §. *fin. vers. item vade n.* 20. *de controv. invest.* negantis
unam partem fluminis insulam fluvialem ambirantis,
latiorem esse posse alia, quia flumen non dicitur
ambire insulam, nisi de dimidia illius parte intelligatur,
quam sequitur Hieronym. de Mont. *de fin. regund.*
c. 24. *n.* 5. nec modica aqua fluminis flumen facit, sed
potius attendi debet naturalis, & consuetus alveus, *in*
ex leg. primn, §. *Ripa*, *ff. de flumin.* firmant Franc.
Mar. *dec. Delphin.* 270. *n.* 3. *p.* 2. Et in hanc sententiam
ivisse videtur Rota in citata *dec.* 132. *n.* 9. *p.* 26.
ubi pro necessario constitutivo insulæ requiri putavit,
ut assit in madio fluminis; idque importare videtur nomen
ipsum insula, quæ alio nomine mediamnia nuncupatur,
idest in medio amnis, prout observant *Du
Fresne in glossar. ad med. & in fin. Latin. scriptor.
verb mediamnis*, Ebrard. in Græcim. *cnpit.* 10. & ex
nostris Ottinger. *de jur. limit. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 46. Griphyand.
de insul. cap. 4. *n.* 10. Aym. *de alluvion, lib.* 1. *cap.*
34. *n.* 2. & ibi Frisch. *verb. mediamnis*.
Hoc unum sufficere Domini censuerunt in præsenti
themate, quod respectu durationis, & permanentiæ,
ex ipsis testibus Canonici de anno 1692. examinatis desumitur,
canale intersecans oras Hortanas exsiccatum
remansisse per tres annos ante eorum examen; quapropter
cum excrescentia evenerit de anno 1688. sequitur
evidenter, quod aquæ inundatio ex dicto rivo promonans,
duraverit vis spatio unius anni cum dimidio,
non apta proinde insulam facere, quippe quæ constituitur
tantummodo ex magnitudine aquæ perpetua,
7 non vero insolita, temporali, & causativa, ut conci-
liando opinionem Isern. advertit in specie Griphyand.
dict. tract. de insul. cap. 2. *n.* 57. & 52.
8 Et ratio prædictorum ea est, quia cum alveus, qui
naturalis non est, dicatur inundatio a Bartol. *in tract.*
de alveo verb. naturali, quæ proprie fit, obi flumen
imbribus auctum, & egressum, in vicinos Campos se
effundit, itaut simul alveum suum teneat, ea animadversis
per Fran. Stypman. *de jur. matr. & naut. p.* 2.
cap. 5. *n.* 3. 4. repetitur inter collecta per Fritsch. *in jur.
fluviat. p.* 1. *tract.* 2. licet abstulerit fundi cessionem,
9 eadem tamen aqua recedente, statuitur, etiam absque
nova apprehensione, Oinotom. *in §. quod naturali n.*
5. *de acquir. rer. domin.* Cæpoll. *de servit. rustic. præ-
10 dior. tit. de alveo n.* 4. Stypman *ubi supra n.* 313. de
Angel. *in astreal. patrocin. num.* 56. *& seq.*
Nec etiam d. qualitas quidquam relevaret, quatenus
probaretur, sive quia supposita triplici divisione insulæ
comprobata in decisione R. P. D. mei Molines, prima
nempe, cum ager, qui alveus non erat, flumine
circumfluitur; secunda, cum flumen alveum, quem
reliquit, circumquaque defluit; & tertia alluendo, &
coalluendo locum eminentem supra alveum facit, de
qua *jurisconsultus in leg. ergo* 30. §. *tribus modis*, *ff. de* 11
acquir. rer. dom. in hypothesi, de qua agitur, adaptari
non possunt duo novissimi modi; quia omnes Testes
Canonici, præter secundum, probant solum, quod excrescente
flumine parva insula eminuerit, nihil deponendo,
an ante inundationem illic esset alveus fluminis,
vel potius terræ ea alluvione oris Hortania adjunctæ;
quorum proinde depositiones, si suppleantur, prout
suppleri debent, a testibus seminarii, hujusmodi precedentem
circumstantiam comprobantibus, non solum
eliditur quælibet contrarietas, sed etiam aperte consequimur,
hanc insulam conflatam fuisse ex agris alluvionis
beneficio adjunctis prædiis Hortanis, & sic intra
primum modum præmissæ divisionis, juxta quem
dominium jam Hortanis quæsitum, nullo pacto extitit
alteratum, sed continuavit penes ipsos, quorum
antea fuerat, ut præter adductos in decisione, quæ
confirmatur, §. *sed quatenus*, firmant Oinot. *in §. In-* 12
sula n. 7. *instit. de rer. divis.* Card. Tusch. *lit. A. conf.* 261.
n. 5. Buchner. *de re, & jur. aquat.* §. 116. Sebast. Gambos.
de alluv. §. 47. *circa med.* Alex. Brugiott. *Epitom.
jur. viar. & flumin. cap.* 2. *n.* 221.
Sive demum, quia quatenus ad exuberantiam d. qualitas
insularis admitteretur in alveo fluminis juxta ultimum
modum, ac dividenda esset ad censuram Test. 13
in l. ae eo §. Insula, *ff. de acquir. rer. domin.* adhuc
tamen adjudicanda foret Seminario, & litis consortibus,
attento quod duo ex testibus Canonici deponunt:
*E la detta Isolletta era posta in mezzo al fiume, ma
più tosto verso il Territorio d'Orte* divisio namque quæ
fit inter prædia ab utraque parte fluminis, procedit in
insula nata in medio, non vero ubi ista nascatur propior
alteri parti; hoc enim casu illi solum acquiritur,
ut distinguunt Oinot. *dict.* §. *Insula num.* 6. *de acquir.* 14
domin. Gregor. Tholos. *syntagm. jur. part.* 3. *lib.* 20.
cap. 8. *sub n.* 3. Anton. *de reg. dom. part.* 3. *cap.* 7. *n.*
8. etiamsi deinde crevisset versus oras Orriculanas, &
cœpisset esse vicinior illius fundis, Tusch. *d. lit. S concl.* 15
262. *n.* 4. Sebast. Gambos. *de alluv.* §. 25. Propinquitatis
enim disceptatio ad initium nati incrementi referenda
est, ut illi censeatur proximius, cui in initio
proximius datum est, *leg. ergo*, §. *tribus modis* ibi:
*Insula fit ejus, cujus ager propior fuerat, cum
primum extitit*, *ff. acquir. rer. domin. & in leg. In-* 16
sula, in princ. ibi: *Insula, quæ in initio propior fundo
tuo fuit, quam ejus, qui trans flumen habet, tota tua
facta est*, *eod. tit.* & tradit Aym. *dict. tractat. lib.* 3.
cap. 2. *n.* 6.
Absque eo quod attendi mereatur declaratio dictorum
testium, quod intelligerent de minori parte, non
de tota insula, tanquam emissa lite pendente, & absque
partium citatione, ex vulgatibus.
Et ita in reliquis approbando decisionem R. P. D.
mei Molines, responderunt, utraque, &c.

MANTISSA DECISIONUM

AD TRACTATUM

DE OFFICIIS VENALIBUS VACABILIBUS

Romanæ Curiæ, & de Locis Montium

CARDINALIS DE LUCA.

REVERENDISSIMO D. URSINO, DECANO.

Romana Cambiorum.

Merc. 26. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Reformata fuit taxa fructuum societatum Officiorum; creditor autem reformatione non obstante illos ultra summam approbatam calculavit, & a debitore cambi stipulationem reportavit; & cum dubitaretur, an cambium sustineri valeat, affirmative deciditur, ex quo fructuum excessiva exactio injusta, sed non usuraria reputatur, juxta doctrinam Card. de Luca *de offic. vacabilibus cap. 20.*

SUMMARIUM.

1 *Usura a lege prohibita, si exigatur, non transit in dominium recipientis.*

2 *Societates Officiorum sunt contractus validi, atque probati.*

3 *Propter periculum vitæ semper illarum fructus conventi fuerunt ad rationem duodecim pro centenario.*

4 *Et licet moderati fuerint per Pontificiam Constitutionem, nihilominus quoties ultra summam moderatam exigantur, exactio dijudicatur injusta, non vero usuraria.*

5 *Repetitio pecuniæ injuste receptæ a sponte solvente non admittitur, & n. 6.*

7 *Amplia, licet solutio facta non fuerit in pecunia, sed mediante constitutione alicujus Cambii, seu alterius debiti fructiferi.*

8 *Lex novi juris constitutiva non extenditur ad præterita, sed tantum ad futura vires porrigit.*

9 *Idque procedit, etiam si casus præteriti perfectionem expectent in futurum respectu executionis.*

10 *Lex nova usurarum moderatoria trahitur etiam ad negotia præterita.*

11 *Hujusmodi tamen propositio procedit, vel quando nova constitutio reprobat ea, quæ cum jure divino, & naturali pugnant.*

12 *Vel ubi eadem clare se explicat velle comprehendere casus præteritos.*

13 *Secus quoties non percutit usuras omni jure damnatas, sed solum ad excessum moderandum fructuum alias licitorum prodiit, et legislatoris voluntas est dubia.*

14 *Constitutio moderatoria fructuum, societatum, Officiorum non habet locum, nisi in casibus post illius publicationem; vide n. 15.*

16 *Lex quamvis expresse, et nominatim faciat mentionem de præteritis, non trahitur ad præterita jam decisa, terminata, vel extincta.*

17 *Contractus Cambii est incompatibilis cum societate Officii, et n. 19.*

18 *Quoties primus contractus transfunditur in secundo incompatibili, præservativa anterioritatis, potioritatis obligationum, & hypothecarum, stipulata in secundo, non excludit novationem, quæ ex natura actus promanat.*

DECISIO I.

Initis a Jacobo Frezza de annis 1677. & 1678. quam plurimis societatibus Officiorum ad sex menses duraturis, & deinde ad beneplacitum, cum Samuele del Moro, aliisque Hebræis in Urbe commorantibus sub interusurio tunc communiter currente duodecim pro quolibet centenario, & anno; cum decurso nedum primo tempore in contractu præfinito, sed aliis etiam uberius ex partium placito prorogatis, Jacobus creditor circa annum 1685. renueret in longiori societate continuare, actuque illas disdicere cœperit; Hebræi debitores paupertate fortunæ censu pressi, non valentes cum actuali solutione debiti creditoris molestiis occurrere, per viam amicabilis compositionis ab eo obtinuerunt, ut calculatis fructibus usque tunc temporis decursis ad rationem duodecim pro centenario, ex illisque cum præcedenti sorte societatum Officiorum novi contractus Cambiorum crearentur; actuque factis calculis per diversa, & separata instrumenta, tot cambia creata fuere, sine tamen præjudicio anterioritatis, aliorumque jurium Jacobo competentium vigore primogeniorum contractuum, ut legere est in *Summario Francisci Alberti dato in prima causa propositione sub n. 3.*

Cum autem post obitum Jacobi, Franciscus illius nepos donatarius, ac hæres universalis beneficiatus respectu institisset contra omnes obligatos pro restitutione sortis Cambiorum, ac solutione fructuum, & causæ ad instantiam Reorum conventorum in diversis Urbis Tribunalibus reassumptæ fuissent, & agitarentur sub unica exceptione, quod Cambia uti creata ex fructibus societatum Officiorum calculatis ultra summam octo pro centenario contra censuram decreti Congregationis super reformatione, approbati in Constitutione

tione san. mem. Innocentii XI. de anno 1689. esset conflata in parte excessiva ex non credito, sicque quod fructus eorundem Cambiorum percipi non potuerint ex integro capitali, & exacti imputari debeant in causam sortis, & quod superat, facta deductione, ut dicitur, *a Scaletta*, restituendum veniat: idcirco ad evitandum absurdum sententiæ contra sententiam mediante commissione unionis causarum manu Sanctissimi signata, fuerunt convocati omne debitores cor. R. P. D. Vicesgerente, cui cum ubetius injunctum fuerit, ut procederet de voto nostri Auditoris, ideo de more commissione mihi delegata, cum dubium dederim complexivum jurium utriusque partis, per hæc verba conceptum: *An & de cujus credito constet, etiam ad effectum relaxationis mandati?* illud proposui in Audientia habita 11. Februarii præteriti, in qua cum nulla capta resolutione rescriptum fuerit: *Dilata, & videantur omnes*: hodie juxta ordinem datum, omnium DD. suffragiis exquisitis, responsum fuit: *Constare de credito Francisci etiam ad effectum relaxationis mandatorum.*

Cum enim nulla superesset difficultas circa claram obligationem Hebræorum, resultantem a publicis, juratisque instrumenti Cambiorum, obligatione Camerali vallatis, quæ regulariter faciunt probationem probatam, ad vulgatum Text. *in l. cum prec. C. de prob. & sac. cum all. de fid. instr.* & executionem merentur, non obstantibus exceptionibus turbidis, & altiorem indaginem requirentibus, ut dixit Rot. post Zacch. *de oblig. cam. dec. 1, n. 11. & dec. 84. n. 8. & 9.* totum causæ momentum sisterat in dignoscendo, an revera calculationi fructuum factæ ad rationem duodecim pro centenario de anno 1685. resisterent gemina decreta Congregationis super reformatione taxantia, & reducentia fructus societatum Officiorum ad rationem octo pro centenario, primum nempe editum annum 1679. cum hac verborum formula: *Fructus societatum Officiorum non possint imposterum excedere octo pro centenario*, & alterum emanatum anno 1689. sub his verbis: *Fructus societatum Officiorum quocunque tempore contractarum, & in futurum contrahendarum, non possunt a die 3. Junii 1679. & imposterum excedere pro centenario*: ex quo efficacis inferebant scribentes pro Hebræis, quod cum initæ remanserint, ac infectæ omnes societates Officiorum ultra summam taxatam conventæ, in consequens etiam ratione dicti excessus Cambia quoque ex hac indebita calculatione conflata eodem vitio laborare dicantur.

Verum ad objecti remotionem enm DD. præmitterent nos non versari in terminis usurarum, quæ contra se legis prohibitionem sortiuntur; de quibus loquitur Text. *in l. si non sortem, digestis de cond. in debit.* quæque ob sceleratam inquinationem, quam secum ferunt, nunquam transeunt in dominium recipientis, ut latissime firmat Gonzal. *in cap. cum in n. 3. & per tot. de usur.* sed in societatibus Officiorum, quæ sunt contractus in Curia Roma- 2 na per Pontificias Constitutiones approbati, & validati, ut bene per Card. de Luca *de societ. Offic. disc. decimoctavo,* 3 *per tot.* quarumcunque fructus ratione periculi vitæ semper conventi fuerunt ad rationem duodecim pro centenario, ut testatur Zacch. *de societ. Offic. n. 56.* & Rota apud eundem *dec. 61. n. 6.* fit in consequens, quod interusuria illatum exacta etiam ultra taxam præfinitam in decreto Congregationis reformationis reprobati non valeant tanquam usuraria, sed solum uti injusta, & excessiva, tanquam exacta non absque titulo valido, sed solum contra taxam a Congregatione stabilitam, ut in terminis declarat Card. 4 de Luc. *de Offic. Vacabil. c. 20. n. 7 & 8.* quia revera tam isti, quam fructus dotales taxati a Statuto in scut. septem cum dimidio, ideo reducti fuere, quia decursu temporis agnitum fuit, quod omnes reditus decreverunt; quamobrem hæc universalia in hos etiam fructus influens apta non est reddere illos in excessu usurarios: quia pro illorum integra exactione stat idem vitæ periculum, prout antea, & sic idem titulus remanet, solumque obstat prohibitio Congregationis quæ illos in parte excessiva declarat indebitos, ut prosequitur idem Card. de Luc. *de Offic. Vacabil. cap. 20. n. 9.*

Seclusa autem qualitate usuraria inficiativa dominii, intrat notissima distinctio, nullam dari restitutionem, seu repetitionem fructuum bona fide solutorum: quia licet illa in materia usuraria non suffragentur, optime tamen admittitur, quoties agitur de simplici injustitia exactionis, 5 ut egregie distinguendo probat Card. de Luca *de Camb.*

discurs. 17. n. 9. & de cens. disc. 3. n. 10. & magistralissima est Dec. Rot. Avenionen. apud Lauten. *dec. 66. per tot.* ubi, inquit, quod in terminis cujusdam Bullæ Julii III. reductivæ fructuum census, & literaliter comprehendentis etiam impositiones, quæ præcesserant Bullam: quia tamen in ea nulla mentio fiebat de repetitione fructuum solutorum, omnium voto definitum fuit non esse locum repetitioni, sed solum cessationi imposterum, vel etiam imputationi, quoties non essent sortes restitutæ; & jure quidem merito, quia repetitio desumpta ex Text. *alleg. in l. si non sortem*, locum solum sibi vindicat in materia usuraria habente legis resistentiam, non autem in contractu licita, quia in eo intrare utique potest excessus, & injustitia, nunquam autem usura, in cujus odium datur repetitio, seu restitutio, ut subdit idem 6 Lauten. *dec. 66. n. 9. et a l. n.*

Cum ergo in præsenti hypothesi Jacobus creditor usque de anno 1685. contractus societatum Officiorum novando, & debitum ex una causa transfundendo in aliam, ex juris præsumptione dicatur fructus jam exegisse, cum transfusio sortium, & fructuum in novum, & separatum contractum fieri non possit, nisi mediante illa solutione, quam lex semper supponit in his terminis in- 7 tercessisse, quia solutio dicitur vere facta, licet actus sit fictus, ut per hæc verba probat Gratian. *discept. 321. ex n. 11. cum seq.* & signanter *n. 13. et 14.* & consonat Lentard. *de usur. q. 87. n. 19.* merito ei opitulari debet bona fides, ne hodie agendum veniat actione repetitiva indebiti, fructus jam semel exactos debitori retro solvere, vel in aliam causam imputare.

Nec deficit fomentum bonæ fidei in Jacobo creditore, non obstantibus decretis Congregationis reformantis; nam cum de tempore exactionis solum prodierit illud anni 1679. editum pro moderandis, seu determinandis ad rationem octo pro centen. fructibus societatum Officiorum ibi: *Fructus societatum Officiorum non possint imposterum excedere octo pro centen.* de illo habenda non est ratio pro regulandis fructibus societatum antea contractarum, cum 8 trita sit propositio, quod lex novi juris constitutiva non extenditur ad præterita, sed tantum ad futura vires porrigit, ad Textus *express. in leg. leges sacr. Cod. de legibus, §. ex his in fin. auth. de heredit. ab intestat.* Felin. *in capit. quoniam ultim. n. 1. de Const.* Calvan. *cons. 15. n. 13.* Honded. *cons. 16. n. 16. et 17.* Suarez *de leg. lib. 3. cap. 14. num. 8.* Rota coram Dur. *dec. 434. n. 1. et in recent. dec. 99. num. 5. p. 27. et dec. 520. n. 8. part. 18.* Idque procedit, etiamsi casus præteriti perfectionem expectent in futurum respectu executionis, quia adhuc semper dicitur casus præteritus, & non comprehensus in nova lege, ad Theut. Bart. 9 *in leg. Omnes populi n. 44 post med. versicul. aut actus perfectus, Cod. Sacr. Sanct. Eccles.* Honded. *in cons. 16. n. 16. et 17. lib. 1.* Gratian. *discept. 465. num. 12. et in discept. 985. n. 18.*

Et licet Justinianus *in leg. penult. C. de Usur.* Constitu- 10 tionem illam a se editam moderatoriam usurarum jusserit servandam esse etiam quoad contractus præteritos, a cujus sanctionis methodo inolevit propositio, quod quando agitur de moderatione usurarum, lex nova trahatur ad negotia præterita, de qua per Carol. Antonium de Luca in adnot. ad French. *dec. 500. n. 3. vers. notandum,* id tamen non procedit indistincte, sed solum vel quando per novam Constitutionem reprobantur ea, quæ cum jure divino, & naturali pugnant, ut explicat. Gail. *pract. observ. lib. 2. observ. nova, n. 6.* vel quoties lex nova 11 clare loquitur etiam de fructibus ex præcedenti contractu decurrendis, prout aperte se explicavit Imperator *in d.* 12 *l. penult.* quia dubitans suam sanctionem intelligi forsan posse de solis contractibus futuris, voluit illam ampliare ad præteritos, & clarius Alexand. III. *ad interpret. Concil. Lateran. in cap. cum ea, de usur.* ubi loquendo de usuris omni jure humano, & divino interdictis, aperte determinat: *Sive ante, sive post interdictum nostrum usuras extorserint, cogendi sunt per pœnam, quam statuimus in Concilio, eas a quibus extorserint, vel eorum heredibus restituere*; Secus autem est, quoties lex non percutit usuras omni jure damnatas, sed solum excessum moderandum fructuum alias licitorum prodiit, & voluntas legislatoris est dubia; ita ut non satis pateat, an etiam de præteritis intellexerit, quia tunc inhærendo regulæ, tenen. est legem novam præterita non complecti, ut optime notat Suarez *de legib. lib. 3. cap. 14. n. 12.* & Rota coram Pen. *dec. 1296. n. 5. tom. 2. impress. Lugdunen.*

Applicando autem Thesim hypothesi, lex, de qua est
quæstio, non percutit usuras damnatas, sed solum ex-
cessivas conventiones fructuum alias licitorum, & con-
textus legis non solum de præteritis mentionem non facit,
quinimmo ex actibus subsecutis, & ex hoc quo augetur
bona fides, fere in aperto est decretum Congregationis
minime emanasse ad regulandas societates Officiorum per
14 antea contractas; nam ipsamet Congregatio de anno 1684.
interrogata super hujusmodi comprehensione ad instantiam
Josephi Sardii, & Thomassinæ, per supplices libellos pe-
tentium declarationem decreti moderatorii, respondit ibi,
15 *Non habere locum nisi in societatibus Officiorum con-*
tiendas post publicationem decreti, *summario præterito*
Francisci numero quinto: quamobrem cum negari nequeat
illam fuisse declarationem editam ab eodem tribunali, a
quo edictum prodiit, tunc temporis attendenda erat, cum
ejus sit interpretati, cujus est condere, per Text. *in l. fin. C.*
de legibus; & si non deservit pro irretractabili regula
quoad Principem legem condentem, inferioribus tamen a
Principe suffragatur pro fomento bonæ fidei, & pro justa
credulitate, quod societates Officiorum contractæ ante
decretum, sub illo non comprehenderent.

Neque ista destrui valuit ab altero decreto prodito anno
1689. in quo literis cubitalibus sancitum habebatur, fru-
ctus societatum Officiorum quocunque tempore contra-
ctarum a die 3. Junii 1679. non potuisse excedere octo pro
centum; nam quidquid sit, an hoc decretum prodierit
per viam novæ legis, vel declarationis, hoc unum certum
est, quod tum eo tempore, imo per quatuor annos ante so-
cietates Officiorum fuerint extinctæ, & in novos contra-
ctus cambiorum transfusæ, tam quo ad fructus, quam
quoad capitale; unde decretum successive editum non po-
tuit illas comprehendere: quia lex quamvis expresse, &
nominatim faciat mentionem de præteritis, non tamen
trahitur ad præterita jam decisa, terminata vel sopita,
16 seu extincta, ut originaliter ex Textu *in l. causas*, *C.*
de transaction. & ex Theoric. Bart. *in l. omnes populi num.*
41. *vers. distingue*, *ff. de justitia*, *& jur.* tradunt Marc.
volum. Bisan. 37. *n.* 3. Antunez. *de donat. Reg. p.* 1. *lib.* 1.
cap. 10. *n.* 118. de Luca ad Gratian. *cap.* 47. *n.* 5. & Ro-
ta cor Pen. *d. dec.* 196. *n.* 8. & cor. Royas *dec.* 137. *n.*
quinto; & æquum non est, ut ex nova constitutione,
seu lege præjudicium cuipiam generetur in jure sibi ante
quæsito, ejusque conditio durior efficiatur, ut subdit Rota
dict. dec. 37. *sub num.* 9. *coram* Royas, *& in rec. dec.* 235.
num. 6. 7. *part.* 19. *rec.*

Haud resistente, quod societates Officiorum adhuc de
anno 1689. substantialiter existerent, quia per præservati-
vam anterioritatis & potioritatis priorum obligationum,
& hypothecarum, stipulatam in secundo contractu,
novatio non dicatur inducta & reliquiæ primæ stipula-
tionis adhuc existere dicantur. Quoniam cum necessa-
ria juris dispositio inducat novationem, quando, ut in
præsenti, contrahentes in novo contractu Cambii incom- 17
patibili cum primo societatis Officii convenerunt muta-
tionem stipulationis extinctivam prioris tituli, & inclu-
sivam novi, ad literam Textus *in l.* 1. *ff. de novat.* de
qua Mantic. *de tacit. lib.* 17. *tit. n.* 5. Urceol. *de transact.*
q. 73. *ante n.* 17. *vers. ubi vero*, cum concordantibus cu- 18
mulatis per Rocc. *disp. jur. select. cap.* 182. *num.* 15. exinde
fit, quod vel prædictæ protestationes tanquam contra-
riæ facto non sint attendendæ ad excludendam novatio-
nem, ut notat Amat. *dict. resol.* 30. *n.* 27. Merlin. *de pign.*
lib. 5. *q.* 30. *n.* 25. Royas *de incompatib. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. &
Urceol. *d. q.* 73. *n.* 17. vel quatenus aliquid operari de-
beant, operentur quidem quoad animum contrahentium
circa temporis anterioritatem, & privilegium causæ re-
spectu prælationis retinendum in contractu transfuso,
non autem exclusionem novationis ab ipsomet actu ge-
sto, & a legis censura devitantem, ut observat Amat.
d. res. 50. *n.* 10. & dixit Rota *in dec.* 350. *cor. Priol.*
& melius ad rem nostram in Romana, seu Tuscula-
na bonorum 18. Junii 1694. cor. R. P. D. meo Molines.

Incompatibilitas autem contractuum innegabilis est,
cum agatur de societatibus Officiorum, & Cambiis,
quoad originem, constitutionem, & progressum peni-
tus incompatibilibus ob diversas leges, & conditiones,
quas alter illorum secum trahit; unde etsi fuerit crea-
tum cambium præservata anterioritate societatis Offi-
cii, hoc tamen non tollit contractum fuisse novatum,
& extinctum, remanentibus solum reliquiis accidenta-
libus primi; ideoque semper verum erit societates Of-
ficiorum fuisse extinctas ante prædictum decretum an-
ni 1689. ad hoc ut sub ejus censura cadere minime
valeant.

Et ita neglecto motivo Anatocismi, super quo in
hodierna propositione non insistebant defensores Hebræo-
rum, resolutum fuit, utraque, &c.

MAN.

MANTISSA DECISIONUM
AD TRACTATUM
DE STATUTARIIS SUCCESSIONIBUS & Pensionibus Ecclesiasticis
CARDINALIS DE LUCA.

ARGUMENTA DECISIONUM

DECISIO I. *Florentina successionis ab intestato de Ricasolis.*

Ad Intestatam successionem defuncti ex reformatione Statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 130. delatam agnatis masculis usque ad sextum, & octavum gradum respective, admittuntur agnati masculi existentes in tertio gradu per medium defuncti sororis nuptæ in ejus familia, & agnatione, cujus gradus hoc in casu dicitur agnatitius, & agnationis conservativus; proindeque summo jure sit pertinens, & habilis ad constituendam in filiis proximitatem a Statuto requisitam adversus alios agnatos per media masculina proximiores, multoque magis adversos fœminas extraneis nuptas, itemque masculos cognatos, qui, vel qui ab eodem Statuto excluduntur. Additur ideo eisdem sibi locum vindicare, quando vocatio agnatorum non restringitur ad certam speciem, lineam, seu columnellum; sed est directa ad agnatos, & agnationem in genere sumptam, non extata limitatione ad certum gradum, quæ potens non est genus ipsum immutare, minusque attento, quod dicti filii sororis agnati sint ex parte patris remotiores, ac extra gradus Statuti, cum sufficiat, quod de tempore apertæ successionis habeant in eorum personis unitas omnes qualitates exoptatas, tuncque sint agnati, masculi, & intra gradus a Statuto præscriptos, licet ex latere materno, per quod fini, & rationi conservandi agnationem habitæ a Statuto æque satisfit, ac si essent conjuncti per masculum. Rursus ostenditur exclusionem sororis, & ejus filiorum, de qua in prædicto Statuto, & reformatione, cessare in casu, quo ipsa sit nupta in agnatione, eamque minime obstare filiis masculis agnatis, qui apti sunt familiam conservare, ac in verbis, & spiritu capitis inclusivi ex propria persona comprehenduntur. Demum fuse demonstratur, Statutum, & reformationes memoratas, in vocatione agnatorum non coarctate requisitam proximitatem ad media masculina, minusque excludere, sed potius includere verbis, & mente gradum fœminæ nuptæ in familia, ne alias multa, & quidem maxima, sequantur absurda in Statuti interpretatione omnino vitanda. Hæc, aliaque plura in proposita materia successionis agnatitiæ, necnon Statuti fœminarum exclusivi, prout fideicommissi, majoratus, & feudi, ac similium perspicua claritate, acumine, & doctrina, in hac magistrali decisione, calamo undequaque felici Illustrissimi Dom. Relatoris composita, explanantur, fundantur, & resolvuntur.

DECISIO II. *Civitatis Castelli supplementi legitimæ.*

Computantur fœminæ ad effectum calculandi quantitatem legitimæ, & licet exclusæ sint a Statuto, faciunt partem masculorum favore.

DECISIO III. *Æsina. fideicommissi.*

Dotes filiarum fideicommittentis, tanquam æs alienum

detrahuntur, nec in filiorum legitima imputantur, sive Statutum fœminas intuitu dotationis excluserit, sive simpliciter propter masculos.

DECISIO IV. *Assisien. fideicommissi.*

Exclusionem Statutariam fœminarum propter masculos non impedire quin illæ admittantur ad faciendam partem, & augendam legitimam ad favorem eorundem masculorum, quoties id filiis masculis expedit, juxta communiorem opinionem firmat hæc decisio.

DECISIO V. *Viterbien. legitimæ.*

Argumentum patet ex summario.

DECISIO VI. *Romana legitimæ.*

Agitur de eadem materia, quæ in antea notatis decisionibus pertractatur.

DECISIO VII. *Nepesina legitimæ.*

Fœminas a Statuto propter masculos exclusas numerari ad augendam legitimam deciditur; in quo prævalet votum masculorum illas numerare volentium. Statutum Nepesinum excludens fœminas declaratur; nec non agitur de probatione domicilii ad effectum validitatis testamenti.

DECISIO VIII. *Romana seu Firmana successionis.*

An Constitutio præclarissimi Pontificis Innocentii, hujus nominis Undecimi, super confirmatione Statutorum, quæ fœminas ab intestato excludunt, comprehendat, viresque obtineat quoad hæreditates Clericis delatas ante promulgatam Constitutionem, & in foro pendentium tempore quo Constitutio fuit promulgata, juxta casum pertractatum a Card. de Luca *in comment. ejusdem constitutionis*, §. 7. pluraque hæc decisio peragit circa repræsentationem, an nempe filius gradum seu potius ascendentis personam repræsentet.

DECISIO IX. *Urbevetana supplementi legitimæ.*

Statuta fœminarum exclusiva quomodo sint interpretanda.

DECISIO X. *Florentina Pensionis.*

An pensiones nulliter exactæ restituendæ sit ab initio, vel a die motæ litis, ad notatum *cap.* 10. Card. de Luca *in tract. de pension. Ecclesiasticis.*

* ALLEGATIO RESPONSIVA D. Advocati Ferdinandi de Valentibus, *in causa Florentina successionis de Ricasolis.*

Statutum Florentinum excludens fœminas propter agnatos masculos usque ad sextum gradum inclusive, suffragari non potest agnatis extra dictum gradum existentibus; nec isti proximitatem gradus desumere possunt a matre, licet ista sit nupta in agnatione, quando ejus vir non est de agnatis intra gradum a Statuto contemplato existentibus.

* DECISIO Rotæ Senen. *Fideicommissi de Forteguerris.*

De Theorica Cumani, *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de l. in l. Gallus, §. quidem recte, ff. de libr. & posthum.* Et discutitur pro recessu ab hac Theorica, ex quibus verbis, vel conjecturis colligatur animus testatoris, ut vocatio alicujus, ejusque descendentium, non expiret per vulgarem in primo limine, & ingressu descendentiæ, sed tractum habeat successivum per fideicommissariam.

* EADEM *super purificatione fideicommissi.*

Appellatione hæredum, & descendentium in substitutionibus, quando veniant fœminæ hæredes sanguinis, quantumvis hæredes non sint rei familiaris.

* EADEM *super mobilibus, & animalibus.*

Quo mobilia, & animalia cadant sub fideicommisso, itaut a gravato restituenda veniant substitutis.

INDEX DECISIONUM.

A

Æsina fideicommissi, 28. *Maii* 1628. *Pirevano*, Dec. III.

Assisien. fideicommissi, 28. *Maii* 1629. *eodem*, Decisio IV.

C

Civitatis Castelli supplementi legitimæ, 25. *Junii* 1604. *Lancellotо*, Dec. II.

F

Florentina successionis ab intestato de Ricasolis, Decis. I.

Florentina Pensionis, 12. *Jan.* 1699. *Olmo*, Dec. IX.

* Florentina Successionis de Ricasolis, *Allegatio responsiva Dom. Advocati Ferdinandi de Valentibus*, post Dec. X.

N

Nepesina Legitimæ, 26. *Aprilis* 1697. *Muto*, Dec. VII.

R

Romana Legitimæ, 23. *Jun.* 1696. *Molines*, Dec. VI.

Romana seu Firmana successionis, 10. *Decembris* 1698. *Ansaldo*, Dec. VIII.

S

* Senen. Fideicommissi de Forteguerris, *Jovis* 29. *Martii* 1708. Decisio Rotæ Senen. *in fine*.

* Eadem super purificatione fideicommissi, *ibid.*

* Eadem super mobilibus, & animalibus, *ibid.*


FLORENTINA

Successionis ab intestato

DE RICASOLIS

21. *Aprilis* 1707.

EQUES BINDACCIUS Baro Trappulæ, & Arcis Guicciardæ



ARGU-

A R G U M E N T U M.

Ad intestatam successionem defuncti ex reformatione Statuti Florentini *lib. 2. rubr.* 130. delatam agnatis masculis usque ad sextum, & octavum gradum respective, admittuntur agnati masculi existentes in tertio gradu per medium defuncti sororis nuptæ in ejus familia, & agnatione, cujus gradus hoc in casu dicitur agnatitius, & agnationis conservativus; proindeque summo jure sit pertinens, & habilis ad constituendam in filiis proximitatem a Statuto requisitam adversus alios agnatos per media masculina proximiores, multoque magis adversus fœminas extraneis nuptas, itemque masculos cognatos, quæ, vel qui ab eodem Statuto excluduntur. Additur ideo certius sibi locum vindicare, quando vocatio agnatorum non restringitur ad certam speciem, lineam, seu columnellum; sed sit directa ad agnatos, & agnationem in genere sumptam, non curata limitatione ad certum gradum, quæ potens non est genus ipsum immutare, minusque attento, quod dicti filii sororis agnati sint ex parte patris remotiores, ac extra gradus Statuti, cum sufficiat, quod de tempore apertæ successionis habeant in eorum personis unitas omnes qualitates exoptatas, tuncque sint agnati, masculi, & intra gradus a Statuto præscriptos, licet ex latere materno, per quod fini, & rationi conservandi agnationem habitæ a Statuto æque satisfit, ac si essent conjuncti per masculum. Rursus ostenditur exclusionem sororis, & ejus filiorum, de qua in prædicto Statuto, & reformatione, cessare in casu, quo ipsa sit nupta in agnatione, eamque minime obstare filiis masculis agnatis, qui apti sunt familiam conservare, ac in verbis, & spiritu capitis inclusivi ex propria persona comprehenduntur. Demum fuse demonstratur, Statutum, & reformationes memoratas, in vocatione agnatorum non coarctare requisitam proximitatem ad media masculina, minusque excludere, sed potius includere verbis, & mente gradum fœminæ nuptæ in familia, ne alias multa, & quidem maxima, sequantur absurda in Statuti interpretatione omnino vitanda. Hæc, aliaque plura in proposita materia successionis agnatitiæ, necnon Statuti fœminarum exclusivi, prout fideicommissi, majoratus, & feudi, ac similium perspicua claritate, acumine, & doctrina, in hac magistrali decisione, calamo undequaque felici Illustrissimi Dom. Relatoris composita, explanantur, fundantur, & resolvuntur.

S U M M A R I U M.

1 *Habilitas in successionibus ab intestato tam ex lege, quam ex Statutis, consideratur de tempore obitus personæ, cui succeditur, & n. 2.*

3 *Habilis ad succedendum ex statuto reputatur, qui de tempore successionis agnatum masculum, & intra limites gradus dispositi se esse demonstrat.*

4 *Transversales ultra decimum gradum defuncto conjuncti, gentiles potius, quam agnati dici debent; sed contrarium infra.*

5 *Gradus, qui metitur a matre, in dispositionibus agnatitiis reputatur impertinens; sed contrarium ex seqq.*

6 *Agnati dicuntur, qui ab eodem antiquo stipite per virilem sexum simul cum defuncto se provenire docent, & n. 95.*

7 *Non attento, quod sint inter se transversales linea contentativa, & ultra decimum gradum.*

8 *Gradus agnatorum durant usque in infinitum.*

9 *Jus agnationis, & sanguinis, uti a natura proveniens, perpetuum, & incommutabile recensetur.*

10 *Auctoritates contraria loquuntur ad effectum succedendi, non autem perimendi qualitatem agnatitiam, quæ in illis immutabiliter perseverat.*

11 *Jus, & nomen gentilium usu sublatum, & agnatis non convenire demonstratur.*

12 *Gradus fœminæ in agnatione nuptæ est pertinens, & ex eo filius ad successiones agnatitias est omnino admittendus, & n. 81. ubi de magis communi sententia, & n. 96. & n. 99. ubi in successione statutaria.*

13 *Fœmina nupta in agnatione non est, nisi propriæ familiæ, imo illam continuat in filiis, in quibus verificatur ratio agnationis, eaque recipit propagationem, incrementum, & perpetuitatem, & n. 85.*

14 *Per medium fœminæ ita nuptæ agnatio conservatur.*

15 *Licet per fœminas agnatio conservari non soleat, tamen quando illa vocantur cum onere nubendi in familia, mens, & votum conservandi agnationem magis effulget.*

16 *Ex text.* Num. cap. 36. vers. 7. & 8. *præcipitur fœminas de eadem tribu, & familia maritos accipere, ut hæreditas permaneat in familiis.*

17 *Sacra hujusmodi sanctio in quæstione fœminæ nuptæ in agnatione laudatur.*

18 *Inter descendentes ab eodem stipite masculino creari non valet cognatio, pro qua est necessaria conjunctio sanguinis inter plures, easque diversas familias.*

19 *Repugnat, quod gradus fœminæ nuptæ in familia conservet agnationem, & tribuat filiis successionem agnatitiam, quandoque sit impertinens, & cognatitius.*

20 *Fœmina ita nupta non solum agnationem, sed etiam gradum conservat.*

21 *Gradus fœminæ nubentis in familia habetur in filiis agnatis, ac si esset ex masculo, ad effectum successionis.*

22 *Filii ex hujusmodi connubio procreati trahunt a matre non solum proximitatem, sed etiam agnationem, & sunt ex utroque parente agnati.*

23 *A fine tanquam causa causarum desumitur ratio, & qualitas eorum, quæ ordinantur ad finem, & ita sunt interpretanda omnia ad eundem finem ducentia.*

24 *Causa, & effectus sunt ejusdem naturæ.*

25 *In filiis fœminæ nuptæ in familia concurrunt omnia verba, & qualitates exoptatæ ad succedendum, quia sunt agnati, masculi, & intra gradum præscriptum, & n. 143.*

26 *Agnatis in genere, non autem in specie vocatis nemo dubitat de habilitate gradus fœminæ nuptæ in familia, & de successione filii, mediante ejusdem gradus proximitate.*

27 *Vocata familia in specie, si mulier nubat extra columnellum vocatum, non verificatur qualitas, quod bona conserventur in ea; vocata vero familia in genere, filii proximioris ex parte matris succedant, quia in eis omnes qualitates verificantur.*

28 *Vocatio agnatorum usque ad sextum gradum dicenda est potius in specie, quam in genere; sed contrarium firmatur n. seqq.*

29 *Signum distinguens agnationem in genere ab agnatione in specie non consistit in restrictione ad certum gradum, sed ad certam lineam.*

30 *Dictio*, seu, *est præcedentium declarativa, & n. 104.*

31 *Doctor debet intelligi secundum authoritates, quas allegat.*

32 *Vocatio agnatitia absoluta qualificat totam dispositionem; si vero restricta ad certos gradus, vel lineas, partem tantum dispositionis informat, et dicitur limitata.*

33 *Agnati, de quacunque sint linea, succedunt, dummodo de tempore successionis intra limites a Statuto præscriptos existant.*

34 *Restrictio ad certum gradum non immutat vocationem in genere, sed eam tantum coarctat ad effectum succedendi.*

35 *Ubi vocantur agnati ad successionem transversalis, vocatio non potest intelligi, nisi in familia contentiva in genere sumpta.*

36 *Statuentes nulla privata affectione moventur, sed in genere agnationem contemplantur.*

37 *Magis ample, quam fiat per testatores, in quorum dispositione sæpe stat pro ratione voluntas.*

38 *Familia aliena suis bonis debent esse contenta.*

39 *Agnati existentes ultra gradum præfixum, non sunt de genere vocato, et pro extraneis a Statuto habiti videntur; sed infra late explicatur.*

40 *Ratio conservandi bona in agnatione debet ad dictum gradum restringi, nec ultra ad alias personas, et gradus protendi.*

41 *Filii ex matre nupta in familia obtinent omnes qualitates independenter a Patre, et considerandi sunt, prout sunt in se, non attenta insuccessibilitate genitoris.*

42 *Agnationis conservatio æque per agnatum remotum, ac per agnatum proximum, habetur.*

43 *Statutum prospiciens agnationis, favorabile reputatur.*

44 *Statutum idem restringit gradum agnatorum, ut diligent.*

generet in odiosum excludendo fœminas ob agnatos remotissimos.

45 *Gradus defectus non percutit lineam, sed tantum personam; nec transit in filium, qui aliunde potest illum adipisci, & ex nova qualitate successionem obtinere.*

46 *Vocatio proximioris communiter in genere reputatur.*

47 *Eoque licet in abstracto coarctetur ad decimum, & sic ad certum gradum,*

48 *In concreto tamen ad unicum restringitur,*

49 *Itaut predicetur tantum de eo, quem nemo in gradu precedit.*

50 *Et nedum remotiorum vocationem non importat, sed omnimodam exclusionem præsefert.*

51 *Filius fœmina in fami ia nuptæ, licet ejus Pater non sit vocatus, sed exclusus, vincit agnatum per medi a masculum proximiorem, & obtinet successionem ex majori proximitate matris, & n. 52.*

52 *Proximitas sola, & gradus maternus filium agnatum ac exclusio efficit inclusum, ac de inaccessibili successibilem, & totum facit, cum excludat agnatum agnatitium alterius, qui dictum filium ex latere patris remotiorem excludebat.*

54 *Prælatio de necesse supponit habilitatem ad succedendum, & qui præfertur, vere succedit, & n. 116.*

55 *Idem gradus esse non potest modo habilis ad repellendum agnatum masculum conservationi agnationis idoneum, modo inhabilis ad arcendam fœminam in aliena familia collocatam, & conservandæ agnationis incapacem.*

56 *Vocatio familiæ in specie castricta ad certam lineam, suapte natura omnium aliarum exclusionem importat.*

57 *Talis exclusio dicitur linealis, afficiens omnes provenientes a linea exclusa.*

58 *Filius fœmina nupta extra lineam vocatam excluditur non ex inhabilitate gradus, sed ex incapacitate lineæ, ut supra exclusa, & n. 131.*

59 *Idemque procedit, quando plures lineæ fuerunt gradatim una post aliam substitutæ; tunc enim in concursu lineæ prædilectæ non potest admitti masculus lineæ remotioris, quamvis descendens a fœmina proximiori.*

60 *Jus proximitatis potest aliunde filio obvenire, quam ex parte, a qua provenit agnatio, & num. 121.*

61 *Qualitates, & in causa efficiente divisas, sat est uniri de tempore successionis in persona filiorum, in quibus faciunt unum integrale, individuum, & perfectissimum ad succedendum.*

62 *Verba negativa fortius negant, quam affirmant affirmativa.*

63 *Verba universalia videntur omnes comprehendere, & nullos excipere.*

64 *Verborum amplitudo secundum eorum rationem, & causam, & secundum subjectam materiam intelligi, & limitari debent.*

65 *Dictio,* quomodocunque, *restringitur ad modum proportionabilem materiæ, de qua agitur, & cessat cessante ratione, & mente statuentium.*

66 *Soror cum filiis excluditur, quatenus transiens in alienam, est finis propriæ familiæ, & agnationem non conservat.*

67 *In sorore in familia nupta, & plenius in ejus filiis cessat ipsa exclusio capitis exclusivi, & n. 111.*

68 *Absurdum est, quod provisio statutaria emanata in favorem agnatorum, in eorum odium retorqueatur.*

69 *Exclusio statutaria in capite duntaxat filios fœminæ cognatos, non autem agnatos, & ubi tales in capite inclusivo designatos.*

70 *Caput inclusivum agnatorum existimatur favorabile, latioremque patitur interpretationem, & extensionem, quam caput exclusivum, & n. 71. ubi agitur de exclusione sororum.*

72 *Persona inclusa debet principaliter attendi, utpote quæ est vera, & unica causa exclusionis reliquorum.*

73 *Reprobantur* Bellon. jun. conf. 2. num. 78. Beroius conf. 96. lib. 2. Soccin. jun. conf. 15. lib. 4. Theodor. alleg. 68.

74 *Doctores, qui eorum responsis contrariam sententiam reportarunt, in nihilo merentur attendi.*

75 *Item rejicitur* Curt. jun. conf. 117. colum. 3. lib. 1.

76 *Explicatur* Trentacinq. conf. 9. num. 18. & seqq.

77 *Auctores in tractatibus majorem merentur fidem, quam in consiliis, quæ ad opportunitatem clientis solent exarari.*

78 *Declarantur, & retorquentur plures aliæ auctoritates.*

79 *Enucleatur* Pegal. de majorat. part. 2. cap. 4. n. 123. & 147.

80 *Declaratur, & partim redarguitur motivum in Florentina fideicommissi de Medicis.*

82 *Sententia magis communis vim legis sortitur, & tanquam lex potest allegari.*

83 *Et dicitur continere jus clarum.*

84 *Interpretatio Doctorum pro lege allegari potest in casibus, in quibus jus scriptum in specie non prospexit.*

85 *Satis dicitur jure cautum, quod venit ex argumento contrario sensu continente casum legis, & tanquam literalem textus dispositionem.*

86 *Ex lege dicitur non solum, quod venit ex lege, sed etiam, quod venit ex ratione, & sententia legis.*

87 *Satis* Card. de Luc. de feud. disc. 13. n. 27. de fideic. disc. 6. & 23. utrobique n. 1

88 *Respondetur* Thesaur. q. 100. lib. 1.

89 *Duplicitas vinculi non operatur, nisi in æqualitate gradus, qui nedum debet esse pertinens, sed exclusivus alterius concurrentis.*

90 *Pro duplicitate vinculi proximiore spectanda est quoad personam primi acquirentis, non notent ultimi possessoris.*

91 *In Statutis vocatio agnatorum intelligitur de masculis ex masculis, sed declaratur infra, num. 97. & seqq.*

92 *Dictio,* aliis, *designat similitudinem conformem personis antea in dicto capite numeratis.*

93 *In Statutis gradus non consideratur respectu sanguinis, sed successionis; ideoque non potest desumi a fœmina insuccessibili, sed contrarium, n. 106. & seqq.*

94 *Vocatis agnatis masculis ex linea masculina, excluduntur tam fœminæ ratione sexus, quam earum filii, licet agnati, cum descendant ex linea fœminina, sed explicatur infra, n. 118. & seqq.*

97 *Vocatio agnatorum intelligitur de masculis ex masculis in fideicommissis pro conservatione agnationis ordinatis.*

98 *Auctoritates loquentes de fideicommissis agnatitiis, militant etiam in terminis statutariæ successionis ab intestato.*

99 *Reformatio Florentina de novo, ac principaliter complectitur omnes agnatos omissos in antiquo Statuto de primo usque ad sextum, vel octavum gradum.*

100 *Dictio,* aliis, *de sui natura includit res, & personas adversas.*

101 *Et in materia favorabili non se restringit ad similia ejusdem qualitatis, sed stat ampliative.*

102 *Particula,* etiam, *est ampliativa ad personas, & casus diversos, & majores expressos.*

103 *Ex dictione,* aliis, *similitudo promanans satis est, quod verificetur quoad finem disponentis.*

104 *Nec illa debet intelligi contra naturam subjectæ materiæ, & ne sequantur absurda.*

105 *Verbum,* masculis, *adjectum personis in eadem oratione non alterat gradum, sed informat subjectum, ut nonnisi masculi ad successionem debeant admitti.*

106 *Soror in primo capite Statuti Florentini dicitur vocata, cum inter personas excludentes numeretur.*

107 *Gradus dicitur pertinens, ubi derivat a persona invitata prælative ad remotiores.*

108 *Vocatio sororis contenta in priori Statuto, illæsa, & præservata remanet a sequenti reformatione in pluribus casibus.*

109 *Sufficit sororem aliquo casu, & tempore vocari, ut illius gradus filio suffragetur.*

110 *Exclusio intelligitur ad limites causæ.*

111 *Filii matris exclusæ ratione sexus debent admitti ex propria persona, & succedunt non in jus, sed in locum matris tanquam vacantem, idque habent a lege, non a matre.*

113 Dec. 89. p. 6. dec. 53. p. 7. rec. *optime declarantur, & conciliantur.*

114 *Masculus ex masculo præfertur masculo ex fœmina in pari gradu.*

115 *Dictio,* quamvis, *est adversativa in his, quæ sunt ejusdem generis, seu qualitatis.*

117 *Ref.*

117 *Respondetur* Ursell. concl. 81. numer. 5. in apostill, margin.

118 *Dictiones, de, &, ex, causam productivam, & materialem designant.*

119 *Etiam remotam, & remotissimam.*

120 *Verbum* stirpis *nil pertinet ad gradum, & proximitatem.*

122 *Idem est dicere agnatos, ac descendentes per lineam masculinam, cum non detur unum sine alio.*

123 *Synonyma, quae non diversificantur in sensu, nec etiam in effectu, & jure successionis variari debent.*

124 *Declaratio essentiam, & naturam declarati non immutat.*

126 *Adoptivi, arrogati, & filii sororis, in antiquis dubium erat, an sub simplici agnatorum appellatione comprehenderentur in Statutis.*

127 *Repugnat, quod in eodem contextu Statuti simul, & semel duo emergant contraria, videlicet sororis admissio, & ejus gradus rejectio.*

128 *Correctio immediata non praesumitur, semperque est evitanda.*

129 *Admissio literalis, & certa, per exclusionem conjecturalem, & incertam non est admittenda.*

130 *Linea accipitur effective, & determinate, dato aliquo certo stipite, veluti quando proprie, aut haeredis linea vocatur.*

132 *Linea accipitur contentive, quando vocantur agnati ex linea masculina simpliciter, & indefinite absque adjuncto stipitis, qui designet originem.*

133 *Reformatio Florentina vocans agnatos post extinctionem lineae effectivae, & contentivae proximae, caeteras omnes, licet remotas, sub eo nomine continet.*

134 *Substantia, & effectus rerum est unice attendendus.*

135 *Linea masculina contentiva idem importat, quod vocare agnationem in genere.*

136 *Filius ex persona patris descendens per masculos, juncta proximitate ex materno latere, admittitur ad successionem sub nomine lineae, vel agnationis masculinae contentivae vocatae.*

137 *Vocata linea contentiva in genere, non habetur respectus ad lineas particulares, sed ad totam agnationem, tanquam unicum corpus.*

138 *Linea qualitatis agnatitiae differt a linea recta substantiae, quod haec est regularis, & descensiva de patre in filium: illa vero est vaga, & indeterminate currens, donec inveniatur habens qualitates requisitas una inspecto, unde sumantur.*

139 *Agnatio proprie non habet lineam, sed improprie.*

140 *In linea qualitatis habens qualitates exoptatas sufficit in ea unum punctum, non attenta mixtura, & salta de una materiali linea ad aliam.*

141 *Qualitas gradus masculini adjunctum agnationis notabiliter alterat; idcoque sine speciali nota, & expressione, consulto omissa reputatur.*

142 *Verborum proprietas semper custodienda, & nunquam deserenda est, nisi evidenter constet de contraria sensu disponentis.*

144 *A verbis non receditur propter subtiles interpretationes.*

145 *Verba generaliter, & secundum eorum naturam debent intelligi, & nunquam restringi: et magis, quando menti, & fini statuentium inserviunt.*

146 *Casus omissus, sub dispositione juris communis est relinquendus.*

147 *Ut casus in Statuto dicatur specifice expressus, sufficit, quod aliquo modo comprehendatur sub generalitate verborum.*

148 *Eademque comprehensio concurrit ex vi rationis, sub qua casus inclusus habetur pro expresso.*

149 *Absurdum est, quod sit contra finem, & rationem Statuti; nam qui vult finem, vult etiam omnia, per quae pervenitur ad finem.*

150 *Absurdum sequeretur, si soror extra familiam nupta succederet exclusive ad agnatos remotiores, & illius filii agnati masculi proximiores excluderentur a dictis agnatis, ex eodem gradu foeminino jam exclusis.*

151 *Absurdum est in Statuto, quod agnatus in pari gradu proximitatis excludat alium agnatum ex sorore nupta in agnatione acceptum defuncti, & sic remotior, & minus dilectus, proximiori, & magis dilecto praeferatur.*

152 *Absurdum est ampliare in Statuto caput exclusivum odiosum, praesertim cessante causa odii, & exclusionis, & e converso restringere caput exclusivum favorabile, & extendendum, itaut non comprehendat gradum agnationis conservativum sub verbo, & ratione comprehensum.*

153 *Interpretatio capienda est in Statuto, quae removet absurda, illudque reddit rationabile, & fini agnationis conforme.*

DECISIO I.

OPulenta D. Baronis Bracii ex Nobilissima Familia de Ricasolis nuper absque ulla suae mentis & testatione defuncti successio, anceps, & pro sui raritate plurium, & quidem laudatissimorum scribentium responsis illustrandum excitavit judicium inter Dominam Magdalenam de Ricasolis viduam quondam Domini Alexandri del Sera, memoratique Baronis sororem, ac quinque ex olim Domina Cassandra altera sorore ejusdem neptes ex una, necnon DD. Barones Bettinum, & Octavianum de Ricasolis pariter ex eadem Domina Cassandra illius nepotes masculos ex altera; contendentibus hinc dictis Dominis Baronibus eandem successionem sibi, tanquam agnatis, vigore Statuti, & reformationis Florentinae fuisse delatam; inde vero dictis DD. sorore, & neptibus, Statuto, ejusque reformatione cessante, dictam successionem pro rata ad limites juris communis ad eas quoque pertinere; unde instructo processu, & consequenter hujusmodi cognitione nobis per supremum Magistratum ad referendum commissa, re saepe ad trutinam redacta, tandem sub die 9. Aprilis proposito dubio super dictae successionis pertinentia, DD. Baronum Bettini, & Octaviani petitis annuendum esse concordi voto retulimus.

Exploratì enim juris est, habilitatem in successionibus ab intestato tam ex lege, quam ex Statutis ineundis considerari de tempore obitus personae, cui succeditur, ad tex. in l. si cognatis, vers. certe, ff. de reb. dub. l. interveniente, ff. de legat. praestan. l. post consanguineam, §. Proximum, ff. de 1
suis, & legit. hered. l. prima, ff. unde legitimi, §. Proximiores; instit. de legit. agnat. success. Censal. ad Peregr. art. 29. vers. Ex quibus, Ruinus de incomp. part. 1. cap. 4. num. 25. & 26. Grivell. decis. Dolan. 135. num. 75. & individui agnati volentis ex Statuto succedere exclusis foeminis, firmat Brun. de Statut. femin. exclus. art. 11. num. 86. in fin. & n. 149. & 291. Paris. cons. 78. n. 30. lib. 2. Carpan. de Sta- 2
tut. Mediol. part. 2. cap. 278. num. 50. adeout succedere intentos ex Statuto vocante masculos usque ad certum gradum, habilis reputetur, si de tempore apertae successionis utramque qualitatem, scilicet se esse agnatum masculum, & intra limites gradus dispositi, obtinere demonstret, ut post Dec. cons. 13. numer. 5. vers. Et in isto casu, Roland. cons. 3. n. 21. lib. 3. Bcc. cons. 137. num. 7. scripsit Pigmatel. 3
ad statut. Ferrariae rubr. 139. num. 16. vers. Item agnatum, Gob. de jur. intest. success. observ. 23. num. 4. & 5. idcoque cum ad exclusionem sororis, & neptium defuncti reformatio nostri Statuti invitet agnatos masculos usque ad sextum gradum inclusive, & DD. Barones Bettinus, & Octavianus sint agnati masculi, & intra limites gradus a Statuto praescripti, utique in eis qualitates per Statutum exoptatas adesse ad mentem supradictarum auctoritatum non fuit dubitatum.

Quidquid ex adverso fuerit attentatum, dictos DD. Barones tum agnatitia, tum gradus qualitate carere.

Agnatitia nempe ex eo, quod cum attento latere patris sint transversales, & ultra decimum gradum defuncto conjuncti, gentiles potius, quam agnati dici debeant, ex Cujac. in operib. posthum. tom. 4. par. poster. ad tit. 16. lib. 50. de 4
verb. signif. in l. alienationis 28. vers. sit etiam, ut ostendit lib. 53. hic, & e. pag. 547. impress. Paris. anni 1658. ibi, sit etiam ut ostendit lex 53. hic in l. 12. Tabul. hae verba agnatorum, gentiliumque pro distinctione accipiantur, &c. Marthesil. de success. ab intestat. 3. art. princ. num. 30. Sigon. de antiq. jur. civili. Roman. lib. 1. cap. 7. vers. his rebus.

Gradus vero, ex quo cum DD. Barones illam intra limites Statuti metiantur duntaxat a matre, iste in dispositionibus ad conservationem agnationis ordinatis reputetur, & sit impertinens, ex innumeris fere congestis in Motiv. D. Aud. Marioni, & in Florentina fideicommissi de Medicis die 20. Martii 1616. Lib. Motiv. 96. a 262. impressis in prima juris Dom. Advocati Jacobi de Rillis, & in terminis foeminae nuptae in agnatione, per Curt. jun. consil. 117. col. 3. vers. circa secundum, Soccin.

jun.

jun. *conf.* 13. *lib.* 4. *per tot.* Bero *conf.* 96. *per tot.* & signanter *num.* 15. *vers. fecus ergo quando vel per Statutum volum.* 2. Rugger. *conf.* 37. *lib.* 2. *num* 26. 27. & 33. Decrao. *respons.* 1. *numer.* 292. & *seqq. lib.* 1. Theodor. *allegat.* 86. Bellon. jun. *cons.* 2. *num.* 78. & *seqq.* Trentacinq. *conf.* 9. *num.* 12. & 12. Prat. *discept.* 4. *per tot.* Thesaur. *quæst. forens.* 100. *part.* 1. Decisio Sicula apud Card. de Luc. *de feud. num.* 392. & in eadem causa idem de Luca *ibid. disc.* 13. *num.* 27. & *de fideicomm. disc.* 6. Rot. *decis.* 84. *num.* 17. & *seqq. part.* 5. *recent.* & in Romana fideicom. de Albertinis 6. Junii 1704. coram Omana, *vers. minus refert*; necnon in Florentina fideicomm. Lunæ 14. Decembris 1705. §. *Firmata perpetuitate, cum quatuor seqq.* coram Scotto, & in similibus terminis, Statuti scilicet Januensis vocantis agnatos masculos usque ad quartum gradum, Rota *decis.* 89. *n.* 6. *ad* 13. *part.* 4. *et decis.* 53. *a n.* 1. *ad* 9 *part.* 7. *rec.*

Etenim quod attinet ad qualitatem agnatitiam, cum satis in personam DD. Baronum Bettini, & Octaviani concurrere Domini existimarunt, cum ab eodem antiquo stipite, scilicet D. Equitis Bindaccii de Ricasolis Baronia Trappulæ, & ascia Guicciardæ, per virilem sexum insimul cum defuncto per Arborem Genealogicam legitimis documentis verificatam provenire docuerint, ad text. *in*
6 *l.* 2. §. 1. *ff. de suis, & legit. hered.* §. 1. *instit. de legit. agnat. tutel.* Non attento, quod sint inter se transversales lineæ contentivæ, & ultra decimum gradum, Tors. *de major.*
7 *part.* 1. *cap.* 38. *num.* 3. Andreol. *controv.* 337. *num.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 362. *num.* 3 & *seqq.* Massin. *de confiscat. bon. quæst.* 19. *num.* 12. 38. & 68. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 20. Barry *de success. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 49. Rot. coram Cerr. *decis.* 321. *numer.* 23. coram Celso *dec.* 341. *num.* 3. coram Mellio. *decis.* 609. *circa fin.* & *decis.* 342. *n.* 12. *part.* 18. & *decis.* 714. *num.* 9. & 5. *eadem part.* 18. *tom.* 2. *recent.* Escob. *de purit. quæst.* 4 §. 1. *num.* 10. & *num.* 49. ubi, quod gradus
8 agnatorum durant usque in infinitum ex eo, quia jus agnationis, & sanguinis, uti a natura proveniens, perpetuum, & immutabile recensetur, juxta text. *in l. jus agnationis,*
9 *ff. de pactis*, Rot. *decis.* 151. *num* 7. *part.* 3. *rec.* Et si quæ forte auctoritates agnationem ultra decimum gradum non protrahi tradiderint, ex debent intelligi, prout loquuntur, quoad jus succedendi dumtaxat, quod est variabile; non autem ad effectum abolendi, & perimendi qualitatem agnatitiam, quæ immutabiliter perseverat in illis, qui per virilem sexum adhuc conjunguntur, ut, præ-
10 ter alios, firmat Cujac. *ipse ad l. alienationis* 28. *ff. de verb. signif. tom.* 2. Vino. *in instit. de legit. agnat. success.* §. *Sunt autem, vers Fratresque patrueles*, & articulo plena discusso, Scacc. *resp.* 75. *n.* 5. 6. & 7. Lancell. Gall. *cons.* 16. *num.* 30. Tiraqu. *in l. si unquam, verbo, donatione largitus num.* 3. 8. & *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 29. adeo ut ex præmissis pateat, stulta ea adversa ad jus, & nomen gentilium convolari, quod usu sublatum, a foro exulare, & Dominis de Ricasolis haud convenire, legibus, & antiquitate funditus perscrutata demonstrant doctissimi
11 viri, nempe R. P. D. Severolus in suo responso apud Bersan. *de ult. volunt. impresso ex num.* 73. *ad* 82. necnon Doctor Cæsareus Salmanticen. D. Joannes Antonius Samaniego in sua juridica defensione typis mandata *sect.* 1 *n.* 21. & *plur seqq.* & *per tot.* ubi objecto in sensu Dominorum plene satisfecerunt, etiam quoad eruditionem.

Quæ vero ad qualitatem gradus acriter exadverso oppugnatam, quidquid in fideicommissis, & Statutis pro conservatione bonorum in agnatione ordinatis, gradus feminæ extraneæ, & in alienam familiam traductæ, quæ nihil agnationis conferens potest filiis communicare, dicatur, & sit impertinens, in quibus terminis loquitur Moniv. Dom. Auditoris Marioni (non tamen sine contradictione plurium magni nominis scribentium) super controversia successionis defuncti fratris inter fratrem consanguineum, & utrinque conjunctum vertente, necnon doctrinæ copioso calamo ibidem cumulatæ, & quidquid insuper idem procedere in themate præsenti Domini exadverso informantes attentarint cum auctoritatibus supra in objecto allegatis, quarum aliquæ retorquentur, aliæ extra casum versantur, & si quæ forte in terminis nostris loquantur, fuerunt in judicio a Tribunalibus rejectæ, prout infra suo loco ostendetur; prævaluit apud Dominos contraria sententia, utpote frequentiori scribentium, & rationum auctoritate munita, quod nempe gradus feminæ in agnatione nuptæ sit pertinens, & ea en filius ad successiones agnatitias omnino sit admittendus, ut distinguendo gradum feminæ, quæ in alienam, a gradu ejus, quæ in propriam familiam transit; tradunt Racc. de Curt. *de jurepatron. verb. alicui competens num.* 2. Cassa- 11
dor. *de jurepatron. decis.* 1. *circa fin.* Joann. Aloys. Ricc. *in prax. jurispatron. resp.* 232. *numer.* 2. & 4. Soccin. sen. apud Bruo. *cons. feudal.* 10. *numer.* 4. & *seqq.* Molphes. *conf.* 18. *num.* 19. *part.* 2. de Pont. *conf.* 154. *sub num.* 26. & 30. Cravett. *consil.* 831. *num.* 3. *vers. qua verba*, Mandell. de Alba *conf.* 87. *num.* 8. Odd. *conf.* 46. *num.* 60. Menoch. *consil.* 730. *numer.* 12. & *antea conf.* 680. *n.* 25. & 26. Strell. apud Fusar. 12
conf. 19. *num.* 13. 14. & *seqq.* Guidobon. *advoc.* 100. *num.* 12. Altimar. ad Rovit. *conf.* 17. *n.* 2. & 6. *lib.* 1. Cafanat. *in suo conf.* pro Duce Sermonetæ *art.* 2. *num.* 151. & *seqq.* Actolin. *resolut.* 13. *n.* 18. *in fin.* de Matin. *resolut.* 131. *n.* 19. & 20. ibique de Luc. *n.* 16. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 9. *et* 20. Alvard. *de conject. ment. defuncti lib.* 2. *capit.* 1. §. 1. *n.* 131. Fusar. *de substit. quæst.* 404. *num.* 12. *et seqq.* Trentacinq *de substit. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 10. Paschal. *de patr. potestat. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 74. 75. *et* 76. Capan. *de fideicomm. mascul art.* 4. *inspect.* 1. *num.* 11. Adden. ad Rox. *de incompat. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 342. *et seqq* Rodoer. *ad pragm.* 33. *de feud. cap.* 4. *num.* 2. *et seqq.* Greg. Lopez *in* 6. *partida tit.* 13. *de success. ab intest. qu.* 11. Bottiglier. *de success. ab intest. cap.* 1. *theor.* 2. *n* 64. *et seqq.*

Ea nimirum, quam afferunt, & exornant, ratione, quia fœmina nupta in agnatione non est finis propriæ familiæ, imo illam continuat in filius, ut limitando text. 13
in l. pronunciatio, §. *familiæ, ff. de verb. signific.* cæteris melius in individuo probant, Cravett. *conf.* 656. *num.* 10. *et* 11. *et conf.* 831. *num* 3. *vers. Si dixeris*, Faber. in Cod. *lib.* 6. *tit.* 22. *definit.* 27. *in notis num.* 2. Thor. in addit. ad Pont. *de potest. proreg. titul.* 9. *numer.* 33. *in fin.* Peregr. *conf.* 50. *numer.* 4. *vers. Et in terminis lib.* 3. Joan. Aloys. Ricc. *resolut.* 158. *n.* 4. *et* 5. *resol.* 169. *num.* 4. Salgad. *in l. polit. lib.* 2. *capit.* 14. *num.* 64. *et seqq.* Cravett. *consil.* 877. *numer.* 2. 3. 4. *in fin.* Raudens. *var. capit.* 39. *num.* 409. Barbos. *appell.* 99. *num.* 32. Mangil. *de impor. quæst.* 59. *num.* 5. Pizzar. *in suo disc. legat.* post Vit. Vir. Illustr. lod. *in not. margin. lit. C.* qui omnes ulterius unanimi voto profitentur, in ejus filiis rationem agnationis conservandæ verificari, & familiam ab ea recipere propagationem, incrementum, & perpetuitatem, & unico verbo rem absolvendo, præcise concludunt tali medio agnationem conservari, præter Cravett. Peregr. Salzed. Raudens. Barbos. 14
Mangil. & Pizzar. mox allegatos, de Pont. *conf.* 154. *n.* 26. Menoch. *conf.* 680. *num.* 26. & *conf.* 730. *num.* 15. *vers. Accedit*, Altimar. ad Rovit. *conf.* 1. *num.* 24. *lib.* 1. Cafanat. *in conf. pro Duca Sermoneta art.* 2. *num.* 132. Stell. penes Fusar. *consil.* 19. *fol.* 126. *vers. octavo*, idem Fusar. *consil.* 30. *num.* 13 & *de substitut. quæst.* 404 *num.* 14. Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap* 9. *numer.* 70. Capan. *de fideicomm. mascul. art.* 4. *inspect.* 1. *num.* 11. Molin. *de primogen. in adnot. in fine operis num.* 13. ibique Addens Rot. *decis.* 320. *n.* 22. *part.* 1. *recent.* ubi, quod licet ex vocatione feminarum arguatur destrui rationem agnationis conservandæ, quia per feminas conservari non solet; tamen quando vocantur cum onere nubendi in familia, mens, & votum conservandi agnationem, & bona in ea, magis ac magis effulget, & confirmatur. Quæ veritas ex suimet facie sa- 15
tis obvia, non humana tantum, sed etiam divina, & ideo irrefragabili roboratur, & constabilitur auctoritate: etenim Sacri Numinis Oraculum, cum a successione patris existente filio masculo feminas in lege veteri arceret in casu, quo contingeret masculo non existente feminam succedere, per Moysen eo præcipiente loquentem statuit, Num. *cap.* 36. *vers. octavo*, ibi: *Ut omnis filia, quæ possideret hereditatem aliquam ex tribus filiorum Israelis, nuberet omnino uni ex familia tribus patris sui, ut ita obtinerent filii Israelis quisque hereditatem suam.* Et rursus, *vers. septimo*, ibi: *Et cunctæ feminæ de eadem tribu maritos accipient, ut hereditas permaneat in familiis.* Quod de matrimonio in eadem familia celebrando accurate ex genuina versione Hebræa, ut bona in ea conservarentur, sancitum testatur novissimus, & quidem eruditissimus Divinæ Paginæ Enucleator P. Cornel. a Lapide ibi: *Nota, ex Hebraeo colligitur filias deficiente prole masculina heredes debuisse nubere non tantum in eadem tribu, sed etiam in eadem familia proxima, ne earum hereditas transiret ad exteras familias, sed manerent in familia patris consanguineis, qui ad eam jus habebant.* Unde summo jure pro solido, & non subvertendo agnationis per sic nuptam propagatæ, & conservatæ in filiis fundamento, sacra hujusmodi sanctio in occurrenti quæstione

ne

ne laudatur a Salzed. *de legib. Polytic. lib.2. cap.14. n.69.* 17 *& seqq.* Pizzat. *in suo discurs.* post Vit. Vit. Illustr. *fol.* 37. *lit.B*; adeout dicta propagatione, & conservatione tot testimoniis juris Divini, & humani comprobata controverti nequeat, quin proximitas, & gradus a Matre taliter nupta proficiscens sit pertinens, & agnatitius tanquam antecedens, seu consequens necessarium in sensu earundem auctoritatum, quæ ex eo successionem adscribunt filiis hujusmodi fœminæ in dispositionibus conservationem bonorum in familia, & agnatione desiderantibus; repugnat enim, & inconciliabilem continet contradictionem, quod inter descendentes ab eodem stipite masculino agnatitio, & sic unius, ejusdemque familiæ sine aliqua mixtura extraneorum, creari valeat cognatio, gradusque cognatitius, ad cujus productionem est necessaria conjunctio sanguinis inter plures, easque diversas familias, 18 ut innuit Rot. coram Roxas *dec.156. num.5.* Sicutietiam, quod nupta in familia conservet agnationem, & filii ex ejus gradu obtineant successionem in dispositione agnatitia, ut dicunt tot scribentes numero, ac doctrina conspicui, & quod a converso ad mentem patria proximitas, & gradus matris sit impertinens, & cognatitius, ut de se patet, & satis luculenter firmat Rot. *decis.89. num.12.* 19 *part.6 & decis.53. n.9. part. recent.* utrubique dicens hujusmodi fœminam non solum agnationem, sed etiam gradum conservare, de Luc. *de lin. legal. lib.2. art.76. num.3.* 20 Leon. *de offic. Capell. qu.4. prax.3. n.46.* Ursoll. *verb. agnatio concl.81. num. 5. & seqq.*

Certius, quia gradus fœminæ nubentis in familia habetur in filiis agnatis, ac si esset ex masculo, ad præci- 21 sum effectum successionis, Alphons. de Aquil. ad Rox. *de incomp. part.1. cap.6. num.* 338. Capyc. Latr. *conf.76. n.34. lib.2.* Rodet. *ad pragm.33. de feud. cap.20. num.13. & antea cap.6. n.2.* Cravett. *conf.* 831. *num.* 6. Guidobon. *advocat.* 100. *num.* 11. & 12. Casanat. pro Duc. Sermonetæ *art.* 2. *num.* 131. *& seqq.* Ricc. *decis.* 43. *num.6. part.3.* Lata *compend. vit. hom. cap.30. n.99.* Paschal. *de patr. potest. part.4. cap.9. sub num.76.* & quod plus est, & falcem quodammodo ponit ad radicem, non desunt auctoritates setro firmantes, filios ex hujusmodi connubio procreatos a matre non solum proximitatem, sed agnationem quoque retinere, & esse ex utroque parente agnatos, nempe Curt. jun. *conf.* 1. *num.* 37. *in fin.* Jason. inter cons. Bruni 22 *conf.9. num.5. vers. Modo ad vertendum*, Stella apud Fusar. *conf.* 19. *numer.32. vers. Respondetur*, & *fol.130. prope fin.* Cravett. *conf.* 831. *sub nu.3. §. Si diceres*, & 9. *Alio etiam jure nitimur*, Vegg. *conf.* 63. *num.* 108 & 109. Lata *compend. vit. homin. cap.30. num.99.* & perspicuis, nulloque cavillo obnoxiis verbis, Rot. *decis.89. part.6. num.13. recent.* ibi: *Et certe, quia requisita poterant convenire filio fœminæ, quia descendenti, masculo, & agnato agnatione per fœminam agnatam in eadem familia conservata*; quidquid sane non suffragari ob defectum masculinitatis alterius in ejus sensu requisitæ ibi censuerit (quod tamen per posteriorem *decis.53. part.7. num.6. & seqq.* fuit correctum, & emendatum, ut ex infra dicendis apparebit.) Et sic semper evidentius repugnat, quod maternus sanguis agnationem filio quoque communicet, & ejus gradus sit impertinens, & agnationi non conferens; ideoque in his circumstantiis negari prorsus nequit, quin sit absolute pertinens, & agnatitius, tanquam medium ordinatum ad assequendum finem a statuentibus exoptatum, nempe propagationem, & conservationem agnationis a consimili conjugio resultantem, ex nota non minus, quam verissima regula, late exornata per Redenasc. *conf.* 36. *numer.* 29. *& seq. num.* 72. *& seq.* ac per Valenz. *consil.* 55. *num.*18. *& pluribus seqq. tom.*1. quod scilicet a fine tanquam causa causarum desumitur ratio, & qualitas eorum, quæ ordinantur ad finem, quodque secundum ejus 23 naturam sunt intelligenda, & interpretanda omnia ad eundem finem ducentia, & quod effectus talis judicetur, qualis est causa, quæ contrarium sibi effectum producere nequit; cum causa, & effectus sint ejusdem natu- 24 ræ, ex Mantic. *de tacit. & ambig. lib.1. tit.9. num.2.* Seminiat. *controv.* 173. *numer.* 95. Barz. *decis.* 70. *num.* 16. & 17. Belmont. *decis.1. n.29.* & sic in DD. de Ricasolis qualitates a Statuto exoptatas, & desuper enunciatas ad succedendum concurrere, magis ac magis elucescit, quia sunt agnati, masculi, & intra gradum ex præmissis habilem ibi præscriptum, prout totidem verbis arguunt, & successionem consimilium filiorum intrepide tuentur, 25 Vagga *d. conf.63. num.75. & 89.* Stella apud Fusar. *conf.*19. *num.4. vers. Sed cum*, Peregr. *conf.50. n.4. lib.3.* de Marin. *lib.1. resol.* 131. *num.*13. & 25. Rodoet. *ad pragm.* 33. *de feud. cap.7. num.4. & 8.* Fusar. *de substit. quæst.404. num.* 12. *& conf.30. num.*12. & 19. Capan. *de fideicommiss. masc. d. inspect.* 1. *num.*11. Paschal. *de patr. potest. d. cap.9. n.70.* Aquila ad Rox. *de incompat. part.1. cap.6. nu.* 344. & 346. & decidendo tenuit Rota nostra in celebri causa de Barbolanis Lib. Mor. 18. *n.*18. & in terminis Statuti fœminarum exclusivi, idem Rodoet. *d. n.4. & 8.*

Sublata modo qualibet hæsitandi ansa, ex quo versamur in successione transversali, ad quam reformatio non vocat agnatos in specie, scilicet alicujus particularis lineæ, seu columnelli; sed invitat agnatos in genere, nullaque distincta linea, vel columnello; quo casu nemo dubitat de habilitate gradus fœminæ nuptæ in familia, & de successione filii mediante ejusdem gradus proximitate juxta distinctionem, in qua conveniunt Doctores utrinque allegati, cæteroquin discordes, & quam post Raudens. *conf.3. num.25.* sequuntur Ruvit. *conf.17. n.14.* 26 *lib.1.* & Altimar. *ibidem numer.1.* Albergin. penes Fusar. *conf.18. num.11. vers. Secundo probatur*, & *vers. Quia et in illo casu*, Barthol. Stella apud eundem Fusar. *conf.*19. *num.4. & 7.* de Marin. *dist. resol.* 131. *n.18 & seqq. lib.1.* Carol. Anton. de Luca *ad eundem meliorat.* 131. *num.* 15. & 16. *et de lin. legal. lib.2. art.76. numer.* 6. Rot. *decis.* 84. *numer.16. part. 5. recent.* & in Faventina fideicommiss. 14. Decembris 1705. §. *Insubsistens*, coram Scotto, Decis. Sicula apud de Luc. *de feud. num.*392. Paul. Leon. *conf.*23. *num.*28. Episc. Rocc. *disput. jur cap.2. numer.* 41. *tom.* 1. & cæteris plenius Fusar. *de substitut. quæst.* 404. *num.* 17. *et seq* Molphes. *ad consuetud. Neapol. part.4. de success. ab intest. quæst.* 35. et 36. *a num.*17. *usque in fin. adduct. lib.2.* Torr. *var. tom.1. tit.1. quæst.15. num.6. 7. 8. 9. et tit.3. qu.40. a nu.31. ad 35.* ea nimirum, ut ajunt, ratione, quia vocata familia in specie, scilicet uno particulari columnello, si mulier nubat in familia, sed non de columnello vocato, non verificatur qualitas, quod bona conserventur in columnello, seu familia in specie honorata; a converso vero vocata familia in genere, nulloque distincto columnello, mulieris filii, in quocunque ea nubat columnello, si sint proximiores ex parte matris, succedunt, quia in eis verificatur, quod sint agnati in pro- 27 ximiori gradu, & quod bona conserventur in agnatione, & familia in genere a disponente vocata.

Nec turbat, quod reformatio vocet agnatos quidem simpliciter, & indistincte ex qualibet linea, & columnello, sed limitate usque ad certum gradum, quasi ex hac limitatione vocatio dicenda sit potius in specie, quam in genere, Torr. *variar. lib. 1. quæst.* 40. *tit.2. num.34. vers.* 28 *Quando autem*, Roxas *de incompat. part.1. cap.6. numer.* 306. *et seqq.* Siquidem tessera, seu signum distinguens vocationem in genere a vocatione in specie, non consistit in restrictione ad certum gradum, sed in restrictione ad 29 certam lineam, seu columnellum, juxta proxime cumulatas auctoritates, a quibus non dissentit ipsemet Torr. in loco et adv. allegato, ubi, licet descendendo ad secundum membrum distinctionis, familiæ scilicet in specie, ipsam intelligat, quando fit mentio de familia, *restricta ad aliquem gradum*; tamen cum immediate subjungat, *seu columnellum, prout ad effectivam propriam, vel hæredis*, cogimur dicere, vel verbum *gradum*, fortuito ex ejus calamo excidisse, vel stante dictione *seu* præcedentium declarativa, ipsummet gradum in sensu synonymo colu- 30 mnelli accepisse, Barbos. *dict.* 363. *num.* 7. Et quidam indubitanter; tum quia ibi figurat casum dicti secundi membri distinctionis, quando omnino restringitur vocatio ad familiam effectivam propriam, vel hæredis, & sic ad certum columnellum tantum, sed non gradum; tum etiam quia auctoritates omnes per eum ibi allegatæ in comprobationem dictæ distinctionis, secundum quas omnino 31 debet ipse intelligi, Grat. *discept. forens. cap.* 689. *num.* 28. *et cap.* 891. *num.* 48. Card. de Luc. *de usur. discurs.* 29. *num.* 12. *et de fideicomm. disc.* 96. *numer.* 11. Rot. *decis.* 258. *num.* 7. *part.* 16. *decis.* 136. *num.* 9. *decis.* 603. *num.* 3. *part.* 18. *rec.* restringunt vocationem agnationis in specie ad certam lineam, vel columnellum, nulla penitus facta mentione gradus, quam ipsemet Torr. quoque prætermisit, eandem receptissimam distinctionem adducens, & exponens *in dicto lib.* 1. *variar. tit.* 1. *quæst.* 15. *a n.6. usque ad 9. et lib.3. tit.12. quæst.75. n.36. 41. 42. et 55.*

Roxas vero *de incomp. dict. part 1. cap.6. §.21. num.*305. *& seqq.* simpliciter explicat lineam qualitatis agnatitiæ,

& eam

& eam dividit in absolutam, limitatam, & fictam; &
limitatam dicit, quando vocatio coarctatur ad certas
personas, lineas, vel gradus, & sic distinguit ad diver-
sum finem, cognoscendi nimirum, an vocatio agnati-
tia informet, qualificet totam dispositionem, itaut sem-
per juxta regulas agnatitias successio sit regulanda cum
exclusione fœminarum, & cognatorum, quo casu dici-
tur linea absolute vocata; an vero vocatio agnatitia sit
restricta, ut supra, ad certos gradus, vel lineas, ut
post eas dispositio etiam ad alios extendatur, quo casu
partem tantum dispositionis informat, & dicitur limi-
tata, & successio deinceps est diversimode regulanda,
32 ut apud Velam. *dissert. 49. num. 69. & seqq.* Palm. *dec.* 210.
num. 31. & 32. *tom.* 3 & sic non percutit punctum casus
nostri versantis circa pertinentiam gradus fœminæ in fa-
milia nuptæ, nec distinctionem, quam in his terminis
sequuntur communiter scribentes desuper allegati. Et
tantum abest, quod dictus auctor per hujusmodi dictum
intellexerit vocationem in genere, nulloque distincto co-
lumnello transfundi in vocationem in specie, quod po-
tius in *eod.* §. *sub num.* 316 in hypothesi agnati proximio-
ris a disponente vocati filio fœminæ nuptæ in familia ex
latere patris remotiori in concursu alterius agnati, qui
per virilem sexum esset proximior ex sola majori proxi-
mitate matris, successionis palmam adjudicat, cum ta-
men dicta vocatio agnati proximioris a scribentibus repu-
tetur in genere, & restricta ad certum, nempe decimum,
gradum, prout infra in §. *Et in specie.*

Summa, ut videtur, ratione, quoniam non exinde,
quod agnati vocentur usque ad sextum, & sic ad cer-
tum gradum, resultat, quod non dicantur vocati in ge-
nere, & non succedant de quacunque sint linea, seu
columnello, dummodo de tempore successionis intra
limites a Statuto præfixos existant, ut in terminis di-
33 ctæ vocationis proximioris agnati, quæ ex infra di-
cendis est in genere, firmat ulterius Tur. *de majorit.*
cap. 41. § 3. *num.* 46. *pag.* 687. Rot. *decis.* 14. *num.* 11. *part.*
8. *rec.* Restrictio enim ad certum gradum non immutat
34 qualitatem vocationis in genere, sed eam tantum coar-
ctat ad effectum succedendi, prout considerat Stella apud
Fusar. *consil.* 19. *num.* 20. *vers. respondetur quod licet col.* 1.
prope fin. pag. 125.

Et profecto ubi vocantur agnati ad successionem trans-
versalis sine prole decedentis, uti in casu nostro, voca-
35 tio non potest intelligi, nec verificari, nisi in familia
contentiva in genere sumpta, Altogr. *consil.* 46. *num.* 21.
22. *& seqq. lib.* 2. & in individuo nostræ reformationis
agnatos usque ad sextum gradum invitantis, Card. de
Luca *de success. disc.* 8. *per tot.* & signanter *nu.* 20. ibi, *Ge-*
neraliter, Rota nostra in Florentina Successionis de Ca-
stellis 5. Novembris 1659. in qua fuit resolutum ad favo-
rem agnati descendentis a stipite remotiori, non autem
ab aliqua ex personis in Statuto vaterni nominatis, idque
ipsum antea tenuerat in Lib. Mot. 106. a 8. & in causa
Cagnuli, & Bocconi 12. Martii 1635. Supremus Magi-
stratus in causa Casavecchia 14. Jan. 1631.

Collimante in sensum vocationis in genere ipsamet sta-
tuentium, & reformatorum mente, qui nulla privata
affectione erga particulares lineas, vel personas, sicuti
36 Testatores, moventur, nec ad unum potius quam ad
alium respiciunt, sed in genere familiarum dignitati pro-
spiciunt, & agnationem contemplantur, Honded. *consil.* 7.
num. 19. *lib.* 2. Tranched. *consil.* 70. *num.* 18. *lib.* 1. Fragos. *de*
regim. reipubl. l. 9. *disput.* 18. §. 3. *n.* 3. & quidem magis am-
37 ple quam fiat per Testatores, in quantum dispositione læ-
pe fiat pro ratione voluntas, ut distinguendo inter Sta-
tuta, & Testamenta tradunt Honded. *consil.* 36. *num.* 19. &
20. *lib.* 2. Soccin. jun. *consil.* 2. *n.* 33. *lib.* 3. Bardellon. *consil.* 81.
num. 36. Paris. *consil.* 41. *num* 83. *lib.* 3. Capyc. Latr. *dec.* 127.
num. 40. *lib.* 2. Rot. cor. Peutinger. *dec.* 371. *num.* 19. & 20.
maximum ob publicam utilitatem, cum Civitatis inter-
38 sit, ut bona, quæ unius familiæ fuerunt, in ea conser-
ventur, ad propagandum illius nomen, & ne illa depau-
peretur, quamvis ad alienas familias ejusdem Civitatis
transirent; nam hæ familiæ alienæ, & ipsæ suis bonis
debent esse contentæ, ut per scribentes in *l.* 1. *ff. solut. ma-*
trim. inquit Ginvagn. *resp.* 95. *num.* 12. *vers. Præterquam*
quod lib. 1.

Hac autem communi distinctione, & a nemine, quem
viderimus, hucusque impugnata, in nostra hypothesi
retenta, de se corruit objectum toto conatu exadv. incul-
catum, nempe, quod cum DD. Barones inspecto com-

muni stipite distent a D. Barone Braccio defuncto per 18.
gradus, tam ipsi, quam eorum pater, non sine de gene- 39
re vocato a Statuto, quod ultra sextum gradum existen-
tes pro extraneis habuisse videtur. Cirocc. *disscept.* 36. *nu-*
mer. 2. *& seqq. & n.* 6. *vers. Et hoc locum habeat*, Altogr.
jun. *controv.* 94. *n.* 57. de Luc. *de success. ab intest. disc.* 10.
num. 3. Non obstante ratione statutaria conservandi bo-
na in agnatione, quæ debet ad dictum gradum restringi, 40
nec ultra ad alias personas, & gradus protendi, Cran.
consil. 90. *num.* 12. & 15. *lib.* 3. Honded. *consil.* 1. *num.* 45. *lib.*
2. Rot. in Lucana Fideicommissi 21. Aprilis 1698. §. *Nam*
prætermisso, cor. Priol. apud Palm. *decis.* 228. *num.* 5. Vela
dissert. 49. *n.* 69. *lib.* 2.

Quandoquidem cum DD. Barones inspecto latere ma-
tris in tertio, & quidem ea præmissa agnatitio gradu, &
pertinenti reperiantur, frustra objicitur paterni gradus
longinquitas, & ex ea ipsiusmet patris exclusio, quæ fi-
lios nullatenus afficit.

Tum quia cum a matre nupta in familia sortiantur non
tantum gradum, sed etiam agnationem per eam conserva-
tam, juxta doctrinas in §. *Certius* adductas, jam obti-
nent qualitates omnes a Statuto requisitas independen-
ter a patre, & considerandi sunt tales, prout sunt in se,
non attenta insuccessibilitate genitoris, Valenzuel. *consil.* 41
97. *num.* 131. Castill. *controv. jur. tom.* 6. *cap.* 161. *num.* 10.
versic. Proterea, & in puncto statutariæ successionis Rot.
dec. 463. *n.* 7. 9. 10. *part.* 1. *rec.*

Tum etiam, quia genitor non excluditur ex defectu a- 42
gnationis, cujus conservatio æque per agnatum remotum,
ac per agnatum proximum habetur, Rom. *consil.* 438.
num. 14 *vers. Unde cum agnatio*, Dec. *respons.* 17. *num.* 16.
& 18. *lib.* 1. Honded. *consil.* 4. *numer.* 43. *lib.* 1. Brun. *de sta-*
tut. fœmin. exclusivo art. 12. *quæst.* 14. *num.* 192. & 194. sed
ob defectum duntaxat gradus, quem Statutum, alias uti
prospiciens agnationis favorabile reputatum, Gob. *de suc-*
cess in prælud. num 15. Matt. Medic. *exam.* 49. *numer.* 7. &
seqq. Add. ad Buratt. *decis.* 6. *in fin.* Rot. *decis.* 51. *num.* 11. 43
part. 1. *decis.* 53. *num.* 7. *part.* 3. & *decis.* 438. *num.* 47. *part.*
4. *tom.* 2. *recent.* ideo restringit, ne degeneret in odiosum
excludendo fœminas ob agnatos remotissimos, Rot. *dec.*
438. *per tot.* & signanter *num.* 76. & *seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.*
qui quidem gradus defectus non percutit lineam, sed tan- 44
tum personam eo destitutam, & dicitur personalis, nec
transit in filium, qui aliunde, nempe a matre nupta in
familia, potest illum adipisci, & ex qualitate superve-
niente successionem obtinere, Honded. *consil.* 49. *num.* 32.
lib. 2. Rustic. *ad l. cum avus*, &c. *lib* 6. *cap.* 16. *num.* 4. Rot. 45
dec 116. *num.* 3. & 4 *part.* 1. *recent.* prout etiam per neces-
sarium antecedens supponunt authoritates cunctæ, quæ
non obstante insuccessibilitate patris, ob remotum, seu
remotissimum gradum filio ex proximitate gradus mater-
ni deferunt successionem alias non deferibilem, si gradus
defectus esset linealis, ut de se patet.

Et in specie ad oculum demonstrat exemplum vocatio-
nis proximioris, quæ communiter in genere reputatur,
Rot. *decis.* 84. *numer.* 16. *part.* 5. *rec.* Tor. cum aliis per
eum adductis, *variar. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 40. *n.* 32. & 33.
quæque licet in abstracto coarctetur ad decimum, & sic 46
certum gradum, Peregr. *de fideicomm. art.* 30. *n.* 3. Fusar.
de substit. quæst. 381. *num.* 5. & *seq.* & *consil.* 107. *numer.* 11.
Barbat. *de fideicomm. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 174. de Marin. *re-* 47
solut. 131. *num.* 9. *lib.* 1. Rot. *decis.* 190. *num.* 1. *part.* 11. *re-*
centior. in concreto tamen, juxta casus occurrentes, ad
unicum tantum restringitur gradum, Mant. *consult at.* 39.
num. 16. *lib.* 9. Conciol. *resolut.* 8. *n.* 27. *vers. Sed nomen par.* 1. 48
Simon. de Pret. *de interpret. ultimar. volunt. lib.* 3. *dub.* 5.
solut 3. *num.* 4. *fol.* 370. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.*
43. Fusar. *de substit. quæst.* 381. *num.* 37. *et seq.* itaut prædi-
cetur tantum de eo, quem nemo in gradu præcedit, *l. pro-*
ximus 92. *ff. de verb. signific.* Maul. *consult.* 459. *numer.* 34.
Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 11. *gloss.* 6. *num.* 6. Robles 49
de repræsent. lib. 2. *cap.* 2. *sub num.* 3. *vers. proximus*, et *cap.*
21. *num.* 1. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 12. & non
solum remotiorum, quamvis intra decimum gradum exi-
stentium, vocationem non importet, sed etiam eorum ex
ipsamet verbi proprietate omnimodam, & manifestam ex-
clusionem præseferat, Dec. *consil.* 10. *art.* 19. *lib.* 3. Fusar. 50
consil. 91. *num.* 6. Peregr. *consil.* 53. *num.* 1. *lib.* 3. Altimar. ad
Rovit. *consil.* 16. *num.* 21. *lib.* 1. Rota *dec.* 486. *num.* 5. *part.* 1.
recent. & tamen filius fœminæ in familia nuptæ, licet
pater ejus uti remotior non sit vocatus, imo juxta supra-
dictas authoritates exclusus, vincit agnatum per media

mascu.

masculina proximiorem parte, & obtinet nihilominus successionem ex majori proximitate sibi per gradum matris mutata, Roa. *de incompatibil. part. 1. cap.6. nu.316.*
51 & ibi Alphonsus de Aquila *num.*344. Faber. *in C. lib.6. tit. 22. defin. 27. n.2.* Episc. Rocc. *disp. jur. cap.2. num.*41. Fusar. *de substit. quæst.*352. *n.*14. *vers. Sed quid*, *& quæst.*357. *num.* 8. Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. part. 1. art.7. n.* 104. Capan. *de fideicomm. mascul. d. art.4. inspect. 1. n.*15. Ricc. *collect.* 3138. *circa fin. vers. Quæro*, Rot. *decis.* 84. *n.* 16. *part.* 5. *rec.*

Prædictis in hac veritate collimant quoque plures nos referendæ authoritates, in quarum singulis speciebus nulla aderat vocatio patris agnati, cui fœmina de familia nupserat, quive non erat de linea vocata; & nihilominus propter genericam rationem agnationis ibi superadditam moventur, & firmant, filios ex tali conjugio susceptos virtute gradus materni adipisci qualitates necessarias ad succedendum etiam exclusive ad alios agnatos per masculum conjunctos, ut plusquam satis probant
52 Stell. apud Fusar. *cons.* 19. *ex num.*10. *per tot. juncto principio*, idem Fusar. *cons.* 30. *numer.* 11. *& seq. & de substitut. quæst.*404. *num.* 12. *& seq. & numer.* 18. *& seq.* Rodoer. *ad pragm.*33. *de feud. cap.7. num.*2. *&* 3. Trentacinq. *de substit. part.4. cap.7. num.*10. *vers. Tertius casus*, Paschal. *de patr. potest. part.4. cap.9. num.* 70. *& seq.* Fachin. *controvers. jur. lib.*11. *controv.* 15. *prope fin.* Guidopap. *cons.* 176. *num.* 4. quem refert, & sequitur Rustic. *ad leg. cum avus lib.6. cap.* 26. *n.*15. *& seq.*

Quinimo pro uberiori præmissorum securitate accedit resolutio Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in individuo Statuti Januensis vocantis agnatos masculos usque ad quartum gradum, filium, qui ex parte patris reperiebatur in quinto, & sic insuccessibilis, & exclusus, firmavit, dempto concursu masculi ex masculo existentis, in quarto gradu censeri, & ipsum tanquam in æquali gradu ex parte matris constitutum a Statuto invitatum, ut *in dec.* 53. *num.* 10. *&* 11. *part.* 7. *rec.* quæ latius infra aptiori loco reassumentur.

Ex quibus omnino confunditur ulterior, & subtilis oppositio, quod materna proximitas filio valeat prodesse duntaxat in concursu ad effectum prælationis, quatenus alias foret ex parte patris in gradu successibili; non e converso ad effectum successionis, ubi esset ex eodem paterno latere ultra gradum successibile; etiam ex præallegatis exemplis, & doctrinis emicat ad evidentiam, quod in eadem hypothesi filius ex latere patris erat exclusus, & ultra sphæram proximitatis a disponentibus volitæ, quodque proximitas sola, & gradus maternus filium agnatum de excluso efficit inclusum, & de insuccessibili successibilem & actu succedentem, & proinde totum facit; nam excludit gradum agnatitium, & masculinum alterius
53 agnati, qui filium ex latere patris remotiorem excludebat a successione, Rota *decis.* 224. *n.*1. *part.* 1. *rec.* quod prorsus facere nequiret, nisi idemmet gradus, quamvis fœmineus, esset æque agnatitius, & sic verus, & proprius gradus non tantum sanguinis, sed successionis; quare quodammodo palpatur, quod disparitas inter gradum prælationis, & gradum successionis ex adverso adinventa, est figmentum omni ratione, & auctoritate destitu-
54 tum; cum prælatio de necesse supponat etiam gradus habilitatem ad succedendum, & qui præfertur, vere succedat: nec mediocrem involvit amaritudinem, quod idem gradus modo sit habilis, modo inhabilis; habilis nempe ad repellendum agnatum masculum ex masculo propagationi, & conservationi agnationis proprio marte
55 idoneum; inhabilis vero ad arcendum fœminam in aliena familia collocatam, & conservandæ agnationis expertem, & incapacem.

Et hæc sine hæsitatione procedunt in vocatione in genere, qualis est præsens, ad differentiam vocationis familiæ in specie restrictæ, scilicet ad certam lineam, vel columnellum, quæ suapte natura omnium aliarum linearum
56 exclusionem, & remotionem importat, per regulam text. *in l. cum prætor*, *ff. de judiciis*, Roa. *de incomp. p.1. cap.6. n.*11. Pegas *de majorat. part.2. c.8, n.*10. & dicitur exclusio linealis afficiens non solum stipitem, sed omnes successi-
57 ve provenientes ex dictis lineis; quo casu, si fœmina nubat extra lineam vocatam, filius ejus excluditur non ex inhabilitate gradus, sed ex incapacitate lineæ ut supra ex-
58 clusæ, Roa. *de incompat. par.7. cap.6. n.*20. & prius *part.4. cap.6. n.*51. & ibi Aquila *n.*8. 11. *&* 12. Pegas *de majorat. p.* 1. *cap.8. a n.*28. *ad* 36. præter Fusar. Molphes. & Torr. desu-
per allegatos *in §. Sublata modo*, prout in hoc casu excluderetur, etiamsi esset proximior per media masculina.

Et ex eadem ratione eadem juris militat censura, etiam quando vocantur plures lineæ non insimul indeterminate, & tanquam genus, & unicum corpus consideratæ, sed gradatim una post aliam substitutæ, & sic quælibet tanquam species de se stans ad exclusionem alterius prædilecta durante; tunc enim in concursu dictæ lineæ prædilectæ, & cæteris antelatæ, non potest admitti masculus lineæ remotioris, quamvis descendens a fœmina agnata proximiore, quia interrumperetur ordo gradualis inter lineas vocatas contra votum Testatoris, qui voluit bona gradatim transire de una ad aliam lineam, juxta ordinem a semetipso præscriptum, Molphes. *ad consuetud. Neapol.* 59
*part.4. quæst.*35. *num.*18. *& seq.* de Luca *de lin. legal. lib.* 1. *art.* 76. *num.* 6. *&* 7. Rota *decis.* 84. *num.* 6. *& seq. part.* 5. *rec.* & in Favent. fideicomm. 14. Decembr. 1675. §. *Insubsistens*, cor. R. P. D. Scotto.

Ex juribus & exemplis hucusque deductis facile quisque valet agnoscere, quam inconsulto agnatione in genere vocata, ex adverso agnatio cum gradu confundatur tanquam sint unicum quid ex eodem fonte, scilicet patris, hauriendum, cum revera sint qualitates inter se disjunctæ, & jus proximitatis possit aliunde filio obvenire, quam ex unica parte, a qua provenit agnatio, Mars. *de success.* 60
*part. 2. quæst.3. art. 10. n.*18. Sesse *decis.*43. *n.*74. *& seqq.* Rot. coram Duran. *decis.* 36. *ante num.* 18. & sufficit eas, quamvis in causa efficiente, & producente diversas, uniri de tempore apertæ successionis in persona filiorum, in quibus faciunt unum integrale individuum, & perfectissimum ad succedendum, ut deducitur ex Text. *in §. Sed hodie instit. de adopt.* & expresse firmant Stell. apud Fusar. 61
dict. cons. 19. *num.*20. *vers. Respondetur in fin. fol.* 125. Rodoer. *ad pragmat.* 33. *dict. cap.7. numer.* 4. *&* 6. Aquila ad Roa. *de incompat. dict. part. 1. cap.6. numer.* 346. Paschal. *de patr. potest. dict. cap.9. ante num.* 77. admisitque decisio in Florentina dell'Antella, & Capponi, §. *Omisso pagin.* 26. & de necesse pro certo supponunt proxima exempla, & triginta, & ultra auctoritates cumulatæ per Rev. P.D. Severolum *in suo elaboratissimo responso num.* 88. *qui num.* 107. *&* 181. *& seq.* non solum fundamenta a supradictis scribentibus allata exornat, sed etiam suo marte assumptum nova, & erudita corroborat accessione rationem, quæ Dominis placuerit.

Nec obicem facit, quod Statutum successionis fratris literaliter excludat sorores, & earum filios, ibi, *Et nulla mulier, vel ejus filii, vel filia succedere possint alicui fratri*; quæ verba cum sint negativa, fortius negant, quam affir- 62
ment affirmativa, Venturin. *consil.* 30. *num.* 23. *& sequentibus*, Mans. *consult.* 457. *numer.* 14. Dondrus *consil.* 9. *num.*7. Torr. *de major. part.* 1. *cap.* 41. §.7. *num.* 103. *& seq.* Barz. *decis.* 61. *num.* 7. & uti universalia videntur omnes comprehendere, & nullos excipere, Ruin. *cons.*47. 63
numer. 3. *lib.* 3. Magon. *decis. Florent.* 37. *num.* 10. Rota *decis.* 843. *numer.*4. coram Seraph. Etenim quidquid fuerit exclusio prædicta verbis universalibus concepta, quælibet eorum amplitudo, & universalitas secundum rationem, & causam, ob quam fuerunt prolata, necnon secundum subjectam materiam intelligi, restringi, & limitari debent, 64
Zepper. *in cynosur. legal circa interpret. verb. cap.* 44. *num.* 13. *&* 7. Rocc. *disputat. jur. cap.*57. *numer.*56. *lib.* 1. Palm. *allegat.* 387. *numer.* 6. ubi quod procedit, sive verba sint affirmativa, sive negativa, Cyriac. *controver. forens. cap.* 291. *numer.* 13. *&* 16. *& seq.* Surd. *decis.* 233. *numer.* 19. *& seqq.* Rota coram Coccin. *dec.* 1283. *n.* 48. *et sequentibus*, prout etiam de dictione, *quomodocunque*, superaddita in reformatione (quæ tamen ibi refertur ad fœminas remotiores, non ad sorores) quod restringatur ad modum proportionabilem materiæ, de qua agitur, & cesset, ubi cessat mens, & ratio statuentium, dicit Geminian. *cons.* 29. *in* 65
fine, Cravett. *cons.*156. *num.* 8. Barbos. *dict.* 334. *num.* 18. Menoch. *de recuper. remed.* 6. *num.* 17. Fenzon. *ad Statut. Urb. lib.*1. *cap.*152. *n.* 30. 31. *sequent.* Asin. *in prax.* §.1. *cap.* 7. *num.* 26. Quare cum catenus soror cum filiis excludatur, quatenus transiens, prout communiter accidit, in alienam familiam, est finis propriæ familiæ, & agnationem non conservat, Casanat. *consil.* 4. *num.* 206. Capon. 66
discept. forens. cap. 59. *num.* 45. *et seqq.* Conti. *discept. forens. cons.* 46. *sub num.* 18. Rot. *decis.* 69. *nu.*20. *p.*17. *rec.* & ut ipsamet reformatio *in §. In hoc primo capite* loquitur, cessat in ea favor agnationis, utique dum soror nubendo in familia agnationem propagat, & conservat, juxta au-

Digitized by Google

ex auctoritates adductas in §. *Quo vero ad qualitatem gradus circa medium*, fatendum est, in ea, & plenius insistere omnino cessare ipsam exclusionem capitis exclusivi, de quo supra de Pont. *conf.* 164. *n.* 30. *&* 37. Jas.
67 apud Brun. *conf. feudal.* 9. *n.* 16. Soccin. senior. *ibi idem consil.* 10. *num.* 4. *vers. Sed etiamsi*, Campeg. pariter ibidem *conf.* 87. *n.* 2. Mandell. de Alba *conf.* 87. *n.* 9. Vegg. *consil.* 63. *n.* 95. Stella apud Fusar. *consil.* 29. *n.* 16. *& sequent.* idem Fusar. *consil.* 30. *in fin.* Curt. junior. *consil.* 1. *num.* 38. Altimar. ad Rovit. *consil.* 17. *num.* 4. *&* 6. *lib.* 1. Molphes. *consil.* 18. *num.* 17. *& seqq. lib.* 2. Myrem *de major. part.* 2. *quæstion.* 6. *num.* 525. Capan. *de fideicomm. mascul. art.* 4. *inspect.* 1. *num.* 19. Aquila ad Roa, *de incompatib. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 344. Gregor. Lopez 6. *partida titul.* 13. *leg.* 3. *vers. Pone etiam*, Mangill. *de imput. quæst.* 59. *num.* 9. Villan. apud de Marin. *lib.* 1. *resolut.* 131. *num.* 29. ubi de Luca *num.* 13. *versic. Affirmandum*; & in terminis Cravett. *consil.* 831. *sub num.* 5. §. *Tertio movendi sumus ad fin.* in cujus hypothesi non solum fœminæ, sed earum etiam filii penitus erant exclusi, ut constat ex *conf.* 877. *in princ.* Absurdum enim foret, quod provisio statutaria emanata in favorem agnationis, in agnatorum odium retor-
68 queretur, ut in terminis nostri Statuti tradit Reverend. P. Dom. Severol. post Albix. *de inconst. in Jud. fol.* 289. *num* 29. Gob. *de success. observat.* 22. *n.* 14. *&* 15. Calvin. *de aquæ. lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 46. Rota *dec.* 620. *num.* 4. *part.* 4. *recentiorum*.

Præcipue respectu filiorum fœminæ in agnatione nuptæ, qui nullatenus afficiuntur hujusmodi exclusione, sapit, & vulnerat duntaxat filios fœminæ cognatos, non autem agnatos, & uti tales in capite inclusivo Statuti designatos, Ruin. *conf.* 16. *num.* 9. *lib.* 3. Vegg. *con-*
69 *sil.* 63. *num.* 108. Soccin. inter cons. Brun. *conf.* 10. *num.* 4. *vers. Tertia nota*, Mandell. de Alba *conf.* 86. *n.* 5. *in med.* *& conf.* 87. *num.* 8. *&* 9. Gabriel. *de statut. lib.* 6. *conclus.* 7. *num.* 52. Villan. apud de Marin. *resol.* 131. *num.* 25. *lib.* 1. Rota nostra in casu de Barbolanis *lib. mot.* 18. *a* 18. §. *Non obstat primo per tot.*

Eo fortius, quia caput inclusivum agnatorum, in quo DD. Barones adamussim demonstrantur, existimatur favorabilius, latioremque patitur interpretationem, ac
70 extensionem, quam caput exclusivum, Grat. *disceptat. forens. cap.* 18. *num.* 4. *& cap.* 449. *num.* 20. Matescott. *variar. lib.* 2. *cap.* 80. *num.* 10. Cardin. de Luc. *de success. disc.* 16. *n.* 13. *& sequent.* Constant. ad *Stat. Urb. annotat.* 39. *num.* 14. & post Tractatum *dec.* 141. *n.* 11. Rota coram Buratt. *decis.* 6. *num.* 15. & in specie ubi agitur de
71 exclusione sororum, aut aliorum transversalium, Mans. *consult.* 276. *num.* 9. adeout persona in eo inclusa debeat principaliter attendi, utpote quæ est vera, & unica causa exclusionis reliquorum, Bellon. *de jur. accrescen. c.* 9.
72 *quæst.* 12. *n.* 106. Rot. *dec.* 53. *n.* 10. *part.* 3. *recent.* & hac in sententia hujus celeberrimi Doctoris, ac Tribunalis, tantum abest, quod DD. Barones tanquam comprehensi in litera capitis inclusive dici valeant exclusi per caput exclusivum, quod potius dicuntur, & sunt excludentes, & causa exclusionis cæterorum, qui in capite exclusivo reponuntur.

Quibus tenentis, de facili evitantur auctoritates ex adverso objectatæ super impertinentia gradus fœminæ in agnatione nuptæ, ut singulas exponendo apparebit.

Nam Bellon. jun. *conf.* 2. *num.* 78. *& seq.* Beroui *consil.*
73 96. *lib.* 2. Socc. jun. *conf.* 15. *lib.* 4. Theodor. *alleg.* 86. non solum satis remanent confutari ex rationibus, & doctrinis desuper congestis, sed ulterius in nihilo merentur attendi, utpote qui contrariam eorum responsis senten-
74 tiam reportarunt, D. Boscol. penes de Luca *de feud. art.* 3. *num.* 138. idem Card. de Luc. *de fideicomm. disc.* 86. *n.* 9. *disc.* 98. *n.* 24. Urceoll. *dec. Flor.* 4. *n.* 19. Palm. *decis.* 263. *num.* 19. Bellon. nempe in causa de Cajetanis apud Capyc. Latr. *conf.* 76. *n.* 34. Beroui vero, & Soccin. in illa de Barbolanis *lib. motiv.* 18. *a* 21. Theodor. tandem in illa de Monte Leone, in qua ex adverso scripserunt de Pont. *conf.* 154. & Molphes. *conf.* 18. *part.* 2. ubi in fin. testatur, juxta ejus consilium fuisse decisam, & ulterius idem Theod. reprobatur per Roder. *ad dict. pragm.* 33. *de feud.* *cap.* 7. *num.* 3. *&* 4.

75 Curt. jun. 117. *colum.* 3. *vers. circa secundum lib.* 1. loquitur perfunctorie, & præter causæ opportunitatem ob prædecessum filii mulieris nuptæ in familia, ut ipse ibidem dicit. Præterea confunditur a Curt. sen. *consil.* 63. *num.* 17. & a Jason. *conf.* 142. *n.* 24. *lib.* 2. qui contra eum in eadem causa scripserunt; & quod plus urget, est sibi contrarius *in conf.* 1. *n.* 5. *&* 38. ubi scribens in causa feudali de Scarampis, adeo extra consimilis filii vocationem tuetur, ut asserat, ridiculum esse dicere contrarium, & secundum hoc primum consilium fuisse judicatum, testatur Surd. *conf.* 308. *num.* 38. quod de contrari *consil.* 117. evenisse non constat.

Trentacinq. *conf.* 9. *n.* 11. *a* 2. *& per tot.* loquitur in casu 76
quo erat vocatus cippus paternus Marini de Marco; unde cum filia Testatoris nupsisset uni de domo, sed non de dicto cippo, dixit hujusmodi fœminæ filios non esse in vocatione comprehensos; & recte, quia vocatio, uti restricta ad certum stipitem, scilicet dicti Marini de Marco, erat in specie, non autem in genere, prout in præsenti; præterea est sibi contrarius *in tract. de subst. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 10. *vers. Tertius casus*; quo in loco, uti ad veritatem scribens, majorem meretur fidem, quam in consiliis, quæ ad opportunitatem clientis solent captari, Mans. *consult.* 77
81. *n.* 52. Mysinger. *pract. observ. observ.* 60. *per tot. cent.* 6. Card. de Luc. *de jud. disc.* 35. *n.* 76.

Alberghin. apud Fusar. *conf.* 18. *n.* 7. *&* 11. *vers. Secundo*, *& vers. Quia*, *& num.* 12. *vers. Ad authoritatis*, *& seqq.* Paul. Leol. *consil.* 23. *num.* 28. *versic. Testator enim*, Rugger. *consil.* 37. *num.* 25. 41. *& sequentib. lib.* 2. Bartol. *appellat.* 94. *num.* 32. *versic. ubi subdit*, Episc. Rocc. *disp. jur. cap.* 2. *num.* 41. *lib.* 1. Decis. Sicula apud Card. de Luc. *de feud. art.* 4. *num.* 392. Rota *decision.* 84. *num.* 16. *part.* 5. *recent.* & in Faventina Fideicommissi 14. Decembr. 1705. 78
§. *Insubsistens*, cor. Scotto, admittunt gradum, & proximitatem fœminæ nuptæ in familia, ubi agnatio est in genere vocata; unde (quidquid circa sphæram alibi dicant in locis ex adverso allegatis) tantum abest, quod noceant, quod potius nostram sententiam confirmant; non omisso, quod tres ultimæ decisiones loquuntur in individuo vocationis in specie, in quibus terminis loquuntur etiam Paris. *consil.* 1. *num.* 55. *& seq. lib.* 3. Prot. *discept. forens.* 4. *num.* 56. *& seqq.* Caten. *resol.* 103. *num.* 6. Rot. cor. Emerix jun. *dec.* 1216. *n.* 14. *&* 15. coram Priol. *dec.* 113. *& dec.* 137. *per tot.* & in Romana fideicomm. cor. Omana, & sic hypothesi nostræ, quæ est vocationis in genere, nullatenus applicantur.

Pegas. *de major. part.* 2. *cap.* 4. loquitur in casu majora- 79
tus, qui vere, & proprie non erat agnatitius, *num.* 73. *vers. Et licet*; sed fœminæ proximiores erant ad successionem habilitatæ sub conditione nubendi agnato proximiori; & ideo quatenus *sub num.* 123. dicit quamcumque fœminam proximiorem etiam cognatam, quæ apta sit ad nubendum agnato, admittendam esse: quia ejus liberi sunt adeo perfecte agnati, ac si a fœmina agnata suscepti essent, retento dicto themate tolerari potest, quia fœmina proximior simpliciter, & sic etiam cognata erat expresse vocata cum dicta conditione nubendi agnato, & ea propria persona fiebat habilis ad succedendum, & ad transferendam successionem in filios, mediante tali conjugio vocatos, qui alias in majoratu agnatitio per medium illam neutiquam potuissent succedere, prout acute observat eruditissimus Dominus Advocatus de Valentibus in secunda juris pro Domina Magdalena del Serra edita, & impressa *n.* 81. *&* 82. ubi propterea dicit ejus dictum ad rem non pertinere; quatenus vero *eodem num.* 123. *& num.* 146. addit pro ratione, quod filius omnem agnationem recipit a patre, nullam a matre, quæ licet agnata finis est agnationis, quam proinde in filios transferre non potest, allegando Text. *in leg. Pronunciatio*, §. *Familiam*, *ff. de verb. signif.* intelligi debet retento themate fœminæ tantum cognatæ, in quibus terminis loquuntur etiam authoritates per eum utrobique allegatæ, secundum quas debet ipse intelligi *vulgaris juribus*; alias enim sibimet de directo contradiceret, & adversaretur iis, quæ dicit in *eodem cap.* 14. *num.* 69. *&* 157. ubi in supposito, quod majoratus esset vere agnatitius, & sic in puncto quæstionis occurrentis, firmat filium fœminæ agnato nuptæ succedere, & ex gradu materno præferri agnato, inspecto tantum latere patris proximiori, ex quo in persona talis mulieris non finitur, sed prorogatur agnatio per filios de viro suo de familia susceptos; in qua quidem ultima parte est attendendus, utpote loquens in terminis nostræ quæstionis, & juxta opinionem magis receptam, & per nos superius de communi DD. calculo late comprobatam.

Motivum in Florentina fideicommissi de Medicis, *de*- 8
quo lib. motiv. 66. *a* 253. percutit casum vocationis in specie,

cie, nempe descendentium ex Nicola filio Verii Testa-
toris masculorum per lineam masculinam, & defuncto
Attilio altero ex dictis descendentibus, successio in ma-
la fideicommissi per eum possessa prætendebatur a Ru-
berto, & fratribus dicti Attilii nepotibus ex Alexandra
filia nupta Verio de eadem familia, & a dicto Nicola
per alterum columnellum descendenti, ad exclusionem
Verii patris, & Tanai patrui de tempore apertæ succes-
sionis adhuc viventium, quod merito fuit denegatum,
quia filius tanquam ordine successivo substitutus cum pa-
tre, & patruo antea vocatis, & gradu proximioribus,
concurrere nequibat, ut in *dict. mot. §. Quatenus autem*.
Et fortius, quia cum qualitates ad succedendum requisi-
tas principaliter sortiretur a patre, irrationabile fuisset
per filium excludi patrem, a quo præcipue jus, & capa-
citatem succedendi accipit, juxta illud Philosophicum,
Propter quod unumquodque tale, & illud magis, & aliud
legale: *Potentius est jus in causa, quam in causato*. Et
hæc sunt fundamenta genuina, & sola bene capta reso-
lutionis in dicto motivo, quod casui nostro non appli-
catur, quia versamur in vocatione in genere, non au-
tem in specie, in successione universali, non descrasiva,
& in concursu masculi cum fœminis, non autem mascu-
li cum masculo. Cætera vero, utpote dicta præter op-
portunitatem causæ, non merentur attendi, *vulgatis ju-
ribus*, eoque magis, quia in jure nullatenus subsistunt.

Nam authoritates in §. *Quoniam verius*, congestæ su-
per asserta impertinentia vinculi materni, præter Berp-
tum, & Soccin. junior, contra quos, utpote scribentes in
causa de Barbolanis, fuit ut supra judicatum, non per-
cutiunt casum fœminæ nuptæ in familia, sed loquuntur
in themate prorsus diverso, fratris nempe utrinque con-
juncti, concurrentis cum consanguineo medio fœminæ
penitus extraneæ. Quidquid vero in §. *Decisio autem in
fin.* per Compilatorem dicitur, tam carpendo, tum de-
clarando motivum in causa de Barbolanis, audacter,
& inutiliter dicitur, quoniam dictum motivum emer-
sit in casu vocationis proximioris de familia Barbolana
in genere, & ultra rationes, & authoritates, quas alle-
gat, fulcitur pondere, & numero plurium, & insignium
Doctorum, qui in individuo consimilis vocationis per
nos laudati fuerunt in §. *Quo vero ad qualitatem gradus
per tot.* Non omisso, quod idem Compilator referendo,
& expendendo fundamenta consiliorum 9. 10. & 11. in-
ter consil. Biani (quæ sunt responsa Jasonis, Soccini, &
Compeggi in causa feudorum de Scarampis) & Curt.
junior. in eadem causa affert solam circumstantias, quæ
illum casum a casu tunc occurrenti diversum omnino
demonstrant, & dissimulant, silentioque involvit cir-
cumstantias, & rationes casui nostro favorabiles, nem-
pe quod filii masculi ex fœminis in agnatione nuptis
sunt quoque ex parte matris agnati, & quod exclusio
ampla, quamvis præcepto Testatoris munita, intelligitur
de filiis talis fœminæ cognatis, non de filiis vere agna-
tis, ut in §. *Certius mod. & in §. Præcipue*. Ex quibus
merito dicta quatuor consilia passim pro nostra senten-
tia a Scribentibus allegantur, utpote in judicio per sen-
tentiam canonizata, ut prædiximus ex Surd. *conf.* 308.
num. 38. & signanter per Rot. nostr. amplexa in Causa
de Barbolanis, §. *Et hanc sententiam*.

81 Tandem nimis audacter in §. *Quoniam*, ait, jura can-
tum non reperiri, quod descendentia per fœminas con-
junctas proficiat; cum quis in contrarium militat ma-
gis communis sententia, Fusar. *conf.* 30. *numer.* 13. & 14.
Cravett. *consil.* 877. *sub num.* 11. *vers. Decimotertio*, Ca-
sanatt. *pro Duce Sermonetæ art.* 3. *num.* 140. *in fin.* Villan.
apud de Marin. *resol.* 131. *lib.* 1. *sub numer.* 26. *vers. Nec
quis dissentit*, quæ legis vim sortitur, & tanquam lex
potest allegari, debetque observari, Altograd. *conf.* 103.
82 *num.* 23. *lib.* 2. Rot. *decis.* 94. *num.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* &
dicitur continere jus clarum, Pacion. *allegat.* 23. *nu.* 3.
83 Rot. *decis.* 600. *n.* 9. & 10. *part.* 5. *rec.* ea ratione, quia
cum omnes casus decidi nequeant, per Text. meritio in
illius locum subrogatur illatio, & interpretatio Docto-
84 rum, quæ pro lege allegari potest in casibus, in quibus
jus scriptum in specie non prospexit, Rot. *dec.* 66. *num.* 16.
part. 15. *recent.* & penes Urceol. *consultat.* 94. *numer.* 43.
& seqq. & cor. Cocc. *decis.* 1846. *num.* 26. Tum etiam quia
cum mulier ideo dicatur finis paternæ familiæ, quia ejus
filii familiam patris, non matris sequuntur, *in l. Pronun-
ciatio*, §. *fin. & l. seq.* §. 1. *ff. de verb. signif.* ea nubente in fa-
milia, quam in filiis renovat, & continuat, hujusmodi
ratio in sensu directo retorquetur, ut arguendo a con-
trario sensu verborum, & rationis, expresse in dictis le- 85
gibus firmat præ cæteris Cravett. *conf.* 831. *num.* 3. *vers.*
5. *dixeris*, Faber. *in Cod. lib.* 6. *tit.* 22. *definit.* 27. *in ad-
dit. num.* 2. Unde satis dicitur jure cautum id, quod ve-
nit ex hujusmodi argumento, quod continet casum le-
gis, & habetur tanquam literalis textus dispositio, Bar-
bos. *loc.* 27. *num.* 1. 2. & *num.* 10. ubi præsertim a ratione fi-
nali, Mascard. *de statut. concl.* 4. *num.* 69. Sammin. *contr.*
188. *num.* 54. & *contr.* 189. *num.* 9. Rota coram Duran. *de-
cis.* 445. *num.* 53. *decis.* 263. *num.* 13. *part.* 15. *dec.* 7. *num.* 16.
part. 17. *rec.* & coram Cerr. *decis.* 522. *num.* 4. cum dica-
tur ex lege non solum, quod venit ex verbis legis, sed
etiam quod venit ex ratione, & sententia legis, *l. nomi-
nis, & rei*, §. *Verbum ff. de verb. signific.* Rot. cor. Coccin.
dec. 893. *num.* 10. Unde rectius, quam Rota ex adver. alle-
gata in dicto motivo de Medicis, Peregrin. in materia
fideicommissaria, præter merito nuncupatus a Rot. Ro-
man. *dec.* 705. *n.* 6. *part.* 18. *rec.* edixit *in conf.* 50. *num.* 4. *in
fin. lib.* 3. quod nostra sententia est optima consideratio,
legibus scriptis, & Doctorum authoritate munita, & Gre-
gorius Lopez Hispanorum Bartolus communiter reputa-
tus in 6. *partid. tit.* 13. *de success. ab intest.* q. 11. ait: *Quod
casus in terminis fere habetur per leges de curialibus dispo- 86
nentes*, videlicet, *l. meminimus* 2. *l. si quis* 3. *Cod. quando,
& quibus quarta pars debeatur ex bonis decurion. & de mu-
nda distribut. eorum lib.* 10.

Card. de Luc. *de feud. disc.* 13. *num.* 27. scripsit in ea sem- 87
met causa, in qua prodiit supradicta decisio Sicula, quæ
submota, ejusque authoritas resolvitur: sed ad majo-
rem declarationem advertere oportet, quod loquitur in
casu fœminæ nuptæ in eadem antiqua familia, sed jam ef-
fecta diversa, & extranea ob assumptionem diversi co-
gnominis, & armorum; cumque controverteretur succes-
sio in primogenitura, in qua linea primum locum, secun-
dum vero gradus debet occupare, *vulgatis juribus*, explo-
ratum visum fuit, fœminam ex linea tertio geniti nuptam
in familia, sed extranea, & non vocata, non posse ex-
cludere masculum ex masculo, qui erat de linea secundo
geniti, quique ea prærogativa lineæ dictam fœminam, &
ejus filium vincebat, ut ait idem Cardin. de Luc. *ibidem
n.* 28. Et quamvis iste Author tam ibi, quam in *tract. de
fideicommiss. disc.* 6. *num.* 12. *et disc.* 23. *num.* 12. videatur
reprobare Fusar. *de substit. quæst.* 404. *numer.* 12. *et seqq.*
) alias tamen a Rota, & aliis non inferioris notæ scribent-
ibus communiter approbatum) tamen ubique incidenter
loquitur, nec articulum examinat, & confundit autho-
ritates loquentes de gradu fœminæ extraneæ, allegando
in specie Rot. coram Othobon. *decis.* 91. ubi casus erat de
utrinque conjuncto, ac demum adducit *decis.* 53. *part.* 7.
rec. quæ contra eum aperte concludit, ut ex infra dicen-
dis perspicue apparebit.

Thesaur. jun. *quæst.* 100. *lib.* 1. loquitur in terminis an- 88
tiqui feudi concessi primo acquirenti, & ejus descenden-
tibus masculis, & per consequens in individuo vocatis
in specie, tanquam ex certo stipite, & in casu, in quo
avus maternus ultimus dicti feudi possessor adoptaverat
nepotem ex ejus filia in agnatione nupta; cumque super
successione dicti feudi orta esset controversia inter hunc
adoptatum ex una, & agnatum in investitura vocatum,
unoque gradu ex parte patris proximiorem ex altera, de-
cisum fuit a Senatu Pedemontano favore proximioris a-
gnati, ea ratione, quia alter tanquam adoptatus non ve-
niebat in feudo stipulato pro masculis legitimis, & natu-
ralibus, nec in præjudicium vocatorum sustinebatur ado-
ptio, & ejus confirmatio obtenta a domino Feudi; ex-
quam vero agnatus ex parte patris, erat uno gradu remo-
tior, nec author in toto quæstionis contextu mentionem
facit de gradu matris, an esset proximior, necne, nec ejus
vim, ac efficaciam examinat, qui sunt termini indivi-
duales nostræ quæstionis, sed tantum *num.* 22. insurgit fa-
vore adoptati ex duplicitate vinculi, quæ non procedit,
nisi data æqualitate gradus, de quo ibi non constat, Bel-
lon. *de jur. accresc. cap.* 5. *q.* 56 *num.* 47. Rot. cor. Othobon. 89
dec. 91. *num.* 26. *et seqq.* qui venon solam debet esse perti-
nens, sed etiam exclusivus alterius concurrentis, Alto-
grad. *conf.* 95. *num.* 134. *lib.* 2. Rot. *dec.* 84. *num.* 14. *part.* 5.
rec. Eo fortius, cum ad effectum metiendi proximitatem
pro duplicitate vinculi spectanda sit persona primi acqui- 90
rentis, non autem ultimi possessoris, ut in simili Bellon.
de jur. accresc. cap. 5. *quæst.* 56. *numer.* 47. Ideoque respon-
dendo huic authoritati, recte ait Sella apud Fusar. *conf.* 29.
n. 32.

-m. 32. *versic. Respondetur, column. penultim.* pag. 131. quod tangit propositum nostrum, & quatenus tangeret, loquerentur contra veriorem, & receptiorem sententiam, quam in individuo feudi tenuerunt quatuor magni nominis consulentes in causa de Sacarampis superius laudati, & ulterius Fusar. *de substitut. quæst.* 404. n. 13. Altimar. ad Rovit. *consf.* 1. *num.* 24. & *consf.* 17. n. 5. *lib.* 1. Alba *consil.* 8d. & 87. utrobique n. 1. & 2. Gregor. Lopez 6. *partida tit.* 13. *leg.* 3. *vers. Pone etiam circa finem*, Capan. *de fideicomm. mascul. art.* 4. *inspect.* 1. *n.* 20. Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 9. *n.* 69. & *seqq.* Rodoer. *ad pragm.* 33. *de feud. cap.* 6. & 7. *per tot.* Rot. nostra in causa de Batbolanis *lib. motiv.* 18. *a* 25. *versic. Et hanc sententiam* Bottilier. *de success. ad intestat. theor.* 2. *n.* 66. qui nominatim ipsum Thes. refellit.

Vindicato gradu ab objectis, quæ ex qualitatem agnatitiam obumbrabant, ejus pertinentiam frustra pars adversa impugnabat ex defectu qualitatis masculinæ, quam in eo ad mentem Statuti nostri requiri, ex pluribus contendebat.

Et primo, ex quo generaliter in Statuto le mentio, &
91 vocatio agnatorum intelligitur de masculis ex masculis, Rustic. *ad l. Cum avus cap.* 1d. *n.* 33. *lib.* 6. Peregrin. *de fideic. art.* 29. *n.* 3. Maxime in nostro, ubi tam in primo, quam in secundo capite statuentes vocant particulares agnatos, qui vere sunt masculi ex masculis; imo in secundo capite tertium gradum designant in nepote ex filio, vel fratre, non autem ex sorore; & demum in pri-
92 mo capite subordinate invitant cæteros agnatos, præmissa particula, *aliis*, quæ apta videtur ad implicandam similitudinem conformem personis antea in dicto primo capite numeratis, Barbos. 4. 26. *n.* 1. & 2. inde inferendo, quod gradus ad mentem Statuti debeat a patre desumi, & esse masculinus.

Secundo, quia sorore, & cæteris fœminis a Statuto literaliter exclusis, agnatisque masculis usque ad octavum gradum vocatis, gradus non consideratur respectu sanguinis, sed successionis, ideoque non potest desumi a
93 matre, utpote fœmina, & sic insuccessibili, Rot. *decis.* 89. *num.* 8. & *seq. part.* 6. *decis.* 53. *a numer.* 4. *ad* 8. *part.* 7. *rec.* Ursell. *concl.* 81. *verbo agnatio nu.* 5. & *seq. ibique in Apostol. margin.*

Tertio, ex eo quod cum reformatio vocet agnatos masculos, & eos Statutum *rubr.* 130. *lib.* 2. *in cap.* 1. describat per hæc verba, *seu de stirpe ex linea masculina descendenti*, videatur vocare masculos duntaxat ex masculis, & excludere tam fœminas ratione sexus, quam filios fœminæ, etiam nuptæ in familia, cum descendant ex li-
94 nea fœminina, non autem masculina, Rota coram Priolo *dec.* 113. *num.* 2. & 3. confirmata in *dec.* 136. & in individuo filii fœminæ nuptæ in familia, Episc. Rocc. *disp. jur. cap.* 2. *num.* 13. Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. lib.* 2. *art.* 7d. *a num.* 4. *usque ad* 9. ubi inter cæteros allegat Paul. Leon. *consf.* 23.

Quibus tamen non obstantibus, contrario placuit Dominis insistere voto.

Nam quod attinet ad primum, auctoritates Rustic. & Peregrin. in eo allegatæ loquuntur respectu qualitatis agnatitiæ, quæ præsupponit tanquam indubitatum non posse gigni agnatum, nisi per medium masculi agnati,
95 *l.* 2. *ff. de suis, & legitim. hered.* Torr. *de major. capit.* 38. §. 1. *num.* 2. & *sequent. lib.* 1. Non vero percutiunt quæstionem a scribentibus excitatam, an talis agnatus uti possit proximitate, & gradu matris nuptæ in agnatione, in qua data vocatione familiæ, seu agnationis in gene-
96 re, magis communiter concluditur pro affirmativa, ut per Fusar. *consf.* 30. *num.* 13. 14. & 15. cæterosque desuper allegatos.

Et de facto vocatio agnatorum intelligitur de masculis ex masculis etiam in fideicommissis pro conservatione
97 agnationis ordinatis, Torr. *var. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 1. *num.* 28. & tamen filii fœminæ nuptæ in familia, tanquam in eis æque, ac in masculis ex masculis, dominus dignitas conservetur, admittuntur ex proximitate, quam habent per medium matris, juxta auctoritates in §. *Quo vero ad qualitatem gradus allatas*, quas etiam in terminis Statuti mi-
98 litare non est ambigendum, ex deductis per Curt. senior. *consf.* 51. *num.* 9. Beniel. *consf.* 54. *n.* 170. Mans. *consult.* ad 4. *n.* 5. & *consult.* 541. *n.* 26. aliosque allegatos per R. P. D. Severolum *in suo responso a n.* 139. *ad* 141. & in terminis nostri Statuti per Bald. inter cons. Angeli Fratr. *consf.* 68. *repet. consf.* 281. *sub n.* 4. *ad fin. vers. item per præcedentia*, Sabell. *var. res. c.* 82. *n.* 22. ac occasione nostræ quæstionis per Rot. nostram in sæpe allegata dec. in causa de Batbolanis §. *Præterea hanc eandem sententiam in fin.* Non omisso, quod non desunt authoritates, quæ in individuo municipalium Constitutionum admittendos esse ad intestatam successionem descendentes ex fœmina nupta in familia, & ex gradu materno proximiores, expresse profitentur, videlicet, Odd. *consf.* 4d. *n.* 59. & 60. Guidobon. *advocat. civil.* 100. *n.* 12. & 13. Mangil. *de imput. qu.* 59. *n.* 5. Bottilier. *de success. ab intest. theor.* 2. *n.* 64. & 65. Rodoer. *ad pragm.* 33. *de feud.* (quæ pariter est constitutio statutaria illius Regni) *cap.* 7. *n.* 8.

Eisdem rationibus, & doctrinis evitatur quoque illatio ex primo, & secundo capite nostri Statuti deprompta, quod scilicet illud exposcat gradum masculinum, & ulterius confunditur ex ejus litera, non solum quia in utroque capite conspiciuntur vocati filia, & nepotes ex ea, qui sunt masculi ex fœmina; sed in primo capite etiam soror, quæ in linea transversali constituit secundum gradum, quem, licet in secundo capite legatur exclusa respectu certarum personarum tantum, nihilominus, ubi nubit in familia, non amittit, juxta authoritates adductas in §. *Etenim quidquid*. Consimiliter ejus filii catenus in secundo capite non fuerunt inclusi, sed potius exclusi, quatenus ibi consideratus fuit casus, quo ipsi essent simpliciter cognati; ubi vero, prout in præsenti, sunt agnati, non solum tali exclusione non afficiuntur, ex congestis in §. *Præcipue*, & *seqq.* sed sub nomine agnatorum ipsi quoque continentur in primo capite dicti Statuti, & in secundo capite reformationis, quæ tanquam edita ad ampliandum favorem agnatorum, supplendumque universam defectum veteris Statuti, in quo uti restricto ad certas personas deerant nedum cæteri agnati masculi, sed etiam pater, & avus existentes in secundo, & tertio gradu respective cum defuncto; idcirco de novo, & principaliter complectitur omnes agnatos omissos in antiquo Statuto de primo usque ad statum, vel octavum gradum, ut prævia matura discussione fuit decisum per 99
Rot. nostr. in alleg. Florentina successionis de Castellis 5. Novemb. 1659.

Ex his consequitur, nullam vim fieri posse in particula, *aliis*, adnexa verbo, *agnatis*; siquidem ultra quod de sui natura includit res, & personas diversas, Rota 100
coram Cerr. *decis.* 616. *n.* 5. & d. *decis.* 305. *numer.* 9. *part.* 17. *decis.* 305. *numer.* 9. *part.* 17. *decision.* 71. *numer.* 25. & *seqq.* & *decis.* 653. *numer.* 9. *part.* 19. *recent.* adhuc non valet referri, nec quidquam ponere in esse, nec implicare respectu gradus, de quo nulla præcedebat mentio, quive postea simpliciter sine adjuncto adscriptus simpliciter, & sine contraria restrictione est intelligendus, cum ita etiam deserviat statuentium rationi, a qua dispositionis intellectus debet regulari, prout infra in §. *Conspirat*, & *seqq.* sed valet duntaxat indicare similitudinem personarum præcedentium cum sequentibus quoad nudam qualitatem agnati; in materia enim favorabili, qualis est agnationis conservatio, eadem dictio non restringit ad similia ejusdem qualitatis, sed stat ampliative, Rot. *decis.* 308. *num.* 9. *part.* 14. *recentiorum*, 101
juncta præsertim particula, *etiam*, pariter ampliativa ad personas, & casus diversos, & majores expressis, Barbos. *dict.* 115. *numer.* 6. Rota *decision.* 721. *numer.* 7. *part.* 2. *decision.* 98. *numer.* 8. & *sequent. part.* 17. 102
decis. 762. *num.* 10. *part.* 18. *rec.* Eo magis, quia concurrit ad exuberantiam etiam similitudo vigens in gradu fœminæ nuptæ in familia, qui de jure habetur, ac si esset ex masculo, potissime quoad finem statuentium, quem perfecte adimplet, & in quo tanquam principaliter exoptato, satis superque est similitudinem ex eadem dictione manantem verificari, Altograd. *consil.* 8. *numer.* 63. & *sequent. lib.* 1. Surd. *consf.* 151. *numer.* 91. Gratian. *discept. forens. cap.* 5d8. *num.* 34. & *sequentibus*. Præsertim cum aliter eandem dictionem intelli- 103
gendo, contra naturam subjectæ materiæ intelligeretur, & plura sequerentur absurda sigillatim inferius referenda, Barb. *dict.* 26. *num.* 14. Quidquid sub unico verborum complexu concepta fuerit agnatorum ma- 104
sculorum vocatio cum præfixione gradus, ibi, *Agnatis masculis usque ad octavum gradum*, inde subsumendo, quod qualitas masculina æque debeat determinare personas, & gradum: Etenim verbum illud, *masculis*, adjectum personis, non alterat gradum, sed informat, & qualificat subjectum, ut nonnisi masculi ad successionem debeant admitti, sicut in proximis terminis loqui-

105 loquitur Castill, *contr. jur. lib. 5. cap. 129. n. 50.* & colli-
mat Rot. post Card. de Luca *de fideic. disc.* 14. *nu.* 9. & in
individuo casus nostri evincunt authoritates superius
congestæ, signanter eæ, quæ sunt in themate vocatio-
nis de agnatis masculis proximioribus, unico, & eo-
dem contextu personas, & proximitatem amplectentes.
& potissime Rot. *decis.* 53. *p.* 7. *n.* 21. *rec.* loquens in ter-
minis nostris omnino conformibus.

Quo vero ad secundum objectum, animadverterunt
Domini, quod cum Rota exadver. allegata se fundat in
perpetua fœminarum exclusione, ibi, *semper fœminis in
quocunque gradu exclusis*, casui præsenti non adaptatur;
soror enim a nostro Statuto non solum non est sem-
per exclusa, sed in primo capite ipsiusmet Statuti inter
agnatos ad exclusionem matris, & ulteriorum agnato-
rum reperitur vocata, cum expresse inter personas ex-
106 cludentes numeretur, Bruo. *de Statut. articul.* 12. *nu.* 2. *&
seq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 63. Bellon. *de jure
accresc. cap.* 9. *q.* 12. *nu.* 105. Tusc. *lit. S. concl.* 670. *nu.* 2. *&*
3. Surd. *cons.* 85. *num.* 38. Rot. *decis.* 463. *numer.* 5. *par.* 1.
recens. Ideoque ejus gradus dicendus pertinens, utpote
derivans a persona ibi invicem prælative ad remotiores
agnatos, in sensu ejusdem Rot. *dec.* 89. *num.* 13. *& seqq.
part.* 6. *& dec.* 84. *n.* 14. *&* 15. *p.* 5. *rec.* Et quamvis di-
107 ctum caput Statuti fuerit postea per reformationem cor-
rectum respectu matris, & proximiorum; ejusdem ta-
men sororis vocatio in exclusionem ulterioris gradus
agnatorum, sicuti etiam contra attinentes ex latere ma-
tris; & in concursu matris, pro dimidia adhuc de ju-
re illæsa, & in fine dictæ reformationis generaliter præ-
108 servata remansit, Rot. cor. Bich. *dec.* 414. *n.* 30. *dec.* 83. *n.*
9. *p.* 14. *rec.* sufficit enim sororem aliquo casu, & tem-
pore vocari, ad hoc ut illius gradus filio suffragetur,
Raudens. *cons.* 1. *n.* 26. *& seq.* Castill. *contr. jur. lib.* 3. *cap.*
109 16. *num.* 76. & admittit ipse Bell. *exadv. alleg. cons.* 2. *nu-
mer.* 77.

Ulterius rem proprius perstringendo, cum exclusio
110 intelligatur ad limites causæ, Castrens. *cons.* 91. *n.* 2. *lib.*
3. Castill. d. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 67. & causa expressa in re-
111 formatione cesset in sorore nupta in familia, consequi-
tur eam non affici capite exclusivo Statuti, uti late in
§. *Etenim quidquid fuerit*, fuit comprobatum, & insu-
per confirmant plures pro ea in simili res judicatæ, ni-
mirum apud Raud. *cons.* 3. *num.* 22. *& seq.* & in Causa
Sanseverina apud Rovit. *cons.* 1. *num.* 45. *lib.* 1. & in Caje-
tana (ubi fœminæ erant literaliter exclusæ) apud Ca-
pyc. Latr. *con.* 76. *nu.* 34. adeoque labente supposito colla-
bitur etiam objectum. Et in omnem casum, quatenus
per malam hypothesim dici vellet a successione exclu-
sa, dum ea conservat agnationem, & sic cessat ratio,
cui nititur caput exclusivum, exclusio eum continge-
ret, nisi quia reformatio in capite inclusivo masculo
simpliciter vocavit, & ita ob sexum dumtaxat fœmi-
neum, a quo successionem abstulit, eam agnatis tan-
tum masculis deferendo; unde cum mutato sexu exclu-
sionis cesset in filiis, & in consequens ipsa exclusio,
utique debent admitti ex proprio eorum jure, & perso-
na, cum succedant non in jus, sed in locum, & gra-
dum matris, quem occupant, tanquam vacantem per
ejus remotionem, & privationem, idque habeant a le-
112 ge, non a matre, Surd. *cons.* 133. *nu.* 25. Castill. *controv.
jur. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 72. *& lib.* 5. *cap.* 129. *n.* 18. Bellon. *de
jur. accresc. cap.* 9. *q.* 12. *n.* 68. Gob. *de success. observ.* 1. *nu.*
21. Constant. *ad Statut. Urb. adnot.* 39. *art.* 1. *n.* 53. *in fin.*
Rot. post Torr. *de pact. futur. success. dec.* 4. *n.* 25. *& seq.*
magistraliter Rot. *dec.* 463. *n.* 9. *& seq. p.* 1. & *dec.* 402. *n.*
27. *& seq. p.* 9. *rec.* penes Palm. *dec.* 191. *num.* 4. *et dec.* 292.
nu. 10. *tom.* 3. optime Villan. apud de Marin. *res.* 131. *nu.*
25. *per tot. lib.* 1. ubi in individuo primogenituræ agna-
titiæ, & masculinæ considerat in filio fœminæ nuptæ
in familia cessare exclusionem propter rationem agnatio-
nis, & sic judicandum de eo, uti de familia, idem,
quod determinatur de aliis illa non contemplata; prout
etiam si non explicite, saltem implicite, & in spiritu
concordant omnes authoritates passim in superioribus
congestæ, quæ non obstante exclusione matris in agna-
tionis, successionem filio attribuunt, non alia, quæ ex-
cogitari possit, ratione, nisi quia vel in matre cesset
exclusio, vel ad summum sit propter sexum solummo-
do, & idcirco in filios non transitoria.

Quod agnovit, & approbavit etiam Rot. *dec.* 53. *num.*
9. *p.* 7. *rec.* quæ licet una cum *dec.* 89. *p.* 6. *rec.* ex adver-

so exaggeretur in objecto, potius tamen illum manifeste
resolvit, & adversus allegante retorquetur, ut ambarum 113
ponderatione præmissa demonstrabitur.

Decisio enim 89. admittit feminam nuptam in fa-
milia conservare agnationem, & gradum, *n.* 7. *et* 8. ubi
non rejicit ejus gradum, ex quo non sit agnatitius,
sed solum, quia Statutum excludendo feminas, & vo-
cando masculos, desideret gradum masculinum; & pro
hoc allegat authoritates percutientes feminas in gene-
re, non autem nuptas in familia, & in specie Fusar.
q. 357. *n.* 2. qui successive ibidem *n.* 8. in puncto nuptæ
in agnatione firmat contrarium. Ulterius eadem *decis.
n.* 10. *et* 11. allegat alias consimiles authoritates, & præ-
cipue Raudens. *cons.* 3. *n.* 20. *et seqq.* qui tantum abest,
quod excludat filium feminæ nuptæ in familia, quod
potius sub *n.* 22. defert successionem etiam matri, refe-
rendo res pro ea judicatas, & solum *nu.* 25. distinguit
inter vocationem in specie, & vocationem in genere,
Bellon. vero *cons.* 2. *nu.* 71. ibidem allegatus contendit fe-
minam hujusmodi esse cognatam, nec conservare agna-
tionem, quod de directo contradicit ipsimet decisioni,
quæ ait eam conservare agnationem, & gradum. Non
omisso, quod contra Bellon. fuit judicatum, ut apud
Capyc. *cons.* 76. *n.* 34. *lib.* 2. Rota cor. Dunozzett. *dec.* 14.
pariter per eam allegata admittit opinionem Cravett.
quando vocatur proximior de familia, non quando vo-
catur certa linea, & una substituitur alteri; & sic in
prima parte favet nostræ sententiæ; in secunda vero re-
jiciendo Cravett. quando vocatur certa linea (quæ qui-
dem vocatio est in specie) loquitur non solum extra
casum nostrum, sed ipsiusmet *dec.* 89. quæ super voca-
tione in genere ad successionem transversalem emana-
vit, & ita ex contextu totius decisionis, quæ *n.* 12. 13.
et 14. iterum admittit feminam conservare gradum, &
agnationem, & solum ejus gradum rejici ob repugnan-
tem qualitatem masculinitatis; colligitur in illius sensu
nuptam in familia excludi tantum uti feminam, & sic
propter sexum, & illius gradum rejici, non quia sit a-
gnatitius, sed quia non est masculinus; quare cum fe-
mina conservet agnationem, & excludatur solum ratio-
ne sexus, illius exclusio non nocet filiis ejus masculis,
juxta proxime adducta in §. *Ulterius rem proprius*.

Hinc posterior *dec.* 53. *p.* 7. *rec.* considerans *num.* 9. *et
seqq.* salva conservatione agnationis tam in matre,
quam in filio clare canonizata a præcedenti decisione,
satisfieri menti statuentium, & defectum masculinita-
tis in matre cessare in filio, solidæ huic difficultati a
præcedenti decisione prætermissæ omnino occurrendum
existimavit, prout juridice occurrit, non ex primævo
motivo defectus masculinitatis in gradu, sed eo relicto
ex sola præponderantia duplicis masculinitatis in con-
currentia masculo ex masculo, qui proinde masculo ex
femina in pari gradu semper præfertur, ut pro com-
perto tradit Fusar. *consil.* 18. *num.* 6. *per tot.* eoque rela- 114
to Rodulphin. *alleg.* 20. *n.* 18. Peregrin. *de fideicomm. art.*
26. *num.* 2. Torr. *de major. tom.* 1. *pag.* 157. *et* 158. *capit.*
25. §. 24. *numer.* 282. *et seq.* dicentes, quod masculi ex
masculis duplici jure nituntur, uno quod sunt mascu-
li, altero qui orti sunt ex masculis; masculi vero ex
feminis unico tantum jure foventur, videlicet, quia
sunt masculi, prout in hæc verba ait ipsa decisio, quæ
dempto concursu masculi ex masculo successionem sta-
tutarum masculo, ex femina in agnatione nupta ex-
presse defert, ut *num.* 10. *et* 11. disertis verbis profitetur,
adeout habito pro constanti, quod femina conservave-
rit agnationem, & gradum, & quod in filio tanquam
masculo cessaverit exclusio; cessante causa exclusionis,
videlicet sexu, ibi *n.* 9. controversiam resolverit iisdem
regulis, quibus utuntur Doctores in decidendo contro-
versias subortas inter masculos occasione contemplatæ
masculinitatis, ut indicant authoritates Ruini, & alio-
rum a Rota in fin. allegatæ.

Nec dubitari valet, quin Rota firmet, sed simplici- 115
ter referat supradictam conclusionem; alias enim obje-
cto non satisfaceret, & sine ulla responsione relinque-
ret adeo gravem difficultatem, & tot, tantisque autho-
ritatibus fulcitam, quod nullo pacto dicendum, vel
præsumendum est de tam insigni Tribunali.

Potissime quia dicta decisio posterior post deducta
usque ad *n.* 8. insurgit ex adverso cum dictione, *quamvis*
quæ est adversativa præcedentibus in iis, quæ sunt ejus-
dem generis, seu qualitatis, Barbos. *dict.* 304. *numer.* 1. 116

& sic revocat superius dicta, & perseverat in eadem revocatione, dum procedit inter masculum ex masculo, & masculum ex fœmina tantum per viam prælationis, quæ supponit habilitatem, & indubitatam vocationem utriusque, Salgad. *in labyrint. credit. p. 1. cap. 3. num.* 10. *&* 11. & solum præfert in casu particulari eum, qui habet qualitates masculinitatis præponderantes, & ex non extante masculum ex fœmina nupta in agnatione literaliter admitti, & sic recedit a masculinitate gradus, de qua in superiore parte decisionis, & qua retenta non erat locus prælationis, & respective postpositioni alterius concurrentis, sed omnimodæ ejusdem exclusioni.

117 Ex his pariter resultat opportuna responsio ad Ursill. *cons.* 81. *n.* 5. *& seqq. in Apostill. marginal.* ubi simpliciter refert opinionem Rota *in d. dec.* 89. *p.* 6. quam tantum vidit, cum eodem anno 1632. quo illa prodiit, ipse quoque suarum lucubrationum librum ediderit, non visa, nec expectata dicta posteriori *dec.* 63. *p.* 7. quæ de anno 1635. in eadem causa emanavit præcedentia *dec.* 89. & in consequens Ursill. ejus simplicem relatorem explicavit, & in melius reformavit, itaut juxta eam sit intelligendus, *ex vulgatis*. Quare re de primo ad ultimum perscrutata, hæc *dec.* 53. quæ ad terminos Statuti nostri conformis emanavit bene intellecta, & ab æquivocis vindicata videtur favore DD. de Ricasolis præsentem controversiam decidere.

Transeundo ad tertium objectum, verba Statuti, a quibus elicitur, scilicet: *Agnatos, seu de stirpe ex linea masculina descendentium*, respiciunt duntaxat provenientiam, & originem agnatorum, ut denotant dictiones *de*, & *ex*, quæ causam productivam, & materialem, unde derivant, & efformantur agnati, designant,
118 Barbos. *d.* 77. *n.* 2. *&* 3. Torr. *de majorat. cap.* 5. *n.* 53. *pag.* 29. *lib.* 1. Rota *dec.* 481. *nu.* 33. *p.* 19. etiam remotam, & remotissimam, Rota coram Seraph. *dec.* 839. *nu.* 4 5. *&*
119 6. Coccin. *dec.* 493. *nu.* 4. *&* 5. *& dec.* 397. *num.* 13. *p.* 15. *rec.* & nihil pertinet ad gradum, & proximitatem, prout de stirpe ait Torr. *d. cap.* 5. *n.* 57. quæ quidem pro-
120 ximitas est jus separatum ab agnatione, & potest aliunde filio obvenire, ex Matt. Sess. & Durano *in §. Ex hu-*
121 *cusque laudatis*, quibus accedit Rota coram Bich. *decis.* 313. *num.* 2.

Quinimo dicta verba nihil novi important; idem enim est dicere, *agnatos*, ac descendentes per lineam
122 masculinam, cum unum non detur sine alio, Paul. de Castr. *cons.* 91. *nu.* 4. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 625. *n.* 9. Ventusin. *cons.* 25. *nu.* 14. *lib.* 1. Ideoque cum stent inter se synonyme, nec ullatenus diversificentur in sensu, nec et-
123 iam in effectu, & jure successionis variari debent, Torr. *de major. cap.* 3. *n.* 17. *lib.* 1. cum concordantibus.

Præsertim interjecta dictione, *seu*, quæ est declarati-
124 va præcedentis verbi, *agnatos*, Barbos. *d.* 363. *n.* 7. & usi tali essentiam, & naturam declarari non immutat,
125 Rot. *dec.* 16. *n.* 7. *p.* 87. *& dec.* 464. *nu.* 7. *p.* 19. *& dec.* 464. *nu.* 7. *p.* 19. *rec.* Absque eo, quod replicari valeat, quod dicta verba declarativa sic accepta starent ibi penitus otiosa; siquidem non stant sine effectu, & prudenter, ac opportune fuerunt adjecta, cum omnino ponant in claris fictorum agnatorum exclusionem, nimirum adoptivorum, arrogatorum, filiorumque simplicis sororis, qui omnes in antiquis dubium erat, an sub simplici
126 agnatorum appellatione comprehenderentur, Dec. *consil.* 131 *n.* 7. Altograd. *cons.* 52. *nu.* 6. *lib.* 1. Caten. *resol.* 172. *nu.* 7. Redenasc. *cons.* 27. *per tot. lib.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *n.* 57. Metez. *de major. par.* 2. *q.* 6. *nu.* 548. Gob. *de success. observ.* 14. *n.* 49. *& seq.*

127 Ultra quod in eodem primo capite Statuti, unde sumitur objectum, soror connumeratur inter excludentes, & admittitur ad exclusionem tam matris, quam ulterioris gradus agnatorum, & propterea repugnat, quod insimul, & semel ex eodem contextu duo inter se contraria emergant, videlicet sororis admissio, & ejus gradus rejectio, Rot. cor. Carill. *dec.* 296. *nu.* 6. *& dec.* 396. *nu.* 5. *p.* 17. *dec.* 619. *n.* 8. *dec.* 711. *nu.* 7. *&* 8. *p.* 18. *rec.* præsertim cum immediata correctio non præsumatur, &
128 semper sit evitanda, *l. non ad ea, ff. de condit. & demonst.* Rot. *dec.* 671. *n.* 14. *dec.* 647. *n.* 9. *p.* 18. *dec.* 313. *nu.* 13. *dec.* 492. *n.* 21. *dec.* 571. *nu.* 15. *p.* 19. *rec.* coram Emerix jun. *dec.* 889. *n.* 14. *dec.* 1041. *n.* 3. Dunoz. jun. *dec.* 715. *nu.* 4. & admissio literalis, & certa per exclusionem conjecturalem, & incertam, non sit admittenda, *leg. Cum*
Titio, ff. ad l. Falcid. l. Nec quemadmodum ff. de jur. Grat. 129
discept. forens. cap. 884. *n.* 28.

Præterea obsecundando parti, & strictius mentionem lineæ masculinæ, & ejus vires ponderando, animadverterunt domini, lineam masculinam in duplici sensu communiter accipi.

Primo, effective, & determinate dato aliquo certo stipite, veluti si disponens propriam, vel sui hæredis lineam masculinam vocet, & in hoc casu verissimum
est, non posse desumi proximitatem a matre nupta in 130
diversa linea, licet ejusdem agnationis: non quia gradus sit impertinens ad tribuendam proximitatem agnatitiam in genere; sed quia in filio deficit altera qualitas illius lineæ in specie vocatæ, novæ bona transeant in aliam lineam a Testatore non vocatam, prout late fuit demonstratum in §. *Sublata, & seq.* & in his præcisis terminis loquuntur authoritates ex adverso adducta, & quotquot aliæ possent adduci, quæ sunt extra 131
casum nostrum.

Secundo vero (& hic est casus, in quo versamur) accipitur contentive, quando vocantur agnati ex linea masculina simpliciter, & indefinite absque adjuncto sti-
pitis, qui designet originem, Giovagn. *consil.* 75. *libr.* 1. 132
n. 2. *&* 3. Menoch. *cons.* 463. *n.* 12. *& cons.* 924. *numer.* 22. *&* 13. Honded. *consil.* 4. *num.* 23. *& seq. lib.* 1. Rovit. *cons.* 16. *in fin. lib.* 1. Grat. *discept. for. cap.* 645. *num.* 3. *& seq.* Audt. *contr. for. cap.* 337. *num.* 2. *&* 10. Matt. *de success. l. part.* 2. *quæ.* 1. *art.* 3. *n.* 7. *& seqq.* Fontan. *dec.* 36. *num.* 10. Rot. cor. Merlin. *dec.* 66. *n.* 4. & cor. Cerro *dec.* 531. *nu.* 9. *&* 10. & hoc amplius, cum in casu præsenti reformatio ad vocationem agnatorum usque in sextum gradum processerit post extinctionem lineæ effectivæ, & contentivæ proximæ, consequitur cæteras omnes lineas contentivas, licet remotas, sub eo nomine contineri,
Peregr. *cons.* 47. *num.* 10. *in fin. lib.* 2. Altograd. *cons.* 95. *nu-* 133
mer. 117. *lib.* 2. Mans. *consil.* 370. *numer.* 14. Card. de Luc. *de fideic. disc.* 53. *nu.* 13. *&* 14. Rot. *dec.* 14. *num.* 11. *decis.* 112. *num.* 3. *part.* 8. *rec.* & confert Torr. *var. tit.* 1. *qu.* 15. *n.* 11. *&* 12 *tom.* 1. quod spectata rerum substantia, & effectu unice attendentis, Rot. *decis.* 320. *nu.* 2. *p.* 17. *dec.* 9. *n.* 19. *dec.* 416. *n.* 7. *part.* 18. *dec.* 643. *num.* 5. *p.* 19. *rec.*
Motivum in Florent. Electionis ad majoratum 6. Martii 134
1704. § *Præterea fol.* 5. cor. me, idem importat, ac vocationem agnationis in genere, Altogr. *cons.* 47. *num.* 82.
& 83. *lib.* 2. Fusar. *de substitut. quæst.* 351. *nu.* 9. *vers. Ego* 135
in puris, & nu. 39. in qua cum omnes Doctores utrinque allegati conveniant, admittendam esse proximitatem ex gradu materno, ut supra, fuit demonstratum, præcipue in §. *Sublata*, & in §. *Albergum*, recurrunt favore DD. de Ricasolis authoritates omnes filiæ fœminæ nuptæ in familia in casu talis vocationis ex gradu Matris successionem deferentes, & præter eas in individuo lineæ masculinæ contentivæ vocatæ, quod ex satis verificetur in filio ex persona Patris descendentis, per masculos ab eodem stipite cum defuncto, & juncta proximitate ex materno latere ipsemet filius admissatus ad successionem, firmat Curt. jun. *cons.* 1. *nu.* 38. Paschal. *de patr. potest. c.*
9. *nu.* 76. & in terminis vocationis proximioris masculi 136
de genere mascolino, & cognomine ipsius Testatoris (quod sonat idem, ac ex linea masculina) Cravet. *cons.* 831. *in princ. & per tot. & cons.* 877. sicuti etiam in puncto demandatæ per Testatorem conservationis bonorum in agnatione masculina æquipollenti (ut videtur) lineæ masculinæ juxta facti seriem, de qua Albergh. apud Fusar. *cons.* 18. *n.* 8. & Stella apud eundem *cons.* 19. *in princ.* consuluit favore filii fœminæ nuptæ in familia, Stella ibid. *cons.* 19. *per tot.* & idem Fusar. *cons.* 30. *nu.* 12. *&* confert. Facbin. *contr. jur. lib.* 11. *c.* 26. *prope fin.* loquens in casu additæ rationis conservandi bona in agnatione masculina.

Et merito, quia vocata linea contentiva in genere non habetur respectus ad lineas particulares, sed ad totam
agnationem, tanquam unicum corpus, Card. de Luca 137
de fideicom. disc. 106. *nu.* 13. *&* 14. *de jur. patr. disc.* 44. *n.* 7. *&* 8. & dicitur linea qualitatis agnatitiæ, quæ in hoc differt a linea recta, seu substantiæ, & quod hæc est regularis procedens descensive de patre in filium; linea vero qualitatis est vaga, & indeterminata discurrens per omnes lineas substantiæ, donec inveniatur, qui habeat qualitates a dispositione requisitas, non inspecto unde desumatur agnatio, & unde proximitas, sed solum an in subjecto succedentis in sint hujusmodi qualitates, Bald.
cons. 334. *numer.* 4. *vers. Quia respondeo lib.* 3. ubi quod 138
agna-

agnatio proprie non habet lineam, sed improprie, de Ros.
consult. 69. n. 69. Tort. *var. cit. 2. q. 30. nu. 14. & 25. lib. 1.*
139 *& de major. p. 1. cap. 5. nu. 97. & 98.* Rota nostra coram D.
meo Aud. Fiscali Serapto, penes Baldoc. *de legat. decis.* 35.
n. 23. optime Roxas *de incompatib. lib. 1. cap. 6. n.* 301. 304.
& seq. ubi differit de dicta linea qualitatis agnatitiæ, *& nu.*
316. effotmaodo in ea casum, in quo vocetur proximior
agnatus, concludit favore filii fœminæ nuptæ in familia,
ut ad exclusionem proximioris ex latare patris vincat acci-
piendo agnationem a patre, & majorem proximitatem a
matre, subdens *n.* 317. quasi per modum rationis, lineam
qualitatis esse irregularem, & non servato ordine substantiæ
comprehendere omnes quomodocunque habentes qualita-
tes requisitas, & transmeare de una linea ad aliam substan-
tiæ, ita ut quilibet habens hujusmodi qualitates exoptatas
faciat unum punctum istius lineæ qualitatis, non attenta
mixtura, & saltu de una materiali linea ad aliam, Castill.
140 *contr. jur. lib. 5. cap. 93. §. 1. nu.* 18. decisio Sicula apud Car.
din. de Luca *de feud. art. 5. n.* 48. Lattas *dec. 34. n* 43.

Conspirat insuper in exclusionem objectatæ restrictionis
ad gradum masculinum animadversio, quod verbum, *gra-
dus*, tam in Statuto, quam in reformatione fuit semper pu-
re, & simpliciter prolatum absque adjuncto masculini,
quod quatenus voluissent, facile disponentibus fuisse adjice-
re, prout absolute oportebat, non solum quia qualitates,
& inter eas ipsammet principaliter expetitam conservatio-
nem agnationis tale adjunctum notabiliter alterat, & re-
stringit; ideoque speciali nota, & expressione indigebat,
141 ad hoc ut consulto omissum, & non casatum reputaretur,
l. item apud Labeonem, §. Ait prætor, ff. de injur. ibi: *Ea
quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notantur, videntur qua-
si neglecta, l. ult. § Sin autem ad deficientis, C. de cad. toll.*
Valenzuol. *cons. 97. n.* 144. Mantic. *de conject. lib. 3. tit. 19.
n. 6.* sed etiam quia circumscripto adjuncto, nostræ senten-
tiæ favet ipsamet vera, & germana verborum proprietas
semper custodienda, & nunquam deserenda, nisi evidenter
constet de contrario sensu disponentis, Rot. *dec. 299. nu. 6.*
142 *& seq. & n. 23 p. 12. & dec. 118. n.* 13. ubi etiam de Statu-
to utcumque duro *dec. 365. n. 7. p. 16. dec. 386. nu. 17. p. 18.
dec. 557. n. 4. & dec. 572. n. 2. q. 19. rec.* Rota nostra penes
Samminiat. *contr.* 101. *n.* 22. *& seqq.* confirmata sub d e 7. A-
prilis 1702. *n.* 80. *& seq. & n.* 243. de quo cum non constet
in præsenti, nec de mente statuentium æque bene per mascu-
lum ex fœmina suum finem sortiente constare possit, jam
patet, verba & requisita ex eorum propria significatione re-
sultantia in filio nuptæ in familia, & in gradu, & proximi-
tate matris adamussim verificari, ut totidem verbis in con-
simili casu dicunt Doctores complures desuper congesti, in
143 *§. Certius in fin.* inter quos Vegg. qui *d. cons. 63. n.* 108. ul-
terius dicit non solum dicta verba, mentem, & requisita
in eo verificari, sed etiam omnes rationes civiles, & natu-
rales pro eo militare; naturales scilicet (ut licet arguere)
propter sanguinis vinculum a natura procedens; civiles ve-
ro propter agnationis jura tali vinculo annexa, quæ a jure
civili, nempe a *lib. 12. tabul.* desumuntur, quod, & cæte-
ros sensisse non est dubitandum, dum & proximitatem, &
simul agnationis implementum tum matri, tum filio unani-
miter adscribunt.

Eo proclivius, quia regulariter a verbis non receditur
propter subtiles interpretationes, *l. ille, aut ille, § Cum
verbis, ff. de condit. & demonstr.* Rot. *dec. 151. n. 7. par. 5.*
144 *dec. 47. n. 3. p. 9. dec. 339. n. 2. dec. 400. n. 5. p. 18. rec.* qui-
nimo cum quatenus opus sit, importari debeant, ut men-
ti, & fini statuentium deserviant, multo magis generali-
ter, & secundum eorum naturam debent intelligi, & nun-
quam restringi, quando, prout modo, menti statuentium
inserviunt, & conformantur, Aymon. Cravett. *cons.* 245.
145 *n. 10. vers. Quarto respondeo*, Fenzon. *ad Statut. Urb. cap.*
151. *inspect. 2. p. 2. nu. 4. 5. & 6. pag.* 407. & in durioribus
terminis Rot. cor. Dunoz. sen. *dec. 196. n. 8. & dec. 577. nu.
5. p. 19. rec.*

Ex quibus præventive occurritur etiam objecto, quod
nempe casus mulieris nubentis in familia, seu filiorum ex
similibus nuptiis genitorum, cum non legatur in Statuto li-
teraliter expressus, dici potius debeat casus omissus, qui
propterea sub dispositione juris communis sit relinquendus,
146 Barbos. *axiomat. 39. n. 8.* Rot. *dec. 46. nu. 6. & seq. p. 14. &
dec. 647. n. 31. p. 19. tom. 2. rec.*

Quoniam satis superque demonstratum est, quod verba
dispositionis in proprio sensu accepta in eo verificantur,
cum tamen sufficeret ad hoc, ut diceretur casus in Statuto
specifice expressus, quod aliquod modo comprehenderetur
sub generalitate verborum, Mans. *cons. 81. num. 72. & seq.*
Matt. Medic. *examinat. 24. nu.* 37. Rot. cor. Cerro *dec. 68.
n. 8. & 9.* concurrente in omnem casum etiam comprehen- 147
sione, & expressione ex vocationis, sub qua etiam mascu
lus ex fœmina agnata continetur, & cui æque bene, ac ma-
sculus ex masculo, ipse satisfacit, Saminiat. *contr. 169. a* 148
n. 2. ad 9. Castill. *contr. jur. lib. 5. cap. 15. nu. 22. cum pluri-
bus seq.* & præcipue *n.* 31. Rot. Roman coram Dunoz. jun.
dec. 201. *n.* 8. Cerro *decis.* 614. *n.* 3. & in nostra Florentina
fideicommissi della Fonte 23. Decembris 1600. *§. Et quo l
fol. 6.* coram D. meo Farsetto, aliisque passim, & signanter
Fenzon. *ad Statut. Urb. pag. 336. n. 12. & seqq.*

Hæc per se clara, & firma, certiorem adhuc lucem, &
firmitatem recipiunt a compluribus absurdis, quæ a contra-
rio Statuti intellectu, nempe restrictivo ad gradum mascu-
linum, undequaque confluerent.

Primum nempe, quod cum statuentes vocaverint agna-
tos ex unica, & finali causæ conservandi agnationem, quæ
ex superius probatis in fœmina agnato nupta reperitur, &
in filiu continuatur, ejus gradus maneret exclusus absque ul-
la ratione, imo contra ipsam rationem, mentem, & fidem
statuentium, quos adeo fatuos fuisse non est credendum,
ut conservationi agnationis unice prospicientes, ac inhian-
tes, voluerint rejicere medium talis fœminæ, per quod eo-
rum finis æque bene obtinetur, ac ex masculo juxta vulga-
tum axioma, quod qui vult finem, vult etiam omnia, per
quæ pervenitur ad finem, Bondeo. *conduct. egal. capit. 42.
num 83. lib. 2.* Rota *decision. 349. numer. 2. part. 14. re-* 149
centior.

Secundum oritur ex eo, quod ad mentem Statuti soror
licet fœmina extra familiam nupta succederet exclusive ad
agnatos remotiores, at ejus filii, qui sunt masculi agnati
proximiores per medium ejusdem fœminæ excludentia,
itemque in agnatione nuptæ, excluderentur ab illis remo- 150
tioribus agnatis ex eodem gradu fœminino propriæ matris
jam exclusis.

Tertium, & præcedenti cohærens emergit, ex quo re-
tento dicto contrario intellectu in successione agnati haben-
tis nepotem ex sorore nupta, v. g. Titio agnato, & in sex-
to gradu erga defunctum existenti, jamque præmortuo, Cu-
jus Titii frater in sexto, & ita in pari gradu proximitatis
constitutus, excluderet dictam nepotem agnatum, & ter-
tio gradu defuncto conjunctum, & sic remotior, & minus
dilectus proximiori, & magis dilecto anteferretur, quod
absurdum in Statutorum interpretatione omnino vitan-
dum, post Soccin Alexand. Menoch. & Honded. monet
Mans. *consult. 81. num. 76. & 77.* Rot. *decis 104. nu 2. p. 1.* 151
recent.

Quartum tandem, quia licet soror in reformatione ex-
cludatur sub expressa ratione cessantia in favore agnationis,
adhuc ejus personæ & gradus exclusio extenderetur ad ca-
sum, in quo favor agnationis non cessat, & sic ampliare-
tur caput exclusivum ob sui odium restringendum, & mul-
to magis cessante, prout hic, causa odii, & exclusionis,
& e converso restringeretur caput inclusivum de se favorabi-
le, & extendendum, itaut non comprehenderet gradum
agnationis conservativum sub verbo, & ratione compre-
hensum, contra regul. text. *in l. Cum quidam, ff. de libr.* 152
& posthum. in cap. Odia de reg. jur. in 6.

Tot igitur, tantisque concurrentibus absurdis, respuen-
dus utique fuit dictus contrarius intellectus, & capiendus
ille comprehensivus gradus fœminæ agnatæ, ut ita irratio-
nabilitas arceretur a lege Patriæ per tot sapientes viros com-
posita; utque illa appareret justa, rationabilis, & confor-
mis suo fini, qui familiarum splendorem, bonumque pu-
blicum concernit, & fovet, ut post text. *in leg. Nam ab-* 153
surdum, ff. de ben. liber. cap. in Genes de elect. altius excla-
mat Card. de Luca *de success. disc. 15. nu. 12.* Palm. *allegat.
31. numer. 3.* Constol. *ad Statut. Eugubin. in prælud. nu-
mer. 27. & seqq.* Rota coram Molin. *decis. 564. numer. 14.
& decision. 581. numer. 16. decis. 387. numer. 23. par. 13.
recentior.*

Perstringendo itaque omnia ad unum, cum Patriæ san-
ctiones in publicam utilitatem splendori familiarum in ge-
nere consulant, & conservationem facultatum in eis unice
exoptent, atque hanc per fœminam in agnatione nubentem
in filiis ex utroque parente agnatis obtineri prudentum
responsa, & Tribunalium placita desuper allegata testen-
tur, mediante gradu, & proximitate materna, quæ eis-
dem filiis successionem tribuens adversus masculos ag-
natos ex latere paterno proximiores, & suapte indole
agnationem adaugentes, multo fortius censeri debuit

habilis ad eandem successionem tribuendam adversus fœminarum agnationem destruentes, & bona, ad mentem Statuti in agnatione custodienda, in alienas, & prorsus extraneas familias transferentes, cumque litera, & spiritus nostræ reformationis certis quodammodo, & indubitabilibus notis spectata sermonis Barones Bettionum, & Octavianum designent, utpote qui unnem possident qualitatem ibidem præfixam, ut constat ex probatis, utique eandem reformationem pro cia militare, & intestatam successionem Domini olim Baronis Bracii, juxta illius præscriptum, ad eos spectare, præmissorum rationum vi, ac pondere adacti existimavimus, &c.

Et ita partibus acriter informantibus, &c.

Zacharias Serapeus Aud. Fif.
Joseph de Nobilibus Rota Aud.
Alexander Bellutius Aud. & Rel.

Responsum R. P. D. Marcelli Severoli in hac causa emanatum, habetur impressum in praecedenti 2. Volumine Decisionum, pag. 465.

Allegatio vero responsiva Domini Advocati Ferdinandi de Valentibus in eadem causa, est infra post Decision. 16.

R.P.D. LANCELLOTTO.

Civitatis Castelli supplementi legitimæ.

25. *Junii* 1604.

A R G U M E N T U M.

Computantur fœminæ ad effectum calculandi quantitatem legitimæ, & licet exclusæ sint a Statuto, faciunt partem masculorum favore.

S U M M A R I U M.

1 *OMnes filii, sive sint masculi, sive fœminæ, computantur ad impinguandam legitimam.*
2 *Amplia, licet fœminæ professæ sint, dummodo Monasterium sit bonorum, & successionum capax.*
3 *Omnia Monasteria Mendicantium, exceptis Capuccinis, & iis, qui Minores de Observantia nuncupantur, capacia sunt successionum.*
4 *Statuta, quæ a successione Religiosos excludunt, nullius roboris reputantur, etiamsi confirmata sint a Summo Pontifice, si confirmatio tantum in forma communi fuerit emissa.*
5 *Statutum injiciens vinculum fœminis ante ingressum Religionis, illas excludit propter masculos.*
6 *Et eo casu, si masculis proficuum sit, faciunt partem in legitima, ut de triente transeat ad semissem.*

D E C I S I O II.

DOmini dixerunt, Beatricem, & Faustinam facere numerum ad legitimam impinguandam, cum ad hunc effectum sint computandi omnes filii, tam masculi, quam
1 fœminæ, juxta notata *in Authent. novissima, C. de Testament.* Patis. *cons 27. num. 25. lib. 2.* Neque obstare, quod nunquam professæ in Monasterio incapaci non possint facere partem; nam omissio, quod non constat Beatricem unquam professionem emisisse, imo constat obiisse in sæculo extra Monasterium de licentia superiorum; nihilominus cum hæc fuerit monialis, licet non professa, in Monasterio nuncupato del Sacco, Civitatis Castelli Ordinis S. Augustini, & cum Faustina fuerit professa in Monasterio noncupato delle Muratte, Regulæ S. Benedicti in Civitate Florentiæ, non sunt incapaces bonorum, & successionis in communi imo notum est, hujusmodi Monasteria possidere bona stabilia, & tradit Boer. *dec.* 104. *n.* 6. Card. *in* 1. *ale. q.* 12. *de regular.* & juxta Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de regular.* omnia Monasteria tam virorum, quam mulierum etiam Mendicantium, exceptis Capuccinis, & iis, qui Minores de Observantia nuncupantur, sunt capacia, Statutum autem excludens a successione Religiosos, est invalidum; & confirmatio Apostolica, tanquam in forma communi, refertur ad Statuta valida, ex allegatis pro Domino Lucio.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod ab initio istæ moniales ante ingressum Religionis fuerunt a Statuto exclusæ propter masculos, cum Statutum ante ingressum injecerit vinculum, ut per Castrens. *cons.* 304. *nu.* 14. *lib.* 1. Tiraquell. *de jur. primog. q.* 43. *n.* 5. *& seq.* Mandell. *consil.* 98. *n....* Viv. *multos allegans commun. opin.* 812. *n.* 14. Crass. *in §. successio q.* 3. *n.* 2. quo fit, ut cum prius essent a Statuto exclusæ, per talem exclusionem quæsitum fuit jus masculis; & quatenus agitur de eorum interesse, faciant partem in legitima, itaut illa transeat de triente in semissem, ut fuit resolutum in causa Romana de Lante coram Sanctissimo D. N. *quæ est decis.* 166. *part.* 1. & tradit Decian. *respon.* 46. *numer.* 31. *& seq. lib.* 3.

Et ita &c.

R. P. D. P I R O V A N O.

Æsina Fideicommissi.

Lun. 28. *Maii* 1629.

A R G U M E N T U M.

Dotes filiarum fideicommittentis, tanquam æs alienum detrahuntur, nec in filiorum legitima imputantur, sive Statutum fœminas intuitu dotationis excluserit, sive simpliciter propter masculos.

S U M M A R I U M.

1 *QUamvis fœminæ simpliciter, & absolute a Statuto fuerint exclusæ, illarum dos, tanquam æs alienum de toto patrimonio detrahitur, non autem de legitima filiorum extrahitur.*
2 *Fœminæ exclusæ a successione per Statutum non possunt facere cum cum masculis partem in legitima, quæ jure successionis debetur.*
3 *Dos fœminarum a Statuto exclusarum detrahitur ante filiorum legitimam.*
4 *Ex Statuto Æsii dos non succedit loco legitimæ.*
5 *Dos non dicitur loco legitimæ succedere, ex quo Statutum mandat fœminas dotari juxta qualitatem personarum, & quantitatem patrimonii, nisi mentionem faciat de legitima.*
6 *Dos legata an detrahatur ante legitimam.*
7 *Dos, quæ ex Statuto petitur ante filiorum legitimam est detrahenda.*
8 *Dos, quæ succedit loco legitimæ, ante detractionem legitimæ masculorum, non vero de illorum legitima detrahi debet.*

D E C I S I O III.

SUperest videndum pro firmando statu hæreditatis Antonii Francisci Ceccolini, an dotes quatuor filiarum ejusdem fideicommittentis essent detrahendæ de hæreditate illius per hæredes ultimi gravati, tanquam æs alienum, vel potius in legitimam filiarum computandæ, ut inde sciri etiam posset diminutio hæreditatis restituendæ in hac parte? & Domini tanquam æs alienum esse detrahendas responderunt, sive a Statuto Æ- 1
sino simpliciter, & absolute a successione, sint fœminæ exclusæ propter masculos, sive dotes illarum in locum legitimæ ab eodem Statuto reperiantur subrogatæ. 2

Nam quando fœminæ simpliciter, & absolute a Statuto sunt exclusæ, quamvis variæ sint Doctorum opiniones, verior tamen est illa, ut dotes tanquam æs 3
alienum de toto patrimonio detrahantur, non autem de legitima filiorum extrahantur, quam firmarunt Cald. *in leg. Papinianus, §. Unde si quis numer.* 2. & Angel. *ibidem numer. pariter* 2. *ff. de inoffic. testament.* & secuti sunt Soccin. senior. *consil.* 83. *numer.* 36. *lib.* 4. Brun. *de Statut. artic.* 13. *quæstion.* 3. *numer.* 31. *& seqq.* Soccin. junior. *consil.* 25. *numer.* 13. *lib.* 1. Breov. *consil.* 138. *numer.* 31. *lib.* 2. Simon. de Praet. *de ultim. voluntat. lib.* 4. *fol.* 363. Rimin. junior. *consil.* 187. *numer.* 46. Gabr. *consil.* 21. *n.* 10. *lib.* 1. *de legitima conclus.* 2. Thesaur. *dec.* 159. *nu.* 14. Peregr. *de fideicomm. art.* 38. *num.* 19. Crass. *in §. legitima q.* 7. *numer.* 4. & hanc partem Rota secuta est in Firmana legitimæ 16. Febr. 1518. coram bon. mem. Ubaldo, *quæ est dec.* 4. inter impress. post Modern. *tract. de legit.* & omnes 4
moventur unica ratione, quod dum fœminæ propter masculos sunt exclusæ a successione, non possunt concurrere cum filiis in legitima, cum illa debeatur jure successionis, & di-

5 & dicatur portio ejus, quod quis habiturus ſit ab inteſtato;
propterea non per ſucceſſionem, ſed condictione a Statuto,
6 tanquam debitum hæreditarium dotes conſequi debent, quæ
ante legitimam ſunt detrahendæ; Bart. *in l. 1. §. ſecundum,*
ff. de ſuis, & legit. Craſſ. *in §. legitima q. 6. n. 4.* Gabr. *dict.*
conſ. 11. n. 11. lib. 1. & Peregr. *d. art. 38. n. 23.*
7 Cæterum, quod fœminæ ſint excluſæ per Statuta Civitatis Æſii, & quod dotes non ſuccedant loco legitimæ, ſuffi-
8 cienter patet ex contextu Statutorum, quæ dantur; nam
primum *ſub rubr. 109. lib. 2.* diſponit; quod defuncto patre
ab inteſtato, relictis filiis, & filiabus, fratres teneantur
dotare ſorores, & illæ non poſſint habere regreſſum ad bona paterna, vel materna; ſed ipſi filii maſculi in bonis patris, & matris univerſales hæredes exiſtant; in ſecundo vero Statuto *ſub rubr. 111. eodem lib. 2.* diſponitur, quod filiæ dotatæ ſint contentæ, nec poſſint patre, vel matre defunctis, & viventibus fratre, vel fratribus, habere regreſ-
9 ſum, vel aliquid petere occaſione hæreditatis eorundem;
unde cum dotatæ, ſive dotandæ non poſſint eſſe hæredes,
aut habere regreſſum ad hæreditates parentum, nec in eo,
quod Statuta mandant dotari, fiat aliqua mentio legitimæ,
ſequitur dicendum, dotes non ſuccedere loco legitimæ, neque de corpore legitimæ eſſe detrahendas, ſequendo Caſtr.
in l. Titio centum §. Titio genero num. 8. ff. de condit. & demonſtr. Gabriel. *conſ. 11. n. 4. lib. 1. & conſ. 140. no. 16. lib.*
2. Morot. *conſ. 23. n. 2. verſ. ſed licet,* Galvan. *conſ. 31. n.*
9. & 98. cum aliis allegatis in eadem Firmana legitimæ cor.
bon. mem. Ubaldo.
10 Nec vim facit, quod Statutum mandet fœminas dotari
congruenter, attenta qualitate perſonarum, & quantitate
patrimonii, ad quas voluerit commenſurari dotes, habita
11 ratione legitimæ, prout multi relati per Morot. *d. conſ. 23.*
n. 11. ponderarunt; quia huic objecto ſufficienter fuit reſponſum in Firmana legitimæ 30. Octobris 1617. coram eodem bon. mem. Ubaldo, quæ eſt 74. *n. 3. poſt eundem tract.*
de legitim. ubi declarantur authoritates Fulgoſii, Moroti, & Simon. de Pret. loquentium, quando Statutum fecit
mentionem legitimæ, non autem quando ſimpliciter mandavit dotari arbitrio poteſtatis, quia tunc exprimitur, quod
tacite tractat de conditione, & quantitate.
12 Nec ſimiliter obſtat ex adverſo, quod dotes ſint legatæ,
& tanquam legata deduci debeant, poſtquam poſita fuerit
ratio legitimæ, Alexand. *conſ. 31. num. 8. lib. 3.* Card. *conſ.*
13 *151. n. 4. cum aliis allegatis;* quia omiſſa hac diſputatione,
quæ non etiam recipitur per Peregr. Gabriel. Theſaur. ſupra
allegatos, ſufficit, quod iſtæ dotes petantur detrahi tanquam
debitæ ex Statuto, & tranſierint in debitum patrimonii re-
14 licti per Antonium Franciſcum fideicommittentem, ut inde ante legitimam ſint deducendæ.
Si vero adhuc præſupponeretur, dotes a Statuto eſſe ſubrogatas loco legitimæ, & ſorores poſſe facere partem ad
15 commodum maſculorum; nihilominus, cum hæc electio
non ſit fœminarum, ſed maſculorum, ad quorum favorem
Statuta emanarunt, ut dotatæ ſint earum dote contentæ,
& pro dotandis arbitrio nominatorum in Statutis, earum
dotes ſint taxandæ, acquieſcentibus hæredibus gravatorum,
ut legitima ſit triens, non autem ſemis, dotes non erunt de
legitima extrahendæ, ſed tanquam æs alienum, ante legiti-
16 mam deducendæ, ut latiſſime fuit firmatum in *d. Aeſ. 30.*
Octobris 1617. cor. bon. mem. Ubaldo *inter impreſſas 74.*
poſt tract. de legitima, cujus rationes, & fundamenta non
ſunt transſcribenda &c. Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Aſſiſien. Fideicommiſſi.

Lun. 28. Maii 1629.

ARGUMENTUM.

Excluſionem Statutariam fœminarum propter maſculos non impedire, quin illæ admittantur ad faciendam partem, & augendam legitimam ad favorem eorundem maſculorum, quoties id filiis maſculis expedit, juxta communiorem opinionem firmat hæc deciſio.

SUMMARIUM.

1 *IDentitas bonorum probatur contra heredes ex deſcriptione facta a teſtatore.*
2 *Poſſeſſio bonorum penes aliquem probatur ex poſſeſ-*

ſione aſſecuta eorundem cum ſpecifica deſcriptione.
3 *At ex teſtibus.*
4 *Licet fuerint invalide examinati, quia inſerviunt pro adminiculo poſſeſſioni inſtrumentali.*
5 *Bona poſſeſſa ab herede fideicommiſſario præſumuntur eadem poſſeſſa a teſtatore, concurrentibus dictis teſtium, & inſtrumentis, niſi exhibeatur novus titulus.*
6 *Bona eſſe fideicommiſſaria contra heredes gravatos, probatur ex ejuſdem heredis gravati confeſſione.*
7 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam filiis primi gradus, juxta opinionem Rotæ.*
8 *Legitima ſemel detracta, iterum non eſt detrahenda.*
9 *Diviſio ampliſſima præfert renunciationem fideicommiſſi.*
10 *Debet tamen eſſe concepta cum clauſolis,* ad habendum, ad alienandum; & quicquid placuerit faciendum.
11 *Legitima non recipit gravamen.*
12 *Immiſſio datur heredi fideicommiſſario pro indiviſo, una cum herede gravato pro legitima.*
13 *Fœmina ſive excludantur per Statutum, ſive per ſubrogationem dotium in locum legitimæ, ſemper faciunt partem ad commodum maſculorum, quorum favorem excluduntur.*
14 *Immiſſio vero non datur, cum liquidandus eſt ſtatus hereditatis, ut cognoſcatur de commodo maſculorum.*
15 *Bona fideicommiſſaria non obligantur pro dote, niſi in ſubſidium.*

DECISIO. IV.

DIxerunt Domini, Jo: Paolo, & fratribus de Paulutiis
eſſe dandam immiſſionem in bonis, de quibus agitur,
quia de ſubſiſtentia fideicommiſſi ex fideicommiſſo Joannis
ſenioris, & de deſcendentia eorum ab ipſo fideicommittente, jam fuit reſolutum 31. Maii 1617. Identitatem autem bonorum eſſe probatam, & detractiones non competere, hodie cenſuerunt, quibus concurrentibus non ſolet immiſſio
denegare, *ex remed. l. fin. C. de edict. div. Adr. tollen.*
Bonorum identitas ſatis probatur ex eo, quod cum Joan.
Paulus, & fratres deſcendentes ex Jacobo, uno ex tribus filiis Joannis fideicommittentis, prætendant ſuccedere ex inde extinctis maſculis deſcendentibus ex Tullio, & Modeſto, qui
fuerunt alii duo filii Joannis, & ſic in tota portione Joſephi
deſcendentis ex Tullio ultimo loco defuncti, & in tertia parte portionis Raphaelis deſcendentis ex Modeſto, quæ adhuc
Joſepho vivente illi contigit per obitum dicti Raphaelis ſine
maſculis remanentibus aliis duabus partibus, videlicet una
Jacobo alteri filio pro altera portione fideicommiſſi, & altera dictæ filiæ Raphaelis pro legitima ſui patris. Unde illam pro integra portione Joſephi deducunt ex diviſione facta
per eundem Joannem fideicommittentem in propriis codicillis, in quibus diviſa ejus hæreditate in tres partes, primam aſſignat Jacobo filio, ſecundam Raphaeli nepoti ex
Modeſto filio, tertiam Joſepho, & Romulo ex Tullio altero filio; ex quorum bonorum deſcriptione bene probatur,
bona tunc fuiſſe in bonis Teſtatoris, & ab eodem poſſeſſa,
cum non agatur contra tertios, ſed contra hæredes, qui di-
cere non poſſunt, teſtatorem mentitum fuiſſe, Bald. ex hac 1
ratione arguens, *conſ. 89. n. 3. lib. 1.* Peregr. *conſ. 48. nu. 5.*
lib. 1. Cæphal. *conſ. 386. n. 29.* Fuſar. Brixien. *de ſubſtitut. q.*
618. n. 30. idem Peregr. *de fideic. art. 44. n. 20.* Et quod reperta fuerint in hæreditate Joſephi uxoris de tempore ejus o-
bitus, & nunc penes hæredem Antiphilis Joſephi uxoris, & 2
hæredis exiſtant, probatur ex petitione, & poſſeſſione aſſecuta per eandem Antiphilem hæredem in mandato de immittendo, in quo nomina bonorum, & confines concordant,
& prius eadem bona, vivente Joſepho, ab eadem in erectione commendæ Sanctorum Mauritii, & Lazari cum eiſdem
confinibus deſcripta fuerunt, quibus accedunt teſtes de utraque poſſeſſione, tam fideicommittentis, quam Joſephi, de-
ponentes, quibus etiamſi invalide fuiſſent examinati, quod 3
tamen non admittitur, pro adminiculo ad prædicta inſtrumenta eſſet deferendum, Bart. *in leg. Admonendi num. 41.*
ff. de jure jurand. Cravett. *conſil. 198. numer. 11.* Caputaq. 4
deciſ. 206. numer. 6. part. 2. itaut niſi novus titulus exhibeatur favore fideicommiſſarii, præſumantur eadem bona
poſſeſſa a Teſtatore, concurrentibus adminiculis, Teſtium 5

& instrumentorum, & quod agitur contra hæredem, Pere-
grio, de *fideicomm. eodem art.* 44. *nu.* 22. Fusar. *d. q.* 618. *nu.*
45. Rot. *decis.* 131. *n.* 5. *&* 407. *in fine p.* 2. *rec.* & idem fuit
firmatum coram me, in Bononien. fideicommissi da Man-
zolis 21. Februarii 1622.

Pro portione autem, quæ contigit eidem Josepho per
obitum Raphaelis, facilior est probatio, nedum ex prædi-
ctis, sed etiam quia Joseph agnovit eam partem tanquam
vinculatam ex testamento Joannis, dum illam petiit, & ac-
ceptavit; & ulterius fassus est fideicommissum, dum in suo
testamento expresse mandat suo hæredi, ut bona, & jura
omnia fideicommissi restituat, retentis detractionibus, &
sibi solutis melioramentis, itaut de illis tantummodo hodie
agendum sit, ex quo in cæteris sufficit sola Josephi confessio
6 ad quemcunque effectum, *l. cum te, C. de transact.* Surd.
cons. 79. *num.* 1. ubi latissime conclusionem comprobat.

Non obstant igitur detractiones oppositæ; quia si de
Trebellianica est quæstio, illa legitur prohibita in testamen-
to fideicommittentis, & potuit prohiberi etiam filiis primi
gradus, & secundum opinionem, quam sequitur Rota Cas.
7 sal. *dec.* 4. *de testibus*, Crescent. *dec.* 2. *eodem tit.* Seraphin.
dec. 470. *n.* 1. cum aliis allegatis per Adden. *ad dec.* 421. *nu.*
16. san. mem. Gregor. XV. Similiter neque est quærendum
de legitima Raphaelis descendentis ex Modesto altero ex filiis
fideicommittentis, quia semel fuit detracta per sorores Eu-
stæ filiæ, ut tricns post obitum Raphaelis patris, & semel
8 detracta, iterum non est detrahenda, Cæphal. *cons.* 180. *n.*
24. Rota *dec.* 508. *n.* 4. *cor.* Papa Gregor. XV. Nec exceptio
divisionis factæ inter Jacobum, Josephum, & tutores Eu-
stæ mortuo Raphaele, visa fuit relevans, quasi Jacobus ex
9 clausulis amplissimis divisionis renunciaverit fideicommisso
Joannis patris in parte Josepho tangente, ut latissime com-
probat Fusar. ponderando clausulas in *q.* 593. *nu.* 11. 18. *&*
10 19. Quia simplex legitur divisio, nec adsunt clausulæ am-
plissimæ, ad habendum, ad alienandum, & quicquid pla-
cuerit faciendum, & similes, sine quibus idem Fusar. latis-
sime materiam prosequens eadem q. 593. negat posse induci
renunciationem.

Non obstat, quod saltem sit detrahenda legitima Josephi
filii Tulii ex altero filio Joannis fideicommittentis, quæ pe-
titur tanquam semis, & non ut triens, attento numero fi-
liorum, nempe Jacobi, Modesti, Tulii, Francisci, Fau-
stinæ, Dianæ, & Hieronymæ, qui omnes enunciantur ab
ipso fideicommittente in testamento, quod datus, tanquam
ejus filii, quæ procaldubio dicebatur non recipere grava-
11 men, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.* Honded.
cons. 42. *n.* 1. *de substitut.*

Quia etsi hujusmodi detractio non possit impediri, non
tamen est impedienda ejus immissio in reliquo reservato tri-
ente hæredi Josephi, vel semisse cum onere suo, ut infra di-
cam; quandoquidem si aliæ detractiones non obstant, pro
indiviso dabitur immissio fideicommissario pro sua quota se-
cundum opinionem Rotæ, de qua in Cæsenaten. fideicom.
missi de Aldinis 28. Junii 1604. quæ est 185. coram Papa
12 Gregor. XV. in Forolivien. fideicommissi 30. Junii 1614.
cor. bon. mem. Busatto, in Ferrarien. de Tassunis 28. No-
vembris 1618. cor Patriarcha Pamphilio, & in Tusculana
fideicommissi 4. Julii 1618. cor. D. meo Decano. Cæterum,
quod hæc quota, quæ pro indiviso licebit hæredi Josephi gra-
vati retinere, esse debeat triens, vel semis, visum fuit pro
semisse respondendum, quia hæres Josephi non acquiescit
trienti propter commodum pinguioris portionis in ipso se-
13 misse; quo casu, sive fœminæ excludantur per Statutum,
sive ex testamento, & sive simpliciter, sive per subrogatio-
nem dotium in locum legitimæ tanquam agnitæ: quia ta-
men favore masculorum a successione excluduntur, semper
faciunt partem ad favorem eorundem ipsis volentibus quan-
do pinguiorem legitimam consequi possunt, puta quando
minor est summa, in qua dotantur fœminæ, quam portio
legitimæ, quæ illis contingit in concursu fratrum, & hanc par-
tem sequitur Rota *dec.* 266. *p.* 1. *divers.* & in Firmana legiti-
mæ cor. bon. mem. Ubaldo, *qua est in ordine* 74. *impressa post
tract. Moderni de legitima*, & cor. me in Æsina fideicom-
missi 12. Februarii præteriti, Grat. *discept.* 776. qui opinio-
nes, refert, & in hac Rotam sequendo residet. Quod si dica-
tur de pinguiori commodo masculorum non constare; &
tunc pro parte hæredis semper poterit opponi de liquidatione
status hæreditatis, quo pendente, ad immissionem deveniri,
14 non potest, Bald. *in l.* 2. *n.* 6. *C. de execut. rei jud.* Becc. *cons.*
5. *n.* 6. Olasc. *dec.* 129. *n.* 5. Surd. *cons.* 148. *n.* 8. *vol.* 2.

Non obstant dotes, quæ similiter præsupponuntur detra-
hendæ. Nam quoad dotem Luciæ uxoris Tulii patris Jose-
phi, & alterius dotis Lucretiæ sororis Josephi, & Lepinæ fi-
liæ dicti Josephi, & Aurelia uxoris pariter Josephi, hæ in- 15
quam non sunt detrahendæ de fideicommisso Joannis, ad
quem restitutio eorundem non pertinet, cum non sint debi-
ta illius, nec bona Patris fideicommissaria sint obligata, nisi
in subsidium, cessantibus bonis liberis, quæ tamen apparent
ex legitima Josephi adesse, & quando non habeat aliunde,
unde possint dotari, Rota *dec.* 266. *n.* 9. cor. Papa Greg. XV.
& in Perusina dotis 9. Junii 1614. cor. Bon. mem. Ubaldo,
& in Romana dotis de Paulutiis 24. Januarii præteriti cor. D.
meo Virile: quæ omnia cum non probentur, nec de instru-
mentis dotium adhuc in actis constet, frustra contenditur su-
per detractione ejus, quod non probatur in esse deductum;
& eodem modo respondetur ad dotem Europæ uxoris Mo-
desti, quæ debet detrahi de bonis liberis illius, & sic de tertia
parte libera, quæ pervenit ad Eustam filiam Raphaelis nati
Europæ. Dos autem Mansuetæ uxoris Joannis fideicommit-
tentis, non meretur responsionem, quia non datur instru-
mentum, nec dicitur, an supervixerit marito, nec summa
specificatur, super quibus possit fundari exceptio proposita.

Demum nec exceptio melioramentorum quidquam rele-
vat ad impediendam immissionem, quia de illis penitus non
constat. Et ita fuit resolutum &c.

R. P. D. MUTO.

Viterbien. Legitimæ.

Veneris 1. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Patet ex summario.

1 *LEgitima inter filios pro virili dividitur.*
2 *Fœmina a Statuto exclusa propter masculos
computantur in numero liberorum ad faciendum
numerum, & partem in legitima.*
3 *Idque procedit etiam in successione matris.*
4 *Et faciunt numerum, & partem ad commodum
fratrum masculorum ejusdem matrimonii, non
autem uterinorum.*
5 *Statuta excludentia fœminas propter masculos inten-
dunt conservationem agnationis.*
6 *Fratres uterini conservant agnationem.*
7 *Fratres uterini sunt de aliena familia.*
8 *Hæreditas adita fit patrimonium adeuntis.*
9 *Legitima debetur etiam ex hæreditate per defun-
ctum adita.*
10 *Transactio præsumitur facta titulo hæreditario; &
si talis titulus non fuerit expressus, dum vere
præcesserat aditio, nullo alio titulo transigi pot-
erat.*

DECISIO V.

REformandam esse Domini censuerunt sententiam Rota-
lem R. P. D. mei Caprare, concedentem Bentivolo,
ac aliis fratribus de Hondedeis immissionem pro legitima in
duabus ex septem partibus super bona hæreditariis Comitis-
sæ Eleonoræ Marcianæ Aviæ per fratres de Bussis possessis,
ac insuper responderunt deberi legitimam ex bonis hæredita-
riis Comitis Antonii Francisci Balleoni, juxta modum in
utraque resolutionis parte inferius recensendum.

Quo enim ad primam, fomentum reformationi sententiæ
præbuit insubsistentia quantitatis portionum legitimæ, quæ
in eadem sententia fratribus de Hondedeis in duabus ex se-
ptem partibus taxantur; nam cum novem essent filii, duo
nempe ex priori matrimonio, ex quibus causam habent ipsi
Actores, & septem ex secundo, a quo proveniunt memora-
ti de Bussis, legitima in duabus ex novem partibus assignan-
da erat; nam omnes filii concurrere debent pro æquali, jux-
ta text. *in auth. novissima, C. de inoff. testam.* cum aliis per
Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 1. *&* 2.

Non obstante, quod inter fratres de Bussis adsint fœmi-
næ exclusæ per Statutum Viterbi propter masculos; nam
nihilominus computari debent in numero liberorum, ac
faciunt numerum, atque partem, perinde ac si exclusæ a
Statuto non essent, juxta communem sententiam, de qua
Roman. *in leg. unic. numer.* 67. *&* 68. *Cod. quando non peten.
part. petent. accresc.* Rota *in recent. decis.* 137. *numer.* 13.
& 14. ubi procedere etiam in successione matris de opinio-
ne Ro-

ne Rotæ, testator p.6. & plene dec.11. num.8. par.19. & post
3 Michalor. de fratr. dec.60. n.15. & cor. Priolo dec. 134. nu. 22. Et quidem ad commodum fratrum masculorum ejusdem matrimonii, non autem fratrum uterinorum primi, eo quia cum intentio statuentium fœminas excludendi propter
4 masculos fuerit, ut agnationes conservarentur, ut talis conservatio non producitur ex fratribus uterinis, qui non sunt
5 agnati sororis uterinæ, nam sunt de aliena familia, juxta doctrinam originariam Bald. in consil 316. lib. 2. quem se-
6 quitur Paulus de Montepic. cons. 85. num.34. Brun. de Statut. quod stantibus masculis art.2. q.18. nu.250. cum seqq. late
7 Rota dec.461. n.7. cum seqq. p.2. rec. ubi sub n.6. contraria opinio Gabriel. & aliorum confutatur, & dec.137. n.16. cum seq. & dec.160. n.27. p.6. rec.

8 Respectu autem secundæ partis resolutionis visum fuit DD deberi Hondedeis legitimam etiam super bonis hæreditariis Comitis Antonii Francisci Balleoni; nam cum dicta bona delata fuerint dictæ Comitissæ aviæ, tanquam proxi-
9 miori ab intestato hæredi, & per eam adita solemniter hæreditas evasit proprium mulieris patrimonium, per Rot. coram Merlin. decis.316. n.4. ut ex hoc, sicuti ex aliis bonis, legitima debeatur, text. in l. Libertus, ff. de bonis liber. & gloss. in cap. Raynaldus in verb. Portiones de testam. Mangil. de imput. q.9. n.32. Merlin. ad legit. lib 2. tit. 1. q.1. num. 1. cum seq. Peregr. de fideic. art.38. n.72.

Quia tamen prætensio, quod successio in bonis d. Comitis Antonii Francisci spectet ad fratres de Bussis vigore cessionis reportatæ a Comitibus de Marsciano renunciatariis antedictæ Comitissæ Eleonoræ in transactione cum eisdem super his bonis inita; nam cum Comitissa, cum viveret, introduxerit litem contra prærecensitos Comites de Marsciano, tam super fideicommisso Alberti, quam super libera hæreditate d. Comitis Antonii Francisci; & quamvis ob ejus renunciationem per binas decisiones Rotales coram Reverendissimo Domino meo Decano fuerit exclusa, & succubuerit; tamen in hoc statu e vivis sublata, Bussii ejus hæredes post aditam hæreditatem ad relatam transactionem devenerunt cum Marscianis super præfata lite pendente cum Comitissa defuncta, tam super fideicommisso, quam super d. hæreditate; in qua prævia solutione, seu promissione sc. 5000. facta a Bussis, Marsciani cesserunt eisdem omnia bona, & jura, tam fideicommissi, quam hæreditatis; unde sequitur, quod bona libera d. hæreditatis Balleonæ augent hæreditatem Com. Eleonoræ, ex cujus juribus fuit expresse super eadem hæreditate transactum, etiamsi expressum non fuerit nomine hæredis, dum vere præcesserat hæreditatis aditio, & nullo alio titulo Bussii transigere poterant, ut pluribus allegatis firmavit Rota cor. Dunoz decis.836. nu. 12. &
10 cor. Card. Ceri. dec.650. nu. 2. modo tamen adjecto, quod minui debeat proportionabiliter hæreditas libera Com. Antonii Francisci pro rata dd. scut. 5000. per fratres de Bussis solutorum, aut promissorum pro transactione ineunda, quatenus solutio respicit d. hæreditatem liberam.

Et ita partibus auditis in hunc modum DD. responderunt, se relative in reliquis habentes ad firmata in decisione R. P. D. Caprara, in superiori instantia emanata &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Legitimæ.

Luna 23. Januarii 1696.

ARGUMENTUM.

Agitur de eadem materia, quæ in antea notatis decisionibus pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *SI filii excedant numerum quatuor, legitima est semis.*

2 *Fœminæ a Statuto exclusæ, si masculis expediat, faciunt numerum pro augenda legitima.*

3 *Portio quæ per Statutum fœminis aufertur, an commodo masculorum cedat, vel fideicommisso gravari valeat?*

4 *Portio fœminis debita, & a qua per Statutum propter agnationem ipsæ repelluntur exclusæ, si a Patre onere fideicommissi gravata fuerit, post decessum masculorum assumit naturam legitimæ, tunc fœminæ substitutæ successivum gravamen valeant recipere.*

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

DECISIO. VI.

POstquam domini persistendo in decisis approbaverant resolutionem alias captam favore Catharinæ Peniæ pro consequendo integro legato scut. 25. ut apparet ex alia decisione contemporanee edita coram me sub hodierna die, animadvertentes ulterius, quod in eodem dubio pro parte Olympiæ Fonsecæ de Gallis contra fratres de Panizza filios, & hæredes quondam Annæ sororis, fuerat commixta petitio, in qua summa esset taxanda legitima Gasparis matris, cujus præfata Olympia est hæres fideicommissaria; ideo in hac parte retenta facti serie exposita in alia decisione mea promulgata sub die 23. Junii labentis anni, prodiit resolutio, dictam legitimam importare integrum trientem favore hæreditatis Gasparis, habito respectu ad semissem totius assis Gabrielis communis Patris.

Præbuit nanque huic resolutioni fomentum calculus aliarum quatuor sororum, quæ insimul cum Gaspare, & Balthassare fratribus extiterunt tempore obitus Gabrielis patris; ideoque stante numero sex filiorum, legitima fecit transitum de triente ad semissem, per text. in auth. novissima, C. de inoff. testam. & §. si vero, auth. de triens. & semiss. Rot. coram Cerro dec.368. n.2. & dec.11. n.7. p.19. rec. 1

Et nihilo relevante, quod ad augendam legitimam masculorum de dicto triente ad semissem nulla esset habenda ratio de dd. quatuor sororibus, stante Statuto Urbis in cap. 145. excludente fœminas a successionibus ab intestato; nam 2
placuit dominis sequi opinionem communiter in hoc nostro Auditorio receptam, quod scilicet cum præfatum Statutum respiciat favorem masculorum, hinc sequitur, fœminas inibi exclusas minime reputari, uti mortuas simpliciter, sed non faciunt, vel non faciunt numerum ad augendam legitimam, prout masculis magis expedit pro eorum interesse, ad tradita per Crass. in §. legit. q.6. n.7. Gratian. discept. forens. cap.594. n. 2. Gabriel. var. conclus. tit. de legit. concl. 3
2. n.8. Merlin. eod. tract. lib. . tit 4. q.3 num.16. & 31. Rot. dec.166. p.1. divers. & cor. Priolo dec.234. n.4. & dec. 537. n.13. p.6. & dec.445. n 11. p.18. rec.

Et propterea, sicuti insinuabant scribentes pro dicta Olympia, domini libenter inclinarunt, quod si in calculando per petitum esse hæreditatis Gabrielis communis Patris, plenius videatur consultum hæreditati Gasparis filii, ut sorores dotatæ connumerentur ad augendam legitimam, istæ debeant facere numerum; sin minus magis expediat easdem fœminas dotatas excludere, erunt exclusæ, concurrente potissimum voluntate ejusdem Gasparis expressa in suo ultimo, cum quo decessit, elogio per hæc verba: *Qual detrazione intendo, e voglio che si faccia in ogni miglior modo, e forma che renda maggiormente pingue la mea eredità.*

Absque eo, quod visum sit obstare, quod Gabriel, ex cujus asse hæreditario detrahenda est præfata legitima, instituerit in omnibus bonis suis fideicommissum, & proinde nequeat hodie fieri ista voluntaria admissio, sive exclusio fœminarum pro regulanda legitima de triente ad semissem, juxta superius allegata, stante illa ratione, quod si reverteretur ex portione fœminarum dempsis dotibus aliquod augmentum, istud remaneat obnoxium fideicommisso majorato ad commodum omnium vocatorum.

Quia quidquid sit de opinione, an illa portio, quæ per Statutum aufertur fœminis, cedat commodo masculorum, vel potius possit fideicommisso gravari, ut tenuit Rota in dec. 99. per tot. post Fenzon. ad Statut. Urbis, in præsenti 4
themate dominis visa fuit cessare quævis difficultas, ex quo masculi primo loco instituti a Gabriele jam defecerunt absque prole; cumque cessaverit illorum favor, seu contemplatio agnationis, factusque fuerit locus vocationi fœminarum substitutarum, iterum in illa portione excitatur pristina natura legitimæ, quæ extantibus masculis, & durante agnatione, veluti sopita quiescebat, proindeque succedentibus fœminis per remotionem obstaculi suum operatur esse, & cum cujuscunque oneris rejectum, ut in his terminis, formiter discusso articulo, fuit Rota dec.267. n.5. usque ad 7. p.13. rec. & in Romana fideicommissi 5. Aprilis 1666. coram Eminentiss. Carpineo.

Et ita auditis tantum informantibus pro dicta Olympia, resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Nepesina Legitimæ.

Veneris 26. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Fœminas a Statuto propter masculos exclusas numerari ad augendam legitimam deciditur; in quo prævalet votum masculorum illas numerare volentium. Statutum Nepesinum excludens fœminas declaratur; nec non agitur de probatione domicilii ad effectum validitatis testamenti.

SUMMARIUM.

1 *Legitima est semis, cum filii sunt ultra quatuor,*
2 *Et dividitur integra inter masculos, licet adsint fœminæ facientes partem.*
3 *Quæstio, an fœminæ exclusæ faciant numerum, & partem ad augendam legitimam favore masculorum, quæstio erat olim involuta.*
4 *Dos succedit loco legitimæ, cum Statutum incipit a dotatione.*
Statutum Nepesinum, cap. 35. subrogat dotem loco legitimæ.
5 *Fœminæ exclusæ a Statuto faciunt numerum, & partem, cum dos succedit loco legitimæ.*
6 *Præsertim cum id magis expediat filiis masculis ad impinguandam legitimam.*
7 *Quod procedit, etsi non omnes filii sint heredes patris.*
Statutum Nepesinum simpliciter excludit sorores propter fratres, nulla habita ratione, an sint heredes patris n. 7.
9 *Statutum Nepesinum est confirmatum a san. memor. Paulo IV. & Pio IV.*
10 *Confirmatio in forma communi sufficit, ubi agitur de Statuto licito.*
11 *Statutum excludens fœminas favore fratrum, eorumque filiorum masculorum, editum est pro conservatione agnationis.*
Statutum Nepesinum, excludens fœminas propter fratres, respicit agnationem; ibidem.
12 *Tale Statutum dicitur æquum, & rationabile, vel saltem non odiosum odio irrationabili.*
13 *Jure Divino fœminæ excluduntur a masculis.*
14 *Jure antiquo non scripto, antequam invenirentur leges Imperiales, fœminæ excludebantur a masculis.*
15 *Jure duodecim tabularum, & pretorio, fœminæ excludebantur a masculis.*
16 *Confirmatio in forma communi sufficit in materia æqua, & favorabili.*
17 *Domicilium non contrahitur ex permanentia accidentali in aliquo loco, dum domus, familia & bona retinentur in loco originis.*
18 *Et excluditur ex reversione ad patriam, & permanentia usque ad obitum.*
19 *Et cum se vocat de loco originis.*
Et in illo facit codicillos, d. n. 19.
20 *Locus testamenti non attenditur, sed originis in condendo testamento.*
21 *Legitima augetur de triente ad semissem, computatis fœminis, etsi illas recusent numerare filii heredes.*
22 *Et prævalet votum filiorum illas numerare volentium.*
23 *Text. in l. actione 65. seu 66. pro Soccin expenditur.*

DECISIO VII.

Disputato in hac causa dubio die 8. Martii proxime elapsi: *An sit danda immissio pro legitima, seu potius debeatur supplementum, & an sit imputandum legatum Caroli?* Respondit Rota favore Leonis Cerbelli Actoris, legitimæ supplementum deberi ex bonis Jo: Baptistæ patris, nec in illam imputandum esse legatum Massariæ Ovium sibi a Carolo Patruo relictum, prout ex decisione coram me edita sub præcitato die. Cumque modo super quantitate legitimæ, necnon debita portione Leoni, particulate fuerit ea amen assumptom, existimarunt Patres, legitimam esse semissem, tertiamque ejus partem Leoni competere.

Memoratus siquidem Genitor ab humanis excedens tres
filios masculos, totidemque fœminas reliquit, ut juris vul-
gati sit, Leonis filii legitimam esse semissem, *Auth. noviss-* 1
sima, C. de ineff. testam. §. Primo vers. Si vero ultra qua-
tuor Auth. de triant. & semiss. Rota post Merlin. *de legit. de-*
cis. 97. & 118. utrobique n. 1. in rec. dec. 47. n. 27. dec. 137. n. 4.
& dec. 160. n. 6. & cor. Priolo *dec. 32. n. 1.*

Tertiamque semissis partem eidem Actori deberi, licet
tres adsint sorores jam dotatæ, perque patrium Statutum Ci- 2
vitatis Nepesinæ *in cap. 35.* exclusæ; nam quamvis antiqui-
tus celeberrima non minus, ac subtilis, involutaque fuerit
juris quæstio: An fœminæ vigore Statuti exclusæ numerum,
& partem facerent ad augendam legitimam favore masculo-
rum, ut adnotant Bellon. *de jure accresc. cap. 6. q. 15.* Cal-
vin. *de aquis. lib. 1. cap. 87. n. 1. & 2.* Thesaur. *dec. 159. sub*
n. 1. Rota *in rec. dec. 499. n. 10. p. 17.* nihilominus deinde cer- 3
ta, & invariabilis opinio invaluit, ut quoties dos succedit lo-
co legitimæ prout in hypothesi, cum Statutum Nepesinum
a dotatione incipiat, juxta magistralem Theoricam Castren.
in l. Titio centum septuaginta, §. Titio genero, n. 8. ff. de con-
dit. & demonstr. Add. ad Greg. *dec. 565. n. 11.* Rota *in rec.*
dec. 165. n. 4. & 6. p. 15. in Anconitana Legitimæ 16. Junii
1687. §. *Nec dubitarunt*, cor. R. P. D. meo Caprara, &
in Æsina dotis 23. Februarii, §. *Expleta*, & 27. Junii 1693.
§. *Quoad tertium caput*, cor. R. P. D. meo Molines; tunc 4
fœminæ exclusæ faciant numerum favore ipsorum mascu-
lorum, ex firmatis per Aretin. *in l. Plane, §. Si duobus*
vers. 2. ff. de legat. 1. Mozotr. *respons. 23. per tot.* Rocch. *disp.*
jur. select. cap. 11. n. 19. tom. 2. Brun. *de Statut. exclusiv. fœ-*
minarum art. 13. Torr. *ad Statut.* Papio *in adnotat. ad rubr.*
95. in civil. sub n. 200. Bellon. *de jur. accrescen. d. cap. 6. q.* 5
15. n. 8. cum seqq. Boss. *de dot. cap. 7. n. 45. circa finem,* Torr.
de pact. futur. success. lib. 2. cap. 47. n. 41. Rota post Micha-
lot *de fratrib. dec. 69. num. 15.* post Merlin. *de legit. dec. 106.*
num. 9. post Gilran. *ad Statut. Perus. dec* 109. cor. Priol. *dec.*
134. num: 13. in rec. dec. 137. num. 13. & 14. p. 6. dec. 459. n.
11. p. 18. & dec. 11. n. 8. p. 19. & in Viterbien. Legitimæ 1 Ju-
lii 1695 §. *Non obstante*, cor. me.

Indubitanter, cum magis utile sit filiis masculis, quod 6
fœminæ exclusæ computentur, faciantque numerum ad au-
gendam ipsorum legitimam; nam hoc modo transeundo de
triente ad semissem, eadem evadit pinguior, sicuti observant
Rovit. *cons. 70. nu. 1. cum seq.* ibique Altimar. *in ad. 11. lib. 1.*
Rocc. *disp. select. cap. 117. num. 18.* Botteghier. *de success. cap. 1.*
theor. 15. num. 3. Crass. *in §. legitima q. 6. nu. 7.* Michalor. *de*
fratr. p. 1. cap. 33. n. 10. Torr. *de pact. futur. success. lib. 2. cap.*
97. n. 31. & 43. Thomat. *dec. Marth. 23. num. 1117.* Rot. *di-*
vers. dec. 266. nu. 1. p. 1. in rec. dec. 477. n. 3. p. 1. dec. 543. nu.
7. p. 4. dec. 620. n. 6. p. 8. dec. 138. num. 13. p. 6. dec. 147. num. 2.
& 3. & dec. 267. n. 3. p. 13. dec. 499. n. 12. p. 18. & in Romana
legitimæ 23. Januarii superioris anni, §. *in nihilo relevante*,
cor. R. P. D. Molines.

Tametsi non omnes filii sint Patris hæredes, quia cum 7
Statutum Nepesinum simpliciter excludat sorores propter
fratres, nulla habita ratione qualitatis hæreditatiæ, sicuti
censetur illas ad commodum fratrum excludere voluisse,
nullo habito respectu, an ipsi sint hæredes, necne, Rovit.
cons. 70. n. 4. lib. 1. Curt. jun. *cons. 268. n. 51. & 52.* Angelus
Rodulphinus *alleg. 130. num. 3. & 5. & alleg. 131. num. 4.* de
Mario *resol. jur. cap. 252. num. 11.* Bellon. *de jur. accrescend.*
cap. 6. q. 15. n. 45. & 51. Matt. Medic. *dec. Senen. 5. num. 3. &*
per tot. Rota *in rec. dec. 169. n. 11. vers. Quod equidem part.*
11. dec. 309. n. 8. p. 17. & dec. 100. §. Non obstat, post Fen-
zon. *ad Statut. Urb.* ita fœminæ numerum faciunt etiam ad
commodum, & utilitatem fratrum non hæredum, ut is,
propter quem exclusio secuta est, ab ea recipiat, ac sentiat
utilitatem, Cephal *cons. 245. n. 48. lib. 2.* Soccin jun *consil.* 8
5. sub n. 4. cum seq. lib. 1. bene Rovit. *d. consil. 70. sub num. 5.*
Marc. Mente. *d. dec. Senens. 7 num. 2. & 6.* Bellon. *de jure ac-*
crescen d. cap. 6. q. 11. n. 45. & 50. cum seq. & n. 79. Rota *di-*
vers. dec. 266. n. 2. p. 2. in rec. dec. 137. n. 16. cum seq. p. 6. &
in Viterbien. Legitimæ 1. Julii 1695. §. *non obstante*, cor. me.

Absque eo, quod objici potuerit, quod relatum Statutum
Nepesinum attendi non debeat, vel ex quo non fuerit per
Sedem Apostolicam confirmatum, aut ex quo testamentum
factum fuerit in Urbe, cujus propterea Statutum excludens
fœminas propter masculos hæredes potius sit attendendum;
etenim confirmatio concurrit ex literis san. mem. Pauli IV. 9
& Pii IV. confirmantium omnes immunitates, & gratias,
atque Statuta condita a civibus, *Summar. to Leonis num. 2.*

Quæ

Google

Quæ confirmationes, licet emanaverint in forma com-
10 muni, sufficiunt tamen in subjecta materia; nam cum
Statutum editum fuerit favore fratrum, eorumque fi-
11 liorum masculorum, & sic pro conservatione agnatio-
nis, ea Mant. *conſ.* 14. *num.* 7. Rocch. *ſelect. jur. diſp.*
cap. 38. *num.* 4. Brun. *ſtatut. excluſiv. fœmin art.* 3. *per*
tot. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 3. *num.* 11. Ro-
ta *in rec. deciſ.* 197. *ſub num.* 7. *part.* 13. ut dicatur æ-
quum, & rationabile, vel saltem non odiosum odio
irrationabili, Actolin. *reſol.* 13. *num.* 40. *cum ſeq.* Roc-
ch. *dicta ad diſput.* 33. *num.* 11. Bondeo. *collect. legal.*
31. *num.* 104. *lib.* 2. Thomar. *de Marob.* 203. *num.* 10. Rota
in rec. deciſ. 177. *num.* 6. *part.* 5. *deciſ.* 169. *num.* 11. *part.* 11.
coram Merlin. *deciſ.* 153. *num.* 6. & 7. & in Auximana Im-
12 missionis 11. Maii superioris anni, §. *Admiſſo*, coram
Reverendissimo Domino meo Decano, signanter cum
fiat reditus ad jus Divinum; nam Moyses ex ore Dei
responsum accepit, quod si sint filii masculi, fœminę
13 non succedant, ut habetur Num. *cap.* 27. & *ult.* referunt
Rocch. & Bonden. ubi supra, Palm. Nep. *alleg.* 251. *numer.*
8. & *dec.* 18. & Rota cor. Merlin. *dec.* 353. *num.* 8. & *dec.*
14 740. *num.* 3. & ad jus antiquum, tam non scriptum;
nam in Italia introducta erat consuetudo, antequam a
Classe Pisana sub excidio Amalphitano invenirentur le-
ges Imperiales, cum quibus hodie vivimus, ut extanti-
bus masculis fœminæ non succederent, sicuti differit
Palma Nepos *d. allegat.* 151. *num.* 6. Card. de Luca *de*
ſucceſſ. diſc. 1. *num.* 16. *diſc.* 12. *num.* 5. & *diſc.* 13. *num.* 7.
quam etiam scriptum duodecim tabularum, & præto-
15 rium, quo idem disponebatur, Altogr. *conſ.* 37. *num.* 67.
lib. 1. Rocch. ubi supra, Palm. Nep. *d. alleg.* 251. *num.* 17.
Rota cor. Merl. pariter ubi supra: His favore, & æqui-
tate attentia, sat est confirmatio in sola forma com-
muni, ex firmatis per Rotam coram Durano *deciſ.* 36.
16 *n.* 42. coram Celso *dec.* 125. *num.* 9. & 10. coram Pamphil. *dec.*
32. *numer.* 8. ibique Adden. *numer.* 15. coram Merlin. *deciſ.*
198. *num.* 7. & in dicta Auximana Immissionis 11. Maii
1696. §. *admiſſo autem in fin.* cor. Rev. D. meo Decano.

Neque ex eo, quod testamentum in Urbe conditum
fuerit, hujus Statutum attendi debet; quoniam cum de
testantis animo non constet hic contrahendi domici-
lium, uti resultat tam ex accidentali ipsius permanen-
17 tia in Urbe, ac continua retentione domus, familiæ,
& bonorum in Civitate Nepesina, nulla eorum facta di-
stractione, ut advertunt Censal. *dec. Lucen.* 25. *ante num.*
37. Rota *in rec. dec.* 589. *num.* 11. *part.* 5. *dec.* 270. *num.* 18.
part. 18. coram Buratt. *dec.* 244. *num.* 3. coram Dunoz. jun.
dec. 743. *num.* 6. tum ex reversione ad patriam post ab-
18 solutum testamentum, permanentiaque ibidem facta us-
que ad obitum, ex Actolin *reſol.* 76. *num.* 15. *cum ſeqq.* tum
demum ex eo, quod post dictam reversionem ad pa-
triam testator ibidem se Nepesinum nuncupando condi-
dit Codicillos, in Rot. Rom. seu Januen. Trebellianicæ 2.
19 Martii 1693. §. *Nec refragatur in fin.* & 5. Junii ejus-
dem anni, §. *Quod ſi agatur*, cor. R. P. D. meo Pio;
20 quoties enim de tali animo non constat, tunc non at-
tenditur locus conditi testamenti, sed alius originis, &
patriæ testantis, Roman. *in l. ſi non ſpeciali numer.* 6. *in*
fin. C. de teſtam. Marcian. *conſ.* 1. *numer.* 170. *cum ſeqq. libr.*
1. Mantic. *de conject. ult. volt. libr.* 7. *tit.* 8. *numer.* 13. & 14.
ubi concordantes, & in dicta Romana, seu Januensis
Trebellianicæ 5. Junii 1693. §. *Nec eſt*, coram R. P. D.
meo Pio.

Minus demum obstare potuit, quod masculi hæredes
huic augmento legitimæ contradicant, illudque recu-
21 sent; quoniam cum filiis, uti filiis, sit magis utile,
quod legitima augeatur de triente ad semissem; ipsis in
electione discordantibus prævalere debet dicta major uti-
litas, quæ eis uti filiis provenit, non attento, eo quod
22 uti hæredibus esse damnosa, Angel. Rodulph. *alleg.* 130.
n. 4. & 5. & *alleg.* 131. *n.* 3. & 4. bene Card. de Luca *de legit.*
& *detract. in ſumma cap.* 2. *ſub num.* 21. Rot. *in rec. dec.* 137.
num. 14. *in fin. verſ. Non obſtat*, & *num.* 15. *part.* 6. repetita
poſt Farinac. *repertor. ult. vol. dec.* 39. *num.* 15. & *deciſ.* 160.
num. 22. *cum ſeq. eadem part.* 6. & facit optimus Textus
in l. actione 65 *ſeu* 66. *poſt medium*, *ff. pro ſocio*, ubi ex
Labeonis, & Proculi sententia Paulus ita respondit: *La-*
beo autem poſteriorum libris ſcripſit: ſi renunciaverit ſo-
23 *cietati unus ex ſociis eo tempore, quo interfuit ſocie-*
tati, non dirimi ſocietatem committere eum in pro ſo-
cio actione; nam ſi emamus mancipia inita ſocietate,
deinde renuncies mihi eo tempore, quo vendere manci-
pia non expedit, hoc caſu, quia deteriorem cauſam meam
facis, teneri pro ſocio judito. Proculus hoc ita verum
eſſe ait, ſi ſocietatis interſit non dirimi ſocietatem,
ſemper enim non id, quod privatim intereſt unius ex
ſociis ſervari, quod ſocietati expedit.

Et ita conclusum.

R. P. D. ANSALDO.

Romana, seu Firmana Successionis.

Mercurii 10. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

An Constitutio præclarissimi Pontificis Innocentii, hu-
jus nominis Undecimi, super confirmatione Statuto-
rum, quæ fœminas ab intestato excludunt, compre-
hendat, viresque obtineat quoad hæreditates Cleri-
cis delatas ante promulgatam Constitutionem, & in
foro pendentium tempore quo Constitutio fuit pro-
mulgata, juxta casum pertractatum a Card. de Luca
in comment. ejuſdem conſtitutionis, §. 7. pluraque hæc
decisio peragit circa repræsentationem, an nempe
filius gradum seu potius ascendentis personam repræ-
sentet?

SUMMARIUM.

1 *SEntentia nulla, licet eſſent mille, executioni non ſunt demandanda.*

2 *Actio ſuper qua cadit tranſactio, promoveri non poteſt, niſi prius ſuper rem judicatam eadem tranſactio fuerit reſciſſa, limita, ſi ſit laſivo, num.* 12.

3 *Ad ſalvandam tranſactionem a laſione ſufficiens reputatur dubius litis eventus.*

4 *Ut tranſactio juſta ſit dijudicanda, non debet judex jura tranſactu rigide perſcrutari.*

5 *In Rota Romana animi praſulget docilitas mutandi ſententiam, quando ita juſtitia ſuadeat.*

6 *Filius perſonæ exclcſa ad hareditatem, ad quam aſcendens aſpirare nequiverat, non poteſt ſuccedere, contra n.* 14.

7 *Statuta fœminarum excluſiva locum obtinent, non conſiderata circumſtantia clericatus, contra numer.* 15.

8 *Idque ſine dubio hodie procedit ſtante Conſtitutione ſan. mem. Innocentii XI.*

9 *Ad ſuſtinendam, vel reſcindendam tranſactionem inſpici debet tempus illius celebrationis, qualiſve opinio tunc, vel in mente hominum, vel apud Doctores, & Tribunalia vigeret.*

10 *Solutio, qua fit in moneta paulo poſt abroganda, ſolventem non liberat.*

11 *Tranſactio ratione bona fidei ligat etiam ſucceſſores independenter vocatos.*

13 *Nil jure reperitur, quod aliquo colore, vel diſputatione velari non poſſit.*

16 *Conſtitutio veneranda memoria Innocentii XI. ſuper Confirmationem Statutorum fœminarum ſucceſſionem tollentium, locum non habet quoad hareditates per prius delatas, amplia, n.* 17.

18 *Ubi clarum detegitur jus tranſigentis, tranſactio reſcindi oportet.*

19 *Jus dependens a juris articulo, aſtimationem recipit.*

20 *Sola conſideratio dubii litis eventus non eſt apta pro ſuſtinenda tranſactione.*

21 *Dubius litis eventus quomodo ſit aſtimandus, & numer.* 22.

23 *In tranſactione habet locum diſpoſitio juris conalit adverſus contractus laſivos.*

DECISIO VIII.

ADversus tria uniformia judicata nostri Tribunalis su-
per immissione fratrum de Macilentibus, ad de Mon-
tibus ex titulo intestatæ successioni ad medietatem bono-
rum Maudricardi eorum Avunculi, tertio provocantes
fratres de Mancinis, ulteriorem causæ discussionem mihi
delegati obtinuerunt; unde ad limites commissionis Do-

mini

mini per me consulti, *constare de tribus*, citra hæsitationem responderunt.

Licet enim admitterent Mancini innegabilem de cætero conformitatem sententiarum, impugnabant tamen non minus validitatem, quam justitiam, inde inferentes, non posse easdem sententias, veluti nullas, & injustas, execu-
1 tioni demandari, quamvis essent tres, ac etiam mille, ad not. per Batt. *in leg. 4. § Condemnatum, ff. de re ju dic.* Rot. apud Marchesan. *de commiss. p. 2. fol. 144. n. 2. & in rec. dec. 38. n. 1. cum duobus seqq. part 7 dec. 748. n. 9. p. 18. & dec. 8. n. 3.* post Marg. *ad constit. Benedictin.*

Nullitas struebatur super base solemnis transactionis, per quam Actores controversam successionem in eosdem Mancinos titulo oneroso integre transtulerant, quapropter nequiverint postea directe ad prædictam hæreditatem redire in judicio mere possessorio, seu per viam Immissionis, & hoc ex juribus jam per memoratam transactionem penitus extinctis, nec alias reviviscere valentibus, nisi postquam per tres sententias conformes in judicio ordinario reputandas transactio rescissa, vel invalida extitisset, juxta sæpissime firmata per Rot. & signanter in Bononien. Bonno-
2 rum 11. Decembris 1682. §. *Nullitas*, & in Reatina fideicommissi 11. Februarii 1689. §. *Neque qualitas*, cor. bon. mem. Emerix jun. in Carpentoraten. hæreditatis 21. Junii 1694. §. 1. & 22. Junii 1695. §. *Non enim*, cor. eodem, & prius in Melevitana Transactionis 1. Decemb. 1690. §. 1. cor. R. P. D. meo Caprara, & recentius in Bononien. fideicommissi 1. Junii 1696. §. *Et si enim*, & §. *fin.* coram Rev. D. Deo Molinea Decano.

Vehementius autem injustitia promovebatur, ex quo nec poterat eadem transactio sub prætextu læsionis refringi etiam in judicio ordinario, dum memorati Actoris illam inierant adeo mature, & solemniter de tempore, quo jam mediante definitiva sententia R. P. D. Ginetti in locum A. C. deputati remanserant penitus exclusi ab hac eadem intestata successione; in his nanque terminis quotiescunque succumbens mediante transactione assecutus est nedum ut in præsenti scuta 750. sed quidquam aliud quantumvit modicum, neutiquam ex præfato capite læsionis meretur audiri, dum in fortioribus ipsum solum eventuale periculum deperdendi totum in alea judiciali superabundat pro supponenda, firmandaque justitia transactionis, quemadmodum
3 respondit Rot. *dec. 15. n. 22. cum duobus seqq.* cor. san. mem. Alex. XIII. *& decis. 22. n. 4. in fin.* post Urceol. *de transact.* & in Bononien. Transaction. 23. Martii 1578. & 19. Junii 1679. cor. bon. mem. Bourlem. *impress. apud modern. Camerinen. alleg. 15. sub n. 43. vers. quamvis & sub nu. 74. vers. & quidem*, & in Carpentoraten. Laudemiorum 20. Junii 1692. §. *Et hinc parum refert*, coram Emin. Caccia Archiepiscopo Mediolanen. confirmata 1. Julii 1693. §. *Et hinc*, coram bonæ mem. Emeria.

Eoque ulterius, quia præscindendo etiam a sententia R. P. D. Ginetti, ipsamet arduitas duplicis articuli cadentis in causa, quorum alter versabatur in perquirenda qualitate repræsentationis, quam inducere possent Actores super controversa successione, utrum scilicet tantummodo repræsentarent gradum, vel potius insimul personas matrum prædefunctarum, ac exclusarum; & alter, an Statutum exclusivum fœminarum, earumque descendentium, quatenus Actores, ipsos comprahenderet, sive ligaret, non obstante, quod forent Clericali charactere insigniti, & regulariter exempti a dispositionibus statutariis; justissimam proculdubio præbere valebat causam transigendi, absque eo quod transactio, tam rationabiliter, & legitime super præmissis stabilita, posset deinceps per contingentiam successivi judicati in hac arduitate per nostrum Tribunal super utroque articulo favore eorundem Actorum de læsione, vel injustitia objurgari, nusquam enim transactio metienda venit a futuro eventu, illiusque essentialis justitia nusquam pendere debet a superventa magis, vel minus profunda, rigidaque trutinatione articulorum; alias quippe omnes lites, omnes transactiones, & universæ concordiæ, quæ passim, & quotidie fieri contingunt in causis fideicommissariis, aliisque controversiis, & casibus, vel conjecturalibus, vel juris articulos involventibus, tractu temporis possent in damnum partium, ac contra Reipublicæ tranquillitatem resuscitari, ac respective irritari, ex his, quæ bene pro sustinenda transactione ponderantur per
4 Rot. coram Merlin. *dec. 799. n. 20. & seqq. & dec. 854. n. 5. & 6. & in rec. decis. 325. n. 5. & 6. p. 55. & dec. 56. n. 10. & 11.* post Urceol. *de transact. & dec. 307. num. 9. cum duobus seqq.* coram Priol.

Ac demum evidentius introspiciendo, sive reassumendo utriusque articuli dissertationem; in primis nanque fratres de Mancinis nullo pacto dabant manus victas, quominus, tam in uno, quam in altero, vel saltem in alterutro non crederent adhuc triumphare posse etiam in nostro Auditorio tam facili (quando ita exigat justitia) resilire, seu recedere
e propriis resolutionibus, & sententiis, ut etiam perpen- 5
sum fuit in Romana Cambii 26. Junii 1697. in princ. coram me, & 28. Aprilis præterlapsi pariter in princ. coram bonæ mem. Ursino Decano.

Ac propterea circa primum articulum, in quo Sac. Rota censuit, illos de Macilentibus, ac de Montibus, admissa etiam exclusione matrum vigore Statuti, illarum tamen gradum duntaxat, non autem personas repræsentando, concurrere posse cum iisdem de Mancinis in æquali gradu constitutis, recensebant in hodierna audientia longam caterVam authoritatum e converso affirmantium, non posse simpliciter ab ipsis repræsentari, locum, & gradum, sed etiam necessariam esse repræsentationem personarum, a quibus delumebant nativitatem, seu descendentiam, & originem, quæve cum hic tanquam fœminæ literaliter forent exclusæ per Statutum, propriam de necesse in eosdem de Macilentibus, & de Montibus, veluti filios, ac descendentes, exclusionem refundebant, atque super hoc articulo inter cæteros pro Antesignano, præsertim in successione transversalium, de qua tractabant, adducebant Salicet.
in Auth. post fratres n. 3. & seq. C. de legit. hæred. cum con- 6
cord. per Hodiern. *contr. 23. per tot.* & signanter *num. 64. & seqq.* Quæsad. *dissert. 20. n. 67. cum duabus seqq.* Modern. Lucen. *consult. 397. ex n. 50. cum plur. seqq.* Thesaur. *decis. 102. n. 3.* Crivell. *decis. 40. n. 22.* Capyc. Latr. *decis. 126. n. 6.* Rot. *decis. 104. n. 3. p. 1. rec. dec. 145. n. 3. p. 15. & dec. 60. n. 1.* post Urceol. *de transact.* aliique apud præmissos.

Quo vero ad secundum, & juxta quem consecutive obtinuerunt in Rota iidem de Macilentibus, & de Montibus affirmari, ipsos tanquam Clericali veste suffultos, ac venientes ex propria persona ad Avunculi successionem, nullo modo affici posse per Statutum exclusivum fœminarum, utpote laicale, & non aptum ad ligandas personas Ecclesiasticas; pariformiter Mancini uberem afferebant Doctorum numerum, ex opposito (ut ipsi satagebant) asserentium, quod in his quoque terminis, ubi eædem personæ Ecclesiasticæ descendunt a fœmina exclusa, nequeant etiam ex propria persona evitare sanctionem Statuti, quod non in odium immunitatis Ecclesiasticæ, & in ratione potestativa, sed tanquam conditum favore agnationis, habensque de cætero sibi subjectam personam defuncti sæcularis, ac bona ab eo relicta, capax est ex vi saltem directiva comprehendendi quoscunque descendentes a radice exclusa, & insimul statuentibus subjecta, & respective non inclusos sub eadem ratione motiva, & fundamentali agnationis, quantumvis hujusmodi descendentes essent Clerici, & personæ
Ecclesiasticæ, ad id pariformiter pro Antesignano allegan- 7
tes Bald. *in leg. Deo nobis, §. hoc etiam sub n. 8. C. de Episc.*
& Cleric. Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 77. de* 8
constit. Signorol. *cons. 6. sub num. 10. vers. non obstat*, Crot. *cons. 267. n. 29.* Sebastian. Medic. *de leg. & stat. p. 4. quæst. d. sub n. 5. vers. primo casu*, Mangil. *de impur. q. 58. n. 42. cum seqq.* latissime Card. de Luca *de success. ab intest. disc. 5. ex n. 16. ad fin.* cum aliis pluribus concord.

Eoque magis, quia pro munimine tot Doctorum de ipso tempore subsecutæ transactionis rumor, imo publica vox gliscere inceperat, & expandi, quod (ut evenit post paucos menses) sanctæ, & gloriosæ mem. Innocent. XI. condituras erat legem generalem, sive Constitutionem ex præfata æquitativa, ac directiva ratione in bonum Reipublicæ decernentem, ut etiam Clerici, aliæque personæ Ecclesiasticæ patriis Statutis familiarum Conservationi intentis, & idcirco fœminas, earumque descendentes excludentibus, subjacerent, prout legitur in eadem Constitutione impressa ante
tract. de soper editum de success. ab intest. per Card. de Luca, 9
& signanter *sub §. 10. & seqq.* unde inferebant iidem Man-
cini, asperum esse, quod Macilenti, & de Montibus in- 10
fringere longe post attentarent illam transactionem, quam inierant in statu; quo ultra sententiam contra eos latam, & ultra disputabilitatem præcedentis articuli super repræsentatione gradus, vel personæ, non levem continebat etiam difficultatem in hoc secundo, in quo præter authoritates supra laudatas fama increbuerat imminentis Constitutionis, quæ de facto, ut diximus, edita fuit; quando tamen omnia jura clamant, ut ad sustinendam, vel rescindendam transactionem, inspici debeat tempus celebratæ trans-

transactionis, qualisve opinio tunc, vel in mente hominum, vel apud Doctores, & Tribunalia vigeret, esse Car-
9 din. de Luc. *de alien. disc.* 66. *n.* 8. *& in miscel. Eccles. disc.* 5. *n.* 28. Rot. *decis.* 25. *ex n.* 21. *cum plur. seqq.* cor. san. mem. Alex. VIII. *& dec.* 675. *n.* 2. *&* 3. cor. Card. Cerro.

Etsi (ut subjungebant) imminens notitia, famaque, quod Princeps in proxime edenda Constitutione certam speciem, vel genus monetarum abrogavit a publico commercio in sua ditione, satis est adeo imbuendam malam fidem, ut nec etiam deserviat ad effectum, tam infavorabilem, liberandi debitorem, solutio, quam fiat per eundem debitorem in moneta paulo post abroganda, uti censent Grat. *discept.*
10 260. *n.* 19. *& seqq.* Tondut. *resol. Civil. cap.* 10. *per tot.* Antonell. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 31. *& seqq.* Giurb. *dec.* 87. *n.* 17. *&* 18. Modera. Mantuan. *in tr. de monet. qu.* 3. *nu.* 46. *cum seq.* quare a fortiori publica voce conspersa in Urbe (uti dicebat Cornelius, omnium gnara, & nihil reticente) non debebat deserviré a contrario pro magis adstruenda bona fide in contractu transactionis, in quo adeo exuberat bona fides, ut etiam quando eadem transactio feriat personas independenter vocatas a transigentibus, adhuc ratione ejusdem bonæ fidei, & publicæ tranquillitatis, illas
11 liget, & astet ad observantiam, ut passim videre est penes Card. de Luc. *de donat. disc.* 28. *num.* 13. Rot. cor. Carill. *decis.* 14. *n.* 5. *& in rec. dec.* 341. *n.* 16. *p.* 17. *& decis.* 202. *nu.* 27. *par.* 18. & in Urbeverana Primogen. 19 Junii 1693. §. *Notisquidem*, *& seq.* cor. R. P. D. meo Muto, & in Romana Census 5. Junii 1697. §. *Tum demum quia*, coram R. P. D. meo Caprara.

... ta Mancini. Verum Domini rursos pro constanti jure merito habuerunt, præsentem transactionem adeo enormiter læsivam apparere ex abunde deductis in decisionibus, quæ præcesserunt tria judicata Tribunalis, nempe coram Rev. D. Molinea Decano sub die 28. Febr. 1695. & R. P. D. Priolo sub die 16. Januar. 1696. & 10. Junii 1696. ac R. P. D. Muto sub die 9. Decembris ejusdem anni, & 26. Februarii proxime præteriti, ut in proximis respondendo ad suppositam nullitatem, sine difficultate censuerint, quod constituto ex præmissis decisionibus, & ex inferius quoque deducendis, de enormissima læsione passa in hoc contractu transactionis per illos de Macilentis, & Montibus, minimme amplius oporteret in judicio ordinario per tres conformes rescindere eandem transactionem; hoc enim adamussim operatur læsio, quando est ultra bessem, & enormissima, ut adimendo consensum ab actu præsupponat, actum ipsum, sive transactionem celebratam fuisse per errorem, ac sine consensu, proindeque citra necessitatem infringendi prius transactionem per tres conformes recta via tribuitur remissio periode, ac si nulla transactio, nullus contractus, qui necessario semper exigit consensum, de medio
12 deesset, ut egregie respondit Paulus I. C. *in l. cum a te*, *ff. de dol. mal.* Andreol. *contr.* 285. *n.* 103. Card. de Luca *de fideicom. disc.* 39. *n.* 2. *&* 3. & pluries dictum fuit in similibus circumstantiis per Rot. & præsertim in *dec.* 755. *n.* 5. *part.* 2. *rec. dec.* 212. *n.* 19. *& in p.* 26. *dec.* 350. *n.* 10. *& seq. p.* 9. in Bononien. seu Imolen. Bonor. 18. Martii 1686. §. *Verum*, cor. bon. mem. Albergato, & 12. Junii 1693. §. *Resolutioni*, cor. bonæ mem. Ursino, in Soanen. Immissionis 14. Maii 1696. §. *Quo vero*, & 24. Januarii 1697. §. *Præsuppositis*, cor. R. D. meo Decano, & in Callien. Bonorum 26. Aprilis ejusdem anni, §. *fin.* cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Circa vero justitiam, & sic læsionem, quæ ascenderet ad gradum enormissimæ, utraque visa est magis, atque magis semper effulgere, inspecta medullam articulorum, quorum respectu Domini nullatenus resilire posse agnoscebant a definitionibus, sive resolutionibus jam captis, ex quo, quidquid in contrarium existimaverint nonnulli Scribentes superius adducti, aliique de facili cumulati, & cumulandi, cum in jure nostro nihil adeo pacificum sit, ut aliquo colore, vel disputatione velari non possit, testimonio Surd.
13 *decis. Mantuana* 272. *in fin.* verior tamen, ac firmior sententia est in ordine ad primum articulum, quod sive agatur in sphæra descendentium, sive in altera transversalium intra limen repræsentabile, tam descendentes, quam collaterales admissi ad beneficium repræsentationis, sive patre, sive matre, sive alio ascendente præmortuo, obtinent tantummodo, ac repræsentent purum gradum, ac nedum locum, non ex aliena, sed ex propria persona, quem occupabat, seu occupasset in successione, si vixisset pater, mater, vel alius ascendens, atque ad hunc effectum Domini rursus præ oculis non simplicem Doctorem pro Antesignano, sed habuere literam expressam Cæsarei juris non tanquam in §. 1. *vers. in hoc enim*, *& §. Si igitur*, *Authen.*
de hared. ab intest. venien. & in §. cum filius, *& §. fin. instit.* 14
de hered. que ab intest. defer. sed & apertius *in novell.* 127. *in tit.* §. *Authent. collat.* 9. ut ibi: *Meminimus igitur scripsisse legem, per quam jussimus, ut si quis moriatur relinquens fratres, & alterius fratris filios præmortui, ad similitudinem fratrum, & præmortui fratris sii ad hereditatem vocentur, paternum autingredientes gradum, & illius ferentes portionem*; in quo sane textu simplex gradus, non vero persona, aut qualitas parentum repræsentari indulgentus, ac præcipitur, quod & optime more suo discernit, & firmavit Bellon. *de jur. accresc. cap.* 9. *qu.* 1. *n.* 14. *& seqq. & qu.* 11. *num.* 19. *cum seqq.* & ante cum Faber. *in Cod. lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. defin.* 1. *n.* 4. *& seqq. & in alleg. num.* 15. *&* 16. Modern. Lucen. *de pact. fut. succes. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 74. *& seqq.* & signanter *n.* 79. *&* 80. cum aliis uberrime, ac plusquam digne collaudatis in decisione hujus Causæ sub die 10. Junii 1697. *per tot.* cor. R. P. D. meo Priolo, & 26. Februarii labentis annis pariter *per tot.* cor. R. P. D. meo Muto.

Substante itaque hujusmodi fundamento, & propositione, per quam Macilenti, & de Montibus ad successionem Avunculi una cum fratribus ejusdem citra scrupulum de jure communi repræsentantes purum gradum propriarum matrum, & respective sororum Avunculi prædefuncti, adspirare poterant, & debebant, de plano subsequebatur, quod etiam juxta secundum articulum neutiquam ab eadem successione eisdem de jure communi delata possent arceri in vim particularis Statuti fœminarum, sive propriatum matrum exclusivi; cum enim eorum alter esset Sacerdos, & alter Clericali charactere insignitus, profecto tanquam personæ Ecclesiasticæ exemptæ remanebant a censura, & determinatione quorumcunque Statutorum laicalium, ut semper tenuit, firmavitque Tribunal in hac quotidiana materia Statutorum a successionibus excluden- 15
tium fœminas, quemadmodum liquet ex *dec.* 149. *n.* 9. san. mem. Alex. VIII. *& decis.* 258. *n.* 11. cor. Celso, *& in rec. dec.* 256. *n.* 13. *& seqq. part.* 11. & in aliis relatis in decisione die 28. Februarii 1695. §. *Neque allegari*, cor. R. D. meo Decano, & 16. Januar. 1696. §. *Ita pariter*, cor. R. P. D. meo Priolo, & 9. Decemb. 1697. *Nec rursus*, coram R. P. D. meo Muto.

Nihil officiente idcirco sententia R. P. D. Ginetti, quæ ruebat ex præmissis; minusque suffragante imminentia Innocentianæ Constitutionis, super ea nanque aliqua forrasse major vis fundari potuisset, vel ad peraugendam bonam fidem præcedentis transactionis, vel ad corroborandam opinionem illorum, qui (ut supra) reputabant, Statutum exclusivum fœminarum posse comprehendere descendentes ab eis, licet Clericali cæteroquin exemptione suffultos, quotiescunque, ut erat in supra adducto exemplo monetarum, Principi paulo post placuisset, vel directe abolere contrariam sententiam, vel saltem procedendo per viam declarationis, aut comprehensionis apertarum successionum, demandare, quod sua deinceps edita Constitutio amplecteretur successiones antecedenter delatas, sive purificatas; aut cum eadem Constitutio nil tale dixerit, utique ad neutrum amplius ex præcitatis effectibus poterat prodesse: sed veluti habens, ut fert adagium, oculos ante, & non retro, suapte natura non comprehendebat casus, & successiones præcedentes, & jam delatas, sive acquisitas 16
de jure communi, per Text. *in l. jubemus*, §. *Quæ imposterum*, *C. de testam. & in l. meminimus in fin. Cod. de legit. hered.* Rot. *decis.* 15. *n.* 12. *part.* 8. *rec. dec.* 104. *n.* 7. *part.* 16. *& dec.* 320. *n.* 8. *p.* 18. & in Romana nullitatis subhastationis 11. Decembris 1684. §. *Non refragante*, coram bon. mem. Albergato, & in terminis alterius Constitutionis, seu reformationis ejusdem Innocentii XI. dictum fuit in Romana cambiorum 26. Junii 1697. §. *Nec deficit*, coram bon. mem. Ursino.

Absque eo, quod regulæ huic in lance judicii præponderare valeret contrarium suppositum super comprehensione etiam delatarum successionum in sotopendentium habitum a Card. de Luca in Comment. per eum efformato super eadem Constitutione *de statut. success.* §. 7. *num.* 8. *&* 9. quantumvis enim tanti Doctoris auctoritas, qui eatenus tunc in munere Auditoratus ejusdem Summi Pontificis versabatur, in admodum considerabili præsidio, & reflexione haberi mereretur; nihilominus quia eadem Constitutio Innocentiana, visa, & introspecta semper est correctoria juris communis æque admittentis ad successionem masculos, & fœminas, agnatos, & cognatos, *ut in l. maximum vitium*, *C. de liber. preteris.* & in proposito nepotum, *in* 17
auth.

Auth. post. fratres; *Cod. de legit. hæred.* prout semper fuerunt pro correctoriis judicata antecedentia Statuta fœminarum exclusiva, licet Papali auctoritate confirmata, hinc eo ipso, quod nec expresse, nec implicite prædicta Constitutio declaravit, velle comprehendere successiones præteritas, ut erat præsens delata, & aperta usque de anno 1675. merito in omnibus etiam aliis causis circa successiones ante Constitutionem adapertas, & actu pendentes, Tribunal tenuit. non esse discedendum a firmitate regulæ, de qua superius, quodque proinde hæc adamussim Constitutio destituta verbis sufficientibus ad importandum oppositum, locum sibi vindicare donraaat deberet, ac posset in successionibus ea post delatis, non autem a parte ante, seu præcedenter, sicuti responsum liquet in Romana hæreditatis 27. Januarii 1696. 2. *Cessare visa est*, coram R. P. D. meo Pio, confirmata 4. Februarii 1697. *Nec exclusionem*, coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in Firmana successionis 4. Julii 1696. §. *Haud refragante*, cor. bo. me. Ursino.

Hisque robustius militantibus pro inducenda claritate utriusque articuli tam in anteactis resolutionibus, quam in hodierna propositione favore eorundem de Macilentibus, & de Montibus, quam quod proportionabiliter urgerent pro extorquenda dubietate respectu illorum de Mancinis, vagum valebatur, vel saltem non necessarium ultra descendere, ea quo in jure novum non est, transactiones passim rescindi, si ex posteriori judicato comperiatur clarum potius esse jus ea parte illius, qui bona cum supposito dubietatis articuli adversario suo di-
18 misit, ac relaxavit, juxta firmata per Rot. *dec.* 277. *n.* 12. *& seqq. p.* 13. *rec. decis.* 412. *num.* 15. *cum plur. seqq. part.* 16. *decis.* 196. *& dec.* 277. *utrobique num.* 6. *&* 7. *part.* 18. & in Bonon. fideicommissi 3. Maii 1692. §. *Etenim*, & §. *Hacque sententia*, cor. bo. me. Ursino.

Cæterum in omnem casum palpabilis, & nimis evidenter ad oculum obtuscabat retorsio objectionis superius jactæ pro sustinenda transactione super dubietate causæ, & articulorum: quia etiam data non claritate, sed quacunque majori eorundem articulorum ambiguitate, certe ista ambiguitas cadens super meris juris articulis, aliquo perito, vel judice arbitrante, ad limites
19 justitiæ, & æquitatis pensanda erat, & æstimanda, ut late, ac solide animadversum fuit in Bononien. seu Imolen. bonorum 28. Martii 1697. §. *Quemadmodum*, & §. *parumque*, cor. R. P. D. meo dell'Olmo.

Nulla autem æqualitas, nulla justitia pati posse videbatur, quod ratione duplicis articuli, in quibus per tot judicata uniformia Rota credidit, & censuit (ut supra, non obstantibus omnibus præmissis) vel omnino clarum, vel saltem effulgentius jus assistere nepotibus, sola duntaxat scuta 750. super hæreditatem, quæ citra controversiam ascendebat ad scuta 20. mil. forent etiam ab initio sufficientia pro justo apprerio bujusce dubii juris nepotum consistentis in medietate prædictæ hæreditatis, & sic in scut. 10. mill. ad eosdem nepotes de jure obtingere, vel omnino debentibus, vel saltem probabiliter valentibus, ut præcise in his terminis, considerato etiam eventu subsecuti judicii, ac æstimationis factæ de ipsa læsione per
20 eundem judicem causæ principalis, dictum fuit in Soanen. Immissionis 14. Maii 1696. §. *Nec visum est*, & 23. Januarii 1697. §. *Absque eo quod*, cor. R. D. meo Decano, & in præcitata Bonon. seu Imolen. bonorum d. §. *Parumque urget*, coram R. P. D. meo dell'Olmo.

Licet nanque exaggerantes pericula, & infortunia litium magnum lucrum quandoque dixerint, ut supra in objecto Doctores, esset recedere ab ipsa lite, necnon sufficere pro sustentanda transactione, vel quidquam modicum, vel solum timorem deperdendæ litis; in foro tamen, & in praxi, ubi maturius trutinantur, & resolvuntur momenta, & importantiæ causarum, diversæ quidem circa æstimationem hujus ass. lucri, vel timoris deperdendæ litis, aliæque judiciales noscuntur, prodiisse opiniones, aliis, credentibus quintam, aliis aliam partem, habito respectu non tam ad valorem bonorum stantium sub judice, quam ipsius dubii eventus, superabundare ad infringendam transactionem, sive læsionem, in ipsis quoque concordiis, & transactionibus detegendam, uti videre est penes Malvas. *cons.* 9. *numer.* 25.
21 Andr. Gaill. *cons.* 4. *n.* 20. *lib.* 1. Noguerol. *allegat.* 18. *n.* 58. Actolin. *resol.* 212. *n.* 12. Andreol. *controv.* 286. *num.* 58. *& seqq.* Modern. Lucen. *cons.* 100. *n.* 14. & 15.

Omnes fere tamen concordant, quod si judex ipse degustans, & penetrans etiam ex post medullam causæ, & articulorum, subcenseat, hujusmodi dubietatem eventus valere ex. gr. super disputatione importante in ordine ad bona scut. mille, in ordine vero ad ipsum dubium ad minus scut. 500. statim ac litigans dimittat bona controversa ascendentia ad prædicta scuta mille, non recepta medietate eorundem scutorum 500. videlicet 250. & sic quarta parte bonorum controversorum, oriret citra difficultatem læsio, ut in cæteris quibuscunque contractibus, ad limites, & normam, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* quemadmodum sequendo in hoc ipso proposito Theoricam Bart. *in l. si quis cum aliter n.* 5. *ff. de verb. oblig. & in leg. Lucius* 78. §. *fin. n.* 3. *& in d. l.* 2. *num.* 5. & 8. *Cod. de rescind.* 22
vend. liquet ex deductis per Soccin. jun. *cons.* 98. *nu.* 17. *lib.* 2. Paris. *cons.* 12. *n.* 105. *lib.* 2. Everard. jun. *cons.* 24. *num.* 103. *lib.* 2. Facchin. *cons.* 76. *n.* 9. *lib.* 1. Pinell. *in d. l.* 2. *par.* 1. *cap.* 4. *ex nu.* 12 *usque ad* 27. *Cod. de rescind. vendit.* Viv. *dec.* 429. *num.* 11. Modern. Forolivien. in addit. ad Ramon. *cons.* 7. *num.* 17. Rota in Melevitana transactionis 4. Julii 1631. §. *Quibus omnibus*, coram Mormann. m. f. & coram Card. Celso *dec.* 391. *num.* 5. & in Bononien. fideicomm. de Cæsarcia 4. Junii 1677. §. *fin.* cor. bon. mem. Bourlemont. impress. apud Modern. Lucen. *cons.* 342. *n.* 48.

Et idcirco applicando ad rem, cum medietas hæreditatis, ac successionis prætensæ per Macilento, ac de Montibus, ascenderet citra hæsitationem ad dict. scut. 10. mil sicuti fuit in hodierna quoque audientia deductum, & comprobatum, ipseque dubius litis eventus juxta constantem sententiam Tribunalis necessario attingeret quasi totam æstimationem ipsius prætensionis, sicque ad eadem scut. 10. mill. utique illam quoque in gratiam, vel probabilis, vel possibilis dubietatis, reducendo ad medietatem saltem ejusdem cæteroquin justæ æstimationis, & consequenter ad scut. 5. mil. palpabile semper, & a primo usque ad ultimum efficiebatur, quod sola scut. 750. quæ respectu scut. 5. mill. non efficiebant quintam partem prædictæ æstimationis ad medietatem totius prætensionis redactæ, non poterant unquam efficere, quod concordia non foret læsiva, & rescindenda, nedum ad terminos memoratæ *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* sed ad tenorem cæterorum contractuum, sub censura quoque, & instructione, quæ practicatur in casibus enormissimæ læsionis ultra bessem, juxta supputationem, quam in genere transactionum exemplificando facit Soccin. *d. cons.* 23
98. *n.* 18. *& seqq. & signanter*, *num.* 20. *lib.* 2. & ad precisum effectum declarandæ læsionis earundem transactionum in gradu enormissimo subsequitur, & firmat Rot. *dec.* 92 *n.* 9. cor. Merl. *dec.* 35. *num.* 1. *& seq. & decis.* 392. *n.* 3. coram Celso, *dec.* 174. *n.* 4. & 5. post Modern. Lucen. *de pact. futur. success.* in Romana fideicommissi de Stephanis 25. Junii 1695. §. *Enormissima vero*, coram Meltio, & in præallegata Soanen. immissionis 14. Maii 1696. §. *Quod vero attinet*, & 23. Januarii 1697. §. *Ultra falsitatem*, cor. Rev. D. meo Decano.

Et ita neglecto etiam fundamento bonæ fidei tanquam plenissime sublato in præcedentibus decisionibus, & præcipue in illa die 9. Decembris 1697. §. *fin.* cor. R. P. D. meo Muto, responsum fuit partibus informantibus, in 5. & 6. ea DD. suffragantibus.

REVERENDISS. P. D. MOLINES DECANO.

Utbevetana supplementi legitimæ.

Lunæ 26. Januarii 1699.

A R G U M E N T U M.

Statuta fœminarum exclusiva quomodo sint interpretanda.

S U M M A R I U M.

1 *Statuta fœminarum exclusiva sunt odiosa.*
2 *In eis autem non comprehenditur hæreditas, de qua specifice mentionem non faciunt.*
3 *Statuta exclusiva fœminarum taliter interpretari debent, ut minus quam fieri possit jus commune lædant.*
4 *Quidquid in eis expresse dispositum non legitur, tanquam casus omissus remanet sub juris communis dispositione.*

5 Verò

5 *Verbum, ascendens, aque comprehendit utrunque sexum, masculinum nempe, & fœmininum; declara, ut n. 6.*

7 *Statutum non censetur voluisse fœminam excludere ab hæreditate matris, si causa exclusionis in qualitate consisteret donationis.*

8 *Statuta fœminarum exclusiva non aliter sustinentur, quam ob favorabile motivum conservandi bona in agnatione.*

9 *Ex quibus deprehendi valeat, quod Statutum excluserit fœminas ob conservandam agnationem.*

10 *Nisi in contrarium appareat de voluntate statuentium in dubio exclusio fœminarum præsumitur ordinata propter conservationem agnationis.*

11 *Filii masculi secundi matrimonii non valent excludere fœminas primi matrimonii. Declara, ut num 12.*

13 *Statutum locum non obtinet, nisi culpativa concurrat subjectio personarum, & bonorum.*

14 *Quando quis obit extra locum Statuti, & ibi testamentum condit, non censetur voluisse propriam uniformare voluntatem cum dispositione Statuti.*

D E C I S I O IX.

QUemadmodum intererat Reipublicæ Civitates hominibus repleri, ita congruum visum fuit Imperatoriæ majestati, ut excrescente cujusvis personæ sobole, ultra numerum quatuor filiorum, eorum legitima transitum faceret de triente ad semissem assis hæreditarii, §. *Si ultra quatuor Auth. de trien. ad semiss.* demandato quoque augmento, quatenus aliquid minus fuisset relictum in testamento, quod non adæquaret veram ejusdem legitimæ portionem, per Text. *in l. omnimodo* 30. *& l. scimus* 36. *Cod. de inoff. testam.*

His igitur Imperialibus freti sanctionibus Comes Curtius, & alii de Clementinis, ex persona Catharinæ eorum auctricis geminas reportarunt favorabiles sententias, eisdem decernentes in hypothesi, præfatum augmentum ascendere ad integram unicam assis hæreditarii alterius Catharinæ senioris ex Comitibus Servatiæ Aviæ paternæ, in quarum confirmationem prodiit ultimo loco, ipsis tantum informantibus, favorabilis decisio sub die 1. Decembr. anni proxime elapsi coram me.

Adversus quam cum hodie fuerint auditi Comites fratres de Marsciano rei conventi, in sequelam novæ audientiæ eisdem benigniter impartitæ, licet ad declinandam providam dictarum legum dispositionem objicerent peculiarem censuram Statuti Castri, quod tanquam jus municipale Civitatis dominantis prætendebant sub se comprehendere Oppidum Guardeæ, cujus erat domicella dicta Catharina · ervaria: Nihilominus quidquid sit de hujusmodi articulo comprehensionis, non modicam præseferente difficultatem, ob plura per defensores DD. de Clementinis in contrarium adducta omissisque etiam nonnullis aliis superfluis quæstionibus utrinque cumulatis, selectisque duntaxat iis, quæ magis opportuna, ac solidiora videbantur; domini adhuc inhærentes capitulo 37. dicti Statuti, super quo unice insistebant fratres de Marsciano, censuerunt illud minime obstare Comiti, & aliis de Clementinis ad effectum, de quo agunt, pro consecutione controversi augmenti legitimæ debitæ d. Catharinæ in bonis aviæ patrum.

1 Siquidem cum versemur in materia juris communis correctoria, ac undique exorbitante, & odiosa, qualis est exclusio fœminarum, inibi per hæc verba ordinatur *Statuimus, quod filia, vel neptis, aut qualibet alia fœmina descendens sit contenta de eo, quod pater, vel avus, aut qualibet alius ascendens sibi dederit in dotem, vel dare promiserit, aut reliquerit, nec ultra illud occasione legitimæ, vel juris debiti natura, etiam mortuo patre, vel ascendente, possit fratres suos descendentes &c. inquietare*, ad tradita per Alexand. *cons.* 26. *num.* 1. *lib.* 2. Rocc. *disp. jur. cap.* 37. *num.* 15. Rot. *decis.* 529. *n.* 28. *part.* 18. *rec.* utique sub mox recensita statutaria dispositione nequit dici comprehensa hæreditas matris, aut aviæ, de quibus nulla legitur facta expressa mentio, per ea, quæ
3 tradunt Dec. *cons.* 451. *num.* 8. *& 9.* Honded. *cons.* 9. *nu.* 13. *cum seqq. lib.* 1. Cæphal. *cons.* 616. *nu.* 44. Rocc. *disc. jur. d. cap.* 37. *n.* 17. *& seqq* Rot. *dec.* 204. *n.* 19. *part* 6. & cæteris relatis *dec.* 529. *n.* 8. *part.* 18. *rec.*

Et ratio est, quia hujusmodi Statuta fœminarum exclusiva taliter interpretari debent, ut minus quam fieri possit lædant jus commune, per Text. *in cap. cap. dilectus*, §. *cæterum de consuetud.* Paris. *cons.* 110. *nu.* 6. *libr.* 3. Honded. *cons.* 12. *n.* 17. *& 20. lib.* 2. Surd. *cons.* 45. *n.* 19. *& dec.* 178. *num.* 15. Altugr. *cons.* 64. *nu.* 3. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 284. *n.*46. Cirocch. *discept.* 36. *num.* 32. Olasch. *dec.* 59. *nu.* 12. Roce. *dec.* 312. *n.* 5. *part.* 1. *d vers. & dec.* 461. *n.* 4. *p.* 2. *& decis.* 241. *nu.* 6. *& 7. p.* 18. *rec.* Proindeque quidquid sit expresse dispositum non legitur, tanquam casus omissus, remanet sub dispositione juris communis, per Text. *in l. commodissime, ff. de lib. & posthum.* Anchar. *consult.* 26. *n.* 2. Dec. *cons.* 451. *num.* 9. Soccin. sen. *cons.* 228. *n.* 2. Altugr. *cons.* 64. *n.* 3. *lib.* 1. late Rocc. *disp. jur. d. cap.* 37. *num.* 18. *&* 4
19. Afflict. *dec.* 21. *n.* 13. Rota coram Merlin. *dec.* 471. *num.* 2. *& dec.* 388. *n.* 2. *part.* 5. *rec.*

Non relevante, quod Statuentes in eodem capite usi fuerint verbo, *Ascendens*, quod æque cumprehendit utrunque sexum, masculinum nempe, & fœmininum, per Text. *in l. si ff. de verbor. signif. l. quicunque*, §. *parentes ff.* 5
de jus vocan. Barbos. *tract. variar. appell.* 27. *per tot.* Surd. *cons.* 402. *n.* 11. *&* 12. Menoch. *consil.* 101. *n.* 40. Rot. *decis.* 361. *n.* 6. *p.* 15. *rec. & in Cesenat. successionis* 21. *Junii* 1677. §. *Fulgidius autem*, cor. R. P. D. meo Ansaldo.

Quoniam licet verum sit, quod aliquoties in materia indifferenti successionum, verbum, *Ascendens*, simpliciter, & de per se prolatum, tanquam commune utrique generi, valeat comprehendere masculos, & fœminas, quodque masculinum etiam concipiat fœmininum; attamen quando (prout in hypothesi) Statutum tam in Rubro, quam in Nigro incipit a genere masculino, nempe a *Patre*, *Avo*, si postmodum subsequatur verbum appellativum, *Ascendens*, qualificatum etiam pronomine masculino, *Quilibet*, nemo in his circumstantiis inficiari poterit, quin statuentes intellexerint de hæreditatibus ascendentium masculorum, ad tradita in puncto per Cephal. *consult.* 343. *n.* 2. *&* 27. Pigat. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 141. *num.* 17. Rocc. *disp. jur. d. cap.* 37. *num.* 3 *&* 4. Andreol. *contr.* 407. *n.* 26. Rota coram Cerr. *dec.* 676. *nu.* 6. *& 7. & dec.* 358. *n.* 19. *par.* 14. *rec.*

Idque potissimum comprobatur ex eo, quod ibi legitur causa exclusionis fœminarum consistens in qualitate 6
dotis, unde clarius dignoscitur, statuentes duntaxat sensisse de hæreditatibus ascendentium masculorum, quibus primario incumbit onus dotandi filias, neptes, & ulteriores descendentes fœminas, non autem de hæreditatibus matris, & aviæ, & aliarum de genere fœminino, quæ non sunt a jure obligatæ ad dettahendas dotes, nisi in subsidium, optime Fulgos. *cons.* 54. *num.* 3. *vers. statut.* 7
Honded. *cons.* 9. *n.* 19. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 813. *n.* 9. & pluribus cumulatis in puncto materiam exornando, Rocc. *disp. jur. dict. cap.* 37. *n.* 4. *cum seqq.* & prosequitur optime Rot. *dict. dec.* 776. *n.* 8. *& 9.* coram Cerr. *& dec.* 354. *num.* 18. *& dec.* 428. *n.* 6. *& 7. par.* 14. *rec.*

Quæ omnia potiori jure prævaluerunt apud dominos ex ponderatione, quod cum hujusmodi Statuta fœminarum exclusiva, alioquin irrationabilia, & a jure communi exorbitantia, non aliter sustineantur, quam ob favorabile votum conservandi bona in agnatione, juxta doctrinam Jas. *in l. de quibus sub nu.* 17. *in fin. ff de legib.* 8
Socein. jun. *cons.* 1. *n.* 43. *& seqq.* cum aliis relatis per Rocc. *dict. cap.* 37. *n.* 12. exinde sequitur, quod licet de ea nulla fuerit facta explicita mentio in dicto *cap.* 37. nihilominus tacite subintellecta censeri debet, cum illud sit consecutivum ad aliud *capit.* 35. præcedens, ubi pariter 9
agitur de successionibus, & fuit expresse contemplata agnatio, ad tradita in puncto per Rot. *dec.* 563. *numer.* 3. *part.* 1. *& dec.* 691. *num.* 7. *& 9. part.* 18. *rec.* & ratio est, quia capitula subsequentia inserta in eodem volumine Statuti declarantur a præcedentibus, præcipue loquentibus de eadem materia, & unum recipit interpretationem ab alio, ut in puncto tradit formiter discusso articolo Mansi. *cons.* 14. *n.* 5. *& seq.* Rot. *decis.* 499. *a num.* 22. *ad.* 25. *& dec.* 644. *num.* 8. *par.* 18. *rec.*

Ultraquamquod, nisi in contrarium appareat de voluntate statuentibus, in dubio semper exclusio fœminarum præsumitur ordinata propter conservationem agna- 10
tionis, quæ tanquam principalis, & potissima ratio, semper pro expressa haberi debet, Cæphal. *cons.* 509. *num.* 29. Gratian. *discept. forens. cap.* 661. *numer.* 13. Mans. *dicta consult.* 14. *num.* 7. *& seqq.* Cyriac. *controv.* 137. *numer.* 15. Mascard. *de general. statut. interpret. conclus.* 4. *num.* 130.

Marr.

Matt. *de succesf. legal par.2.quæst.4. art 4 num.18.* Rocc. *c.illu cap.35.n.12.* Rot. post Giglian. *ad Statut. Urbin. dec. 80.n.3. & dec.81, n.8.* coram Dunoz. sen. *dec 200. num.10.* coram Cert. *d. dec.776. n. 10. & dec. 563. per tot. par. 1. & dec.461. n.5. p.2. rec.*

Atque hinc retento hoc eodem shemate contemplatæ agnationis, alterum promanat juridicum fundamentum, quod fratres de Marsciano nequeant uti dicto Statuto Castri; nam cum Catharina, de cujus hæreditate agitur, plura contraxerit matrimonia, susceptis ab utroque ex illis propriis filiis, adeout versemur in terminis sororis, & fratrum uterinorum, ea inde sequitur, quod filii masculi secundi matrimonii non valeant vigore dicti Statuti excludere fœminam ea primo matrimonio susceptam, sicuti e
11 converso, ad tradita per Merlin. *de legitim. lib.3. tit.17. n. 43.* Gratian. *discept. forens. cap 813. n.9.* Michalot. *de fratribus p.3. cap.9. per tot.* late Rot. *dec. 461. n.6. p.1. & dec. 502. n.3. & p.4. tom. 2.* ubi reprobatis contrariis, de veriori testatur Mans. *dicta consult. 14. n.5. et dec. 287. n.19. p.16. et dec. 112. num.14 p.17. rec,* ubi asserit e contrario, quia fratres uterini, tanquam de aliena familia, nequeunt conservata agnationem; quidquid dicendum foret, quando statuentes unice habuissent respectum ad qualitatem masculinitatis, in quibus terminis loquuntur, vel possunt procedere, Honded. *cons.1. lib.1.* Gabriel. *consil 15. n. 35. lib.1.* Peregrin. *consil.106. volum.2.* Altograd. *cons.62 n.12. tom.2.* aliique Doctores in contrarium allegati pro fratribus de Marsciano, ut distinguendo tradit Gratian. *dict. cap.813. n 10.* Peregrin. *dec. 74.* Michalot. *de fratribus d. p.3. cap.9.* Mattha *de succesf. legal. p.1. q.5. art. 3. n.6.* Sabell. *in summa, §. fratr sub n.6.* & in puncto Mans. *d. cons. 14. n. 4. cum seq.*

Prædicta visa sunt sufficere pro removenda opposita censura Statuti Castri; & nihilominus exuberanter aliqui ex dominis addebant, quod cum tam fratres excludentes, quam soror, quæ prætendebant excludi, essent forenses, quia primi originem sortiti fuerunt in Civitate Viterbii, secunda in Civitate Urbevetana, utique non poterat habere locum præfatum Statutum ex altera receptissima juris propositione indefinenter per nostrum Tribunal amplexa, quod requiritur copulativa subjecto personarum, & bonorum, & quidem nulla adhibita distinctione, an verba fuerint directa in rem, seu in personam, Gratian. *discept. forens. cap. 431. n.16.* Sabell. *variar. resol. cap. 32. n.5.* Urceol. *cons. forens. cap.48. n....* Rota cor. Ludov. *dec.455. per tot.* cor. Merlin. *dec.352 n. 44.* cor. Buratt. *dec. 66. n. 8. & dec. 265. n.5 p 13. et dec. 418. n. 11. p. 16. et dec. 284. n.5. p.17. et dec.753. n.9. p.18. rec.*

Non subsistente responsione, quod dicta conclusio procedat in casu intestatæ successionis ex defectu potestatis statuentium, non autem quando (prout hic) ab avia fuit conditum testamentum ea ratione præsumptæ voluntatis testatricis volentis se conformare cum dicto Statuto: Quoniam tunc posset intrare quæstio, an Catharina Cervaria testatrix voluerit, necne, se conformare cum Statuto Castri, quando ipsa decessisset in dicto Oppido Guardeæ; sed cum obierit in Civitate Viterbii, ibique condiderit testamentum, frustra quæritur de præsumpta illius voluntate, ut ad rem declarat Mans. *cons.687. num.19.* Grat. *discept. forens. cap.709. n.10. et cap.581. n.9.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Florentina Pensionis.

Lun. 12. Januarii 1699.

ARGUMENTUM.

An pensiones nulliter exactæ restituendæ sint ab initio, vel a die motæ litis, ad ornatum *cap.* 10. Cardin. de Luca *in tract. de pension. Ecclesiasticis.*

SUMMARIUM.

1 *Reservatio secunda pensionis absque expressione primæ est nulla.*
2 *Pensiones exacta in vim reservationis nulla sunt ab initio restituenda, et n.14.*
3 *Per viam conditionis indebiti.*
4 *Percipiens fructus vigore tituli invalidi, et resoluti, tenetur illos omnes restituere, quos a die actus nulliter celebrati exegit.*
5 *Fructus non debentur nisi a die mota litis. Declara, ut n.9. & 16.*
6 *Ad lucrandos fructus decursos ante motam litem sufficit abesse malam fidem, & titulum putativum, vel etiam nullum adesse.*
7 *Possessor bona fidei non tenetur restituere fructus perceptos, & non extantes.*
8 *Nisi ex fructibus consumptis probetur factum fuisse locupletiorem. Declara, ut n.12.*
10 *Annua legata debentur a die mortis testatoris, etiamsi decursa sint ante motam litem.*
13 *Decisio 74. coram Greg. in quo casu sit admittenda.*
15 *Card. de Luc. disc. 22. de pens an sit sequendus?*
16 *Quando pro restitutione pensionum agit pensionarius ob tituli invaliditatem, non potest illorum consequi restitutionem, nisi quoad illas solutas pendente lite.*
17 *Contrarium est verius.*
18 *Ea quæ per caput separatum in sententia ponuntur, petita dicuntur non accessorie, sed principaliter.*
19 *Verbum,* successive, *quid significet.*
20 *Ut evitari possit restitutio pecuniæ injuste, & nulliter exacta, ex quo solvens scientiam invaliditatis tituli habuerit, illa est concludenter probanda.*
21 *Partium consensus non sufficit ad sanandam pensionem nulliter reservatam.*

DECISIO X.

POst editam coram me decisionem sub die 24 Januarii
1698. per quam confirmata fuit sententia Reverendissimi D. mei Decani confirmatoria alterius latæ a Vicario
Florentino, qui declaraverat nullam, & invalidam reservationem controversarum pensionum, & condemnaverat
pensionarios ad restituendum omnes terminos decursos, &
ab illis indebite exactos; agnoscentes ipsimet pensionarii
malum jus fovere, acceptarunt sententias, & liti renunciarunt; unde ego in executionem rei judicatæ relaxavi
mandatum pro restitutione omnium terminorum nulliter
exactorum; a quo tamen reclamantibus pensionariis, &
prætendentibus ipsos nullatenus teneri restituere, nisi terminos exactos post motam litem, visum fuit dominis 1
disputare dubium: *An mandatum sit exequendum etiam* 2
pro pensionibus exactis ante motam litem? quod fuit affirmative resolutum.

Cum enim reservatio pensionum, de quibus agitur, fuerit nulla ex defectu voluntatis Summi Pontificis ob non factam mentionem anterioris super eodem beneficio impositæ, ut præter allegatos in præcedentibus decisionibus hujus causæ, firmant Garz. *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 561.* Tondut. *q. benef. lib.1. cap.6.* Fagnan. *in cap. super literis n. 67. in fine de rescript.* Tort. *de pact. futur. success. lib.3. cap. 8. n.58.* atque uti talis declarata fuerit per dictas sententias in rem judicatam transactas; tenentur utique pensionarii ad restitutionem omnium terminorum pensionum a principio reservationis per eos indebite perceptorum, ad tradita per Lothet. *de re benefic. lib. 1. q. 38. n. 232. & seq.* Tort. *de pact. futur. success. d. cap.8. n.59.* Rot. *decis.15. n.1. & per tot.* post Zacch. *de obligat. Cameral.* & coram Dunoz. jun. *dec.685. n.6. dec. 688. num. 1. dec. 729. n. 10. & decis. 818. num. 2. & 3.* & novissime in Neapolitana pensionis 17. Februarii proxime præteriti, *§. Attamen,* cor. R.P.D. meo
Ansaldo; & quidem per viam conditionis Indebiti ex quadam æquitate naturali, de qua *in l. debiti 15. ff. de condict.
indebit.* Rot. *in dicta dec. 15. n.1. & seqq.* post Zacch. *& in* 3
rec. dec. 245. n. 37. part.17. Regulare enim est in quolibet
actu, quod percipiens fructus vigore tituli invalidi, &
resoluti, tenetur illos omnes restituere, quos a die actus
nulliter celebrati exegit, ad Text. *in cap. si quis presbyterorum 6. de reb. Eccles. alien. vel non, & in l.2. Cod. de fid. instrum. & jur. hast. fiscal. lib.10.* Cyriac. *contr. 331. num. 10. & seqq.* Larrea *allegat. fiscal. 24. num.26. & seqq.* Posthum. *de subhast. insp.35. num.73.* Rota *post eundem dec.46. per tot.* & coram Dunoz. jun. *dec.817. n.3. & in rec. dec.693. n.1. in fin. p.1. dec. 2. n.10. & seqq. p.11. dec. 905. n. 10. part. 18. & dec.155. n.22. p.19.*

Legali huic fundamento duæ ex parte pensionariorum in oppositum adducebantur Juris regulæ. Prima, quod fructus non debeantur, nisi a die motæ litis, quia possessor ab

eo tem-

eo tempore duntaxat constituitur in mala fide, l. sed etsi
5 lege 28. §. Si autem, ff. de petit. hæred. l. in interdictis 3. ff.
de interdict. Ridolph. prax. judiciar. part. 2. cap. 10. num. 59.
Rota coram Buratt. decis. 184. ibique Add. & coram Mer-
lin. dec. 585. num. 1. & 2. & coram Bich. dec. 263. a num. 1.
& in rec. decis. 158. num. 10. & decis. 265. numer. 1. & seqq.
part. 17. & dec. 94. num. 14. & dec. 611. nu. 6. part. 18. & ad
lucrandum fructus decursos ante motam litem sufficit abesse
malam fidem, & titulum putativum, vel etiam nullum
6 adesse, ad Text. in dict. l. sed & in lege, §. Scire ff. de petit.
hæred. ibique communiter scribentes, Noguerol. allegat.
27. sub num. 7. Adden. ad Buratt. decis. 184. lit. B. Rota co-
ram Merlin. dec. 663. num. 4. coram Buratt. dec. 527. nu. 5.
& dec. 714. n. 6. coram Coccin. dec. 2202. n. 5. coram Cava-
ler. dec. 409. n. 6. coram Bich. dec. 387. n. 5. & in rec. 518. n.
7. p. 2. dec. 94. n. 28. p. 15. dec. 265. n. 6. par. 17. & decis. 611.
num. part. 18. & in proximia terminis Rota coram Greg.
decis. 74. ubi quod provisus ab Ordinario de beneficio reser-
vato, non teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum
ante motam litem, quia licet titulus provisionis fuerit de-
fectus injustus, sufficit, quod ab initio provisus habuerit bo-
nam fidem, ut tenent Francesc. de intrus. qu. 59. a n. 19. Rota
cor. Coccin. dec. 369. n. 2. & 3.
7 Secunda vero, quod bonæ fidei possessor non teneatur re-
stituere fructus perceptos, & non extantes, l. sed & loci
4. §. Post litem, ff. fin. regund. l. qui scit, §. ult. ff. de usur.
l. quæsitum 40. l. bona fidei 48. §. de acquir. rer. dom. l. 2. ff.
de fruct. & lit. expens. l. certum, C. de rei vindic. §. Si quis
a non domino instit. de rer. divis. §. 1. instit. de offic. judic.
Donal. libr. 4. comment. capit. 25. in principio, ibidemque
Osuald. lit. P. Anton. Fab. lib. 4. conject. cap. 17. Facbin. lib.
2. contr. cap. 57. vers. quarta postrema sententia, Less. decis.
36. n. 31. Thomat. dec. 282. n. 4. & 4. Rota coram Dunoz.
8 jun. decis. 762. n. 5. nisi ex fructibus consumptis probetur fa-
ctum fuisse locupletiorem, l. si me, & Titium, ff. si cert.
petat. l. item veniunt 20. §. Præter hæc vers. eos, ff. de petit.
hæred. l. sed si lege, §. idem si rem distraxerit, l. si rem,
& pretium 19. l. seq. ff. eodem tit. leg. nam hoc natura, ff.
de condict. indebit. l. 1. C. de petit. hæred. Covaruv. libr. 1.
variar. cap. 3. numer. 6. Menoch. de recuper. possess. remed.
15. num. 699. Fagnan. in cap. gravis num. 53. de restit. spo-
liat. & in puncto Card. de Luca de pens. disc. 22. nu. 15. ubi
quod Collegium Germanicum Urbis non poterat repetere
pensiones bona fide exactas, & consumptas a Collegio
Græco post extinctam pensionem.
Utraque tamen ex dictis regulis, dominis huic thesi vi-
sa fuit prorsus inapplicabilis, & quidem non applicatur
prima, quod possessor non teneatur restituere fructus, nisi
a die, qua constituitur in mala fide; procedit enim solum
quando fructus petuntur accessorie ad rem petitam, non
autem quando, prout in præsenti, pensiones petuntur
principaliter jure dominii tanquam sors principalis; quia
9 in hoc casu illæ debentur etiam ante motam litem; juxta di-
stinctionem, quam communiter tenet Gratian. discept.
forens. cap. 206. n. 18. & seqq. Cancer. variar. resol. part. 3.
cap. 16. nu. 97. Ridolph. prax. judic. part. 2. cap. 10. num. 61.
Fagnan. in d. c. gravis 123. & seqq. de restit. spoliat. Spad.
consil. 105. n. 1. lib. 2. Add. ad Buratt. decis. 284. lit. A. Card.
de Luca de alienat. & contract. prohib. disc. 12. num. 19. &
seqq. Rota in Magistralibus dec. in Mediol. pensionis cor.
Merlino dec. 585. & dec. 663. alias dec. 3. & 281. par. 7. rec.
confirmat coram Bichio dec. 245. & 256. & cor. Priol. dec.
95. repetit. in dec. 385. part. 12. rec. & coram Pamphil. dec.
595. quæ etiam impressa penes Spad. post d. cons. 105. & in
rec. dec. 286. num. 4. p. 14. & dec. 265. n. 12. p. 17. & dec. 312.
num. 6. par. 19. & novissime in Bononien. evictionis super
fructibus 10. Martii 1698. §. Proinde, coram Rev. D. meo
Molines Decano.
Prout etiam servari videmus in annuis legatis, quæ de-
bentur a die mortis testatoris, tametsi decursa sint ante mo-
tam litem, quia non tanquam fructus accessorie ad fun-
dum, sed principaliter tanquam sors petuntur, ad Text.
10 in l. nec semel in princ. vers. item, Cels. & vers. seq. ubi gl.
verb. omnium, ff. quando dies legat. ced. Barbat. de divis.
fruct. p. 2. cap. 10. n. 13. & seq. Fagnan. in d. cap. gravis num.
125. de rest. spoliat. Card. de Luca de alien. & contract. pro-
hib. d. disc. 12. num. 20. Franc. decis. 634. Rovit. dec. 9. n. 29.
Merl. dec. 585. n. 4. & dec. 663. n. 8. & seqq. Priol. dec. 95. n.
6. & similiter in decimis, ut firmant Card. de Luc. d. disc.
22. n. 20. Rota coram Celso dec. 61. n. 9. cor. Priol. d. decis.
95. n. 7. & in rec. dec. 220. n. 20. & seqq. p. 10. & generaliter
11 in omnibus aliis fructibus, qui considerantur de per se, ut
annuæ præstationes, & alimenta, ut per Text. in l. liber-
tis, §. Manumissis, ff. de aliment. & cibar. legat. tradunt
Cancer. var. resol. part. 2. cap. 1. n. 280. Roderic. de ann. re-
dit. lib. 1. qu. 13. n. 42. Fagnan. ubi supra n. 57. & seqq. Card.
de Luc. d. disc. 12. n. 20. Franch. dec. 254. sub n. 12. Rovit. d.
dec. 9. n. 24. Fontanell. dec. 205. n. 5. Panimol. ad dec. 54. an-
not. 3. n. 38. Rota coram Merlin. d. dec. 585. n. 4. & seqq. &
dec. 663. n. 11. & 12.
Atque hinc patet etiam inapplicabilitas alterius regulæ re-
sultantis ex præsupposita consumptione fructuum; nam po-
sito ex præmissis, quod termini pensionum petantur tan-
quam sors principalis, nil refert, quod pensiones exactæ
jam fuerint consumptæ, quodque non probetur pensiona-
rios ex iis fuisse effectos locupletiores: quia hæc omnia lo-
cum pariter sibi vindicant in casu, quo aliquis petat fructus
accessorie, & incidenter ad rem petitam; non item proce-
dunt in titulari, qui non contendit sibi deberi pensiones
exactas ratione malæ fidei, sed jura dominii, adeout non
facta restitutione omnium pensionum etiam ante motam li-
tem exactarum, dici non posset illi integre restituta res ipsa
principalis, quæ solum consistit in ipsis decursis indebite
perceptis, ut in puncto observant Ridolph. in prax. cap. 10.
n. 61. & seq. p. 1. Rot. cor. Merlin. decis. 586. n. 8. & dec. 663. 12
n. 7. & cor. Bich. dec. 245. n. 5. & in rec. dec. 286. n. 2. & seq.
p. 4. & in d. Bononien. evictionis super fructibus 10. Martii
proxime præteriti, §. Prout in simili, cor. Rev. D. Decano.
Quibus non obstat decis. 74. coram Gregor. illa enim lo-
quitur de fructibus beneficii perceptis a proviso per Ordina-
rium, qui ideo non tenetur eos restituere ante motam li-
tem: quia reservatio, de qua ibi agebatur, utpote haud
notoria, nec in corpore juris clausa, non decoloravit titu-
lum provisionis factæ ab Ordinario, atque ideo provisus
acquirere potuit fructus ante motam litem bona fide perce-
ptos, ut notat ibidem Rota sub num. 4. In nostro autem casu 13
reservatio pensionis fuit ab initio nulla ob non factam men-
tionem alterius antiquæ super eadem plebania reservatæ,
itaut titulus fuerit decoloratus, & redactus ad non titulum;
unde termini indebite percepti restitui debent ab initio
exactionis, non autem a die motæ litis, ut sequitur in 14
puncto Rota coram Merlin. dec. 585. num. 8. & seq. cor. Du-
noz. dec. 818. n. 2. & 3. & in rec. dec. 2. n. 10. et seq. part. 11.
& in Neapolitana pensionis 17. Febr. 1698. §. Attamen,
cor. R. P. D. meo Ansald.
Minusque adversatur doctrina Card. de Luca in allegat. 15
disc. 22. n. 15. de pens. ubi excusat Collegium Græcum a re-
stitutione pensionum bona fide perceptarum post cessatio-
nem reservationis: quoniam auctoritates Cavaler. dec. 646.
Buratt. & Addeo. ad dec. 184. ac Merlin. dec. 663. in quibus
se fundat, illius assumptum non probant; nam Caval. & Bu-
ratt. firmant solum conclusionem generalem, quod ut quis
lucretur fructus, sufficit abesse malam fidem; Merlin. ve-
ro, & Add. ad Buratt. sentiunt pariter, quod quando fru-
ctus non petuntur accessorie, sed principaliter, debentur et-
iam ante motam litem, cum qua distinctione transit etiam
ipse Card. de Luca in disc. 12. num. 19. et seq. de alien. et con-
tract. prohib. Ultra quod in subsecuta dubii disputatione ha-
bita cor. Card. Cerro: An scilicet pensio deberetur per Colle-
gium Germanicum seu potius quæ summa esset restituenda?
Rota super illius secunda parte articulum reliquit indeci-
sum, ut inter illius decisiones in ordine la 816.
Hanc autem distinctionem sicut supra firmatam admit-
tebant tandem pensionarii, sed illius effectum declinare
studebant sub duplici prætextu. Primo, quia fructus, seu
termini decursi non petuntur a pensionariis contra titula-
rem, sed contra pensionarios a titulari, qui cum agat ad
tituli resolutionem, & consecutive ad restitutionem termi-
norum exactorum, intrare non valet actio petendi fructus,
nisi accessoria ad ipsam tituli resolutionem, ut tenet Card. 16
de Luca de alienat. et contract. prohib. d. disc. 12. n. 20. Se-
cundo, quia restitutio terminorum expresse petita fuit per
titularem, in prima instantia successiva ad declarationem
nullitatis reservationis pensionum, ut in Summ. pensiona-
riorum, num. unico.
At assumptum in nulla sui parte subsistit; non in prima,
quoniam auctoritates, & decisiones Rotæ hucusque alle-
gatæ procedunt præcise in casu, quo titularis agebat con-
tra pensionarios ad restitutionem terminorum indebite 17
exactorum stante nullitate pensionis, ut signanter videre
est in decisionibus emanatis in causa Mediolanen. pensio-
nis, ubi beneficiati Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanen.
titulos obtinuerant contra Canonicos ejusdem Ecclesiæ
pensionarios restitutionem pensionum perceptarum ante
mo-

motam litem a die, quo expiravit tempus reservationis, *ut in dec.* 585. *n.* 1. coram Merlin. *dec.* 145. *et* 236. *utrobique in principio*, cor. Bich. *et decis.* 95. pariter in principio coram Priol. Quinimo concluso, quod pensiones non petantur accessorie, sed tanquam sors, procedit fortius in titulari agente contra pensionarios, quia ipse non agit ad jus universale exigendi pensionem, & accessorie ad terminos decursos, sed principaliter ad repetitionem terminorum indebite exactorum, ut considerat Rota coram Merlino *dec.* 663. *num.* 15. *et seq.* & cor. Priol. *decis.* 95. n. 4. & quamvis Card. de Luc. *d. disc.* 12. *n.* 20. in objecto allegatus in casu resolutionis tituli emptionis locorum montium, in quo scripsit, teneat, quod non intret alia actio petendi fructus, nisi accessorie, & consecutive ad ipsa bona, contrarium tamen ibidem admittit in annua pensione Ecclesiastica, juxta citatam decisionem cor. Merlino.

Pariformiter nec assumptum subsistit in secunda parte, quod scilicet titularis petierit terminos indebite exactos accessorie, & dependenter ad declarationem nullitatis reservationis pensionum: quia, ut constat *ex d. Summario Pensionariorum n. unico*; post petitam dictam declarationem nullitatis, per caput separatum fuit petita restitutio pensionum, sicque non incidenter, & in sequelam, sed
18 æque principaliter, ut tenuit Rota *in rec. part.* 18. *dec.* 384. *n.* 5. & cor. Merlino *d. dec.* 663. *a n.* 14. & cor. Priol. *d. decis.* 95. *num.* 4. Non relevante, quod titularis usus fuerit verbo, *successive*, quia illud importat simpliciter ordinem successivum, non autem quod petitio terminorum exactorum sit accessoria, & consecutiva ad declarationem nullitatis reservationis, ad Text. *in l. avia in princip. ubi gloss. ff. de cond. et demonstr.* Surd. *cons.* 404. *num.* 74. Barbos. *dict.* 386. 19
ubi concordan.

Demum nec pro evitanda restitutione pensionum ex conditione indebiti suffragatur, quod titularis præstiterit consensum reservationi pensionum, & se obligaverit ad illarum solutionem in forma Reverendæ Cameræ Apostolicæ. Tum quia non docetur, quod ipse fuisset conscius nullitatis, quodque scienter terminos decursos persolveri, quemadmodum probari debuisset, ad Text. *in §. quod quis* 50. 20
ff. de condict. indebit. l. cujus per errorem 54. *ff. de regul. jur. §. Is quoque inst. it. quib. mod. re contrah. oblig.* Rot. *decis.* 688. *n.* 4. cor. Dunoz. jun. Tum etiam quia consensus partium non sufficit ad sanandam pensionem nulliter reservatam, cum id non dependeat a facto, seu consensu partium, sed a potestate Pontificis, Torr. *de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 8. 21
a n. 53. *ad* 59. Add. ad Ludov. *dec.* 440. *n.* 8. Rot. cor. Verall. *dec.* 309. *n.* 2. *p.* 2. & cor. Pen. *dec.* 675. *n.* 6.

Et ita utraque &c.

ALLE-

ALLEGATIO RESPONSIVA

D. Ferdinandi de Valentibus, Sacræ Consistorialis Aulæ Advocati,

IN CAUSA

FLORENTINA SUCCESSIONIS
DE RICASOLIS.

ARGUMENTUM.

Statutum Florentinum excludens fœminas propter agnatos masculos usque ad sextum gradum inclusive, suffragari non potest agnatis extra dictum gradum existentibus; nec isti proximitatem gradus desumere possunt a matre, licet ista sit nupta in agnatione, quando ejus vir non est de agnatis intra gradum a Statuto contemplato existentibus.

SUMMARIUM.

1 *STatuta intestatam successionem contra juris dispositionem regulantia, sunt stricte intelligenda, ita ut quantum minus fieri possit, a juris tramite devient, nec ullam recipiant extensionem.*

2 *Statuta Florentina non cum juris subtilitatibus, sed mente diligenter condita fuere; unde in eorum interpretatione naturalis sensus, & non legales fictiones sunt attendendæ.*

3 *Statuta exclusiva fœminarum eas a successione non repellunt, nisi superstite masculi, & agnati successibiles.*

4 *Statuta exclusiva operantur solum in casu præcise ab eis expresso, & in utroque capite, tam inclusive, quam exclusive, exigitur, ut concurrant illæ personæ, quæ a Statuto fuerunt contemplatæ.*

5 *Ad hoc ut habeat locum Statutum exclusivum, tria requiruntur, quod scilicet defunctus tam masculus, quam fœmina sit de personis in Statuto expressis.*

6 *Masculus agnatus fœminas excludere prætendens debet conjunctim habere qualitates a Statuto præscriptas.*

7 *Illi qui a Statuto non enumerantur inter personas excludentes statutaria dispositione juvari non possunt.*

8 *Quando Statutum limitate, & qualificative loquitur, persona ex illius dispositione venire contendens, debet probare qualitatem a Statuto volitam.*

9 *Statutum exclusivum vocans agnatos intra certum gradum censetur, quod existentes in ulteriori, & remotiori gradu habuerit pro extraneis.*

10 *Statutum Florentinum non excludit matrem propter masculum existentem in quinto gradu.*

11 *Si Statutum exigat, ut agnati excludere volentes debeant esse masculi ex masculo, tunc isti qualitatem agnatitiam nequeunt desumere a matre.*

12 *Quando Statutum exclusivum est factum contemplatione agnationis, tunc in eo sub denominatione masculorum veniunt solum masculi ex masculis.*

13 *Item veniunt non solum masculi ex masculis, quando Statutum repellit nedum fœminas, verum etiam descendentes ab eis.*

14 *Statutum exclusivum ita interpretari debet, ut quælibet contradictio, & contrarietas in ejus verbis, & dispositione evitetur.*

15 *Si Statutum exigat, ut excludere volentes sint agnati masculi intra certum gradum, sub eo comprehendi non possunt descendentes a fœmina, & existentes ultra determinatum gradum agnationis.*

16 *Statutum Florentinum exclusivum fœminarum habet pro causa finali conservationem agnationis, & ab ea unice regulatur.*

17 *Agnationis ratio in statutariis dispositionibus quandoque minus, quandoque magis latere potest, adeoque non sola ratio generica agnationis in eis spectari debet, sed inquirendum, quorum favore, & per quas personas illam statuentes conservari voluerint.*

18 *Agnationis ratio habita in quacunque dispositione, & maxime in statutaria, debet solum attendi in tis gradibus, & personis, quarum favore habita fuit; unde fœminarum exclusio, & masculorum inclusio restringenda est ad gradus, & personas specificatas, nec ulterius extendenda.*

19 *Agnati de jure sunt successibiles usque ad decimum gradum, & non ultra.*

20 *Ratio agnationis non operatur, ut Statutum juris correctorium extendi possit ad gradus, & personas in eo non expressas, & ultra illas, qui sunt specifice, & limitate nominati.*

21 *Dictio, usque de sui natura restringit, & limitat, nullamque admittit extensionem etiam ex identitate rationis.*

22 *Statutum Florentinum excludens fœminas propter agnatos usque ad sextum gradum, ad alios agnatos ultra talem gradum non extenditur, & n. 110.*

23 *Statutaria sanctiones ad naturalis rationis normam, & juxta naturalem pietatem, & sanguinis necessitudinem sunt intelligendæ.*

24 *Statuta exclusiva dicuntur leges municipales, & testamenta Civitatum.*

25 *Vinculum ex agnatione, & sanguinis necessitudine oriens jura nostra ultra personas decimi gradus abolitum præsument.*

26 *Ad hoc ut duplex vinculum operetur, necesse est, ut unumquodque de per se, & disjunctim sit efficax.*

27 *Agnati constituti extra decimum consanguinitatis gradum, agnationis jura, & succedendi capacitatem amplius non habent.*

28 *Agnati dicuntur solum illi, qui sunt usque ad 10. gradum.*

29 *An consistenti ultra decimum gradum dici possint agnati, vel potius gentilium nomine nuncupari debeant remissive.*

30 *Quod solum sub nomine agnatorum forsan venire possint, quando agitur de successione fideicommissaria ex mente testatoris protrahenda in omnes de agnatione, & familia.*

31 *Non autem quando agitur de successione hæreditaria, & de Statuto eandem successionem regulante.*

32 *Aliud est, quod quis possit dici agnatus, aliud, quod habeat jura agnationis ad effectum succedendi.*

33 *Adoptivi, & legitimati continentur sub generali agnatorum appellatione.*

34 *Sed tamen non veniunt sub Statuto vocante agnatos.*

35 *Soror ejusque filii inter agnatos adscribuntur.*

36 *Attamen sub Statuto agnatos includente non comprehenduntur.*

37 *Quando Statutum loquitur de agnatis, intelligendum est de agnatis sub rigorosa, & propria significatione.*

38 *Agnati extra decimum gradum non veniunt in Statuto sub agnatorum nomine.*

39 *Statutum Florentinum ad intestatam successionem vocat proximiores usque ad octavum gradum inclusive, & iis non extantibus, fiscum.*

40 *Si Statutum in una parte loquens de agnatis illos restrinxit usque ad octavum gradum, ubi in alia parte de eis mentionem fecit, supponi non potest, quod intellexerit de agnatis late sumptis ultra decimum gradum.*

41 *Statuta unius regionis, & civitatis deserviunt pro interpretatione illius de alia civitate, & possunt allegari ad decisiones causarum, tanquam responsa prudentum, & doctrinæ magistrales.*

42 *Statuto Mediolanensi cavetur, ut sub appellatione agnatorum veniant omnes de nomine, & parentela; sed in materia successionis illi agnati intelligantur, qui sunt usque ad septimum gradum.*

43 *Quando Statutum excludit sorores propter agnatos usque ad certum gradum, & id contemplatione*

agnationis, tunc attendi non potest proximitas, & vinculum ex parte matris, & n. 52.

44 Si Statutum excludit a successione fœminam propter masculos, censentur pariter exclusi omnes, qui a fœmina proveniunt, etiamsi sint masculi.

45 Provenientes a fœmina non remanent perpetuo ab hujusmodi Statuti exclusi, quando ipsa fœmina fuerunt in aliquo casu a Statuto considerata, & quando ipsa fœmina, si viveret, non excluderetur a successione, & in his casibus medium fœmininum non dicitur impertinens.

46 Intellige tamen adhoc, ut descendentes a fœmina possit deficientibus personis a Statuto contemplatis reintegrari ad successionem secundum juris communis censuram, non autem ad hoc, ut veniant tanquam persona a Statuto vocato, & n. 50.

47 Quando Statutum excludit fœminam, ut bona in familia conserventur, tunc illius exclusio est perpetua.

48 In eo casu, in quo vigore statutaria dispositionis mater succedere non posset, nec minus succedere possunt illius filii masculi.

49 Sicuti fœmina tanquam destituta qualitate masculinitatis non potest venire sub Statuto, in quo vocentur agnati, ita nec venire non possunt ejus filii.

51 Argumentum peccans in petitione principii, & supponens id, quod est in quæstione, non debet admitti, & attendi.

53 Fœmina, quæ est principium cognationis, non parit descendentes agnatos; ipsa enim licet agnata, tamen cum sit agnationis finis, eam filiis non communicat.

54 Fœmina nupta in familia conservat quidem agnationem, sed illam de linea viri, non illam de linea sua.

55 Tunc filii fœminarum nuptarum in familia possunt includi sub nomine agnatorum, quando fœmina fuerunt ad hunc præcisum finem vocata, ut nubendo agnatis liberos agnatos procrearent, vel quando agitur de dispositione, quæ non sit vere agnatitia.

56 Statutum excludens fœminam, excludit pariter totam illius lineam; filii enim non possunt venire, nisi tanquam matris imagines; unde si mater licet agnata fuit exclusa, multo magis ejus filii, qui sunt cognati, excludi debent.

57 Successio devolvi debet de gradu in gradum, nec fit transitus ad sequentem, nisi deficiente priore.

58 Quando mater erat inhabilis, & gradum successibilem constituere non poterat, tunc filii ab ea gradum, & proximitatem metiri non possunt.

59 Statutum vocans agnatos usque ad certum gradum, dicitur respexisse ad conjunctionem agnationis ex parte patris, non ad illam ex parte matris.

60 Et hoc casu licet mater nupserit uni de familia, tamen ipsa negatur filiis tribuere proximitatem, & qualitatem agnatitiam.

61 Quando vinculum maternum de per se consideratum est impertinens ad tribuendum jus successionis, efficax reddi non potest ex commissione cum vinculo paterno.

62 Ad hoc ut duplex vinculum, seu qualitas simul juncta operetur, requiritur, ut unaquæque de per se, & seorsim sumpta sit efficax.

63 Si Statutum vocat agnatos masculos intra certum gradum, tunc procreati ex fœmina, quia non possunt dici agnati masculi, remanent exclusi, ideoque vinculum ex latere matris remanet impertinens, & inhabile.

64 Minusque possunt mutuare qualitatem agnatitiam a patre, quando pater existat ultra gradus a Statuto præfixos, & non est de illis agnatis, quos Statutum contemplavit, & n. 68.

65 Proximitatis gradus in materia successionis sumenda est ab eo latere, ex quo capitur, & defertur successio.

66 In successionibus ex voluntate testantium, seu ex Statuto agnatis deferendis, agnatitii tantum vinculi ratio habenda est posthabito prorsus gradu cognatitio.

67 Proximitas ex parte matris non attenditur pro regulanda successione a Statuto delata agnatis, licet mater cum agnata nupserit, & n. 51. 71. 93.

69 Fratres uterini licet sint in eodem gradu cum uterinque conjunctis respectu matris, attamen respectu successionis non sunt in eodem gradu, nec proximitatem a matre mutuare possunt.

70 Si masculus in fideicommisso præferatur fœmina, dicitur respectu successionis proximior, licet talis non sit respectu sanguinis.

72 Quando Statutum consulendo agnationi repulit fœminas, & vocavit agnatos, tunc dicendum est, quod voluerit, ut gradus, & proximitas commensurari deberet ab ipso vinculo agnationis.

74 Sororis filii licet de jure possint dici agnati quoad intestatas successiones a jure communi regulandas; tamen agnatorum nomine venire non debeat in successione statutaria, vacante, & excludente cognatos.

75 Quid, si soror sit nupta in agnatione, & familia.

79 Quando filii sororis nupta in familia tunc possint tanquam agnati ad successionem statutariam venire, quando fœmina nupsit agnato constituto intra gradus a Statuto vocatos, secus si agnato remotissimo; nam tunc agnatio desumpta a patre non potest, quia remota proximitas commensurata a matre non juvat, quia est vinculum impertinens, & n. 78.

77 Agnatio proprie, & vere dicitur, quæ provenit a natura juncta legis dispositione, & sub ea solum continentur, qui per virilem sexum conjuncti sunt.

79 Quadobonus ad vocation. civil. 100. explicatur.

80 Filiis ad successionem ex propria persona, & jure venientibus non obstat parentum exclusio, & incapacitas.

81 Si autem filii velint desumere jus succedendi a patre, vel matre, tunc istorum incapacitas eis nocet, quia proveniunt a medio, & radice infecta.

82 Conclusio, quod incapacitas parentum non noceat filiis procedit in exclusione oriente ab odio, et delicto eorundem parentum, quæ tanquam personalis eorum personas non transgreditur.

83 Non autem in ea incapacitate, quæ oritur ex radice; hæc enim cum sit realis, influit in totam lineam.

84 Unde in Statuto vocante agnatos usque ad certum gradum, & cognatos excludente, filiis obstat incapacitas matris, a qua proximitatem deducere non possunt.

85 Et pariter obstat incapacitas patris, a quo agnatitiam qualitatem desumere non possunt, si iste non erat de agnatis a Statuto contemplatis.

86 Decisiones editæ in causa Firmana successionis coram RR. PP. DD. Molines, Priola, Muto, & Ansaldo, explicantur animadvertendo, quod ista admittunt, ut filii possint repræsentare gradum, & non personam matris ad effectum æqualiter succedendi cum aliis masculis, non autem ad assumendam qualitatem exclusivam fœminarum, quam mater non habebat.

87 Statutum Florentinum non tantum a successione excludit fœminas, sed etiam omnes per easdem fœminas quomodolibet defuncto conjunctos.

88 Et talis exclusio referri debet etiam ad illos, qui proveniunt a fœmina nupta in familia, & n. 91.

89 Verba quoscunque, & quomodocunque, comprehendunt omnes personas, modos, & casus, cum extensione ad ea, quæ alias ex propria verborum significatione non veniunt.

90 Statutum loquens per verbum, quomodocunque, non admittit restrictivam interpretationem, quam alias admittere potuisset.

92 Verba Statuti sunt interpretanda ex ratione, & fine, ad quem statuentes respexerant.

93 Ratio Statuti, & legis non attenditur, quando illius decisio est clara, & tunc standum est litteræ.

94 De jure soror succedit fratri.

95 Ideoque Statutum illam per fratrem excludens dicitur exorbitans a jure.

96 Et propterea est stricte interpretandum, & quantum fieri potest, reducendum ad terminos juris.

97 Unde si Statutum excludat sororem, & vocet agnatos usque ad certum gradum, non est trahendum ad filios fœminæ nuptæ cum agnato existenti ultra gradus a Statuto contemplatos.

98 Cai

98 *Cujus a Statuto omissus censetur relictus sub dispositione Juris, & de ea secundum Juris censuram judicari debet.*

99 *Statutum Juris communis correctorium, tantum disponit, quantum loquitur.*

100 *Atque in eo casu omnino habetur pro commissa, nec ulla admittitur interpretatio extensiva.*

101 *Licet agnationis contemplatio sit ratio motiva omnium Statutorum exclusivorum, tamen hac ratio restringenda est ad personas in eodem Statuto expressas, & non extendenda ad alios casus a Statuto non contemplatos, qui censentur relicti sub dispositione Juris.*

102 *Fœmina exclusa contemplatione agnatorum certi gradus iis non existentibus redeunt ad Jura successionis, nec eis præstant impedimentum agnati remotiores, & n.136.*

103 *Extra enim gradus agnatorum a Statuto vocatus nulla dicitur amplius habita agnationis contemplatio, cæterique omnes censentur a statuentibus reputati pro extraneis.*

104 *Statuta exclusiva tanquam exorbitantia non admittunt extensionem, licet concurreret identitas, vel majoritas rationis,*

105 *Etiamsi ratio a Statuto contemplata esset generalis, & generalissima,*

106 *Proindeque ratio agnationis in dictis Statutis habita non debet extendi ad alias personas, quam in Statuto expressas.*

107 *Statutum ita interpretari debet, ut ejus dispositio sit magis consona Juri communi, & naturali æquitati.*

108 *Quando agitur de persona exclusa, & iis, qui ab ea proveniunt, tunc potest ex majoritate rationis admitti Statuti extensio.*

109 *Secus autem si agatur de personis excludentibus; nam quoad istas nulla datur extensio ultra nominatas in Statuto, etiamsi concurrat identitas rationis.*

111 *Quando Statutum excludit fœminas propter agnatos in determinato gradu existentes, non potest dici, quod eadem ratio Statuti militet etiam quoad agnatos remotiores.*

112 *Licet Statutum exclusivum fœminarum sit favorabile, tamen id efficit, ut benigne veniat interpretandum, non autem, ut trahi debeat ultra casus, & personas expressas.*

113 *Tunc autem tale Statutum potest dici favorabile, quando excludit fœminam concurrentem cum masculis de eadem linea, vel cum collateralibus proximis usque ad 3. vel 4. gradum; non autem si etiam repellat propter masculos remotissimos; nam tali casu dicantur odiosa, & irrationabilia.*

114 *Ex lege veteris testamenti fœmina excludebantur tantum per masculos ejusdem gradus.*

115 *Exclusio fœminarum in lege Mosaica non proveniebat ex contemplatione agnationis, & optata conservatione bonorum in familia.*

116 *Et licet ultimis fœminis familiæ præciperetur, ut nuberent viris ex tribu, seu familia sui patris; tamen id praveniebat, ne forte terra in tribus divisa confunderentur.*

117 *Doctrina loquentes de successione in fideicommissis, & majoratibus masculinis, & agnatitiis, non sunt applicabiles, ubi agitur de intestata successione ex lege Statuti deferenda.*

118 *Ad hoc ut intret quæstio, an vinculum agnationis desumptum ex parte patris possit uniri cum proximitate derivante ex parte matris nuptæ in familia, ad effectum, ut talis agnatus præferri possit remotioribus, necesse est, ut ipse agnatus sit de genere vocato.*

119 *Nam quando talis agnatus non est de genere vocato, nihil ei prodest proximitas ex parte matris, etsi nupta in familia ad effectum excludendi, & repellendi alios.*

120 *Doctores firmantes, quod gradus proximitas proveniens ex latere matris nuptæ in familia tribuat prælationem agnato, licet remotiori ex latere patris, recensentur.*

121 *Ibi, qui contrariam defendunt opinionem, adducuntur.*

122 *Pro concordia tamen est distinguendum, quod aut agitur de vocatione agnatorum facta cum designatione graduum, & linearum, a quibus agnatis conservari debeat, & hoc casu masculi ex fœmina nupta in familia non possunt desumere proximitatem a matre, ad effectum excludendi alios de linea de vocata.*

Dessf. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

123 *Aut vero agitur de dispositione, in qua omissa rigorosa agnationis contemplatione simpliciter sunt vocati, vel ipsa familia, vel proximiores de familia; & tunc masculo remotiori suffragari potest proximitas lateris materni, & n.127.*

124 *Et hac distinctione retenta, si Statutum excludat fœminas non propter agnatos in genere, sed propter agnatos certi gradus, tunc agnatus excludere volens nequit desumere gradum a matre, etiamsi nupta in familia, & n.126. & 131.*

125 *Successio delata ex dispositione hominis est favorabilis, & extensivam recipit interpretationem.*

128 *Sicuti ex constitutionibus Theodori, & Justiniani filia Curialis Curiali nupta immunis servabatur a datione quarta.*

129 *Ita filii fœmina agnata nuptæ in agnatione debent dici agnati a Statuto contemplati ad effectum excludendi fœminas.*

130 *Privilegium concessum Ordini Curialium, eorum ordine abolito cessat, nec amplius allegari potest.*

132 *In majoratu, in quo sunt vocati agnati, si de tempore quo aperitur successio, nascit filius possessoris nupta alicui de agnatione, hic succedere debet, nullo existente ipsius possessoris filio.*

133 *Secus autem dicendum est in Statuto excludente fœminas non intuitu universæ agnationis, sed favore determinatarum personarum, & graduum, quia ejus dispositio non habet locum, si fœmina sit nupta cum agnato extra gradum a Statuto contemplatum.*

134 *Pegas de exclusion. inclusion, successione, & erection, majorat. tom. 2. cap. 14. explicatur.*

135 *Quando Statutum vocavit agnatos, ut vere, & proprie consuleret agnationi, tunc conjunctio derivata ex fœmina est semper medium impertinens, & inhabile ad statutariam successionem consequendum,*

ETsi turpe videri possit pro bona causa scribere incipientem timere, tamen sapientissimi viri, jurisque consultissimi, qui contrarias partes tuentur, summa auctoritas, luculentus argumentorum apparatus, eruditionis copia, rationum, atque orationis subtilitas, novum denique, & in re forensi omnino insolitum dicendi genus, aliquid non afferunt advocato, ne non timere, sine aliquo timore, juste possit: Sed me recreat, & reficit sapientissimorum, atque justissimorum judicum religio, & virtus, qui nec contrarii defensoris gravitate commoti, nec ejusdem ingenii vi, aut dicendi, scribendique docti, rem ipsam spectabant, & ad legis, jurisque nostri certissimas regulas mentis aciem intendendo, causæ, de qua agitur, momenta ad illarum normam perpendent, & æquo jure, justaque ratione hodiernam quæstionem definient; illius autem hypothesis hæc est.

Ad intestatam successionem bo. me. D. Baronis Braccii de Ricasolis, nulla relicta prole defuncti, una cum DD. Baronibus Bettino, & Octaviano de Ricasolis ex D. Cassandra illius sorore nepotibus, concurrit D. Maria Magdalena altera defuncti soror, & principalis nostra, eademque pro sua virili portione consequenda juvatur aperta juris communis dispositione, *in existentibus*, *auth. de hered. ab intest. venien. aliisque notis juribus*, quibus sublata penitus sexus, atque agnationis, & cognitionis differentia, fœminæ æque ac mares ad intestatam fratris, aut cujuslibet alterius proximioris successionem vocantur.

Contra vero præfati DD. fratres de Ricasolis pro excludenda materia, solidaque hæreditate ad se transferenda, obtendunt patrias leges, agnatos fœminis præferentes, quæ licet eos duntaxat vocent agnatos, qui certo gradu, sexto nempe, desuncto conjunguntur; nihilominus ajunt, quod cum ipsi agnatitiam qualitatem ducunt a communi stipite, proximitatem vero mutuentur a matre, quæ & pariter agnata erat, dicendi sint existere in gradu, & quidem ejusdem qualitatis, quæ a Statuto volita fuit, quasi agnatio, cognatio, & gradus, licet ex diversis principiis in unum, idemque subjectum, sive personam con-

currentes, mutuosque se auxilio juvantes, unum perfectissimum compositum perficiant.

Remque ab altiori origine repetendo, eximius, doctissimusque eorum defensor assumptum primo exornat luculentis exemplis, petitis a legis Mosaicæ, & pluribus veteris, mediique juris civilis locis; deinde confirmat rationem, ob quam cum illud de quo agitur, tum etiam alia similia Statuta condita sunt, quæ cum alia nulla sit, quam conservandi bona in agnatione, & familia, sub illa comprehensi censendi sunt agnati omnes, quocunque gradu distent a defuncto, modo oriantur ex fœmina agnata nupta in familia, a qua gradum a Statuto præscriptum mutuare possint, iidem enim mentem, finemque a lege municipali volitum adeo implere possunt, ut ipsorum exclusio imaginaria reddi videatur; condjuvat inductione similium desumpta ex successione vigore investiturarum, vel dispositionis factæ ab homine delata; addit his adminiculum auctoritatum, & rerum judicatarum: & demum omnia luculenta, atque copiosa oratione, & verbis, magnifico argumentorum apparatu, & splendida amplificationum pompa adeo illustrat, & decorat, ut ingenium, & ars quæstionis, & causæ gravitatem superasse videatur.

Quæ profecto urgere forte possent, si alia ageretur causa, quam intestatæ successionis contra juris communis dispositionem ad mentem legis statutariæ, deferendæ ad agna-
1 tos remotiores, exclusa defuncti sorore. In similibus enim quæstionibus ubique admonemus hujusmodi Statuta ita esse intelligenda, ut quoad fieri potest a jure communi non recedatur, illudque quam minimum lædatur, eadem prout jacent interpretando, passivamque ab eodem communi jure interpretationem illis dando, & quidem nunquam recedendo a verbis, eorumque proprietate, sed stricte illa semper accipienda, rejecta quacunque extensione de casu ad casum, & de persona ad personam, & nunquam, id quod in casu vero dispositum est, fictum, & mixtum trahendo; imo vero si a juris communis dispositione devient, a germana quoque verborum significatione recedendum est, illa interpretando, juxta communia axiomata, de quibus late apud Thabor. *axiom. jur. lib. 17. cap. 56. axiom. 1. & seqq.* Quam absurdum, quam periculosum erit subtilibus interpretationibus vim facere Statutorum verbis, eademque extendere ad casus ab eisdem non expressos, qua extensione non solum infirmetur juris communis dispositio, sed violetur mens statuentium; quoniam constitutiones, cum promanent a patriis moribus, & consulant casibus communiter accidere consuetis, eisdem normam dando juxta legalis, & naturalis rationis dictamina, nemo non videt, quantum ab omni recta ratione aberret, eadem subtilius interpretando, leges illas, quæ practicam regulam dare debent humanis actibus, atque dispositionibus omnium, rudium etiam, haberjorisque ingenii civium, in eum trahere sensum, quem vix juris prudentissimi viri callere, aut assequi possint; hæc namque argumentandi, interpretandique ratio, si nimis repugnat tractationi quæstionum omnium ad rem statutariam pertinentium, potiori jure rejicienda erit in nostra hypothesi, in qua agitur de municipalibus legibus Florentinæ Civitatis, quæ non solum cum subtilitate conditæ minime sun-
2 te, sed indiligenter, atque cum inadvertentia concinnatas fuisset notarunt doctores relati in contraria consultatione *n. 297.* Qua igitur justa ratione hujusmodi Statuta enucleanda, declarandaque erunt acutissimis illis interpretationibus, quibus redundat contraria Consultatio, & quas, evolvendo antiqui medii, & novi juris monumenta omnia, scriptorumque omnium studiis excogitatas reassumendo commentationes, acerrimi ipse ingenii, miræque doctrinæ, atque eruditionis nostro ævo jurisperitissimos Consulens, maximis vigiliis, diuque meditando invenire potuit? Oporteret sane, Statuti, de quo agitur, conditores, ingenio, & doctrina pares illi fuisse, eosdemque non legem populo dicere; sed, ex Cathedra juris nodos, & legum enigmata solvere proposuisse. Quamobrem cum non juris subtilitate, aut ingenii acumine, sed jurisprudentia, quæ est disciplina rotunda, integra, & sine offensione, ut inquit Bud. *in l. 1. ff. de justit. & jur.* forenses quæstiones tractandæ, decidendæque sint, hodierna controversia reducenda erit ad planiores, certioresque juris regulas, in quarum una, ac simplici cognatione jurisprudentia consistit, majorum nostrorum traditiones ad usum forensem exigendo.

Hic autem edocemur, Statuta excludentia feminas propter masculos nunquam eis a successione repellere, nisi su-
3 persint masculi successibiles, ad Text. *in l. 1. §. Si pater ff. de conjung. cum emancip.* Augel. *in leg. 1. §. filium ff. de bo-*
nor. possess. contra Tabul. Cravet. *cons. 142. nu. 7.* Alexand. *cons. 96. in princip. lib. 1.* Coin. *cons. 84. col. 2. vol. 4.* optime Soccin. jun. *cons. 28. n. 8. & 9.* inquiens esse juris regulam, & conclusionem communiter receptam, quod Statuta propter agnatos excludentia feminas, quæ jure communi admitterentur, intelligi debent, quando tales agnati sunt de jure successibiles, Biuo. *de Statut. exclus. art. 12. qu. 6. sub n. 109.* Rot. *dec. 774. n. 5. p. 3. divers. decis. 59. n. 3. pars. 9. rec.* & cum aliis per Citoch. *discept. 33. num. 18. & discept. 36. n. 7.*

Huic consonat altera pariter receptissima regula, tradens Statuta exclusiva justum locum sibi vindicare, in casibus tantummodo præcise ab eis expressis, in utroque capite, tam scilicet inclusivo personarum excludere satagentium, quam exclusivo illarum, quæ dicuntur exclusæ, late Honded. *cons. 1. n. 14. lib. 1.* Palm. Nep. *allegat. 150. n. 13.*
Rot. *dec. 329. n. 14. p. 6. decis. 175. n. 20. p. 7. rec.* cum cæteris allegatis per R. P. D. meum Ansald. *in addit. ad decis. 12. n. 29.* & admittit etiam Illustriss. Consulens in sua doctissima consultatione *n. 39.* proindeque nunquam feminæ repelluntur vigore talium Statutorum, nisi a personis in capite inclusivo expressis, & specialiter nominatis, quibus deficientibus cessat vis omnis capitis exclusivi respectu personæ nominatim exclusæ, ut firmat Surd. *cons. 416. n. 8.* Altograd. *cons. 64. num. 20. lib. 1.* Cyriac. *controv. 400. n. 28.* Mantic. *de tacit. & ambiguis lib. 22. tit. 16. num. 13. vers. item illa regula,* Mart. *voc. 102. num. 14.* Palm. *d. allegat. 150. n. 15. & seq.* Rot. *decis. 316. num. 8. p. 1. decis. 68. n. 6. part. 6. dec. 39. num. 20. p. 15. & dec. 438. num. 4. par. 14. recentiorum.* Ideoque communi omnium ore tritum est axioma illud, quod dicitur, quod ut habeant locum istius-
modi Statuta, tria debeant justificari, quod nempe defunctus sit ex personis expressis, a quorum successione feminæ arcetur: femina sit ex illis, quæ excluduntur; & masculus, qui innititur Statuto, sit ex eis, propter quos feminæ repellitur, ad tradita per Palm. Nep. *allegat. 153. n. 8.* cum aliis per Rot. *decis. 167. num. 37. post* Torr. *de pact. futur. success.* adeout statutaria dispositio nunquam locum habet, quando masculus agnatus succedere contendens ad fœminarum exclusionem destitutus reperitur qualitatibus ab illa præscriptis, easque non seorsim, sed conjunctim concurrere oportet, Gloss. *in l. mancipia in verb. avocand. C. de serv. fugit. & in l. 1. §. Ait prætor.* ubi Bartol. & Doctores, *ff. ne quid in loc. public.* Dec. *cons. 49. num. 2.* Socc. *cons. 104. n. 14.* Altograd. *cons. 53. n. 57. vol. 2.* Mart. Medic. *exam. 44. n. 36.* Roec. *select. cap. 114. n. 4.* Raudens. *dec. 3. n. 36. vers. mors fuimus, quia ex Statuto Florentino,* Palm. *alleg. 210. n. 4. & dec. Lucen. 365. n. 36.*

His autem retentis firmissimis juris nostris regulis, perspicuum fit, inani labore DD. adversarios obtentu patrii Statuti excludere conari D. Mariam Magdalenam Principalem nostram; municipalis siquidem lex Statuti Florentini, *lib. 3. rubr. 130.* & recentior reformatio edita anno 1620. ita disponunt; Statutum scilicet, *Nulla mulier, vel ejus filia, vel filia succedere possint alicui fratri dictæ mulieris ab intestato, si dicto ejus fratri existant filius, vel filia, vel filio nepos, vel nepotes ex eis, frater aut fratres, filius, aut filii, masculus, vel masculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel patruis.* Reformatio vero, *Decretum, & sancitum fuit, nedum existentibus personis in dicto capite Statuti, quod est superius recensitum, nominatis, sed etiam existentibus agnatis masculis usque ad dictum sextum gradum inclusive, ab hæreditate ab intestato sororem omnino exclusam fore.*

Sive igitur intueamur antiquum Statutum, sive inspiciamus illius reformationem, in dubium venire nequit, quin DD. Barones Bettinus, & Octavianus non sint illæ personæ, ob quas feminæ, cæteroquin ex juris communis dispositione pro virili cum masculis succedentes, excluduntur. Verba facere omittimus de antiquo Statuto, quod literale est, nullamque contrariam recipit interpretationem, dum illius conditores feminas, earumque filios, & descendentes excluserunt favore duntaxat fratris, ejus filiorum, & patrui; ideoque cum DD. adversarii non enumerentur inter has personas excludentes, proculdubio eosdem non juvat illius dispositio, ad Text. *in leg. 4. §. Toties, ff. de damn. infect.* Honded. *cons. 1. n. 15. lib. 1.* Altogr. *consil. 64. n. 20. lib. 1.* de Marin. *resol. 146. n. 13. lib. 2.* Palm. *d. alleg. 150. n. 7. & 14.* Torr. *de primog. Ital. p. 2. q. 45. n. 16. et 17.* Rot. *dec. 45. n. 8. p. 14. & dec. 323. n. 11. p. 15. rec.*

Quod vero attinet ad reformationem repellentem ab intestata successione fratris sororem, existentibus agnatis usque

usque ad sextum gradum inclusive; hac etiam attenta, ex-
clusio DD. Baronum Bettini, & Octaviani de Ricasolis vi-
detur plana, eo quia statutaria dispositio qualificata est, si-
ve limitata, excludendo nempe fœminas, quatenus adsint
agnati masculi intra sextum gradum inclusive, quando au-
tem Statutum limitate, seu qualificative loquitur, persona
veniens ex illius dispositione probare debet qualitatem a
Statuto requisitam, Bart. *in l. 1. ff. ne quid in flumin. public.*
Menoch. *conf.* 132. *n.* 23. Rot. *dec.* 371. *n.* 4. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*
Quapropter cum inspecto communi stipite dicti DD. ad-
versarii a Barone Braccio defuncto distent per decimum o-
ctavum gradum, destituuntur qualitate a statuentibus exco-
gitata, agnatitia scilicet qualitate in sexto gradu, intra quem
duntaxat voluerunt, agnatos excludere posse sororem fra-
terna hæreditate, proindeque frui nequeunt beneficio Sta-
tuti, quod vocando agnatos intra sextum gradum, cæte-
ros ulteriores pro extraneis habuisse censetur, ut ex simili
9 Statuto arguit Corn. *conf.* 222. *in princ. col.* 3. Citocch. *di-*
scept. 36. *n.* 2. *& seqq. & n.* 6. *vers. & hoc locum habeat*, Al-
bert. Brun. *de stat. success. qu.* 6. *art.* 13. *n.* 215. Card. de Luc.
de success. ab intest. disc. 10. *sub n.* 3. Palm. *dec. Lucen.* 210.
n. 25. & in terminis Angel. de Ubald. *conf.* 282. *n.* 2. *vers.*
contrarium, ubi loquens de Statuto Florentino, firmat
10 matrem non excludi per masculum agnatum existentem in
quinto gradu, Altogr. jun. *contr.* 94. *n.* 57. ubi quod Sta-
tuti Florentini dispositio exclusiva fœminarum, ultra
sextum gradum non extenditur.

Ex quo promanat alia ratio, ob quam Domini adversarii
exclusi dicendi sunt; nam cum tam Statutum, quam illius
reformatio requirens agnationis vinculum intra sextum
gradum, exposcat qualitatem masculinitatis ex masculo,
11 illi hanc qualitatem desumere nequeunt a patre, qui, ut
mox dicimus, cum pro extraneo habeatur, dici nequeunt
agnati masculi progeniti ab alio agnato masculo contem-
plato a Statuto; certius vero eadem qualitate carere dicen-
tur, spectata persona matris; ideoque ad exclusionem ma-
terteræ juvari nequeunt Statuto, solos agnatos masculos
ex masculo intra sextum gradum invitantes, ut in specie
respondens Paol. de Castr. *conf.* 290. *n.* 4. *lib.* 2. Gabriel. *conf.*
90. *n.* 30. *&* 31. *lib.* 1. Bellon. jun. *conf.* 2. *n.* 72. *usque ad fin.*
Raudens. *conf.* 3. *n.* 25. *et seqq. lib.* 1. de Luc. *de lin. legal. art.*
10. *n.* 56. *v. ego, et n.* 57. Pegas. *de exclus. success. major. to.* 2.
c. 13. *n.* 9. Rocc. *select. c.* 2. *n.* 42. Rot. *dec.* 84. *n.* 16. *p.* 5. *rec.*

Statutum vero ad successionem invitasse agnatos mascu-
los ex masculis, evidens, & apertum redditur tum ex eo,
quod agitur de Statuto exclusivo fœminarum, ordinato, &
condito contemplatione agnationis, cui conservandæ sta-
tuentes unice consuluisse, disertissime probat contraria
consultatio, quo casu doctores, & Tribunalia unanimiter
amplectuntur sententiam, qua cavetur, sub denominatione
12 masculorum agnatorum comprehensos dicendos non esse
masculos ex fœminis, sed tantum masculos ex masculis, ut
communiter firmant Gabriel. *conf.* 116. *num.* 10. *lib.* 2. Surd.
conf. 316. *n.* 8. Menoch. *conf.* 1259. *n.* 5. Andreol. *contr.* 344.
n. 15. Rocc. *disp. jur. c.* 3. *n.* 28. Fusar. *de substit. q.* 346. *n.* 42.
Rodulph. *alleg.* 174. *n.* 3. Torr. *de primog. Ital. p.* 1. *cap.* 38.
n. 451. *et decis.* 54. *sub n.* 33. apud eund. Rot. cor. Penia *dec.*
901. *n.* 5. *& seqq.* cor. Card. Cerro *dec.* 630. *n.* 5. *et dec.* 610.
n. 19. cor. Bich. *dec.* 443. *n.* 16. cor. bo. me. Emeria jun. *dec.*
815. *n.* 4. *et* 5. *in rec. dec.* 402. *n.* 25. *p.* 9. *dec.* 95. *n.* 16. *p.* 11. *dec.*
69. *n.* 19. *et seqq p.* 17. *dec.* 575. *n.* 12. *et dec.* 683. *n* 6. *p.* 19. in
Bononien. fideicom. de Ghislleriis 17. Junii 1697 § *Has fun-*
damentales, cor. Reverendissimo Molines Decano, in Ame-
rina fideicommissi 21. Febr. 1698. § *penultim.* cor. R. P. D.
Muto, in Perusina fideicom. 11. Decembris 1701. § *Ultra*
literam, & in Faventina fideicommissi, seu Primogenitu-
ræ 14. Decemb. 1705. § *Præterquam quod*, cor. R. P. D. Scot-
to. Tum etiam ex eo, quia dicta statutaria dispositio repellit
13 nedum fœminas, verumetiam descendentes ab eis, ut in
individuo dicti Statuti Florentini firmant Bald. *conf.* 218.
n. 5. *lib.* 2. *et inter conf.* Angel. *conf.* 68. *per tot.* clar. me. Card.
de Luc. *de success. ab intest. disc.* 8. *per tot.* Palm. *dec. Luc.* 10.
n. 24 Ex qua descendentium ex fœminis exclusione clare
perspicitur, statuentes sub vocatione agnatorum masculo-
rum nullo pacto comprehendere intellexisse liberos, & de-
scendentes masculos progenitos ex muliere; alias enim ex
eodem Statuti capite maxima resultaret contradictio, vide-
14 licet quod liberos, & masculos a fœmina admitteret, eos-
demque apertis verbis excluderet; quam contrarietatem in
omni dispositione, præsertim statutaria, evitandam esse
monemur ex Text. *in leg. non absurdum, ff. de bon. liber. &*
in l. 3. *C. de condit. insert.* Cinus, & Bald. *in l. fin. Cod. per*

quas personas nob. acquiritur, Mascard. *de gener. statut. in-*
terpr. conf 5. *n.* 159 Fenzon. *ad stat. urb. post cap.* 152. *inspect.*
p. 5. *n.* 75. Quapropter cum Statutum, & illius reformatio
non modo sororem excluserint, sed agnatos masculos intra
sextum tantummodo gradum existentes expresse vocave-
rint, hæc qualitas, quam in agnatis masculis requisiverunt,
ut nempe descenderent ex masculis, justa optimo comprobat
aliorum descendentium exclusionem, qui non ex masculis
progignescuntur, & per consequens remanent exclusi DD.
fratres adversarii tanquam descendentes a Cassandra fœ- 15
mina, ideoque non pollentes qualitate a statuentibus præ-
scripta, masculinitatis nimirum ex masculo, & agnatio-
nis intra limites sexti gradus, ut egregie in propriis termi-
nis concludit Rot. *decis.* 405. *n.* 9. 10. *&* 11. *et seqq. p.* 5. *rec.*
& probat Mans. *conf.* 398. *n.* 32. *& plurib. seqq.*

Agnoscens Illustrissimus, ac Doctissimus Consulens DD.
adversarios non esse de agnatorum numero a Statuto con-
templatorum, eorumque admissione vim fieri illius litte-
ræ, & verbis, eusdem ex mente, & ratione, qua statuentes
moti fuerunt, sub Statuti dispositione comprehensos esse,
subtilibus ratiociniis ostendere conatur; ait enim, Statu-
ta, & præsertim Florentinum, sanxisse fœminarum exclu-
sionem ob eam unicam, & finalem rationem conservandi
bona in agnationa, ac civium familiis, quarum dignitas 16
solo divitiarum robore sustinetur, & qua veluti a causa fi-
nali, & immediata exclusionis, statuentes moti dicuntur,
ut ex Angelo in §. *Cæterum de legitim. agnat. success.* notat
Reynol. *observ.* 14. *num.* 10. *et* 11. & firmat Rota in Fulgi-
naten. Successionis, & dotium super hæreditate materna
19. Junii 1705. §. *Quodque revera*, cor. R. P. D. Lancetta.
Quamobrem cum DD. Barones Bettinus, & Octavianus
sint de familia, & agnatione de Ricasolis, & licet iidem
inspecta persona patris decimo octavo gradu distent a de-
functo; nihilominus gradus prærogativam desumendo a
Cassandra Matre defuncti sorore, implere possint mentem
Statuti optantis bonorum conservationem in familia, fru-
straretur, si domina principalis soror pariter defuncti illa
deferret in extraneos, exclusis filiis alterius sororis nuptæ
in familia, quibus non minus agnatio, quam bona in agna-
tione conservari quirunt, parvique referre, quod verba
Statuti de hoc præciso casu non disponant: quia non id-
circo fieri dicetur illius extensio de persona ad personam,
sed ejusdem dispositio servanda erit in hoc etiam casu,
quamvis non scripto, tanquam sub illa comprehenso, non
vi extensiva, sed interpretativa explicatione plurium per-
sonarum sub ejusdem dispositionis ratione contentarum,
eoque certius quia istiusmodi Statuta condita favore a-
gnationis favorabilia reputantur, ideoque amplianda ad
omnes, ad quos favor agnationis extenditur.

Non negamus, causam finalem, & immediatam ex-
clusionis fœminarum fuisse contemplationem agnationis,
& statuentes veluti finem sibi proposuisse bonorum con-
servationem per fœminarum exclusionem in illa conse-
quendam; sed dicimus, quod cum ratio ista in statuta-
riis etiam dispositionibus modo minus, modo magis la- 17
ptere possit, prout agnatio, quandoque stricte in linea so-
lum effectiva, quandoque magis late in linea extensiva
proxima, quandoque demum latissime in linea contentiva
quamvis remota, & remotissima, consideratur; dicimus
inquam, in statutariis etiam dispositionibus, eadem,
juxta diversos populorum mores, & gentium ingenia,
modo magis, modo minus late accipi, adeout rara sint Sta-
tuta, quæ eandem excludendi formam habeant, easdem-
que personas, & gradus agnatorum contemplentur, &
via, ac ne via quidem ulla reperiantur Statuta, quæ fœ-
minas ob remotissimos quoscunque agnatos excludant:
contra naturalia pietatis vota, agnatorum vocationem
extendendo ultra gradus a jure civili præscriptos, posthа-
bitis sororibus agnati defuncti; quamobrem non sola ra-
tio generica conservationis agnationis inspicienda est, cum
statuentes illam in abstracto non contemplentur, sed in-
quirendum, quorum favore, & per quas personas illam 18
conservari voluerint. Cum itaque in nostra hypothesi Sta-
tutum sororem defuncti indifferenter non excludat favo-
re cujuscunque agnati, sed illius exclusionem limitaverit,
& restrinxerit favore certi, & determinati gradus, videli-
cet, *existentibus agnatis masculis usque ad dictum sextum*
gradum inclusive, sit proinde locus regulæ, qua traditur,
agnationis conservandæ ratione tam in legis, quam in
hominis dispositione habitam, non ampliare, neque ex-
tendere statum juris communis correctorium, sed illam
attendendam esse quoad illos tantummodo gradus, & per-

sonas, quarum favore inducta legitur; & per consequens
masculorum inclusionem, & fœminarum exclusionem in-
tuitu agnationis restringendam esse ad gradus, & personas
nominatas, & specificatas, neque ad alias personas, & gra-
dus extendendam, ut præter relatos in altera mea consulta-
tione, §. *Nec ex eo quod statutum*, optime ex Text. *in l. quæ*
conditio 38. in princip. ff. de condit. & demonstr. notat Phi-
lipp. Cbroons *cons. 99. n. 12. in fin.* ibi: *Ex quo datur intel-*
ligi, quod statuens voluit favorem agnationis in certis casi-
bus, & non in omnibus, & n. 13. *post med.* ibi, *Sed dictum*
decretum fundatur in authoritate illud condentis, qui sic
voluit, scilicet favore masculis favore agnationis, in certis
tamen casibus, non tamen semper, & melius *num. 15.* illic,
quæ verisimilis mens conditoris est favere agnationi in casi-
bus expressis in decreto, & non generaliter, Hond. *cons. 1.*
n. 45. Vela *dissert. jur. cap. 49. n. 69. tom. 2.* Torc. *de primog.*
Ital. part. 1. cap. 35. n. 161. Rota in Bononien. fideicommis-
si de Ghislettiis 2. Martii 1663. §. *Quæ fortius*, cor. bon.
mem. Benincasa, & in Lucana fideicommissi 21. Aprilis
1698. §. *Nam prætermisso*, cor. R. P. D. Priolo, impress.
inter dec. Palm. *dec. 228. n. 5.*

Quapropter cum DD. adversarii non solum careant gra-
du agnatitio requisito a Statuto, verum etiam sint extra
quemcunque gradum successibilem, & juris censura deci-
19 mum non egredientem, ad tradita per Glos. Salicetum, &
alios *in auth. in success. C. de suis, & legit.* Cujac. *oper. prior.*
to. 1. not. ad lib. 3. inst. justin. de success. cognat. cap. 5. fol. mihi
169. lit. B. sunt enim in decimo octavo, & sic in gradu re-
motissimo, & nullo consanguinitatis vinculo defuncto de-
vincti, gaudere nequeunt beneficio Statuti feminas exclu-
dentis, eo sub obtentu, quod ipsi sint de agnatione, & con-
servare valeant Familiam Ricasolam: quia ratio conservan-
dæ agnationis non operatur, quod Statutum juris commu-
nis correctorium extendi possit ad personas, & gradus in eo
non expressos, quando agnationis conservationem voluit in
gradibus, & personis tantummodo speciatim nominatis, &
non ultra; ideoque ratio isthæc colore nullo juvare potest
eos, qui intra gradus a Statuto præscriptos non reperiuntur,
20 Hond. *cons. 1. n. 45. & cons. 8. n. 58. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art.*
25. n. 26. Cyriac. *contr. 181. n. 47. et seq.* Palma *dec. Lucens.*
210. n. 25. & 211. n. 37. Rot. cor. Seraph. *dec. 1216. n. 8. &*
in rec. dec. 383. n. 7. p. 9. dec. 265. n. 9. p. 13. dec. 46. n. 11. & dec.
438. n. 3. & seqq. p. 15. ubi n. 5. firmat, quod omnis penitus ex-
tensio, sive aliarum personarum comprehensio interdicta sit.

Ponderetur præsertim dictione illa *usque*, qua in præscri-
21 bendo gradu successionis usa fuit reformatio; similis enim
dictio suapte natura eum restringit, & limitet vocationem
agnati ad gradus expressos, exclusa omni extensione, etiam
ex identitate rationis facienda ad alias personas, Text. *est*
in §. final. instit. de success. cognat. & in leg. patronus 35. §.
Semprento, ff. de leg. 3. Alex. *cons. 119. nu. 20. lib. 3.* Rimi-
nald. *cons. 26. n. 12 et 14. vol. 2.* Matt. *de claus. p. 2. claus. 77.*
n. 6. Barb. *tr. var. dist. 437. n. 1. & seqq.* Rot. cor. Priol. *dec.*
370. n. 1. & in rec. decis. 475. n. 1. in fin. p. 2. dec. 404. n. 10. p.
9. dec. 114. n. 17. p. 13. & dec. 606. n. 10. part. 19. rec. perspi-
cuum proinde sit, noluisse reformatores ad fœminarum ex-
clusionem vocare alias personas, nisi illas, quæ reperiren-
22 tur intra sextum gradum agnationis inclusive, ut notat
Albert. Brun. *de statut. success. qu. 6. art. 12. n. 215. & 216.*

Statuti igitur litera occidit, & minus ejusdem ratio opi-
tulari potest DD. Adversariis; unde frustra in contraria
Consultatione *n. 50. ad 64.* cumulantur argumenta, quibus
insinuari contenditur, statuentes unica hac ratione conser-
vandi bona in agnatione motos, generaliter sermonem ha-
buisse de agnatis; ideoque feminarum exclusionem exten-
dendam esse favore omnium agnatorum a communi stipite
descendentium, tametsi remotissimo gradu a defuncto di-
stantium: Si enim illi sororem defuncti excludere noluerunt
propter agnatos duntaxat sexti gradus, & usque ad talem so-
lummodo gradum eorum vocationem extenderent, qua ju-
sta ratione affirmari poterit indifferenter quoscunque a-
gnatos invitasse, tametsi remotissimos, & quod ad jura suc-
cessoria a jure civili pro extraneis habitos? licet enim
agnatio in genere, atque in abstracto considerata non so-
lum ex linea descensiva, sed ex collateralibus etiam lineis
efformetur, modo agnati sub illis comprehensi, veluti a
fonte memoriæ, ab unico stipite proficiscantur; attamen
si ex hac generica agnationis contemplatione Statuta inter-
pretari vellemus, plura cumularemus absurda, quibus non
minus novissimi juris, quo vivimus, quam naturæ etiam
præcepta violaremus. Abrogaremus enim leges, quæ sub-
lata agnationis, & cognationis differentia, promiscue ma-
res, & feminas admittunt; imo vero fœminis præferre-
mus agnatos illos, quos jura vetera agnationis favore pro-
mulgata nullatenus agnovere.

Quocirca ratio agnationis consideranda est non generi-
ce, & in abstracto, sed in concreto dispositionis statutariæ,
minimeque porrigenda ad agnatos positos extra gradus a
Statuto consideratos, & qui pro extraneis habiti censentur
ab ipso Statuto, juxta firmata in §. 10. Statuentes enim mu-
nicipalibus legibus a jure communi recedere, atq; naturali
pietati vim facere noluerūt, ducti inani solo agnationis no-
mine, sed moti præsumendæ sunt justæ, atque naturalis ra-
tionis dictamine; ideoque sicuti cæteros omnes humanos
actus, ita etiam statutarias quoque sanctiones ad naturalis 23
rationis normam, & naturalis pietatis vota, sanguinisque
necessitudinem dirigendas esse monent, Bald. *in l. Titius in*
summ. ff. de hered. instit. & cons. 156. n. 3. lib. 2. Mantic. *de*
conject. ult. vol. lib. 6. tit. 11. n. 5. in terminis Statutis ex-
clusivi colas. a Rot. *dec. 389. n. 15. p. 5. rec.* Atque etiam ad-
monemur in contraria consultatione *n. 31. et seqq.* nos edo-
cente, hujusmodi Statuta sicci Legis municipalis, sive Ci- 24
vitatis Testamentum, intestatas successiones decernens eo-
rum favore, quibus statuentes conjectantur, testatorem
fuisse relicturum, si testatus obiisset; quæ autem affectio, aut
verisimilis prædilectio ab eisdem considerari potuit erga
agnatos, nullo consanguinitatis vinculo defuncto devin-
ctos, ut eos in sua hæreditate præferre voluerit sororibus,
quando jura nostra quæcunq; vincula, & quamcunque ne-
cessitudinem orientem ex sanguinis sui prædilectione ultra
personas decimi gradus abolitam esse præsumunt, ad Text.
in leg. non facile 4. in princ. ff. de gradib. & affinib. Glos. in
novell. 118. §. Sin autem, Jason. *in l. certum C. unde legiti-* 25
mi, Glos. *in cap. postremo*, ubi Barbos. *num. 7. de appellat.*
Cuphal. *cons. 386. n. 23. lib. 3.* Paris. *cons. 51. num. 8. vol. 2.*
Montan. *contr. 80. n. 11.* Covar. *variar. resol. lib. 3. cap. 5. n.*
4. vers. 5. Carol. Ant. de Luc. *de linea legal. vol. 1. art. 15. n.*
30. vers. convenit, Petrus Belojus *de success. ab intest. fol. n.*
31. vers. & hac agnatio, optime Mansi *consult. 453. n. 33.*
& consult. 455. n. 4. & seqq. cum aliis in præterita mea con-
sultatione, §. Neque vero istius modi.

At vero si qualitas agnatitia generice sumpta DD. Ad-
versariis suffragari minime potest, eo quod destituantur
gradu in concreto successionis statutariæ requisito, iidem
istius modi gradus prærogativam mutuare nequibunt a
matre, quasi hoc casu agnatio, & gradus in unum, idemque
subjectum, licet ex diversis principiis, confluentes, invi-
cem juvari queant, duplexque concurrere dicatur vincu-
lum pro statutaria successione consequenda sufficiens,
quod est altera assumptir pars, quæ in contraria consulta-
tione latissime comprobatur; nam cum utraque qualitas
seorsim considerata inefficax, neque etiam conjunctim ac-
cepta validior reddi potest, quia ut duplex vinculum ope- 26
retur, necesse est, ut unum quodque per se spectatum sit
efficax, ut notant Soccin. jun. *cons. 24. sub n. 13. ad fin. vol.*
4. Menoch. *cons. 187. n. 26. post med. vers. facile*, Surd. *cons.*
173. num. 113. Cyriac. *contr. 353. n. 21.* & optime firmavit
Rota in Majoricen. Beneficii 16. Februarii 1699. §. *Verum*,
coram R. P. D. meo de la Tremoille.

Et quidem vinculum paternum, quo ipsi agnati dicuntur,
inefficax esse perspicuum fit: quia licet probata dici posset
descendentia DD. Adversariorum a communi stipite, non
idcirco dicerentur esse agnati Braccii defuncti, quia non so-
lum constituti sunt extra decimum consanguinitatis gra-
dum, sed adeo remote distant, ut agnationis jura conserva-
re, & succedendi capacitatem ullam habere amplius ne-
queant, ut Text. in §. *final.* ubi Glos. & Doctores, *instit. de*
success. cognat. et §. si vero neque fratres, auth. de hered. ab 27
intest. venient. notant Alciat. *in l. pronunciatio in verb. ne-*
potes, & in verb. agnatorum in fin. de verb. signif. Azor. *in*
summ. C. de de legit. hered. Dec. *cons. 231. n. 2. et 4.* Tiraqu.
de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 24. Mast. *de success. legal. p.*
3. qu. 2. tit. 2. n. 2. Simon. de Pret. *de interpr. ult. vol. lib. 3.*
fol. 11. n. 12. & 13. fol. mihi 288. ubi absolute tradit, quod
agnati dicuntur usque ad decimum gradum, computan-
dum secundum jus civile, Gras. *de success. §. Fideicommissum*
q. 19. n. 13. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 37. &* 28
38. Carolus Trentac. *consult. 458. n. 21. & 22.* Facbinet. *lib.*
4. contr. cap. 100. Torr. *de primog. Ital. p. 1. cap. 38. §. 17. n.*
488. aliique relati per Mansi *consult. 455. n. 4. et 5.*

Et licet me non lateat, nonnullos sensisse, nomine
agnatorum venire posse omnes de familia etiam extra de-
cimum gradum, inter quos Peregr. *cons. 47. num. 6. vol. 2.*
Fusar. *de subst. qu. 381. n. 8.* nihilominus posthabita quæ- 29
stione,

stione, qua a Doctoribus disceptatur, an illi, qui sunt
extra decimum consanguinitatis gradum, in quo omnis de-
finit successio, quique vere nec sanguine conjuncti sunt, ne-
que cognati, recte agnati dicti fuerint, seu potius speciali
gentilium nomine nuncupari debuerint, ut probat D. meus
Jacobus Rillius in secunda sua eruditissima consultatione *a*
n. 5. ad 13. animadvertendum videtur, quod quotquot sunt,
qui agnationis nomen in infinitum protrahi contendunt;
loquuntur in hypothesi successionis fideicommissariæ defe-
30 rendæ ultra decimum gradum, ea mente Testatoris optan-
tis perpetuam suorum bonorum conservationem in fami-
lia, agnatione, & casata; licet in hoc quoque casu non de-
sint contrarium sentientes, Soccin. nempe jun. *cons. 140. n.*
14. vol. 3. aliique relati per Fusar. *d. q. 381. n. 5. et 9.* Aliter
vero res se habet, quando agitur de successione jure hæredi-
tario devolvenda, & quam Statutum simpliciter ad fœmi-
narum exclusionem voluit deferri agnatis masculis exi-
stentibus usque ad sextum gradum inclusive; hoc enim ca-
su vindicat sibi locum communis, & recepta conclusio su-
31 perius firmata, qua statuitur, existentes ultra decimum gra-
dum tanquam extra gradum, intra quem defertur succes-
sio ab intestato, non contineri sub nomine agnatorum, ut
distinguendo firmant Peregr. *d. cons. 47. n. 6. versic. quorum*
omnium tom. 2. dec. 5. n. 4. Pere. *de fideic. q. 11. n. 518. versic.*
si quis tamen, Grass. *de success. §. fideicommiss. qu. 19. n. 20.*
Mantic. *de conject. d. lib* 8 *tit. 12. num. 37.* Mans. *d. consult.*
455. *n. 6. 7. &* 8. ideoque optime consecta, quod firmatur
in contraria consultatione *n. 65. 66. & seqq.* diversum esse
aliquem, licet positum extra decimum gradum, dici posse
32 agnatum; aliud vero, quod quis habeat etiam jura agna-
tionis, itaut suffragentur ad effectum succedendi vigore
successionis legalis, ut optime ponderant Bonden. *collect.*
legat. 25. n. 48. tom. 2. Rota cor. Dutan. *dec. 36. n. 11.* & alii
per ipsum adducti. Et propterea DD. fratres de Ricasolis
proficiscentes communi stipite, retinere quidem poterunt
agnationis nomen, sed illud eis prodesse minime poterit,
ut denominentur agnati quoad jus succedendi, ex censura
statutariæ legis, demandantis successionem agnatis mascu-
lis usque ad sextum gradum inclusive, ut notant Carpan.
ad Statut. Mediolan. cap. 289. n. 11. & cap. 301. *num.* 3. Pe-
droch. *cons. 40. n. 303.* Mans. *consult. 453. n. 33.*

Utque exemplis, & aliorum similium inductione confir-
memus, diverso jure censendam esse agnationem quoad no-
men, & quoad causam successionis, dicimus, quod quam-
33 vis adoptivi, & legitimati, sub generali agnatorum appel-
latione contineantur, ut de adoptivis est Text. *in §. adoptivi*
2. *instit. de legit. agnat. success.* & legitimatis firmavit Rot.
dec. 673. n. 25. p. 18. rec. cum concordantibus in Bononien.
fideicommissi de Manzolis 22. Junii 1699. cor. R. P. D. meo
Ansaldo; indubii tamen juris est, quod a Statutis agnatio-
nis rationem habentibus, vocati non intelligantur, nec
34 agnatorum nomine veniant, ut probant Cur. sen. *cons. 1.*
n. 4. 19. & 20. quem refert Sapia *in l. qui se patris n. 71. Cod.*
unde liberi, Carpan. *ad Statut. Mediol. d. cap 289. num. 7.*

Prout etiam de sorore, ejusque filii, non absimili ratio-
35 ne constitutum reperitur; hi namque ex dispositione *legum*
12. *Tabular. & l. meminisse*, *C. de legit. hered.* inter agna-
tos adsciscuntur, & nihilominus in hypothesi inter vocan-
tis agnatus ad successionem, esse exclusos, concors est opi-
36 nio doctorum, ut firmant Dec. *cons. 13. n. 7. v. dato etiam*,
Alex. *cons 55. n. 1. vol. 6.* Soccin. sen. *cons. 1. n. 5. vol. 5.* Car-
pan. *ad Statut. Mediol. d. c. 289. n.* 11. *&* 12. *& c. 301. n. 3.*
Bonden. *collect. l. 25. n. 50. & seq. to.* 2. ob eam nimirum ra-
tionem, quia quando Statutum loquitur de agnatis, intel-
37 ligendum venit de agnatis sub propria, & rigorosa illius
nominis significatione comprehensis, ut probant Castrens.
in l. fin. §. In computatione in fin. C. de jur. deliber. Alciat.
cons. 15. ante, & post n. 5. tom. 1. lib. 2. & de verb. signific.
lib. 2. fol. 52. lit. Q. Redenasch. *cons. 27. per tot.* signanter *n.*
6. 28. *& seqq. lib.* 1. Trentacinq. *de subst. p. 2. cap. 3. num. 8.*
Bonden. *de collect. legal. 25. n. 51. &* 53. R. P. D. Ansald. *in*
adnot. ad suam dec. 12. n. 42. vers. de reliquo.

Ex quo sequitur, quod Statutum nostrum, ejusque refor-
matio, vocando ad successionē agnatos masculos intra sex-
tum gradum, agnationis, & agnatorum nomen acceperit
in stricta, & propria significatione, & exprimendo certum
numerū graduum, intra quos restrinxit agnatorum succes-
sionem, intellexerit, quod talis agnatus esset in aliquo con-
sanguinitatis gradu defuncto conjūctus; proindeque fatien-
dum est, sub nomine agnatorum comprehendisse tantum
agnatos in juribus successionis hoc nomine comprehensos,
ponderata præsertim dictione illa, *usque* ad sextum gradum

quæ, ut prænotavimus, §. 16. utpote dispositionem limi-
tans intra gradus expressos, pernecesse indicat, reforma-
tionem non reputasse pro agnatis omnes a communi fonte de-
rivantes, & idem cognomen ferentes; sed illos tantū agna-
tos designasse, qui essent defuncto conjuncti, & existerent
in gradu successibili; quæ successio, & sanguinis conjunctio
cum non progrediatur intra decimum gradum, extra illum
positi agnatorum nomine ad hunc effectum non continen-
tur, Bald. *cons. 76. n. 4.* cum omnibus aliis superiori loco al- 38
legatis, & optime Mans. *d. consult. 455. n. 10. 11. & seqq.*

Quod validissime comprobatur argumento desumpto
ex alio Statuti nostri loco *rubr.* 126. *n.* 2. qua sancitur, ut
ad intestatam defuncti hæreditatem veniant proximiores 39
omnes usque ad octavum gradum inclusive, quibus defi-
cientibus admittatur fiscus, si igitur Statutum declarat in-
successibiles agnatos, qui sunt ultra octavum gradum, li-
cet cæteroquin existentes in gradu de jure communi suc-
cessibili, admisso ad eorum exclusionem fisco, potiori pro-
fecto jure asserendum est, mentem statuentium non fuisse
in reformatione protrahere vocationem agnatorum ad o-
mnes sub generico agnationis, seu familiæ nomine con-
tentos; sed agnationis nomen accepisse in significatione
magis rigorosa illa, quam habet a jure civili, dum istud
ad effectum succedendi admittit agnatos usque ad deci- 40
mum gradum, illud vero eorum vocationem restringit ad
octavum, ut optime notant Brun. *ad statut. quod stantibus*
masculis art. 12. n. 36. 99. & 102. egregie Mans. *d. consult.*
455. *n.* 16. & consonas Rot. *decis. 267. n. 21. & 22. p. 16. &*
dec. 94. n. 14. & seqq. p. 17. rec.

Præterea, si licet argumentari ab exemplis exteris ex
Statutis aliarum regionum, & civitatum, ut licere disser-
te traditur in contraria consultatione n. 18. *& seq.* in qua
firmatur, similes Constitutiones, legesque municipales al-
legari posse ad decisiones causarum, eo quod ex illis non
minus valeant, quam responsa prudentum, & vim habeant 41
magistralium doctrinarum, proindeque frequens sit, ut
Statuti conditores se conformasse præsumantur Statutis, &
dispositionibus aliarum regionum, & Provinciarum, & ad
illarum similitudinem legem propriam præscripsisse, ut
advertunt Jason. *in l. de quibus n. 6. ff. de legib.* Mascard. *de*
gener. statut. interpret. concl. 2. num. 123 & seqq. Conciol.
ad statut. Eugub. in proluq. n. 20. Rocc. *disp. jur. select. cap.*
73. *n.* 13. clar. me. Card. de Luc. *de regal. disc. 83. sub n. 4. et*
de success. ab intest. disc. 41. n. 192. Statuto Mediolani *c. 378.*
cautum reperitur, *Quod agnati intelligantur esse, qui eo-*
dem nomine, & parentela nuncupantur, salvo quod in ma-
teria successionum intelligantur agnati dumtaxat illi, qui
sunt usque ad septimum gradum: sunt verba præcisa relata
per præsidem Piccenardum in suo Responso impresso post
Responsa Sadatini, *n. 7. et 9.* Ex hoc autem dicti Statuti lo-
co secernentes agnatos late sumpto vocabulo ab illis, qui-
bus vigore Statuti defertur successio, validissimum eruitur
argumentum ad dignoscendum, quam stricte Statuta agna-
tionis nomen in hac materia sumpserunt; & sicuti per Sta-
tutum Mediolani mandatum est, ut ad successionis effectum
pro agnatis habeantur existentes intra septimum dumtaxat
gradum; ita eadem ratione dicendum videtur, quod Statu-
tum Florentinum, dum præfixit agnatis gradus successio-
nis usque ad sextum, in strictissimo sensu nomen agnatio-
nis, & agnatorum acceperit, illosque tantum agnatos repu-
taverit, qui ex paterno latere essent defuncto conjuncti in-
tra sextum gradum, ab agnatitiis juribus repellendo quo-
tuos gradus de jure communi cæteroquin successibiles.

Jam vero firmato his omnibus, quod DD. Barones Betti- 42
nos, & Octavianus tanquam constituti in decimo octavo
gradu, ex juris communis, magis vero ex patrii Statuti cen-
sura penitus careant agnatitiis juribus, quodque ad effe-
ctum successionis intestatæ non veniant sub nomine agna-
torum & per consequens licet ex paterno latere originem
trahant a communi stipite familiæ Ricasolæ, nullam ab
eo mutuare possint agnatitiam qualitatem, paritati ratio-
ne dicendum erit, ipsos ex latere materno nullam metiri
posse proximitatem, qua constituantur in gradu qualita-
tis volitæ a reformatione ad effectum excludendi sororem
a legitima successione fratris defuncti.

Si enim, ut solidissime probatur in dicta consultatione, 43
statuentes nulla alia ratione moti, quam favore agnatio-
nis, agnatos usque ad sextum gradum inclusive prætule-
runt sorori defuncti, ex hujusmodi fœminarum exclusio-
ne facta contemplatione agnationis sequitur, quod nulla
ratio haberi possit vinculi procedentis ex parte matris,
adeout cognatio, tanquam de genere non vocato, nullo

pacto prosit æqualis, quinimo nec major proximitas ducta a latere materno, ut docuerunt Bald. & Castrens. aliique in l. 1. C. de legit. hered. Ladesch. cons. 54. sub n. 2. & 3. Mandell. Alb. cons. 81. n. 7. & seqq. Menoch. cons. 187. n. 6. vers. veniens facile, & n. 16. & 17. optime Spad. cons. 271. n. 4. 6. et 7. lib. 3. Rot. de incompatib. p. 1. cap. 6. §. 17. n. 276. Rot. dec. 84. n. 10. p. 5. rec. & in Majoric. Beneficii 16. Febr. 1699. §. Tum etiam conjectio ista, cor. R. P. D. meo de la Tremoille.

Mutuatio namque ista proximitatis, & gradus, facta a persona matris, aperte repugnat immotæ illi juris nostri regulæ, qua statuitur, quod exclusa a successione fœmina propter masculos, exclusi quoque censeantur descendentes masculi ex ea, utpote proficiscentes ex imperfecto, & imperti-
44 nenti medio; *satis enim absurdum est, ipsa origine rei sublata, ejusdem imaginem derelinqui*, ut rescripsit Imperator in *l. unic. in princ. C. de latin. libert. tollen.* Idcirco cum D. Cassandra adversariorum Mater exclusa reperiatur a lege municipali, ex illius persona jus succedendi deducere prohibentur DD. fratres adversarii, nec alias plus virtutis sit in causato, quam in ipsa causa efficiente, & a qua veluti a suo fonte promanant jura successionis, ut late firmant doctores adducti in altera mea consultatione, quibus adjicio Bald. *in l. maximum vitium 4. n. 4. C. de liber. prateri.* ubi quod si Statutum excludit radicem, quidquid ex ea oritur, videtur exclusum, Valentin. Foster. *de success. lib. 4. cap. 23. n.* Knipschilt. *de fideic. nobil. personar. cap. 8. n. 249. & plur. seq.* Vela *dissert. jur. 40. a n. 58. ad 61. tom. 2.* Acculin. *resol. 13. n. 32.* Palm. Nep. *alleg. 249. n. 24. & 30.* ubi quod Statutum excludere unum a successione, censetur excludere omnes illos, qui per ejus medium conjunguntur.

Nec subsistit, quod medium mulieris in similibus dispositionibus eo tantum casu reputetur inhabile, & impertinens adhoc, ut masculi ab ea descendentes succedere possint, quo eædem essent perpetuo exclusæ, vel si viverent, censerentur incapaces successionis; aliter vero rem se habere,
45 quoties feminæ fuerunt in aliquo casu consideratæ, certius vero quando eædem successissent, ut contingeret in nostra hypothesi, in qua si D. Cassandra Mater DD. fratrum de Ricasolis esset in humanis, admitteretur una cum D. Principali ad exclusionem masculorum existentium in gradu a Statuto excluso; his enim casibus medium feminæ non dicitur impertinens, & masculis ab illa progenitis defertur successio, quamvis per ejusdem medium ad contingat, juxta *cons. Gabr. 6. n. 1. lib. 1. & comment. ad consuetud. Paris. tit. 1. de Fiefs. §. 25. gloss. 1. in verb. les femelles sub n. 2. oper. tom. 1. fol. 364.* juxta edit. Paris. anni 1681. a R. P. D. Severolo ad sui assumpti comprobationem adducti.

Quod enim attinet ad primam objecti partem, facile ex ea emergimus ponderando, quod licet Statutum Florentinum non existentibus agnatis masculis intra sextum gradum feminas ad successionem reintegraverit, non ideirco sequitur, quod fœminarum exclusio non officiat earum filiis; quia aliud est, quod deficientibus masculis agnatis a Statuto
46 vocatis ad feminarum exclusionem istæ, & earum filii juxta juris communis censuram succedant; aliud vero est, quod eædem, & filii succedant tanquam agnati a Statuto considerati; primo casu, quia Statutum noluit perpetuam feminarum exclusionem intuitu agnationis inducere, sed tantummodo usque ad certum gradum, ultraque praecipuum gradum agnationis a Statuto contemplato, feminis, earumque descendentibus adempta non dicitur successio; & secundo casu, quia dum statuentes matrem excluserunt, ut bona in familia conservarentur, illam considerasse dicuntur ut inhabilem ad conservandam agnationem, ideoq; illius exclusio
47 perpetua est, secundum Bart. *in l. fin. ff. ad Trebel.* Curt. jun. *cons. 117. vers. ego autem solus dicere*: eo igitur casu, quo D. Cassandra Mater vigore statutariæ dispositionis succedere nequiret, nec etiam illius filii masculi, utpote carentes principio successibili, capaces erunt intestatæ successionis, ex
48 lege statutaria deferendæ ad agnatos, & ultra superius relatos optime probat Bellon. *de jur. accresc. tit. 3. cap. 9. q. 12. a n. 89. ad* 102. & propterea bene simul conveniunt, quod licet femina non sit semper medium inhabile, ut filii ex illius persona succedere possint, attamen tale reputetur in terminis statutariæ successionis, si illius vigore admitti contendant, idemque firmat Gabr. *d. cons. 6. n. 1. & seqq. lib. 1.* in cujus hypothesi cum mater a Statuto nō esset exclusa, ejus filii habiles esse dicebantur ad succedendum ex persona matris; aliter vero res se habuisset, si medium matris a Statuto habitum fuisset pro impertinenti, quia tunc vigore Statuti, exclusa matre, exclusi quoque fuissent omnes ab eadem descendentes, & egregie firmavit Rot. *dec. 84. n. 10. & 11. p. 6. rec.*

Hinc non absimili ratione respondetur *secundæ parti* objecti, quod nempe, si D. Cassandra DD. adversariorum mater viveret, non repelleretur a fraterna successione, ideoque repellendi non sint DD. adversarii illius filii masculi: Quia qui ipsa successionis jura desumere vellet a lege municipali, & tanquam destituta qualitate masculinitatis, sub qua vocantur agnati, utique si viveret, incapax esset successionis Baronis Bracci, & per consequens Domini Barones Betti-
nus, & Octavianus ex ipsius persona jus succedendi desu- 49
mere non possent, ut probant Surd. *cons. 95. n. 10. vers. attamen prædictis*, Rot. *dec. 84. n. 15. p. 1. rec.* Aut succedere vellet ex juris communis sanctione, ob deficientiam videlicet agnatorum excludentium, & cum Domina Maria Magdalena Principalis nostra ex hoc jure in fratris intestata hæreditate æqualiter succederet, eandemque, utpote venientem ex æquali jure, repellere non posset; proindeque non adversantur verba auctoris Comment. ad consuetud. Paris. relati in contraria consultatione sub *n. 102.* ibi, *Non ob-* 50
stat dicta theorica, natum ex fœmina tanquam ex radice infecta excludi a jure, & gradu, a quo excluditur fœmina; quia verum est, quando fœmina ipsa, a qua masculus descendit, est inhabilis, & incapax, taliter quod si viveret, non succederet; ideoque cum D. Cassandra, si in humanis esset, & virtute statutariæ legis succedere cuperet, nullo pacto esset admittenda in concursu agnati vocati a Statuto, eoque non extante sororem ex æquali jure venientem excludere nequiret; ita etiam pari ratione ejus filii agnatos consideratos a Statuto excludere non possent, quia procedunt ex medio inhabili, prout etiam materteram a coæquali successione non repellerent, quia plus virtutis esse non posset in causato, quam in causa.

Parvique refert, Dominam Cassandram nupsisse uni ex familia de Ricasolis, & propterea cum tam Statutum, quam reformatio excluserint fœminas contemplatione agnationis, favore DD. adversariorum militet ratio, ob quam masculi in hujusmodi statutariis dispositionibus sunt vocati, eo quod ex tali matrimonio cum viro ex familia agnatio per matrem conservata potius, quam perempta videatur; ideoque ipsius medium, & vinculum reputandum sit pertinens ad hoc, ut ipsa filiis proximitatem, & gradum ad effectum statutariæ successionis possit communicare.

Quoniam discursus iste, similisque argumentandi modus, utpote peccans petitione principii, & supponens id, quod est in quæstione, ob hanc solam rationem rejiciendus videretur, Cafanatt. *cons. 50. n. 22.* Rota in Romana, seu Reatina fideicommissi 3. Decembris 1697. §. *Hæc enim ar-* 51
guendi, cor. R. P. D. meo de la Tremoille; & propterea dicimus, nec de jure censura, nec ex mente statuentium, nec denique authoritatibus ex adverso allegatis probari, quod masculi descendentes ex fœmina a statutaria successione non repellantur, quando proximitas desumpta a matre conjungitur cum agnatitia qualitate communicata a patre, cui illa nupta est. Hujusmodi enim extremorum, sive mediorum conjunctionem inducere nequit conservatio agnationis volita a Statuto, & ex qua veluti a suo fonte deducuntur omnes contrariæ illationes, & argumenta; quia illius contemplatio operatur in casu, & gradibus consideratis a Statuto, & extra illos inefficax est, rejecta omni extensione ex identitate, quinimo ex majoritate rationis, prout infra ostendemus; ideoque tantum abest, ut ex contemplatione agnationis valida reddi valeat conjunctio gradus desumpti ex matre exclusa, & qualitatis agnatitiæ deductæ a viro, cui illa nupta est, ut potius hæc sit ratio illa, ob quam maternum vinculum reputatur inutile, inhabile, & impertinens, ut firmatum fuit in §. 58. ubi ex Rotæ authoritate probavimus, quod quando prædilecta est agnatio, hujus contemplatio efficit, ut vinculum ex materno
latere attendi non mereatur; & probant etiam innumeri 52
doctores relati per D. Marinu. in celebri Florentina Successionis Motiv. impress. *fol. 20. §. Et in puncto.*

Et jure quidem optimo Doctores, & Sac. Rota, quando contemplata reperitur agnatio, pro impertinenti habuerunt vinculum, & proximitatem derivantem ex fœmina nupta in familia, quia cum ex fœmina ortum habeat cognatio, atque hæc non pariat descendentes agnatos, nec illius filii licet masculi dicuntur de agnatione, & familia matris, *sed* de agnatione, & familia patris; mater enim licet agnata sit, finis tamen est agnationis suæ, quam proinde in filios transferre non potest, ad Text. *in §. vulgo quæsitos instit. de success. cognator. & in l. jurisconsultus 10. §. cognati 2. ff. de gradib. & affinit.* ibi: *Qui autem per fœminas con-* 53
junguntur, cognati tantum nominantur, & in leg. memi-

nimus

ntinus fin. §. *quam autem*, *C. de legit. hared.* Bald. *in leg. cer-*
tum 3. *n.* 11. ibi, *Sunt autem agnati qui sibi attinent per le-*
gitimam lineam masculinam sine fœmina interruptione, *C.*
unde legitimi, Valcz. *conf.* 40. *n.* 24. Menoch. *conf.* 177. *n.*
26. Peregr. *de fideic. art.* 26. *n.* 28. Trentacinq. *conf.* 9. *num.*
19. ubi concludit, quod fœminæ nuptæ in familia conser-
54 vant quidem agnationem, sed illam de linea viri, non au-
tem illam de linea eorum patris, Bellon. *conf.* 73. *n.* 12. &
13. Prat. *discept. fur. cap.* 4. *n.* 68. Pegas. *de success. & trect.*
majar. cap. 14. *n.* 123. & 124 qui quamvis pro filiis fœminæ
nuptæ in familia resolvat, duplici tamen peculiari ratione
movetur, altera ex voluntate testatoris vocantis fœminas
55 agnatas ad effectum, ut nubendo agnatis possent procreare
liberos agnatos; & altera, quia majoratus, de quo in sua
hypothesi agebatur, non erat vere agnatitius, ut elicitur ex
n. 14. & *per tot. tom.* 2. Rot. *dec.* 388. *n.* 19. *p.* 5. & *dec.* 349.
n. 19. & *dec.* 89. *n.* 15. ubi advertit, impossibile esse, mulie-
rem habere filios agnatos, *p.* 6. *rec.* cum aliis per me addu-
ctis in prima mea consultatione, §. *Qua circa*.

Quamobrem recte pro regula communi omnium con-
sensu recepta constitutum est, quod Statutum excludens fœ-
minam censeatur per quandam cōsequentiam excludere to-
tam illius lineam, & sic etiam masculos ab ea descendentes,
in quibus, licet mutetur sexus, non tamen mutatur quali-
tas, & ratio exclusiva; imo vero cum ibidem non possint
venire nisi tanquam matris imagines, eorum respectu po-
tentior est ratio exclusionis, quam respectu matris, illi e-
56 nim sunt cognati, hæc vero agnata est, ut ex Baldo *in leg.*
maximum vitium n. 4. *C. de liber. prater* in proposito respon-
dent Paul. de Castro *conf.* 241. *n.* 5. *lib.* 1. Natt. *conf.* 581. *n.*
23. *vers. obstat*, & *n.* 26. *vers. præterea*, Surd. *conf.* 85. *nu.*
10. *vers. attamen*, optime Bellon. *de jur. accresc. cap.* 9. *q.*
12. *a n.* 102. & *plur. seq.* & præcipue *n.* 107 decisio Sicula
penes Card. de Luca *de feud. n.* 392. ubi ea affertur ratio ex-
cludendi masculum ex fœmina nupta in agnatione, quia
nempe, ut verbis utar decisionis, *masculus ex masculo vere,*
& *naturaliter conservat familiam*, *masculus vero ex fœmi-*
na non nisi fictionem, & *artificium*.

Et revera cum reformatio una cum masculina, & agnati-
tia qualitate requirat proximitatem intra limites sexti gra-
dus inclusive, quæ ratio haberi potest vinculi D. Cassandræ,
nisi viro ejusdem cognominis traditæ? Quemadmodum e-
nim si illa viveret, constituere nequiret gradum a Statuto
volitum, eo quod careret qualitate masculina; ita etiam
DD adversarii ejus filii ab eadem dimetiare nequibunt
gradum; nam cum omnis successio devolvi debeat de gradu
in gradum, ita ut non aliter fiat transitus ad gradum sequen-
57 tem, quam deficiente priori, ad text. *in l.* 1. §. *Quibus*, &
§. *Sed videamus*, *ff. de success. edict.* inde sequitur, quod si
D. Cassandra mater, a qua gradus incipere debebant, in-
habilis erat, & gradum nullum constituere poterat, impe-
diatur proinde transitus successionis ad filios ab eodem ter-
mino derivantes, tanquam præexistente obstaculo, & de-
ficiente principio, a quo gradus, & proximitas promanet,
ut argumento *leg.* 2. §. *Si sit consanguinea*, *ff. ad Tertull.* &
l. jurisconsultus 10. §. *gradus* 1. *ff. de grad. & affin.* arguunt,
Bart. *in leg. liberorum* 220. *numer.* 4. *vers. quare pone*, *ff. de*
verber. signif. Castrens. *consil.* 421. *numer.* 10. *versic. atta-*
men, bene Bellon. *de jur. accrescend. dict. cap.* 9. *quæst.* 12.
numer. 100. & 101. egregie Castill. *lib.* 5. *quotid. contr. cap.*
177. *n.* 18. *vers.* & *eadem*, Rot. *dec.* 89. *n.* 8. & 9. *num* 10.
p. 6. *rec.* cum reliquis adductis in altera mea consultatione,
§. *Statutum siquidem*, ubi ex auctoritate Rotæ Romanæ in
Firmana Successionis 26. Februarii 1698. §. *Alta verba*,
cor. R. P. D. Muto, ostendi, quod eadem incapacitas gra-
duum, sive successionis, qua repellitur pater, influat e-
tiam in filios.

58 Si itaque juxta toties repetita d. reformationis verba, *exi-*
stentibus agnatis masculis usque ad sextum gradum inclusive,
ab intestato hæreditate fratris soror excluditur, DD. adver-
sarii filii Cassandræ nuptæ bon. mem. Baroni Leoni eorum
Patri ab eadem mutuare nequibunt proximitatem, quia Sta-
tutum vocando agnatos masculos usq; ad sextum gradum,
respexisse dicitur ad agnationis conjunctionem ex patre pa-
59 tris, in quo agnationis subjectum subsistit, & non ad con-
junctionem ex parte matris, quæ utpote cognata nihil ope-
rari potest pro dimetiando gradu agnatitio, ut optime no-
tat Bellon. *conf.* 2. *n.* 81. *vers. nec obstat*; ideoque quamvis
nupserit viro de familia, non idcirco tribuere valeat filiis
proximitatem, & qualitatem agnatitiam, quibus ipsa ad
60 effectum statutariæ successionis destituta reperiebatur, ut
ex regula, qua statuitur, plus juris in alium transferre non

posse, quam in semetipso quis habeat, in nostris terminis
bene argumentatur Laderch. *conf.* 54. *col.* 4. *vers. confirma-*
tur id secunda.

Quocirca cum ex Statuto nostro, juncta ejus reforma-
tione, cognatio, seu maternum vinculum per se spectatum
reputetur impertinens ad successionem, efficax non redde- 61
retur ob commixtionem cum vinculo paterno, quasi ex
utroque unum, & individuum vinculum efficax efforma-
tum esse dicatur: quia quod suapte natura vim, aut effica-
ciam nullam habet ad agendum, nec etiam cum alio con-
junctum illam acquirere potest, ut in proposito ratiocinan-
tur Bald. *in l.* 1. *C. de legit. hered. idem in cap.* 1. §. *Illis vero*
in princ. de suc. fratr. Alciat. *conf.* 38. *lib.* 2. *tit.* 1. Alexand.
conf. 29. & 142. *l.* 3. Bero *conf.* 96. *n.* 8. & *seq.* & *per tot. lib.*
2. Mandell. *conf.* 81. *n.* 9. Augger. *conf.* 37. *n.* 31. *lib.* 2. Me-
noch. *conf* 187 *n.* 14. Surd. *dec.* 239. *n.* 7. & 8. Magon. *dec.*
Florent. 82. & *dec.* 105. *utrobique n.* 20. Card. de Luca *de fi-*
deic. disc. 6. *n.* 20. & *de feud. disc.* 13. *n.* 27. Rota *decis* 84.
n. 14. *ad fin. p.* 5. & *dec.* 53. *n.* 7. *p.* 7. *rec.* sed ut duplex vin-
culum, seu duplex qualitas simul juncta operetur, ut una-
quæque per se, & seorsim sumpta sit efficax, & sufficiens
ad succedendum; alioquin ex duplici extremo penitus inha-
bili, medium habile efformari non potest, ut prosequitur
Bellon. *d. conf.* 2. *sub n.* 81. Quapropter cum in hypothesi 62
Florentini Statuti vocantis agnatos masculos intra sextum
gradum, si spectetur linea materna, DD. fratres adversarii
venire nequeant tanquam masculi agnati, quia sunt mascu-
li nati ex fœmina, ideoque exclusi, minimeque constituen-
tes sextum agnationis gradum a Statuto requisitum, vin-
culum idcirco ex latere matris impertinens, & inhabile re- 63
manet, ut optime notant Soccin. sen. *conf.* 151. *n.* 9. *vol.* 2.
Bellon. *conf.* 2. *num.* 72. & *seq.* Albergin. penes Fusar. *conf.*
18. *n.* 51. *vers.* 4. Rugger. *conf.* 37. *n.* 14. *tom.* 2. Theodor.
alleg. 86. *n.* 6. Rocc. *select. jur. cap.* 2. *n.* 13. Carol. Anton.
de Luca *de lin. legat. lib.* 2. *art.* 76. *n.* 7. Rot. *dec.* 84. *n.* 16.
& 17. *p.* 5. *in rec.*

Si vero intueamur lineam paternam, ex qua vere dedu-
citur agnatio, cum in dubium venire nequeat, dum ipsi
proveniant ex alio impertinenti vinculo, eo quod agnatitia
qualitas a Statuto, seu reformatione desiderata intra limi-
tes sexti gradus, considerari nequeat in patre agnato per de-
cem, & octo gradus a defuncto disjuncto, atque existente
extra gradus a Statuto contemplatos, agnatitiam qualita-
tem a Statuto consideratam, qua ipse carebat, transmittere
proculdubio non potuit in filios, ad effectum obtinendā
prælationem in statutaria successione tributam agnatis sexti
gradus, ut optime firmant Bellon. *conf.* 2. *n.* 81. §. *Ex his*
autem, Rugger. *conf.* 37. *num.* 25. & 26. egregie Curt. jun.
conf. 117. *vers circa secundum*, qui in nostris præcisis ter-
minis per hæc verba concludit, ibi, *Novam consideratio-*
nem non possum non mirari, *quod de Camilla filio Comitis*
Octaviani, &c. & *non immerito de ea non est facta mentio*,
quia aut volumus eum considerare ex persona patris, & *tunc*
si pater excluditur tanquam remotior respectu Philippi, mul-
to fortius deberet ipse removeri, si viveret; aut volumus eum
considerare ex persona matris, *quo casu dicitur cognatus*, &
tunc exclusa matre sunt exclusi etiam ejus descendentes;
quemadmodum dicimus, *quod sicuti in feuda non succedunt*
fœminæ, *ita etiam non succedunt masculi ab eis descenden-*
tes, &c. & inferius ita subdit, *Ex præmissis confunditur alia*
consideratio facta per Dominum Advocatum, *quod Camil-*
lus pro patre dicatur agnatus, & *pro parte cognatus*, & *sic*
quod iste est casus omissus a Statuto Mediolani excludente
cognatos, *stantibus agnatis usque ad septimum gradum*; *pos-*
sum enim fateri sine veri præjudicio, *quod respectu patris di-*
citur agnatus; *sed quid facit hoc ad propositum? Si enim Co-*
mes Octavianus qui est agnatus excluditur, *quare non debet*
excludi Camillus dato quod sit agnatus, *qui est remotior pa-*
tre? Si autem volumus considerare personam matris, *succe-*
dunt ea, *quæ statim diximus*, *quod infecta radice censeatur*
infectum omne id, *quod ex ea descendit*. Hæc præfatus Au-
ctor, Card. de Luca *de feud. disc.* 13. *sub n.* 27. præclare Ro-
ta *d. dec.* 89. *n.* 11. *p.* 6. *rec.*

Hæc igitur cum ita se habeant, & argumentis non mi-
nus a verissimis juris regulis, quam a naturalis rationis di-
ctamine desumptis ostenderimus, tam maternum, quam
paternum vinculum per se spectatum impertinens, & inef-
ficax, per accidentalem eorundem conjunctionem in uno,
eodemque subjecto efficax reddi non posse, superfluum vide-
ri posset persequi momenta omnia rationum ab eximiæ do-
ctrinæ, eruditionisque viro summo ingenii sui acumine,
atque viribus in contrarium adducta. Verumtamen non ut

causæ,

causæ, quæ plana est, sed ut parti adversæ plenius satisfa-
64 ciamus, respondemus non subsistere, quod Statutum non præcipiat, unde gradus isti desumendi sint, ideoque sufficis DD. adversariis ex materno latere proximitatis gradum metiri, ut ad terminos Statuti, de quo agitur, constituti dicendi sint intra gradus ab illo præscriptos, quamvis ex parte patris non videantur tales; nam id adversatur firmis-
65 simis juris nostri præceptis, quibus statuitur gradus proximitatem in successoribus juribus ex eo latere esse desumendam, ex quo capitur, & defertur successio, ut præclara tradiderunt Soccin. *cons.* 249. *col.* 13. *vers.* 13. *probatur*, Corn. *cons.* 230. *column.* 9. *in fin. volum.* 3. Ruin. *cons.* 167. *num.* 8. *lib.* 2. Paris. *cons.* 59. *num.* 20. *col.* 3. Mierez *de major. quæst.* 7. *n.* 19. *part.* 1. Perege. *de fideic. art.* 21. *n.* 9. & 10. ubi asserit non attendi prærogativam, & proximitatem graduum, quæ non producit successionis effectum, Gamm. *dec. Lusitan* 258. *n.* 4. quibus consonant Bellon. jun. *cons.* 2. Mart. *de success. legal. p.* 3. *q.* 4. *art.* 2. *n.* 3. & *art.* 3. *num.* 5. Hartm. Pistor. *lib.* 1. *q.* 33. *n.* 22. & *seqq.* Card. de Luca *de fideic. disc.* 6. *n.* 12. & *de success. ab intest. disc.* 50. *n.* 13. & *disc.* 51. *n.* 5. *in supplem.* Bonden. *collect.* 136. *n.* 37. *tom.* 2. Rot. *dec.* 84. *n.* 16. & *seq. p.* 5. & *dec* 89 *n.* 6. *p.* 6. & *dec.* 53. *n* 4. & *seq. p.* 6 *rec.* Qui omnes unanimi sententia firmant, in successionibus ex voluntate testantium, aut statutario ju-
66 re agnatis deferendis, agnatitii tantum vinculi rationem habendam esse, posthabito penitus gradu cognatitio, itaque positus extra gradus successibiles admitti nequeat tanquam agnatus, quamvis agnationi insita sit cognatio, quia inspectis proximior, & intra gradus successibiles ex juris communis præscripto constituatur.

Ideoque quamvis considerata persona D. Cassandræ ma-
67 tris, quæ fuerat ejusdem Baronis Bracii defuncti soror, DD. Barones Bettinus, & Octavianus sint eidem tertio proximitatis gradu conjuncti; non idcirco sequitur, quod pro effectu successionis delatæ ex jure statutario ipsi uti valeant proximitate, & prærogativa graduum ex materno latere deducta; quia cum ex voluntate statuentium mater effecta esset incapax successionis, illiusque medium ad illam consequendam omnino impertinens diceretur, DD. fratres adversarii illius filii proximitatem nullam metiri possunt ex latere materno; sed eo inspecto considerantur tanquam extranei, prout et-
68 iam tales reputantur, considerata persona patris remotissimi, & positi extra quemcunque gradum successibilem; ideoque ex hac etiam parte ducere non poterunt vinculum illud, quod unice ad mentem Statuti spectandum esse notavit Soccin. jun. *cons.* 94. *n.* 14. *lib.* 1. inquiens, quod licet fratres uterini sint in eodem gradu cum utrinque conjunctis respectu matris, attamen respectu successionis inter eos, ejusdem gradus non censentur, nec proximitatem a
69 matre possunt mutuare, Ruin. *consil.* 151. *numer.* 14. & 15. *lib.* 2. subdens, quod si masculus in fideicommisso fœminæ præferatur, respectu successionis proximiorem esse,
70 licet secus respectu sanguinis, Spad. *cons.* 271. *n.* 2. Peregr. *de fideicomm. d. art.* 21. *num.* 10. & 11. Bellon. *d. cons.* 2. *n.* 73. Rugger. *d. cons* 37. *num.* 32. *lib.* 2. bene Roxas *de incompatib. part.* 1. *cap.* 6. §. 17 *num* 273. & 281. & per consequens fortius bon. mem. Cassandræ conjunctio cum Leone, ob nuptias cum eo contractas, filiis non prodest, nec efficit, quod iidem comprehendantur intra gradus a Sta-
71 tuto præscriptos; sed inspecto latere patris, utpote remotissimi, & nullo consanguinitatis vinculo defuncto conjuncti, juvari nequeunt proximitate mensa ex persona matris ut ad mentem Statuti excludant materteram, ut prosequitur Bellon. *d. cons.* 2. *n.* 75. *vers. unde*, Card. de Luca *de feud. disc.* 13. *sub n.* 27.

Statutorum vero, seu reformationem verba facientem de gradibus, intellexisse de gradu agnatitio metiendo ex persona patris, excluso penitus cognatitio, evidens, & apertum fit ex eo, quod repulit sororem a fraterna successione, *existentibus masculis agnatitiis usque ad sextum gradum inclusive*: claris itaque, & disertis verbis reformatio præscripsit, agnatos succedere volentes, metiri debere proximitatem, & gradum ex agnatione; si enim huic consulendo, sublatis e medio fœminis, vocavit agnatos usque
72 ad sextum gradum, profecto hunc graduum numerum constari valuit ex gradibus ejusdem naturæ, & qualitatis, ex agnatis scilicet masculis deinceps in alium descendentibus, non vero ex masculis cognatis proficiscentibus ex latere materno, quorum interpositione corrumpitur masculina series, & agnatitius ordo istiusmodi graduum; fœmina namque quæ agnationis finis est, & principium cognationis, constituere nequit gradum masculinum, quo agnatorum series continuetur usque ad sextum gradum, pro agnationis termino a reformatione constitutum: cum itaque juxta firmissimas regulas hactenus constabilitas, Statuta omnia excludentia cognatos propter agnatos maternum vinculum pro impertinenti, & inefficaci reputent, cumque qualitas agnatitia matris juvare nequeat filios, eadem, imo potiori ratione, quam mater, exclusos, colore nullo dici poterit, proximitatem desumptam ex persona matris, eisdem suffragari posse ad constituendum gradum agnatitium volitum a Statuto, quando mater agnatitiam qualitatem nullo pacto illis communicare valet, ut in puncto notat Bellon. *d. cons.* 2. *n.* 81. ibi, *Nec obstat, si dicatur non* 73
esse spectandam lineam, aut paternam, aut maternam, separatam, sed utramque simul, & sic Dom. Franciscum dici proximiorem agnatum, quia deducit agnationem a patre, proximitatem vero a matre; quia respondeo, matrem nihil operari circa gradum agnationis, nam si non operatur circa agnationem ipsam, ut est juris notissimi, nec per consequens operabitur circa gradus agnationis, nec dicatur operari tantum circa gradus, quia hoc est impossibile; nam gradus, tanquam accidens, sive qualitas, sine subjecto, idest, sine agnatione, consistere nequit; ita Bellon. cui consonant omnes superiori loco recensiti.

Nec ex eo quod Imperator Justinianus *in l. duodecim Tabularum* 14. & *leg. minimus* 15. *Cod. de legit. hæred.* impertitos fuerit fœminis, earumque filiis agnationis jura, inferri valeat, quod eadem a D. Cassandra matre transmitti potuerint in DD. adversarios ejus filios, ex juris communis 74
dispositione veris agnatis æquiparatos. Etenim, ut jam demonstratum fuit in §. 23. quamvis ex censura Imperatoriæ constitutionis, sorores, earumque filii inter agnatos adscribantur, non idcirco agnatis etiam adnumerantur in municipalibus legibus, illos præferentibus cognatis exclusis a successione, ob eam nimirum rationem, quia jura loquentia de sororum filiis, qui vere sunt cognati, justum locum obtinent in intestatis duntaxat successionibus jure communi deferendis, a quibus ante Justiniani tempora antiquo jure exclusi reperiebantur: *ut* cum agitur de intestata successione jure municipali deferenda solis agnatis, exclusis cognatis, agnatorum nomine venire nequeunt ii, qui improprie, & per legis fictionem dicuntur agnati, sed leges municipales intelligendæ sunt de iis, qui juxta propriam, & rigorosam significationem agnati dicuntur, ut optime firmant Corn. *ad leg. meminimus vers. & ideo si Statutum column. penult.* ubique Bald. §. 1 *n.* 2. 3. *cum addit.* & *cons.* 78. *n.* 6. *lib.* 1. ubi quod ista est mera subtilitas juris civilis, in qua non videtur immorandum, ubi sunt Statuta contraria juri communi, Redenasch. *cons.* 27. *per tot. signanter n.* 27. & *seqq.* Carpan. *ad Statut. Mediolanen. cap.* 301. *n.* 3. & *cap.* 302. *n.* 26. *ceterisque congestis in d.* §. 23.

Nec obstat, quod ideo doctores per nos allegati, quoad successiones statutarias denegent sororum filiis qualitatem vere agnatitiam, quia pro certo supponunt, illas nuptas 75
esse viris alienæ familiæ, ideoque earundem filii non possint non dici agnati, utpote ex aliena familia procreati; & propterea, ut dicitur in dicta consultatione, *nu.* 216. & *plurib. seq.* ratio ista cum cesset in filiis fœminæ nuptæ in familia, & agnatione, eadem etiam in propria familia, & agnatione permanere dicatur, proindeque ejus filii vere, & propria agnati reputentur, & quoad jus succedendi loco agnatorum sint admittendi, ut ad terminos Statutorum Veronæ, & Mediolani, consuluisse refert Guidobon. *advoc. civil.* 100. *a n.* 4. *ad* 13. & *seq.*

Istiusmodi namque objectum submovetur respondendo, quod nullus doctor affertur, qui in terminis Statuti excludentis cognatos propter agnatos masculos, admittat ad suc-
cessionem filium fœminæ in matrimonium datæ viro agna- 76
to non vocato a Statuto; is enim filius successibilem gradum desumere nequit a patre, qui, utpote positus extra gradus a Statuto præscriptos pro extraneo habetur, minus illum metiri poterit a matre, cum filius a matre etsi nupta in familia cognatitiam duntaxat accipiat qualitatem, agnatio vero nonnisi a patre transmittatur in filium, & quidem qualis in illo reperitur, absque eo quod ex matrimonio contracto cum agnata immutetur, ut ex literali Text. *in leg. familiæ appellatione* 196. §. *fœminarum, ff. de verbor. significat.* & §. *final. institut. de patr. potest.* pluribus relatis tradunt Jason. *consil.* 114. *sub num.* 4. *versic. Tertio principaliter lib.* 4. Soccin. jun. *consil.* 14. *lib.* 4. *per tot.* Decian. *consil.* 392. *sub num.* 6. Gratian. *disceptat.* 428. *num.* 7. 8. & 9. Mant. *consult.* 14. *sub num.* 2. *tom.* 1. bene Trentacinq. *dict. consil. numer.* 12. Pegas. *de success. & ordin. majorat. dict. cap.* 14. *num.*

Digitized by Google

n. 123. 124. & 146. & ſeqq. ubi firmat, nullam conſtitui
poſſe differentiam inter fœminas de agnatione, & co-
gnatione in familia nubentes, cum utroque caſu earum
liberi omnem agnationem recipiant ex patre, & cogna-
tionem ex matre, cum quibus concordant omnes alii
adducti in §. 35.

Quapropter cum agnatio vere, & proprie illa ſit, quæ
provenit a natura, juncta legis diſpoſitione, & in qua illi
ſolum continentur, qui per virilis ſexus perſonas cogna-
77 tione nobis conjuncti ſunt, §. 1. *in princ. inſtit. de legit.
agnat. ſucceſſ. l. ſunt autem 7. ff. de legit. tutor.* Peregr. *de
fideicom. art. 26. n. 20. verſ. illud autem plane eſt*, Lara *de
vit. homin. c. 30. n. 94.* Rota. *de incompatib. p. 1. c. 6. §. 21.
n. 306.* Torr. *de primog. Ital. p. 1. c. 38. n. 20.* & in dubium
non veniat, quam Domini fratres adverſarii, etſi filii
D. Caſſandræ nuptæ Baroni Leoni de familia Ricaſola,
agnati dici nequeant Baroni Braccio, de cujus hæredi-
tate agitur, eo quia inſpecto communi ſtipite ex per-
ſona patris nullo vinculo defuncto conjuncti ſunt, con-
ſequens eſt, quod in hypotheſi ſtatuti vocantis agnatos
certi gradus, ſola conjunctio paterna facit agnatos, &
maternæ cognationis ligamen impertinens, & alienum
78 reputetur, nec tribuere valeat fœminarum deſcendenti-
bus jura ſucceſſionis a ſtatuentibus reſtrictæ, ut dictum
eſt, ad agnatos certi gradus, & qualitatis, per ea, quæ
tradunt Riminald. *conſil. 187. ſub n. 19. verſ. 3. etiam col.
1.* Caball. *conſil. 10. n. 11. & 14. vol. 2.* Mandell. Alb. *conſ.
81. n. 10.* Magon. *dec. Flor. 82. n. 4.* Surd. *conſ. 239. n. 7.
& 8.* & cum aliis jam cumulatis.

Nec Guidobon. *d. advoc. civil. 100. a n. 4. ad 13.* contra-
rium cenſuit; non enim docuit, quod filii ſororis in fa-
79 milia nuptæ admittendi ſint in ſucceſſione ſtatutaria delata
agnatis ad cognatorum excluſionem: quia in hypotheſi, in
qua ille ſcripſit, in controverſiam veneras, an ad inteſta-
tam ſucceſſionem admittendi eſſent ſoli nepotes maſculi ex
fratre, vel etiam nepotes ex ſorore nupta agnatos, vel po-
tius iſtis obſtaret Statutum excludens fœminas propter ma-
ſculos; dictuſque auctor partes nepotum ex fœmina ſuſci-
piens, *n. 4.* æqualis ſucceſſionis jura eorum favore ſtabili-
vit, ibi, *Neque obſtant ſucceſſioni nepotum ex ſorore Statu-
ta excludentia fœminas propter maſculos, hi enim ſororis
filii cum ſaltem ex lata ſignificatione vocabuli agnati nuncu-
pentur, ſatis eſſe dicitur, ne excludantur*, Dec. *conſil. 12.
&c. Iterum reſpondetur, quod cum Statutum de filiis ſoro-
rum non loquatur, ad eos trahi non poteſt, præſertim cum ju-
ris communis ſit correctorium*, late Dec. *conſ. 333. & in ter-
minis noſtræ quæſtionis reſpondit clarius* Corn. *conſ. 94. col.
2. verſ. item Statutum lib. 2. n. 5. Statutum Genuenſium di-
ſponens, quod filiæ fratrum excludant ſorores, et fœminas de-
ſcendentes ex fratre, non vindicare in ſororum filiis, extat-
que communis doctorum ſententia, quod Statutum non porri-
gantur ad excluſionem perſonarum, quæ particulariter exclu-
ſa non ſunt a Statuto, etiam concurrente eadem excluſionis
ratione, ut præ cæteris affirmant* Gabr. *conſ. 14. n. 32. lib. 1.*
Honded. *conſ. 12. n. 12. et 13. lib. 1. qui rem judicatam refert,
occurrendoque difficultati extenſionis Statuti, ex majori-
tate rationis dicitur, quod cum ſtatutum excludens fœminas
propter maſculos, juris communis ſit correctorium, ut præ-
ter adductos, etc. illius omnia verba proprie intelligenda
ſunt, ex eis enim omnis extenſio, etiam ex majoritate ra-
tionis, rejicitur*, Dec. *conſ. 451. n. 9.* Quibus argumentis
cum ſimultaneam ſucceſſionem nepotum ex ſorore cum
maſculis ex fratre conſtabilivißet, *n. 11. 12. et 13.* ſubdit,
*Reſpondetur quoque, quod etiam in filiis maſculis filiarum ra-
tio agnationis verſatur, et ad eos jura agnationis æque com-
petunt, ac ſi procreati ex agnato maſculo ſint, maxime ubi
ex merito ejuſdem cognominis nupta mulier eſt.*

Hæc Guidobonus; libuitque illius verba referre, ut ſa-
pientiſſimi Judices perſpicere poſſint rationem præcipuam,
ob quam ille nepotes ex ſorore æquali ratione cum ma-
ſculis ex fratre eſſe ſucceſſuros cenſuit, non ſtetiſſe in
eo, quod orirentur ex fœmina nupta in familia, & ideo
tanquam veri agnati capaces eſſent ſucceſſionis jure ſtatu-
tario deferendæ; ſed eam fuiſſe, quod cum Statutum ver-
ba non fecerit de ſororum filiis, ad eos extendi non poterat
ſtatutaria diſpoſitio juris communis correctoria, etiam ex
majoritate rationis, ut evincitur ex ſuperius recenſitis ver-
bis. Inſuper ſi in Guidoboni hypotheſi filii maſculi ſororis
maritatæ agnato, tanquam veri agnati, ex lege municipa-
li maſculos invitante ad fœminarum excluſionem ſucceſſiſ-
ſent, de fratris hæreditate minime diſceptatum fuiſſet;
nam illi proximitatem a matre agnata meriti fuiſſent, &
agnatitiam qualitatem ex latere paterno deſumpſiſſent;
ideoque vigore duplicis, & validioris vinculi a ſucceſſio-
ne repuliſſent maſculos ex fratre, unico tantum vinculo de-
functo devincto. Et tamen, ut Guidobonus aſſerit, ma-
ſculi ex fratre innixi Statuti diſpoſitioni, excluſis filiis ſo-
rorum, ſucceſſionem ad ſe transferre contendebant, nec
ipſe iſtorum jura tutans auſus fuit firmare eis, utpote veræ
agnatis, & a Statuto vocatis, debitam fuiſſe ſucceſſionem;
ſed putavit Statuto locum non eſſe, ac quo non porrigere-
tur ad ſororis filios; & quamvis *n. 12. & 13.* dicat filiis ma-
ſculis filiarum jura agnationis competere, tanquam pro-
creatis ex agnato maſculo, maxime quando viro ejuſdem
cognomini mulier nupta reperitur; non tamen affirmat eos
cenſeri pro vere agnatis, ſed illis competere jura agnatio-
nis, quod neque nos negamus, id intelligendo pro effectu
ſucceſſionis deferendæ ex Juſtiniani Imperatoris ſanctione
in memoratis legibus, *meminimus. & duodecim Tabula-
rum*, cognatos agnatis exæquantis, prout in caſu ſucceſ-
ſionis, de qua agebat Guidobon. licet idem hoc argumento
utatur pro confirmatione, non autem pro ſui aſſumpti
principali fundamento, ut perſpicue elicitur ex præcitatis
verbis, & melius ex toto reſponſo.

Nil denique turbat poſtremum objectum ex *n. 228. ad
238.* dictæ conſultationis, deſumptum ex communi illa
doctorum traditione, qua habetur; quod data matris,
aut patris excluſione, ſeu alia incapacitate ſuccedendi, 80
iſtorum excluſio, aut incapacitas nullatenus obſit filiis
ex propria perſona, propriòque jure ad ſucceſſionem ve-
nientibus, independenter a perſona matris, aut patris ex-
cluſi; hinc inferendo, quod DD. Baronis Bettinus, &
Octavianus filii maſculi fœminæ nuptæ agnato, tan-
quam præditi qualitatibus a Statuto requiſitis, ex pro-
pria perſona ſuccedere valeant, jus nullum mutando a
perſona parentum, quorum proinde incapacitas, ſeu
excluſio ipſis non officiat.

Iſte nanque argumentandi modus deſtruit molem om-
nium contrariorum diſcurſuum, & directè opponitur cæte-
ris omnibus rationibus, quibus DD. adverſarii vocationem
ſuam, ſuamque ſucceſſibilitatem conſtabilire conati ſunt,
proximitatem a matre, & agnatitiam qualitatem a perſo-
na patris mutuando. Certi nanque juris eſt, quod ſi eo-
rum perſona ſpectetur independenter ab illa parentum, idem
conſiderari nequeunt, niſi uti maſculi a remotiſſimo ſtipi-
te familiæ de Ricaſolis progeniti, longo decem, & octo
graduum intervallo a Barone Braccio ultimo defuncto diſ-
juncti; ideoque inſpecta eorum perſona, nulla nec a lege,
nec a Statuto ſucceſſibilitatem metiri poſſunt; non qui-
dem a Statuto, quia invitat agnatos maſculos exiſtentes in-
tra ſextum gradum; non etiam a lege, quia jura noſtra ſuc-
ceſſiones ab inteſtato in infinitum protrahere noluerunt,
ſed præſcripſerunt decimum gradum, ultra quam non eſſe
extendendam ſanxerunt, ut oſtendimus ſuperioribus locis;
jus ergo ſucceſſionis deſumere debent a matre cujus medio
ultimo defuncto conjunguntur, & cum hoc caſu pro- 81
priam vocationem independenter a matre habere nequeant,
ſi hæc deficiat, fit locus omnibus juris noſtri regulis
præcipientibus, quod infectis primitivis; infecta remane-
ant derivativa; ideoque excluſis fœminis, ex quo Statu-
tum vocat agnatos, ſeu maſculos ex maſculis, repellendus
erit maſculus ex fœmina, quamvis nupta in familia, cum
non ſit maſculus ex maſculo, nec agnatus ille, qui a Statu-
to vocatur; proindeque DD. Fratres Adverſarii nec etiam
ex propria perſona admitti poſſunt ad inteſtatam Baronis
Braccii ſucceſſionem, utpote proficiſcentes a parentibus
inſucceſſibilibus, a quibus ſicut ſumunt originem naſcen-
di, ita docent formam ſuccedendi; unde ſicuti in noſtra
hypotheſi tam D. Caſſandra mater, quam Baro Leo eorum
pater repellebantur a ſtatutaria ſucceſſione Baronis Brac-
cii; ita etiam eorum filii, uti provenientes a medio, &
radice infecta, & inſucceſſibili, nulla ex propria perſona
ſucceſſionis inteſtatæ jura ſibi arrogare poterunt, ut per
text. in *l. ult. C. de natural. lib.* declarat Bald. *in d. l. maxi-
mum vitium num. 10. verſ. et hoc quoad nepotem*, Alexand.
conſ. 75. numer. 14. verſ. vel aliter lib. 1. Natt. *conſil. 581.
numer. 26. verſ. præterea*, Surd. *d. conſ. 85. num. 10.* The-
ſaur. jun. *lib. 2. q. forenſ. q. 90. num. 7.* cum aliis adductis
per Bellon *vidend. de jure accreſc. cap. 9. q. 22. num. 90. et
pluribus ſeq.*

Concluſio vere firmans, excluſionem, ſeu incapacita-
tem parentum non officere filiis, quin ex propr o jure ſuc-
cedere poſsint, locum ſibi vindicat in ea excluſione, ſeu in-
capacitate, quæ provenit ex odio, aut delicto parentis,

quæ

quæ tanquam personalis non egreditur personam exclusam,
82 & non obest aliis ex propria persona venientibus, licet ab excluso progenitis, ut in text. *in leg. 2. §. fin. ff. ad Tertull.* ibique Bartol. *in §. Videndum n. 2. vers. respondeo ad hanc legem*, tradunt Natt. *conf. 581. num. 31. vers. restat. modo*, Cæphal. *conf. 203. n. 15.* Fontanell. *dec. 368. n. 15. & seqq.* Palma Nepos *alleg. 128. n. 4.* Torr. *de primog. Ital. p. 2. q. 56. n. 7. & 8.* & aliter res se habet quoad eam incapacitatem, & exclusionem, quæ oritur ex radice; hæc enim cum sit realis, influit in totam lineam, afficitque etiam personam filiorum, utpote ex inhabili principio originem trahentium, ut argumento *legis si is qui, 31. ff. de inoff. testam.*
83 optime notant adducti per Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. c. 7. n. 4.* Robles *de repræsent. lib. 2. cap. 1. n. 18.* Anton. Faber. *lib. 6. Cod. tit. de condit. incert. tit. 23. definit. 3.* Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 2. c. 28. n. 34. & 35.* de Luca *de linea legal. art. 9. n. 33.* clare mem. Card. de Luca *de fideicomm. disc. 6. n. 1.* Palma Nepos *allegat. 128. n. 1.* & Rota penes eundem *allegat. 129. n. 3.* Roxas *de incompat. p. 7. c. 6. n. 20.* Cum autem nemo non videat incapacitatem, & exclusionem Cassandræ matris, & Baronis Leonis patris esse realem, & linealem, eo quia agitur de dispositione statutaria excludente fœminas, & vocante agnatos masculos intra limites sexti gradus existentes; nil mirum, si DD.
84 fratres Adversarii, ortum ducentes a dd. parentibus in suo principio, & radice incapacibus successionis, considerari nequeunt uti proximiores, & agnati, jure proprio, & ex propria persona vocati ad statutariam successionem; nam si se dicunt proximiores, inspecta persona Cassandræ, & uti ejus filii descendunt ex linea insuccessibili, nempe ex linea fœminina nullum constituente gradum successibilem, incapacitas matris influit, & afficit etiam filios, & omnes, qui ex ejusdem linea proveniunt, *cap. 1. §. Hoc autem notandum de his qui feud. dar. poss.* & ita in specie respondent Bartol. *in dict. leg. liberorum 220. n. 16. ff. de verb. signif.* Natt. *d. conf. 581. n. 31. versic. restat. modo, & n. 35.* Menoch. *conf. 534. n. 20. vers. nam respondetur*, Matt. *de success. legal. p. 3. q. 10. art. 2. ex n. 3.* Bellon. *de jur. accrescen. dicto cap. 9. q. 12. n. 107. §. Secundo respondeo*, R. P. D. meus Ansald. *in addit. ad dec. 1. n. 39.* Si vero agnatitiam qualitatem allegant ex persona patris, & tunc ratio, ob quam Baro Leo eorum pater statutaria successione orbabatur, potentius urgeat contra filios utpote remotiores, incapacitas repellens patrem arcet etiam filios, non quidem ex parentis, sed ex propria persona exclusos; cum enim statutaria lex ad successionem invitet eos tantum agnatos, qui intra sextum
85 gradum consanguinitatis vinculo defunctum attingunt, si Leo pater destitutus agnationis gradu a Statuto volito a controversa successione excludebatur, quia justa ratione dici poterit, ex propria persona admittendos esse DD. Adversarios patre remotiores; Ideoque ipsi repellendi sunt non ob illam patris, sed ob propriam incapacitatem, ut respondit Castrens. *consil. 421. n. 5. versic. ad 5. col. 1.* Curt. junior *dict. consil. 17. versic. circa secundum versus finem*, Bellon. *consil. 2. n. 81. §. Ex his autem*, Rugger. *consil. 37. n. 25. & 26.*

Nec adversantur decisiones Rotæ Romanæ editæ in causis inscripta Romana, seu Firmana Successionis, coram
86 RR. PP. DD. Molines Priolo, Muto, & Ansaldo, quarum postremæ collectæ leguntur inter *dec.* Palm. 291. & 292. in quibus, non attenta statutaria exclusione, firmatum fuit, fœminarum filiis competere successionem ex propria persona, propioque jure, repræsentando gradum matris, etiamsi ageretur de successione transversalium, seu collateralium; ex quibus inferunt *n. 135. & 136.* contrariæ consultationis fratres de Ricasolis ex legis beneficio matris gradum subingredi, sicque proximitatem non a persona matris, sed a lege recipere, & per consequens ex propria persona independenter a matre eisdem competere statutariam successionem. Obvium siquidem responsionem nobis præbent eædem decisiones, quia D. Maria Magdalena non impugnat, DD. Adversarios jure repræsentationis posse assumere maternum gradum pro effectu æqualis eum ipsa successionis debitæ ex juris communis dispositione; sed sustinet, repræsentationem istam, qua ipsi fictione juris assumunt matris gradum, eisdem non prodesse pro assumenda etiam qualitate exclusiva materteræ, qua carebat earum mater exclusa pariter a Statuto, & non constituens gradum successibilem ab eo volitum, ideoque si quoad effectum successionis statutariæ mater ob fœmineam qualitatem nullum gradum successibilem efformare poterat, repræsentatio materni gradus, utpote impertinentis, filiis suffragari nullo pacto poterit respectu successionis statutariæ, licet eos juvet pro consequenda virili successione ex juris communis censura delata, ut præcise huic objecto respondent omnes dd. decisione, & præcipue coram Priolo *in dec. edita 10.* Junii 1697. §. *Nec minus*, & coram R. P. D. Muto *in dec. 9.* Decemb. ejusdem anni, §. *Quæ conclusio*, ubi relatis verbis *Novellæ 137. Justiniani in Auth. collatione tit. 10.* loquentis de fratribus ex uno tantum latere conjunctis, ibi: *Hujusmodi filios ab hereditate excludimus, sicut ipse pater, si viveret, ab hereditate excluderetur*, concludit, *Quia ibidem habita non fuit ratio ad repræsentationem personæ patris, sed ad unitatem lateris, ita ut frater ex uno tantum latere conjunctos non haberet gradum successibilem in concursu fratrum utrinque conjunctorum; unde eadem incapacitas, quæ est in patre ex uno latere conjuncto, statuitur etiam in filiis ejusdem*; & clarius in confirmatoria 26. Februarii 1698. *dec.* 291. inter collectas a Palm. *dec. Lucen. n. 7.* eadem Novellæ verba explicans firmat, *Repræsentationem personæ, non autem gradus a contrario sensu important: repræsentatio in hoc casu non cessat, ex quo persona patris est exclusa ratione alicujus personalis incapacitatis, quo casu argui posset, quod habitus fuisset respectus ad repræsentationem personæ, sed repræsentatio excluditur, ex quo frater ex uno latere tantum conjunctus non habet gradum successibilem in concursu fratrum utrinque conjunctorum, ut immediate cavetur in dicto §. Si igitur; unde eadem incapacitas graduum sive successiones, quæ est respectu patris ex uno latere conjuncti, statuitur etiam respectu filiorum ejusdem.* Quo circa cum Cassandræ mater, tanquam fœmina, ex statutaria legis dispositione effecta fuisset insuccessibilis, & incapax constituendi gradum, utique DD. Barones per repræsentationem frui nequeunt gradu, quem mater non habebat, ut egregie probant Gabriel. *consil. 15. n. 12. & 14. lib. 2.* & bene explicat Spad. *conf. 173. n. 135. lib. 3.* Bellon. *de jur. accresc. cap. 9. q. 12. n. 76.* Torr. *de primog. Ital. p. 2. q. 45. num. 42. & 43.* & optime notat etiam Rota *dec. 463. num. 9. p. 2. rec.*

Satis his omnibus demonstratum videri posset, DD. Adversarios juvari non posse proximitate desumpta a matre, nullum, tamen nupta in familia, constituente gradum successibilem. At cur in re non dubia argumentis utimur non necessariis, quæstionem siquidem omnem dirimere videntur verba ipsiusmet reformationis Statuti Florentini, ex quibus evidens, & apertum redditur, providos statuentes vinculum maternum adeo impertinens reputasse, ut etiam eum pertinenti conjunctum noluerint posse communicare illarum descendentibus jura statutariæ successionis ab ipsa restrictæ ad agnatos certi gradus, & qualitatis, ut liquet 87
ex verbis illis: *Alias vero omnes mulieres transversales, & omnes, & quoscunque tali decedenti quomodocunque conjunctos per easdem mulieres, decretum, & Statutum fuit, succedere non posse defunctæ personæ.* Si autem Statuti reformatores non solum successionis aditum præcluserunt fœminis, verum etiam excluserunt omnes, & quoscunque, sive masculos, sive fœminas, per eas quomodocunque defuncto conjunctos; quo colore affirmari poterit, hac adeo ampla, & effrænata exclusione, concepta verbis universalibus, & generalibus, non comprehendi omnes quomodocunque per mulierem conjunctus, & ab hujusmodi dispositione immunes esse illos, qui defuncto conjunguntur per fœminam copulatam agnato? hac siquidem interpretatione vis inferretur proprietati verborum, & menti statuentium, qui sanciendo exclusionem ipsarum mulierum, & omnium aliorum quomodocunque per easdem mulieres decedenti conjunctorum, hac amplissimæ exclusionis lege comprehenderunt illos etiam, qui conjuncti essent per fœminam uni de familia in matrimonium collocatam, ita suadente generalitate, & ratione exclusionis, ut animad- 88
vertit Trentacinq. *conf. 9. n. 10. vers. Testator*; non minus enim quam cæteri fœminarum descendentes, ii, qui a fœmina nupta in familia progeniti sunt, comprehenduntur sub exclusione a statuentibus concepta illis universalissimis dictionibus, *quoscunque, & quomodocunque*, quarum natura est comprehendere omne genus personarum,
& complecti omnem modum, & casum, nullo excluso, 89
cum extensione etiam ad eas personas, & ad eos casus, qui alias ex propria verborum significatione non veniunt, ut tradunt Menoch. *conf. 224. n. 7.* Curt. jun. *conf. 48. n. 5.* Gratian. *discept. 528. num. 38.* Barbos. *tract. var. diction. usufreq. 317. per tot. & 329. pariter per tot. signanter n. 5.* ubi subdit, quod dictio, *quomodocunque*, in Statutis apposita

Digitized by Google

sita operatur, illa pati non posse restrictivam interpretatio-
nem, quam cæteroquin sine dictione prędicta admisissent,
90 Adden. ad dec. 103. Buratt. n. 25. Rota coram Coccin. dec.
1545. n. 7. & cor. bonæ mem. Emerix jun. dec. 1209. n. 3.
Ideoque ex hujusmodi loquendi forma, & amplissima
verborum figura perspicuum fit, statuentes optime con-
scios de sensu, vi, & virtute talium dictionum, eas
adjecisse, ut declararent, quod ad hoc ut ad successio-
nem jure statutario deferendam nemo descendens ex fœ-
mina admitteretur, satis superque esset, quod quocun-
que modo per medium fœminæ conjungeretur defun-
cto, non curato, an id contingeret per fœminam ex-
tra familiam, vel in familia collatam, ut in simili
91 ratiocinatur Rot. cor. Emerix d. dec. 1499. n. 4.
Nec urget replicatio, quod statuentes hisce adeo effræ-
natis verbis usi fuerint, ut magis prospiceretur agna-
tionis conservationi, & majori illius ampliationi, &
augmento consulerent, hinc inferendo, quod si in DD.
Adversariis filiis D. Cassandræ nuptæ agnato impleri
potest mens, & ratio Statuti, quod nempe in eis con-
servetur agnatio, dicta verba, *quoscunque*, & *quomodo-
cunque*, ipsos non afficiant, utpote interpretanda ex ra-
tione, & fine, ad quem statuentes respexerunt.
92 Vim hujus replicationis elidere possemus obvia illa re-
sponsione, qua nostri dicunt finem, & rationem legis in-
quirendam non esse, quando illius decisio clara, & aperta
93 est; quando casus, de quo est quæstio, expresse cadit sub
illius censura, satis esse dicere, ita scriptum, ita con-
stitutum reperitur, ad text. in leg. non aliter, ff. de legat. 3.
& l. Ancilla, C. de furt. Roland. cons. 55. n. 6. vol. 1. Gabr.
cons. 83. n. 3. vol. 2. Surd. cons. 313. n. 101. Bald. in tract.
de Stat. in verb. ratio sub n. 5. Tiraquell. de retract. lign. in
præfat. n. 76. Sanmiat. contr 91. n. 22. & seq. Mans. consult.
32. n. 33. & 34. clar. mem. Card. de Luca de legit. disc. 25,
n. 61. ubi quod legi claræ, & expressæ ratio prævalere non
debet, quæ solum attendenda venit, ubi lex est obscura, &
ambigua; ideoque cum evidens, & apertum sit Statuti Flo-
rentini decretum exclusivum omnium, & quoruncunque,
quomodocunque per fœminam decedenti conjunctorum,
in dubium revocandum amplius non venit, sub tali univer-
sali, & generali omnium exclusione contineri etiam con-
junctos per fœminas viro de eadem familia nuptui traditas,
curandumque non videtur de argumento ducto a cessante
ratione, quod sane tanti non valet, ut abrogare possit cla-
ram Statuti dispositionem, Mans. d. cons. 32. n. 34. sed il-
lam, prout scripta reperitur, servare oportet, ne quæ no-
bis a majoribus nostris præscripta fuerunt, subvertantur, ut
respondit Julianus in l. non omnium, ff. de legib. quem secu-
tus Nerat. in l. Tertio, ff. eod. verbis illis, *Et ideo rationes
eorum quæ constituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa
ex his, quæ certa sunt, subvertentur*, & recte ponderat et-
iam Redenasc. cons 40. n. 27.
Sed propius ad rem nostram accedendo, dicimus, nulli
dubium esse, quin Statutum Florentinum sit exorbitans,
devietque a jure communi; excludit enim sororem a succes-
94 sione fratris, ad quam illa expresse vocatur, juxta text. in
auth. defunctæ, C. ad Tertull. idcirco Statutum prædictum
juris communis correctorium, & contrarium naturæ, per
95 text. in l. maximum vitium, C de liber. præterit. ita debet in-
terpretari, ut quanto minus fieri potest, illi deroget, seu
96 ad illius mentem, & normam reducendo, c. cum dilectus,
§. Cæterorum de consuet. Grat. cons. 46. n. 8. lib. 1. Cravett.
cons. 197. n. 6. Silvan. cons. 18. sub n. 16. Ancharan. jun. q.
famil. q. 5. n. 12. lib. 3. Mascard de general. Statut. interpret.
concl. 4. n. 69. Citocch. discept. 36. n. 22. Bonden. collect.
legal. 34. n. 511. vol. 1. Palm. alleg. 50. n. 10. & 11. & dec.
Lucen. 265. n. 9. & 10. At vero si Statutum Florentinum a
successione fratris excludens sorores, existentibus agnatis
usque ad sextum gradũ inclusive, extenderetur etiam ad ex-
cludendam sororem favore filii masculi alterius sororis nu-
97 ptæ agnato, a Statuto tamen non vocato, hujusmodi ex-
tensione summopere læderetur jus commune; ideoque soro-
ris exclusio restringẽda est favore duntaxat agnatorum exi-
stentium in sexto gradu, rejectis aliis agnatis non vocatis,
atque pro extraneis reputatis a Statuto; satis enim illud ope-
rari dicitur, dum efficit, quod soror excludatur a masculis
agnatis constitutis in sexto agnationis gradu, absque eo
quod alia reddatur non cogitata juris communis correctio,
qua masculi procreati ex fœmina nupta in familia non con-
templata illam excludant, ut notat Roman. cons. 199. n. 6.
Roland. cons. 80. n. 21. lib. 4. Gerard. Mazzol. cons. 103. n.
15. Altograd. cons. 4. n. 19. & 26. lib. 1. Grat. discept. 384.
n. 21. optime Silvan. d. cons. 18. num. 16. sub §. Septimo, &
egregie Citocch. d. discept. 36. n. 32.
Idque validissime confirmatur, perspecto toto tam Sta-
tuto, quam illius reformationi tenore; statuentes enim le-
ges succedendi normam pluribus casibus præscripserint, præ-
termiserunt illum, quo fœmina nupsisset in familia, & fi-
lios masculos habuisset, nec unquam cogitarunt masculis
existentibus in gradu remotissimo, nec de jure communi
successibili prælationem tribuere ad exclusionem sororis de-
functi, cui proinde opitulatur firmissima illa regula præci-
piens, quod casus a Statuto omissus, sub juris communis
dispositione relictus censendus sit, & ad illius normam de-
cidendus, ad text. express. in l. commodissime, ff. de liber. & 98
posth. Cum itaque casus iste, de quo agitur, fuerit omissus,
merito igitur de eo dijudicandum erit, sicut a juris commu-
nis censura præscriptum fuit, ut optime in proposito consu-
luerunt ambo Soccini, sen. cons. 30. n. 19. lib. 1. jun. cons.
6. n. 3. lib. 1. Honded. cons. 8. n. 13. Silvan. d. cons. 18. sub
n. 16. Cioff. cons. 8. n. 9. qui in terminis Statuti Florentini
asserit, quod casus omissus relinquitur juris communis di-
spositioni, & individualiter etiam firmat Regens a Ponte
cons. 154. n. 19. & seqq. lib. 2. Rocc. select. jur. cap. 37. n. 15.
ob eam nimirum rationem, quia istiusmodi Statuta juris
communis correctoria tantum disponunt, quantum lo- 99
quuntur, ut post Bald. Cæphal. & alios firmavit Rota in
rec. dec. 43. n. 3. cum seqq. p. 7. dec. 291. n. 3. & seqq. p. 8. &
dec. 165. p. 19. rec. videtur, & optime etiam dec. 396. n. 2. p.
17. ubi quod in hujusmodi Statutis odiosis, & correctoriis
juris communis, excludentibus proximiores propter re-
motiores, casus omissus habeatur pro omisso, nec aliqua
admittatur interpretatio extensiva, seu inclusiva ex parita-
te, aut majoritate rationis, præcipue quando ex tali ex- 100
tensione oriretur grave præjudicium tertii, Ruin. cons. 196.
n. 20. lib. 1. Rota d. dec. 46 n. 7. p. 14. & in Viterbien. Ma-
nutentionis 14. Decembris 1699. §. *Concurrente insuper*
cor. R. P. D. Scotto.
Nec urget contemplatio agnationis, ad quam statuentes
excludendo fœminas, omnesque alios per easdem defuncto
conjunctos, unice respexisse ex adverso affirmatur; illa
enim efficere nequit, quod casus mulieris nubentis agnato
a Statuto omissus, sub ejusdem ratione comprehensus dici
debeat, ut late rem exornando probari contenditur in dict.
consultatione ex n. 254. ad n. 273.
Admittimus enim, Statutum Florentinum exclusisse fœ-
minas contemplatione agnationis, & pro conservandis bo-
nis in familia, quinimo hanc esse asserimus rationem uni-
cam, & finalem similium Statutorum, Doctorum omni-
um, & Tribunalium consensu communiter probatam, ideo-
que instat regulæ eandem sequendam esse profitemur; sed
iterum repetimus, hujusmodi rationem prava interpretatio-
ne detorquendam non esse in sensum alienum, & repugnan-
tem menti, voluntati, atque dispositioni statuentium, qui
fœminas indefinite non excluserunt propter agnatos quo-
scunque tametsi remotissimos, sed illarum exclusionem re-
strinxerunt ad certos gradus, eisdem præferendo agnatos
usque ad sextum duntaxat gradum inclusive; si autem respe-
ctu certorum solummodo graduum, & personarum agna- 101
tionem contemplati fuerunt, eorum favore derogando di-
spositioni juris communis; eidem se conformasse præsu-
muntur in reliquis casibus, in quibus expresse, & nomina-
tim contrarium non statuerunt, ut probat Mascard. de ge-
ner. Statut. interpret. concl. 5. n. 149. & concl. 12. n. 4. Mo-
lin. de primog. Hispan. lib 3. cap. 4. n. 30. & 31. ubi respon-
dens ad rationem conservandæ agnationis ait, quod satis
operatur effectum suum excludendo fœminas paris gradus,
vel ad summum usque ad tertium, & quartum gradum, non
autem remotissimum, Rot. dec. 267. n. 6. p. 3. & dec. 94. n.
12. & 13. p. 27. rec. bene Palm. de Lucen. 211. n. 36. & seq.
cum aliis superiori loco relatis, & per consequens affirman-
dum quoq; erit, quod agnatis ulteriorum graduum ex cen-
sura Statuti jus nullum successionis tributum fuerit, sed il-
lis posthabitis successio reservata fuerit fœminis; quæ nepo-
te exclusæ contemplatione agnatorum certi gradus, his non
existentibus, cedunt ad jura successionis illis debita, nec
eisdem præstant impedimentum agnati remotissimi non
considerati a Statuto, & de juris communis dispositione
cæteroquin insuccessibiles, ut notant Ruin. cons. 189. n. 102
4. lib. 2. Angel. cons. 382. n. 12. & 13. ubi de nostro statuto,
& firmant auctoritates omnes allegatæ in §. 6.
Idque validissime confirmatur ex alia parte Statuti sub
rubr. 126. in qua, ut etiam superioris loco innuimus, Statuti
conditores considerantes casum, quo nulli amplius adessent
agna-

agnati, sive cognati, qui defunctum per octavum gradum, juxta juris communis præscriptum dinumerandum, attingerent, exclusis cæteris proximioribus noni, & decimi gradus, successionem ad Franciscum devolvi sanxere, ex qua agnatorum noni, & decimi gradus successione, cæterorumque capacium exclusione, magis evidens fit, statuentes adeo agnationem contemplatos non fuisse, ut fœminæ per quoscunque masculos agnatos remotiores a successione repellerentur, sed tantum propter illos, qui constituti reperirentur in sexto agnationis gradu, extra quem jure meritoq;
103 affirmamus, nullam habitam fuisse agnationis contemplationem, sed cæteros omnes pro extraneis fuisse a statuentibus reputatos, ut optime firmant Brun. *ad Statut. quod stantibus masculis qu.6. art.12. n.36. 99. & 102.* Rot. *d.dec.167. num.12. & 22. p.16. & dec.64. n.14. & seq. p.17. rec.*

Ex quibus desumitur responsio ad aliud etiam argumentum desumptum ex eo, quod hujusmodi Statuta edita favore agnationis utpote favorabilia, extensionem admittant etiam ad casus improprios; atque idcirco casus iste mulieris nubentis in familia, & filiorum ab eadem procreatorum, non sit dicendus casus omissus, sed comprehensus sub identitate & majoritate rationis: quia, ut sæpe diximus, cum lex municipalis Statuti Florentini non universaliter, absolute, & generaliter demandaverit exclusionem feminarum ob quoscunq; agnatos masculos, sed solummodo rationem habuerit de agnatione, illique cavere voluerit intra limites certi & determinati gradus, occurrit in dubia juris theorica, qua habetur, Statuta juris communis correctoria, atque ab ejus dispositione exorbitantia, tanquam odiosa, strictissime esse intelligenda in solis personis, & casibus formaliter expressis, atque ut dicitur, in iis, quæ oculis corporeis le-
104 gi possunt, quodque in omissis servetur juris communis dispositio, nulla admissa extensione de casu ad casum, nec de persona ad personam, quamvis rationis identitas, vel majoritas id suaderet, ut ex text. *in d. l. commodissima, ff. de liber. & posth.* communiter firmat Imol. *in l. Titio centum, §. Titia generi num.10. vers. item adde, ff. de condit. & demonstr.* Purpur. *cons. nu.3. 145. lib. 1.* Socc. jun. *cons.6. n.9. lib. 1.* Eugen. *cons.83. n.40. lib.1.* Aldovin. *cons.98. num.17.* Alexand. *consil. 97. n.9. lib. 2.* Giovag. *cons.1. n.17. & 18. & cons. 66. nu.19. & 51. lib. 1.* Andreol. *contr. 138. n.6.* ubi refert triginta concord. plene Conciol. *alleg.71. n.26.* clar. mem. Card. de Luc. *de success. ab intest. disc. 15. n.5.* Torr. *de primogen. Ital. p.2. q.45. n. 36. & 37.* Gob. *consult. decis. 84. n.22. & seq.* Palm. Nep. *alleg.150. n.48. & 49. & alleg. 153. nu.31. & seq.* Samoiat. *contr. 59. n.13. & 35.* Censal. *decis. 15. n.13.* Rot. *dec.329. n.11. & dec.164. n.19. part.6. dec. 342. n.6. & 7. par.13. dec.323. n.11. p.15. dec.396. n.2. p.17. dec.529. n.8. p.18. dec.68. n.11. dec.165. num.6. & seq. part.19. tom.1. & decis.346. n.26. p.19. tom.2. rec.* ubi quod
105 Statuta juris communis correctoria extensionem minime patiantur, sive de casu ad casum, sive de persona ad personam, nec etiam ex identitate, aut majoritate rationis, quamvis generalissime, & in Romana Successionis 29. Januarii 1700. cor. R. P. D. de la Tremoille, penes Balduccæ. *dec. 51. n.13. tit. de legat. & dec. 12. n.3.* cor. R. P. D. Ansaldo, *& n.28. & 34. in addit. ad d. dec.*

Nec agnationis favor tantus est, ut illum sequendo recedere liceat ab omnibus juris nostri principiis, sed iisdem terminis retentis, hujusmodi favor restringitur ad personas a Statuto specificatas, & existentes in gradibus expressis, sci-
106 licet agnatis usque ad sextum gradum, juxta receptissimam opinionem, de qua testantur Menoch. *cons.684. n.19. vers. verum respondetur*, asserens, rationem conservandæ agnationis non extendi ad alias personas, quam in ipso Statuto expressas, idemque firmat in *cons.317. num.7.* Silvan. *de cons. 18. n.8.* Honded. *cons.8. n.58. lib.1.* Altogr. *consil. 48. num. 17. & seq. lib.2.* Valenz. *cons.55. n.7. lib.1.* Spad. *cons. 173. sub nu. 38.* Peregr. *de fideic. art.25. n.26.* Cyriac. *contr. 181. n.47. & seq.* Tondut. *res. civil. 70. n. 52.* Conciol. *alleg.70. nu.22. & seqq. & alleg. 71. n.27.* Palm. *alleg.153. n. 31. & 33.* Torr. *de primog. Ital. p. 2. qu. 46. n.41.* Rot. cor. Emerix sen. *dec. 116. n.18. & in rec. dec. 291. n.3. & seq. p. 8. dec.370. n.8. & seq. p.13. dec.46. n.11. & dec.438. num.3. & seqq. p.14. & dec.161. n.6. & 7. part.16. rec.* proindeque cum intra certos gradus duntaxat statuentes vocaverint agnatos, ac respective fœminas excluserint, extra illos trahi non debet statutaria dispositio, alioquin nimia cum irrationabilitate, seu verius inhumanitate in ordine feminarum
107 corrueret de directur juris dispositionem favore universæ agnationis ultra decimum gradum ex utroque, tam antiquo, quam novissimo, insuccessibilem, ut jam probatum fuit, præsertim quando expresse constat de contrariis eorum mente restringendi feminarū exclusionem ad certos gradus specifice, & nominatim expressos: si autem ea semper benignior Statuti interpretatio fieri debet, quæ magis consona sit juri communi, & fundetur in conjectura naturalis pietatis, & æquitatis, ut relatis concordantibus notat Mascard. *de interpret. statut. concl. 5. n.148.* Palm. *dec. Laren. 207. n.9.* potiori profecto jure illi locus erit in nostro casu, in quo aperta verba, & non dubius dispositionis statutariæ tenor evincunt, statuentes non solum minime fuisse indefinite, atque universaliter contemplatos omnes agnatos, sed sublatis gradibus a Statuto præscriptis, agnatis cæteroquin successibilibus nedum feminas, sed fiscum etiam prætulisse.

Minimeque officiunt auctoritates in contrarium allegatæ, *a n. 255. ad 273.* firmantes, quod quando eadem, vel major ratio in Statuto concurrit, potius dicatur comprehensio, quam extensio, quodque proinde Statutum extendatur ad omnes casus, omnesque complectatur personas, quarum respectu agnationis favor verificari potest; nam ultra quod contraria sententia, uti verior, recepta magis est in Tribunalibus, ut evincitur ex auctoritatibus, & decisionibus superius relatis, quæ omnibus contrariis satisfaciunt; nihilominus, ut clarius evolvantur æquivoca, eædem conciliantur distinctione a Doctoribus tradita, nempe, aut sermo est de persona exclusa, aut de persona excludente; si enim quæstio sit de persona exclusa, ut de sorore propter fratres, & quæritur, an statutaria dispositio extendatur ad filios, vel filias sororis propter patruum; & hoc casu licet non desint Doctores, quibus ea arridet opinio, ut non admittatur extensio, contraria tamen sententia magis communis videtur, ex quia major urget ratio contra nepotem, vel neptem remotiorem, quam contra matrem proximiorem; & in his terminis loquuntur Doctores contrarii tuentes Statutum recipere extensionem ex majoritate rationis, quodque casus exclusionis filii, vel filiæ sororis, licet in Statuto non expressus, non dicatur omissus, sed ex vi rationis comprehensus, & præsertim Vegg. *cons. 63. n.65.* Bellon. *de jur. accresc. cap.9. quæst. 12. n.30. & n.73.* Rota cor. Pamphil. *decis.15. n.2.* ibique Adden. omnesque alii per R. P. D. meum Severolum lato calamo relati.

Aut vero agitur de persona excludente, & tunc facta a Statuto mentione patris, aut filii, non videtur extendenda dispositio ad nepotes, & pronepotes, quia non viget in utroque eadem ratio, sed diversa; nam frater, & filius est proximior, nepos vero, vel pronepos remotior, & proinde exclusa sorore propter fratrem, intelligitur exclusa a fratre primi gradus duntaxat, ad quem restringitur dispositio tanquam personam expressam, & specificatam, nec extensionem admittit, etiamsi quoad personas non nominatas concurrat identitas rationis, ut præter jam adductos in §. 65. dixit egregie distinguendo Brun. *de Statut. q.6. art. 12. num. 314.* Matt. *de success. legal. p.3. qu.7. art.2. n.21.* bene Torr. *de primog. Ital. p.2. q.47. a n.39. ad 46.* Rot. *dec.183. num.25. & dec.291. p.8. rec.* quæ loquitur in hypothesi, in qua nepos ex fratre, stante simili Statuto, prætendebat excludere neptes a successione communis patrui, propter dictam rationem conservandæ agnationis, & Sacra Rota in ea permansit sententia, quod non esset facienda extensio ad personas in Statuto non nominatas, seu quod dicta ratio restringi deberet ad expressas, idemque repetit in *decis. 46. n.11. p.14. & dec. 360. n.23. p.17. rec.*

Patet itaque ex his omnibus, in nostra Statuti hypothesi nullo pacto posse fieri extensionem favore DD. fratrum Adversariorum, neque ex vi verborum, neque ex vi, aut majoritate rationis. Non ex vi verborum: quia dum Statutum verba facit de agnatis masculis existentibus intra sextum gradum inclusive, ad exclusionem sororis comprehendisse non potuit DD. Adversarios existentes in decimo octavo gradu, ac per consequens pro extraneis habitos, & exclusos ab eodemmet Statuto, ut ponderat Brun. *de Statut. success. d. qu.6. art.12. n.215.* Non etiam ex vi, aut majoritate rationis: quia quamvis Statutum Florent. ordinatum fuerit favore agnationis, non idcirco dici potest, rationem excludendi sororem propter DD. Adversarios, nullo consanguinitatis vinculo defuncto conjunctos, nec de juris communis, minus vero ex legis municipalis dispositione successibiles, parem, vel majorem esse rationem eandem sororem excludendi propter agnatos masculos existentes in sexto gradu; Statutum enim consulere voluit agnationi contemplatione duntaxat agnatorum existentium intra sextum gradum, non autem favore agnatorum existentium in gradu remotiori, quibus nedum feminas, sed fiscum etiam præ-

ferri

ferri voluit. Si igitur Statutum contemplando agnationem
adeo certam graduum proximitatem respexit, ut iis defici-
entibus Fiscum præferri voluerit; patet tantum favore ag-
natorum proximiorum, in quibus contemplata fuit agna-
tio, urgere rationem consideratam a Statuto, quæ nulla
esse potest favore masculorum remotiorum, quibus Fiscus
prælatus reperitur, ut tradunt Bald. *l. quod vero n. 3. versic.*
sed pone Statutum, ff. de l. & optime concludit Brun. ubi su-
pra *n.* 216. & præcise respondit Silvan. *d. cons.* 18. *num.* 18.
vers. non obstat ultimum, ibi: *Secundo respondeo, quod ar-*
gumentum procederet quando esset omnimoda ratio, quod non
est in casu nostro, quia non est omnino eadem ratio in filia
fratris, qui est in remotiori gradu, quæ est in fratre, quia
Statutum voluit favere fratribus primi gradus fraternita-
tis, non vero existentibus in remotiori gradu, bene Ciroccb.
discept. 58. *n.* 23. ibi: *Nam cum Statutum prædictum lo-*
quatur de masculis in pari gradu existentibus, non debet ex
ea ratione ad remotiores masculos extendi, ex quo in eis non
est tanta ratio, sicut in masculis in pari gradu existentibus,
Tort. *de primog. Ital. p.* 2. *d. q.* 45. *& q.* 46. *ut utrobique n.*
48. Palma *alleg.* 153. *n.* 33. *§. Et quod redditur*, Rot. *dec.*
388. *n.* 29. *&* 30. *p.* 5. *rec.*

Quæ cum ita sint, non est, cur inquiramus, an istius-
modi Statuta, utpote favore agnationis conservandæ con-
dita, reputentur simpliciter, & absolute favorabilia, ut in
d. consultatione *n.* 256. *& plurib. seqq.* vel potius odiosa, &
irrationabilia censenda sint, de quo acriter certant scriben-
tes, ut perspici potest apud clar. mem. Card. de Luca *de suc-*
cess. ab intest. disc. 8. *sub n.* 5. Illa enim etsi, inspectis vete-
ribus Romanorum moribus, potius favorabilia reputari
112 possint; nihilominus favor iste efficiet solum, ut eadem be-
nigne intelligenda sint rejectis leguleicis interpretationibus
ex cortice potius verborum, quam ex mente Statuti desum-
ptis, ut optime ratiocinatur Card. de Luca *de success. ab in-*
test. disc. 10. *n.* 4. At idem favor non etiam efficiet, quod
contra juris communis dispositionem, & contra naturalis
pietatis vota agnationis favor consistens in jure fictione,
prævaleat sanguinis vinculis, atque necessitudini, quæ ea-
dem est tam quoad masculos quam quoad fœminas; ideo-
que statutaria dispositio extendenda non erit ultra gradus a
statuentibus expresse præscriptos, sed restringenda ad perso-
nas, quas iidem mente, ac ratione comprehenderunt, ac
designarunt forma, ac figura verborum, ut ponderant Dec.
cons. 71. *in fin.* Paris. *cons.* 110. *n.* 5. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 684.
n. 15. Altogr. *cons.* 48. *n.* 5. *&* 41. *lib.* 2. ubi quod non ideo,
quia sit favorabile, censetur derogare, nisi in expressis,
Mart. *de success. legal. p.* 1. *q.* 21. *art.* 40. *n.* 48. firmans, quod
dicitur favorabile solum respectu personæ contemplatæ, Con-
ciol. *d. alleg.* 70. *n.* 19. Surd. *dec.* 9. *n.* 16. *vers. non etiam ob-*
stat, Rot. *dec.* 388. *n.* 29. *p.* 5. *& dec.* 110. *n.* 15. *p.* 17. *rec.*

Proindeque Doctores omnes, & decisiones firmantes,
Statutum exclusivum fœminarum propter masculos dici fa-
vorabile, vel saltem non odiosum odio irrationabili, locuti
fuerunt de illis statutariis sanctionibus, excludentibus fœ-
minam concurrentem cum masculis de eadem linea, vel
113 cum collateralibus proximis usque ad tertium, vel quartum
gradum; non vero quando agitur de Statuto repellente fœ-
minas proximiores, easq; inhabiles efficiente propter, mascu-
los remotissimos; quo casu communis opinio nos edocet,
in similibus Statutis odium præponderare rationi cōservan-
dæ agnationis, eaque postbabita dispositionem censendam
esse simpliciter odiosam, & irrationabilem, ut tradita per
Corn. *cons.* 97. *n.* 25. *& cons.* 105. *n.* 2. *lib.* 1. Jo. de Anania
cons. 27. *n.* 6. Bursat. *cons.* 157. *n.* 51. *&* 52. Hunded. *cons.* 15.
n. 27. *lib.* 2. Sud. *cons.* 118. *n.* 13. Manent. *cons.* 1. *n.* 33. *&*
seq. Giovagn. *cons.* 66. *n.* 12. *lib.* 1. Grat. *discept. for. cap.* 9.
n. 10. Pignat. *ad Statut. Ferr. rubr.* 139. *n.* 19. qui firmat,
Statuta excludentia fœminas ob agnatos remotissimos, esse
iniqua Molin. *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 15. *& seqq.*
usque ad 30. Marr. Medic. *exam.* 31. *n.* 5. *&* 6. *decis.* 78. *fere*
per tot. Tort. *de primog. Ital. p.* 2. *q.* 45. *num.* 37. *&* 48. cum
aliis apud Mansf. *consult.* 398. *n.* 4. D. Advoc. Constant. *com-*
ment. ad Statut. Urb. tom. 2. *adnot.* 39. *art.* 1. *n.* 30. *& seq.*
Rot. *dec.* 251. *n.* 4. *dec.* 740. *n.* 3. cor. Ubald. & egregie di-
stinguendo firmatum fuit in *rec. dec.* 265. *n.* 16. *&* 17. *& n.*
59. *p.* 16. in qua dictum fuit, quod quando fœmina proxi-
ma concurrit cum transversali remotissimo usque ad no-
num gradum, & sic quasi penitus insuccessibili, tali casu
Statutum reputatur iniquum, odiosum, & irrationabile,
confirmat *dec.* 94. *n.* 15. *p.* 17. Ideoque clar. mem. Card. de
Luca *de success. ab intest. disc.* 8. loquens de hoc Statuto, di-
cit, Illud esse omnino otiosum ac exorbitans, ex quod ex-
cludat fœminam, nempe sororem, adeo proximam propter
nimium remotum, penéque extraneum transversalem; ideo-
que concludit, d. Statutum intelligendum esse ad literam,
ac de personis, de quibus loquitur in verbis, denegata qua-
cunque extensione ex identitate, vel majoritate rationis;
idemque docuit R. P. D. meus Ansald. *in tract. de commerc.*
& mercat. disc. 41. *n.* ...

Et sane opinionem Doctorum censentium, exclusionem
fœminarum propter masculos, quoad fieri potest, intelli-
gendam esse favore masculorum ejusdem gradus, non autem
remotiorum, & desumptam videri ex traditione Sacræ Pa-
ginæ, exemplo nobis est judicium Moysis *Num. c.* 27. nam
mortuo Salphaad sine filiis masculis, cum illius filiæ a Moy-
se peterent paternam hæreditatem, ille rem ad Dominum re-
ferens, respondit: *Justam rem postulant filiæ Salphaad: da*
eis possessionem inter cognatos Patris sui, & hæreditate succe-
dant, & rursus, *Homo cum mortuus fuerit absque filiis, ad*
filiam ejus transibit hæreditas; quo perspicuum fit, legem
Divinam veteris testamenti exclusisse fœminas extantibus 114
masculis in eodem gradu, non vero ob quoscunque mascu-
los etiam remotiores, ut ita unanimiter censuisse Sacræ
Scripturæ expositores, tradunt Dec. *cons.* 1. *n.* 298. *& num.*
315. *lib.* 3. Nevizan. *sylv. nuptial.* §. 2. *num.* 269. Molin. *de*
Hispan. primog. lib. 3. *cap.* 4. *n.* 1. aliique per Mierez. *de ma-*
jor. p. 2. *q.* 6. *n.* 8. *&* 19. Vela *dissert. jur. cap.* 49. *n.* 47. *tom.*
2. Andreas Knichem *de vestit. paction. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. *&* 3.
Rosa *de incompat. p.* 3. *&* 4. Knipschild *de fideic. famil. no-*
bil. cap. 8. *n.* 184. *&* 195. ubi alios concordant. Merlin. *de*
legit. lib. 1. *tit.* 4. *q.* 1. *n.* 1. *vers. est de primo*, Tort. *de pri-*
mog. Ital. p. 1. *cap.* 25. §. 1. *n.* 5. *&* 6. R. P. D. meus Ansald.
de commerc. & mercat. disc. 40. *n.* 3. *&* 4.

Atque idcirco tantum abest, quod juxta assumptum sub
initium contrariæ consultationis late exornatum, Statuta 115
agnatitia condita sint exemplo Legis Mosaicæ, quæ agna-
tioni, & conservationi bonorum in familiis consuluisse di-
citur, ut contrarium evincatur ex d. *Num. cap.* 27. in quo
Salphaad prælatæ patruo, & respective fratri defuncti, li-
cet in eo conservaretur agnatio, ut in individuo respondit
Rot. *dec.* 414. *n.* 8. *p.* 1. *rec.* inter dec. Coccin. 776. & lucu-
lenter firmat R. P. D. meus Ansald. *de commerc. & mercat.*
disc. 40. *n.* 6. *& disc.* 41. *n.* 3. *&* 4. Nec ex eo quod Lex Mo-
saica ex *Num. cap.* 25. 27. *&* 36. præceperit, *quod omnes vi-*
ri ducent uxores de tribu, & cognatione sua, & cuncta fœ-
mina in eadem tribu maritos accipiat, ut hæreditas perma-
neat in familiis, argui potest, agnationem revera respexisse;
idcirco enim præcipiebatur fœminis ultimis familiæ suæ, ut
nuberent viris ex tribu, seu familia sui patris, ne commisce-
rentur & confunderentur sortes terræ, quæ separatæ fue-
rant, & divisæ inter tribus, non autem ut conservaretur
agnatio, ut evidens redditur ex Sacr. Numer. Text. *cap. fin.* 116
ad literam relat. a Rosa *de incompatib. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 1. *&*
seq. & egregie firmavit Rota *d. dec.* 414. *p.* 1. *rec.* in qua ha-
betur, non fuisse in Lege Moysis contemplatam agnatio-
nem, quodque solam confusioni inter tribus occurrere d.
Lex satagebat, quam secutus fuit R. P. D. meus Ansald. *de*
commer. & mercat. d. discept. 41. *n.* 3. *&* 4. *& n.* 26. *&* 27.
ubi satis fit, & respondetur omnibus auctoritatibus, quæ
in contrarium ad hunc effectum adducuntur.

Tot itaque argumentis, & rationibus desumptis ex cer-
tissimis regulis, quibus utimur in tractatione successionis
statutariæ, & quibus doctores, & Tribunalia veluti firmis-
simis principiis inhærendum esse admonent, cum ostendi-
mus, DD. adversarios, tametsi filios Cassandræ nuptæ Baro-
ni Leoni de eadem prænobili familia Ricasola repellere mi-
nime posse a coæquali successione D. Mariam Magdalenam
materteram, reliquum est, ut probemus non applicari au-
ctoritates, & doctores in contrarium allegatos, idque fa-
cile perficere posse arbitramur secernendo a nostro, casus de
quibus illi loquuntur, absunt enim in nostra hypothesi usur-
pantur termini quæstionis a Doctoribus agitatæ in themate
successionis, ex hominis dispositione delatæ in majoritati-
bus, seu fideicommissis masculinis, atque agnatitiis, quæ
longe diversi sunt a causa, in qua versamur, successionis sci-
licet intestatæ, ex lege statutaria deferendæ; in illa enim 117
quæstione doctores omnes primantes, gradum cognatitium
desumptum ex matre nupta in familia commiscere, seu adeo
sufficere posse agnatitia qualitate mutuatam ex latere patris,
ut ex duobus vel uti partialibus extremis mutuo auxilio u-
num integrale vinculū perfectissimum efficitur, prius cōsta-
biliunt, an adsit subjectum vocationis, pro certo suppo-
nendo, agnatum remotiorem esse revera de genere vocato,
& contemplato; deindeque disputant, an major proximi-

Digitized by Google

tarex parte matris nuptiis alligatæ viro ejusdem familiæ, dedit prælationem agnato remotiori ex parte patris ad Text. *in l.* 118 *fideicommissa 33. §. cum ita l. peto 7. §. Fratre, ff. de legat. 2.* Rota Florent. *Lib. Motivor. 96. a n. 263. §. Ad ea autem &* ob eam juridicam rationem, quod nempe frustra contenditur, aliquem esse proximiorem, & ideo ad fideicommissum admittendum, nisi prius ostendatur, vel supponatur, illum esse de genere vocatorum, ideoque quæstio excitata a doctoribus in contrarium adductis forsan locum sibi vindicaret, si D. Cassandra de Ricasolis nuptui tradita fuisset alicui agnato remotiori, sed existenti intra gradus a Statuto contemplatos; in quibus terminis in dubium revocari posset, an filii masculi ex ea proximiores, & remotiores ex parte patris, in dubium inquam revocari posset, an essent præferendi, ob majorem proximitatem. At aliter se res habet in casu nostro, in quo cum filii Cassandræ, nec ex parte matris a Statuto exclusæ, nec ex parte patris existentis in gradu remotissimo, a Statuto non contemplato, sint de genere vo- 119 cato, nemo ex doctoribus contrariis firmare, quod DD. adversarii ex matrimonio cum Barone Leoni procreati, utpote proficiscentes ab avo, eodemque stipite remotissimo, nec a statuentibus in consideratione habito, proximitatem metientes a latere materno excluso, præferri debeant agnatis a Statuto vocatis, vel iis non existentibus excludant sorores ex juris communis censura ad successionem venientes, ut videre est apud Leon. *conf. 23. n. 19.* Bero *conf. 60. per tot. lib. 2.* Soccin. jun. *conf. 15. n. 4. lib. 4.* Treutaciuq. *conf. 9. n. 11. & 12.* Rugger. *conf. 27. n. 36. & num. 28 in fin.* Fusat. *conf. 18. n. 11. & seq.* Rovit. *conf. 17. n. 14. vers. primam requisitum*, ubi Altimar. *n. 2.* Raudens. *resp. 3. n. 24. lib. 1.* Prat. *discept. for. cap. 4. n. 56. vers. pro cujus objecta*, de Marinis *resol. 131. n. 19* Caten. *resol. 103. n. 6. vers. respondetur*, Carpan. *de fideic. masculis inspect. 1. art. 4. sub n. 15.* Paschal. *de patr. potest. cap. 4. q. 6. n. 72. & 73.*

Satis ad causam videri posset ostendisse, hypothesim, in qua loquuntur præfacti doctores, diversam esse a nostra; verumtamen, ut plenius parti adversæ satisfaciamus, dicimus, eosdem, dum quærunt, an in successione fideicommissaria, seu primogeniali ex hominis dispositione delata, gradus proximitatis proveniens ex latere matris nuptæ in familia prælationem tribuat agnato, quamvis ex latere patris remotiori, sendi, in contraria vota, consentibus aliis, quod mascu- 120 li ex similibus nuptiis orti, licet ex parte patris remotiores, ob proximitatem tamen, quam habent a matre, admittendi sint ad exclusionem substituti, prout sunt Cravett. *conf. 576. 831. & 877 per tot.* Jason. *conf. 142. n. 35. in fin. col. 2.* Vegg. *conf. 63.* Bartholom. Stella apud Fusat. *conf. 19. ex n. 14. ad fin.* de Ponte *conf. 154 n. 2.* Lara *compend. vit. human. cap. 30. n. 102. & sequent.* subdens tamen *n. 111.* quod prædicta opinio non recipitur in Tribunalibus, cæterique alii recensiti in dicta consultatione *a n. 88. & seqq.*

Contrariam vero sententiam tanquam veriorem, masculum videlicet natum a fœmina nupta in familia, ideoque agnatitiam qualitatem desumentem a patre existenti in gradu remotissimo, & non vocato, proximitatem metiri non posse a matre, ad effectum excludendi agnatum illa remotiorem a testatore expresse substitutum gravato motiorem, cum 121 conjunctio per fœminam proximiorem dicatur medium impertinens pro consequenda successione, rejectis contrariis rationibus, illisque speciatim respondendo docuerunt Marius Alberghin. inter cons. Fusat. *conf. 18.* Menoch. *consil. 172 numer. 12.* Soccin. jun. *consil 15. lib. 4.* Bellon junior. *conf. 6. n. 68. & seq.* Paulus Leo *conf. 23. n. 28.* Rub. *conf 3. n. 25.* Camerall. *de legat. q. 9. num. 5. fol. mihi* 109. Rugger. *conf. 37 per tot. lib. 2.* Treutacinq. *conf. 9. num. 12.* Rovit. *conf. 17. n. 4.* ibique Altimar. *n. 1. lib. 1.* Rocch. *disput. jur. select. cap 2. n. 42.* Prat. *discept. 4. lib. 1.* Carol. Anton. de Luca *de lin. leg. lib. 2. art. 76.* clar. mem. Card. de Luca *de fideic. disc. 6. n. 12 & de feud. disc. 13. sub n. 26. & decisio Sicula apud eundem n. 392.*

In qua opinionum contrarietate a supremis Tribunalibus ea adhibita fuit distinctio quod aut res agitur de fideicommisso, & primogenitura masculina, & agnatitia, in qua insti- 122 tutus ita perpetuo vocaverit masculos agnatos, ut tamen designaverit gradus, & lineas, a quibus agnationem suam conservari voluit; & hoc casu, quia testator non contentus sola generica qualitate agnatitia vocavit agnatos certi gradus lineasque nominatim designavit, masculi ex fœmina nupta in familia proximitatem desumere nequeant a matre, ad effectum excludendi masculos de linea expresse vocata. 123 Aut vero agitur de dispositione in qua primogenituræ conditor, omissa rigorosa agnationis contemplatione, simpliciter invitaverit proximiores de familia, aut ipsam familiam in genere, & tunc masculo remotiori suffragatur proximitas lateris materni, quia hoc modo per conjunctionem maternam non minus satisfit menti testatoris, vocantis in genere quamlibet de familia, quam juxta communis dispositioni, pari jure fœminas, & masculos ad successionem admittentis, ut optime distinguendo firmant Thesaur. jun. *q. forens. 106. lib. 1.* qui ita a Senatu Pedemontano decisum fuisse refert, Lattea *dec. Granat. 34. n. 23. & 25. allegat. dec. Sicul.* apud Card. de Luca *de feud. n. 392.* Rota in Lucen. in causa Majoratus de Bernardinis 9 Octobris 1651. impress. in calce consil. Altograd. *fol. 530. noviss. impress. tom. 2.* resolvens, vinculum matris nuptæ in agnationa non præstare filiis gradum successibilem, sed reputari omnino pro impertinenti, & inhabili, quando agitur de successione ad solos agnatos spectante, Rota Florent. in Florentina fideicommissi de Medicis Lib. Motivor *pag. 262. & 264. . quoniam fuit dictum, & in §. Quoniam veritas, & §. Ex hac decisio*, ubi dictum fuit, decisionem non habere contradictorem, quando testator, exclusis fœminis etiam filiabus, constituit fideicommissum agnatitium ordine successivo inter descendentes masculos, vel transversales de sua agnatione, egregie Rota nostra Romana *dec. 84. n. 16. & seqq. p. 5.* ubi respondendo doctoribus contraria firmat, illos loqui, quando sunt vocati proximiores de familia, vel quando vocatur familia in genere; secus quando testator gradatim substituit unam lineam alteri, & eorum descendentes masculos, exclusis fœminis, & in terminis Statuti *dec. 89. per tot.* signanter *n. 12. & 13. p. 6. & dec. 63. p. 7. rec.* Rota cor. Emerix jun. *dec. 1216. n. 14. & 15.* & ita nuper decisum fuit in Florentina Fideicommissi, seu Primogenituræ 14 Decemb. 1705. §. *Insubsistens etiam apparuit*, cor. R. P. D. meo Scotto, ubi huic objecto desumpto ex proximitate matris agnatæ nuptæ in familia specifice occurrendo, ita *in dict. § insubsistens*, respondit, ibi: *Quia quidquid esset, ubi ageretur de dispositione ordinata favore proximiorum de familia, & agnatione in genere vocata, in quibus terminis ut plurimum loquantur auctoritates in contrarium laudatæ, diversimode res procedit, quando testator specialiter designavit lineas, a quibus agnationem suam conservari voluit; tunc enim in concursu lineæ prædilectæ, & expresse a testatore vocatæ, non potest admitti masculus lineæ remotioris, quamvis descendentes a fœmina agnata proximiores, quia interrumperetur ordo gradualis, & successivus inter lineas vocatas, & destrueretur mens testatoris in directa, ut fideicommissum gradatim transire de una ad aliam lineam, juxta ordinem præscriptum.* Hancque sententiam esse communi doctorum calculo receptam, probat Marian. Soccin. *conf. 15. n. 1. & sequent. lib. 4.* bene concludens, quod in successione præferri debuerunt agnati in quinto gradu, posthabito agnato in octavo gradu existenti, licet in quarto cognationis gradu constituto ex latere matris; nam hoc secundum vinculum in nullæ poterat habere consideratione, Raudens. *conf. 3. n. 25. lib. 1.* pulchre declarant, opinionem faventem fœminis nuptis in familia non procedere, nisi quando cuicunque masculo de familia, licet sit diversi columnelli, concessa fuit prælatio, & quando non est habita ratio proximitatis gradus, & lineæ, *& in tract. variar. cap. 39. n. 409.* Surd. *consil. 31. sub n. 37.* Fusat. *de substitut. quæst. 404. num. 17.* inquiens, gradum fœminæ non esse in consideratione, quando nupta est in familia, sed non in stirpe, & columnello testatoris, ad quem voluit deferri ejus bona, Rosa *consil. 69. num. 19. & seqq. & num. 41.* de Luca *de lin. legat. lib. 2. art. 70. num. 6.* Rocc. *select. d. cap. 2. n. 31. & 42.*

At vero si quæstio nostra decidenda esset ad mentem Doctorum loquentium de successionibus fideicommissariis, & primogenialibus, DD. adversarii a coæquali successione repellere minime possent D. Mariam Magdaleonam, ut perspicuum fit ex eo, quod lex municipalis Statuti Florentini ad exclusionem fœminarum non invitavit proximiores agnatos, nec vocavit quoscunque agnatos de familia in genere, sed designavit agnatos certi, & determinati gradus, ob quos fœminas a suc- 124 cessione exclusas esse voluit, existentibus nempe agnatis usque ad sextum gradum inclusive, agnatis ulteriorum graduum quoad jura successionum habitis pro penitus extraneis in aliorum concursu, non solum reintegrando fœminas, sed fiscum etiam præferendo; unde consequens est, quod DD. adversarii constituti in gradu remotissimo, & nullatenus a Statuto nec in

gene-

genere, nec in ſpecie contemplato, nequeat ob majorem proximitatem D. Caſſandræ matris nuptæ in familia, repellere a fraterna ſucceſſione D. Mariam Magdalenam ſororem, ad jura ſucceſſionis a Statuto, ut dictum eſt, expreſſe reintegratam, ob deficientiam agnatorum vocatorum intra ſextum gradum.

Fortius vero argumentum deſumptum ex regulis iſtis communiter a doctoribus, & Tribunalibus conſtitutis in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, & primogenialibus, urget in hypotheſi ſucceſſionis ſtatutariæ, quia ſucceſſio dela-
125 ta ex hominis diſpoſitione, utpote favorabilis, extenſivam recipit interpretationem, ad Text. *in leg. in teſtamentis* 12. *ff. de reg. jur.* vice autem verſa Statuta deferentia ſucceſſionem contra juris communis diſpoſitionem, utpote odioſa, ſtricte intelligenda ſunt, rejecta omni extenſiva interpretatione, ut alibi probatum fuit; ideoque ſi prætergrediendo gradus a Statuto præſcriptos, ob proximitatem mutuatam a matre, admitterentur agnati remotiſſimi, deſtrueretur mens ſtatuentium eo directa, ut excluſio fœminarum indicta agnationis intuitu haberet dumtaxat locum juxta ordinem ab ipſa præſcriptum, exiſtentibus videlicet agnatis uſque ad ſextum gradum; unde recte hypotheſi etiam ſtatutariæ ſucceſſionis convenit regula deſumpta ex diſtinctione ſuperius tradita, quod nimirum, quando deſignatæ fuerunt lineæ, & gradus, a quibus diſponentes agnationem ſuam conſervare voluerunt, eorum voluntati repugnet conjunctio vinculi materni, cujus proximitas nihil proficuum communicare valeat filiis maſculis remotioribus, quando
126 nupta non eſt agnato de ſtirpe, & columnello ad ſucceſſionem vocato, ut egregie firmant, contrariis reprobatis, doctores adducti in §.73. quorum opinionem tanquam æquitati, & rationi magis conſentaneam ſecuta fuit in terminis Statuti Sacr. Rotæ *d. deciſ.* 89. *a n.* 6. *uſque ad* 15. *p.* 6. *rec* & nuper in terminis primogenituræ in dicta Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 14. Decembr. 1705. coram R.P.D. meo Scotto, & admittitur etiam in contrario reſponſo *num.* 313.

Quocirca hac retenta diſtinctione, conſulto prætermittimus ea ordine refellere, & declarare contrarias auctoritates; nam ultra quod nullus affertur individualis doctor, qui in terminis ſtatutariæ ſucceſſionis firmet contrarium aſſumptum, & ſingulis ſingillatim reſpondetur a D. Jacobo Killin in ſua ſecunda conſultatione a *n.* 154 *ad fin.* omnes
127 loquuntur in terminis fideicommiſſariæ diſpoſitionis, & quando ab inſtitutore nullatenus contemplata apparent, ut eos explicando notat Pirat. *d. diſcept.* 4 *n.* 46. *& ſeqq.* Rocc. *d. cap.* 2. *n.* 29. vel quando ſimpliciter ad fideicommiſſum vocata eſt ipſamet familia, vel quilibet maſculus de familia in genere, quia tunc ſufficit verificari hanc qualitatem quomodocunque, dum a diſponente facta non fuit diſtinctio
128 graduum, & linearum, ut bene declarant Foſar. *de ſubſt.* q. 404. *n.* 17. Raudenſ. d. *conſ.* 3. *n.* 25. *lib.* 1. Rovit. *conſil.* 27. *n.* 14. *lib.* 1. de Luca *de linea leg. art.* 76. *n.* 6. *lib.* 2. *cæterique ſuperius recenſiti.*

Ex his concutitur etiam argumentum deſumptum ex ſanctionibus Imperatorum Theodoſii, & Juſtiniani, *in l. meminimus* 2. *& in l. ſi quis* 3. *C. quand. & quib.* 4. *pars debeat ex bon. decurion. & mo. diſtribut. cor. rolar.* etiam a Cujac. *oper. prior. tom.* 2. *comment. ad lib* 10. *Cod. Juſtin. titul.* 34. *fol. mihi* 96. *& ſeqq.* ex quibus Illuſtriſſim. Dom. Conſulens *a num.* 19. *ad* 30. infert, quod ſicuti in dd. legibus demandatum fuit, curialis filiam curiali nuptam immunem ſervari a quartæ datione, eo quia per maritum, quantum ad ipſius mulieris perſonam, curiæ ſit ſatisfactum; ita non abſimili ratione, ducta ab ejuſdem juribus, DD. Barones Bettinus, & Octavianus dicendi ſunt a Statuto vocati ad ſucceſſionem Baronis Bracci, excluſa D. Maria Magdalena ſorore, dum per ipſos utpote, filios Caſſandræ nuptæ Baroni Leoni de eadem familia Ricaſola, agnatio, & fa-
129 milia defuncti conſervatur; quo pariter argumento in terminis primogenituræ utuntur Lopez & Lara, cæterique ex adv. allegati, quia præterquam quod *dd. leges* peculiare privilegium elargiebantur filiæ curialis, curiali conjugatæ, ideoque aboliro curialium ordine privilegium quoque eiſdem conceſſum abrogatum cenſetur, juxta axioma docens, quod deficiente occaſione utendi privilegio, & cauſa, ob quam conceſſum fuit, ipſum etiam privilegium ceſſet, &
130 ratione non uſus amittatur, Thabor. *loc. com. lib.* 10. *cap.* 13. *axiom.* 31. *& lib.* 14. *cap.* 105. *axiom.* 4. & bene ad rem notat R. P. D. Anſald. *de commerc. & mercat. d. diſc.* 41. *num.* 32.

Reſpondetur, dd. legum ratione uti doctores contrarios, procedendo cum ſuppoſito generalis vocationis cujuslibet maſculi de familia in genere, quo caſu recte arguunt, quod quemadmodum illis juribus ſtatuebatur, quod per matrimonium filiæ curialis initum cum quolibet curiali, in genere ſatisfactum cenſeretur curiæ; ita etiam pari ratione admittendus ſit deſcendens ex fœmina nupta in fami- 131
lia, attenta ejuſdem familiæ generica vocatione, quaſi hac ratione adimpleta dici poſſit diſponentis voluntas, ſumendo eam interpretationem, quæ eſt magis conformis diſpoſitioni juris communis exigentis, quod fœminæ, ejuſque deſcendentes, tanquam proximiores, ſuccedere debeant, excluſo remotiore; quæ ratio a doctoribus prædictis conſiderata in fideicommiſſariis ſucceſſionibus, locum non habet in ſtatutaria ſucceſſione, de qua agitur, in qua DD. Adverſarii poſiti extra gradus ſucceſſibiles, tam ex diſpoſitione Statuti, quam juris communis; ideoque nullo naturali, aut civili vinculo devincti Baroni Braccio, contra expreſſam juris communis diſpoſitionem, & naturalem æquitatem, & pietatem, excluderent D. Mariam Magdalenam ſororem; proindeque ob hanc rationis diverſitatem non officit, ſed potius relinquetur ratio ex dd. legibus a Doctoribus contrariis ponderata, per ea quæ tradit Cravett. cujus auctoritati adhærent cæteri omnes in contrarium adducti, *conſ.* 877. *ſub n.* 13.

Ideoque ob hanc rationem ex dd. legibus deſumptam, optime cenſuit Gregor. Lopez. *ad partit. Hiſpan. in gloſſ. ad.* 132
l. 3. *verb. mugeres q.* 1 *tit.* 3. *par.* 6. in ſua, quam figurat, hypotheſi, quod ſi tempore, quo defertur majoria reperitur filia fœmina poſſeſſoris in matrimonium collocata alicui de agnatione, & genere Teſtatoris, ac de ejus familia, & cognomine, ſeu appellatione, eadem ſuccedere debeat in majoria, ex qua erat excluſa, quia nullo exiſtente filio ultimi poſſeſſoris, aut maſculo proximiore, admittendo talem filiam ad ſucceſſionem, adimpletur voluntas & mens inſtitutoris majoriæ, & ſervatur juris communis diſpoſitio non ſinens fœminam proximiorem a remotiori excludi, prout ex ſimili ratione moventur omnes alii, & præcipue Lara *compend. vit. homin. cap.* 39. *a n.* 102. *& ſeqq.* licet *n.* 111. fateatur, Doctorum opinionem, quibus ipſe adhæret, non recipi in Tribunalibus, ex quo patet, DD. prædictos diſceptare quæſtionem omnino extraneam a noſtris terminis, ſucceſſionis nempe ab inteſtato, quæ æqualiter defertur maſculis, ac fœminis, & in qua lex municipalis Statuti Florentini noluit derogare juri communi intuitu agnationis, niſi ob maſculos exiſtentes in ſexto agnationis gradu de jure ſucceſſibili, ideoque ſi ad excluſionem D. Mariæ Magdalenæ materteræ & defuncti Bracci ſororis admitterentur DD. Fratres Adverſarii remotiſſimi, læderetur tam Statutum quam jus commune; primum, quia derogavit fœminarum juribus, eaſque excluſit, non intuitu univerſæ agnationis indefinite contemplatæ, ſed favore determinatarum perſonarum, & certorum graduum; alterum vero, quia non patitur, ut abrogatis ſanguinis vinculis, & turbato naturali ſuccedendi ordine, fœminæ ſint deterioris conditionis, quam maſculi, præcipue in ſucceſſibiles; contra itaque legis, & naturæ vota Statutum illas excludens locum ſibi vindicare non poterit, niſi in caſibus ſpeciatim 133
expreſſis a ſtatuentibus, nec porrigetur ad comprehenſionem illarum perſonarum, de quibus non fuit cogitatum, ex abunde cumulatis in *d. dec.* 46. *&* 122. *p.* 14. *& dec.* 267. *n.* 16. *& ſeqq. p.* 16. *ac dec.* 94. *n.* 11. *p.* 17. *& dec.* 68. *n.* 19. *& ſeqq part.* 19. *rec.*

Prout ad rem non pertinet Pegas *tract. de exclaſ. incluſ. ſucceſſ. & erect. majorat. tom.* 2. *cap.* 14. qui pro punctuali pluribus contrariæ conſultationis locis allegatur: Auctor 134
enim prædictus agit de majoratu, in quo inſtitutor deficientibus agnatis maſculis, & certis lineis vocatis, voluerat in illo ſuccedere fœminam ultimo poſſeſſori proximiorem ſub conditione nubendi agnato proximiori in dicta pœna caducitatis inobedienti, aliamque invitando, qui nuptias juxta ipſius mentem contraxiſſet; cum autem per obitum Joannis ultimi poſſeſſoris abſque maſculis eveniſſet caſus vocationis fœminæ, Comitiſſa Beatrix filia in majoratu ſucceſſura obtemperare nolens præcepto Teſtatoris, orbata fuit majoratu, idemque adjudicatus Eliſabethæ, quæ obſequens inſtitutoris voluntati nuptias contraxerat cum agnato proximiore; cumque ſubinde Beatricis filii duplici fundamento vindicare curarent majoratum a deſcendentibus Eliſabethæ, ſcilicet primo, quia Beatrix non contravenerat, quoniam is, cui nupſerat, deſcendebat ex eadem Albicaſtrorum familia, atque etiam quia cum ab inſtitutore non fuiſſent vocatæ, niſi fœminæ agnatæ, non

debebat extendi vocatio ad fœminas cognatas, qualis erat Elisabetha; his tamen rationibus postabitis succubuerunt, prout ostendit Pegas, eo quia a Beatricis filiis probatum non fuerat, Comitem Sabugalensem eorum patrem, cui Beatrix nupserat, per sexum virilem descendere a familia Albicastrorum, ideoque incapacem esse conservandi agnationem; & quamvis institutor de filia, aut sorore mentionem tantum fecisset, non idcirco dici poterat, fuisse tantummodo vocatos fœminas agnatas, exclusis cognatis, eo quia Testator non respexerat ad eam puram, & veram agnationem, quæ fœminas proximiores excluderet, sed ad eam tantum, quæ per medium fœminæ conservari potuisset, videlicet, ut fœmina ultimo possessori proximior in majoratu succederet sub ea conditione nubendi agnato proximiori, ex quo filios agnatos procreare potuisset, qui successionem a matre, & agnationem a patre desumerent, cumque voluntas, & finis Testatoris æqualiter adimpleretur per fœminam agnatam, ac per cognatam, ac eidem resultaret effectus, propterea Auctor prædictus resolutum fuisse asserit, rite, recteque ad majoratum admissam fuisse Elisabetham, licet proximiorem cognatam, quia nubendo agnato, ejus liberi effecti fuerant agnati, perinde ac si ex fœmina agnata fuissent procreati; agnatitiam quippe qualitatem recipiebant a patre, non autem a matre, quæ quamvis agnata, finis est agnationis, quam proinde filiis communicare non potest.

Evincitur itaque ex his, Pegas agere quæstionem omnino alienam a nostra, nec casum illius convenire cum præsenti successionis ab Intestato, dum in majoratu, de quo agit, fœminæ proximiores erant expresse vocatæ, cum conditione tamen nubendi agnato; ideoque fœmina ex propria persona constituebatur habilis ad succedendum, quando nupserit uni ex familia; at nostrum Statutum expresse excludit fœminas, easque inhabilitat ad successionem, vocando agnatos masculos restrictive ad sextum gradum, ideoq; cum statuentes excludant personam matris gradum constituentis, qua ratione DD. Fratres Adversarii successionem, & proximitatem a matre metiri possunt, quando hæc reperitur exclusa? Præterea, ut Pegas ait, *n.* 123. *&* 146. *& seqq.* majoratus non erat vere, & proprie agnatitius, expresse firmans, quod si revera talis fuisset, minime in eo succedere potuisset filia, aut soror, minimeque eas institutor vocasset; unde cum nostrum Statutum usque ad sextum gradum excluserit fœminas, ut consuleret veræ agnationi, conjunctio fœminæ exclusæ semper erit medium impertinens & inhabile ad hoc, ut filii successionem ex ejus persona consequi valeant, ut probat Rot. *d. dec.* 89. *n.* 12. *ad* 16. *p.* 7. *rec.* cum aliis superius adductis.

Persequi possemus cæteras auctoritates in contraria consultatione adductas, easdemque facile refellere similibus responsionibus, sed consulto id omittimus, ne nimis, & plus æquo crescat oratio, præsertim quia majori parti earum præventive respondi in mea consultatione a §. *Pater ad* usque ad §. *Quæ benigniter*, & singulæ, ut dixi, declarantur a D. meo Jacobo Rillio. Quamobrem cum quæstio, in qua versamur, sit de successione ab intestato, in qua, ex juris communis præscripto, æque masculi, ac fœminæ admittuntur, & lex municipalis Civitatis Florentinæ, seu illius reformatio extendat duntaxat sororum exclusionem favore agnatorum usq; ad sextum gradum inclusive, sequitur, quod DD. Fratribus Adversariis existentibus in gradu remotissimo, & insuccessibili, tam inspecto Statuto, quam jure communi, ex utriusque censura nullum eisdem successionis jus tribuitur dici queat, minimeque liceat proximitatem gradus metiri a fœmina cognata, ad effectum excludendi a successione Baronis Braccii D. Mariam Magdalenam defuncti sororem principalem nostram, quæ utpote exclusa contemplatione agnatorum certi gradus, his non existentibus, redit ad jura successionis eidem de jure debita, tanquam cessante impedimento eam adimente fœminis, & de jure communis censura cæteroquin successuris, ut notant Ruin. *conf.* 189. *n.* 4. *lib.* 2. Angel *conf* 382. *n.* 12. *&* 13. Albert. Bruo. *de statut. success. art.* 10. *n.* 23. *fol. mihi* 215. Vela *dissert. jur.* 49. *n.* 69. *tom.* 2. Roa. *de incompat. p.* 1. 2. 6. *n.* 307. *& seqq.* clar. mem. Card. de Luca *de success. ab intest. d. disc.* 10. *n.* 3. *&* 4. Palm. *dec. Luc.* 210. *n.* 25. Rot. *dec.* 172. *n.* 8. *& p. p.* 14. *rec.*

Et ita inhærendo iis, quæ alias pro veritate scripsi favore Illustriss. D. Mariæ Magdalenæ, nunc tanquam advocatus ad ejus defensionem adscitus respondeo.

Ferdinandus de Valentibus in Rom. Cur. Adv.

DECI-

DECISIONES

Almæ Rotæ Senensis,

IN CAUSA

SENEN. FIDEICOMMISSI

De Forteguerris.

Jovis 29. Martii 1708.

ARGUMENTUM.

De Theorica Cumani, *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de l. 2. in l. Gallus, §. quidem recte, ff. de libr. & posthum.* Et discuritur pro recessu ab hac Theorica, ex quibus verbis, vel conjecturis colligatur animus testatoris, ut vocatio alicujus, ejusque descendentium, non expiret per vulgarem in primo limine, & ingressu descendentiæ, sed tractum habeat successivum per fideicommissariam.

DECISIO

IN ultimo, cum quo decessit testamento, Salustius quondam Julii de Forteguerris universalem sibi scripsit hæredem Silvium patruum, eique decedenti substituit vulgariter, & per fideicommissum, Faustum ipsius Testatoris fratrem, omnesque hæredes, & descendentes ejusdem, ibi: *In tutti gli altri suoi beni suo erede universale instituì, fece, & esser volse il Signor Silvio del Signor Alessandro Forteguerri suo Zio dilettissimo, al quale morendo sostituì volgarmente, e per fideicommisso, il Signor Fausto fratello di detto Signor Testatore, e tutti gli eredi, e descendenti del medesimo.*

Decessit primo loco Silvius, & subinde Faustus relicto post se Salustio filio masculo, qui pariter obiit cum tribus filiabus in hoc judicio Actricibus, nempe DD. Comitissa Teresia, Isabella, & Magdalena, & unico masculo, nempe Fausto, cui successit Salustius ejus filius, in infantili ætate nuper defunctus.

Terminata per obitum præfati Salustii junioris descendentia masculorum Fausti senioris primi substituti, insurrexerunt præfata Domina Comitissa Teresia, aliæque DD. Sorores de Forteguerris prædicti Fausti ex Salustio filio neptes, ultimique defuncti Amitæ, & ex remedio *l. finali, C. de edict. Div. Adrian. tollen.* petierunt immitti in possessionem bonorum vigore dicti testamenti Salustii senioris contra D. Virginiam Pirti Dei ultimi defuncti matrem, illorum possedistricem; & favorabilem sententiam concordibus suffragiis in hodierna audientia a Rota reportarunt.

Probata namque fuerunt pro parte dd. DD. Sororum de Forteguerris omnia extrema necessaria, existentia scilicet fideicommissi, illiusque purificatio; cumque bonorum identitas, & legitimatio personarum non controverteretur inter partes, prædictis omnibus concurrentibus, immissio vigore l. finalis substitutis denegari non valuit, Rot. coram Cerro *dec. 926. num. 1. recent. dec.* 330. *num. 2. & 3. part. 5. & dec.* 378. *num. 1. & 2. part. 16.*

De existentia autem, & durattone fideicommissi, constare visum fuit ex substitutione Fausti senioris, omniumque illius hæredum, & descendentium, facta Silvio, sub quorum nomine veniunt omnes hæredes, & descendentes in infinitum, ut de verbo, *Heredes*, quod denotet substitutos fuisse omnes hæredes in infinitum, *leg. in annualibus 22. Cod. de legat. leg. heredis appellatio 65. & leg. heredis appellatione 170. ff. de verbor. signific.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 19. num. 24. in fine, & artic. 32. num. 60. & 63.* Fusar. *de substitut. quæst. 343. ex num. 1.* Borgnin. Cavalcan. olim hujus nostri Tribunalis Auditor, *dec. 5. sub num. 77. part. 3.* Rota in Asculana fideicommissi, & donationis 21. Junii 1686. §. *Supposita*, coram bon. mem. Rondinino, & de verbo descendentes, *leg. final. Codic. de suis, & legitim. leg. Cognoscere, §. final. ff. de verborum significat. & in §. 1. Authent. de heredibus ab intestat. venient.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 19. num. 24. in fine*, Cavalcan. *dict. decision. 5. num. 76. & decision. 18. num. 27. part. 3.* Rota Florentina apud Palma Nepos *allegat. 227. num. 78. versic. Secunda emergit, in fine*, Rota nostra apud Mart. Medic. *decision. 1. num. 60. & decision. 2. n. 2.* Rota Romana apud Cavaler. *decision. 354. n. 11.* Arguelles *decision. 62. n. 31. inter diversorum decision. 492. n. 1. part 4. in recentior. dec. 168. n. 4. part. 3. & decision. 366. n. 5. p. 4. tom. 2. dec. 243. n. 7. p. 18.* maxime juncta dictione *Omnes*, quæ eo magis apta est demonstrare comprehensionem omnium hæredum, & descendentium in perpetuum, Senatus Mantuanus apud Cyriac. *controv. 522. num. 97.*

Non obstante, quod substitutio hæredum, & descendentium Fausti expiraverit, vel tanquam restricta ad hæredes immediatos Fausti senioris, stante dictione illa, *del medesimo*, vel tanquam facta per vulgarem, prout facta dicitur substitutio ordinata sub nomine collectivo descendentium, qui deficientibus verbis tractum successivum denotantibus, substituti dicuntur per vulgarem, juxta celebrem Theoricam Cumani in *leg. cum ita 33. §. in fideicommisso num. 4. ff. de legat. 2. & in leg. Gallus 29. §. quidem recte num. 7. ff. de liber. & posthum.* quam antiquioribus omissis sequuntur Fusar. *de substitut. quæst. 382. num. 1.* de Luca *de fideicomm. disc. 91. num. 3.* Castald. *consult. 66. num. 1. & sequent.* Mans. *consult. 132. num. 10.* Palma Nepos *allegat. 48. num. 1.* Tort. *de majorat. Ital. part. 2. quæst. 19. num. 15.* Senatus Nicien apud Balducc. ad Ramon. *decision. 92. num. 2.* Urceol. *decision. 13. num. 10.* Rota in *recentior. decision. 357. num. 1. part. 1.* & in Romana immissionis post Albic. *de inconst. in judic. decision. 26. num. 1.* confirmata 15. Februarii 1694. §. *quia ex tenore*, 25. Junii 1696. in princip. coram Reverendiss. D. Molines Lucana Beneficii 7. Maii 1694. §. *Attenuatum*, & 5. Julii ejusdem anni, §. *injuste*, coram eodem Avenionen. Primogenituræ, seu Concursus super executione mandati, 3 Julii 1702. §. *Nec minus*, coram Rev. P. Dom. Casfatello.

Etenim quoad restrictionem ad filios immediatos Fausti, quidquid dicendum foret, quando substituti fuissent filii Fausti cum dictionibus restrictivis, & personalissimis; cum in casu præsenti fuerint substituti hæredes, & descendentes, quæ ut dictum est, sunt verba de sui natura omnes hæredes, & descendentes in infinitum comprehendentia, & quidem cum adjectione verbi generalis, *Omnes*; atque ex conjecturis inferius recensendis, constet, Testatorem voluisse ordinare fideicommissum graduale, & successivo de uno in alium, in his terminis dictio relativa ad Faustum censetur apposita demonstrative ad designandam personam, & stipitem, a quo descendere debent vocati in fideicommisso, non autem ad effectum restringendi vocationem ad primos immediate descendentes a Fausto, cum tam isti, quam alii ulteriores, a stipite designato descendant, ut advertunt Dec. *consil. 245. num. 7.* Fusar. *cons. 43. num. 45. & 47. & cons. 93. num. 30. & de subst. quæst. 327. num. 3. & plurib. seq.* Peregr. *de fideic. artic. 21. num. 54.* Batz. *dec. Bonon. 4. sub num. 17. & seqq. & decis. 7. num. 5. & 6.* Rota apud Giovagn. *resp. 75. n. 84. lib. 1.* coram Seraph. *dec. 939. n. 15. & 6.* Dunoz. jun. *dec. 487. n. 25.* & in Vaden. Canonic. 19. Junii 1705.

§. *Et quamvis*, coram Reverendiss. D. Molines Decano, & in Romana Jurispatronatus 3. Julii ejusdem anni, §. *Siquidem*, coram eodem.

Quo vero ad expirationem substitutionis per vulgarem factæ, considerabant Domini, quod licet vera sit supradicta Cumani Theorica, æque tamen vera, & recepta est limitatio, illam non habere locum, quotiescunque ex verbis, vel ex conjecturis colligi possit Testatoris mentem fuisse, ut dispositio in primo limine, & ingressu non expiraret, sed ad commodum omnium in collectiva vocatione comprehensorum de persona ad personam protraheretur, ut declarando præfatam Cumani Theoricam, tradunt Molin. *de primogenit. lib. 1. cap. 5. sub num. 27. versic. his tamen, & seqq.* de Luca *de fideicommiss. disc. 53. num. 15. & disc. 91. num. 12. disc. 92. num. 3. & disc. 93. num. 3. & disc. 128. sub num. 2.* Rota Januen. post Torr. *de primogenit. dec. 17. num. 40. & 52.* Rot. coram Seraphin. *decision. 934. num. 7.* Ubald. *decision. 313. num. 2.* Emerix jun. *decision. 1524. ex num. 2. inter diversor. decision. 495. num. 1. part. 3. recent. decision. 168. num. 7. part. 3. decision. 212. num. 2. part. 4. decision. 161. num. 1. & decision. 378. num. 9. par. 16. decision. 355. num. 7. part. 17. decision. 36. num. 5. par. 18.* & in Senogallien. seu Auximana fideicommissi 16. Junii 1688. §. *quamvis*, cor. Eminentiss. D. meo Cardin. Capracu, & in dicta Lucana Beneficii 1694. §. *neque applicatur*, & 5. Julii ejusdem anni, §. *injuste*, coram Reverendiss. Molines, in Romana fideicommissi 26. Novembris 1696. §. *Et quidem*, coram Card. Capracu, & 20. Junii 1698. §. *Item enim*, cor. eodem, & 9. Maii 1701. §. *Et sane*, cor. Reverendiss. Molines, & in Ostunen. Primogenituræ 12. Junii 1699. §. *neque*, coram dell'Olivo, & in Melevitana Jurispatronatus 26. Aprilis 1770. §. *At hujusmodi*, coram Eminentiss. D. Card. della Tremoill. & in Faven. fideicommissi 22. Junii 1705. §. *Testator*, coram Reverend. P. D. Omanna.

De mente autem Salustii recedendi a Theorica Cumani e & inducendi fideicommissariam substitutionem, nobis constitit ex pluribus validissimis conjecturis, nedum tacitam, sed expressam voluntatem disponentis ostendentibus; quarum prima resultat ex eo, quod ipse Silvio hæredi instituto substituit Faustum, omnesque ejus hæredes, & descendentes vulgariter, & per fideicommissum, ibi, *Al quale morendo sostitui volgarmente, e per fideicommisso il Sig. Fausto fratello di detto Sig. Testatore, e tutti gli eredi, e descendenti del medesimo*, ex quibus verbis cum manifeste appareat, tam Faustum, quam omnes ejus hæredes, & descendentes fuisse vocatos per fideicommissariam, non potest dici substitutiones expirasse per aditionem Fausti; nam aditio sustulit quidem vulgarem substitutionem, quæ per aditionem primi expirat, non autem fideicommissariam, quæ ex dictis verbis, *volgarmente, e per fideicommisso*, inducta fuit, ut in terminis pro recessu a Theorica Cumani, notat Peregr. *de fideicomm. art. 18. n. 11.* Fusar. *de substitut. q. 479. n. 35. & 57.* Simon. de Prætis *de interpr. ult. vol. lib. 4. interpret. 3. dub. 1. solut. 8. ex num. 2. fol. 82. secundam impress.* Francofurt. Ancolin. *resol. 114. n. 21.* Castald. *consult. 164. n. 9.* Urceol. *consult. 80. n. 19.* Andreol. *contr. 368. sub n. 19.* Mans. *de legat. & fideic. consult. 46. num. 8. tom. 9.* Rot. Bononien. apud Rodulphin. *alleg. 107. sub n. 11. & 15.* Rot. cor. Seraphin. *dec. 934. n. 11.* Coccin. *dec. 1255. num. 3.* Emerix jun. *dec. 538. n. 7. & dec. 599. n. 5. in rec. dec. 472. n. 30. & 31. p. 14.* & in d. Fanen. fideicommiss. 22. Junii 1705. §. *Ceterum*, cor. Omanna.

Potissime quia clausula prædicta fuit consulto, & magna cum deliberatione adjecta; nam Testator non contentus, quod hæc clausula ex Formulario Senen. debeat apponi a Notariis, & non apposita suppleatur a jure, & habeatur, ac si adjecta fuisset, ut firmavit Rot. nostra apud Matth. Medic. *decision. Senen. 69. num. 56. & seqq. usque ad finem*; voluit illam adjicere, & quidem non juxta stylum Notariorum, nec juxta vulgatam formulam, quæ esse solet, *volgarmente, pupillarmente, e per fideicommisso*, sed dempto verbo, *pupillarmente*, quia mature consideravit non potuisse ab ipso fieri substitutionem pupillarem, ex quo non habebat hæredem in potestate; unde ex hoc eo magis desumitur enixa Salustii voluntas substituendi per fideicommissum, ut bene in specie considerat Cardin. Sacripantes apud Mans. *de legat. & fideicommiss. tom. 9. dict. consultat. 46. n. 9.*

Neque resistit, duas in præsenti testamento fuisse ordinatas substitutiones; unam respectu Silvii hæredis instituti, cui substituti fuerunt descendentes Fausti, tam vulgariter in casum voluntatis, aut impotentiæ ejusdem Fausti, quam per fideicommissum; alteram respectu Fausti primi substituti post aditam ab ipso hæreditatem Salustii fratris per mortem Silvii vacatam, & inspecta persona ejusdem Fausti, ipsius descendentes fuerunt substituti per solam vulgarem, ut distinguunt Mans. *d. consult. 131. n. 13.* de Luca *de fideicomm. disc. 91. n. 15. & seqq.* Castald. *consult. 66. num. 6.* Urceol. *dec. Florent. 13. n. 19. & seqq.* Rot. *in rec. dec. 357. ex n. 6. p. 1.*

Procederet enim objectum, si Salustius in oratione perfecta substituisset Silvio hæredi Faustum, & ejus descendentes, & postmodum in alia oratione de per se stante, & recta a proprio verbo, substituisset Fausto illius descendentes; in hoc enim casu verificatur, Testatorem duas distinctas voluisse ordinare substitutiones in descendentibus Fausti, unam respectu Silvii, & alteram respectu Fausti; sed cum Faustus, & descendentes fuerint substituti sub unica oratione recta ab eodem verbo, *Substituit*, ibi: *Instituì il Signor Silvio, al quale morendo sostituì volgarmente, e per fideicommisso il Signor Fausto fratello di detto Signor Testatore, e tutti gli eredi, i descendenti del medesimo*; & quidem non verbis impersonalibus ad certam personam non directis, quæ ad omnes referri possent, prout erat casus plurium auctoritatum in objecto adductarum; sed relative ad personam Silvii, ut denotat dictio illa, *al quale*, quæ est de sui natura relativa, & demonstrativa personæ prius expressæ, *l. ex tamen, ff. de legat. 3. l. a filio e §. Testator, & §. Titio, ff. de aliment. & cibar. legat. l. ultima, C. de heredit. instit.* Menoch. *cons. 200. n. 3.* Surd. *cons. 336. n. 18.* Rot. cor. Dunozett. jun. *dec. 237. n. 1.* Cerro *dec. 460. n. 2.*

Hæc relatio, & demonstratio indicat substitutionem Fausti, & ejus descendentium, factam fuisse solummodo personæ Silvii præcedenter nominati, nec potest in partes scindi, ea eo quod eadem substitutio extensa fuerit ad plures gradus personarum, videlicet ad Faustum, & omnes ejus descendentes, quia ex hoc progressu multiplicantur quidem gradus vocatorum, & substitutiones respectu descendentium substitutorum, non vero respectu eorum, quibus facta prætenditur substitutio, cum quilibet ex vocatis non dicatur substitutus ei, per cujus obitum purificatur substitutio; sed omnes, vel immediate, vel mediate, dicuntur substituti primo instituto, quando ad istum verba directa sunt, Zacch. *in l. heredes mei, §. cum ita, p. 6. n. 177. ff. ad Trebellian.* Rot. cor. Priolo *dec. 59. n. 7.*

Et consequenter exclusa multiplicatione substitutionum quoad eos quibus succedi debet, & data unicitate dispositionis, & comprehensione Fausti, & omnium aliorum descendentium sub eadem oratione, & structura verborum, eodem modo, quo non negatur Faustum primo loco vocatum fuisse substitutum Silvio per fideicommissum, ita etiam per fideicommissum dicendum est fuisse eidem Silvio mediate substitutos Fausti descendentes secundo loco vocatos, qui in eadem oratione, & iisdem modo, & verbis substituti fuerunt, ut in specie Theoricæ Cumani, dixit Dec. *cons. 145. sub n. 4. versic. & hoc idem probatur*, Dec. *respons. 1. n. 232. & sub n. 251. versic. neque distinguunt, aut alia verba lib. 1.* Bartol. *dec. 2. n. 13. & 14. & n. 38. cum duobus seqq.* Rot. in Bononien. fideico. de Burgonzonis 6. Junii 1698. §. *& hinc*, cor. clar. mem. Cardinal. Caccia, *ubi*: Imo cum sit unica substitutio, ac eodem modo facta inter filios primo vocatos, & inter eorum filios, & descendentes; hinc est, quod sicut inter primos institutos admittitur vocatio activa, & passiva, ita admittenda sit inter descendentes cum æquali determinatione, & sub eodem contextu substitutos, Menoch. *cons. 575. n. 11. versic. ex ratio itaque*, Peregr. *cons. 151. num. 21. ad med. versic. & ubi* Rot. in Bononien. Bonorum 27. Januarii 1662. §. *ponderantes*, cor. bon. mem. Albergato.

Cæterum dato etiam per hypothesim, quod Salustius ordinare voluerit duas separatas substitutiones, unam scilicet Silvio, & alteram Fausto; adhuc ex eodem mox adducta ratione ambo censeri deberent fideicommissariæ, cum enim utraque substitutio descendentium Fausti, tam respectu personæ Silvii, quam Fausti, reperiatur ordinata in eadem oratione, & ab eodem verbo regulatur, unaque substitutio sit etiam cum alia unita, & connexa, mediante copula, *Et*, hæc identitas, & connexio identificat utramque substitutionem, & efficit, ut sicut substitutio descendentium Fausti respectu Silvii est nedum vulgaris, sed etiam fideicommissaria, ita etiam fideicommissaria censeri debeat eorundem descendentium substitutio respectu

ipsius

Digitized by Google

ipsius Fausti, ut bene in specie theoricæ Cumani ponderat Dec. *responso* 41. *sub nu.*98. *vers. non obstat etiam libr.* 1. Simon de Pretis *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *interpret.* 2. *dub.* 1. *solut.* 5. *sub n.*46. *vers. sicut enim fol. mihi* 51. *colum.* 4. *versus finem in impress.* Francofurt, Massol. *Trismegist. legal. dicta ratiocin.*80. *n.*68. 69. Altograd. *controv.*94. *n.* 25. & 29. & *seqq. usque ad n.*35. Rot. *in rec. decis.*125. *sub n.* 8. & 10. & *dec.*143. *n.* 8. *p.* 1. *dec.* 168. *n.* 7. *p.* 3. *dec.* 97. *n.* 7. & 8. *part.* 4. *dec.* 81. *num.* 11. *part.* 16. & coram Arguell. *dec.* 81. *num.* 19. Cerro *dec.* 460. *ex num.* 4. & *num.* 9. & 10. & *decis.*513. *num.* 16. Emerix jun. *decis.* 1124. *sub num.* 3. Rot. Florent. apud Palma Nepos *allegat.*227. *sub numer* 76. *versic. prima scilicet*, & *numer.*77. & in dicta Florentina Donationis de Medicis 15. Septembris 1682. §. 1. coram Illustriss. Dom. Audit. Finetti, *libro motivorum* 130. *n.*414.
,, *ibi*, Primo, quia cum donatria non modo quemlibet ex
,, descendentibus a filiis masculis Hersiliæ, verum etiam
,, descendentibus a filiis fœminarū vocaverit per fideicom-
,, missum, ultimo vero loco per continuatam orationem,
,, attenta dictione: *Et*, ibi, & *post mortem omnium*, &
,, *singularum fœminarum*, vocaverit Magdalenam, ejus-
,, que filios, & descendentes, eodem modo per fideicom-
,, missum censetur vocasse dictos filios, & descendentes e-
,, jusdem Magdalenæ, quia eadem præsumitur voluntas
,, disponentis in progressu substitutionum, quæ fuit in in-
,, gressu, & ordo, qui datur in prima, censetur repetitus
,, in secunda &c.

Signanter quia nulla est assignabilis diversitatis ratio, quare Salustina voluerit substituere Silvio hæredi instituto Faustum, ejusque descendentes vulgariter, & per fideicommissum, eosdemque descēdentes noluerit pariformiter, vulgariter, & per fideicommissū substituere Fausto primo substituto, quæ rationis diversitas aderat in casu *dec.*357. *n.*8. *p.* 3. *rec.* ac proinde ea identitate rationis in utroque casu concurrente, eadem præsumi debet voluntas Testatoris vocantis per fideicommissariam, ut in individuo prosequitur Mantic. *dicta consult.*46. *sub n.*9. *tom.*9. Altograd. *dicta controv.*94. *n.* 36. & *seqq.* Rot. Florentina apud Palma Nepos *dict. alleg.*227. *sub num.*78. §. *Secunda emergit*, & in dicta Florentina donationis de Medicis 15. Septembris 1686. §. & *quanquam*, coram Illustriss. D. Audit. Finetti, optime Rot. coram Peutinger. *dec.*236. *num.*8. & *seqq.* ubi declarat eandem decisionem 357. *p.* 5. *rec.* in qua a dissensuribus D. Virginiæ magnum stebat fundamentum, & in Romana Fideicommissi 21. Februarii 1684. §. *quarto quia*, cor. bonæ
,, mem. Benincasa, ibi, Et quamvis talis ordo successivus
,, solum prætendatur referri ad liberos Jacobi hæredis; ni-
,, bilominus quia vocatio descēdentium ad alias personas
,, ultra filios dicti Jacobi referri potest, ea supra ponderatis
,, in §. *his plures*, hinc fortius comprobatur assumptum,
,, dum prædicta verba, *d'una in un'altro*, sunt æque adapta-
,, bilia tam liberis instituti, quam proximioris, cæterisque
,, istius attinentibus, & in dicta Ostunen. Primogenituræ
,, 12 Junii 1699. §. *quarto dictam conjecturalem*, coram
,, dell'Olmo.

Imo major concurrit ratio, quod descendentes Fausti respectu ipsius sint substituti per fideicommissum, quam respectu Silvii; Silvius enim erat Testatori magis dilectus, ut elicitur tam ea quo ipse fuit hæres institutus, & primo loco vocatus, qui præsumitur a Testatore magis dilectus quam Faustus substitutus, Matta *de success. leg. p.* 2. *q.* 10. *art.* 1. *n.* 12. 13. & 24. Torr. *de primog. Ital. p.* 2. *q.* 35. *n.* 60. & in terminis theoricæ Cuman. Actolin. *resp.*80. *n.* 25. Rota Januen. post Torr. *de primog. d. dec.*17. *n.* 56. Rot. *divers. decis.*495. *p.* 2. *vers. Quarta sit conjectura p.*4. & *in rec. decis.* 143. *n.* 14. *p.* 1. quam ea quo Testator eundem Silvium singulari prædilectionis signo vocavit dilectissimum, ibi: *Instituit il*... *ignor Silvio suo Zio dilettissimo*, quæ verba specialem indicant prædilectionem, dixit Rot. coram Coccin. *decis.*1788. *n.* 88.

Qua majori prædilectione posita, sequitur, quod si Testator gravavit Silvium magis dilectum onere restitutionis & cum clausula, *vulgariter*, & *per fideicommissum*, favore Fausti, & descendentium ab eo, potiori jure dicendum est voluisse gravare onere restitutionis Faustum minus dilectum favore eorundem descendentium, & respectu ipsius clausulam, *vulgariter*, & *per fideicommissum*, sub unica orationis intellexisse apponere, ne alias sequatur absurdum menti Testatoris repugnans, quod iste voluerit gravare magis dilectum onere restitutionis, & fideicommissi, minus vero dilectum a tali onere immunem reddere cum omnimoda libertate bonorum, ut in terminis pro inducen-

do fideicommisso successivo, & ad exclusionem vulgaris, ponderat Dec. *d. resp.*1. *n.*274 *vers. quarta conjectura lib.* 1. Cravett. *cons.*130. *n.*6. & 7. Peregr. *de fideicomm. artic.* 18. *n.*13 *vers. pro intelligentia*, & *n.* 21. *vers. tertio quia*, Simon de Pretis *de interpret. ult. volunt. lib.*3 *interpret.* 2. *dub.* 5. *solut.* 5. *num.* 46. *prope finem*, *fol.* 51. juxta impressionem Francofurti. de Luca *de fideicomm. disc.* 93. *n.*7. *vers. tertia oriebatur*, Altogr. *d. contr.* 94. *nu.*43. Massol. *Trismeg. legal. ratioc.*80. *nu.*76. Rot. Bononien. apud Rodulph. *alleg.* 107. *n.* 17. Baitell. *dec.* 2. *nu.* 39... & 395 Rot. Floren. penes Palm. Nep. *d. alleg.* 227. *n.* 78. ubi declarat prædictam decisionem 357. *p.* 1. *rec.* & in d. Florentina Donationis de Medicis 15. Septembris 1682. §. *hic*, & §. *quanquam*, ubi ,,
respondet contrariis coram Illustriss. D. Audit. Finetti, ,,
ibi, Huic affinis succedit altera conjectura ex eo elicita, ,,
quod cum donatria gravaverit filios, & descendentes o- ,,
mnes masculos a filiis masculis Hersiliæ magis dilectos, ,,
eodem onere censetur voluisse gravare descendentes a Magdalena filia ejusdem Hersiliæ, ne pejoris conditionis sint magis dilecti, l. si viva matre &c. Rot. Romana cor. Priol. *dec.* 253. *n.* 5. post Constantin. *ad statut. Urbis dec.* 120. *nu.* 11. Romana, seu Firmana fideicommissi *in recentior. dec.* 381. *nu.* 8. *part* 19. confirmata 15. Junii 1695. § *in præfati*, cor. R. P. D. meo Priolo, *ibi:* Si enim Testator voluit gravare magis dilectos, hoc idem, & fortius dicendum est de minus dilectis; & 20. Januarii 1700. §. *Data*, coram eodem, & in Ostunen. primogenituræ 12. Junii 1699. §. *tertio emergit*, coram dell'Olmo.

Et quamvis aliqui contrarium senserint, quod nempe gravatis proximioribus non inferatur Testatorē voluisse fideicommisso gravare etiam remotiores potius habentes asistentiam voluntatis Testatoris, qui dum fideicommissum expresse ordinavit, ubi voluit illud inducere, signum est, quod ubi illud expresse non ordinavit, noluisse dicendum est; attamen auctoritates contrariæ, vel loquuntur quando agitur de extensione fideicommissi ordinari in uno gradu, vel inter certas personas prædilectas ad alios gradus, & inter alias personas minus dilectas; non vero quādo agitur de adminiculanda interpretatione, & declaratione, an scilicet Testator, qui adjecit clausulam *vulgariter*, & *per fideicommissum*, in casu quo hæredes, & descendentes Fausti succederent immediate Silvio, censeatur etiam adjecta in casu, quo adita hæreditate a Fausto, post istius mortem succederent Silvio mediate, quando clausula supradicta fuit apposita in unica, & individua oratione recta ab eodem verbo, & connexa per copulam, &, ex traditis per Rotam coram Gregor. *dec.*315. *numer.* 14. Peutinger. *d. decis.* 236. *n.*8. & *seqq.* Vel loquuntur, quando ratio disparitatis inter utrumque casum considerari valet, aut verba non patiuntur talem intelligentiam, & deficiunt aliæ conjecturæ, ut declarando contrarias auctoritates in terminis fideicommissi inducti inter personas prædictas, quod censeatur etiam volitum inter minus dilectas, quando Testator locutus est per continuatam orationem, & copulam, &, prosequitur, ad exclusionem theoricæ Cumani, Rot. Florentina apud Palma Nep. *sæpe citat. allegat.*227. *num.* 78. & in dicta Florentina Donationis de Medicis 15. Septembris 1682. *citato* §. *Et quanquam*, coram Illustriss. D. Audit. ,,
Finetti, *ibi*: Et quanquam Redenasc. *cons.* 70. Card. de ,,
Luca *de fideicommiss. disc.*91. *nu.* 16. Peregrin. *consil.*23. ,,
*l.*4. *n.*6. improbent hanc conjecturam; attamen loquun- ,,
tur in terminis, quibus ratio dispositionis inter alteru- ,,
trum casum assignari valet, vel deficientibus aliis conje- ,,
cturis, verba non patiuntur talem interpretationem, ut ,,
advertunt Peregr. *d. cons.*23. *nu.*6. *in fin. l.* 4. contra quem ,,
nihilominus fuit decisum in Rot. Rom. *decis.* 168. *p.* 3. ,,
rec. Card. de Luca *de fideic. disc.*43. *n.*16. Surd. *decis.*219. ,,
in fine; secus vero, quando in omnibus substitutionibus ,,
eadem ratio consistit &c.

Quo vero ab adjectione d. clausulæ, *vulgariter*, & *per fideicommissum*, in substitutione descendentium Fausti respectu personæ Silvii arguatur voluntas testatoris non substituendi per fideicommissum eosdem descendentes respectu personæ Fausti, dum in hoc casu d. clausula repetita non fuit, non subsistit; nam cum testator in eadem oratione copulative ordinaverit præsupositas geminas substitutiones descendentium a Fausto, scilicet respectu Silvii, & respectu personæ Fausti, optime agnovit, quod ab iisdem verbis, & clausulis de jure determinari debebant ambę substitutiones, cum singulari repetitione verborum, & clausularum; & propterea cum non egeret verbis expressis repetere, quæ de jure in eadem oratione, & periodo subin-

telligebantur, cessat argumentum a discretiva oratione, & locutione desumptum, ut in simili dixit Rot. cor. Emeria jun. *dec.* 1092. *sub n.* 23. 24. *& dec.* 1265. *n.* 8. §. *minus, vers. tum etiam quia, & in rec. dec.* 17. *n.* 19. *p.* 16. & in Romana fideic. de Avila 23. Januarii 1695. §. *fin.* cor. bon. mem. Pio, & in terminis theoricæ Cuman. Rot. Floren. in sæpe laudata Florent. donationis de Medicia 15. Septembris 1682. §. *Nan abstat, quod prima vocatione filiorum cum duob. seq.* cor. Illustr. D. Aud. Finetti, Rot. cor. Seraph. *in d. dec.* 934. *n.* 17. *vers. dicere autem*, Ubald. *d. dec.* 313 *n.* 9.

Secunda æque validissima conjectura desumitur ex eo, quod Faustus, ejusque descendentes fuerunt substituti in casu mortis Silvii, ibi - *Instituì il Sig. Silvio, al quale morendo, sostituì il Sig. Fausto, e tutti gli eredi, e descendenti del medesimo.* Substitutio autem facta sub commemoratione mortis, ut comprehendens in se omne tempus ante, & post aditam hæreditatem, inducit compendiosam, ut in terminis theoricæ Cuman. Dec. *resp.* 1. *n.* 62. *&* 231. *vers. quod verba, & resp.* 41. *n.* 64. *l.* 1. Bellon. jun. *cons.* 39. *n.* 23. *versic. neque obstat, quod cum substitutio*, Redenasc. *cons.* 11. *n.* 4. & 5. Massol. *Trismegist. l. ratioc.* 80. *n.* 64. & 73. Andreol. *contr.* 368. *sub n.* 6. Conciol. *alleg.* 13. *n.* 2. Baitell. *dec.* 2. *n* 8. & 21. *dec.* 5. *n.* 15. & *dec.* 10 *n.* 25. Rot. Flor. penes Palm. Nep. *dec.* 354. *n.* 9. Rot. cor. Cerr. *dec.* 460. *n.* 5. 6. & 11. & *dec.* 534. *n.* 12. Cels. *dec.* 33. *n.* 10. Ubald. *dec.* 313. *n.* 5. *in rec. dec.* 366. *n.* 14. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 201. *n.* 6. *p.* 8. *dec.* 280. *n.* 9. 10. *p.* 10. post Torr. *de primog. dec.* 62 *sub n.* 1. 2. in Pisauren. fideic. 10. Martii 1684. §. *recensita*, coram Alberg. & in Firmana fideic. 27. Aprilis 1703. §. *haud relevante*, cor. Muto etiamsi non fuerit adjecta dictio, *quandocunque*, ut in iisdem terminis Dec. *d. resp.* 1. *n.* 65. & 231. *versic. quas verba, & resp.* 41. *sub n.* 69. *l.* 1. Redenasc. *d. cons.* 11. *n.* 4. 5. Massol. *d. ratioc.* 80. *n.* 65. Baitell. *dec.* 2. *n.* 287. 377. *sub n.* 564. *in fin.* & *n.* 639. & *dec.* 5. *n.* 16. Rot. cor. Cerr. *cit. dec.* 513. *n.* 12. *in rec. d. dec.* 201. *n.* 8. *p.* 8. post Torr. *de primog. d. dec.* 62. *sub n.* 1. & in Pisauren fideicomm. 10. Martii 1684. §. *recensita*, cor. bon. mem. Albergat. & generaliter in Senen. divisionis super admissionem nepotum 12. Januar proxime præteriti, §. *idque*, coram me, ubi plures concord.

De cujus natura est, ut omnes in dicta substitutione comprehensi dicantur vocati nedum per vulgarem, verum etiam per fideicommissariam, quæ sub dicta compendiosa comprehenditur, ut in subjecta nostra materia tradunt in specie Dec. *d. resp.* 1. *n.* 66. *sub n.* 76. *sub n.* 231. & . 51. *in fin.* & *resp.* 41. *sub n.* 70 71. & 81. *l.* 1. Bellon. jun. *d. cons.* 39. *sub n.* 23. *versic. neque obstat, quod cum substitutio*, Menoch. *l.* 4. *præs.* 71. *n.* 12. Acton *res.* 80. *n.* 18. & 23. Massol. *d. ratioc.* 80. *n.* 67. 70. & 73. Andreol. *d. controv.* 368. *sub n.* 6 Mans. *consult.* 66. *n.* 11. *tom.* 1. Simon. de præt. *de interp. ult. vol. l.* 3. *interpr.* 2. *dub.* 1. *sol.* 5. *n.* 46. *fol.* 51. Altogr. *contr.* 31. *n.* 14. & *contr.* 33. *n.* 22 Conciol. *d. alleg.* 13. *n.* 3. *sub n.* 19. 21. 22. & 26. & *sub n.* 30 Provenz apud Rodulph. *alleg.* 105. *n.* 13 Rot. Flor. penes Palm. Nep. *dec* 354. *n* 11. Pitell. *dec.* 2. *n.* 10. 177. 180. 286. & 377. & *seq.* 514. 515. & 595. & *seq.* 639. 646. & 719. *dec.* 5. *ex n.* 15. & *dec.* 10. *n.* 25. & 26. Rot apud Giovagn. *cons.* 36. *num.* 55. & 56. *l.* 2. & cor. Celso *dec.* 33. *n.* 10 Arguel. *d. dec.* 62. *n.* 49. Ubald. *d. dec.* 313. *n.* 5. Cerr. *cit. dec.* 460. *n.* 7. 8. & *dec.* 513. *n.* 13. *in rec. dec.* 97. *n.* 7. *p.* 4. *tom.* 1. & *dec.* 366. *n.* 15. *p* 4. *tom.* 2. & *dec.* 355. *n.* 11. & *seq. p.* 17. & in d. Firmana fideic. 27. Aprilis 1703. §. *haud relevante*, cor. Muto, ibi - Haud relevante responsione, quod ubi non agitur de fideicommisso agnatitio progressivo, sed de substitutione facta per vulgarem, fœminæ non censeantur exclusæ; quoniam cum fuerit vocata domus de Rubeis, & paulo post successores, & quidem facta mentione mortis Josephi, verba prædicta apta sunt comprehendere omnes de domo, & omnes successores, non per simplicem vulgarem, sed per fideicommissariam, cum substitutio alicui facta sub commemoratione mortis, dicatur compendiosa, ut in his terminis Rot. cor. Cerr. *dec.* 460. *n.* 4. 6. & *dec.* 513 *n.* 12. quæ continet sub se non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam, ut declarando theoricam Cumani, firmat in specie Rot. cor. Cerr. *d. dec.* 460. *n.* 7. 8. & *dec.* 513. *n.* 13. & *in rec. dec.* 320. *n.* 12. *p.* 1. & in Rom. fideic. 25. Novemb. 1696. §. *de mente*, & 20. Junii 1698. § *secundus ex verbis*, cor. R. P. D. meo Caprara. Fortius quando substitutio facta est verbis communibus, quo casu verba collectiva semper important fideicommissariam, ut ex pluribus prosequitur Rot. *in rec.* 193. *n.* 3. & *dec.* 320. *n.* 5. & *seqq p.* 1.

Minime refragante, quod verbum illud, *morendo*, tunc solum importare potuisset compendiosam favore descendentium Fausti, quando post substitutionem ejusdem Fausti apposita fuisset; non in casu nostro, in quo fuerunt apposita ante, inter Silvium institutum, & Faustum primo loco substitutum, ex traditis per Fusar. *de substit. q.* 479. *n.* 59. *et* 56. Mant. *de success. l. p.* 4. *q.* 24. *art.* 2. *n.* 4. *et seqq. et n.* 15. de Rosa *consult.* 42. *n.* 5. *et seqq.* Mzol. *consult.* 131. *n.* 14. *et* 15. Rot. Flor. penes Urceol. *dec.* 13. *n.* 18. *et seqq.* Rot. nostra in Senen. fideicomm. & hypothecæ 19. Maii 1659. §. *quonam fuit responsum*, coram Viterbio, Rota Romana cor. Emerix jun. *dec.* 437. *n.* 9. *et* 10. quæ emanavit in casu, super quo scripsit Rodulph. *alleg.* 104. *ex n.* 16. & cor. Ubal. *dec.* 33. *n.* 6. *repet. in rec. dec.* 357. *n.* 6. *p.* 1. & in Ascolana fideicomm. & donationis 21. Junii 1686. §. *Non attante, et seq.* cor. bon. mem. Rondinino.

Objectum enim visum fuit DD. in facto non subsistere, & in jure non resistere; & sane in facto non subsistit, quia descendentes Fausti fuisse vocatos nedum post mortem Silvii, verum etiam post mortem ejusdem Fausti, resultat, ex quo Salustius vocavit Fausti hæredes, & descendentes, quæ hæredum vocatio demonstrat descendentes Fausti post illius obitum substitutos fuisse cum vivens hæredes habere non possit, ut in terminis hujus præcisæ quæstionis Cuman. Bart. *in l gallus*, §. *quidam recte n.* 7. *ff. de liber. et posth.* Ruin. *cons.* 174. *sub n.* 8. *et* 13. *lib.* 2. *et cons.* 158. *n.* 9. *et* 10. *lib.* 3. Cravett. *d. cons.* 12. *sub n.* 9. *et cons.* 131. *sub num.* 10. Soccin. sen. *cons.* 12. *ex n.* 6. *et* 15. *lib* 3. Ludov. Bell. *cons.* 15. *n.* 4. Bellon. *de jur. accresc. cap.* 5. *q.* 26. *n.* 200 *et seqq.* Menoch. *l.* 4. *præs.* 70. *n.* 27. *et seqq.* Pret. *de interpr. ult. vol. lib.* 3. *interpr.* 2. *dub.* 1. *sol.* 5. *n.* 44. *et interpr.* 3. *dub.* 1. *solut.* 9. *n.* 7. *fol.* 83. in impress. Francofurt. *inter.* 4. *solut.* 1. *num.* 9. *fol.* 124. in eadem impress. Petra *de fideic q.* 5. *n* 160 Peregr. *cons.* 55. *n.* 3. *lib.* 1. *de fideic. art.* 17. *n.* 30. *art.* 19. *n.* 18. *et* 21. *et art.* 32. *n.* 44 *in fin.* Altogr. *cons.* 31. *n.* 10. Rot. cor. Cerr. *d. dec.* 513. *n.* 18. & in d. Romana fideic. 29. Junii 1698. §. *Non attenta*, cor. Caprara.

Concurrentibus autem conjecturis ostendentibus implicitum tractum temporis fuisse a testatore volitum, etiam respectu substitutorum; tali casu etiam in illis dicitur inductum fideicommissum successivum, ut in specie tradunt Simon. de Præt. *de interpr. ult. vol. lib.* 3. *interpr.* 2. *dub.* 1. *solut.* 5. *n.* 46. *versic. se cessat ratio fol.* 51. in impress. Francofurti, Fusar. *de substit. q.* 479. *n.* 5. *in fin.* Acton. *d. res* 80. *n.* 21. 22. Ant. Jac. post Torr. *de primog. d. dec.* 17. *n.* 53. *cum duobus seqq.* Rot. *in rec. dec.* 330. *n.* 13. *p.* 1.

Non proficeret autem de jure, quia cum Faustus, ejusque descendentes nomine collectivo fuerint vocati contextualiter in eadem oratione, & periodo & cum conjunctiva dictione, *Et*, substitutio post mortem Silvii facta de persona Fausti, censetur etiam facta de personis descendentium ejusdem, & non minus respectu illorum, quam respectu Fausti, compendiosam, & fideicommissariam substitutionem inducit, ut bene declarant in nostris præcisis terminis Cuman. Dec. *cons.* 95. *n.* 4. *versic. Secundo dicit, et cons.* 425. *sub n.* 4. bene Dec. *d. resp.* 1. *n.* 232. *sub n* 251. *vers. Neque distinguunt, an illa verba denotantia tractum temporis fuerint apposita post primum nominatum, vel ante, et resp.* 41. *n.* 71. *sub n.* 90. *versic. septima conjectura l.* 1. ubi alias individuales auctoritates adducit optime Craven. *cons.* 22. *n.* 7. *versic. Et si dicatur, iste tractus temporis solum reperitur appositus quoad personam Beatricis*, ubi contrarius declarat Simon. de Præt. *de interpr. ult. vol. lib.* 3. *interpr.* 2. *dub.* 1. *sol.* 5 *n* 46. *post medium versic. sicut enim eadem substitutio fol.* 51. in impress. Francofurt. Beroit *cons.* 33. *n.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 18. *n.* 13. 14. 21. *et* 23. *et art.* 19. *n.* 22. *et* 23. egregie Cancer. *var. res. p.* 1. *cap.* 1. *n* 121. bene Massol. *d. ratioc.* 80. *n.* 68. *et* 69. Altogr. *d. contr.* 33. *n.* 22 Baitell. *dict. dec.* 2. *n.* 198. 232. *et* 383. Rot. cor. Seraph. *d. dec.* 934. *n.* 17. egregie, & magistraliter cor. Cerr. *d. dec.* 460. *num.* 5. *et seqq. et num.* 9. 10. ubi respondet contrariis, *et d. dec* 513. *n.* 16. *et in rec. dec.* 97. *n.* 78. *p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 280. *a n.* 9. *et* 17. *p* 10. & in Scoogall. seu Auximana fideic. 16. Junii 1688. §. *cuacarris*, cor. Emin. D. meo Card. Caprara, et *recedendo a dec.* 457. cor. Emerix in objectu allegata, dictum fuit in Bononien. fideicom. de Burgonzonis 6. Junii 1689. §. *et hinc*, cor. Card. Caccia, cujus verba supra retulimus in §. *ut consequenter*, confirmata 24. Novembris 1698. cor. eodem, & in d. Fanen. fideicom. 22. Junii 1705. §. *Non subsistente*, cor. R. P. D. Omanna.

Tertia non minus urgens conjectura eruitur ex eo, quod descendentes Fausti non fuerunt substituti verbis directis, quæ de eorum propria natura trahi regulariter non possunt ad fideicommissum, sed testator adhibuit verbum, *sostituì*,

quod

quod esse commune firmat Dec. d.resp.1. num.67. lib.1. Bellon. jun. conf.50. n.14. Peregr. de fideic. d.art. 18. sub n. 12. Episc. Rocca disp.13. n.4. Rota Bonon. apud Rodulph. alleg.107. Rot. in rec. dec.198. n.8. p.4 tom. 2. & in Romana, seu Nicien. fideicomm. 14. Decembris 1703. §. Quod autem, coram Reverendiss. D. meo Molines; imo concurrente clausula Codicillari evadere obliquum in terminis thenticæ, Cuman. Dec. d.resp.1. n.303. lib.1. Ruin consil. 174. n.13. lib.4. & conf.158. n.10. lib. 3. Grat. discept. 774. ex n.3. Conciol. d. alleg.13. n. 30. Rodulph. alleg. 105. n. 20. Rot. Bonon. ibid. alleg. 107. n. 7. Massol. d. ratioc. 80. n.108. & seqq. Rot. in rec. d. dec. 320. n.8. p. 1. ubi concord. dec.97. n.9. p.4. & cor. Ubald. dec.22. n.6.

Isto enim casu, cum naturæ verborum nedum non repugnat, sed maxime conveniat obliquatio, eo ipso quod hujusmodi verba fuerunt apposita substitutioni descendentium, quæ est collectiva plurium personarum, & graduum, inducunt fideicommissum, & operantur, ut Cumani theorica non sit recipienda, ut distinguendo ex mente ejusdem Cumani firmant Barbos. appell. 70. sub n.3. Actol. d. resol. 60. n.7. & seqq. Massol. Trimegist. l. ratioc.80. n.54. & 55. Grat. discept.774. ex n.29. Mans. consult.66. n 45. Altogr. conf.94. n.22. & seqq. Conciol. d. alleg.13. n. 29. Provenz. apud Rodulph. alleg.105. n.13. Rota Bonon. ibid. alleg.107. n.7. Baitell. d.dec.2. n.225. & sub n.236. Rot. Jan. post Tort. de primog. d.dec.17. sub n.46. vers. tum etiam quia, & seqq. Rot. divers. dec.495. n.2. versic. nec dicatur p.4. in rec. dec. 320. n.5. & seqq. ubi magistraliter explicat p. 1. optime in d. Romana fideic. 9 Maii 1701. §. Et quamvis, & seq. cor. R.P.D. Molines, ubi declarat dec.357. p.1. rec. & in d. Firmana fideic. 27. Apr. 1703. §. haud relevante, cor. Muto, cujus verba supra retulimus in §. de cujus in fin.

Præcipue, quia Salustius testator vocavit descendentes Fausti non simpliciter, sed cum generali, & universali dictione, omnes, ibi - Sostituisco il S. Fausto, e tutti gli eredi, e descendenti del medesimo &c. quæ dictio, omnes, cum nemine ex descendentibus excludat, sed omnes illos comprehendat, efficit, ut dicatur inducta fideicommissaria substitutio, ne alias remaneat superflua, & sine effectu, ut in præcisis terminis pro recessu a theorica Cumani considerat Jason. consil.108. n.19. versic. item illa decisio lib.4. Decian. resp. 1. ex n.247. cum duob. seqq. & sub n. 371. vers. quarto probatur, & d. resp.41. n.89. lib. 1. & resp 84. n. 10. vers. constat igitur n.11. 13. & 14. lib.3. Cravet. d. consil.22. versic. ideo cum testator habuerit affectionem ad omnes vocatos, Bellon. jun. consil.50. n.40. & seqq. Peregr. consil.60. §. secundo pondero ibi omnes, & singulos descendentes lib 5. ubi quod ita ipse sentiebat pro veritate, & conscientia, & quod ita etiam fuit judicatum in Civitate Veronæ, Fusar. de substit. q.479. sub n.13. versic ratio est, cui prepositioni non se opponit n.14. ut videre est ibid. versic. nec verum est, & n.51. & 52. Urceol. consult.56. num.18. 19 & consult 70. n.27. Andreol. contr.367. n. 21. Castald. conf.66. n. 29. Baitel. d.dec. 2. n.386. 391. sub n.399. & 510. & dec. 10. n. 24. Borgnin. Cavalcan olim almæ hujus Rotæ Auditor, dec.18. sub n.19. versic. idem ostendunt verba, & n.22. p. 3. Rot. Florent. in d. Florentina Donationis de Mediceis 15. Septembr. 1682. §. quan quidem in fin. cor. Audit. Finetti, Rot. cor. Emerix. jun. dec.538. n.12. & dec.599. n 5. & inter divers. dec. 494. n.2. vers. quod autem p.4. in rec. dec.349. n.16. versic. et nunc pater responsio p.19. & quod verbum, omnes, ob ejus amplitudinem, & generalitatem, omnium sub nomine collectivo vocatorum comprehensivam, inter omnes vocatos, vel substitutos fideicommissum inducat, Peregr. de fideic. art.22. n.68. Rota cor. Gregor. dec.315. n.12. & seqq. Arguell. dec.65. n.30. & seqq. in rec. dec.417. n. 1. p.4. tom. 1. dec.269. n. 7. & seqq. p.5. dec. 179. ex n. 9. dec. 385. n. 19. p.9. dec.142. num. 35. p.10. & in Avenionen. seu Vasionen. Primogenituræ 4. Dec. 1693 §. objectum, cor. Emin. Dom. meo Caprara.

Vocatio enim omnium descendentium eundem effectum producit, ac si post admissionem Fausti primo loco essent substituti filii, secundo nepotes, & sic successive de gradu in gradum, quousque quis supersit descendentia Fausti, Andreol. contr.368. sub n.1. Tort. de primog. p.2. q.58. n.23. Mans. conf.31. n.1. tom.9. de legat. et fideic.

Cumque impossibile sit, quod omnes de descendentia Fausti, quæ poterat per plura sæcula durare, existerent de tempore obitus, & eodem tempore succedere possent, prout fieri deberet, si substitutio esset vulgaris, quæ statim, & unico actu admissionis primi hæredes expirat, ut prosequitur Dec. cit. resp. 1. n. 248. lib.1. et resp. 84. sub n. 89. lib. 3. Andreol. contr.368. sub n.18. et n. 21. Altograd. contr. 31. n.6. Fusar. de substit. d. q.479. num.51. et 52. Bellon. de jur. accresc. cap.5. q.26. n.353. Baitell. cit. dec.2. num.386. 391. et 510. et dec.10. n.24.

Hinc promanat, quod omnium sub dicto nomine collectivo vocatorum successio necessario debeat intelligi ordine successivo per fideicommissum, ut testatoris voluntas impleri posset, ex notatis per Fusar. de substit. d. q.479. num.51. 52. Bellon. de jure accresc. cap.5. quæst. 26. num.353. Baitell. d. dec.2. n.386. 391. et 510. et dec.10. n.24. aliasque auctoritates superius citatas.

Neque obstat, quod dictio, omnes, adjecta verbo collectivo, descendentes afficiat, ut censeantur vocati omnes descendentes, qui tempore venientis casus fideicommissi repeniuntur in rerum natura, sed per vulgarem, absque eo, quod illi postquam successerint, teneantur bona aliis descendentibus restituere, ex doctrina Fusar. consil. 3. n.16. Cæphal. consil. 353. ex n. 61. et 66. Menoch. consil. 328. n. 81. Surd. consil. 315. n. 14. Cyriac. contr. 522. n. 101. quoniam Fusar. Cæphalus, Menochius, & Surdus solum dicunt, quod verbum collectivum, descendentes, vel liberi, licet importet vocationem, & substitutionem omnium descendentium in infinitum, tamen non inducit fideicommissariam, & hoc non negatur aliis circumstantiis non concurrentibus; quando vero dictio, omnes, quæ in casu supra recensitarum auctoritatum non fuerat expresse adjecta, legitur a testatore specifice apposita; tunc dicimus, istam esse unam ex circumstantiis, per quam verbum collectivum importat fideicommissariam; alias enim dictio remaneret inutilis; nam cum omnes sub collectivo nomine comprehensi censeantur vocati per solam substitutionem descendentium, ut dictio illa universalis, omnes, expresse apposita aliquod operetur in testamento sedulo, & accurate composito, dicendum est fuisse adjectam, ut constaret de voluntate testatoris substituendi omnes sub collectivo nomine comprehensos unum post alium per fideicommissum, ut firmant auctoritates supracitatæ in §. Præcipue, quia etc.

Cyriacus vero scripsit in casu, in quo contra partem, pro qua ipse consuluit, judicavit Senatus Mantuanus in prima instantia, ut ipsemet refert, & nescitur, an aliquod obtinuerit in secunda. Et ulterius Cyriac. se fundat in verbis restrictivis ad tempus mortis, quo casu regulariter verum est, per temporis determinationem restringi substitutionem descendentium ad illos, qui nati fuissent tempore mortis primi vocati, & admittit contraria procedere, quando testator usus non fuit verbis restrictivis, sed indeterminate locutus fuit; quo casu importare fideicommissum, quocunque tempore evenerit casus obitus, tradit idem Cyriac. dict. contr.522. ex n 94. et 105. quod etiam ex celebri theorica Soccini senioris in l. solemus n.6. ff. de condit. et demonstr. distinguendo tradunt Balducc. ad Ramon. consil. 9. n.47. et seq. Conciol. alleg.13. n.12. et seqq. ubi reprobat Cyriac. in d. contr.522. Card. de Luca de fideic. disc.89. n.6. et seq. Rota in rec. dec. 209. n.1. et seqq. p.8. et dec. 104. ex n.22. part.16.

Et in omnem casum authoritates prædictæ possent ad summum procedere, quando dictio, omnes, non esset conjuncta cum aliis circumstantiis fideicommissariam inducentibus; sed quando descendentes fuerunt vocati cum dictione universali, omnes, substitutio facta fuit verbis obliquis, & concurrunt tot, tantæque circumstantiæ supra, & infra referendæ, suadentes recessum a theorica Cumani, tunc doctrinæ in objecto allegatæ applicabiles non sunt, cum in earum casu prædictæ facti circumstantiæ non adessent.

Prædictaque conjectura crescit in robore, attento, quod Faustus de tempore conditi testamenti adhuc filios non susceperat, sicque substitutio omnium descendentium Fausti verificari solum poterat in nascituris; quæ proinde uti importans vocationem omnium, qui quocunque futuro tempore nasci poterant, tractum temporis in futurum includit, & consequenter fideicommissariam substitutionem, ut ad limitationem ejusdem Cumani theoricæ considerant Dec. resp.84. sub n. 7. lib. 3. Cravett. consil. 22. n.6. Balduc. ad Roman. observ. 16. num. 115. et seqq. Grat. discept.774. n.40. 41. Altogr. contr. 33. n. 11. et seqq. ubi explicat. decis.357. p.1. rec. Faber. in C. lib. 6. tit. 8. defin. 11. vers. præsertim, si testamenti tempore, et defin.12. Petra de fideic. q.5. n.161. Rodulph. allegat. 105. n.18. Peregr. de fideic. art.19. n.21. in fin. Massol. ratioc. 80. num. 80. 92. et 93. Barry de success. lib.3. tit.2. sub n.10. versic. in eadem q.

Achol. resol, 80. n.5. & seq. Mantic. consult. 66. num. 13. tom. 1. & de legat. & fideic. consult. 46. n. 9. vers. ceterum tom. 9. Battell. d. dec. 2. sub n. 146. 201. 326. & sub n. 242. & dec. 52. n. 12. Rot. Joan. post Torr. de primog. Ital. d. dec. 17. n. 40. & seq. Rot. Rom. cor. Seraph. dec. 934. n. 10. Cerr. dec. 513. n. 14. inter diver. d. dec. 495. sub n. 2. vers. quod autem p. 4. in rec. sæpe laudata dec. 330. num. 12. part. 1. & dec. 97. n. 6. & 12. part. 4. dec. 335. n. 9. 10. p. 17. & dec. 176. num. 4. part. 18. & in d. Romana fideic. 20. Junii 1698. §. non attenta, cor. Caprara, ibi - Maxime quia de tempore obitus illius, nullos susceperat liberos masculos, & unicam filiam fœminam testator jam exclusera; unde necessario dicendum est cum contemplatum fuisse filios ex hæredibus nascituros, quod tractum temporis importat, & 9. Maii 1701. §. respectu denique, cor. R. P. D. Molines Decano,

Augeturque in immensum hujus conjecturæ efficacia ex expressa mentione hæredum adjecta in substitutione, ibi - *Sostituí il Sig. Fausto, e tutti gli eredi, e descendenti del medesimo*. Testator enim substituendo hæredes, manifeste deprehenditur habuisse respectum ad tempus post mortem ipsius Fausti, cum viventis nulli sint hæredes, adeoque considerasse omnium descendentium successionem post aditionem hæreditatis, & obitum Fausti, & sic illos substituere voluisse non per vulgarem, sed per fideicommissariam, ut ex altera theorica Bart. in l. allos, §. quidam recte n. 7. ff. de liber. & posthum. doct. Cumani limitant Soccin. senior cons. 12. ex n. 6. & 15. lib. 3. Ruin. cons. 174. sub num. 8. & 9. ubi quod procedit etiam, quando admittendi essent descendentes, quamvis actu non hæredes, & n. 13. lib. 2. & consil. 158. n. 9. 10. lib. 3. ubi pariter quod non attenditur, an debeant esse hæredes actu, necne, Cravett. consil. 21. n. 9. ubi quod isto casu res non patitur difficultatem, & cons. 132. num. 10. Ruin. jun. cons. 50. num. 20. Lodov. Bell. cons. 15. n. 4. Cov. in cap. Raynotius, §. 2. n. 5. ac testam. Peregr. cons. 55. n. 5. lib. 1. & de fideic. art. 18. n. 20. late, ac magistraliter art. 19. n. 18. & seq. & n. 21. ubi explicat contrarios & art. 32. n. 44. in fin. Barbos. appell. 72. n. 3. Grat. discept. 774. n. 27. & 40. Perra de fideic. q. 5. n. 160. Simon. de Prælat. de interpret. ult. vol. lib. 3. interp. 2. dub. 1. solut. 5. sub n. 46. vers. & sciat, quæ i ventant fol. 51. & interp. 3. dub. 1. solut. 9. n. 7. fol. 83. in impress. Francofurt, & dub. 4. solut. 1. n. 9. fol. 124. Mart. de success. l. 1. p. 1. q. 1. art. 6. sub n. 15. q. 21. art. 3. sub num. 43. & p. 3. q. 1. artic. 5. sub n. 17. Vasq. de success. creat. § 20. n. 123. Fusar. de subst. q. 479. n. 17. 71. & seq. ubi reprobat contrarios, Barry de success. lib. 3. tit. 2. n. 11. in fin. & lib. 7. tit. 2. sub n. 21. post med. vers. quam conjectoram, Fabr. in C. lib. 6. tit. 8. defin. 11. vers. pronunciatum tamen est, Massol. Trimegist. l. d. ratioc. 80. n. 99. & seq. Altogr. controv. 31. n. 9. & 10. Battell. d. dec. 2. n. 181. & 183. & dec. 53. n. 10. Barz. dec. Bonon. 10. n. 5. Rot. Jan. post Torr. de primog. Ital. dec. 17. n. 45. Rot. Flor. apud Urceol. dec. 13. n. 85. Rot. Rom. cor. Seraph. dec. 934. n. 5. Merlin. dec. 145. sub num. 7. Argnell. dec. 54. n. 50. 51. & 52. Cerr. dec. 513. num. 17. et 18. in rec. dec. 320 n. 5. et 12. p. 1. recept. dec. 455. p. 2. & post Bonden. collect. l. dec. 32. n. 14. & in d. Romana fideic. 26. Novembris 1696. §. de mente, & 20. Junii 1698. §. Non attenta, cor. Em. D. meo Card. Caprara.

Non refragantibus contrariis auctoritatibus Rodulph. alleg. 109. n. 2. Torr. de primog. Ital. p. 2. q. 19. n. 30. Grivell. dec. Dolan. 18. n. 52. Rot. Flor. inter. dec. Lucen. divers. recol. lect. per Palm. Nep. dec. 354. n. 2. Rot. Rom. cor. Ludovis. dec. 207. n. 1. et seq. et in rec. dec. 80. n. 24. p. 15.

Rodulph. enim, & Rot. cor. Ludov. loquuntur in casu, quo non fuit facta substitutio hæredum, sed instituta fuit certa persona, & ejus hæredes, & successores; & in his terminis admitti posset contraria conclusio, quia verbum *instituto*, quod est directum, regulariter non obligatur, nec potest importare substitutionem; secus vero est, quando hæredes, & descendentes fuerunt substituti: quia tunc substitutio facta per verba communia, & fortius per obliqua, continet in se fideicommissariam, ut declarando eandem decis. cor. Ludov. cum qua sicco pede pertransit Rodulph. respondit Rot. cor. Cerr. d. dec. 513. n. 10. et seq.

Torr. de primog. scripsit in causa Januen. de Saulis, in qua emanavit contraria decisio, nostrum assumptum comprobans, impressa post ejusdem tract. de primog. dec. 17. n. 45.

Grivell. dec. 18. n. 52. movetur, ex quo facta substitutione de aliquo, & ejus hæredibus, intelligitur, ut hæredes succedant, quatenus primus substitutus prædecedat testatori; cui fundamento resistit proprietas verborum, & ordo naturæ, ut in specie rejiciendo hanc Grivelli considerationem optime advertunt Cravet. cons. 131. num. 10. *Nec obstat, quod vocatio hæredum possit intelligi ordine successivo per viam vulgaris*, Peregr. de fideic. d. art. 19. n. 21. ante med. versic. *Nec obstat, quod mortis tempus possit considerari*.

Rot. Flor. penes Palm. Nep. dec. 344. firmat, verba prædicta importare substitutionem non dum vulgarem, sed etiam fideicommissariam.

Et ulterius omnes prædictæ auctoritates loquuntur contra communem, & receptissimam DD. opinionem, contra expressam sententiam Peregr. viri in hac materia peritissimi, contra tot Tribunalium judicata, & contra tot decisiones Rotæ Rom. ex professo materiam examinantes, & decisiones, ac auctoritates contrarias declarantes; & in terminis, in quibus non concurrebat substitutio cum generali dictione, *omnes*, non fuerunt vocati nascituri, non aderant verba communia, nec obliqua, imo directa, non aderat mentio mortis, nec clausula vulgariter, & per fideicommissum, atque aliæ circumstantiæ, de quibus in præsenti, ut se declarat idem Grivell. d. dec. 18. n. 55. & in eadem Rot. cor. Ludov. d. dec. 207. n. 2. sub n. 7. et 8. in fin. ibique Add. lit. A prope fin. vers. & Rota in Viterbien. pious ita etiam oppositas auctoritates explicat Peregr. de fideic. d. art. 19. n. 21. post med. & Rot. cor. Cerr. cit. dec. 513. a n. 10. usque ad 18.

Quarta conjectura prædictarum adminiculativa elicitur ex qualitate testatoris, qui erat persona conspicuæ nobilitatis, & in cujus familia aderant alia fideicommissa perpetua, & signanter illud anni 1473. ordinatum a clar. mem. Card. de Forteguerris; nobiles enim personæ naturali instinctu optare magis solent propriæ familiæ splendorem, & magnificentiam; & propterea curant perpetuo unese fideicommissi vinculate bona, ut perpetuo perveniant in illos de familia, quæ divitiis clarescit, paupertate autem vilescit, sicque eorum dispositiones interpretandæ potius sunt, quod contineant fideicommissariam, quam vulgarem, ut in terminis theoricæ Cuman. firmat Card. de Luca de fideic. disc. 228. n. 4. Rot. cor. Argoell. dec. 54. n. 38. 39.

Et ex hac eadem præsumpta voluntate personarum nobilium conservandi mediantibus divitiis splendorem, & nobilitatem familiæ, receditur a regula, quod in dubio judicandum sit pro libertate bonorum, & expiratione fideicommissi, cum in fideicommissis nobilium ea potius capienda sit interpretatio, per quam inducitur existentia, & duratio fideicommissi, Knipschild de fideic. nobil. cap. 3. n. 21. cap. 4. n. 2. cap. 6. n. 91. 92. & latius cap. 7. a n. 1. ad 31. et a n. 86. ad 98.

Quintum conjiciendi genus præbet consideratio, quod hodie agitur de privando successione D. Comitissam Teresiam, aliasque sorores de Forteguerris, Fausti fratris testatoris ex Salustio filio neptes, & amitæ Salustii Mariæ ultimo loco defuncti, in concursu D. Virginiæ Pieri Dei ejusdem Salustii matris testatori extraneæ, quam proinde ab omni verisimilitudine alienum est, testatorem voluisse succedere in sua hæreditate ad exclusionem fœminarum de sua agnatione descendentium a Fausto, in cujus linea fideicommissum ingressum fuit; ac propterea in his terminis voluntatis testatoris videtur omnino contorsios, & verisimilis interpretatio pro duratione fideicommissi, ad evitandum absurdum, quod extranea fœminis de agnatione existentibus in linea, in qua per successionem Fausti, & Salustii bona testatoris ingressa sunt, præferatur, illasque excludat, ex notatis per Conciol. d. alleg. 13. sub num. 23. Card. de Luca de fideic. in summa sub n. 153. Ant. in recent. decis. 149. n. 6. 7. et 19. part. 7. & in citat. Melevitana Jurispatronatus 26. Aprilis 1700. §. at hujusmodi, cor. Emin. Card. della Tremoille.

His accedunt clausula, *omni meliori modo*, & clausula *codicillaris*, quæ pariter conducunt ad augendum præsumptionem, quod vocati sub nomine collectivo fuerint substituti per fideicommissum, non autem per vulgarem, ut ad limites theoricæ Cumani, de prima advertunt Fusar. de subst. q. 479. n. 20. Castald. consult. 164. n. 7. Massol. Trismegist. l. n. ratioc. 80. n. 114. Andreol. contr. 368. n. 19. Battel. dec. 2. n. 424. et seq. et dec. 10. n. 31. et 48. Rota Flor. pœnes Palm. Nep. 354. n. 8. Rot. cor. Argnell. dec. 62. n. 47. et seq. & in d. Fanen. fideicomm. 22. Junii 1705. §. pen. cor. R. P. D. Omanoa, ibi: Quanta emergit ex clausula, *omni meliori modo*, quam pro non levi conjectura ad hunc effectum considerat Castaldus - Et de secunda, quando non est concepta per verba præsentis temporis, sed futuri, distinguendo traduntur in illis terminis Cravet. cons. 22. n. 8.

Dec.

Dec. *resp.* 1. *n.* 302. *& seq. lib.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 479. *n.* 19. *&* 32. Peregr. *de fideic. art.* 18. *sub n.* 12. *& art.* 19. *sub n.* 19. Castald. *d. consult.* 164. *n.* 6. Rodulph. *alleg.* 105. *n.* 8. *&* 13. Petra *de fideic. q.* 5. *n.* 161. Grat. *d. disc.* 774. *n.* 38. 39. Andreol. *d. contr.* 368. ex *n.* 9. Rot. Flor. apud Palm. Nep. *d. dec.* 35. *n.* 8. Rot. Bonon. apud Rodulph. *alleg.* 107. *sub n.* 7. Baitell. *d. dec.* 2. *n.* 430. *& seq. & dec.* 10. *n.* 31. Barz. *dec.* 9. *n.* 10. Add. ad Greg. *dec.* 207. *in fin.* Rot. cor. Arguell. *dec.* 16. *n.* 34. *& seq. dec.* 34. *n.* 42. *d. dec.* 62. *num.* 39. *& seq inter diversf. dec.* 491 *n.* 2. *& dec.* 495. *sub n.* 2. *vers. pro sexta par.* 4. *in rec. dec.* 320. *n.* 7. *part.* 1. *dec.* 97. *n.* 13. *part.* 4. & in d. Fan. fideic. 22. Junii 1705. §. *penult.* cor. R.P.D. Omanna, ibi - "Et demum eruitur ferata ex clausula, *codicillari*, quæ pariformiter operatur, ut collective substituti, omnes per fideicommissum dicantur vocari, ut ponderant &c. - Et quamvis in casu nostro testator adhibuerit verba, *se non valesse*, tamen cum verbum, *valeret*, sit temporis præteriti imperfecti subjunctivi modi, æquipollet verbo, *si non valebit*, quod est temporis futuri, ut bene in præcisis terminis considerant Grat. *d. discept.* 774. *n.* 38. *&* 39. Baitel. *dec. ult. vol. d. dec.* 2. *n.* 432. ubi refert.

Nec resistit, quod istæ posteriores conjecturæ aliquando fuerint a Doctoribus, & Tribunalibus reprobatæ; etenim aut illæ de per se considerantur, vel unitæ cum aliis conjecturis debilibus, & insubsistentibus, & in his terminis pro inducendo fideicommisso perpetuo nullam vim habere possunt; aut concurrunt aliæ conjecturæ efficaces, & suadentes verisimilem voluntatem testatoris pro recessu a theorica Cumani, & pro fideicommisso descensivo, & isto casu inserviunt pro adminicolo aliarum conjecturarum, & ad addendum vim, & robur iisdem, ut in specie prosequitur Rot. in sæpe citata Fanen. fideic. 22. Junii 1705. §. *final.* cor. R.P.D. Omanna, ibi - "Et quamvis hæ posteriores conjecturæ non semel fuerint per Doctores, & Tribunal nostrum rejectæ, ut pandunt auctoritates sparsim in præterita decisione allegatæ; attamen quoties famulative ad alias urgentiores adducuntur, ipsæ quoque effectum suum operantur, potissime unitim sumptæ, prout fieri debet, Bero *cons.* 104. *n.* 12. *lib.* 2.

Minime refragante, quod cum in præsenti non fuerit habita ratio conservationis agnationis, & deficiant verba perpetuitatem, & digressum ad plures gradus substitutionum importantia, quæ sunt conjecturæ principales in hac materia, cæteræ vel frigescant, vel debeant esse concludentissimæ, & quælibet in suo genere perfecta, præsertim in fideicommisso transversalis, in quo requiruntur urgentiores.

Quoniam licet conservatio agnationis, & verba, *in perpetuum*, *& in infinitum*, sint inter conjecturas magis præcipuas, & a Doctoribus approbatas pro recessu a theorica Cumani; præscripta tamen non est testatoribus certa forma pro declaranda eorum voluntate circa inductionem fideicommissi successivi, adeout prædictis conjecturis deficientibus non possint ipsi aliunde ostendere, se nolle substituere vocatos per vulgarem; sed in qualibet casus contingentia prudens Judex, cujus sagaci judicio remissa est quantitas, & pondus conjecturarum, circumstantias omnes, tam estrinsecas, quam intrinsecas diligenter simare, & examinare debet, & si ex illis ei videbitur assequi posse verisimilem voluntatem testatoris pro inducendo fideicommisso successivo, debet pro illius existentia pronunciare, sin minus, pro illius esclusione, absque eo, quod restringatur ipsius judicium intra certos limites, seu cancellos determinatorum verborum, & conjecturarum, cum mens testatoris quomodocunque adepta in his materiis totum regulet, & dominetur, ut præcise in terminis theoricæ Cumani firmat Mastol. *Trismegist. leg. d. ratiocin.* 80. *n.* 115. *& seq.* de Luc. *de fideic. d. decis.* 278. *n.* 3. & magistraliter Rot. in Ostunen. Primogenituræ 11. Julii 1699. §. *quemadmodum*, coram dell' Olmo, ibi - "Quemadmodum neque obstat, quod omnes præadductæ conjecturæ, vel irrelevantes delegantur ex responsionibus, quæ ad illarum singulas ex parte Ducis afferuntur, vel inefficaces ad hunc effectum remaneant ob deficientiam verborum, quæ vel conservationem agnationis, vel perpetuitatem importent. Quo enim ad responsiones adversus illas adductas, ea occurrit replicatio, quod cum conjecturæ ad eruendam voluntatem testatoris, coacervatim, & simul in unum accipiendæ sint, non attenduntur ea, quæ contra illarum singulas objiciuntur, etsi etiam seorsim sumptæ aliquam ex his paterentur difficultatem, ut ponderant Soc. jun. *cons.* 100. *n.* 38. *in fin.* Marr. Medic. *dec. Senen.* 1. *n* 91. *&c.* Quo vero ad defectum verborum conservationem agnationis, aut perpetuitatem importantium, objectum pariter nullius relevantiæ dignoscitur, animadvertendo, quod cum in voluntate testatoris indaganda, certa, ac determinata regula tradi nequeat, nec disponentis mens pendere debet a certa verborum formula, non prohibetur Judex illam conjicere etiam ex aliis circumstantiis, & argumentis, quorum pondus, & quantitas in illius arbitrio reposita sunt, ut, discusso formiter articulo, firmavit Rota in Romana Fideicommissi de Varesiis 6. Aprilis 1696. §. *Et quamvis cum plur. seq.* cor. R.D. meo Decano.

Istasque conjecturas verum est debere esse efficaces, non frivolas; sed sufficit talis efficacia, ut Judex moraliter juxta veriorem, & magis rationabilem intelligentiam assequatur voluntatem testatoris pro duratione fideicommissi, & exclusione vulgaris; alias si quælibet ex eis deberet esse concludentissima, & demonstrativa, quæque responsionem in contrarium non admitteret, transcenderent limites, & naturam conjecturarum, quæ non sunt motivum scientificum, sed opinativum: non aperta veritas, sed signa latentis veritatis: non propria, & directa probatio, sed suppletiva, & verisimilis, ut scribit in terminis hujus nostræ quæstionis Mastol. *Trismegist. l. d. ratioc.* 80. *n.* 118. & generaliter Menoch *de præs. lib.* 1. *præs.* 7. *num.* 25. Rot. *in rec. dec.* 21 *n.* 27. 28. *part.* 5.

Ac proinde satis est, quod ex omnibus simul sumptis eruatur disponentis voluntas vocandi substitutos per fideicommissariam, quamvis singulæ conjecturæ de per se consideratæ aliquam difficultatem, & controversiam patiantur in individuo hujus theoricæ, ponderat de Luc. *de fideic. disc.* 92. *n.* 5. §. *Quare punctum in fin. disc.* 93. *num.* 4. *disc.* 228. *n.* 34. Mastol. *trismegist. l. d. ratioc.* 80. *num.* 116. *& seq.* Rota coram Arguell. *d. decis.* 54. *n.* 44. 45. *dec.* 81. *n.* 25. *in dec* 41. *n.* 8. *part.* 8. *dec.* 302 *n.* 2. *part.* 3. & in d. Ostunen. primog. 12. Junii 1699. §. *quemadmodum*, cor. dell'Olmo, cujus verba supra proxime retulimus in §. *quoniam*, & in Romana fideicommissi de Buratiis super existentia fideicomm. 20. Januarii 1700. §. *Comprobata*, cor. R.P.D. meo Priolo, & in d. Fanen. fideic. 22. Junii 1705. *fin.* cor. R.P.D. Omanna.

Nec quidquam facit, quod simus in fideicommisso transversalis, tum quia accedentibus sufficientibus conjecturis ad inducendam substitutionem fideicommissariam plurium personarum diversorum graduum sub nomine collectivo, nihil refert, an agatur de dispositione transversalis, vel ascendentis, ut in terminis theoricæ Cumani Card. de Luc. *de fideic. disc.* 92. *sub num.* 14. *& disc.* 229. *sub num.* 1. 2. Tum etiam quia hodie non agitur de transferendis bonis ad transversales descendentes ab alia linea; quo casu difficilis hujusmodi transitus admittitur; sed de continuanda successione in ejusdem primi admissi descendentibus, nempe Fausti, & ad exclusionem personæ extraneæ, in quibus terminis leviores conjecturæ sufficiunt, ut prosequitur ad limites ejusdem theoricæ Cumani, Card. de Luca *de fideicomm. d. disc.* 93. *n.* 3. Mastol. *Trismegist. legal. d. ratioc.* 80. *num.* 120.

Et ita utraque &c.

Jo. Urceolus Rotæ Prætor.
Antonius Felix Andreolus Auditor.
Jacobus de Comitibus Rotæ Auditor, & causæ Relator.

EADEM

EADEM

Super purificatione fideicommissi :

Jovis 29. Martii 1708.

ARGUMENTUM.

Appellatione hæredum, & descendentium in substitutionibus, quando veniant fœminæ hæredes sanguinis, quantumvis hæredes non sint rei familiaris.

DECISIO

PRobata in præcedenti decisione existentia, & duratione fideicommissi, descendentes DD. ad examen purificationis, censuerunt illud fuisse purificatum fore DD. Comitissæ Tersiæ, aliarumque sororum de Forteguerris; cum enim istæ descendant a Fausto primo substituto mediante Salustio filio, vocatæ dicuntur in testamento Salustii senioris, in quo substituti fuerunt hæredes & descendentes Fausti, sub quorum nomine non minus masculi, quam fœminæ continentur, ut de verbo, *heredes*, comprehensivo fœminarum, est text. *in l. heredis appellat.* 170 *ff. de verb. signif. l. ex facto* 17. §. *fin ff. ad l. reb. l. 3. C. de legit. hered.* & tradunt Redenasch. *cons.* 46. *num.* 51. Barb. *appell.* 113. *n.* 31. Fusar. *de substit.* q. 342. *n.* 1. Actolin. *resol.* 39. *n.* 30. Bonden. *collect.* 34. *n.* 14. *lib.* 2. Surd. *dec.* 95. *n.* 13. Magon. *decis. Lucen.* 7. *n.* 1. *&* *dec.* 14. *n.* 4. Bartel. *dec. ult. volunt. dec.* 79. *prope fin. & dec.* 80. pariter versus finem, Rot. cor. Seraph. *dec.* 604. *n.* 3. *&* 4. Bora. *dec.* 596. *n.* 5. Merl. *dec.* 326. *n.* 7. Cerr. *dec.* 513. *n.* 2. Bich. *dec.* 279. *n.* 4. *& decis.* 337. *n.* 4. *& de verbo descendentes, l. ultima, C. de suis, & legit. & l. cognoscere* 56. § *ult. ff. de verb. signif.* Redenasch. *cons.* 10. *n.* 44. *& cons.* 84. *n.* 15. Fusar. *de substit.* q. 325. *n.* 1. Actolin. *resol.* 39. *num.* 30. Matta *de success. l. part.* 1. q. 1. *art.* 1. *n.* 9. Barbos. *appell.* 70. *n.* 9. Barry *de success. lib.* 8 *tit.* 7. *num.* 52. *post med. vers. descendentium vero nomine*, Rota nostra apud Matt. Medic. *dec.* 1. *num.* 60. & ut Florent *inter dec. Lucen. divers.* recollectas per Palm. Nep. *dec.* 364. *n.* 34. Rot. cor. Greg. *dec.* 383. *n.* 3. Duran. *dec.* 300. *n.* 18. Bratt. *dec.* 454. *n.* 1. Bich. *dec.* 278. *n.* 13. Emerix jun. *decis.* 437. *n.* 1. *& decis.* 1262. *n.* 1. *in rec. dec.* 176. *n.* 23. *part.* 5. *dec.* 217. *n.* 3. *part.* 6. *decis.* 280. *n.* 10. *part.* 7. *dec.* 5n. *n.* 6. *& dec.* 17n. *n.* 20. *part.* 8. *decis.* 370. *n.* 7. *part.* 13. *& dec.* 170. *n.* 1. *&* 9 *part.* 14. & post Torr. *de pact. futur success. in Mantissa dec.* 9. *n.* 51. & in Romana fideicommiss. 2. Martii 1694. §. *Respectu*, coram R.P.D. meo Priolo.

Maxime in defectum masculorum, Altograd. *cons.* 22. *num.* 18. *lib.* 1. Simon. de Pret. *de interpr. ult. vol. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 4 *solut.* 1. *n.* 63. *fol. mihi* 121. *in impress. Francofurt.* Torre *de primog. Ital. tom.* 1. *cap.* 38. *sub num.* 371. *fol.* 420. Rot. cor. Cocc. *dec.* 294. *n.* 5.

Idque nulla habita consideratione existentiæ D. Virginiæ Pieri Dei, Matris, & hæredis Salustii ultimo loco in pupillari ætate defuncti; nam ubi testator substituit aliquem ex descendentibus, vel conjunctam personam, tunc appellatione hæredum in ultimis voluntatibus veniunt hæredes sanguinis, Socc. jun. *cons.* 158. *n.* 10. *& seq. lib.* 2. Giovagn. *resp.* 36. *n.* 13. *lib.* 1. Fusar. *de substit.* q. 339. *n.* 63. Simon. de Pret. *de interpr. ult. vol. lib.* 3 *interpr.* 1. *dub.* 3. *solut.* 5. *n.* 16. *&* 33. *fol.* 19 *& interpr.* 3. *dub.* 1 *solut.* 11 *num* 38. *fol. mihi* 91. *in impress. Francofurt.* Barbos. *d. appell.* 113. *num.* 18. de Luc. *de fideic. disc.* 145. *n.* 5. Actolin. *resolut.* 39. *n.* 25. *&* 26. Sanminiat. *contr.* 52. *n.* 18. Rosa *consult* 44. *n.* 8. *&* 17. Mell. ad Castill. *de aliment. cap.* 70. §. 9. *n.* 1. Rodulph. *alleg.* 3. *n.* 8. *alleg.* 12. *n.* 14. *alleg.* 56. *n.* 8. *alleg.* 68. *ex n.* 1. *& alleg.* 16n. *n.* 2. Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap* 12. *sub n.* 37. Hodiern. ad Surd. *dec.* 85. *n.* 17. Fontanel. *dec.* 42. *num* 28. Rot. Florent. inter recollect. per Palm. Nep. *dec.* 354. *num.* 4. Manent. *dec. Mantuan.* 75. *n.* 7. Rot. Januen. post Torr. *de primog. dec.* 17. *n.* 3. Rot. cor. Bich. *dec.* 337 *n.* 1. *& dec.* 605. *n* 3. Merlin. *dec.* 145. *sub n* 7. cor. Cerr. *dec.* 513. *num* 2. Emerix jun. *dec.* 16. *n.* 7 ubi in fortioribus terminis de substitutione hæredum, & successorum status testatoris, *in rec. dec.* 170. *num.* 13. *part.* 3. *decis* 290 *num.* 6. *part.* 4. *dec.* 67. *ex num.* 1. *& dec.* 468. *num.* 8 *part.* 13. *dec.* 568. *num.* 1. *part.* 18. *& dec.* 345. *num.* 13. *part.* 19. & in Asculana fideicomm. & donationis 21. Junii 1686. §. *Illius*, *& seq* & 6. Junii 1687. in princip. coram bon. mem. Rondinino, in Romana fid. 26. Novemb. 1696. §. *Fideicommiss.* coram Emin. D. meo Card. Caprara, & 9. Maii 1701. *Et sane*, coram Reverendiss. D Molines.

Potissime ubi prius nominati sunt hæredes, & postea descendentes, quia tunc verbum *descendentes*, quod est specificum, restringit, & declarat verbum *heredes* generale, & eo magis ostendit voluntatem testatoris limitatam ad hæredes sanguinis, qui essent de descendentibus, Catan. *cons.* 38. *num.* 6. *fol. mihi* 224. Peregr. *de fideic. art.* 19. *n.* 10. *& art.* 32. *n.* 48. Fusar. *de substit. d.* q. 339. *num.* 70. Castill. *contr. lib.* 5. *cap.* 96. *n.* 4. Barbos. *de appell. jur. signif. appell.* 113. *n.* 23. Barry *de success. libr.* 8. *tit.* 7. *num.* 37. *post med. versic. quarta limitatio est, si substituerit heredes, & descendentes.*

Quidquid secus dicendum foret, si substituti fuissent descendentes hæredes, quia tunc verbum *heredes*, quod subsequitur, stat augmentative, Add. ad Cæpoll. *cons.* 15. *lit. A*, Peregr. *de fideic. d. art.* 32. *num.* 48. Castill. *de conject. ult. vol. lib.* 5. *centr.* 96. *num.* 25. Fusar. *de substit. d.* q. 339. *num.* 71. Barbos. *d. appell.* 113. *num.* 23. Barry *de success. d. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 32. *versic. quarta limitatio est*, de Luc. *de donat. disc.* 10. *n.* 12. Rota in Maceraten. fideic. 23. Martii 1689. §. *Quibus*, cor. bon. mem. Benincasa, in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. *Quin subsistat*, cor. R. D. Molines.

Fortius ad exclusionem hæredis omnino extranei, quem non est verisimile testatorem voluisse præferre personis de sua agnatione, & ab hærede descendentibus, Bartol. *in l. Gallus*, §. *etiamsi parente n.* 5. ubique Castren. *n.* 8. *ff. de libr. & posthum* Ruin. *cons.* 188. *n.* 6. 10. *&* 12. firmans hoc procedere, etiamsi hæredes essent vocati cum dictione universali *omnes*, *lib.* 2. Giovagnon. *respons.* 36. *n.* 16. *lib.* 2. Socc. jun. *consil.* 158. *n.* 19. *&* an. *lib.* 2. Barbos. *d. appell.* 113. *n.* 14. *&* 15. Fusar. *de substit. quæst.* 339. *num.* 52. *cum* 3. *seq.* de Luc. *de fideicomm. disc.* 258. *sub num.* 2. Castill. *controv. lib* 5. *cap.* 96. *ex num.* 18. Torr. *de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 71. *& plur. seq.* ubi etiam adsint verba amplissima, Add. ad Rot. *in rec. dec.* 523. *num.* 120. *part.* 4. *tom.* 3. Rot. coram Othobon. *dec.* 10. *num.* 22. Emerix jun. *dec.* 1256. *num.* 13. & in Asculana fideicommissi, & donationis 21. Junii 1687. §. *Quamvis*, *& seq.* cor. bon. mem. Rondinino.

Et extra omnem difficultatem, quia in Civitate Senensi adest communis usus loquendi, juxta quem hæredum vocatio intelligitur de hæredibus sanguinis, & descendentibus, ut testatur Socc. jun. *d. consil.* 158. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. quando autem concurrit consuetudo, & usus loci conditi testamenti, quod mentio hæredum interpretetur pro descendentibus, tunc extranei, qui non sunt hæredes sanguinis, succedere non possunt, ex quo verba testatoris juxta communem usum loquendi, & loci consuetudinem intelligi debent, Socc. jun. *d. cons.* 158. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. Alciat. *consil* 43. *n* 10. *lib.* 9. Menoch. *cons.* 978. *n.* 12. *& lib.* 4. *præsumpt.* 130. *n.* 21. Peregr. *de fideic. d. art.* 32. *n.* 42.

Nec obesse visum fuit, quod actrices non fuerint hæredes Salustii ultimi defuncti: quia quando verbum *heredes*, restringitur ad descendentes, licet impediat, quin admitti possit hæres rei familiaris carens qualitate descendentiæ, non operatur tamen, ut habens qualitatem descendentiæ non possit succedere, si non sit actu hæres ultimi; sed ei sufficit qualitas hæreditaria sanguinis, etiamsi careat qualitate hæreditaria bonorum, quando sumus in fideicommissis successivis, Ruin. *cons.* 174. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2. *cons.* 158 *sub num.* 11. *vers. superest demum lib.* 3. Giovagn. *resp.* 36. *num.* 18. *lib.* 1. Baniel. *cons.* 61. *num.* 16. Simon. de Pret. *de interpr. ult. vol. lib.* 3. *interpr.* 1. *dub.* 3. *solut.* 5. *n.* 16. *fol.* 18. *& n.* 33. *fol.* 19. *juxta impress. Francofurt*, Petra *de fideic. quæst.* 5. *n.* 179. Peregr. *cons.* 31. *num.* 22. *lib* 2. *cons.* 59. *sub num* 6. *lib.* 5 *& de fideic. art.* 32. *num.* 9. *& sub n.* 43. *vers. quia cum heredis* nomen a generali sua significatione restringitur, complectitur descendentes tantum, & hoc casu non requiritur, quod isti sint hæredes

bono-

bonorum; ibique Censal. versic. 2. observ fol. mihi 206. Fusar. 78. n.9. consil. 79. n.3. & de substit. q.340. n.1. & seq. usque ad n.11. ubi adducit, & refutat contrarios, Castill. quotid. contr. l.5. contr. 96. n. 33. Ackolin. resol. 73. a 66. & 67. Capyc. Latr. cons. 10. sub n. 64. Rosa cons. 44. n. 8. & seq. & n. 17. Hodiern. ad Surd. d. dec. 85. n. 17. Sanfelic. dec. 202. a n. 21. a 26. Griell. dec. Dolan. 18. n. 57. versic. Nam respondeo primo, Franch. dec. 153. n. 14. & seq. de Luc. ad eum dec. 525. n. 5. in fin. versic. Et quartior, Heren. Mastrius in dec. Rot. Januen. impress. apud Balduc. dec. & res ju dic. cit. 3. dec. 49. n. 1. & 2. Rot. cor. Celso dec. 357. num. 6. & 7. Bich. dec. 605. n. 4. Cerr. sape citata dec. 513. n. 5. in rec. dec. 216. n. 1. & seqq. part. 5. dec. 269. n. 1. & seq. & n. 8. ubi reprobata contrarius p 14.

Et in terminis jurispatronatus mixti, cum quo in hac materia fraternizant termini fideicommissi, quod satis sit in descendentibus succedere volentibus qualitas hæreditaria sanguinis, quodque per eos non steterit, quominus fuerint hæredes rei familiaris respectu ultimi defuncti, Lother. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 48. de Luc. de jurepatron. disc. 30. n. 4. & disc. 60. n. 26. Piton. discept. Ecclesiast. 4. n. 4. Rot. in Romana beneficiatus S. Laurentii in Damaso 6. Februarii 1688. §. Non refragante, coram clar. mem. Cardin. Caccia, & in Mantuana beneficii 3. Junii 1698. §. Quia ad effectum, cor. bon. mem. Ursino, quarum prima est impress. apud eundem Piton. d. discept. 4. n. 25. & secunda post discept. 14. n. 29. cor. Cerro dec. 502. sub n. 20 in rec. dec. 217. n. 20. & dec. 267. n. 8. par. 6. & in Romana, seu Paenen. jurispatronatus 4. Decembris 1699. §. Neque obstat, cor. dell' Olmo 9. Junii 1700. §. Quemadmodum, & 13. Decemb. ejusdem anni, §. Ex his probata, cor. Reverendiss. D. meo Mulines Decano; & 17. Februarii 1702. §. Ex quibus cor. eodem, & in Firmana, jurispatronatus super negotio principali 15. Decemb. 1702. §. Posito, cor Muto, & in Balneoregien. beneficii 21. Junii 1707. §. Qualitas autem, cor. R. P. D. meo a Kaunitz.

Prædictaque fortius procedunt in casu nostro, attento quod non fuerunt vocati hæredes, & descendentes in genere, sed certæ personæ, nempe Fausti: Sostituisco il Sig. Fausto, e tutti li eredi, e descendenti del medesimo; quo casu DD. sorores aspirantes ad successionem, necesse non est, quod sint hæredes Salustii ultimo loco defuncti, dum tantum talem qualitatem coluit respectu Fausti primi substituti, ut denotat dictio illa del medesimo, quæ ad d. Faustum uti magis de proximo nominatum referri debet, Simon. de Pret. de interpr. ult. vol. lib. 2. interpr. 4. dub. 1. solut. 2. n. 193. fol. 294 juxta impress. Francofurt, Marta de success. legal. part. 4. q. 12. art. 1. n. 9. Bartell. d. dec. 2. n. 271.

Hocque est etiam de jure, cujus sanctione attenta in hujusmodi dispositionibus mixtis satis est habenti qualitatem descendentiæ, quod sit hæres Testatoris, vel primi acquirentis, non curato, an sit hæres bonorum respectu ultimi, Lother. de re benefic. lib. 2. d. q. 11. n. 47. Card. de Luc. de fideic. disc. 145 sub n. 7. v. verum, & disc. 258. sub n. 3. versic. secus autem, & de re jurepatron. disc. 30. n. 3. Rosa consult. 44. n. 15. Piton. d. discept. 4. ex n. 2. Mell. ad Castill. de aliment cap. 70. §. 9. n. 2. Hodiern. ad Surd. d. dec. 85. n. 18. Rot. in rec. dec. 499. n. 5. & 6. part. 5. dec. 217. n. 20. & dec. 267. n. 8. part. 6.

Quod si alias diceretur, essent in libera potestate gravati evertere fideicommissum alienando bona, illaque in extraneos ad ejus libitum transferendo, absque eo quod possent substituti alienationes, & distractiones revocare; nam aut isti essent hæredes ultimi, & cum in hac Civitate hæredes non gaudeant beneficio inventarii resistente dispositione Statuti Senen. sub rubr. de temp. ad deliberan. cap. 159. dist. 2. de quo Phanucc. olim hujus nostri Tribunalis Aud. de inventar. p. 6. n. 134. & alibi passim, eis permissum non esset factum eorum Auctoris defuncti impugnare, sed illud ratum habere tenerentur; aut non essent ipsius hæredes, & deficiente hac qualitate, quatenus copulative in eis requireretur, succedere non possent in fideicommisso, & bona evaderent libera, atque in extraneos transferri possent, sicque substitutionem, & fideicommissa redderentur elusoria, & remanerent de vento, ut apposite ad rem nostram considerant Hodiern. ad Surd. d. dec. 85. n. 19. & seq. ubi quod ita fuit judicatum per Sacrum Concilium Neapolitanum, & per Magnam Curiam Vicariæ, Rosa cons. 44. sub num. 15. Franch. dec. 53. n. 15. & 16. aliisque Auctorit. sup. cit. in §. Nec obesse.

Responsione non attenta, quod ubi præcedit genus, & subsequitur species, puta quia primo vocentur hæredes, & postea descendentes, tunc nomen descendentes non stet declarative ad præcedens, sed potius nomen hæredis stet qualificatione respectu verbi descendentes subsequentis, adeout requirat concursum utriusque copulati, licet secus esset, quando præcederet species, & subsequeretur genus, ex firmatis per Card. de Luc. de fideic. disc. 144. n. 6. Rot. cor. Cerr. dec. 444. n. 5. et seq.

Quoniam in casu præsenti difficultas tollitur de facto, dum testator noluit descendentes habere qualitatem hæreditariam respectu ultimi defuncti, sed solum respectu Fausti, ut dictum est, & tamen ex abundanti subdebant Domini, quod supradicta opinio Card. de Luc. non est omnino pacifica, cum auctoritatibus, & ratione destituta remaneat; ipse enim ad id asserendum se fundat in cons. 15. Cæpollæ n. 4. et 5. Odd. cons. 46. n. 14. et 15. Peregr. de fideic. art. 32. n. 48. et versic. limitatio octavo, Fusar. de substit. q. 339. n. 70. et q. 340. n. 14. qui ejus assumptum nullo modo comprobant, Cæpoll. eidem d. n. 4. et 5. solum in objectu primæ quæstionis ab eo in dicto consilio resolutæ dicit, quod quando est facta mentio filiorum, vel hæredum in re transmissibili ad hæredes, vel filios, adjectio filii habetur pro supervacua; sed descendendo postea ad resolutionem objectorum, quæ sibi proposuit in d. n. 14. et 5. expresse firmat, quod quando fuerunt vocati hæredes, & descendentes, tunc quia præcedit genus, & sequitur species, verbum descendentes stat declarative limitando, & restringendo genus, & copula, & exponitur pro idest, ut videre est in n. 10. et seq. usque ad n. 16. Et quamvis in examine secundi dubii idem Cæpol. n. 32. et sub n. 37. dicat in donatione facta Patri fuisse duntaxat quæsitum jus filiis, dummodo sint hæredes; tamen in casu suo data fuerat Patri libera facultas disponendi de re donata, tanquam de re propria, sicut ei videretur, absque contradictione alicujus personæ mundi, ut in facti specie in principio d. Consilii recensita, et n. 29. aliæque concurrebant particulares circumstantiæ, inter quas valde considerabilis est illa desumpta ex ratione subjectæ materiæ, dum agebatur de contractu donationis, in quo, sicut in aliis omnibus, quia strictius proceditur, & verba non impropriantur, appellatione hæredis non veniunt hæredes sanguinis, si non sint hæredes bonorum, licet secus sit in ultimis voluntatibus, in quibus verba latius interpretantur, ut in nostris terminis considerant, & distinguunt Ruin. cons. 174. sub n. 1. lib. 2. Peregr. de fideicomm. dict. artic. 32 num. 9 in fin. Castill. de conject. ult. volun. lib. 5. d. controv. 96. sub n. 33. versic. prout etiam, Sfortia Odd. Rosa consultat. 44. num. 18. Rota in rec. dec. 269. num. 7. part. 14.

Accedente etiam, quod in contractibus pater, & ascendens non præsumitur stipulari pro filio simpliciter, sed pro filio uti hærede, cum hoc sit ei magis proficuum, ut hæredem habeat, qui ejus voluntatem adimpleat, ut prosequitur Peregr. de fideic. cit. art. 32. n. 15. Castill. d. contr. 96. sub num. 33. circa med. versic. si vero ageretur de re transitoria ad hæredes extraneos, & pluribus relatis plene Rot. in Romana fideicommissi 11. Decembris 1702. §. In secundo autem, cor. R. D. Molines; Peregr. in d. cap. de fideicomm. art. 32. num. 26 proposita sibi quæstione, an appellatione hæredis veniant hæredes etiam extranei, eam multipliciter limitat, & inter alias limitationes n. 48. adducit illam, quod vocatis hæredibus, & descendentibus, veniunt solum hæredes, qui sunt de descendentibus (hoc est hæredes habentes qualitatem hæreditariam sanguinis) licet, si substituti fuissent descendentes, & hæredes, venirent etiam extranei; & in hunc sensum dicta per Peregr. dict. num. 48. intelligunt Barbos. appellat. 113. num. 23. Barry de success. lib. 8. tit. 7. num. 32. post med. versic. quarta limitatio est, Castill. contr. 96. n. 24. et 25. lib. 5. Sed nullo modo ibidem Peregr. determinat aliam quæstionem, an descendentes necesse sit esse hæredes bonorum, quam solum tractat in eodem art. 32. num. 9. et sub num. 43. versic. quia cum hæredis nomen, et cons. 31. n. 22. lib. 2. et cons. 49. sub num. 6. lib. 5. eamque resolvit negative.

Fusarius est de directo contrarius propositioni, quam firmat de Luca, ut videre est in q. 340. a num. 1. ad 10. & quamvis n. 14. dicat requiri quod volens succedere, sit hæres bonorum, quando fuerunt substituti hæredes, & successores, quod simpliciter etiam dicit Oddus d. consult. 46. n. 14. et 15. tamen nos non sumus in hoc casu; & nihilominus in hac etiam hypothesi a nostra diversa, vocatis hæredibus, & successoribus, ex conjectura præsertim mente Testatoris veniunt solum hæredes sanguinis in ultimis voluntatibus absque eo, quod isti sint hæredes bonorum,

notum Beniel. *d. consf. 61. n. 18.* Rota *consult.* 44. *n.* 8. 15. & 17. Mell. ad Castell. *de alim. cap.* 70. § 9. *n.* 1. & 2. Hodiern. ad Surd. *dec.* 85. *sub n.* 15. & 17. Heren. Massinus in dec. Rot. Januen. impress. apud Baldu. *dec. & roe judic. tit.* 3. *dec.* 49. *n.* 1. & 2. & ex professo tenuit Rot. cor. Cerr. d *dec.* 513. *ex n.* 1. 4. & 5. *in rec. dec.* 179. *n.* 1. *part.* 6. & *dixit etiam eadem* Rot. *in Romana donationis, seu primog. de Aldobrandinis* 10. *Junii* 1607. § *Idque potissimum*, cor. Ursino & *in Romana reintegr. Primogeniturae* 4. *Februarii* 1699. § *Hat nutem*, cor. R.P.D. Lancetta, & ulterius Fusarius loquitur, & intelligi debet, quando non versamur in fideicommisso successivo, & perpetuo, ut eam explicat Beniell. *d. conf.* 61. *n.* 16.

Sic etiam nihil concludit auctoritas ejusdem Fusar. *in d. q.* 339. *n.* 70. quia ibi solum dicit, extraneos non posse succedere, sed solum descendentes, quando fuerunt vocati hæredes, & descendentes, ad differentiam substitutionis descendentium, & hæredum, in qua etiam extranei admittuntur.

Minus concludit ratio, qua movetur de Luca, quod scilicet, quando præcedit genus, & subsequitur species, genus stet qualificative ad speciem, non declarative; quoniam imo, quando species est posita post genus, & copulata mediante dictione *Et*, tunc species censetur posita expositive, & declarative, cum species deroget generi, illudque comprimat, & restringat, ut in terminis verborum, *hæredibus, & descendentibus*, Cæpoll. *consult.* 15. *num.* 10. ibique Add. *lit. A.* Andreol. *controv.* 68. *n.* 30. & 31. *juncto num.* 25. Posth. *dec. Bononien.* 63. *num.* 161. & 162. Rot. coram Emerix jun. *decis.* 598. *num.* 7. de verbis hæredibus, & filiis, Actolin. *resolut.* 73. *num.* 64. de verbis hæredibus & masculis, Sperell. *decis.* 73. *sub n.* 58. de verbis liberis, & filiis, Menoch. *cons.* 328. *num.* 23. Actolin. *resol.* 90 *num.* 41. & de verbis, familia, & descendentibus, quod verbum speciale stet restrictive ad familiam effectivam, excludatque transversales, Giovag. *cons.* 39. *n.* 22. *lib.* 1. & generaliter, quod verbum speciale subsequens deroget generi, & stet declarative ad illud, itant copula, &, inter genus, & speciem apposita, exponatur pro, *scilicet*, exemplificando in aliis orationibus, & versibus similibus per plures Textus, quos allegat, firmat Castill. *de conject. ult. volunt. lib.* 5. *controv.* 95. *num. primo*, & *plur. seq.* Oddus *cons.* 45. *num.* 45. Simon. de Pret. *de interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpret.* 4. *dub. primo, solut.* 3. *numer.* 7. *fol.* 300 *secundum impress.* Francofurt, Altogr. *cons.* 79. *num.* 16. *lib.* 2. Giovagnon. *respons.* 43 *num.* 9. & 13. *lib.* 2. Barbos. *dict.* 110. *num.* 27. & 36. Capon. *discept.* 149. *sub num.* 34. & 36. Palm. Nepos *allegat.* 314. *num.* 3. & 5. Adden. ad Butat. *dec.* 297. *num.* 16. Rota coram Dunozet. jun. *dec.* 208 *n.* 12. & *seqq.* Bich. *dec.* 654. *n.* 9. Cerr. *dec.* 368. *n.* 22. Emerix jun. *dec.* 1216. *num.* 7. *inter divers. dec.* 366. *n.* 2. & 26. *part.* 1. *in rec. dec.* 38. *n.* 12 *part.* 6. *dec.* 173. *n.* 35. *part.* 7. *dec.* 81 *n.* 21. & 22. *part.* 11. *dec.* 251. *n.* 45. & *seq.* & *dec.* 615 *n.* 11. *part.* 19. & post Torr. *de pactis futur. success. dec.* 122. *n.* 17. & 18.

Præcipue, quando, si diversa caperetur intelligentia, foemine de agnatione Testatoris, & descendentes a Fausto, exclusæ remanerent a persona omnino Testatori extranea, quod tanquam absurdum, & contra verisimilem voluntatem Testatoris, considerant auctoritates supra relatæ in § *Fortius*; ac proinde concurrente necessitate evitandi hoc absurdum, & se uniformandi verisimili voluntati Testatoris, verbum speciale subsequens intelligi debere expositive, & declarative respectu verbi generalis præcedenter appositi, firmat idem de Luc. *de fideicomm. d. disc.* 144 *sub num.* 6. § *A mittebam, versic. Et consequenter*, & *sub num.* 7. § *Demum versic. vel ubi ageretur*, Rot. cor. Cerr. *d. dec.* 444. *n.* 4. & pro, *idest*, accipi copulam *et*, cujus natura a circumstantiis, & negotii qualitate regulatur, in his terminis, Posth. *d. dec.* 163. *num.* 64. cum ab aliis resultet conjecturata voluntas Testatoris, quæ sicut in omnibus aliis materiis, ita in illa, de qua agitur, totum facit, *ut* in specie considerat Cardin. de Luc. *de dote disc.* 91. *n* 4.

Et in omnem casum quatenus prædicta opinio Card. de Luca haberet subsistentiam, adhuc pro præsentis causæ resolutione satisfecit DD. responsio, quod ad effectum, de quo agitur, satis est dd. DD. sorores habere qualitatem hæreditariam sanguinis, & bonorum habitu, & in potentia, quia scilicet hæreditatem non repudiaverint, nec per eas steterint, quominus hæredes fuissent, si eis hæreditas ultimi aliquo modo fuisset delata, ut post plures, quos refert; tradit Beniell. *d. consil.* 61. *n.* 19. de Luc. *de fideicomm. disc.* 145 *n.* 7. *versic. in Curia tamen Romana*, Pitton. *discept.* 4. *n.* 4. *ibique* Rot. *num.* 25. *et in rec. dec.* 217. *n.* 20. & 21. *part.* 6. & cor. Cerro *d. dec.* 513. *n.* 5. *aliisque superius citatis in* § *Et in terminis*, quibus addi potest in puncto vocationis hæredum, & descendentium, Catan. *d. consil.* 38. *n.* 8. *fol. mihi* 224.

Prævipensa distinctione adducta a de Luc. *in dict. disc.* 144. *de fideicommiss. num.* 7. § *demum quoad alterum*, quod scilicet qualitas hæreditaria habitualis sufficiat, quando illa est requisita a lege, non vero si requiratur a dispositione hominis; tum quia Menoch. *cons.* 958. *num.* 15. *et seq.* & Fusar. *dict. quest.* 340. *sub num.* 2. ab ipso citati id non probant, dum Fusarius *dict. num.* 2. clarissime dicit totum oppositum, & Menoch. *dict. num.* 15. non facit talem distinctionem, sed solum firmat, verbum *hæredes*, quando restringitur ad descendentes, intelligi debere de hæredibus actu, & habitu; quæ conclusio in puris terminis substitutionis factæ de hærede, quando sumus in ultimis voluntatibus, impugnatur per Peregr. *cons.* 31. *num.* 22. *lib.* 2. de Luc. *de fideicommiss. disc.* 145. *num.* 6. *in fin. et num.* 7. *versic. verum*, alter de Luca de Franch. *dec.* 525. *num.* 5 *in fin. versic. et si quæritur*, Rursus Menoch. *eodem num.* 15. *versic.* 3. *et ultimo*, dicit verbum *hæredem* non fuisse de per se positum, sed cum alio, & *successorem universalem*, ex quo ipse infert, quod cum fuerint vocati hæredes, & successores in universum, hoc verificari non possit, nisi adita ab eis fuerit hæreditas, & successio, qui non est casus noster.

Tum etiam quia dicta distinctio de directo adversatur, tot isque auctoritatibus superius citata in § *Et in omnem*, quæ omnes loquuntur in fideicommissis, & dispositione testamentaria, ut ex earum lectura patet. Illamque veritatem etiam comprobat exemplum jurispatronatus mixti, in quo licet qualitas hæreditaria requisita sit ex dispositione hominis, tamen satis est præsentare volentem esse hæredem habitu, & in potentia, *juxta auctoritates supra relatas* § *Et in terminis*.

1 Decisio vero coram Cerro 444. *num.* 5. et 6. *et seqq. et num.* 10. *et* 11. emanavit in eadem causa, in qua scripsit de Luc. *d. disc.* 144. & movetur ex iisdem auctoritatibus, & principiis, magnasque habuit difficultates, dum ob discrepantiam votorum nulla in primis propositionibus capi potuit resolutio, & post editam decisionem forsan pars dubitans de illius subsistentia, eam in Rota reproponi non curavit, sed devenit ad transactionem, ut testatur de Luc. *dicto discurs.* 144. *sub n.* 7. § *Et ex his post binam propositionem*.

Ideo caute intelligenda venit d. dec. nam in puris terminis, in quibus illa emanavit, justa potuit esse resolutio, sed diversis casibus non applicabilis, in casu quippe *d. disc.* 144. *et dec.* Cerr. 444. concurrebat nedum observantia pro exclusione personæ non habentis qualitatem hæreditariam actu, dum illa per 30. annos, quibus supervixit, post apertum fideicommissum nunquam successionem prætendit, nec petiit, sed solum illius bæres, ut testatur idem de Luc. *d. disc.* 144. *sub n.* 7. § *fin.* Rot. cor. Cerro *d. decis.* 447. *sub n.* 11. *vers. imo contrarium*, & in hac etiam circumstantia uterque se fundat, prout revera de ea maximum est faciendum fundamentum, cum ad effectum dignoscendi, an descendentes debeant esse hæredes sanguinis, vel bonorum, multum sit deferendum observantiæ in specie, Rodulph. *alleg.* 104. *n.* 6. Rot. *in rec. dec.* 260. *n.* 5. et 8. *part.* 14. quodque plus est, persona exclusa facto positivo declaravit non adivisse, nec velle adire hæreditatem, ut consideratur in *d. decis.* 44. cor. Cerro *sub n.* 11 *versic. imo contrarium*, in quibus terminis extra dubium est descendentes a successione repelli, ut enim admittantur, omnino necesse est, quod ultra qualitatem descendentiæ sint etiam hæredes habitu, ac in potentia, quodque hæreditatem delatam non repudiaverint, Rot. cor. Cocc. *decis.* 1782. *num.* 6. *et in rec. d. dec.* 217. *n.* 21. *part.* 6. in Romana, seu Parmen. jurispatronatus 9. Junii 1700. § *Quemadmodum*, cor. Rev. D. Molines.

Sed etiam concertabant inter se descendentes, quorum aliqui habebant qualitatem hæreditariam actualem, alii illa carebant; & in talibus circumstantiis verum est descendentem pollentem utraque qualitate descendentiæ, & hæredis actu rei familiaris, præferendum esse alteri descendenti pollenti solum qualitate hæreditaria habitu, & in potentia, cum quantum possibile est, qualitas hæreditaria verificari debeat in potentiori significatu, & sic potius in hæ-

rede

sede actu, & habitu, quam in solo hærede habitu, quando ambo ex eis inter se concurrerent, ut ponderant Card. de Luc. *de fideic. disc. 258. sub n. 2. in fin. & sub n. 3. versic. non tamen, & versic. atque tunc sola qualitas*; sicque iste casus non est cum nostro parificandus, in quo hæres extraneus petit successionem ad exclusionem fœminarum descendentium, & agnatarum, ut dictum est.

Et demum inapplicabilis redditur eadem *dec. 444.* coram Cerro, quia in illius casu testator hæredem instituit Cæsarem ex prædefuncto filio nepotem, eique sine filiis descendenti substituit suos nepotes ex duobus fratribus, per ea verba *Sostituisco per la metà di tutte le sue sostanze gl'eredi, figliuoli del Capitano Mallio Secola fratello di d. Testatore, e per l'altra metà à Messer Camillo Moresi nipote di esso Testatore.* Ex his enim verbis refulsat testatorem voluisse substituere nepotes ex fratribus, neque fideicommissum ad ulteriores descendentes prorogare, quod agnoverunt etiam dd. nepotes, qui quamvis hæredes in ritia non egerunt ex eorum persona propria ad dictam hæreditatem, sed ex persona Hieronymæ Secolæ filiæ d. Capitanei eorum matris; quando autem non versamur in fideicommisso successivo, & perpetuo, tunc cum cesset ratio eversionis fideicommissi, quæ fieri posset ab hærede gravato in præjudicium substitutorum, vera est conclusio, quod requiratur nedum qualitas descendentiæ, sed etiam hæreditatis actualis, a qua solum exempti sunt descendentes in fideicommissis perpetuis, & habentibus tractum successivum, ut distinguunt Peregr. *cons. 68. n. 4. versic. Et hæc in simplici l. 5* Beniell. *d. cons. 61. n. 16. versic. tum quia agitur de dispositione perpetua, & successiva*, Decart. *dec. Sardinæ 36. n. 2. & 7. aliique superius citati in §. Nec obesse.*

Eadem laborat insubsistentia, quod nomen *hæredis* esset superfluum, si junctum cum verbo *descendentes* restringi deberet ad hæredes sanguinis, quia isti omnes comprehensi erant sub simplici nomine descendentium; quoniam vocatis descendentibus simpliciter, si plures ex istis adessent, omnes admitterentur, sive illi essent hæredes, sive non; sed superaddito verbo *hæredes*, si aliqui descendentes haberent qualitatem hæreditariam, & aliqui noluissent esse hæredes, isti concurrere cum illis non possent ad successionem, ut supra firmatum est. Rursus cum Testator voluerit masculos, & fœminas vocare, sed istas solum succedere masculis deficientibus, ut inconcusse etiam observantia docuit, consulto substituit hæredes, & descendentes, ut dignosceretur ejus voluntatem fuisse admittere fœminas solum de tempore, quo defectis masculis poterant esse hæredes, ut in specie objecto respondet Andreol. *doct. contr. 68. num. 32.*

Et ita utraque &c.

Jo. Urcaolus Rota Prætor.
Antonius Felix Andreolus Auditor.
Jacobus de Comitibus Rotæ Auditor, & causæ Relator.

E A D E M

Super mobilibus, & animalibus.

Jovis 29. Martii 1708.

A R G U M E N T U M.

Quæ mobilia, & animalia cadant sub fideicommisso, itant a gravato restituenda veniant substitutis.

D E C I S I O.

Stabilita justitia immissionis concessæ super prædiis, de quibus agitur, Nob. DD. Comitissæ Teresiæ nuptæ Nob. D. Equiti, & Comiti Mario Ptolomæo, Isabellæ uxori Nob. D. Philippo Sergardi, & Mariæ Magdalenæ Nob. D. Hieronymo Picolomineo de Triana, ex rationibus super deductis in geminis decisionibus sub hac eadem die a me extensis, quamvis opus non videretur ulteriorem laborem assumere circa mobilia, & animalia in iisdem prædiis existentia, ad quæ eædem DD. sorores immissionem pariter exposcebant, ex quo pro parte defensorum Nob. D. Virginiæ Pieri uxoris Nob. D. Stephani Dei nulla circa illorum restitutionem data fuit exceptio, tamen quia veritas adinstar aromatum, quo magis conteritur, eo magis flagrat, & redolet, illiusque lumen velut e speculo solaribus radiis repercusso fulgentibus diffunditur; ideo facto etiam a me verbo in Rota super iisdem mobilibus, & animalibus, assumpta per DD. super hoc puncto formiter discussione, conclusum fuit etiam super illis dandam esse immissionem, juxta modum inferius subnectendum.

Quo enim ad mobilia existentia in domibus dictorum prædiorum, ex quæ dicuntur solidioris materiæ, prout sunt tabulæ pictæ, vasa ænea, aliaque utensilia lignea, ferrea, ærea & his similia, quæ a gravato acquisita non fuerunt, censuimus venire in restitutionem fideicommissi; cum enim hæres gravatus adveniente casu restitutionis fideicommissi teneatur fideicommissario rationem reddere de omnibus iis, quæ in hæreditate testatoris relicta fuerunt; nisi eum excuset aliqua justa causa consumptionis, & naturalis, & non culposæ peremptionis, *l. cum tale, §. Titius, ff. de condit. & demonstr.* Merlin. *de legit. lib. 2. q. 6. n. 4.* Rot. in Romana fideicomm. Muti de Bubalo super mobilibus 13. Januarii 1702. §. *Et tertio*, coram dell'Olmo.

Et hujusmodi mobilia inter bona hæreditaria connumerantur, ut prosequitur Merl. *de legit. d. lib. 2. tit. 2. q. 6. num. 5.*

Hinc sequitur, quod ad instar aliarum rerum hæreditariarum illa veniant in restitutione fideicommissi, & de eis teneatur gravatus rationem reddere, Peregr. *de fideicomm. art. 10. num. 43. & dec. 64. n. 1. & dec. 99. num. 15.* Pusat. *de substit. q. 624. n. 1.* Merl. *de leg. lib. 2. d. tit. 2. q. 6. num. 5.* Cyriac. *contr. 16. num 3.* ubi multipliciter exemplificat de Luc. *de fideic. disc. 130. n. 14.* Rot. cor. Greg. *dec. 285. n. 1. & 2.* Ptol. *dec. 219. n. 11. & dec. 347. num. 10.* Peuting. *dec. 230. num. 7. in rec. dec. 317. num. 6. part. 18.* & in Romana fideic. Muti de Bubalo super mobilibus 3. Januarii 1702. §. *Et e conversa cum 3 seq.* coram dall'Olmo, ubi quod hoc procedit, etiamsi lapsum fuisset longissimum tempus, & tam in casu, quo ageretur de picturis nobilibus, quam de aliis vulgaribus, Feratien. seu Anconitana fideic. super fructibus 9. Junii 1704. §. *Succedebat, & seq.* cor. R. P. D. meo Ansaldo, & in Romana, seu Cæsenaten. fideic. super mobilibus 15. Maii 1705. *Et quidem*, cor. R. P. D. Lancetta.

Quo vero ad animalia; aut ista sunt de illis, quæ constituunt gregem, & armenta, & cum hæres gravatus pro iisdem conservandis teneatur nova capita in locum demortuorum subrogare, § *Sed si gregis 38. instit. de rer. divis. & acquir. ipsarum dominio, & l. vetus 75. &. fœtus, ff. de usufructu*, Galf. *de fructibus disp. 16. art. 1. n. 32.* Rota in Romana immissionis 3. Februarii 1702. §. *in quem sensum*, & 6. Martii 1702. §. *Probatio*, cor. R. D. Molines, & in Romana restitutionis hæreditatis super reservatis 15. Junii 1703. §. *Et pro faciliori*, coram Lancetta, cadunt sub fideicommisso, & gravato incumbit onus illa restituendi substitutis, de Luc. *de fideic. in summ. n. 232.* Rot. in d. Romana restitutionis hæreditatis super reservatis 15. Junii 1703. *Et pro faciliori*, cor. Lancetta, ibi. Et pro faciliori resolutione primæ partis dubii respicientis mandatum, quoad animalia, DD. inhærentes methodo per peritum retentæ, eadem in tres classes diviserunt, quarum prima continet animalia tempore obitus Ducis Joannis existentia, quæ gregem constituunt, & designantur in peritia, & horum respectu cum regulare sit, quod hæres gravatus illa vocatis restituere tenetur, & habet obligationem ex fœtibus nova capita in locum demortuorum subrogandi, ad notata per scribentes in §. *Sed si gregis 38. inst. tit. de rer. divis. & acquir. ipsarum dominio*. confirmata 15. Junii 1705. §. *Superest partita animalium*,

num, coram eodem, & fuit decisum hic Senen. fideicomm. & detractionum 19. Novembris 1698. §. *Ratio vero*, cor. D. Farsetto, ibi - Ratio vero, quare bestiamina quoque tanquam fideicommissaria judicaverim, ea fuit, quia ex inventario tutelari D. Aloysiæ constabat de bestiaminibus in hæreditate repertis ascendentibus ad consimile pretium, ac consistentibus pro majori quantitate in capitibus gregatim pascentibus, atque in aliis armentis grossis, ad quorum subrogationem cum D. Cæsar teneretur, nec ea aliquo casu periisse doceretur, ex Mangil. *de imput. q. 13. n. 74. cum seq.* præsumptio pariter pro secuta subrogatione inferebatur, atque ita quod fideicommisso adstricta censenda essent, ad text. *in leg. vetus 68. §. fin. cum l. seq. in l. hactenus 8. in l. agri 24. ff. de usufruct.* de Luc. *de cred. disc. 35. sub n. 31.* Nec ad aliter sentiendum me movent allata per Pontitolum *d. cap. 1. n. 278. cum seq.* post Sabel. *in summ. com. 2.* siquidem per Peregr. Merl. atque alios ab ipso citatos agitur solum quæstio, an præemptio animalium absque dolo, & culpa gravati, cedat ipsius damno, quod nihil commune habet cum subrogatione, ad quam cum ex dictis teneatur, ea non secuta, si animalia esse desinant, non excusabitur deficiens in hia, circa quæ in rebus suis non defecisset, probat literalis text. *in l. Mulier, §. Sed enim, ff. ad Trebell.*

Et hoc locum habere debet, etiamsi animalia tempore purificati fideicommissi essent in majori quantitate, quia augmentum gregis cedit commodo substituti, Peregr. *de fideic. art. 49. n. 65.* Rota cor. Cocc. *dec. 1342. n. 8.*

Si vero animalia prædicta destinata sunt ad culturam, & pro servitio, & manutentione fundi, pariter venirent restituenda, ex quo illa dicuntur instrumenta necessaria fundi, & pars ejusdem reputantur, de Luc. *de fideic. in sum. sub n. 221. & 222.* Mansf. *consil. 498 n. 1. & seq.* Rot. in Maceratæ. fideic. super animalibus 2. Maii 1695. §. *Ratio*, cor. R. Molines, ibi - Et DD. censuerunt animalia existentia de tempore purificati fideicomm. sub eo cadere: ratio decidendi desumpta fuit, ea quo de tempore mortis fideicommittentis in prædiis fideicommissariis, de quibus agitur, reperta fuerunt animalia, quæ ibi retinebantur non casu, & ad tempus, sed tanquam destinata ad culturam, & stercorationem eorundem prædiorum, ut ex illis uberiores fructus percipiantur, propter quod talia animalia dicuntur instrumenta necessaria fundi, *l. instrumenta fundi, l. de grege 9. ff. de fund. instruct.* & reputantur pars ejusdem fundi, cui inserviunt, ex quibus ille instructus dicitur cum ipso fundo, *l. fundo 3. ff. de fund. instr. l. fundo 2. C. de verb. signific.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 22. num. 10.* Card. de Luc. *de servit. disc. 54. num. 13. post princ. versic. Altera species*, & in Anconitana, seu Ferrarien. fideicomm. 12. Decemb 1698. §. *Vindicata*, & 27. Novembr. 1699. coram eodem Molines Decano, & in Reatina fideicomm. super detractionibus 14. Decemb. 1705. §. *fin. versic. & demum*, cor. Lancetta, & in Forolivien. fideicomm. de Torellis super reservatis 20. Januarii 1706. §. *Deficiunt etiam*, cor. Muto.

Idque procedit, etiamsi hujusmodi animalia non constituant gregem, cum ad hunc effectum satis sit illa constituere fundum instructum, ad hoc ut pars illius reputentur & cum illa veniant in fideicommissi restitutione, Rot. in d. Maceraten. fideicomm. super animalibus 2 Maii 1695. §. *Prout, & seq.* cor. R. D. Molines, ibi - Prout replicari nequit, quod ea præfatis animalibus minoris, uti consistentibus in parvo numero, non constituentibus proprie gregem, neque ex majoribus armentum, ob rationem eorum modicitatis numeri, in quibus terminis habet locu subrogatio aliorum in locum demortuorum ad effectum restitutionis favore substituti, ad text. *in l. deducta 58. §. hæreditatem, ff. ad S.C. Trebell.* & in his terminis loquuntur Peregr. *de fideic. art. 49. n. 65.* Castill. *de usufruct. cap. 27. num. 11.* Quia cum animalia controversa constituant, ut dictum est, fundum instructum, ad hoc ut veniant in restitutione fideicommissi, hoc sufficit, neque ratio habenda est, an gregem, vel armentum constituant, quia tam *in l. 3. ff. de fundo instruct. quam in l. 2. C. de verb. signif.* generaliter fit mentio de animalibus constituentibus fundum instructum, ex quo solum capite decernitur ea venire sub restitutione fideicommissi una cum fundo, cui serviunt, & constituunt partem integrativam, & sine quibus fere sterilis, & inutilis remaneret.

Minime refragante, quod per lapsum tanti temporis animalia præsumantur demortua naturaliter, & absque culpa hæredis, quo casu mors, & deficientia cedere debet damno substituti, siquidem cum gravatus teneatur manutenere fundum instructum cum animalibus necessariis, & gregem conservare, mediante subrogatione animalium in locum demortuorum, Card. de Luc. *de cred. disc. 35. n. 31.* Mansf. *cons. 273. n. 22. & 23.* qui scripsit in alia causa Senen. Gal. *de fructib. disp. 16. art. 1. n. 32. aliique superius citati.*

Omnia animalia, quæ de præsenti in prædiis reperiuntur, restituenda sunt, quia præsumuntur nata ex antiquis, & subrogata in locum demortuorum, ut prosequitur Mansf. *d. consult. 273. n. 22. & seqq.* & in d. dec. Senen. fideicommissi, & detractionum 19 Novembr. 1698. §. *Nec ad aliter versic. Nil relevante*, cor. D. Farsetto, ibi - Nil relevante, quod post Corneum, Fusar. cæterosque, Rota *in dec. 197. n. 34 part. 12. rec.* cursu temporis animalia demortua præsumpserit: quia ibi allegati, vel loquuntur in aliis terminis, vel sunt intelligendi de illis animalibus ad quorum subrogationem gravatus non tenetur, tanquam pro fundi instrumento non destinatis, vel gregatim non pascentibus, Rota in dict. Maceraten. fideicom. super animalibus 2. Maii 1695. §. *parum refragrante, & sequent.* coram R. D. Molinea, ibi - Parum refragante, quod per lapsum temporis annor. 80. decursorum a die mortis fideicommittentis usque ad diem restitutionis fideicommissi animalia naturaliter perierint sine culpa heredum gravatorum, ideoq; de illis nullam habendam esse rationem in restitutione fideicommissi, sed deperditio cedat in damnum substituti, *leg. Mulier, §. Sed etenim, ff. ad S.C. Trebell.* Peregr. *de fideic. art. 10. n. 39.* Fusar. *de substit. quæst. 624. n. 24.* Rot. *decis. 198. n. 35. part. 12.* Quoniam cum, ut dictum est, tempore mortis fideicommittentis animalia constituerent fundū instructum, & hoc ipsum probetur ab observantia subsecuta per longum tempus post mortem testatoris, ex quo semper hæredes gravati retinuerint eandem, vel majorem partem animalium pro prædiorum cultura, & stercoratione; propter quod resultat, quod illa pro fideicommissariis habita fuerint; unde sequitur, quod ea animalia, quæ tempore purificationis fideicommissi in prædictis prædiis reperiuntur, veniunt in illius restitutione, quia nata præsumuntur ex antiquis, §. *item ea instit. de rerum divisione*, & subrogata loco demortuorum, Guttier. *de tutel. part. 3. cap 27. n 8.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 22. n. 8. et 10. versic. per subrogationem.*

Et in hunc modum uniformibus votis conclusum fuit &c.

Jo. Urceolus Rotæ Prætor.
Antonius Felix Angreolus Auditor.
Jacobus de Comitibus Rotæ Auditor, & causæ Relator.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
Quæ in Mantissa
DECISIONUM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
AD
THEATRUM VERITATIS & JUSTITIÆ
CARDINALIS DE LUCA
continentur.

A

Abbas.

ABbati si fuit tributa potestas permittendi alii Episcopo; ut solemnia in suo Monasterio exerceat, signum est, quod Monasterium non est de alterius diœcesi, *decis.* 9. *n.* 20. *lib.* 3.

Abbas, & Monachi, si habent facultatem accipiendi Chrisma a quocunque Antistite, deducitur, quod Abbatia sit exempta, & habeat jurisdictionem separatam, *ib. n.* 26.

Abbati si sit concessa facultas judicandi, dicuntur concessa etiam ea, quæ sunt consecutiva jurisdictionis ordinariæ, nempe jus mulctandi, excommunicandi, & cætera, quæ competunt Episcopis, *ib. n.* 29.

Abbas, si habet privilegium sedendi, & suffragium decisivum ferendi in Conciliis Episcoporum, exinde resultat, quod habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, *ib. n.* 31.

Abbati si data fuit commissio a S. Sede, tanquam Ordinario, ut Festivitates promulget, indicat, quod habeat propriam diœcesim, *ib. n.* 38. Item ut dispenset quoad matrimonia, & quoad promovendos ad Parochiales, &c. *n.* 41.

Abbas si ab Episcopo, & ejus officialibus fuit recognitus tanquam Prælatus independens, id plene probat habere territorium, & diœcesim propriam, *ib. n.* 59.

Abbates, seu Prælati assertivæ non præjudicant successoribus, *ibi. num.* 69.

Abbas, si ad Altaria consecranda, & Ecclesias dedicandas invitavit Episcopos sibi bene visos, signum evidens, quod Abbatia nulli Episcopo est subjecta, *ib. n.* 74.

Abbati facultas data accipiendi Chrisma, & Oleum Sanctum a quocunque Antistite, utpote reducibilis ad indigentiam, & servitium Monachorum, non præfefert activam exemptionem, *decis.* 10. *n.* 21. *lib* 3.

Abbatis privilegia sedendi inter Abbates, appellandi ad Sanctam Sedem, utendi Pontificalibus, & alia hujusmodi, stare possunt sine jurisdictione spirituali in Populum, & Clerum, *ib. num.* 22.

Ex Pontificiis Brevibus declarantibus Abbatem Pastorem, & ex sententia lata ex Papali commissione, in qua idem Abbas declaratur Ordinarius, resultat titulus aptus ad præscribendum, *decis.* 10. *n.* 30. *lib.* 3.

Abbatia.

Abbatia erecta, antequam Episcopus, & diœcesis esset in rerum natura, a prima sua origine dicitur habere nativam libertatem, & territorium proprium exemptum, *decis.* 9. *numer.* 8. *lib.* 3.

Abbatia Fuldensis, utpote posita pro confinia Episcopatus Herbipolensis, dicitur esse extra ejus territorium, *ib. n.* 12.

Abbatia Fuldensis fuit erecta ante Episcopatum Herbipolensem, & habuit a principio suam nativam libertatem, *ib. n.* 10. & ideo remansit nullius diœcesis, *n.* 16.

Abbatiæ Fuldensi Rex Pipinus indulsit, ut nullus Episcopus in Monasterio, ejusque locis etiam in futurum sequentibus, jurisdictionem aliquam exercere posset, *ib. n.* 13.

Abbatiæ vacanti si Pontifex deputavit Administratorem cum expressione, quod erat nullius, id plurimum confert ad probandum, quod sit libera, nec comprehendatur in Diœcesi Episcopi, *ib. n.* 55.

Nec officit, quod quandoque nuncupata fuerit de aliqua diœcesi, nam solent Officiales describere sub finitima diœcesi pro faciliori perquisitione, *ib. n.* 58.

Abbatia Fuldensis per plures, & plures Historicos recensetur tanquam nullius diœcesis, *ib. n.* 73.

Abbatia, quando est immediate subjecta Sedi Apostolicæ, non potest ex facto, aut confessione Abbatis effici subdita alterius Episcopi, *ib. n.* 70.

Abbatia Fuldensis, etiamsi probaretur fundata ante Episcopatum Herbipolensem, tamen de jure dici non posset, quod acquisivisset nativam libertatem, & jurisdictionem, *decis.* 10. *n.* 9. *lib.* 3.

Abbatiæ Fuldensi S. Bonifacius fundator multa impetravit privilegia exemptiva, & Pontificia, signum evidens, quod eadem Abbatia non erat a nativitate, & origine libera, *ib. numer.* 16.

Pontificium Breve excitativum jurisdictionis quasi Episcopalis, & in quo Abbatia nuncupatur Nullius, est sufficiens ad inducendam jurisdictionem quasi Episcopalem, *ibidem numer.* 35.

Abbatia, quando est immediate subjecta Sedi Apostolicæ, tunc ex facto, & confessione Abbatum non potest effici subdita alterius Episcopi, *decis.* 9. *n.* 70. *lib* 3.

Ablativus.

Dispositio concepta per ablativum absolutum expressam conditionem importat, *decis.* 35. *n.* 12. *lib.* 15.

Ablativus absolutus reddit actum conditionalem, *decis.* 32. *n.* 27. *lib.* 16.

Et ante conditionis implementum non acquiritur jus, *ibid. numer.* 28.

Absurdum.

Absurdum, per quod descendentes ex magis dilecto excluduntur a descendentibus minus dilectis, est evitandum, *decis.* 2. *n.* 4. *libr.* 10. *dec.* 2. *n.* 5. *lib. eodem*. Hujusmodi tamen ponderatio considerari non potest in his, in quæ a Testatore proveniunt, quando de illius voluntate dubitari non contingit, *ib. num* 5.

Ratio evitandi absurdum ex præsumpta majori, vel minori dilectione testatoris non est attendenda ad desumendum fideicommissum, *decis.* 2. *n.* 13. *lib.* 10.

Præcipue si ageretur de illo extendendo de persona ad personam, *ib. n.* 14.

Omnis est facienda interpretatio, ut absurda evitentur, *decis.* 6. *n.* 12. *lib.* 11.

Est omnino evitandum absurdum, per fideicommissum perpetuo volitum a testatore in familia, in ipso exordio destruatur, *decis.* 7. *n.* 9. *lib.* 10.

Absurdum est evitandum, *decis.* 37. *n.* 17. *lib.* 10.

Academia.

Ut quis studiosus in aliqua Academia valeat reputari, quæ requirantur, vide *decis.* 36. *n.* 14. *lib.* 13.

Accapitum.

Conventio dandi in accapitum, excludit bona servilia, & de bonis tantum francis intelligenda est, *decis.* 5. *numer.* 14. *lib.* 2.

Nobiles Paternarum e beneficio Bullæ nuncupatæ Testimonio, per eorum appositionem exclusi, ex tolerantia Sedis Apostolicæ fuerunt deinde habilitati, ut in concessionibus ad novum,

Index Materiarum.

vem acceptum faciendis; ad unitas Laudemii solutionem teneantur, quoties acceptum ducatos francos non excederet, dec. 5. n. 17. lib. 1.
Concessio dandi bona in acceptum usque ad certam summam intelligenda est de bonis francis non de servilibus, decis. 5. n. 19. lib. 1.

Acceptatio.

Verisimile est quemlibet acceptare conditionem sibi favorabilem, decis. 5. n. 3. lib. 8.
Acceptatio oneris per testatorem in ex hæredis ordinati, ex quibus desumatur, decis. 23. n. 5. lib. 16.
Voluntas, et animus circa acceptationem, non ex facto alieno, sed ex proprio acceptante debentis est desumendus, decis. 23. n. 6. lib. 16.
Sed si concurrat successiva ratificatio, alienum factum urgens reputatur, ib. n. 7.
Acceptatio secundi fideicommissi, quæ præsefert renunciationem antiquioris, non est præjudicialis, nisi concurrat præcisa, & individualis scientia ejusdem fideicommissi antiquioris, & quidem inspectis, cognitisque verbis testamenti, decis. 23. n. 10. lib. 16.
Declara, ut hæc conclusio vera non sit in renunciatione mere damnosa; secus in acceptatione secundæ dispositionis, quæ incipit a lucro, & commodo renunciantis, quo casu virtualis renunciatio inducta ob acceptationem posterioris fideicommissi sustinetur etiam admisse ignorantia primi, ibid. numer. 11.
Quoties ex acceptatione unius dispositionis pernecesse evenit renunciatio omnium, & quorumcunque jurium post emissam acceptationem absque ulla præservativa, non attenditur excusatio, quæ deducitur ex ignorantia ejus jurium, ibid. num. 18.
Et hoc casu acceptatio dijudicetur præjudicialis, si ex dispositione æquivalens non consequatur emolumentum, ibid. numer. 19.
Hæres acceptando fideicommissum in propriis bonis a defuncto ordinatum non sibi præjudicat si acceptatio secuta fuerit sub credulitate, quod bona essent testatoris, decis. 24. numer. 1. lib. 16.
Limita, si hæres saltem in genere, et intellectualiter cogitare potuerit, quod bona fideicommisso subjecta non essent testatoris, ib. n. 5. & 6.
Ex quibus talis generica cogitatio argui valeat, ibid. numer. 3. & 4.
Hæres acceptando dispositionem defuncti, censetur cum illo quasi contrahere, decis. 25. n. 4. lib. 16.

Accessorium.

Accessorium inducere debet naturam principalis, a quo dependet, decis. 4. n. 8. & 9. lib. 13.

Accollatio, Accollatarius.

Accollatarius censetur assumere in se debitum sub conditione; quatenus scilicet debitores anteriores in se non insurgant, decis. 16. n. 6. lib. 8.
Per dimissionem creditoris anterioris extinguitur accollatio facta de credito posteriori, ib. n. 7.
Accollatarius tanquam principalis debitor reputatur, decis. 16. n. 7. lib. 15.

Acquisitio.

Acquisitiones factæ proprio nomine per alterum ex fratribus, & declaratæ communes in divisione, dicuntur factæ e principio pro omnibus, & pro societate, decis. 30. numer. 10. lib. 6.

Acta.

Defectu deficientiæ actorum opponi non potest ab eo, qui acta integra transportare debebat, decis. 38. n. 1. lib. 8.

Actio.

Actio diversa reputatur contra hæredes pro solutione in bonis hæreditariis petita ab actione hypothecaria, decis. 2. num. 11. lib. 5.
Actio personalis privilegiata adversus hæredes debitoris acquiritur, quoties cum pecuniæ tertii dimissus fuit creditor anterior, seclusa etiam pacto succedendi in illius juribus, decis. 4. n. 13 lib. 8.
Actiones competentes contra fideicommissarium exerceri possunt contra illius successorem, decis. 6. n. 10. lib. 8.
Actio personalis ex æquitate datur etiam contra tertium, decis. 6. n. 13 lib. 8.
Actiones personales competentes creditori dimisso transeunt in creditorem dimittentem, secluso etiam pacto subingressus, decis. 7. n. 23. lib. 8.
Actio in subsidium datur contra singulares successores, decis. 7. n. 16. lib. 8.
Actio & passio in eodem subjecto dari potest diversis respectibus, decis. 26. n. 2. lib. 8.
Agi non potest ex causa juris incerti, decis. 49. numer. 2. lib. 8.
In actione l. fin. Cod. edict. Div. Adr. toll. veniunt fructus a die litis contestatæ, decis. 8. n. 4. lib. 15.
Actio subsidiaria nequit exerceri, donec existit ordinaria, decis. 35. n. 19. lib. 15.
Actio subsidiaria nequit exerceri; nisi constet inanem esse directam, decis. 36. n. 1. & 8. lib. 15.
Actio pro pactorum adimplemento dirigi prius debet contra eum, qui pacta servare promisit, decis. 36. n. 2. lib. 15.
Actio subsidiaria exerceri potest, quoties bona principalis debitoris sunt intricata, decis. 36. n. 11. & seqq.
Bona non dicuntur intricata, si de diligentiis non constet, ibid. n. 13.
Amplia, licet pendeat judicium concursus, ib. n. 14.
Amplia quoque, si creditor sit fiscus, cum subsidiariæ actio denegatur, si in bonis sub concursu cadentibus diligentias non expleverit, ib. n. 15.
Actio, & passio in eodem subjecto stare non possunt, decis. 10. n. 2. lib. 6.

Actus.

Actus sequens censetur factus ad formam tractatus præcedentis; decis. 7. n. 4. lib. 8.
Actus impugnatum nequit ab impugnante allegari, decis. 8. n. 20. lib. 8.
Actus peccat in substantialibus ob defectum certi pretii, decis. 24. n. 3 lib. 8.
Actus, qui necessitate premente geritur, non dicitur voluntarius, decis. 44. n. 18. lib. 8.
Unus & idem actus in iis, quæ habent unitam rationem, & connexionem in parte, & partibus approbari, & reprobari licet, decis. 5 n. 10. lib. 9.
Impugnatio actus ut prodesse valeat, exigitur procuræ mandatum, si expleta sit a procuratore, decis 7. n. 16. lib 9.
Recessus ab actu inter vivos non permittitur in præjudicium illius, qui jus ex illo quæsivit, decis. 8. n. 7. lib. 9.
Actus simulatus nihil ponit in esse, decis. 9 n. 6. lib. 9.
Actus Ecclesiæ præjudiciales non urgent, si non probetur scientia Episcopi, decis. 4. n. 16. lib. 11.
Actus inter alios gesti, tertio non præjudicant, decis. 11. n. 9. lib. 9.
Actus non corruit in totum, si aliquid in eo expletum fuerit absque facultate, decis. 47. n. 9. lib. 13.
Actus qui dederunt causam liti, non attenduntur, decis. 3. n. 7. lib. 14.
Justitia actus inspicitur ad interpretandam illius approbationem decis. 22. n. 7. lib. 15.
In dubio præsumitur pro validitate actus, decis. 32. numer. 3. lib. 15.
Actus præsumitur gestus in executionem præcedentis obligationis, decis. 34. n. 71. lib. 15.
Usquequo conditio non purificetur, actus remanet in suspenso; decis. 35. n. 12. & 13. lib. 15.
Præsumptio stat pro validitate actus, decis. 3. n. 6. lib. 16.
Qui non potest actum expresse revocare, nec minus id tacite facere potest, decis. 3. n. 35. lib. 16.
Actus, qui referri potest ad aliam causam, nequit protrahi ad erroneam credulitatem, decis. 18. n. 7 lib 18.
Actus gesti contra particulares, Juribus Communitatis non nocent, decis. 1. n. 10. lib. 2.
Actus post transactionem emanati, cum ipsa compatibiliter intelligendi sunt, decis. 1. n. 14. lib. 1.
Ex actibus particularibus oriri non potest probatio dominii directi universalis, decis. 1 n. 25 lib. 1.
Actus equivoci non includunt existentiam dominii directi universalis, utpote ad alium titulum referibiles, decis. 1. n. 16. lib. 1.
In actibus facultativis ad probationem juris coactivi possessionem suffragatur, nisi concurrerit prohibitio, & acquiescentia, decis. 4. n. 11. lib. 2.
Causa universalis actus magis attendi debet, quam ipse actus; decis 6 n. 15. lib. 2.
Actus jurisdictionis attribuitur confirmanti, non actum facienti; cum confirmatio supponat defectum in actum gerente, decis. 8. n. 16. lib 2.
Confirmanti attribuitur actus confirmatus, quando sæpe confirmans etiam rejecit, vel reformavit actus in simili materia, decis. 6. n. 18. lib. 2.
Actus informes, & sine partis citatione extracti non probant; decis. 6. n. .. lib. 3.
Actus legitime non compulsati non relevant, decis. 7. n. 20. lib. 3. & decis. 8. n. 17. lib. eodem.
Actus gestis ab interessato, ejus favore non probant, decis. 7. n. 21. lib 3.
Actus non jurisdictionales juris assistentiam habentes prævalent aliis actibus gestis ab eo, cui jus assistit, decis. 8. numer. 19. lib. 3.
Actus potius mandanti, quam illius executori tribuuntur, decis. 6. n. 9. lib 6.
Actus gesti pendente lite sunt attentatorii, decis. 9. numer. 8. lib. 12.
Nec attendi debent in præjudicium collitigantis, ibid. numer. 9.

Adem.

Ademptio.

Ademptio potest fieri tacite, & deduci ex conjecturis mentis testatoris, & censetur facta, quoties dispositum in prima scriptura omitteret in secunda, *dec. 88. n. 6. lib. 10.*

Ademptio conjecturata, atque desumpta ex sola omissione, tunc habet locum, quando secundum relictum absque ea remaneret inutile, & frustratorium; secus autem, si secunda dispositio potuit suum parere effectum absque eo, quod ademptio inducatur: ad intelligentiam Text. in *l. si ibi. ff. de adim. leg. & leg. ad 20 ff. de condit. & demonstr. ib. n. 7.*

Aditio.

Aditio pro legitimatione personæ, sufficit ipsa petitio crediti ad defunctum spectantis, *dec. 24. n. 5. lib. 6.*

Hæreditatis aditio.

Aditio actiones hæredis confundit, *dec. 47. n. 5. lib. 9. & dec. 4. n. 4. lib. 9.*

Aditio hæreditatis concludenter est probanda, *dec. 26. num. 13. lib. 10. & dec. 26. n. 10. lib. 16.*

Non datur transmissio juris adeundi, nisi in hæreditate Patris, *dec. 3. n. 10. lib. 7.*

Jus adeundi non dicitur in patrimonio debitoris, & sic iste valet in creditorum præjudicium omittere hæreditatem adire, *dec. 15. n. 11. lib. 8.*

Adiens hæreditatem sine beneficio legis, & inventarii, censetur quasi contrahere cum creditoribus defuncti, *dec. 35. n. 1. lib. 2.*

Actus hæreditarii facti animo adeundi cum beneficio legis, & inventarii, præservant ab aditione, quo usque non docetur adimpleta conditio, sub qua fuerunt impleti, *dec. 22. n. 3. l. 9.*

Actus qui capiuntur contra naturam qualitatis hæreditariæ important repudiationem hæreditatis, *ibid. n. 4.*

Hæreditas licet adita ab intestato, stante testamento, pro non adita habetur, *ib. n. 5.*

Aditio non præsumitur, nisi constet hæredem fuisse conscium de contentis in testamento, *dec. 21. n. 6. lib. 9.*

De jure antiquo non erat opus pro aditione aliquis actus expressus, ad hoc ut filius paternam hæreditatem transmitteret, *decis. 21. n. 8. lib. 9.*

De jure tamen novo habet filius jus abstinendi, & propterea si se non immiscuerit in hæreditate paterna, hæres non dicitur; *dec. 21. n. 9. lib. 9.*

Extraneus dicendo se hæredem non esse, sibi non præjudicat, neque ad aditionem, neque ad repudiationem faciendam, *decis. 21. n. 12. lib. 9.*

Hæreditatis aditio ex quibus desumatur, *dec. 6. n. 3. lib. 10.*

Aditio non suspenditur ex declaratione, quod hæredes non amplius esse nisi cum beneficio legis, & inventarii, *dec. 6. n. 4. ib.*

Ad effectum aditionis magis attenduntur actus emissi ab eorum hærede, quam ab ejus Procuratore, *ib. n. 4. lib. 5.*

Declaratio facta ab hærede hæredis multum attenditur ad concludendam aditionem factam ab auctore, *dec. 6. n. 11. lib. 10.*

Qualitas hæreditaria ex aditione constare dicitur, *dec. 7. num. 1. lib. 10. vide verb. Hæres.*

Aditio hæreditatis concluditur ex sola debiti oblatione, *decis. 6. n. 13. lib. 16.*

Hæreditas non adita, non dicitur in patrimonio hæredis, & illius successor in ea nullum jus habet, *dec. 26. n. 9. lib. 16.*

Hæreditas non adita non transmittitur, *ib. n. 16.*

Aditio probatur ex divisione bonorum hæreditariorum, *decis. 1. n. 4. lib. 6.*

Adjuncti.

Decretum Concilii super necessitate procedendi cum duobus adjunctis, stat consecutive, & ampliative ad aliud antecedens in *c. 4. sess. 6. de refor. dec. 13. n. 3. lib. 3.*

Adjuncti cum electioni jus commune non resistit, sed potius assistit, *ib. n. 5.*

Facultas concessa per Concilium Tridentinum eligendi adjunctos, indicat, quod jure capitula eam non habent, *ib. n. 8.*

Actus jurisdictionales sine adjunctis per longum tempus ab Episcopo exerciri in Capitulares, probant illius totalem jurisdictionem, & excludunt exemptionem ante Concilium Tridentinum, *ib. n. 29 & 30.*

Privilegium concessum Capitulo super electione adjunctorum, ex non usu, vel contraria observantia centenaria censetur abrogatum, & renunciatum, *ib. n. 32.*

Quando sine adjunctis Episcopus libere procedere poterat, taciturnitas Capituli non venit adscribenda timori, & minus, *ib. n. 33.*

Adminiculum.

Adminicula etiam contra tertium simul unita probant qualitatem primogenialem, *dec. 40. n. 14. & 15. lib. 10.*

Adjudicatio.

Adjudicatio emissa absque æstimatione corporis, *dec. 12. num. 19. lib. 8.*

Adjudicatio facta in sequelam conditionalis electionis reputatur resolubilis, quo usque non purificetur conditio, *dec. 13. n. 23. lib. 8.*

Et quacunque scientia adjudicationis non obstante, posteriori competit jus offerendi, quo usque advenire conditionis implementum, *ibid. n. 14.*

Adjudicatio quando non dicatur perfecta; *ibidem numero 25.*

Creditor qui possidet pignus ad acquirendam dominium virtute adjudicationis, necesse non habet de ulteriori judicii instantia, *dec. 13. n. 26.* declara, in *n. 27. lib. 8. Vide verb. Creditor.*

Administrator.

Simplex, & nudus administrator omni caret emolumento, *decis. 15. n. 4 & 5. lib. 13.*

Administrator rerum fiscalium debet reddere rationem cum libris fideliter descriptis, *dec. 34. n. 5. lib. 15.*

Nec stare schedulis privatis Arrendatoris fiscalis, maxime si in malam fortunam pervenerit, *ib. n. 6.*

Quilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & pecunias ejus culpa dispersas restituere, *decision. 34. n. 14. lib. 15.*

Non obstante quacunque contraria consuetudine, *ibid. n. 15.*

Dispositum circa tutores, & curatores, censetur dispositum circa administratores rerum publicarum, *decis. 34. num. 27. lib. 15.*

Administratores Reipublicæ, & ærarii Principis tenentur de lata, & levi culpa, *dec. 34. n. 29. lib. 15.*

Administrator tenetur exigere actiones, quarum reddendarum dies tempore suæ administrationis obvenit, *dec. 34. num. 73 lib. 15.*

Adoptatus.

Adoptatus non repræsentat gradum, nisi per fictionem; nec venit, quando vocatio est facta gradatim, *dec. 87. n. 36. lib. 10.*

Adulterium.

Adulterium præcedens sive promissione matrimonii, & fide hinc inde data, non sufficit ad dissolutionem matrimonii, *dec 4. n. 14. lib. 14.*

Ædificare, Reædificare.

Reædificator connumeratur inter constructores, *decis. 3. num. 8. lib. 13.*

Ædificare in suo quilibet potest ad libitum, *dec. 1. n. 3. lib. 4.*

Ædificare in suo, ac domum extollere usque ad cœlum, cuilibet est permissum, *dec. 4. n. 1. lib. 4.*

Etiamsi per mille annos non elevaverit, nisi præcesserit inhibitio elevationis cum tempore habili ad præscribendum, *ibid. num. 2.*

Ædificare tamen, ac altius tollere prope Monasterium Monialium non licet, si illis ex elevatione grave præjudicium inferatur, *ibid. n. 3.*

Præjudicium resultat, si ex elevatione resultet prospectus intra Monasterium, *ib. n. 4. & 5.*

Etiam si adesset via publica intermedia, *ib. n. 6.*

In ædificando, & elevando debet procedi cum consueta forma in loco servari solita, *dec. 4. n. 9. lib. 4.*

Ex fabricæ elevatione prope Monasterium Monialium, si illis impediatur salubritas ventorum, illa est prohibenda, *decis. 4. n. 10. lib. 4.*

Fabrica antiqua depressa prope Monasterium Monialium importat, quod hoc sit factum juxta loci consuetudinem, vel quod servitus altius non tollendi sit constituta, *decision. 4. n. 11. lib. 4.*

Ædificium.

Ædificium, seu fabrica non impeditur, ne quo per illam impediantur venti, si hoc non verificatur ex fabrica facienda, *dec. 1. n. 22. lib. 4.*

Ædificia in solo fideicommissario constructa cedunt commodo fideicommissi refuso pretio melioramentorum, *dec. 8. num. 20. lib. 4.*

Ægidiana constitutio.

Ægidiana constitutio irritat contractus minoris gestos sine juramento, consensu proximiorum, decreto judicis, & insinuatione, *dec. 18. n. 4. lib. 6.*

Ejusdem constitutionis dispositio est extensa per Summos Pontifices ad totum Statum Ecclesiasticum, *dec. 18. n. 5. lib. 6.*

Ægidiana non requirit expressionem causæ in scriptis, quando minor contrahit, *dec. 18. n. 5. lib. 6.*

In terminis constitutionis Ægidianæ, etsi agatur de judiciali obligatione apud acta curiæ, adhuc tamen ex peculiari illius efficacia servandæ sunt solemnitates in illa præscriptæ, *decis. 27. n. 9. lib. 6. Vide verbo Minor, & verbo Mulier.*

Solemnitates Ægidianæ requiruntur etiam si alter contrahens sit pariter minor, vel mulier, *dec. 27. n. 13. lib. 6.*

Semotis etiam solemnitatibus contractus sustinetur, si invitus sit inter æque privilegiatum, *dec. 27. n. 11. lib. 6.*

Per eum tamen, qui agit de damno vitando, defectus solemnitatum potest opponi, cum potior sit illius causa, *ib. n. 12.*

Dispositio Ægidianæ constitutionis locum sibi vindicat in quocunque judicio possessorio inter laicos, & super bonis laicalibus promoto, *dec. 24. n. 1. lib. 10.*

Constitutio Ægidiana appellationem in causis possessoriis prohibens locum habet, si sententia valida sit, & justa, *decis. 41. n. 1. lib. 10.*

Ægidiana non habet locum in possessorio; si sententia prolata sit in tribunali Ecclesiastico, *dec. 10. n. 1. lib. 2.*

Item, si sit prolata in causa, ubi adest Monasterium, *ib. n. 2.*

Constitutio Ægidiana in comitatu Venaysino servanda est, *dec. 15. n. 15. lib. 6.*

Constitutio Ægidiana a Summis Pontificibus ad universum Statum Ecclesiae cum extensa est, *dec. 13. n. 23. lib. 6.*
Constitutionis Ægidianæ inobservantia nullos, & irritos reddit contractus mulierum, & minorum, *dec. 13. n. 24. lib. 6.*
Ægidiana Constitutio in Statu Avenionensi servanda est, *decis. 13. n. 25. lib. 6.*

Æmulatio.

Æmulatio excluditur, si adsit necessitas, vel utilitas ædificandi, *dec. 1. n. 21. lib. 4.*
Æmulatio in ædificante ad proprium commodum non præsumitur, *dec. 1. n. 19. lib. 4.*
Æmulationem allegans, illam tenetur probare, *dec. 1. n. 20. lib. 4.*

Æquiparata, Æquiparatio.

Validum est argumentum, quod ab æquiparatione educitur, *decis. 38. n. 16. lib. 10.*

Æquitas.

Æquitas in jure non scripta minime est extendenda, *dec. 75. n. 13. lib. 13.*
Æquitas servatur a supremis tribunalibus, *dec. 31. n. 6. lib. 15.*
Ærarium Principis inservit ad publicam utilitatem, & pro bono populorum regimine, & custodia, *dec. 34. n. 16. lib. 15.*

Æstimatio.

Æstimatio facta per cæmenta, exgaudo æstimationem totius domus ab æstimatione singularium partium, in jure improbatur, *dec. 14. n. 1. lib. 8.*
Æstimatio, quæ regulatur a situ, & a pensionibus domus, in jure non admittitur, *ibid. n. 3.*
Communis æstimatio arguitur ex valore, & qualitate cæmentorum, nec non ex annuis pensionibus simul, & unitim cum cæmentis consideratis, *ibid. n. 5.*

Ætas.

Minor ætas superveniens post contractum non supplet defectum denunciationis executoriæ, *dec. 15. n. 5. lib. 6. Vide n. 8.*

Affictus.

Pro affictibus proceditur executive, tam ex dispositione juris, quam Statuti Urbis, *cap. 88. dec. 18. n. 2. lib. 8.*

Agnatio.

Agnationis conservatio excluditur per comprehensionem extraneorum, *dec. 34. n. 7. lib. 7.*
Agnationis conservatio virtualiter comprehenditur in dispositione facta, ut matrimonium sequatur, *dec. 1. n. 12. lib. 10.*
Fuisse contemplatam agnationem, argumentum præsefert requisita qualitas masculinitatis, & legitimitatis, *ibid. n. 13.*
Digressus ad plures gradus substitutionum, & particularis provisio pro fœminis Dominam, vel in sæcula nubendis, *ibid. n. 14. & 15.*
Testator, si in alio testamento revocato expresse agnationem contemplaverit, & hanc expressionem in alio subsequenter conditio omiserit, censetur agnationem contemplare amplius noluisse, *ibid. n. 6. vide tamen n. 17. 18. dec. 2. n. 10. & 14. lib. 10.*
Si testator liberam alienandi facultatem hæredibus concesserit, agnationem contemplasse non dicitur, *dec. 3. n. 9. lib. 10.*
Agnatio dicitur contemplata, si testator declaraverit suam concedere dispositionem pro conservatione familiæ, *dec. 2. n. 18. lib. 10.*
Contemplatam fuisse agnationem, arguunt progressus ad plures gradus distinctos substitutionum, *dec. 2. n. 19. lib. 10.*
Qualitas masculinitatis in uno quoque gradu considerata, *ib. n. 20.*
Requisita natalium legitimorum, *ibid. n. 21.*
Dotis subsidium fœminis assignatum, ut filiis masculis descendentibus pinguius consultum fuerit, *ibid. n. 22.*
Agnationis conservationem fuisse respectam, nequaquam excludit facultas alienandi hæredi tributa, *dec. 2. n. 23. lib. 10.*
Verba indicantia desiderium testatoris conservandi agnationem non importent perfectam illius voluntatem ipsam agnationem conservandi, *dec. 3. n. 7. lib. 10.*
Ratio agnationis, tanquam a jure exorbitans, non egreditur casus, & terminos a disponente ordinatos, *ibid. n. 14.*
Sub nomine familiæ agnatio solum testatoris designata reputatur, *dec. 4. n. 3. lib. 10.*
Agnatio nunquam præsumitur contemplata, nisi de ea expressa facta fuerit mentio a testatore, *dec. 5. n. 5. lib. 10.*
Vocatis agnatis veniunt tantum illi, qui descendunt ex eodem columnellο testatoris, *dec. 5. n. 14. lib. 10.*
In dubium judicandum est, quod non fuerit habitum votum conservandi agnationem, *dec. 5. n. 22. lib. 10.*
Conservatio agnationis cum modo artificiali volita per testatorem potiori ratione verificatur in descendentibus immediatis ex feminis agnatis, quam in remotioribus, & mediatis, *dec. 7. numer. 8. lib. 10.*
Votum testatoris conservandi bona in agnatione, afficit omnes dispositiones, *dec. 10. n. 8. lib. 10.*
Votum conservandæ agnationis desumitur, si testator semper masculos vocaverit, fœminas vero exclusserit, *decis. 11. num. 9. lib. 10.*
Ac etiam, si testator declaraverit velle, ut bona semper permaneant in familia, seu domo, *ibid. n. 10. & 11.*
Ex fœminarum exclusione elicitur animus testatoris perpetuo conservandi agnationem in quocunque casu, *ibid. n. 14. & dec. 19. lib. 10.*
Contemplata dicitur agnatio, non sola conservatio familiæ masculis, si exoptata fuerit conservatio, ac augmentum dignitatis familiæ & domus, *dec. 16. n. 6. lib. 10.*
Eoque magis, si qualitas rei id suadeat, utpote si prohibita sit alienatio alicujus rei conspicuæ, quæ conferret ad splendiorem conservationem dignitatis familiæ, *decision. 16. numer. 7. lib. 10.*
Perpetua conservatio agnationis, & prohibitio alienationis potest in primis substitutis verificari, *dec. 17. n. 8. lib. 10.*
Limita, quoties verba stent de per se, & per modum regulæ in sua oratione perfecta, *ib. n. 10.* etiamsi adsint dictiones taxativæ, *n. 11.*
Exoptatio testatoris conservandi agnationem, quod bona non alienentur, quando dicitur stare de per se, & per modum regulæ, *ibid. n. 9.*
Agnationis favore non sunt fomentandæ ac multiplicandæ substitutiones ultra dispositionem testatoris, & casum expressum, *dec. 21. n. 49. lib. 10.*
Voto conservandi agnationem non repugnat, quod propter gubernium familiæ in aliqua testamenti parte fœminam vocaverit, *dec. 23. n. 9. lib. 10.*
Ratio conservandi agnationem dicitur habita, si testator geminate domum, & familiam nominaverit, *decision. 37. numer. 3. lib. eadem.*
Dicitur quoque agnatio respecta ex qualitate legitimitatis, & masculinitatis volita in substitutis, *dec. 37. n. 4. lib. 10.*
Prout etiam ex vocatione proximiorum de domo, & casata in defectu substitutorum, *ibid. n. 5.*
Ratio conservandi agnationem, si sit generaliter dicta, dictum ipsum ampliat, & fideicommissum extendit ad omnes casus, in quibus fideicommissum adaptatur, *decision. 37. numer. 7. lib. 10.*
Ratio conservandi agnationem, si non enunciative tantum expressa fuerit, sed per modum rationis, tantæ reputatur efficaciæ, ut ea ne recedi possit a regula consilii 21. Oldradi, *dec. 37. n. 8. lib. 10.*
Perpetua bonorum conservatio in agnatione adimpleri non valeret, si fideicommissum per obitum hæredis cum filiis expirare deberet, *dec. 37. n. 9. lib. 10.*
Agnationis consideratio per conjectum considerabilis reputatur in substitutione facta, si sine filiis, *dec. 38. n. 3. lib. 10.*
Ratio conservandi agnationem independenter expressa, fideicommissum extendit ad omnes casus, quibus textu ipsa adaptatur, *dec. 38. n. 4. lib. 10.*
Ratio conservandi agnationem de per se apta est probare fideicommissum esse perpetuum, *ibid. n. 5.*
Agnationis conservandæ votum locum habere non potest, si fideicommissum in primo hærede expirare debuisset, *dec. 38. n. 6. lib. 10.*
Votum conservandi agnationem resultat ex onere gestandi nomen, & arma testatoris familiæ, *dec. 40. n. 4. lib. 10.*
Ac etiam ex ratione per testatorem apposita, ne scilicet ejus familia extinguatur, *ibid. n. 5. & 9.*
Ratio conservandi agnationem etiam per modum fictum, & artificialem, inducit substitutionem fideicommissariam, *ibid. num. 6.*
Quamvis aliter de fideicommisso non appareat, *ibid. n. 7.*
Qualitas masculinitatis est urgens conjectura pro arguenda contemplatione agnationis, *dec. 46. n. 11. lib. 10.*
Nulla oritur implicantia, quod quis voluerit conservare agnationem in una parte, in alia non, *dec. 47. n. 9. lib. 10.*
Exclusio fisci non probat votum conservandi agnationem, minusque exclusionem masculorum ex fœminis, *dec. 65. n. 16. lib. 10.*
Contemplatio agnationis excluditur stante substitutione fœminarum, *dec. 71. n. 14. Vide n. 15. lib. 10.*

Agnatus.

Agnati dicuntur, qui ab eodem antiquo stipite per virilem sexum simul cum defuncto se provenire docent, *decis. 1. num. 6. de stat. success.*
Non attento, quod sint inter se transversales lineæ contentivæ, & ultra decimum gradum, *ibid. n. 7.*
Agnatorum gradus durant usque in infinitum, *ibid. n. 8.*
Agnationis jus, & sanguinis, uti a natura provenient, perpetuum & incommutabile censetur, *ibid. n. 9.*
Agnatorum vocatio usque ad fextum gradum, dicenda est potius in specie, quam in genere, *dec. 1. n. 18. de stat. success.*
Agnatis non convenit jus, & nomen gentilitium, quod usu esse sublatum demonstratur, *dec. 1. n. 11. d. stat. success.*
In dispositionibus agnaticus gradus, qui mentitur a matre, reputatur impertinens, *ibid. num. 5.* Contrarium, *num. 12. & num. 81.* ubi de magis communi sententia, *& num. 96. & num. 99.*
Agnatitia vocatio absoluta qualificat totam dispositionem, si vero restricta sit ad certos gradus, vel lineas, partem tantum dispositionis informat, & dicitur limitata, *dec. 1. n. 32. de statut. success.*

Agnati; de quacunque sint lineæ; succedunt, dummodo de tempore successionis intra limites a Statuto præscriptos existant, ibid. n. 33.

Agnati, ubi vocantur ad successionem transversalis, vocatio non potest intelligi, nisi in familia contentiva in genere sumpta, ibid. n. 35.

Agnati existentes ultra gradum præfixum non sunt de genere vocato, & pro extraneis a Statuto habiti viderentur, ibid. numer. 39.

Agnationis conservatio æque per agnatum remotum, ac per agnatum proximum habetur, ibid. n. 42.

Agnatorum caput inclusivum existimatur favorabile, latioremque patitur interpretationem, & extensionem, quam caput exclusivum, ibid n. 70. & 71.

Agnatis masculis vocatis ex linea masculina, excluduntur tam fœminæ ratione sexus, quam earum filii, licet agnati; cum descendant ex linea fœminina, decis. 1. n. 94. de statut. success. & explicatur n. 118. & seqq.

Agnatorum vocatio intelligitur de masculis ex masculis in fideicommissis pro conservatione agnationis ordinatis, ibid. numero 97.

Agnatorum vocatio, ex reformatione Florentina, post extinctionem lineæ effectivæ, & contentivæ proximæ, cæteras omnes, licet remotas, sub eo nomine continet, ibid. numero 133.

Agnatio propria non habet lineam, sed impropria, ibid. numero 139.

Idem est dicere agnatos, ac descendentes per lineam masculinam, cum non detur unum sine alio, ibid. n. 122.

Agnatorum sub simplici appellatione, in antiquis dubium erat, an adoptivi, arrogati, & filii sororis in Statutis comprehenderentur, ibid. n. 126.

Agnati quando vocantur ex linea masculina simpliciter, & indefinite absque adjuncto stipitis, qui designet originem, tunc linea accipitur contentiva, ibid. n. 132.

Signum distinguens agnationem in genere ab agnatione in specie, non consistit in restrictione ad certum gradum, sed ad certam lineam, ibid. n. 29.

Agnatorum vocatio in Statutis intelligitur de masculis ex masculis, ibid. numer. 91. sed declaratur numer. 97. & sequentibus.

Agnatis in genere, non autem in specie vocatis, non dubitatur de habilitate gradus fœminæ nuptæ in familia, & de successione filii, mediante ejus gradus proximitate, dec. 1. n. 26. de stat. success.

Alienatio, vide Prohibitio.

Alienatio prohibita ad tempus, post tempus censetur permissa, dec. 29. n. 2. lib. 10.

Alienationes, sive permissæ, sive voluntariæ, semper in detractionibus imputantur, dec. 9. n. 7. lib 9.

Etiam si ordinatum fuerit multiplicatum per Principem in licentia alienandi bona restitutioni obnoxia, si illud absolute non subrogatur in locum bonorum, decision. 9. numero 8. libro 9.

Licet alienationes primæ imputentur in detractiones, tamen id intelligitur quoad alienationes dominii translativas, non autem quoad simplices impositiones censuum, cum tunc profitetur effective alienatio, licet impositioni posterior, decis. 9. n. 9. lib. 9.

Alienationis prohibitio, & ratio conservandi bona in agnatione, si adjunctæ sint post omnes gradus a testatore consideratos omnes substitutiones qualificant, dec. 12. n. 13. libr. 10. & dec. 13 n. 17. lib eodem.

Alienationis prohibitio, si personalis sit, efficitur realis, & comprehendit omnes substitutiones in testamento expressas, si magis ampla, & efficaciata sit, decision. 12. numer. 14. lib. 10.

Ratio conservandi bona in familia, si magis prema, quam prohibitio alienationis, argumentum præbet credendi fœminas fuisse exclusas, dec. 13 n. 18. lib. 10.

Verba, ne *ullo unquam tempore*, apposita in prohibitione alienationis, important alienationis prohibitionem in perpetuum, dec 19. n. 3 lib. 10.

Alienatio ad tempus prohibita, post tempus censetur permissa, quando nullum ordinatum est fideicommissum, sed simpliciter bona prohibentur alienari usque ad certum tempus, vel si fideicommissum reperiatur ab eadem prohibitione dependens, dec 29. n. 1. & 4. lib. 10.

Testator, si prohibuerit alienationem usque ad certum tempus, & post illud illam permiserit, censetur fideicommissum abrupto institutum restringisse ad bona non alienata, decis. 29. numer. 5. lib. 10. nisi concurreret dolus in alienatione, ibid. numer. 6.

Alienationis prohibitio usque ad certum tempus non derogat clarum fideicommissum a testatore ordinatum, decis. 29. num. 7. lib 10.

Limita, si prohibitio facta fuerit per viam denegatæ potentiæ, ibid. num. 9. Contrarium tenent multi Doctores, ibid. numero 9.

Alienationis prohibitio usque ad certum tempus ad succurrendum imbecillitati hæredis cum præservatione fideicommissi, huic per illam non derogatur, dec. 29. n. 10.

Alienationis prohibitio ad tempus terminet perpetuat, cum post tempus subintret prohibitio legis, quando testatoris intentio

fuit, ut bona sua perpetuo fideicommisso subjacerent, dec. 30. n. 4. lib. 10.

Alienandi facultas, si sit dubia, nihil operatur contra fideicommissum clarum, dec. 30. n. 7. lib. 10. & dec. 31. num. 5. lib. eodem.

Præcipue, si d. facultas possit referri ad fructus absque læsione proprietatis in destructione fideicommissi, ibid. n. 8.

Subsequens alienationis prohibitio tollit præcedentem alienandi permissionem, dec. 31. n. 4. lib. 10.

Alienandi prohibitio usque ad certum tempus eo elapso cessat, præcipue si concepta sit per duplicem negativam, dec. 32. n. 4. & 5. lib. 10.

Permissio alienandi interpretari debet, ut obliquo sensu fideicommisso non adversetur, dec. 32. n. 7. lib. 10.

Prohibitio alienandi minoribus facta censetur animo consulendi eorum imbecillitati, dec. 32. n. 9. lib. 10.

Prohibitio alienandi ad tempus, non inducit facultatem alienandi post tempus, si deinde subsequatur fideicommissum, per quod subintrat tacita prohibitio legis, decis. 33. numer. 4. libr. 10.

Testator si permiserit alienationem, & deinde fecerit fideicommissum, per illius ordinationem censetur facultatem correxisse, dec. 33. n. 1. lib. 10.

Valde dubium est, an prohibitio alienationis ad tempus, post tempus inducat facultatem alienandi, decis. 33. numer. 2. libr. 10.

Adeo ut si concurrat fideicommissum clarum, per quod tacite censetur prohibita alienatio, illud prævalere debet, ibidem n. 3.

Non est verisimile, quod testator voluerit, quod hæres valeret de hæreditate disponere, si eum destinaverit pro implenda aliqua ejus ordinatione, dec. 33. n. 7. lib. 10.

Alienandi prohibitio facta ad consulendum imbecillitati minoris, nunquam importat liberam disponendi facultatem post tempus præfinitum, dec. 34. n. 11. lib. 10.

Alienandi facultas cum fideicommisso non repugnat, cum illa censeatur permissa, ut perduret, quo usque purificetur fideicommissum favore aliorum, dec. 35 n. 20. lib. 10.

Semper debet prævalere clarum fideicommissum in confusa facultate disponendi, si ista dubia sit, & diversimode interpretari valeat, dec. 35. n. 28. & 29. lib. 10.

Ex quibus non censeatur data facultas alienandi in eversionem fideicommissi, vide dec. 35 n 30. lib. 10.

Substitutio facta, & concepta sub conditione mortis hæredis, cui auctor certum tempus, prohibita fuit alienatio, intelligitur quatenus intra idem tempus decedat, dec. 36 n. 1. lib. 10.

Alienationis prohibitio usque ad certum tempus inducit facultatem alienandi post tempus, si tamen prohibitio facta non fuerit ad illum effectum, quam inducendi fideicommissum, dec. 36. n. 6. lib. 10.

Alienationes modicæ non possunt inservire ad præsumendam consumptionem detractionum, dec. 37. n. 35. lib. 10. & dec. 38. numer. 15. lib. eodem.

Data facultate alienandi, substitutio intelligitur de remanentibus bonis non alienatis, dec. 47 n. 8. lib. 10.

Alienationis prohibitio quo casu non dicatur necessaria, dec. 58. n. 6 lib. 10.

Si Testator per modum rationis universalis conservandi ejus hæreditatem, eo modo, quo eo tempore obtinuit, prohibuerit alienationem, censetur voluisse ordinare perpetuum, & successivum fideicommissum inter omnes hæredes, cum substitutione reciproca etiam de una linea ad aliam, dec. 59. num. 1. lib. 10.

Alienationis prohibitio absque admixta voce conservandi agnationem, dispositionem subsequitur, eidemque famulatur, dec. 65. n. 15. lib. 10.

Alienatum bonorum Ecclesiasticorum est prohibere, decis. 5. n. 9. lib. 13.

Alimenta.

Sub nomine alimentorum pharmaca comprehenduntur, dec. 30. n. 1. lib. 16.

Alimenta debentur ex fructibus, dec. 30. n. 7. lib. 16.

Distractio bonorum fideicommissariorum vigore *auth. Res quæ* competit etiam pro præstatione alimentorum, dec. 30. num. 2. lib. 16.

Promittens manutenere filium, ejusque conjugem, obligatur etiam ad alimentandum eorum filios, & familiam, decis. 30. n. 3. lib. 16.

Dos vigore *auth. Res quæ* distrahitur, quamvis a testatore sit prohibitum, dec. 30. n. 4. lib. 16.

Idemque procedit pro alimentis, ibid. n. 5.

Actio pro consequenda dote, & alimentis, est rei persecutoria, & datur contra tertium possidentem, dec. 30. n. 8. lib. 16.

Pro consequenda dote, & alimentis promissis a testatore, competit actio hypothecaria, dec. 30. n. 9 lib. 16.

Et hujusmodi actio datur contra successorem in bonis hypothecatis, ibid. n. 10.

Filius, qui legitimam & Trebellianicam pro alimentis effigeris dilapidaverit, adhuc pro se alendo potest distrahere bona fideicommissaria, ibid. n. 11.

Alimenta præstita censentur cum animo compensandi, quando concerrit causa donationis exclusive; quando tamen, qui præstitit alimenta, tenebatur de jure, ant expresse luerit protestatus de retentione compensandi, donasse intelligitur dec. 6. n. 2. & 4. lib. 41

Allodialitas.

Cives Carpentoracten., & oppida insulæ Moneal, & Minerbiæ, gaudent allodialitatis privilegio, *dec.* 5. *n.* 22. *lib.* 1.
Allodialitas libertatis restrictionem non patitur, *dec.* 5. *num* 27. *lib.* 1.
Exceptio certorum locorum, quoad allodialitatem præbet argumentum dominii directi universalis respectu aliorum locorum, *dec.* 5. *n.* 23. *lib.* 1.
Præsumptio juris militat pro allodialitate, *dec.* 5. *n.* 64. *lib.* 1.
Fallit in Gallia, & in Provincia Comitatum Venaissinum complectente, *ibid. n.* 65.
In Gallia omnia bona reputantur sub dominio Regis, nisi ostendatur titulus exemptionis, *ibid. n.* 58.
Præsumptio allodialitatis ex contrariis documentis, & circumstantiis, nec non ex contrario usu regionis eliditur, *dec.* 5. *n.* 68. *lib.* 1.
Ex solutione laudemii absque titulo particulari excluditur altera species bonorum allodialium, *dec.* 6. *n.* 70. *lib.* 1.
Exclusio bonorum allodialium arguitur ex continentis investiturs de bonis tantum francis mentionem facientibus, *dec.* 5. *n.* 73. *lib.* 1.

Alluvio.

Alluvio est incrementum terræ latenter corrosæ ab uno loco, latenterque alteri adjectæ, *dec.* 34. *n.* 1. *lib.* 16.

Alternativa.

In alternativis sufficit, quod alterum tantum ex casibus alternativis verificetur, *dec.* 41. *n.* 1. & 2. *lib.* 8.
Alternativa æqualitatem in diversitate demonstrat, *decis.* 57. *n.* 5. *lib.* 10.

Alveus.

Alveus, qui naturalis non est, dicitur inundatio, *decis.* 34. *n.* 8. *lib.* 16.
Alveus quomodo fiat, *ibid. n.* 9. *Vide* in verbo *Terrenum.*

Ammensatio.

Ammensare non potest Episcopus, quando in investitura adest pactum renovandi, neutrum Apostolico Beneplacito, *dec.* 11. *n.* 3. *lib.* 4.
Ammensare non potest Episcopus, quando bona erant sterilia, & paludosa, & fuerunt ab emphyteutis ad culturam reducta, *ibid. n.* 5. & 8.
Ammensatio probatur, vel ab expressa declaratione Episcopi, vel a descriptione bonorum facta inter alia bona mensæ, vel ex quo Episcopus eadem bona longo tempore possederit, *ib. n.* 14.
Ammensari regulariter possunt bona emphyteutica, quando sunt devoluta ad mensam Episcopalem, *ibid. n.* 6.

Amor.

Amor, & dilectio personæ solet esse una ex causis impulsivis ad ordinandum fideicommissum, *dec.* 85. *n.* 23. *lib.* 10.

Anatocismus.

Anatocismus quid sit, quando contractus dicatur, *decis.* 8. *n.* 6. *lib.* 8.

Anterioritas.

Anterioritas competens pro sorte suffragatur etiam pro fructibus, *dec.* 5. *n.* 7. *lib.* 8.
Declara, si creditum dimissum sit fructiferum, *ibid. num.* 8.
Eadem anterioritas, seu potioritas, quæ competit pro sorte, competit quoque pro fructibus, *decis.* 9. *n.* 3. declara ut *num.* 4. *lib.* 8.

Apocha.

Apocha trino teste munita habet vim publici instrumenti, *dec.* 23. *num.* 11. *lib.* 8. & *decis.* 24. *num.* 11. *lib. eodem*, *dec.* 49. *num.* 3. *lib.* 8.
Apocha, quæ non continet causam obligationis; non obligat promittentem, *dec.* 32. *n.* 1. *lib.* 8.
Apocha, in qua non exprimitur causa debendi, resolvitur in donationem confidentialem, *ibid. n.* 2.
Statutum Urbis in *cap.* 149. & 150. continet decretum annullativum, *ibid. n.* 3.
Apochæ factæ contra formam Statuti non merentur executionem; *ibid. n.* 4.
Statutum Urbis in *cap.* 83. *lib.* 1. loquitur de Apochis modicæ summæ bona fide factis, *dec.* 30. *n.* 7. *lib.* 8.
Ex longa taciturnitate creditoris arguitur apocham crediti esse simulatam, *dec.* 32. *n.* 8. *lib.* 8.
Maxime si creditor dives sit non egenus, & summa ipsi debita sit considerabilis, *ibid. n.* 9.
Vel si non fuerint adhibitæ cautelæ in similibus solitæ practicari, *ibid. n.* 10.
Ex retentione apochæ penes aliam personam, quam creditoris arguitur simulatio, *ibid. n.* 11.
Præsentans apocham, ostendit se esse personam in ea contemplatam, *dec.* 39. *n.* 3. *lib.* 8.

Apotheca.

Apotheca venit sub nomine domus, & consequenter hæres in inventario specificam illius mentionem facere non tenetur, *dec.* 6. *n.* 18. *lib.* 9.

Appellans, Appellatus.

Appellans facit omnia acta sua, ac si ab initio fuisset citatus; *dec.* 17. *n.* 16. *lib.* 13.
Appellans a taxatione expensarum, censetur approbare judicatum, *dec.* 21. *n.* 9. *lib.* 19.

Appellatio.

Appellatio non solet admitti a decreto Regiæ Cameræ Neapolis in causa favore fisci, *dec.* 16. *n.* 17. *lib.* 6.
Appellatio remanet deserta ob non prosecutionem litis in tempore debito, *dec.* 74. *n.* 1. *lib.* 10.
Appellationem interpositam non prosequi, & non appellare paria sunt, *ibid. n.* 2.
Appellatio de jure Canonico datur a quacunque sententia, *dec.* 10. *n.* 3. *lib.* 2.
Etiamsi in possessorio prolata, *ibid. n.* 4.
Appellatio non datur a pronunciatione de exequendo, sicut nec ab executione, *dec.* 11. *n.* 2. *lib.* 6.

Arbitrium.

Arbitrium regulatur a jure, *decis.* 48. *num.* 1. *lib.* 13. & *dec.* 21. *num.* 1. *lib.* 16. & *dec.* 7. *num.* 6. *lib.* 12.

Archiepiscopus.

Vide etiam in verbo *Episcopus.*
Archiepiscopi licet sint superiores quoad suffraganeos, non possunt tamen se ingerere in causis primæ instantiæ, *dec.* 3. *n.* 7. *l.* 3.

Archivium.

Defectus Archivistationis in Curia non attenditur, *decis.* 23. *n.* 9. *lib.* 8.
Præsertim si provenit ex recusatione Archivistæ, *ibid. num.* 10.
Bannimenta Archivii Urbani prodierunt per viam legis, *decis.* 26. *n.* 6. *lib.* 8.
Archivium Episcopi dicitur Archivium publicum, *dec.* 4. *num.* 14. *lib.* 11.
Archivium non dat robur scripturis informibus, *dec.* 4. *n.* 17. *lib.* 11.

Argumentum.

In claris non opus argumentis, *dec.* 31. *n.* 1. *lib.* 10.
Argumentum a contrario sensu importat contrarium jus, quod in sensu directo disponitur, *decis.* 30. *num.* 11. *lib.* 10.
Argumentum ab æquiparatis nihil concludit, si adsit disparitas, *dec.* 33. *n.* 15. *lib.* 10.
Ex actibus deformibus non potest deduci certum argumentum; *dec.* 10. *n.* 19. *lib.* 13.
Argumentum, si de quo magis, ergo de quo minus, est in jure validissimum, *dec.* 5. *n.* 0. *lib.* 3.

Arma.

Arma propriæ familiæ dimittere grave admodum est, *decis.* 48. *n.* 7. *lib.* 10.

Arrha.

Arrha amittitur ex defectu implementi, *dec.* 18. *n.* 18. *lib.* 18.

Articuli.

Articulans non fatetur, *dec.* 4. *n.* 15. *lib.* 3.
Articuli dati medio juramento probant contra articulantem; *dec.* 2. *n.* 7. *lib.* 6.

Assertio.

Assertio erronea, & talis ostensa non attenditur præcipue in judicio petitorio, *dec.* 9. *n.* 13. *lib.* 4.

Assignatio.

Assignatio crediti non liberat assignantem, nisi secuta solutione, *dec.* 6. *n.* 19. *lib.* 9.

Associatio.

Associatio non datur contra creditorem emptorem possessorem fundi censiti, *dec.* 6. *n.* 8. *lib.* 5.
Associatio eo fortius conceditur, si efficacia clausulæ, constituti, augeatur facultate capiendi possessionem propria auctoritate, *dec.* 13. *n.* 10. *lib.* 5.

Attentata.

Maxime si continuet per viam privatæ facultatis, non vero mediante aliquo facto judicis, *dec.* 3. *n.* 1. & 2. *lib.* 11.
Limitatur, quatenus possessio sit turbida, & nulla, *decis.* 5. *num.* 2. *lib.* 11.
Quis non potest petere attentata revocari, in quæ & ipse incidit, *dec.* 3. *n.* 5. *lib.* 11.
Quævis necessitas sufficiat ad evitanda attentata; *dec.* 3. *num.* 5. *lib.* 15.
Declara, ut sufficiat ad evitandas expensas, quibus rigorose subjacere debet attentans, non autem ad evitandam innovatorum revocationem, *d. dec.* 3. *n.* 6. *lib.* 15.
Materia attentatorum est odiosa, & pro illorum exclusione quævis levis causa admitti debet, *dec.* 4. *n.* 3. *lib.* 15.
Ad excusanda attentata omnis benigne fieri debet interpretatio; *dec.* 4. *n.* 4. *lib.* 15.
Attentata si aliquo modo excusabilia sunt, proceditur in revocatione per viam nullitatis ad solvendas expensas, *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 15.
Lis deserta non causat attentatum, *dec.* 11. *n.* 1. *lib.* 15.
Attentata purganda sunt tantummodo coram judice suo, *dec.* 10. *n.* 1. *lib.* 15. & *dec.* 10. *n.* 3. *lib. eodem.*
Clausula, cum facultate purgandi attentata, tribuit potestatem procedendi tantummodo, prout de jure, *decis.* 11. *num.* 4. *lib.* 15.
Qui continuat, non attentat: limitatur regula, quando inhibitio Judicis emanavit super ipsa possessione in litem, *dec.* 12. *n.* 5. & 6. & *dec.* 12. *n.* 6. & 10. *lib.* 15.
Declara, et limitatio vera sit, quoties inhibitio specialiter percutiat continuationem possessionis, secus si sit generica pro litis introductione, *dec.* 11. *n.* 7. & 8. *lib.* 15.
Judex ex suo arbitrio potest ex justa causa rejicere, *decis.* 13. *n.* 10. *lib.* 15.

Cogni-

Cognitio attentatorum commissorum in prima instantia devolvitur ad judicem, ad quem commissa fuit causa principalis, dec. 12. n. 1. lib. 15.
Per novam judicii introductionem censetur renunciatum attentatis commissis in primo judicio, dec. 10. n. 4. lib. 15.
Rescriptum Signaturæ, cum quo data fuit facultas purgandi attentata, respicit illa, quæ existunt, & de jure purgari debent, dec. 10. n. 4. lib. 15.
Quoties constat de bono jure, Judex se debet a purgatione attentatorum abstinere, decis. 12. n. 9. lib. 15.
Citatio pro adeunda Signatura si debito tempore reproducta non fuerit, non causat attentata, decis. 12. n. 5. libr. 15.
In dubio semper fienda interpretatio exclusive attentatorum, decis. 32. n. 9. lib. 15.
Attentata in primis, & ante omnia veniunt purganda, dec. 86. n. 1. lib. 10.
Limitatur regula, quoties vel ex claro instrumento, vel ex re judicata, vel ex confessione partis constet de bono jure attentantis, nec agitur de attentatis more dolosis, ibid. n. 2.
De bono jure attentantis ex instrumento constare dicitur, quando ipse pro se habet testamentum clarum, in quo vocatus, seu substitutus, ibid. n. 61.

Attestatio.

Attestationes extrajudiciales juratæ, recognitæ, & adminiculatæ probant, decis. 2. n. 5. lib. 9.
Attestatio personæ domesticæ, & informatæ, multum attenditur ad probandum aliquam rem esse hæreditariam, decis. 5. n. 9. lib. 9.
Attestatio emissa a persona confidenti testatoris valet pro interpretanda illius voluntate, decisione 35. n. 9. libr. 10.
Attestatio illius, qui fuit consultor, & extensor testamenti, maxime attenditur pro declaranda voluntate testatoris, decis. 85. n. 32. lib. 10.
Potissime si sit emissa pro exoneratione conscientiæ, ib. n. 33.

Authentica res quæ.

Vide etiam in verb. Dos, verb. Mater, &c.
Dispositio Auth. res, quæ, &c. locum non habet existentibus bonis liberis, dec. 15. n. 15. lib. 10.
Remedium Auth. res quæ datur in subsidium, dec. 30. num. 18. lib. 16.
Auth. Excipitur, C. de bon. quæ liber. Et Auth. ut liceat Matri & Aviæ, seu novell. 117. expenduntur, & declarantur, dec. 7. n. 15. 16. et seqq. lib. 4.

Author.

Authores in tractatibus majorem merentur fidem, quam in consiliis, quæ ad opportunitatem Clientis solent edi, decis. 1. n. 77. de stat. success.
Authoritates loquentes de fideicommissis agnatitiis militant etiam in terminis statutariæ successionis ab intestato, decisione 1. numer. 98. de stat. success.

Avus, Avia.

Avus nedum filios, sed nepotes retinet in sua potestate, decis. 23. n. 11. lib. 9.
Avo materno debetur legitima, dec. 26. n. 1. lib. 9.
Statutum non potest impedire Avo detractionem legitimæ, licet transiverit ad secundas nuptias, dec. 26. n. 3. lib. 9.
Præcipue in bonis, quæ ab Avia materna proveniunt, ib. n. 4.
Statutum excludens Avum, non comprehendit in exclusione Aviam, decisione 27. n. 28. lib. 9.
Avus, & fratres æqualiter succedunt ab intestato nepoti, & fratri utrinque conjuncto, dec. 32. n. 1. lib. 9.

B

Bancum.

Destinatio pecuniæ creditæ in beneficium rationis banceriæ sufficit ad illam obligandam, quamvis debitum non fuerit scriptum in libris negotii, decis. 27. n. 15. lib. 8.
Erectio Bancorum respicit publicum commercium, dec. 29. n. 18. libr. 8.
Descriptio depositi facti in publico Banco, sufficit, ut sit registrata in libro, qui dicitur dello numerato, ib. n. 20.
Quæ descriptio præsumitur, si officiales Banci renuant d. librum exhibere, ib. n. 21.
Ad quid erectæ fuerint ædes bancariæ, decis. 29. n. 26. lib. 8.
In bancis publicis debet exuberare bona fides, decis. 29. n. 27. lib. 8.

Bannalitas.

Bannalitas probatur ex actibus eam inferentibus, decision. 4. n. 10. libr. 2.

Bannitus.

Bannitus, cui bona non fuerunt confiscata, nec fuit interdicta testamenti factio, retinet jura sibi competentia in de jure communi, dec. 13. n. 10. lib. 16.

Baptismus.

Fides Baptismalis dicitur testimonium approbatissimum in universa Gallia, decis. 47. n. 1. libr. 10.
Fides Baptismalis juncta cum testium depositionibus probat descendentiam, dec. 6. n. 1. libr. 13.

Baro.

Vide etiam in verb. Bulla Baronum.

Beneficiatus.

Beneficiatus singularis, nisi ex causis gravissimis, beneficio privari non potest, dec. 6. n. 3. lib. 12.
Regularis Beneficiatus ex causis levioribus removeri potest, dec. 6. n. 1. lib. 12.

Beneficium Ecclesiasticum.

Institutiones factæ in beneficiis in eim præsentationum unioni repugnant, dec. 2. n. 10. lib. 11.
Beneficium Ecclesiasticum constitui non potest sine authoritate Ordinarii, decis. 5. n. 9. libr. 13.
Beneficia nequeunt obtineri ante annum decimum quartum, decis. 5. n. 11. lib. 13.
Ad essentiam beneficii Ecclesiastici requiritur assignatio certæ dotis, decis. 5. n. 8. lib. 13.
Devoluto beneficio ad Ordinarium ob non petitam institutionem intra quadrimestre, Ordinarius tenetur illud conferre personis in fundatione a testatore consideratis, dec. 5. n. 21. lib. 13.
Qualitas beneficii non immutatur sine scientia, & patientia interesse habentis, dec. 36. n. 5. lib. 13.
Beneficium quando dicatur litigiosum, ut habeat locum regula de subrogandis, dec 38. n. 50. lib. 13.
Clausula, cum annexis, connexis, emergentibus, totoque negotio principali, ac quam, & quos, apposita in commissione, reddit beneficium litigiosum, tam in petitorio, quam in possessorio, dec. 38. n. 51. lib. 13.
Licet non adsit mandatum procuræ ad commissionem obtinendam, cum præsumatur, ib. n. 12.
Valor beneficii pro sustentatione pensionis sufficienter dicitur justificatus, si pensio reservata fuerit ad supplicationem titularis, cum tunc alterior non exigatur probatio, decis. 48. n. 3. 4. et 5. lib. 13.
Impetrans beneficium absque mentione alterius sibi absenti, & ignoranter antecedenter collati, valide egit, decis. 56. num. 4. libr. 13.
Declara, ut n. 11.
Cera, quæ distribuitur per Beneficiatum Parochianis aliisque extraneis personis, diminuit fructus beneficii; illa vero, quam ipse Beneficiatus percipit, & quæ comperitur ex communibus proventibus, inter fructus beneficii computari debet, decis. 59. n. 7. lib. 13.
Reditus incerti non enumerantur inter fructus beneficii, dec. 59. n. 9. qui autem isti sint, eade n. 10. lib. 13. eide quoque sub verbo. Pensio.
Fructus, quando sunt omnino incerti, & ad certitudinem non reducibiles, tunc inter redditus beneficii non computantur, secus e contra, decis. 60. n. 7. lib. 13.
Rector dicitur legitimus administrator collegii, seu beneficii; decision. 4. 10. lib. 13.
Locationes decimarum inserviunt pro adminiculo verificandi quantitatem fructuum beneficii, dec. 71. n. 18. lib. 13.
Beneficia reservata ratione mensium conferuntur ab Ordinariis collatoribus, si exeunt, Sede Apostolica vacante, dec. 1. n. 2. lib. 12.
Sede Apostolica vacante, si collatio beneficiorum reservatorum non fuerit sortita ad effectum, nisi sede plena, tenent reservationes mensium, dec. 1. n. 5. lib. 12.
Beneficiorum piscatores immodice exigentes sunt odiosi, decis. 3. n. 2. lib. 12.
Beneficium obtinens certo modo, non justificans literas, nullam gerit vocem nuptialem, neque est legitimus contradictor, neque impugnator aliarum literarum, quæ prætenduntur non justificatæ, decisione 3. n. 4. libr. 12.
Negativa debet probari ab impetrante, si sint expressa in literis; nempe, quod beneficium non sit debitum certo generi personarum, vel non existant personæ capaces etiam per impossibilem negativam coarctatam, decis. 3. n. 6. libr. 12.
Beneficium vacat, seu dicitur vacare per dimissionem, renunciationem, & resignationem, dec. 10. n. 1. libr. 12.
Beneficii collatio spectat ad illum, in cujus mense fuit resignatio, seu renunciatio expleta, ib. n. 2.
Beneficia requirentia residentiam sunt inter se incompatibilia; ib. n. 4.
Beneficia plura residentialia retineri non possunt sub eodem tecto, ib. n. 5.
Beneficium primum non dicitur vacare per assecutionem; seu acceptationem secundi incompatibilis, nisi concurrat actualis possessio, ib. n. 8.
Et si provisus perseveret in possessione utriusque per duos menses, utrumque perdetur, & vacat, ib. n. 9.
Beneficii vacatio dicitur sequi de eo tempore; quo quis secundi incompatibilis possessionem nanciscitur, ib. n. 10.
Beneficium non minus dicitur vacare per cessum, & decessum; quam per voluntariam assecutionem alterius incompatibilis, ib. n. 12.
In collatione secundi beneficii, si Ordinarius ponat clausulam super instantanea vacatione primi per solam assecutionem secundi, tunc eo ipso inducitur primi vacatio, licet secundi possessio apprehensa non fuerit, ib. n. 14.
Beneficium dicitur tantum verbaliter dimissum, si post dimissionem

nem quis perseveret in ejus possessione, *ibid. numero* 15.
Beneficii dimissio, seu resignatio, verbalis, & simulata dicitur, quando ex post dimittens continuat in possessione ejusdem, *ibid. n.* 18.
Beneficium resignans, non datur ad illum amplius ingressus, *ib. n.* 20.
Beneficii dimissio facta ad finem assequendi alterum, est suspecta fraudis, *ibid. n.* 23.
Beneficia vacantia per resignationem factam ea intentione, ut beneficium resignatum cedat in personam consanguineorum, sunt Sedi Apostolicæ reservata, ex Bulla B. Pii V. *ibidem n.* 25.

Beneplacitum Apostolicum.

Ex lapsu triginta annorum cum observantia præsumitur Beneplacitum Apostolicum, *dec.* 4. *n.* 6. *lib.* 5.
Præsertim si Beneplacitum fuerit reservatum, *ibid. n.* 7.
Constitutio Urbani VIII. per quam sublata est quævis Beneplaciti præsumptio, nisi deducta fuerit in contractu, non habet locum in contractibus initis inter duas Ecclesias, *ibid. numer.* 8.
Observantia pro præsumendo Beneplacito Apostolico requiritur per totum tempus continuata, *ibid. n.* 9.

Bona.

Bona stabilia præsumuntur reddere scuta quinque pro centenario, hæcque ratio legalis admittitur etiam in domibus non insignibus Urbis, *decision.* 14 *n.* 8. & 9. *lib.* 7.
In bonis dicitur esse, nisi quod superest, deducto ære alieno; *dec.* 6. *n.* 1. *libr.* 8.
Bona a quo proveniant, probatur ex enunciatione facta in divisione, *dec.* 2. *n.* 14. *libr.* 9.
Bona possessa per hæredem in eodem loco, quo possidebat defunctus, censentur hæreditaria, nisi doceatur de intermediis acquisitionibus, *dec.* 29. *n.* 12. *libr.* 10.
Bona propria testatoris dicuntur etiam illa, quæ continentur in donatione causa mortis, *dec.* 81. *n.* 6. *libr.* 10.
Bona stabilia non præsumuntur reddere, quam scuta quatuor pro centenario, *dec.* 8 *n.* 11. *lib.* 15.
Bona dicuntur propria ejus, a quo possidentur, licet alteri restituenda sint, *decis.* 25. *n.* 6. *libr.* 16.
Bona præsumuntur libera, & franca, nisi contrarium probetur, *dec.* 2. *n.* 1. *libr.* 1.
Bona emphyteutica, & feudalia Ferrariæ debent civibus, & proximioribus renovari, *dec.* 3. *n.* 5. *lib.* 1.
Bona eremа, & inculta, ad dominum territorii spectant, *dec.* 5. *n.* 37. *libr.* 1.
Enunciatio in contractibus facta, quod bona sunt libera, non destruit veram ipsorum qualitatem, *dec.* 5. *n* 78. *lib.* 1.
Bona eremа spectant ad Baronem loci, *dec.* 8. *n.* 21. *lib.* 4.
Bona paraphernalia mulieris non transeunt in dominium mariti, *decis.* 6. *n.* 18. *libr.* 6.
Bona donata transeunt in dominium donatarii, & de ejus patrimonio efficiuntur, *decis.* 12. *n.* 10. *libr.* 11.
Bonorum intricatio probatur ex alienationibus factis per hæredes, quando tenentur fideicommissum reintegrare, *decis.* 14. *n.* 6. *lib.* 6.
Item; quando hæredes prætendunt bonorum retentionem ob credita ab iisdem acquisita, *ibid. n.* 7.

Bona fideicommissaria.

Bona fideicommissaria possessa per gravatum, qui qualitatem retinet Baronalem, remanent affecta favore illius creditorum ex Constitutione Clementis VIII. *decision.* 33. *n.* 3. *libr.* 8.
Limitatur quoad debita contracta post dimissam Baroniam, *ibid. n.* 4. & 11.
Amplia, licet deinde debitor, & iterum Baro efficiatur, dummodo talis non existat de tempore motæ judicii, *ibid. num.* 5. 10. & 13.
Bona fideicommissaria quoad creditores gravati remanent libera statim, ac ille efficitur Baro, *dec.* 33. *n.* 12. *lib.* 8.
Etiam si qualitas Baronalis superveniat post contractum debitum, & de tempore motæ judicii amplius non existat, *ibid. n.* 15. 16. 17. 19. 20. 25. & 27.
Bona fideicommissaria sunt subjecta hypothecis favore creditorum, durante Baronia affectorum, quamvis successive debitor per destractionem feudi desierit esse Baro, *dec.* 33. *numer.* 18. *lib.* 8.
Libertas bonorum fideicommissariorum favore creditorum Baronis provenit usque a die editæ Constitutionis Clementis VIII. non a die, quo congregatio Baronum manus apponit in bonis, *ibid. n.* 20.
Eadem constitutio non est directa ad personas, sed ad bona, *ibid. n.* 21.
Bona fideicommissaria possessa per Barones ex vi Constitutionis Clementis VIII. ad instar liberorum remanent hypothecabilia, & capacia quarumcunque obligationum, *dec.* 34. *numer.* 1. *lib.* 8. Vide etiam in verb. *Bulla Baronum*.
Bona, quæ proveniunt ex pretio bonorum fideicommissariorum, censentur in eorum loco subrogata, *decision.* 9. *numer.* 1. *lib.* 9.
Non existentibus ex vocatis a testatore, bona remanent penes hæredem ultimi vocati exempta ab omni onere fideicommissi, *dec.* 6. *n.* 14. *lib.* 10.
Bona fideicommissaria non sunt obnoxia debitis hæredis gravati, *dec.* 29. *n.* 13. *lib.* 10.
Bona, quæ semel a fideicommisso exiverunt, amplius ad illud non redeunt, *dec.* 51. *n.* 9. *lib.* 10.
Bona empta cum pretio ad fideicommissum spectante efficiuntur fideicommissaria, *dec.* 51. *n.* 10. *libr.* 10.
Bona fideicommissaria alteri per obitum hæredis gravati devoluta, non dicuntur de bonis testatoris, *decis.* 76. *numer.* 24. *lib.* 10
Distractio bonorum fideicommissariorum vigore auth. res quæ, competit etiam pro præstatione alimentorum, *decis.* 30. *n.* 2. *lib.* 16.
Licite distrahi possunt bona fideicommissaria, etiam si creditores non urgeant, dummodo urgere possint, *dec.* 31. *numer.* 6. *lib.* 16.
In venditione bonorum fideicommissariorum vocatus ad illa præfertur licitatori extraneo, *dec.* 30. *n.* 1. *lib.* 16.
Et hæc prælatio conformis voluntati testatoris, *ibid. n.* 2.
Et est innixa summæ æquitati, *ibid. n.* 3.
Bona fideicommissi, quando fuerunt alienata pro dimittendis creditoribus, atque adeo ex causa necessaria, non potest considerari causa in alienante, propter quam fructus rei alienatæ sint restituendi, *dec.* 6. *n.* 19. *lib.* 10.
Bona fideicommissi alienata ex causa necessaria, & deinde redempta, non redeunt ad fideicommissum, quando eadem ipse illa acquisivit pro se, suisque hæredibus, *dec.* 6. *n.* 20. *lib.* 4.
Bona acquisita ex præambulo præcepti fideicommittentis, subjacent fideicommisso; secus si ex facto hæredis acquisita sint *dec.* 8. *n.* 16. *lib.* 4.
Bona per hæredem gravatum jure prælationis retenta non cedunt commodo fideicommissi, sed ad ipsum spectant, ut fructus fideicommissi, *dec.* 8. *n.* 17. & 18. *lib.* 4.
Bona fideicommissi tacite remanent affecta non minus pro constitutione, quam pro restitutione dotis, *dec.* 14. *n.* 2. *lib.* 6.
Idemque procedit respectu lucri ex pacto reciproco debiti, *ib. n.* 3.
At pro fructibus, seu interusuriis dotalibus, *ibid. n.* 4.

Bulla.

Vide in verb. *Constitutio*.
Id, de quo in Bullis Pontificiis non fit mentio, censetur redactum sub dispositione juris, *decis.* 32. *n.* 15. *lib.* 16.
Bulla boni regiminis a fel. mem. Clemente VIII. edita, servanda est in omnibus locis Sanctæ Sedi Apostolicæ immediate, aut mediate subjectis, *dec.* 3. *n.* 1. *lib.* 3.
Præfata Bulla tribuit Procuratori jurisdictionali facultatem interessendi redditionibus rationum per administratores communitatum faciendis, *ibid. n.* 2.

Bulla Baronum.

Bulla edita contra Barones, uti odiosa, extensionem non admittit, *dec.* 33. *n.* 6. & 7. *eadem n.* 29. *lib.* 8.
Bulla Baronum restringi debet ad causam, propter quam edita fuit, *ibid. n.* 8.
Congregatio Baronum indistincte procedit contra bona alias per Baronem possessa, sive transierint in hæredes fideicommissarios Baronalem qualitatem non habentes, *dec.* 33. *n.* 23. *lib.* 8.
Sive in tertios possessores eadem Baronali qualitate destitutos, *ibid. n.* 24.
Effectus Constitutionis Clementis VIII. erga Barones non operatur a solo die, quo congregatio Baronum manus apposuit, sed a die promulgatæ constitutionis, *dec.* 34. *n.* 2. *lib.* 8.
Statim, ac debitor efficitur Baro, bona fideicommissaria remanent obnoxia favore creditorum per prius contractorum, & jus creditorum minime tollitur ex subsequenti Baroniæ dimissione, *decis.* 34. *n.* 3. 4. 5. 6. & 9. *lib.* 8.
Causa, ex qua Clemens VIII. fuit motus ad promulgationem Bullæ Baronum, fuit creditorum satisfactio, quæ resistente obstaculo fideicommissorum impossibilis, vel difficilis reddebatur, *decis.* 43. *n.* 8. *libr.* 8.
Bulla Baronum tollit fideicommissa a die editæ constitutionis, *decis.* 32. *n.* 18. *lib.* 16.
Et hoc ad effectum, ut creditores sint satisfacti, *ibid. n.* 17.
Bulla Baronum non tendit ad destructionem fideicommissorum, *decis.* 32. *n.* 18. *lib.* 16.

C

Cadaver.

Cadavera sepeliendi consuetudo absque alla ex sacris cæremoniis, tanquam irrationabilis, non attenditur, *decis.* 7. *n.* 4. *lib.* 14.
Cadavera exponere coguntur hæredes ritu consueto ex speciali Statuto Cleri Romani, & si negligant, taxantur per ejusdem Cleri Camerarium, *ib. n.* 7.
Pro cadaverum humatione, & sepultura in Ecclesia, ex Sacrorum Canonum Constitutione, nullum pretium exigi potest, *ibid. n.* 9.
Non tamen prohibetur spontaneas oblationes, ad hunc effectum factas, recipere, *ibid. n.* 10.

Caducitas.

Caducitas incursa per defunctum, & in ejus vita non promota, contra illius hæredem promoveri amplius non potest, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 6.
Ad incurrendam caducitatem talis culpa, & supina exigitur inobedientia, quæ dolum, & malitiam redoleat, *dec.* 7. *num.* 10. *lib.* 6.
Ad excludendam caducitatem quævis causa, seu levis; seu falsa sit, solet frequenter admitti, *ib. n.* 12. & *dec.* 39. *n.* 21. *lib.* 13.

Sac

Satis est obligatio ad evitandam caducitatem, si laudemii quantitas sit illiquida, *decis.* 3 *n.* 3, *lib.* 15. & *decis.* 4. *n.* 7. *lib. eodem.*
Unus ex emphyteutis potest complementum offerre ad præservandos alios a caducitate, *decis.* 3. *n.* 4. *lib.* 15.
Ad evitandam caducitatem sufficit, ut unus tantum recognoscat dominium, licet plures sint, qui insolidum possideant, *dec.* 4. *n.* 10, *libr.* 15.

Calculator, Calculus.

Error calculi est deducibilis in simplici quietantia; secus vero, quando prævia lite, vel litis timore adest quæstio super ipso calculo, eo quia contendatur hinc inde super partita bonificandis, & ex hac causa utraque pars se præsupponat creditricem alterius, & ideo sit transactio, *decis.* 17, *numero* 8. *lib.* 6.
Calculatio facta a creditore, debitori non nocet, *decision.* 19. *n.* 11: *lib.* 6.

Calumnia.

Quæcunque causa etiam colorata excusat a calumnia, *decis.* 39. *n.* 13, *lib.* 13.

Cambium.

Vide verbo *Fructus*, verbo, *Solutio*, *usura*.
Conventio, quod in cambio negotiatio fiat ad risicum debitoris est illicita, *decis.* 3. *n.* 2 *lib.* 5.
Et tali casu cambium est usurarium, & fructus ex illo percepti in sortem imputantur, & si hanc excedant, veniunt restituendi, *decis* 3. *n.* 3, *lib.* 5.
Declara, ut vera sit conclusio, si præcise paciscatur, ut capitale cambii omnino salvum reddatur, quia alias oneris assumptio intelligenda non est de omissione capitalis provenienta ex natura negotii, sed de casu fortis perituræ ex aliquo sinistro accidenti, & præter naturam negotii, quo casu cambium illicitum non redditur, *ibidem numer.* 5. 6. & 7.
Fructus cambii post distractum non debentur, *ibid. n.* 9.
Non procedit conclusio, si petitor in se assumpserit onus cambii usque ad sortis restitutionem, *ibid. n.* 10.
Obligatio de restituendo capitale salvum, intelligenda est, non de toto capitali, sed illo remanente in fine, ut excludatur tractus illicitus, & usurarius, *decis.* 3. *n.* 8. *lib.* 5.
Observantia valet indicare, usque ad quod tempus in se debitor assumpserit onus cambiandi, *ibid. n.* 13.
Cambium auctum ex fructibus alterius cambii, non augmentative, nec accessorie ad priorem sortem, minusque cum superfœtatione fructuum ex vim præcedentis pacti, vel fixæ determinationis, sed ex mera partium voluntate, de contextu Notarii non valet, *decis.* 8. *n.* 7. & 8.
Amplia, ut *n.* 9, 10. & 12. Declara, ut *n.* 11, *lib.* 8.
Cambium contractum ab institore debetur, etiam si non fuerit adnotatum in libris negotii, vel in illius utilitatem pecuniæ datæ ad cambium conversæ sint, *decis.* 25. *n.* 3. *libr.* 8.
Contractus temporalis est prorsus cum censu incompatibilis, *dec.* 48. *n.* 9. *lib.* 8.
Si constituatur cambium ad effectum redimendi censum, jura census in cambio transfundi non possunt ob illius incompatibilitatem, *decis.* 31. *n.* 3. *lib.* 16.
Jura census in cambium transfunduntur, si in censu aderat obligatio renovandi in auctorem, per cujus renovationem poterat agi, *decis.* 31. *n.* 3. *lib.* 16.
Jura census in cambium ut transfusa dicantur, quæ exoptentur, *decis.* 31. *n.* 8. & 9. *libr.* 16.

Camera, *Auditor Cameræ*:

Auditor Cameræ est executor sententiarum latarum per judices delegatos, etiam Rotalium sententiarum, *decis.* 30. *num.* 1. & *decis.* 32. *n.* 5 & *decis.* 32. 33. *n* 1. *lib.* 13.
Auditor Cameræ non est executor sententiarum ab ipso latarum, a quibus fuit appellatio interposita, *dec.* 30. *n.* 4. *libr.* 15.
Citatio ad dicendum contra est adhibenda, ubi adsit A. Cameræ tanquam executor, *decis.* 30, *n.* 6 *lib.* 15.
A. Cameræ in sententiis, in quibus judicavit, potest etiam procedere tanquam executor, postquam coram alio judice fuit obtentum exequatur, *decis.* 31. *n.* 5. *libr.* 16.
Mandatum, quoties est in statu exequibili, demandatur executioni ab A. C. absque citatione ad dicendum contra, *decis.* 32. *n.* 6. *libr.* 15.
Et solum adhibendæ sunt citationes, quæ requiruntur pro consummando actu subhastationis, & deliberationis, *ibid. n.* 7.
Honorifica superintendentia redituum Cameralium residet penes Eminentissimum Cardin. Camerarium, *decis.* 34. *num.* 11. *lib.* 15.
Camera Apostolica habet jus laudemiandi in locis Comitatus Venayssini, eidem immediate subjectis, ex inveterata consuetudine, *dec.* 5. *n.* 4. *libr.* 1.
Camera Comitatus Venayssini est distincta a Camera Civitatis Avenion. sicut & jurisdictio utriusque, *decis.* 1. *n.* 10 *lib.* 3.
Judex Cameræ procuratoris Cæsaris locum obtinet, *decis.* 1. *n.* 2. *libr.* 3.
Judex Cameræ successit in locum procuratoris Cæsaris, *decis.* 4. *n.* 1. & *decis.* 8. *n.* 3. *lib.* 3.
Judex Cameræ cognoscit privative de causis interesse fisci concernentibus, *ibid. n.* 2. & *decis.* 8. *n.* 3. *lib.* 3.
Judex Cameræ cognoscere potest de causis privatorum, ubi explicite se illius curiæ submiserunt, *ibid. n.* 3. & *decis.* 8. *n.* 4. *libr.* 3.
Judex Cameræ habet jurisdictionem a privatis prorogabilem, *ib.* *num.* 4.
Statutum Comitatus Venayssini expresse prohibet Præsidi Cameræ cognitionem causarum inter privatos vertentium, *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 3. & *decis.* 8. *n.* 6. *libr. eodem.*
Judex Cameræ nullam habet Jurisdictionem in privatos, nisi ejus jurisdictionem specialiter prorogaverint, *decis.* 4. *num.* 8. *lib.* 3.
Submissio omnibus curiis non inducit prorogationem judicis Cameræ, *decis.* 4. *n.* 9. *lib.* 3.
Sed intelligenda est de curiis competentibus, vel ratione originis, vel domicilii, vel contractus, *ibid. n.* 10. & *dec.* 8, *num.* 8, *lib.* 3.
Præses, seu Judex Cameræ Comitatus Venayssini non potest cognoscere de causis inter privatos vertentibus, *decis.* 5. *num.* 1, *lib.* 3.
Præses Cameræ, ex Statuto Comitatus Venayssini, non potest se ingerere in causis privatorum vertentibus super bonis per Cameram infeudatis, & multo minus in causis privatorum indifferentibus, *decis.* 5. *n.* 5. *lib.* 3.
Præses, seu Judex Cameræ restrictam habet jurisdictionem ad solas causas interesse fisci primario, vel secundario concernentes, *dec.* 6. *n.* 1. *lib.* 3.
Judex Cameræ, ex Statuto Comitatus Venayssini, prohibita est cognitio causarum inter privatos vertentium, *decis.* 6. *num.* 2. *lib.* 3.
Præses Cameræ limitatam habet jurisdictionem ad causas interesse fisci concernentes, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 3.
Itaut in causis inter utrinque privatos vertentibus sit omnino incompetens, *ibid. n.* 2.
Nisi accedat specialis submissio ipsius curiæ, *ibid. n.* 3.

Canon;

Augmentum canonis in secunda investitura factum præsefert prioris concessionis immutationem, & arguit commissionem novenniorum in prima concessione reservatorum, *decis.* 4. *n.* 8. *lib.* 1.
Verbo *canonis* si sit additum aliud annuæ responsionis, hoc abrogat illud canonis primo expressum, *decis.* 9. *n.* 3. *lib.* 4.
Si non constat de canone, sed promiscue facta sit solutio census, vel annuæ præstationis, præsumitur annua præstatio redimibilis, *decis.* 9. *n.* 10. *libr.* 4.

Capitulum.

Capitulum tenetur exhibere cappas Canonicis, stante consuetudine, etiam absque solutione, *dec.* 3. *n.* 10. *lib.* 14.

Capserius.

Capserius, Institor, & Complimentarius perificantur in se, *decis.* 19. *n.* 5. *lib.* 5. *Vide* Verbum *Institor*.

Caput.

Capitis abrasio est temporalium omnium depositio, & per illam significatur, ut omnis fucus, fictumque ornamentum a reliqua vita avelli debeat, *decis.* 6. *n.* 7. *lib.* 11.

Cardinalis.

In materia præjudiciali non creditur Cardinali asserenti se fecisse de mandato Papæ, *decis.* 1. *n.* 7. *lib.* 3.

Capella, *Capellania*, *Capellanus*.

Capella incorporata Ecclesiæ Parochiali fit pars integralis ejusdem Parochiæ, *decis.* 1. *n.* 12. *lib.* 13.
Capellania danda est ei, qui expresse fuit vocatus a testatore, *decis.* 5. *n.* 1, *lib.* 13.
Capellania devolvitur ad Ordinarium, non petita institutione intra quadrimestre, *dec.* 5. *n.* 2. *lib.* 13.
Institutio non requiritur in Capellania, quæ sit simplex legatum pium cum onere Missarum, *decis.* 5. *n.* 3. *lib.* 13.
Deficiente consensu Ordinarii in erectione Capellaniæ indicatur, Capellaniam esse potius legatum quam beneficium Ecclesiasticum, *decis.* 5. *n.* 4. *lib.* 13.
Id ipsum probat connotativa facta per Ordinarium, *ib. n.* 5.
Testator mandans eligi Capellanum, nulla facta mentione de consensu reportando ab Ordinario, præsumitur voluisse instituere Capellaniam laicalem, *decis.* 5. *n.* 6. *lib.* 13.
Additio Capellaniæ certæ altaris cum adjecto onere Missarum connumeratur inter materialia beneficii, *decis.* 5. *numer.* 12. *libr.* 13.
Materialia beneficii non valent constituere legatum pium in qualitate Ecclesiastica, nisi fuerit erectum in beneficium de consensu Ordinarii, *decis.* 5. *n.* 13. *lib.* 13.
Capellania perpetua non fundata cum authoritate Ordinarii remanet sub dispositione testatoris, *decis.* 5. *n.* 17. *lib.* 13.
Collatio facta ab Ordinario non reddit Capellaniam Ecclesiasticam, *dec.* 5. *n.* 19. *lib.* 13.
Construens Capellam cum obligatione dotandi, si dotatio non sequatur, nequaquam acquirit juspatronatus, *decis.* 18. *num.* 10. *lib.* 13.
Hujusmodi tamen defectus proponi non valeret post longum tempus, *ibid n.* 11.
Capellania vacare non dicitur, nisi probetur decessus, vel cessio, ex quibus vacatio inducitur, *decis.* 46. *n.* 1. *libr.* 13.
Nominatio Capellani facta de tempore, quo Capellania non vacat, est irrita, *decis.* 46. *n.* 1. *libr.* 13.
Patronus non potest, durante ejus vita, Capellanum tanquam amovibilem nominare, & post ejus obitum tanquam perpetuum

tam effectum supplantationem successoris, dec. 46. n. 3. lib. 13.
Limitatur, quoties habeat a fundatore facultatem, ib. n. 4.
Nominatio cum qualitate perpetuitatis post obitum nominantis, & cum clausula, *adesso per all' hora*, munire, licet edsit removeri amovendi, durante vita, operatur, ut purificata conditione non remotionis, Capellanus dicatur perpetuus usque ad mortem, dec. 46. n. 7. lib. 13.
Et talis nominatio sustinetur, ib. n. 8. et 9.
Nec per patronum successorem potest impugnari, ib. n. 10.
Nominatio Rectoris Capellaniæ fieri debet intra quatuor menses, decis. 46. n. 12. lib. 13.
Itaque præsentari debet coram Ordinario, ib. n. 12.
Limita, si agatur de Capellania laicali, ib. n. 14.
Capellania, quo casu non dicatur Ecclesiastica, sed laicalis, decis. 46. n. 13. libr. 13.
Capellania nequaquam efficitur Ecclesiastica, ex quo Ordinarius fecerit institutionem, dec. 46. n. 15. libr. 13.
Ordinario, ut instituatur juspatronatus, intelligi potest de Capellania laicali, non de beneficio Ecclesiastico, dec. 46. n. 16. lib. 13.

Cassatio.

Vide in verbo *Pensio*.
Cassationis ineffectuatio cessat ex eo, quod adjectum fuit in cassationis decretum irritans, quod inficit quemcunque non usum, decis. 67. n. 16. libr. 13.
Cassatio pensionis ob non expressam qualitatem dotalem nequaquam irritatur, si inter reservationem, & cassationem non longum intercesserit tempus, decis. 68. n. 6. præcipue si cassatio facta fuerit motu proprio, n. 7. lib. 13.
Cassatio pensionis a Pontifice impetrata absque expressione amplissimarum derogationum, ac decreti in literis Apostolicis appositi (quod illius exactio impediri non posset per literas Apostolicas non facientes expressam, ac de verbo ad verbum de indulto mentionem) non sustinetur, decis. 68. n. 15. declara, ut n. 16. 17. et 18. libr. 15.
In cassatione pensionis factæ de plenitudine potestatis nullus exigitur consensus, decis. 68. n. 23. libr. 13.
Consensus cassationi pensionis fieri debet ab eo, cujus favore fuerat illa reservata, dec. 68. n. 27. lib. 13.
Consensus resultare dicitur, si recepta fuerit omni in cassatione fecuta, decis. 68. n. 29. lib. 13.
Consensus cassationi pensionis debet eum ipsum intervenire, decis. 68. n. 29. declara, ut n. 30. libr. 13.
Pensio, quæ cassata fuit, peti non potest, licet concurrat possessio, & adversus cassationem proponantur exceptiones extrinsecæ, dec. 69. n. 3. lib. 13.

Causa.

Causa testati facit cessare causam intestati, dec. 16. n. 1. lib. 16.
Limitatur, si testamentum sit nullum, ibid. n. 3.
Causa dicitur deserta ob omissam citationem infra annum ad dicendum contra commissionem, & transportationem actorum intra biennium, decis. 16. n. 1. lib. 8.
Nec sufficit, si intra annum solvatur merces Notario pro conficiendo extractu, ib. n. 2.
Ad missus ad causam facit omnia acta sua, dec. 82. lit. a. n. 2. lib. 10.
Ut causa dicatur deserta, debet præcedere præfinitio terminorum ad dicendum de appellatione, decis. 40. n. 9. libr. 13.
Causa remanet deserta, si intra annum effecta non fuerit de actis commissio, & intra biennium transportata acta, decis. 50. numer. 10. lib. 13.
Cessante causa, debet quoque cessare effectus, dec. 74. n. 2. lib. 13.
Causa ad curiam delata debet ibi prosequi, nec potest citra vitium nullitatis, & attentati amplius ad partes redire, dec. 73. n. 4. libr. 13.
Causæ cognitio assumi non valet die feriato, decis. 6. n. 7. declara, ut n. 10. 11. et 12. libr. 15.
Recte proceditur, si in causa citatur procurator, qui a principio comparuit, decis. 7. n. 2. lib. 15.
Causa connexa coram uno, eodemque Judice fieri debet, dec. 10. n. 4. lib. 15.
Causarum continentiæ non sunt dividendæ, dec. 10. n. 5. lib. 15.
Commissio super unione causarum denotat illarum diversitatem, dec. 14. n. 5. lib. 15.
Admissio ad causam adhæsive juribus collitigantis, retrotrahitur usque ad tempus litis introductæ, dec. 17. n. 5. declara, ut numer. 6 et 7. libr. 15.
Causarum diversitas ex quibus eliciatur, decis. 25. n. 17. lib. 15.
Commissa causa cum clausula, *si quid exequendum*, non potest fieri reditus ad judicem, *a quo*, donec de executione discutitur, decis. 32. n. 1. lib. 15.
Causa non revertitur ad Judicem *a quo* super negotio principali quamvis Judex *ad quem* super incidenti judicaverit bene fuisse judicatum, dec. 32. n. 14. libr. 15.
Causa finalis ex quibus deprehendatur, decis. 8. n. 6. libr. 16.
Causæ, si non sint in tribunalibus decisæ, adhuc decidendæ sunt secundum juris tramites, dec. 11. n. 11. libr. 2.
Causa, & effectus sunt ejusdem naturæ, decis. 1. n. 24. *de statut. success.*

Causa pia.

Pro causa pia favorabilior est facienda interpretatio, decision. 32. n. 15. lib. 10.
Ad favorem piæ causæ in dubio est sumenda interpretatio pro existentia fideicommissi, decis. 35. n. 34. lib. 10.
Interpretatio illa dari debet in ambiguis, quæ magis favet piæ causæ, & animæ testatoris, decis. 36. n. 9. lib. 10.
Favore piæ causæ amplior sumitur interpretatio, decis. 45. n. 9. lib. 10.
Omnis benigna facienda est interpretatio favore causæ piæ, decis. 32. n. 14. lib. 10.

Cautela.

Cautela Angeli, ut admitti possit, debet justificari per claras, & concludentes probationes, dec. 4. n. 3. lib. 9.

Cautio.

Cautio indefinite decreta durat usque ad consummationem litis secus si restrictive ad aliquam instantiam, dec. 28. num. 10. lib. 15.

Cedens, cedere.

Exceptiones aptæ ad rejiciendum cedentem, validæ reputantur ad excludendum cessionarium, decis. 181. n. 3. lib. 6.
Cedens, cui remanent jura directa, potest debitorem pro solutione pulsare, dec. 24. n. 6. libr. 6.
Nemo potest sibi ipsi jura cedere, dec. 47. n. 3. lib. 8.

Census.

Census de jure potest creari cum fructibus alterius census, dec. 8. n. 3. lib. 16.
Ex annua præstatione debita, tanquam sorte, de jure communi potest constitui census, dec. 4. n. 2. libr. 5.
Ecclesia nequit absque Apostolico Beneplacito censum imponere decis. 4. n. 3. lib. 5.
Prædictum tamen Beneplacitum Apostolicum non exigeretur, si census imponatur ex causa necessaria, ibid. n. 4.
Census potest ex arbitrio per Principem tribuni sanari, si census constitutus sit in vera, & reali credito, decis. 4. n. 11. et 12. libr. 5.
Non est locus sanationi census, si debitor fuerit per sententiam definitivam liberatus, ib. n. 13.
Limitatur primo, si sententia esset nulla, ib. n. 14.
Limitatur secundo, si Pontifici narratum fuerit adesse sententiam super nullitate census, & ipse adhuc voluerit commissionem signare, in qua tribuitur arbitrium pro sanatione, ib. n. 15.
Licitum est absque labe usuraria percipere annuos reditus provenientes ex bonis insolutum assignatis, tanquam fructus procedentes ex re propria, ibid. n. 16.
Census nunquam extinguitur, nisi sequatur actus retrovenditionis; dec. 5. n. 2. lib. 5.
Simplex datio insolutum crediti exigendi, non inducit extinctionem census, etsi sequatur effectiva solutio, ib. n. 4.
Super re alienari prohibita non potest imponi census, cum ejus impositio sit species alienationis, decis. 6. n. 1. lib. 5.
Et talis exceptio competit etiam tertio, si hic possessor sit, ib. n. 2.
Neque impositio sustinetur ratione detractionum, si agatur de prohibitione facta in certis bonis, non autem in omnibus, ib. n. 3.
Licentia imponendi censum cum fideicommissi derogatione supponit vinculum fideicommissi, decis. 6. n. 4. libr. 5.
Non solet impetrari per hæredes gravatos, quando illis competunt detractiones, ib. n. 5.
Et si agatur de re antiqua, ad d. effectum sufficit simplex enunciative, ib. n. 6.
Census potest imponi super re fideicommisso etiam particulari subjecta, non obstante quavis alienationis prohibitione, si inserviat pro extinguendo debito antecedenti, dec. 7. n. 2. lib. 5.
Fructus census impositi super re fideicommisso obnoxia, & quam esse liberam, debitor supposuit, ipse solvere debet loco damnorum, & interesse, decis. 7. n. 3. lib. 5.
Limita, quoties onerum scientiam habuerit creditor, ib. n. 4.
Si fundus censitus fuerit ab hypothecis per Principem liberatus cum subrogatione pretii in pecunia consistentis, census remanet extinctus, dec. 7. n. 6. lib. 5.
Non tamen procedit, si liberatio facta fuerit ad effectum, ut emptor esset securus a molestiis creditorum venditoris, & subrogatio demandata extiterit solummodo quoad effectum, & exactionem onerum realium, & hypothecarum, ib. n. 7.
Forma ordinationis Principis circa census redemptionem non servata contra unum creditorem, illius efficacia contra ipsum non urget, ib. n. 8.
Census remanet extinctus a die, qua creditor notitiam habuit evictionis fundi censiti, dec. 7. n. 10. lib. 5.
Debitor census tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse, si censum imposuit super re fideicommisso obnoxia, & hypothecari prohibita, & asseruerit esse liberam, dec. 8. numer. 2. lib. 5.
In sorte census non admittitur ipso jure compensatio, nisi accedat expressa creditoris, & debitoris voluntas, dec. 8. numer. 3. lib. 5.
Census extinctio solum cadit inter creditorem, & debitorem; non autem cum creditoribus debitoris, decision. 8. numer. 4. lib. 5.
Census statim extinguitur, si fundus censitus per creditorem anteriorem cum scientia censuarii evincatur, decision. 9. num. 1. lib. 5.
Evicto fundo censito per creditorem anteriorem, debentur fructus censuario loco damnorum, & interesse, si debitor fundum esse

esse liberum promiserit, decision. 9. numer. 2. lib. 5.
Hæc conclusio admittitur, si creditor ignoraverit evictionem fundi futuram, ibid. n. 3.
Secus e contra; & hæc est sententia magis vera, & recepta; approbata alia contraria, ibid. n. 4. & 5.
Census per evictionem fundi extinctus, non potest per fructuum solutionem reviviscere, decis. 9. n. 6. lib. 5.
Sors census sit repetibilis, si fundus censitus evincatur, decis. 10. n. 2. lib. 5.
Si fundus censitus evincatur, non currunt amplius fructus a die scientiæ habitæ per creditorem, decis. 10. n. 2. lib. 5.
Et si exacti fuerint, in sortem imputantur, ibid. n. 3.
Evictionis fundi censiti scientia probatur ex comparitione creditoris in judicio concursus, ibid. n. 5.
Censuarius potens graduari, tam pro fructibus, quam pro sorte, ni remanet nuda facultas repetendi sortem, cessat cursus usurarum, etiam nulla facta assignatione bonorum pro sorte, & fructibus decta sit, decis. 11. n. 6 lib. 5.
Debiterem fundo censito cum creditore anteriore, census remanet ineptus ad fructuum productionem a die, qua scientiam evictionis creditor habuit, decis. 11. n. 1. lib. 5.
Postquam in judicio concursus fuit factum depositum ad effectum distribuendi inter creditores.
Censuarius nullam aliam habet actionem; quam pro sorte; & fructibus decursis agendi super deposito, decis. 11, num. 3. lib. 5.
Post evictum fundum censitum, quod valeat creditor loco damnorum, & interesse exigere fructus, antiquitus tenuit Rota, decis. 11. n. 5. lib. 5.
A dicta sententia fuit recessum, & id operatur, ut prima opinio nullam causam potuerit bonam fidem ad effectum fructus exigendi, ibid. n. 6.
Census impositus facta super fundo alieno est nullus, etiamsi deinde fundus pervenerit ad manus debitoris, decis. 12. num. 6. lib. 5.
Limitatur traditio, si dominus fundi consensum præstiterit; ibid. n. 7.
Limitatur quoque, si cum juramento promissa fuerint damna, & interesse, ibid. n. 8.
Census super fundo alieno constitui non potest sine consensu domini, decis. 13. n. 2. lib. 5.
Census imponi non potest super re empta, pro qua solutum non fuit pretium, & venditor reservavit dominium, decis. 13. n. 2. lib. 5.
Census extinguitur mediante disdicta, & pecuniarum solutione, ibid. n. 3.
Si præcedat disdicta, venditio census sortit in veram extinctionem, etiamsi dominus census cum sua translativa cessisse diceret, ibid. n. 4.
Census impositus super fundo alieno, quoad debitorem est validus, decis. 13. n. 13. lib. 5.
Census super re, in qua adest reservatio dominii favore alterius, imponi non potest, ibid. n. 14.
Contrarium tenent alii, ibid. n. 15.
Quævis tamen hæsitatio celleret, si in venditione rei, in qua fuit reservatum dominium, adjectæ fuerint clausulæ, constituti, & ad habendum, ibid. n. 16.
In censu non exiguntur præscriptiones; quot sunt anni, decis. 24. n. 2. lib. 7.
Præscriptio, in quibus adest juramentum, non completur; nisi per spatium annorum quadraginta, decis. 25. num. 16. lib. 8.
Contrarium, quod sufficiant anni triginta, ibid. n. 17.
Rota prædictum articulum decidere reservavit, ibidem numero 18.
Census a minore impositus absque solemnitatibus est nullus, decis. 26. n. 1. lib. 7
Census impositio probatur aliunde, quam ex instrumento impositionis, decis. 4. n. 4. lib. 8.
Extincto censu fructus amplius non currunt, decis. 7. num. 18. lib. 8.
Numeratio pecuniæ in censu, ex quibus verbis desumatur, decis. 11. n. 2. lib. 8.
Census impositus cum pecuniis consensualiter traditis eidem creditori ex causa alterius debiti sustinetur, & valet, decis. 11. n. 5. lib. 8.
Et contrarium tenetur recipitur, vel quoties concludenter probatur præventivum pactum restituendi pecunias, vel aliter constaret, debitum, quod fuit extinctum, substantiam non habere, ibid. n. 5. 6. 7. & 8.
Amplia, etiam si census impositus esset sub gravioribus usuris, quam existerat debitum extinctum; quando tamen extinctio fuit coacta, non voluntaria, ibid n. 9.
Evicto fundo censito, census remanet statim extinctus, & resolutus, si evictio sequitur ex causa anterioris hypothecæ, decis. 12. n. 13. lib. 8.
Et ubi evictionem ignorat creditor, ei fructus debentur non tanquam censuales, sed loco damnorum, & interesse; ac si scientiam habuerit, fructus exigere nequit etiam loco damnorum, & interesse, decis. 12. num. 15. 16. & 22. lib. 8.
Fructus census recursivi debentur etiam evicto fundo, ipsoque sciente, si ipse vel petierit novi fundi subrogationem, vel saltem in contractu stipulata fuerit conventio subrogationis in casu evictionis, decis. 12. n. 17. lib. 8.
At si nec subrogationis petitio, neque pactum existeret; fructus peti non valent; ibidem numero 20. et 21.
Licita est conventio in censu, quod eveniente evictione fundi censiti aliud subrogetur, dec. 12. n. 17. lib. 8.
Et ad hoc, ut census per evictionem fundi non resolvatur, volens creditor in casu evictionis pro subrogatione alterius fundi agere, licet illa in contractu promissa minime fuerit, decision. 11. n. 19. lib. 8.
Evicta fundi censiti parte census non resolvitur, si remanens esset pars sufficiens, dec. 12. n. 23. lib. 8.
Ut ob scientiam evictionis fundi census extinctus remaneat, requiritur illius probatio certa, & clara cum omnibus suis qualitatibus, adeo ut præsumpta, & inductiva non sufficiat, dec. 12, n. 24. lib. 8.
Census per sortis restitutionem extinguitur, decis. 12. num. 1. lib. 8.
Declara, ut non procedat, quoties recipitur pecunia vinculata, & sic obnoxia restitutioni, quia tunc evicta pecunia reviviscunt jura census, decis. 12. n. 2. et 3. lib. 8.
Declara quoque, ut nec procedat, si census in extinctione tradita fuerint tot bona, & creditor in casu evictionis sibi præservaverit jura agendi ex primo contractu, ibidem numero 4. et 7.
Supradictæ declarationes locum obtinent etiam contra fidejussorem census, ibidem n. 5.
Secunda tamen declaratio limitatur, si simpliciter reservata fuerint jura, ibid. n. 6.
Evicto fundo censito per creditorem anteriorem census posterior fructus amplius petere non potest, decision. 15. numer. 1. libr. 8.
Census ut sustineri valeat, debet fundus esse exemptus a quacunque alia obligatione, adeo ut neque sufficiat consensus debitoris constituendi censum, non obstantibus aliis hypothecis, dec. 15. n. 2 libr. 8.
Promissio, quod fundus censitus sit liber, non afficit, nisi quatenus interfuit emptoris, ibid. n. 3.
Debitor ob evictionem fundi censiti tenetur ad solutionem fructuum loco damnorum, & interesse, ibid. n. 4.
Præcipue si concurrat, quod ipse debitor promiserit fundum esse liberum ab aliis obligationibus, ibid n. 5.
Disdicta in extinctione census per lapsum longissimi temporis præsumitur intervenisse, decis. 16. n. 12. libr 8.
Nullitas extinctionis census non est allegabilis post lapsum triginta, vel quadraginta annorum, ibid. n. 13.
Nullitas extinctionis census sanatur per illius approbationem, decis. 16. n. 14. lib. 8.
Census impositus super bonis fideicommissariis, & alienari prohibitis, est nullus, dec. 33. n. 1. lib. 8.
Vel saltem resolvitur a die obitus hæredis gravati impositoris; ibid. n. 2.
Ut sors census repetibilis sit, requiritur, quod priores hypothecæ totum fundum absorbeant, dec. 48. n. 13. lib. 8.
Et quod inutilis remaneat actio pro subrogatione novi fundi; ibid n. 14.
Fructus ex censu extincto solvi non debent, decision. 50. num. 1. lib. 8.
Census extinctio facta in manibus cedentis ante notificatam cessionem sustinetur, decis. 50. n. 2. lib. 8.
Amplia, licet facta fuerit notificatio, ac imperfecte extiterit inhibitum, si cessio cum suis qualitatibus intimata non fuerit, dec. 50. n. 4. lib. 8.
Extinctio census facta per confessionem de recepto cum hærede gravato non præjudicat fideicommissario, decision. 17. num. 14. lib. 17.
Minusque præjudicaret, si pecuniæ non fuerint depositæ, non obstante, quod adesset pactum, ibid. n. 15.
Impositio census non deservit pro præsumptione consummationis detractionum, si vigens non prohibeatur, decis. 38. numer. 24. libr. 5.
Census ante Bullam S. Pii V. tractantur etiam irredimibiles; decis 9. n. 15. et 16. lib 4.
Census, seu annua præstatio solvenda ex aliqua re, non præsumitur imposita mediante pecunia, sed fundiaria, decis. 9. n. 17. lib 4.
Pretium talis census, vel annuæ præstationis æstimatur ad quatuor pro centenario, juxta hodiernum reddituum stabilium, dec. 9. n. 18. lib. 4.

Centenaria.

Centenaria præscriptio abrogat omne jus, decis. 30. numer. 12. lib. 13.
Centenaria præsumit titulum habilem ad vindicandam libertatem, dec. 4. n. 14. lib. 1.
Centenaria præscriptio, contrariis actibus interrumpi potest; decis. 3. n. 12. lib. 3.
Centenaria præsumit meliorem titulum de mundo, & sic debiti solutionem, decisio n. 10. et 21. libr. 6.
Alienatio bonorum fideicommissi, an majoratui suppositorum an centenaria non sustinetur, sed requiritur immemorabilis, dec. 2. n. 4. lib. 6.
Centenaria producit eundem effectum, ac immemorabilis, in qua titulus est possibilis, & non prohibitus, decision. 2. n. 5. lib. 6.
Restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ habet locum in præscriptionibus 30. vel 40. annorum, decis. 2. num. 7. lib. 6.

Secus

Secus vero in contrarium; *ibidem numero* 8.
Centenaria præsumit solutionem, & remissionem debiti, & excludit malam fidem, *decis.* e. n. 11. *lib.* 6.
Possessio tituli centenaria præsumpti, excludit malam fidem ab initio existentem, *decis.* e. n. 11. *lib.* 6.
Centenaria non admittit contrariam præsumptionem, *decis.* 2. n. 19. *lib.* 6.
Nisi statim probationem facias, & excludat omne possibile, *ib. num.* 10.
Verisimilitudo robur et titulum ex centenaria præsumptum, *ibid. num.* 21.
Centenaria præsumit omne possibile, & omnia necessaria intervenisse, etiam juris dispositioni contraria, *decis.* 2. *num.* 13. *lib.* 6.
Centenaria semel inchoata non interrumpitur, *decis.* 2. *num.* 14. *lib.* 6.

Certioratio.

Nihil refert, an certioratio sequatur mediante verbali interrogatione, vel per Epistolam, *decis.* 3. n. 9. *lib.* 16.

Cessio.

Cessio rei litigiosæ est nulla, *decis* 18 n. 14. *lib.* 7.
Cessio suffragatur solum pro summa vere soluta, *decis.* 16. n. 25. *lib.* 8
Fallit, si cessio reportata sit a rei possessore ad effectum se manutendi in illius possessione, *ibid.* n. 16.
Vel si facta sit de credito difficilis exactionis, *ibid* n. 17.
Per cessionem transfunduntur jura cedentis in cessionarium, *decis* 47 n. 2. *lib.* 8.
Cessio rei alteri jam donatæ est nullius momenti, *decis.* 4. *num.* 30. *lib.* 16.
Cessio nulla non transfert possessionem manutenibilem, *decis.* 4. n. 31. *lib.* 16.

Cessionarius.

Cessionarius majora jura cedentis habere non potest, *decis.* 40. n. 8 *lib.* 5. & *decis.* 10. n. 17. *lib* 8.
Cessionarius succedit in omnibus juribus cedentis, *decis.* 10. n. 11. *lib.* 5. & *decis* 4. n. 2. *lib.* 8.
Cessionarius, si non fecerit diligentias contra debitorem cessum, non habet regressum contra cedentem, *decis.* 46. *num.* 2. 3. & 4. *lib.* 8.
Cessionario imputari non debet, si non egerit pro præstatione fidejussoria, si in cessione dictum non fuerit, quod debitor ad id quoque tenebatur, *ib.* n. 5. & 6.
Amplia, licet in cessione judicatum fuerit instrumentum crediti cassum cum die, mense, & anno, atque Notario rogato; *ib.* n. 7. & 8.

Circuitus.

Circuitus inutiles sunt vitandi, *decis.* 24. n. 2. *lib.* 9. & *decis.* 5. n. 4. *lib.* 15.
Circuitus sunt abhorrendi, *decis.* 30. n. 8. *lib.* 9.
Exceptio inanis circuitus non admittitur, quoties restitutio fieri deberet ex intervallo, *decis.* 19. n. 13. *lib.* 6.

Citatio.

Quoties de jure alicujus dubitatur, sufficit illum citare non tanquam principalem, sed pro omni jure, & interesse, *decis.* 50. n. 7. *lib.* 8.
Citatio facta pro prima die cum decem sequentibus valet, *decis.* 6. n. 7. *lib.* 9
Defectus citationis nullum efficit mandatum, *decis.* 5. n. 17. *lib.* 15.
Ac etiam possessionem virtute illius adeptam, *ib* n. 18.
Contra incertos fit citatio per edicta, *decis.* 7 n. 3. *lib.* 15.
Citatio pro adeundo Signatura, si legitimo tempore non reproducatur, non impedit, quin ad ulteriora procedi valeat, *decis.* 12. n. 3. *lib.* 15.

Civitas.

Locus, seu Civitas, quando est expressa in genitivo; vel alio casu similia importante, tunc non restringitur præcise ad Civitatem, sed comprehendit suburbium, & territorium, *decis.* 80. n. 9. *lib.* 13.

Civis.

Civis quis efficitur alicujus loci per assecutionem beneficii, *decis.* 26. n. 8. *lib* 6.
Civium nomine veniunt non tantum oriundi, sed etiam illi, qui civitatem ex incolatu, seu beneficio residentiali quæsiverunt, *decis* 80 n. 6. *lib.* 13.
Civium nomine, si fuerint vocati illi de Civitate, & Diœcesi, veniunt proprie originarii, *ib.* n. 7.
Sub Civium nomine præsumitur, quod veros, & naturales Cives fundator solum comprehendere voluerit, quando ipse quoque erat Civis naturalis, & verus, *ibid.* n. 19.
Sub nomine Civium non comprehenduntur, qui expressam aggregationem habent, *ib.* n. 20.
Sub nomine Civium quando comprehenduntur tam veri, quam ficti, ex præsumpta tamen voluntate, semper veri, debent præferri fictis, *ib.* n. 22.
Civilitas vera, naturalis, & originaria, non acquiritur, nisi per nativitatem, & originem in Civitate, *ib.* n. 24.

Clavis.

Clavium retentio dinumeratur inter jura parochialia, *decis.* 4. n. 5. *lib.* 13.
Patronus non potest prætendere retentionem clavium Ecclesiæ, *ib.* n. 6. Limita, prout n. 7.

Clausula codicillaris.

Clausula codicillaris nihil operatur favore turpis personæ, *decis.* 3e. n. e5. *lib.* 9.

Clausula constituti, sola sufficit ad probandam possessionem constituentis, & aliorum, qui ab illo causam habent, *decis.* n. 9. *lib.* 5.
In vim clausulæ constituti, datur assecuratio, etiamsi agatur de contractu censui, *decis.* 13. n. 10. et 11. *lib.* 5.
Clausula, de causis restitutionis in integrum, ad effectum suspensionis idem operatur, ac ipsa appellatio, *decis.* 4. *num.* 9. *lib.* 9.
Clausula, dudum, solet apponi, quando Pontifex providet de reservato, *decis.* 37. n. 12. *lib.* 13.
Clausula constituti, remedium tribuit assecurationis, *decis.* 7. n. 4. *lib.* 16.
Clausula, dummodo medietatem fructuum non excedat, non subintelligitur, nisi expresse in reservatione pensionis ponatur, *decis.* 61. n. 35. *lib.* 13.
Clausula, præservativa aliorum jurium duntaxat, intelligenda est de iis juribus, quæ in transactione non fuerunt specificata, *dec.* 1. n. 7. *lib.* 1.
Et nullum jus tribuit, nisi aliunde constet competere, *ib.* n. 7.
Clausula, insolidum, quid operetur, *decis.* 19. n. 6. et 7. *lib.* 13.
Clausula, insolidum, tribuit omnibus æquale jus, *decis.* 20. n. 6. *lib.* 13.
Clausula, omni meliori modo, & clausula codicillaris præbent argumentum perpetuitatis fideicommissi, *decis.* 37. n. 18. 19. 28 30. *lib.* 10
Clausula omni meliori modo, operatur, ut actus sustineatur eo modo, quo potest, *decis.* 1. n. 26. *lib.* 16.
Clausula, omni meliori modo, æquipollet cum verbis, *pleno jure, et sine diminutione*, *decis.* 7. n. 38. *lib.* 4.
Clausula privationis ipso jure, & absque alia declaratione incurrendæ, importat canonem latæ sententiæ, *decis.* 7. *lib.* 3. *numer.* 12.
In vim clausulæ, quam, & quas, potest tanquam in primo novum mandatum relaxari, *decis.* 20. n. 11. *lib.* 9.
Clausula, quam, & quas, omnia quomodocunque connexa, vel dependentia amplectitur, *decis.* 10. n. 6 *lib.* 15.
Clausula, quatenus opus sit, & non alias, apponitur ad cautelam, *decis.* 39. n. 18. *lib.* 13.
Clausula, sine præjudicio interesse habentium, præservat jus tertio, *dec* 15. n. 11 *lib.* 13.
Clausula, sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura, præservat tantum jura legitimi contradictoris, *decision.* 6. n. 17. *lib.* 15.
Clausula, si quid exequendum, præservat judici ad quem executionem, cognita de validitate & justitia judicati, *dec.* 1. n. e. *lib.* 8.
Judex ad quem, cui commissa fuit causa cum clausula, si quid exequendum, potest executionem decernere ex ratione, & titulo a primo Judice non agnito, dummodo eliciatur ex eisdem actis, *decis.* e n 3 & 4. *lib* 3.
Clausula, si quid exequendum transfert omnem jurisdictionem in judicem commissarium, *decis* 30 n. 3. *lib.* 15.
Clausula, si quid exequendum, continet duas partes adversativas videlicet, quod judex, si quid est exequendum, exequatur, sin minus, causam appellationis cognoscat, *dec.* 3e. n. 1e. *lib.* 15.
Clausula, sublata, & decretum irritans, adimunt facultatem impugnandi breve, nisi prius obtineatur oris aperitio, *decis.* 2. n. 5. *lib.* 4. & *decis.* 2. n. 6. *lib.* 4.
Clausula, sublata, & decretum irritans, quamcunque contrariam observantiam prosternit, *decis.* 48 n. 10. *lib.* 14.
Clausula, summarie, & sine strepitu, ac figura judicii, operatur, ut judex breviter in causa procedat, non tamen tollit substantialia judicii, *decis* 5. n. 11. *lib.* 15.
Clausula, ut asserit, facit gratiam conditionalem, *decis.* 70. n. 15. *lib.* 13.
Clausula, sine præjudicio alicujus, non importat conditionem suspensivam, sed resolutivam tantum, quatenus de præjudicio constet, *decis* 9. n. 48. *lib.* 3.
Nec præservat id, quod indubitatum jam declaratum fuit, *ibidem num.* 49.
Item non præservat præjudicia expressa, & repugnantia ab expressis, *ibid.* n. 50.
Clausula, sive præmissio, sive alio quovis modo, complectitur quemcunque modum vacationis, *decis.* 10. n. 13. *lib.* 12.

Clausura.

Clausuræ regularis violatores ex Bulla S. M. S. Pii V. pœnam privationis ipso jure incurrunt, *decis.* 9. n. 2. *lib.* 12.

Clericus.

Vide verbo Ecclesiasticus.
Ad hoc, ut Clericus possit per modum privilegii Statuto juvari, debet a principio contractus declarare velle uti statutaria dispositione; alias declaratio non suffragatur, si fiat tempore judicii, *decis.* 9. n. 5. *lib.* 6.
Contractus factus a minori Clerico absque solemnitatibus statutariis valet, *decis.* 10. n. 12. *lib.* 9.
Nec illarum defectum potest opponere per modum privilegii, si a principio contractus, & re integra voluntatem non declaraverit, *ibidem numero* 13.
Clericus ut dicatur privatus item clericali, & pensione, requiritur trina monitio, ut deserat militiam, & reassumat habitum, *decis.* 76. n. 14. *lib* 13.
Clericus per modum privilegii potest uti laicali Statuto, *dec.* 1. *num.*

oxmi, 5. lib. 14. & dec. 7. num. 15. lib. 16.
Clericus ne dicatur uti Statuto laicali, debet esse ejus voluntas, non autem conjecturata, dec. 1. n. 6. lib. 14.
Clerici, si non possent uti Statutis clericalibus ad eorum favorem, essent deterioris conditionis, quam laici, dec. 2. n. 6. lib. 14.
Clerici cives sunt, & appellatione civium in favorabilibus continentur, dec. 2. n. 7. lib. 14.
Clerici explicita declaratio an requiratur; ut possit uti Statutis laicalibus, dec. 2. n. 8. lib. 14.
Clericus testator præsumitur se conformasse cum Statuto laicali & quando, dec. 2. n. 9. lib. 14.
Clericus minor valide contrahit absque solemnitatibus Statuti, decis. 6. n. 14. lib. 16.
Nisi principio declaraverit velle uti Statuto per modum privilegii, ib. n. 15.
Authoritas Cardinalis legati, sive per se, sive per alios adhibita, sufficiens est in contractu Clerici minoris, dec. 6. n. 18. lib. 16.
Clericus non tenetur servare solemnitates a Statuto requisitas, dec. 7. n. 14. lib. 16.
Clericus valet uti per viam declarationis Statuto laicali, illudque per modum privilegii allegare, dec. 7. n. 15. lib. 16.
Hæc tamen declaratio ab initio contractus, non autem re amplius non integra, emitti debet, dec. 7. n. 16. lib. 16.
Nec illa facta censetur ex appositione aliquarum solemnitatum a Statuto præscriptarum, si pro majori contractus firmitate adhibitæ fuerint, dec. 7. n. 17. lib. 16.
Ut censeatur a Clerico facta declaratio velle uti Statuto laicali actus requiritur, quod sit expressus, et individuus, adeo ut ad aliud non sit referibilis, dec. 7. n. 18. lib. 16.
Clerici sub obtentu immunitatis, & exemptionis, non habent facultatem invadendi bona laicorum, & lædendi justitiam commutativam, dec. 2. n. 2. lib. 4.

Cognomen.

Donec hæreditas remanet penes aliquem revocabiliter; ipso non tenetur assumere cognomen, & arma testatoris, dec. 7. n. 29. lib. 10.
Ad evitandam caducitatem, & pœnam privationis ob non assumptionem armæ, & cognominis testatoris, omnis causa nullam suffragatur, dec. 7. n. 31. lib. 10.

Collatio.

Bona non sunt conferenda, si donata non sint succedere debenti, sed ejus filiis, dec. 11. n. 1. lib. 6.
Bona, quæ sunt restitutioni obnoxia, non conferenda, dec. 11. n. 4. lib. 6.
Filii, sive ex testamento, sive ab intestato, parentibus succedentes tenentur conferre in communi dotes, & donationes propter nuptias, dec. 1. n. 1. lib. 6.
Collatio prædicta eo magis esset admittenda, si contineret majorem partem bonorum, ibid. n. 2.
Donans disponendo, quod donatarius teneatur rem donatam imputare in legitimam, censetur voluisse, quod donatio esset conferenda, dec. 12. n. 3. lib. 6.
Collationis materia omnis pendet a donationis voluntate, ibid. num. 4.
Donatio est conferenda, licet appositum fuerit onus perpetui fideicommissi, quoties donans voluit, quod res donata imputetur in legitimam, ibid. n. 5.
In hoc enim casu conferuntur per donatorem, tanto minus accipienda ex aliis bonis hæreditariis, ibid. n. 6.
Donatarius hæres donantis cum beneficio legis, & inventarii, non tenetur conferre bona donata, nisi juxta vires hæreditarias, ibid. n. 8.
Contrarium est de jure verius, ibid. n. 9.
Donatio facta filio contemplatione certi matrimonii cum præcepto, quod bona donata teneatur imputare in legitimam, conferri debet, dec. 13. n. 1. lib. 6.
Ea quæ imputanda sunt, conferri debent; ibid. n. 2.
Donatio facta favore nepotum nasciturorum, non subjacet collationi, dec. 13. n. 3. lib. 6.
Contrarium tamen esse admittendum, si non nepotes nascituri, sed eorum pater principaliter fuisset contemplatus, ibid n. 4.
Donatio facta intuitu certi; & determinati matrimonii non debet conferri, ne autem, & consanguinei, qui ejus intuitu contraxerunt, remaneant decepti, dec. 13. n. 8. lib. 6.
Hæc conclusio plures patitur difficultates in illius admissione, ibid. n. 9.
Donatio intuitu etiam certi; & determinati matrimonii, est conferenda, si adsit præceptum de imputando bona donata in legitimam, dec. 13. n. 10. lib. 6.
Donatio, in qua reservatus est ususfructus, non est conferenda ibid. n. 11.
Limita, si donatio complectatur majorem partem bonorum donatoris, ibid. n. 12.
Donatum est conferenda, ubi adsit in illa ordinatio primogenituræ, ubi continetur pactum de imputando bona in legitimam, ibid. n. 13.
Prædicta donatio est conferenda, licet donatarius non curaret nil ultra habere ratione legitimæ, si hæreditatem donantis adiverit, ibid. n. 24.
Filius donatarius tenetur conferre bona donata per matrem, si cum fructibus hæreditatem adiverit, licet adimplere expleverit cum beneficio legis, & inventarii, & collatio facienda ultra vires hæreditarias, dec. 13. n. 15. lib. 6.
Præsertim, si collationis obligatio descendat ex voluntate ipsius matris, ib. n. 16.

Columbarium.

Columbarium est fructiferum, & auget valorem prædii, in quo existit, dec. 9. n. 17. lib. 6.

Comitatus.

Comitatus Venaysinus erat olim pars Galliæ Narbonensis, & legibus Romanorum suberat, ac eadem bonorum libertate, & allodialitate gaudebat, dec. 5. n. 7. lib. 1.
Bona Comitatus Venaysini, vel sunt servilia, utpote annuo canoni, & laudemio subjecta, vel franca a præstatione annui canonis, subjecta tamen laudemio, vel allodialia, dec. 5. n. 2. lib. 1.
Camera Apostolica habet jus laudemiandi in locis Comitatus Venaysini eidem immediate subjectis, ex inveterata consuetudine, dec. 5. n. 4. lib. 1.
Assertio Comitatensium, quod laudemia ex patientia subditorum; & quod usa Cameræ deveniantur, arguit ipsos de bonis francis, & liberis intelligente, dec. 5. n. 13. lib. 1.
Comitatenses dare possunt in accapitum bona franca, & libera cum reservatione dominii directi, dummodo pro accapito non recipiantur plusquam viginti floreni, dec. 5. n. 18. lib. 1.
In comitatu Venaysino triplex adest species bonorum, servilium, francorum, & allodialium, dec. 5. n. 69. lib. 1.
Sed hoc intelligendum est in toto Comitatu Venaysino collective, & abstractive considerato, non autem in singulis illius locis, ibid. n. 70.
Comitatenses, servata forma Bullæ nuncupatæ Testimonio, possunt dare novum accapitum, seu in emphyteusim bona franca sibique reservare jura laudemiorum, dec. 3. n. 79 lib. 1.
Incolæ Comitatus Venaysini in prima instantia, extra Comitatum trahi non possunt, ex privilegiis Summorum Pontificum, dec. 1. n. 10. lib. 3. & dec. 7. n. 10. lib. eadem.
Camera Comitatus Venaysini est distincta a Camera Civitatis Avenionen. item & jurisdictio utriusque, dec. 2. n. 12. lib. 3.
Advocatus fiscalis Avenion. non potest se ingerere in his, quæ in Comitatu Venaysino geruntur, dec. 2. n. 1. 4. lib. 3.
Regulamentum Comitatus Venaysini mandans contractus a partibus, & testibus subscribi, extendi non potest ad ultimas voluntates, dec. 5. n. 22. lib. 12.

Commissio.

Commissio nihil aliud est, nisi decretum de citando; dec. 16. n. 3. lib. 8.
Commissio, ut jurisdictionem tribuat, debet præsentari citatæ parti, dec. 27 n. 1. lib. 8.
Commissio efficitur communis, & inter partes habet vim legis; ibid. n. 3.

Communio.

Communio omnium bonorum inter fratres facile præsumitur; dec. 30. n. 3. lib. 6.
Et facilius continuata censetur post mortem unius ex consociis cum filiis in pupillari, vel minoritate relictis, ib. n. 4.
Communio sufficienter dicitur probata ex sola consociorum confessione, dec. 30. n. 5. lib. 7.
Communio omnium bonorum probatur ex communicatione dotium, & deductione illarum, nulla habita ratione inæqualitatis, numeri & quantitatis illarum, dec. 30. n. 8. 9. & 10. lib. 7.
Communio inter compossessores solet ut plurimum parere dissidia, decis. 13. n. 1. lib. 9.
Nemo invitus cogitur stare in communione, dec. 14. n. 1. lib. 9.

Compensatio.

Exceptio compensationis non admittitur adversus petitionem alimentorum, dec. 14. n. 3. lib. 15.
Compensatio non habet locum, quando testatoris voluntas resistat, dec. 6. n. 3. lib. 4.

Complementarius. Vide Assistor.

Computum.

Ex relatione facta ad computa, satis sufficienter dicitur resultare scientia, & discussio partitarum, dec. 17. n. 7. lib. 6.

Concessio.

Concessio juris exigendi vintenum ex certa fructuum specie per communitatem Baroni facta in compensationem quarundam exemptionum, demonstrat illud jus Baroni non competere ex titulo universalis dominii, dec. 1. n. 10. & 11. lib. 1.
Concessionis interpretatio nulla melior dari potest ea, quæ resultat ex observantia subsecuta, dec. 4. n. 18. lib. 3.
Observantia declarat, quid in concessione præcedenti comprehensum sit, dec. 4. n. 19 lib. 3.

Consilium.

Ob novum factum, novum debet mutari consilium; decis. 98. n. 1. lib. 13.

Con-

Consilium Oldradi.

Consilio vigesimo primo Oldradi receditur ex conjecturis; *dec.* 39. n. 9. *lib.* 10.
Conjecturæ ad d. effectum licet etiam sufficiunt, si agatur favore descendentium testatoris, *ibid. num.* 10.
Oldradi vulgatum 21. consilium cessat, si vocatio facta fuerit per descensivum fideicommissum, non autem per vulgare tantum, *decis.* 70. n. 1. *lib.* 10.
Vide alia in verbo *Digressus*.

Concordia.

Vide verbo *Transactio*.
Simplex tractatum concordiæ non præjudicat, *dec.* 2. n. 26. *lib.* 11.

Concursus.

In judicio universali concursus quilibet creditor debet præstare cautionem de restituendo prioribus, & posterioribus, *dec.* 21. n. 11. *l.* 1.

Concursus circa Beneficia.

Concursus est nullus, si servata non fuerit dispositio codicillaris, *decis.* 19. n. 18. *lib* 13.

Conditio.

Verbum, cum conditione, importat dispositionem conditionatam; *decis.* 6. n. 2. *lib.* 7.
Itemque facit verbum, per qualunque causa, o in modo alcuno, *ibid. n.* 3.
Conditio possidentis est melior illa non possidentis, *dec.* 1. n. 3. *lib.* 8.
Fallit, si constat de contemporaneitate originis utriusque crediti, tunc enim unius possessio alteri non præjudicat, *dec.* 1. n. 4. *lib.* 18.
In conditione positi non intelliguntur nisi ii, qui in vocatione expressi fuerunt, *decis.* 2. n. 15. *lib.* 10.

Conditio, si sine filiis.

Vide quoque in verbo *Filii in conditione positi*.
Substitutiones, quæ dependent a prima ordinatione sub conditione; si sine filiis, per filiorum existentiam omnes expirant, *decis.* 12. n. 7. *lib.* 10. *dec.* 60. n. 1. *lib.* 10.
Conditio, si sine filiis, repetita dicitur in sequentibus substitutionibus, si istæ dependeant a prima, vel ratione verbi eandem regentis, vel quia subsit eadem ratio, *ibid. n.* 8.
Secus si concepta legatur dictionibus adversativis, itemque si adsit separatio dispositionis, & temporum, cum contraria militet ratio, *ibid. n.* 9.
Conditio, si sine filiis, e lege in dispositione ascendentis subintellecta, porrigitur etiam ad fœminas, licet testator in conditione posuerit masculos, cum ex præsumpta testatoris pietate in filiorum defectum præsumantur quoque fœminæ invitatæ, si tamen agnatio contemplata minime fuerit, *dec.* 2. n. 8. *lib.* 10.
Conditio, si sine filiis, in testamento ascendentis subintelligitur ex præsumpta tantum testatoris voluntate, *dec.* 2. n. 25. *lib.* 10.
Et ideo contrariis indiciis destruitur, *ibid. n.* 26.
Conditio, si sine filiis, ex dispositione leg. *cum avus de condit. & demonstr.* non complectitur descendentes ex fœminis, si fuerint per testatorem exclusi, *dec.* 2. n. 27. *lib.* 10.
In fideicommisso ordinato a transversali non subintelligitur conditio, si sine filiis *ibid.* n. 28.
Plerique tamen tenent, prædictam conditionem subintelligi, si agatur de testatore cælibe, & favore personæ eidem conjunctæ, & dilectæ, *ibid.* n. 29.
Periculosa tamen est ista opinio, adeo ut facile rejicienda sit; *ibid. n.* 30.
Præcipue, si non cælibem, & affectione aliæ quoque non concurrant conjecturæ, *ibid. n.* 31.
Sufficit, quod per momentum temporis filius patri supervivat, ut eidem hæreditatem transmittat, & faciat deficere conditionem, si sine liberis, *dec.* 7. n. 23. *lib.* 10.
In conditione positi censentur gravati, si testator post extinctionem ejus lineæ familiam contentivam vocaverit, *dec.* 27. n. 10. *lib.* 10.
Positi in conditione in secunda substitutione, si fuerint vocati in prima, dici non possunt in secunda invitati, nisi sub eadem conditione, sub qua fuerunt capaces in prima vocati, *dec.* 27. n. 10 *lib.* 10.
Declara, ut hæc traditio admittatur, si agatur de substitutionibus accessoriis, & essentialiter dependentibus a conditione primæ vocationis, sine novi casus specifica expressione; secus si contra, *d. dec.* 27. n. 16. *lib.* 10.
Conditio, si sine filiis, censetur purificata, nisi aliud probetur; *dec.* 32. n. 2. *lib* 10.
Positi in conditione censentur ex Statuto urbis dispositive vocati ob præsumptam voluntatem testatoris, quæ aliis contrariis præsumptionibus potest evelli, & everteretur, si adsit in testamento facultas alienandi, *dec.* 35. n. 25. & 26. *lib.* 10.
Substitutio facta cum conditione, si sine filiis, per filiorum existentiam expirat, *dec.* 37 n. 1. *lib.* 10. & *dec.* 45 n. 3. *lib. eodem*.
Limitatur, quoties ex conjecturis appareat de contraria voluntate testatoris, *ibid.* n. 2.
Inter conjecturas reputatur ratio conservandi agnationem, *ibid.* n. 3. & 6.
Substitutio, quæ pendet a conditione; si sine filiis; per filiorum existentiam evanescit, *dec.* 39. n. 4. *lib. eodem*.
Licet in primordiali substitutione sequentes vocati fuerint sub conditione, si sine filiis, si in progressu magis patens substitutio legatur, in casu etiam, quo descendentes omnes decederent, *ibid. n.* 7.
Substitutio concepta sub conditione, si sine filiis, per filiorum existentiam non expirat, si concurrant conjecturæ, quæ recessum a regula suadeant, *decis.* 41. n. 13. *lib.* 10.
Substitutio cum conditione, si sine filiis, protrahitur nedum ad primos, sed etiam ad descendentes, ut isti favore extraneorum ultimo vocatorum gravati censeantur, si a testatore cum verba perpetuitatem præseferentibus, & alienationis prohibitione, ipsi descendentes fuerunt per fideicommissum vocati, *dec.* 70. n. 2. *lib.* 10.

Conductor.

Vide verbo *Defalcum*; *Locator*.
Conductor vectigalium non est admittendus ad irritandam conductionem, nisi prius soluto reliquatu antecedentis administrationis, *dec.* 34. n. 48. *lib.* 15.

Confessio.

Major probatio dari non potest, quam ex propria confessione; *dec.* 8. n. 10. *lib.* 15. *dec.* 5. n. 26. *lib.* 1. & *dec.* 8. n. 3. *lib.* 4.
Confessio ad alium finem emanata non præjudicat, *dec.* 10. n. 48 *lib.* 5.
Confessiones extrajudiciales prolatæ a defensoribus principali non præjudicant, *dec.* 8. n. 14. *lib.* 8.
Confessio, concurrentibus conjecturis, facit plenam probationem, *dec.* 21. n. 8. *lib.* 8.
Confessio extrajudicialis de jure Canonico probat debitum, *dec.* 23. n. 13. *lib.* 8.
Confessio præpositi præjudicat præponenti, *decis.* 29. *num.* 16 *lib.* 8.
Etiam si præponens fuerit pupillus, *ibid. n.* 17.
Confessio unius ex promissoribus præjudicat cæteris, *dec.* 39. n. 2. *lib.* 8.
Confessio in inventario emissa per verba opinativa, & simplicis credulitatis, reputari debet veritatis expressiva, si de errore non doceatur, *dec.* 5. n. 7. *lib.* 8.
Confessio emissa in precibus, si errore convincatur, nihil præjudicat, & error dicitur probatus, si constet rem aliter se habere, *dec.* 1. n. 11. *lib.* 11.
Confessio emissa in precibus ad effectum obtinendi derogationem Simiæ, nequaquam probat veram dotis constitutionem ad effectum regulandi lucrum, *dec.* 1. n. 10. *lib.* 11.
Confessio facta in precibus circa dotis quantitatem, si relationem habeat ad capitula, ob ipsi veram recipit determinationem, *dec.* 1. n. 13. *lib.* 11.
Confessio facta in actu terzo, & proportionata, plene probat; *dec.* 2. n. 16. *lib.* 13.
A propria confessione non licet resilire, *dec.* 8. *in* 2. *num.* 13 *lib.* 13.
Confessio emissa, prævia productione scripturarum, non potest retractari, *ibid. n.* 20.
Confessio contra confitentem, & causam ab eo habentem, plene probat, *dec.* 17. n. 8. *lib.* 13.
Confessio enuntiativa superat omne genus probationum, *dec.* 20. n. 8 *lib.* 13.
Confessio impugnari non potest a successoribus confitentis *dec.* 30. n. 10. *lib* 13. & *dec.* 8. n. 15. *lib.* 4.
Confessio emissa in precibus summo Principi porrectis super dotis quantitate, quoties constat esse erroneam, non præjudicat, *dec* 29. n. 13. 14. & 15. *lib.* 16.
Confessio interpretari debet, ut quam minus noceat confitenti; *dec.* 32. n. 29. *lib.* 16.
Confessio emissa a depositario Provinciæ habet contractus irrevocabiles, *dec* 5. n. 5. *lib.* 1.
Stante pluralitate personarum potest quis erroneam sui auctoris confessionem impugnare, *dec.* 3. n. 18. *lib* 2.
Confessio procuratoris super falsitate, concurrentibus præcipue adminiculis, est plurimum attendenda, *dec.* 1. *num.* 12. *lib.* 2.
Confessio procuratoris facta in judicio contentioso præjudicat principali, *dec.* 10. n. 13. *lib.* 2.
Confessio inverosimilis, et erronea, non præjudicat, *dec.* 8. n. 19 *lib.* 6.
Confessione nulla major est probatio, *dec.* 6. n. 11. *lib.* 12.
Confessio superat omnem probationem, & prævalet quibuscumque testibus, *dec.* 6. n. 15. *lib.* 12.

Confines.

Confinis exclusus remanet a confinato; *dec.* 27. n. 21. *lib.* 18.
Confinium confusio ex hæredis culpa proveniens, ei imputanda est, *dec.* 8. n. 10. *lib.* 4.

Confirmatio.

Confirmatio in forma communi non stat loco novæ concessionis, nihilque superaddit actui confirmato, *dec.* 7. n. 16. *lib.* 2.
Confirmatio in forma communi supplet solum defectum solemnitatum accidentalium, non substantialium, nempe defectum potestatis alienantis, *dec.* 7. n. 17. & 18. *lib.* 2.
Narrativa facta Papæ a parte supplicante, & petente confirmationem, debet justificari, *dec.* 7. n. 3. *lib.* 2.

Con

Confirmatio non censetur facta a Papa ex defectu voluntatis, si ignoravit defectum potestatis illorum, qui fecerunt contractionem, *dec. 7. n. 22. lib. 2.*
Clausula, supplentes, posita in confirmatione Papæ, facit validum actum alias invalidum, *dec. 7. n. 23. lib. 2.*
Si tamen constet, quod ex aliis clausulis Papa scivarit defectus, secus si illos ignoraverit, *ib. n. 24.*
Papa potest absque dubio confirmare nulliter concessa, *dec. 7. n. 21. lib. 2.*
Confirmatio ad unum effectum obtenta, ad alios diversos effectus extendi non potest, *dec. 8. n. 12. lib. 3.*
Confirmatio dat robur confirmato, non autem illud extendit, *dec. 8. n. 13. lib. 3.*

Confraternitas, Sodalitas.

Ecclesia, & altaria faciunt præsumere qualitatem Ecclesiasticam in confraternitate, *dec. 33. n. 2. lib. 13.*
Item concursus indifferens fidelium ad interessendum divinis officiis, *dec. 33. n. 3. lib. 13.*
Item elevatio campanilis cum nola, *ib. n. 4.*
Item visitationes factæ ab Ordinario, *ibid. n. 5.*
Officiales confraternitatis laicalis possunt distrahere propria authoritate, *ibid. n. 8.*
Per licentiam obtentam ab Ordinario in distractione rerum ad sodalitatem spectantium denotatur sodalitatem esse Ecclesiasticam, *dec. 33. n. 9. lib. 13.*
Cognitio sæcularum alicujus sodalitatis facta per Ordinarium præfefert in se signum Ecclesiasticitatis, *dec. 33. num. 12. lib. 13.*
Item solutio decimarum per Summum Pontificem impositarum beneficiis Ecclesiasticis, *dec. 33. n. 13. lib. 13.*
Enunciativa facta a confratribus super laicalitate confraternitatis tempore non suspecto, constituit vehementem probationem, *dec. 33. n. 14. lib. 13.*
Item probatur ex enunciativa facta in Bullis Apostolicis, *ibid. num. 17.*
Præcipue, si Bulla sit discussa per Congregationem consistorialem, *ib. n. 18.*

Conjectura.

Conjecturæ; quæ sunt magis conformes menti disponentis, sunt aliis præponendæ, *dec. 11. n. 7. lib. 7.*
Conjecturæ simul uniri debent, *dec. 10. n. 7. lib. 10.*
Conjecturæ compulsativæ, & simul junctæ accipi debent ad effectum cognoscendi, quid testator senserit, *decis. 19. num. 18. lib. 10.*
Conjecturæ simul uniri debent, item; licet de per se sumptæ difficultatem retineant, simul junctæ valent indicare perpetuitatem fideicommissi, *dec. 37. n. 21. & 22. lib. 10.*
Conjecturæ uniri debent, itaut, si singulæ non juvent, unitæ prosint, *dec. 38. n. 13. & 14. lib. 10.*
Conjecturæ quæ non concludunt pernecesse, nullius sunt momenti, *dec. 33. n. 25. lib. 13.*
Ubi sumus in claris, non est opus conjecturis, & argumentis; *dec. 6. n. 14. lib. 6.*

Consanguineus.

Consanguineorum nomine veniunt etiam transversales, & non minus agnati, quam cognati, & quicunque sanguine conjuncti, *dec. 45. n. 2. lib. 13.*
Limitatur, quoties solis descendentibus potest ex conjecturis voluntatem testatoris assistere, *ibid. n. 3.*
Et ex quibus hujusmodi voluntas deprehendatur, *ib. n. 4. & 5.*

Consensus.

Consensus præstitus per antecessorem provisum, non afficit successorem venientem independenter ab illo, *dec. 70. num. 8. lib. 13.*
Consensus omnium requiritur, ubi versamur in actu voluntario, *dec. 3. n. 15. lib. 14.*

Conservatores Populi Romani.

Vide *Statutum Urbis.*
Conservatores ex privilegio Leonis X. non habent effrænatam, sed providam jurisdictionem, secundum jura regulandam, & successoribus non præjudicialem, *dec. 6. n. 13. & 14. lib. 2.*
Conservatores residentes conferunt officia vacantia, pendente eorum conservatoria, *dec. 6. n. 1. lib. 2.*
Conservatores non possunt conferre officia vacatura post eorum magistratum, *dec. 6. n. 2. lib. 2.*
Conservatores possunt concedere, & renovare officia, quando vacant, *dec. 6. n. 11. & 12. lib. 2.*
Conservatores ex Statuto Urbis possunt solum extendere officia de patre in filium, & de fratre in fratrem, *decis. 6. n. 17. lib. 2.*
Conservatores Urbis non possunt de jure extendere, & prorogare officium in personam alterius cum futura successione, *dec. 7. n. 1. lib. 2.*
Item de Statuto Urbis, *ib. n. 2.*
Conservatoribus est prohibita talis extensio, ne supplantentur successores, *dec. 7. n. 3. lib. 2.*

Constitutio.

Vide in verbo *Bulla.*
Constitutio Innocentii XI. super exclusione fœminarum non comprehendit hæreditates antea delatas, *dec. 1. n. 4. lib. 14.*
Constitutio & Statuta Ecclesiæ maxime observata, sunt attendenda, *dec. 3. n. 1. lib. 14.*
Constitutio Principis adinstar legis servanda est, *dec. 3. n. 6. lib. 3.*
Constitutiones pontificiæ a subditorum acceptatione non dependent, nec contrario usu abrogari possunt, *decis. 3. num. 8. lib. 3.*
Maxime si contineant clausulam, sublatam, & decretum irritans, *ib. n. 9.*
Constitutiones Apostolicæ in desuetudinem abire nequeunt sine præcisa scientia Summorum Pontificum, *dec. 3. num. 10. lib. 3.*
Constitutio Urbani VIII. præservat centenariam ad præsumendum Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiæ requisitum, *dec. 3. n. 13. lib. 3.*
Ad complendam d. centenariam admittitur conjunctio temporis ante, post dictam Constitutionem elapsi, *ib. n. 14.*
Fallit in terminis Bullæ boni regiminis, *ib. n. 15.*
Constitutio Julii III. disponit, quod beneficia regularia Sanctæ Mariæ de Grezo conferri debeant religiosis professis, *dec. 4. n. 6.* Declara *ut n. 7. lib. 12.*
Constitutio Synodalis obligatoria est, *dec. 8. n. 9. lib. 12.*
Constitutio Maximiliani Primi pro testamentis militaribus; tanquam Imperialis habet locum tantum in terris Imperii, non autem in Statibus hæreditariis domus Austriacæ, *dec. 36. num. 10. lib. 9.* & est omnino conformis dispositioni juris, *ib. n. 15.*
Quando dicta Constitutio non esset accipienda uti lex universa vigens in tota Germania, attamen semper servanda ubique esset tanquam importans vim directivam, & utpote condita ad tollendas dubietates Juris communis, nisi tamen resisterent particulares locorum leges, *ib. n. 14.*
In dicta Constitutione præscribitur, quod milites, qui in actu pugnæ non sunt, testari debeant coram duobus testibus, qui vero in actu pugnæ reperiuntur, absque ulla solemnitate, *dec. 37. n. 6. lib. 9.*
Talis Constitutio locum obtinet in quemunque exercitu Imperiali, licet ad alias Provincias, & loca Imperio non subjecta se transferat, *ib. n. 7.*
In dicta Constitutione, seu satellis, præservantur particulares consuetudines cujuscunque loci, *ib. n. 14.* sed talis præservatio intelligitur de testamento pagani, non militis, *num. 16.*

Continuatio.

Continuatio debet censeri in eodem statu, quo per prius res existebat, *dec. 35. n. 14. lib. 15.*

Consuetudo.

Consuetudo ex actu contrario destruitur, *dec. 23. n. 9. lib. 9.*
Consuetudo debet esse certa, & invariabilis, ac per plures actus successivos, & judicia inducta, *dec. 25. n. 12. lib. 9.*
Consuetudo de una Ecclesia ad aliam non venit extendenda, neque de loco ad locum, sed in specie probari debet, *dec. 3. n. 4. lib. 14.*
Consuetudine supposita, superfluum est Statutum, *dec. 3. n. 10. lib. 14.*
Consuetudo, & Statutum differunt inter se, *dec. 4. n. 11. lib. 16.*
Consuetudo introducta ab Ecclesiasticis cum approbatione superioris attenditur, *dec. 4. n. 12. lib. 16.*
Consuetudo introducta a laicis non obligat Ecclesiasticos, nisi introducta etiam ab Ecclesiasticis, *dec. 5. n. 11. & 12. lib. 16.*
Centenaria consuetudo Principis Constitutioni contraria tribuit meliorem titulum de mundo, & præsumit dictam Constitutionem non fuisse usu receptam, vel contraria consuetudine abrogatam, *dec. 3. n. 7. lib. 3.*
Consuetudo negativa qualiter probetur, *dec. 3. n. 11. lib. 3.*
Doctores super jure consuetudinario in studentium attendi non merentur pro decisione casus ex juris dispositione regulandi, *dec. 7. n. 18. lib. 3.*
Consuetudo contraria legi, & Statuto, non probatur, nisi concurrant coactio, & acquiescentia, *dec. 8. n. 14. lib. 3.*
Actus æquivoci ad inducendam consuetudinem non suffragantur, *dec. 8. n. 15. & 18. lib. 3.*
Consuetudo specifice probanda est cum suis qualitatibus; *dec. 8. n. 18. lib. 3.*
Consuetudo probanda est ad hoc, ut releves, *dec. 6. n. 16. lib. 12.*
Consuetudo probari debet in casu præciso, nec extenditur de uno ad alium, *dec. 13. lib. 3. n. 15.*
Consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, *ibid. num. 16.*
Consuetudo contraria, & inobservantia allegari nequit adversus Statuta, & Constitutiones, quæ ab omnibus capitularibus jurantur, *ibid. n. 19.*
Ad sanctionem contrariæ consuetudinis, Statuta particularia, & consuetudines synodales faciunt jus particulare indifferenter observandum *ib. n. 17.*
Consuetudo offerendi aliquid Ecclesiæ pro sepultura, & exequiis ubique introducta, debet servari, *dec. 7. n. 11. lib. 14.*
Et possunt hæredes, si non jure actionis, saltem ex officio Judicis adstringi ad hanc consuetudinem servandam, *ib. n. n.*
Consuetudo, quæ ex actibus hinc inde contrariis interrupta fuit, nec debet attendi, sed recurrere ad juris dispositionem, *ib. n. 37.*
Consuetudo immemorabilis inducit præsumptionem pacti; solemnitatibus juris munitæ, item Privilegii Apostolici, & cujuscunque alterius, & melioris tituli possibilis, *dec. 32. n. 6. lib. 4.*

Cons

Consuetudo immemorabilis includitur sub centenaria; maxime quando centenaria est duplex, *ib. n. 17.*

Contractus.

Vide etiam in verbo Lasio.
Contractus censetur initus juxta tenorem mandati procuratori dati ad contrahendum, *dec. 4. num. 8. lib. 8. & dec. 5. num. 2. lib. eodem.*
Pro complemento contractus debet concurrere consensus utriusque contrahentis, *dec. 6. n. 6. lib. 8.*
Contractus ex conventione partium legem accipiunt, *dec. 18 n. 5. lib. 8.*
In contractibus nominatis non datur resolutio propter inobservantiam pactorum, sed competit actio ad implementum, seu interesse, *dec. 18. n. 14. lib. 8.*
Resolutio contractus censetur remissa per reclamationem ab illius observantia, *dec. 13. n. 10. lib. 8.*
In omni contractu inest conditio, dummodo res in eodem statu permaneant, *dec. 18. n. 14. lib. 8.*
Contractus non resolvitur propter contraventionem, nisi intercedat culpa contravenientis, *dec. 18. n. 15. lib. 8.*
Contractus præsumitur gestus ad formam præcedentis tractatus; *dec. 27. n. 7. lib. 8.*
Contractus accidentalia non immutant naturam obligationis; *dec. 27. n. 13. lib. 8.*
Contractus non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari, *dec. 11. n. 3. lib. 9.*
Contractus Ecclesiæ, & minoris, solemnitatibus destitutus; habet implicitum statum validitatis, *dec. 28. n. 6. lib. 15.*
Quoties prætenditur transfusio contractus in alio, exigi nequeunt usuræ, nisi ad naturam primi contractus, *dec. 31. n. 10. lib. 16*
Quoties primus contractus transfunditur in secundo incompatibili, præservativo anterioritatis, potioritatis obligationum, & hypothecarum stipulata in secundo non excludunt novationem, quæ ex natura actus promanat, *dec. 1. n. 18. de offic. venal.*

Contrahens.

Contrahentium intentio præsumitur conformis naturæ contractus, *dec. 8. n. 13. lib. 8.*
Contrahentes non possunt præjudicare creditoribus anterioribus, *dec. 36. n. 5. lib. 8.*
Contrahens cum socio alicujus negotii tenetur investigare capitula socialia, de quibus habet notitiam, *dec. 27. n. 19 lib. 8.*
Contrahentium voluntas non trahitur ad incognita, *dec. 2. num. 27. lib. 13.*

Contrarium.

Contrariorum eadem est disciplina, *dec. 32. n. 8. lib. 10.*

Controversia.

Controversiæ, omisso juris articulo, melius est, ut decidantur ex facto, quando id fieri potest, *dec. 39. n. 10. lib. 7.*

Contumacia.

Contumacia in non comparendo importat culpam, & præsefert delictum, *dec. 10. n. 14 lib. 2.*
Sententia contumacialis non minus probat delictum, & eundem effectum operatur, ac si esset prolata, servatis servandis *dec. 13. n. 5. lib. 2.*

Copia.

Copia extracta e Notario, præsumitur extracta eo modo; & forma qua existit originale, *dec. 79. n. 1. lib. 10.*
Copia extracta a publico Archivio, etiam lite pendente, fidem meretur, *dec. 80. n. 5. lib. 10.*

Copula, copulativa.

Copula, &, posita inter duos, diversitatem capitulorum designat, *dec. 17. n. 15. lib. 10.*
Natura copulativæ est, ut concurrant omnia copulata, *dec. 66. n. 3. lib. 10.*
Copula, &, posita inter duas substitutiones, utramque colliget, *dec. 53. n. 5. lib. 10.*
Copula, &, si sit apposita inter duas orationes, quarum singula regatur a suo proprio verbo, & sit omnino perfecta, contineatque diversas personas, non operatur complexionem, seu repetitionem, sed stet inceptive, designando ordinem substitutionum, *ib. n. 6. Vide in verbo dictio.*

Correctio.

Correctio instantanea dari non debet, *dec. 4. n. 11. lib. 3.*
Correctio instantanea in Statutis evitanda est, *dec. 5. n. 3. lib. 3.*

Correspectivitas, correspectivus.

Gesta in eodem actu correspectiva dicuntur, *decis. 66. num. 17. lib. 13.*
Correspectivitas resultat, si actus in eadem dispositione contineantur, *dec. 68. n. 11. lib. 13.*
Correspectivitas ex quibus desumatur, *dec. 68. n. 12. lib. 13.*

Correus.

Correus debendi nequit contra creditorem ejus juribus se tueri, *dec. 22. n. 10. lib. 5.*

Creditor.

Creditor, si instet pro interesse ratione moræ, nulla præcedente conventione contra debitorem, qui sine usura pecunias recepit, debet concludentissime verificare tam interpellationem, quam investimentum paratum, e quo lucrum consequi poterat;
At si agatur de interesse a principio convento, cum a principio præsumantur verificata omnia requisita pro validitate usurarum, non requiritur tam constans, & positiva probatio, sed sufficit, ut ex circumstantiis loci, regionis, & personarum taxatio appareat proportionata, & verisimilis, ita ut ad hunc effectum satis sint præsumptiva, & conjecturæ, *dec. 1. n. 3. 4. 5. & 7. lib. 5.*
Creditori semper remanent illæsa jura contra debitorem, non obstante accollatione, & actione directa contra creditorem, *dec. 7. n. 13. lib. 5.*
Creditor anterior repellitur a posteriori, si ipse anterior retinet bona debitoris, in quibus posterius agere valeat, *dec. 18. n. 15. lib. 7.*
Creditoribus ejusdem originis datur associatio pro indiviso ad bona debitoris, *dec. 1. n. 1. lib. 8.*
Creditor tam pro sorte, quam pro fructibus retinet anterioritatem creditoris cum ejus pecuniis dimissis, si reportaverit jurium cessionem, & creditum solutum fuerit fructiferum, *dec. 2. n. 5. lib. 8.*
Creditor, qui alterum dimisit cum jurium cessione, habet anterioritatem pro sorte, non vero pro fructibus, *decis. 3. n. 4. lib. 8.*
Hæc conclusio locum habet, quoties dimittatur creditum infructiferum, aut si fructiferum sit, non concurrat jurium cessio, vel pecuniæ traditæ fuerint in manibus debitoris, *ibid. num. 5.*
At si creditum fructiferum sit, vel fuerit jurium cessio reportata, aut initum extiterit pactum de subintrando in juribus creditoris anterioris, & constet pecunias solutas esse illas secundi creditoris, iste sequitur anterioritatem tam quoad sortem, quam quoad fructus, *ibid. n. 5. 7. & 8.*
Quoties per temporis brevitatem deprehenditur creditorem dimissum fuisse cum alterius pecuniis, vel dans pecuniam paciscitur solum, ut creditori solvatur, aut recta via solvit creditori, in his omnibus casibus sequitur solum tacita, & exceptio ex juribus dimissi, *dec. 3. n. 6. lib. 8.*
Creditor pro pretio rei venditæ præfertur in ipsa re cæteris creditoribus, quoties dominium præservaverit, *dec. 9. num. 2. lib. 8.*
Non tamen competit eidem prælatio pro fructibus recompensativis post initam venditionem decursis, *ib. n. 2. & 5.* Limita tamen, ut *n. 6.*
Creditor posterior potest offerre creditum creditoris anterioris; & ab eo rem debitoris judicialiter adjudicatam avocare, *dec. 13. n. 1. & 3. lib. 8.*
Dummodo distractioni pignoris ipse posterior non intervenerit, vel illam probabiliter ignoraverit, quia alias post perfectam adjudicationem a jure offerendi repellitur, *ib. n. 2. 4. 5. 6. & 7.* Declara, ut *n. 18, 19. & 30.*
Creditor obtinendo pignoris adjudicationem præsumitur nedum dominii adipiscendi, sed etiam conservandi pignoris sui causa voluisse sequi, *dec. 13. n. 16. lib. 8.*
Hæcque præsumptio contrarias non admittit probationes, *ibid. num. 17.*
Vide verbo Adjudicatio.
Creditor agendo pro paghis decursis, censetur voluisse moram secutam remittere, *dec. 13. n. 3.* Limita, ut *n. 4. dec. 17. lib. 8.*
Juramentum creditoris admittitur ad liquidandam quantitatem crediti, si de illius substantia non dubitetur, *dec. 18. in 2. n. 4. lib. 8.*
In judicio universalis concursus quilibet creditor debet præstare cautionem de restituendo prioribus, & potioribus, *dec. 21. n. 11. lib. 8.*
Mulier pro sua dote non est exempta a præstanda cautione in concursu creditorum, *ib. n. 12.*
Creditor non tenetur esse solicitus de versione, *dec. 25. n. 9. lib. 8.*
Creditores non ligantur per occultas conventiones inter socios, *dec. 27. n. 16. lib. 8.*
Creditor hypothecarius præfertur chyrographario; quamvis anteriori, *dec. 40. n. 5. lib. 8.*
Inter creditores chyrographarios non datur prioritas, sed omnes veniunt per contributum, *dec. 40. n. 7. lib. 8.*
Creditor, qui prævenit in capiore sui debitoris, præfertur in concursu cæterorum, *dec. 40. n. 8. lib. 8.*
Declaratur, ut procedat, quando inferuerit fuit fugitivum; & sibi pecunias capere appropriavit, *ibid. n. 9.*
Factum creditoris posterioris non nocet anteriori, *dec. 40. n. 12. lib. 8.*
Creditor anterior avocat pecunias consumptas a posterioribus; *dec. 40. num. 13. lib. 8.*
Expensæ factæ per posteriorem creditorem in capiendo communem debitorem, sunt refitiendæ ante omnia, *ib. n. 14.*
Creditor, qui in judicio citatur non se opponit, censetur remittere jus suæ hypothecæ, *dec. 49. n. 1. lib. 8.*
Creditore satis facto datur in pignore retento reintegratio favore debitoris, *dec. 1. n. 1. & 2. lib. 15.*
Si creditor reportaverit immissionem pro fructibus decurrendis, quatenus de decursis remaneat satisfactus, dimittere debet possessionem, & adveniente die, in qua debitor tenetur ad alios fructus, potest executionem facere absque eo, quod iterum agere cogatur, *dec. 1. n. 3. lib. 15.*
Creditor dirigere tenetur suam actionem contra bona prima loco obligata, & hypothecata, *dec. 34. n. 64. lib. 15.*
Creditor præsumitur de ejus credito satisfactus, si de bonis debitoris ad eum obventis rationem non reddat, *dec. 11. n. 9. lib. 16.*

Cre

Digitized by Google

Creditor nequit agere, nisi reddiderit rationem de hæreditate debitoris, ad ejus manus perventa, *dec.* 26. *n.* 15. *lib.* 16.
Actio pro consequenda dote ex bonis fideicommissariis, nedum competit filiis, & delmodantibus, sed etiam creditori in hanc causam solventi, *dec.* 30. *n.* 6. *lib.* 16.
Creditori, qui dedit pecuniam erogatam in causam dotis detrahendæ ex fideicommisso, jus competit agendi pro reintegratione contra successorem in fideicommisso, *dec.* 30. *n.* 13. *lib.* 16.
Declara, ut procedat, dummodo non intercesserit negligantia credito in in petendo ab antecedenti possessore, *ib. n.* 14.
Exceptio date a filiis, cur scilicet creditore non inserine per orem, non est audienda, *ibid. n.* 15.
Requisitiones extrajudiciales excludunt negligentiam, & socora diam creditoris, *ibid. n.* 16.
Creditur non tenetur excutere bona intricata, *dec.* 30. *num.* 19. *lib.* 16.
Creditor anterior avocat a posteriore pecunias receptas cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, *dec.* 9. *n.* 1. *lib.* 2.
Creditor census recipiret stabilia in computum sortis census, illam proportionaliter extinguit, *dec.* 9. *n.* 2. *lib.* 2.
Creditores testatoris præferuntur creditoribus hæredis, etiam hypothecariis, *dec.* 8. *n.* 4. *lib.* 4. & *dec.* 12. *n.* 11. *lib.* 6.
Creditor ex diversis causis, si confusim fuerit latisfactus, conservatis omnibus summis, non potest fieri scissio creditorum ad arguendam læsionem, *dec.* 9. *n.* 16. *lib.* 6.
Creditor hæredis concurrere nequit cum creditoribus defuncti, *dec.* 12. *n.* 13. *lib.* 6.
Creditores hypothecarii præferuntur creditis personalibus, etsi anterioribus, *dec.* 13. *n.* 26. *lib.* 6.

Creditum.

Creditum cum hypotheca ex instrumento probatur; *dec.* 13. *n.* 8. *lib.* 5.
Leviores sufficiunt probationes, in quotitas crediti probata dicatur, si veritas in genere comprobata remanserit, *dec.* 18. *le n.* 5. *lib.* 8.
Tarditas in petendo creditum denotat simulationem crediti, *dec.* 39. *n.* 7. *lib.* 8.
Maxime si fuerit expectata mors informatorum de negotio; *ibid. n.* 8.
Creditum proveniens ex una causa, bene transfunditur in aliam cum eisdem privilegiis primi crediti, *dec.* 47. *n.* 4. *lib.* 8.
Creditum inexigibile reputatur, ac si plures sententiæ contrariæ emanaverint, *dec.* 1. *n.* 7. *lib.* 11.
Creditum non dicitur turbidum, si a simplici calculatione pendeat, *dec.* 4. *n.* 8. *lib.* 14.

Culpa.

Culpæ ad causam præordinata nemini patrocinatur, *dec.* 29. *n.* 25. *lib.* 8.
Levis culpa est deviatio ab ea diligentia, quam adhibere solent omnes diligentes ejusdem conditionis, *dec.* 34. *n.* 16. *lib.* 15.
Culpa levissima est deviatio ab ea diligentia, quam habent omnes diligentissimi ejusdem professionis, *dec.* 34. *n.* 32. *lib.* 15.

Cura, Curatus.

Stipendium exercentium curam animarum ab antiqua consuetudine regularum, sufficiens reputatur pro sustentatione Curati, *dec.* 7. *n.* 10. *lib.* 12. Vide in verbo *Portio congrua.*

Curator.

Vide etiam in verbo *Administratores*, verbo *Decanus*.
Deputatio curatoris hæreditatis ad legitimam explendam interpellationem nullis in jure reputatur, *dec.* 2. *n.* 7. *lib.* 5.
Tot in contractu requiruntur curatores, quot sunt minores, vel mulieres contrahentes, *dec.* 17. *n.* 5. *lib.* 6.
Unus tantum curator potest authorizare contractum plurium mulierum, si earum obligatio sit unica, æqualiter omnes respiciens, & Statutum non disponat, quod tot sint curatores, quot sunt mulieres contrahentes, *dec.* 17. *n.* 9. *lib.* 6.
Curator non nisi in subsidium tenetur pro culpa subcuratoris, *dec.* 36. *n.* 11. *lib.* 15.

Curia, Curialis.

Curialibus deponentibus de consuetudine fori præstatur fides, *dec.* 5. *n.* 5. *lib.* 16.

D

Data, Dataria.

Dataria sæpe solet exquirere votum a Rota; *dec.* 40. *n.* 6. *lib.* 13.
Dataria convertit monetas exterarum regionum in ducatum auri de Camera, *dec.* 71. *n.* 8. *lib.* 13.
Valutatio monetarum facta per officiales Datariæ est diversa a stylo mercatorum, *dec.* 71. *n.* 9. *lib.* 13.

Datio in solutum.

Vide verbo *Compensatio*, *Solutio*.
Datio in solutum facta inscius creditoribus inter sanguine conjunctos præsumitur collusiva, *dec.* 20. *n.* 4. *lib.* 9.
Datio in solutum facta per heredem post detectos creditores nullius est relevantiæ, *dec.* 20. *n.* 5. *lib.* 9.
Datio in solutum fieri nequit per hæredem, nisi præcedat liquidatio debiti, & æstimatio rei, *dec.* 20. *n.* 6. *lib.* 9.

Debitor.

Vide verba *Compensatio*, *Electio*, *Nomen*, *Solutio*, *Usura*.
Voluntas debitoris computandi in deliberatione sortem principalem præsumitur ex lapsu temporis eam observantis, *dec.* 6. *n.* 11. *lib.* 5.
Dilatio concessa debitori, dummodo in certis statutis paghis debitum solvat, corruit, si ipse debitor promisse non servet, *dec.* 17. *n.* 1. & 2. *lib.* 8.
Deficiente debitore in prima paga, purgatio moræ non admittitur in obligatione solvendi totum debitum, *dec.* 17. *n.* 5. *lib.* 8.
Præcipue si adsit pactum resolutivum, *ibid. n.* 6.
Bona debitoris sunt obligata favore creditorum, *dec.* 21. *num.* 1. *lib.* 8.
Nec cadunt sub fideicommisso ab alio ordinato, *ibid. n.* 2.
Debitor conveniri debet in loco, ubi contraxit, & solutionem destinavit, *dec.* 40. *n.* 4. *lib.* 8.
Dummodo ibid. debitor promptum se offerat solvere, *ibid. num.* 5.
Alioquin creditor potest ubilibet convenire suum debitorem, deducto tamen eo, quod interest ei non conventi in loco destinatæ solutionis, *ibid. n.* 6.
Debitores seminariorum cogi possunt ad solvendum, non obstantibus quibuscunque exemptionibus, præscriptionibus, aliisque privilegiis in contrarium eductis, *decis.* 48. *num.* 11. *lib.* 15.
Debitor, quotiens a mora dicitur præservatus, *decis.* 4. *num.* 9. *lib.* 14.
Debitoris nomen cadit sub anteriori hypotheca a creditore contracta, *dec.* 35. *n.* 16. *lib.* 15.
Debitor legando nequit præjudicium inferre creditoribus, *dec.* 13. *n.* 19. *lib.* 6.

Debitum.

Petens dilationem ad solvendum fatetur debitum, *dec.* 24. *n.* 7. *lib.* 8.
Nemo præsumitur bis proprium voluisse debitum exsolvere, *dec.* 45. *n.* 18. *lib.* 8.

Decanus.

Decano recedente a capitulo convocato pro aliis negotiis, capitulum dicitur imminutum, *dec.* 1. *n.* 3. *lib.* 12.
Decanus est præses capituli, & sine ejus consensu alia negotia proponi non possunt, *dec.* 1. *n.* 4. *lib.* 12.

Decima.

Decimarum locationes inserviunt pro adminiculo verificandi quantitatem fructuum beneficii, *dec.* 73. *n.* 18. *lib.* 13.
Decimæ destinatæ sunt ad sustentationem exercentium curam animarum, *dec.* 7. *n.* 3. *lib.* 12.

Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, aliorumve Tribunalium declaratæ, vel revocatæ.

De stylo Rotæ omnia, quæ in decisionibus narrantur, veniunt supponenda, Decisiones sunt supponendæ, *dec.* 33. *n.* 7. *lib.* 9. *dec.* 17. *n.* 8. *lib.* 15. & *dec.* 12. *n.* 14. *lib.* 4.
Dec. 374. Card. Celsi declaratur, *dec.* 8. *n.* 21. *lib.* 14.
Dec. 160. par. 4. declaratur, *dec.* 7. *n.* 9. *lib.* 5.
Dec. 236. par. 16. & 305. par. 17. & 338. par. 3. rec declaratur, *dec* 38. *n.* 11. & 12. *lib.* 8.
Dec. Bich. 482. num. 9. & 10. declaratur, *dec.* 7. *numero* 9. *lib.* 15.
Dec. in Romana redecisionis rationis 27. Novemb. 1684. coram R. P. D. Caccia declaratur, *dec.* 7. *n.* 9. *lib.* 9.
Dec. 40. n. 7. par. 15. rec. exponitur, *dec.* 4. *n.* 19. *lib.* 10.
Dec. 30. n. 20. par. 1. rec. quo casu procedat, declaratur, *dec.* 12. *n.* 15. *lib.* 12.
Dec. 465. par. 14. rec. in quo casu loquatur, explanatur, *dec.* 22. *n.* 8. *lib.* 12.
Dec. 1. n. 107. par. 1. rec. declaratur, *dec.* 22. *n.* 9. *lib.* 10.
Dec. Cassi 409. explicatur, *dec.* 18. *n.* 5. *lib.* 12. Rota in Bonon. fideicommissi de Pandrois 3. Decembr. 1685. coram R. P. D. Ursino, & in Bonon. fideicommissi de Ghisleriis 02. Julii 1686. in quibus terminis loquatur, habetur, *dec.* 28. *n.* 13. *lib.* 12.
Rot. dec. 200. n. 12. & 13. par. 15. rec. explicatur, *dec.* 49. *num.* 8. *lib.* 10.
Dec. in Bononien. fideicommissi de Marescottis 3. Decemb. 1691. cor. R. P. D. Molines declaratur, *dec.* 54. *n.* 7. *lib.* 10.
Nonnulla resolutionibus Rotæ Florentinæ circa materiam, an *sub nomine filiorum veniant nepotes*, respondetur, *dec.* 63. *n.* 27. 28. 29. & 30. *lib.* 10.
Concein. annot. dec. 304. num. 12. explicatur, *dec.* 35. *num.* 22. *lib.* 13.
Adden. ad Burat. decis. 776. num. 23. explanatur, *dec.* 35. *n.* 23. *lib.* 13.
Pen. dec. 1435. & dec. 737. par. 2. rec. explicantur, *dec.* 35. *n.* 24. *lib.* 13.
Dec. 349. num. 13. coram Dunozett. sen. declaratur, *dec.* 56. *n.* 9. *lib.* 13.
Dec. 164. n. 3. par. 16. rec. in quibus casibus procedat, explicatur, *dec.* 56. *n.* 10. *lib.* 13.
Dec. 331. n. 3. & 104. n. 4. post Torre de pact. futur. success. declarantur, *dec.* 63. *n.* 7. *lib.* 13.
Dec. 188. post. 2. vol. Farinac. cons. in quo casu procedat, dicitur *dec.* 63. *n.* 8. *lib.* 13.
Dec. 536. par. 4. tom. 3. rec. in quibus terminis loquatur, explicatur, *dec.* 63. *n.* 9. *lib.* 13.
Dec. in Vercellan. pensionis 5. Junii 1694. coram R. P. D. Pio explicatur, *dec.* 63. *n.* 10. *lib.* 13.

Dec

Dec. in Salmantina beneficii 5. Junii 1693. cor. R. P. D. Molines declaratur, dec. 68. n. 13 lib. 3.
Rota dec. 283. n. 6. par. 9. rec. declaratur, dec. 72. n. 13. lib. 3.
Dec. 1225. coram Pina, & dec in Toletana Parochialis, penes Marchef. de commiss. per. 2. fol. 4. declaramus, dec. 32. num. 4. lib. 5.
Dec. in Romana Salviani 16. Febr. 1698. cor. Muto declaratur, dec. 31 n. 7. lib 16.
Dec. 32. n. 6. cor. Cerro explicatur, dec. 5. n. 52. lib. 1.
Decisiones Cavallicen. domus, viridarii, & hortuli coram bon. mem. Albergati Emeriz, & R. P. D. dell'Olmo, Carpentoratensis. Laudemiorum coram bon. mem. Cardinali Cerra, Emeriz, & R. P. D. Pio, declarantur, dec. 5. n. 53. & n. 54. 55. 61 & 62. lib. 1.
Dec. in Romana officii 16. Martii 1694. n. ea eiginti cor. R. P. D. Caprara declaratur, dec. 7. n. 10. & 11 lib. 2.
Dec. 65. n. 7. cor. Casal. & dec. 642. n. 13. cor. Amat. Dunoz. in ratione decidendi probant assumptum, dec. 11. lib. 2.
Dec. 139. par. 5. declaratur, dec. 7. n. 26. lib. 4.
Motivum pro meritis causæ opportunitatem in Rotali dec. adductum non attendendum dec. 7 n. 27. lib. 4.
Decisiones Sacræ Rotæ quisque venerari debet, dec. 10. n. 29. lib. 4.
Decisiones punctuales prævalent regulis generalibus, dec 10. n. 35. lib. 4.
Decisiones in causa editæ de stylo Rotæ debent supponi, quousque non sint revocatæ. dec. 9. n. 13. lib. 6.

Declaratio, declarare.

Declaratio facta in testamento revocato remanet inefficax, dec. 21. n. 3. lib. 8.
Limitatur, si declaratio emanaverit in recognitionem veritatis ibid. n. 4.
Declaratio facta pro exoneratione conscientiæ, plene probat, dec. 21 n. 5. lib. 8.
Verisimilitudo declarationis multum attenditur, ibid. n. 6.
Per secundum testamentum non revocatur declaratio facta in primo, nisi de ea habita fuerit expressa vocatio, dec. 21. n. 9. lib. 8.
Declaratio creat se correis debendi tunc alteri præjudicat, quoties per illam non inducitur novi obligatio favore tertii, dec. 39 n. 4. lib. 8.
Et ad hoc, ut præjudicet, debent concurrere adminicula talem declarationem coadjuvantia, ibid. n. 5
Declaratio dubia, & æquivoca non suffragatur, dec. 7. num. 28. lib. 10.
Pro declaratione eorum, quæ in animo consistunt, speciale exigitur mandatum, dec. 8. n. 3 lib. 10.
Declarationes hæredum attendi non debent in præjudicium voluntatem testatoris, dec. 59. n. 11. lib. 10.

Decoctio, decoctus.

Decoctori præsenti deputatur curator, vel a creditoribus, vel a Judice, secus si decoctor sit absens, dec. 34. n. 4 tunc enim sine curatoris deputatione bona venduntur, lib. 15.

Decretum.

Vide verbo Judex.
Decretum terminis tollit quamcunque contrariam possessionem; & observantiam, dec. 2. n. 6. lib. 16. & dec. 2 n. 14. & 15. lib. 11.
Dec etiam circumductum urgere non potest, decis. 50. num. 6. lib 8.
Decretum Judicis interpositum pro uno effectu, nihil operatur quoad alium, dec. 20. n. 8. lib. 9.
Decretum irritans tollit quamcunque contrariam possessionem, dec. 3. n. 8. lib. 11. & dec. 4. n. 10. lib eodem.
Decretum irritans quid operetur, dec. 60. n. 15. lib. 13.
Decreta Ducis Urbini non leguntur inter constitutiones authoritatem Pontificis post devolutionem approbata, dec. 14. n. 18. lib. 10.
Et idem, si publicata non doceantur, servanda non sunt, ibid. num. 19.
Decretum, & protestatio sub eo extensa habentur pro unico, & contemporaneo actu, dec. 32. n. 15. lib. 10.
Decreta Congregationis Sacrorum Rituum circa jura Parochialia, functiones, & præeminentias inter Parochos, & Confraternitates laicorum, earumque Capellanos, & Officiales. Vide in fin. ad lib. 12.

Deliberatio.

Vide verbo Subhastatio.
Deliberatio excessiva in pretio, corruit in totum, dec. 28. n. 11. & dec. 29. n. 18. lib. 7.
Deliberatio facta post decem dies datos ad appellandum, & nullo existente impedimento, non dicitur attentata, dec. 18. n. 1. lib. 9.
Deliberatio facta tempore intermedio inter rescriptum signaturæ sine præjudicio, & alterum cum facultate manutenendi, quem de jure, est valida, dec. 2. n. 2. lib. 15.
Instrumentum deliberationis probat id, quod fuit in deliberatione comprehensum, dec 14. n. 12 lib. 15.
Si deliberatio retractetur, fructus debentur a die motæ litis, non vero a die secutæ deliberationis, dec. 19. n. 1. lib 15.
Vide reliqua in verbo Fructus.
Manutentio conceditur adversus deliberationem evidenter injustam, dec. 21. n. 1. lib. 15.
Deliberatio rite, & recte facta præbet causam manutentionis; dec. 22. n. 5. lib. 15.
Qui deliberationem passus est; non dicitur amplius possidere; dec. 20. n. 2. lib. 15.
Deliberationem passus, qui vult probare injustitiam deliberationis ex novis juribus, debet procedere per viam appellationis, dec. 20. n. 4. lib. 15.
Deliberationem injuste passo succurritur officio Judicis, remedio reintegrationis, vel manutentionis, dec. 22. n. 3. ibid. lib. 15.
Et ista duo remedia insimul possunt complecti, ibid. n. 4.
Itaut, quod magis proficuum est, eligatur, ibid. n. 5.
Post secutam deliberationem, illa per eundem Judicem amplius retractari non potest, dec. 23. num. 1. declara, ut num. 3. lib. 15.
Judex ordinarius potest deliberationem nullam, aut injustam a se factam retractare, dec. 23. n. 3. lib. 15.
Deliberatio facta virtute mandati excessivi, corruit in totum; dec. 23. n. 5. & 7. lib. 15.
Quoties deliberatio non sit nulla, non potest ratione injustitiæ retractari remedio manutentionis, dec. 24. n. 4. lib. 15.
Limita, si injustitia sit patens, ibid. n. 5. & 7.
In deliberatione si non intercedat pecunia numerata, actus est nullus, dec. 25. n. 1. lib. 15. & dec. 28. n. 1. lib. eodem.
Amplia, ut non sufficiat, habeatur facile fidem de pretio, ibid. num. 2.
Limita, quando una cum fide de pretio concurrat creditorum consensus, ad quorum instantiam fit subhastatio, ibid. n. 3. & dec. 28. n. 3. lib. 15.
Præstantia pecuniæ in deliberatione inducta fuit favore creditorum, ut alleque valeant eorum satisfactionem, dec. 25. num. 4. lib. 15.
Et hujusmodi favori valet per creditores renunciari, ibidem num. 5.
In deliberatione sufficit, quod interveniat debitoris deliberatio; licet pecuniæ numeratio non concurrat, dec. 25. num. 7. & 8. lib. 15.
Liberatio tamen debet esse certa, & non generica, seu ambigua, ut promissio de accollando, & quid simile, ibid. n. 9.
Ac liberatio debitoris debet intervenire in ipsomet actu deliberationis, quia ea post non sufficeret, ibid. n. 10.
Deliberatio facta ex consensu debitoris, qui creditorum convocavit concursum, non potest ab eo infici sub prætextu nullitatum, dec. 25. n. 15. lib. 15.
Consensus creditorum, ut deliberatio sustineatur a nullitate deficientiæ pecuniæ numeratæ, sufficit, quod interveniat etiam ante actum deliberationis, dec. 25. n. 11. lib. 15.
In Civitate Spoleti mandatum de immittendo inservit loco instrumenti deliberationis, dec. 28. n. 3. lib. 25.
Et ideo ad deliberationem sustinendam sufficit, quod creditores deberent fidem de pretio habere ante illius expeditionem, ibid. n. 4.
Quoties declaratio sit voluntaria, non vero coacta, non requiritur consensus debitoris in contentamento creditorum habendi fidem de pretio licet pretium exuberaret pro eorundem creditorum dimissione, dec. 28. n. 9. lib. 15.
Deliberatio semel approbata, amplius impugnari non potest; ibid. n. 10.
Amplia, etiamsi in actu approbationem secum ferente adesset præservativa impugnationis, ibid. n. 11.
Deliberatio facta super bonis alterius, quam debitoris, non sustinetur, dec. 13. n. 1. lib. 16.
Deliberationem passo pro summa excessiva datur manutentio; dec. 13. n. 9. lib. 16.

Defalcum.

Vide in verbo Exceptio, Remissio, Conductor;

Defunctus.

Voluntas defuncti præscribens, quod corpus humetur sine ulla honorificentia ab Ecclesia instituta, non debet servari, dec. 71 n. 3. lib. 14.

Defectus.

Nemo potest opponere illum defectum, quo ipse laborat; dec. 26. n. 9. lib. 13.

Dementia.

Dementia debet probari de tempore conditi testamenti; dec. 20; n. 17. lib. 16.
Excluditur dementia, si testamentum sit scriptum manu testatoris, dec. 20. n. 21. lib. 16.
Si fuerit habitus sanæ mentis, ibid. n. 22. Vel si sanitas mentis colligatur ex aliis actibus antecedentibus testamentum; ibid. n. 23.
Vide in verbo Furiosus, verbo Mens.

Demonstratio.

Demonstratio plerumque vices nominis fungitur, dec. 70. n. 14. lib. 10.

Denominatio.

Simplex denominatio non immutat essentiam rei, dec. 5. n. 18. lib. 13.

Depositum.

Depositum probatur ex confessione depositarii; dec. 32. num. 1. lib. 7.
Creditor principalis debitoris, licet anterior, concurrere nequit cum posteriore in deposito initio per fidejussorem, quem ipse posterior habet obligatum, dec. 14. n. 1. lib. 8.
Ad obtinendam depositi consignationem opus non est inspicere; a quo pecuniæ exactæ fuerint, sed qua causa, & qua lege, ibid. n. 2. declara, ut n. 3. & 4.

Pro deposito etiam irregulari competit via executiva, *dec.* 26. *n.* 13. *lib.* 8.
Actio depositi est executiva, *dec.* 27. *n.* 2. *lib.* 8.
Depositi substantia consistit in numeratione pecuniæ, *dec.* 29. *n.* 8. *lib.* 8.
Depositum factum contra formam præpositionis obligat duntaxat depositarium, non autem præponentem, *dec.* 29. *n.* 9. *lib.* 8.
In deposito non requiritur pecunia numerata, *dec.* 29. *n.* 10. *lib.* 8.
Neque exceptio pecuniæ non numeratæ opponi potest e bancis publicis, & mercatoribus, *ib. n.* 11.
Maxime si in deposito adsint verba *de contanti*, *ib. n.* 12.
Usus mercatorum est recipiendi inter se cedulas solvendas, & de quantitate ibidem expressa conficiendi depositum, etiamsi trahens cedulam non sit creditor ejus, cui trahit, *ib. n.* 13.
Depositum factum ex alio debito habet vim depositi, *ib. n.* 14.
Approbatur stylus conficiendi depositum ex ordinibus mercatorum, *ib. n.* 13.
Conditio intrinseca, & promanans ex ipsa natura negotii, si explicite apponatur in deposito, illud non vitiat, *dec.* 25. *n.* 13. *lib.* 15.

Derogatio.

Vide in verbo *Regula circa Beneficialia*.
Derogatio ad omnia est referenda, *dec.* 66. *n.* 11. *lib.* 13.

Derogatoria Clausula.

Verba; *Salvo però se poterà specialmente rivocarla*, non importat derogationem futurarum dispositionum, *dec.* 81. *n.* 3. *lib.* 10. *&* *dec.* 83. *n.* 2. *lib. eodem.*
Derogatoria futuris dispositionibus, si tacite deduceret, etiam tacite, & per quamcunque simplicem contrariam voluntatem removeri potest, *dec.* 81. *n.* 4. *lib.* 10.
Si constet de voluntate testatoris expressa, vel saltem conjecturata, satis dicitur revocata antecedens dispositio, quamvis esset derogatoria munita, *dec.* 81 *n.* 5. *lib.* 10.
Clausula derogatoria, licet in fine testamenti apposita, censetur scripta de voluntate testatoris, *dec.* 81. *n.* 8 *lib.* 10.
Ad removendam derogatoriam futuris dispositionibus, sufficit quæcunque revocatio tacita, & generalis, si derogatoria tacite quoque desumatur, *dec.* 82. *n.* 10 *lib.* 10.
Derogatoria futuris dispositionibus in vita, non operatur in morte, *dec.* 81. *n.* 11. *lib.* 10.
Derogatoriam fuisse revocatam, ex conjecturis sufficienter desumi valet, *ib. n.* 12.
Clausula derogatoria, quæ tacite colligitur, tacite etiam revocatur, *dec.* 83. *n.* 3. *lib.* 10.
Derogatio generalis omnium testamentorum, & donationum, generaliter facta per testatorem, tollit quoque illam factam omnino exaratam, licet non adsit expressa, & singularis mens, rogitus, & stipulatio, *dec.* 83. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 10.
Vide alia in verbo *Donatio inter conjuges.*

Descendens, Descendentia.

Sub nomine descendentium veniunt etiam fœminæ, *dec.* 25. *n.* 8. *lib.* 10.
Descendentes ex fœmina non veniunt appellatione lineæ masculinæ, *dec.* 2. *n.* 16. *lib.* 10.
Appellatione filiorum, & descendentium, veniunt etiam descendentes ex fœminis, *dec.* 4. *n.* 1. *lib.* 10.
Limita, quoties conjecturarum efficacia disponentis voluntatem ostendat, *dec.* 4. *n.* 2. *lib.* 10.
Vide in verbo *Fœmina*.
Descendentes mediate ex fœminis si vocati sint, non veniunt immediati, *dec.* 7. *n.* 5. *lib.* 10.
Verbum, *descendentes*, tam ad filios, quam ad filias est referendum, si fuerit appositum post mentionem factam de filiis, & filiabus, eoque magis, si testator in primo loco institutionis fœminæ non abhorruerit, *dec.* 25. *n.* 6. 7. *&* 9. *lib.* 10.
Sub nomine descendentium veniunt tam descendentes masculi, quam fœminæ, *dec.* 26. *n.* 12. *lib.* 10.
Verisimile est, quod si testator in filiis primis hæredibus magis dilecte voluerit comprehendere descendentes ab eis per fœminas etiam ad exclusionem propriarum filiarum, multo magis voluerit ad successionem admittere descendentes e propriis filiabus ad exclusionem lineæ transversalis, *dec.* 16. *n.* 14. *lib.* 10.
Suorum appellatione veniunt omnes descendentes, *dec.* 29. *n.* 2. *lib.* 10.
Liberorum appellatione veniunt omnes, & singuli descendentes usque ad ultimum, *dec.* 39. *n.* 4 *lib.* 10.
Suorum appellatione veniunt quoque descendentes ex fœmine, *dec.* 41. *n.* 3. *lib.* 10.
Descendentes expresse vocati de uno in alium, & de gradu in gradum, censentur quoque gravati restituere successive vocatis, *dec.* 41. *n.* 6. *lib.* 10.
Descendentes quo casu dicantur vocati ad implendum gradum caducatum tantum, *dec.* 41. *n.* 10. *lib.* 10.
Descendentia ex quibus probetur, *dec.* 61. *n.* 1 *lib.* 10. *&* *dec.* 3. *n.* 9. *lib.* 12.
Descendens ab excluso, ipse quoque exclusus censetur, *dec.* 63. *num.* 12.
Inverisimile est, quod testator, qui descendentes habebat, ad extraneos respicere voluerit, *dec.* 68 *n.* 4. *lib* 10.
Quoties de tempore apertæ successionis nullus descendens reperiatur, præsumitur, quod testator voluerit in defectum descendentium vocare hæredes extraneos, *dec.* 68. *n.* 7. *lib.* 12.
Inter descendentes ex eodem stipite masculino evenit non valet cognatio, pro qua est necessaria conjunctio sanguinis inter plures, easque diversas familias; *dec.* 2. *n.* 13. *de statut. success.*
Sub nomine descendentium, sive consanguineorum, quando in fideicommissis veniunt tam legitimi, quam illegitimi, tamen semper legitimi obtinent prælationem, *dec.* 82. *n.* 23. *lib.* 13.
Discendentia in concursu alterius descendentis probanda est per gradus distinctos, *dec.* 6 *n.* 5. *lib.* 13.
Descendentia ab ero allegata est suspecta de falsitate, *dec.* 6. *n.* 6. *lib.* 13.
Descendentia dicitur probata ex fide Baptismatis, & extrajudiciali depositione duorum testium, *dec.* 10. *n.* 7. *lib.* 13.

Descriptio.

Descriptio facta nomine pupilli per tutricem bonorum ad ipsum spectantium non excludit societatem omnium bonorum, si deinde omnia fuerint indistincte æqualiter divisa, *dec.* 30. *n.* 13. *lib.* 6.
Descriptiones contentæ in libris Ecclesiæ plurimum attenduntur, *dec.* 8. *la* 2. *n.* 19 *lib* 13.

Determinatio.

Unica determinatio respiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare, *dec.* 4. *n.* 6. *lib.* 7. *&* *dec.* 7. *n.* 11. *lib.* 8. *&* *dec.* 35.
Accessorium non potest sub diversa principalis determinatione venire, *dec.* 13. *n.* 7. *lib.* 9.
Una determinatio nequit determinare pariformiter plura determinabilia, si illa sunt diversa, *dec.* 35. *n.* 23. *lib.* 10.
Una eademque determinatio respiciens plura determinabilia dispari determinatione sumi non debet, *dec.* 82. *la* 2. *n.* 15. *lib.* 10. *&* *dec.* 8. *n.* 20. *lib.* 6.

Detractio.

Detractiones præsumuntur consumptæ, si deficiat inventarium, & appareant alienationes, *dec.* 9 *n.* 2. *lib.* 9.
Detractiones remanent illiquidæ, si creditor illorum fructus percepit, *dec.* 3. *n.* 9. *lib.* 6.
Detractio simul consumpta, amplius detrahi nequit, *dec.* 9. *n.* 10. *lib.* 9.
Detractio dicitur electa in fundo censito per eorum impositionem, *dec.* 10. *n.* 5. *lib.* 9.
Contra, quando concurrit posterior alienatio realis, *ib. n.* 6.
Dubitatur de hac secunda opinione, quæ potest tuto procedere, quando non agitur de impositione census, sed de simplici hypotheca, *ib. n.* 7.
Jus detrahendi non competit successori, si auctor hæreditatem non adiverit, *dec.* 21. *n.* 2. *lib.* 9.
Detractionum consumptio, si agatur contra tertium, concludenter est probanda, *dec.* 37. *n.* 36. *lib.* 10.
Consumptio detractionum concludenter est probanda, si immissio petatur adversus tertium possessorem, *dec.* 38. *n.* 16. *lib.* 10.
Detractiones efficiuntur illiquidæ ex fructibus pendente lite perceptis, *dec.* 51. *n.* 14. *lib.* 10.
Detractiones solidæ, & illiquidæ non sunt aptæ retardandi immissionem, *dec.* 51. *n.* 16. *lib.* 10 *&* *dec.* 60. *n.* 13. *lib. eadem.*
Detractiones quantitativæ non impediunt immissionem hæredis, cum de æquitate soleat aliquod corpus hæreditarium correspondens quantitati detractionum, & in cæteris bonis dari fideicommissario immissio, *dec.* 77. *n.* 5. *lib.* 10.

Devolutio.

Ad excludendam devolutionem sufficit ignorantia vacationis in uno ex pluribus patronis præsentare debentibus, *dec.* 5. *n.* 24. *lib.* 13.
Ad effectum devolutionis ultra scientiam perfectam vacationis necessarium est probare, quod patroni scriverint qualitatem Ecclesiasticam Capellaniæ, *dec.* 5. *n.* 25. *lib.* 13.

Dictio.

Dictio, *aliam*, importat similitudinem, & ulteriorem subdivisionem, *dec.* 27. *n.* 18. *lib.* 16.
Dictio, *alia*, est implicativa similium in eodem ordine, *dec.* 2. *n.* 24. *lib.* 7.
Dictio, *aliorum*, est implicativa similium in eodem ordine, *dec.* 1. *n.* 15 *lib.* 7. *&* *dec.* 81. *n.* 7. *lib.* 12.
Dictio, *alias*, importat similitudinem, *dec.* 6. *n.* 15. *lib.* 13.
Dictio, *aliis*, includit qualitates cæterorum, ad quæ habet relationem, *dec.* 81. *la* 2. *n.* 17 *lib.* 10.
Dictio, *come sopra*, aliquando repetit qualitates tantum expressas in ipsa parte, quæ adjecta est, *dec.* 64. *n.* 23. *lib.* 10.
Dictiones declarativæ id quod operantur, *dec.* 37. *n.* 17 *lib.* 13.
Dictio, *dicta*, *&* *ipsi*, non inducunt personalitatem, *dec.* 43. *n.* 15. *lib.* 13.
Dictio, *di più*, denotat diversitatem ab aliis dispositis, *dec.* 9. *n.* 8. *lib.* 13.
Dictio, *donec*, non est propria negativa, sed restrictiva temporis, *dec.* 35. *n.* 9.
Licet adsit ex post dictio, *non*, *n.* 12. *lib.* 12.
Dictio, *infans*, idem importat, ac latine, *liberi*, *dec.* 39. *n.* 5 *lib.* 10.
Dictio, *easdemque*, est repetitiva præcedentium, *dec.* 65. *n.* 9. *&* *dec.* 66. *n.* 13. *lib.* 10.
Dictio monosyllaba, *&*, plerumque ponitur inter duo synonyma, ac inter verba idem importantia, *dec.* 1. *n.* 17. *lib.* 7.
Dictio, *&*, de sua natura est amplativa, & extensiva, non raro declarativa, & repetitiva præcedentium, *dec.* 1. *n.* 8. *lib.* 10.
Dictio, *&*, amplative stare dicitur, *dec.* 2. *n.* 7. *lib.* 10.
De natura dictionis, *&*, est augere, & præcedentibus adjicere, *dec.* 45. *n.* 5. *lib.* 12.
Dictio, *&*, apposita inter diversas personas non stat copulative, sed disjunctive, *dec.* 35. *n.* 5. *lib.* 12.
Dictio, *&*, de sui natura est amplativa, & poni solita inter diversa, *dec.* 7. *n.* 6. *lib.* 10.

Dictio &, copula, & conjungit copulate cum omnibus suis qualitatibus, dec. 10. n. 4 lib 6.

Vide quoque in verbo *Copula*.

Dictio, *ideo*, aut, *propterea*, posita post dictionem, & conjungit dispositiones, ita ut una ab alia dependere dicatur, dec. 10. n. 5. lib. 6.

Et ea illis censetur, quod omnia subsequentis sit demandata ex causa præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, ib. n. 6.

Dictio, *interea*, apta est recipere diminutionem usque ad quartam partem, dec 52. n. 4. lib. 13. declam, ut ib n. 5. & 6.

Dictio, *infrascripti*, adhibita tantum censetur ad demonstrandos directos hæredes infra expresse nominatos, dec. 10. n. 13. lib. 13.

Dictio, *interim*, designat extensionem temporis, & æquivalet dictioni, quamdiu, dec. 13. n. 3. lib. 16.

Dictio, *in perpetuum*, importat perpetuitatem quoad modum succedendi, non autem multiplicat gravamina inter ipsas personas succedere debentes, dec. 66. n. 2. lib. 10.

Dictio, in *perpetuum*, pluries repetita, sonat, ac dictio, *semper*, & *in infinitum*, quæ omnes casus, omnesque personas, & tempora complectitur, & pluralitatem involvit, dec. 66. n. 3. lib. 10.

Dictio, *insuper*, quo casu importet, ut oratio dicatur separata, & non continuative, dec. 18. n. 8. & 9. lib. 10.

Dictio alternativa, *à*, licet de sui natura sit disjunctiva, non raro tamen accipitur declarative, seu expositive, dec. 71. n. 3. lib. 10.

Dictio, *poi*; est quidam natura adversativa, sed reperit modum, & terminos præcedentis dispositionis, dec. 82. lo 8. n. 16 lib. 10.

Dictio, *prædicta*, repetitiva omnium supra expressorum, dec. 16 n 20 lib. 10.

Dictio, *quasi*, in fine posita, dicitur relativa ad omnes substitutos, dec. 59. n. 9. lib 10.

Dictio, *quamlibet*, omnem etiam minimum actum jurisdictionis comprehendit, dec. 10. n. 9. lib. 3.

Dictio, *fin tantoche*, in latinum tralata, idem sonat, hæc donec, quousque, aut, quoad, & non est negativa, sed limitativa tantum, dec. 34. n 2. & 3. lib 10.

Dictio, *tantum*, apposita in substitutione, excludit personas diversas, dec. 21 n. 6. lib. 10.

Dictio, *tantum*, intercedit omnem, & quamcunque extensionem, dec. 76. n. 7. lib. 10.

Dictio, *taxativa*, non excludit connexa, quæ veniunt in sequentiam, dec. 2. n. 9. lib. 13.

Dictio, *tunc*, regulariter operatur restrictionem, dec. 45 n. 10. Limita, ut n. 11. lib. 10.

Dictio, *tunc & eo casu*, multoties ex voluntate disponentis fiat demonstrative, non taxative, dec. 26. n. 6. lib. 10.

Dictio, *tunc & eo casu*, prohibet extensionem fideicommissi ultra casus expressos, dec. 38. n. 17. lib 8.

Hæc conclusio admittitur, nisi conjecturæ aliter suadeant, quia alias earguntur alia verba taxativa, dec. 38. n. 18. lib. 10.

Dictio, *videlicet*, est declarativa, & restrictiva, dec. 37 n. 16. lib. 13.

Dictio, *ut supra*; operatur, ut si omnia præcedentia essent repetita, dec. 35. n. 31. atque n. 32. lib. 10.

Dictio, *ut supra*, aliquando stat declarative, vel suppositive, dec. 64. n. 18. lib. 10.

Dictio relative, *ut supra*, restringit dispositionem, ad ea quæ antecedenter fuerunt nominata, & in conventionem expresse deducta, dec. 77. n 16. lib 10.

Itaut, si in parte dispositiva continuatur tantum renunciatio jurium futurorum ex causa de præsenti, amplitudo earumdem cum dictione prædicta subsequenter facta non comprehendit jura de futuro, ex causa de futuro, ib. n. 17.

Dictio, *ut supra*, limitat, & restringit dispositionem ad supra expressa, dec. 78 n. 9. lib. 10.

Dictio, *quomodocunque*, restringitur ad modum proportionabilem materiæ, de qua agitur, & nisi cessante ratione, & mente statuentium, dec. 1. n. 63. *de statut. success.*

Dictio, *alius*, de sui natura includit res, & personas diversas, ibid. num. 100. & in materia favorabili non se restringit ad similia ejusdam qualitatis, sed stat ampliative, ibid. num. 101.

Ex dictione, *alii*, similitudo promanans fortis est, quod verificetur quoad finem disponentis, ib. n. 103.

Dictio, *quamvis*, est adversativa to his, quæ sunt ejusdem generis, seu qualitatis, ib. n. 105.

Dictiones, *de*, & *ex*, causam productivam, & materiam designant, ibid. n. 118. etiam remotam, & remotissimam, ib. num. 119.

Dictio, *alius*, designat similitudinem conformem personis antea in dicto capite numeratis, ib. n. 92.

Dictio, *sive*, est præced. declarativa, dec. 1. num. 30. & 124. *de stat success.*

Dictio, *de*, adjecta loco, & Civitati, exigit causam immediatam naturalitatis, & originis, dec. 8. n. 8. lib. 13.

Dictio, *ex*, denotat causam immediatam, atque apposita loco vel personæ, exigit, quo vocati ab illo loco, vel persona, immediate provenirent, omni exclusa extensione, atque intermediatione, ib. n. 13.

Dignitatis.

Dignitates dicuntur esse de Capitulo, imo caput ipsius Capituli, dec. 3. n. 8. lib. 14.

Consensus præstitus a duabus dignitatibus, reliquis sine officere non potest, ibidem. 3. numero 18. lib. 14.

Dignitates, quæ vocem non habent in Capitulo, non sunt connumerandæ inter personas de Capitulo, dec. 3. num. 24. lib. 14.

Primæ dignitati post Pontificalem solemniter celebranti in festivitatibus solemnioribus debetur assistentiam duorum Canonicorum pro Diacono, & Subdiacono, dec. 8. n. 4. & 6. lib. 14.

Digressus.

Digressus ad plures gradus substitutionum præbet argumentum recedendi a consilio Oldradi, dec. 37. n. 10. lib. 10.

Et pro recessu sufficit, ut qualibet etiam levis conjectura concurrat, ib. n. 11.

Præsertim si agatur de fideicommisso ascendentis, ib. n. 10.

Recessum a consilio Oldradi suadet dispositio testatoris, quod bona integre ad ultimos substitutos deferantur, dec. 37. n. 13. lib. 10.

Digressus ad plures gradus substitutionum maximi est ponderis pro desumenda fideicommissum perpetuum, eo magis si juncta sit cum voto conservandi agnationem, dec. 38. n. 7. & 10. lib. 10.

Digressus ad plures gradus substitutionum nullius est momenti favore extranei, dec. 38. n. 8. Declara, ut n. 11. lib 10.

Ut dici valeat, quod testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionum, sufficit, quod tres gradus contemplaverit, dec. 38. n. 9. lib 10.

Digressus ad plures gradus substitutionum indicant testatorem instituisse fideicommissum perpetuum, dec. 39. n. 18.

Diligentia.

Diligentiæ ut dicantur omissæ, ex quibus appareat, dec. 14. n. 6. l. 16.

Diligentia, quæ non est præscripta, impune omitti potest, dec. 30. n. 17. lib. 16.

Discretivus modus loquendi.

Discretivus modus loquendi multum stringit ad arguendam testatoris voluntatem, dec. 18. n. 9. lib. 9. & dec. 11. n. 5. lib. 13.

Optimum est argumentum deductum a discretivo modo sermonis, dec. 5. n. 8 lib 9.

Argumentum a discretivo modo loquendi non est validum, si adsit casuum disparitas, dec. 17. n. 11. lib. 10.

Ex discretivo loquendi modo resultat diversæ voluntatis argumentum, dec. 32 n. 13. lib. 10.

Ex discretivo modo loquendi potest deprehendi voluntas excludendi fideicommissum, dec. 47. n. 10. lib. 10.

Discretiva locutionis nil unquam operatur, quando casus omissus suppletur a dispositione juris, dec. 50. n. 5. lib. 10.

Discretivus loquendi modus in eadem met dispositionis parte, de cujus interpretatione agitur, plurimum vigere dicitur, & aliter de jure prævalet, dec. 69. n. 13. & 14. lib. 10.

In ultimis voluntatibus illatio a discretivis est præpotentia efficaciæ, dec. 70. n. 12. lib. 10.

Dispensatio.

Dispensationes tanquam odiosæ stricte sunt interpretandæ ad limites literæ, prohibita quacunque extensione, vel subintellectu, dec. 74. n. 15 lib 13.

Dispensatio pro obtinendis pluribus beneficiis non suffragatur pro obtentis, dec. 74. n. 18 lib. 13.

Dispositio dispositiva.

Eadem dispositio non debet diverso jure censeri, dec. 85. n. 10. lib. 10. dec. 23. n. 14. lib. 8. & dec. 7. n. 35. lib. 4.

Ad dignoscendam dispositionem conditionalem, non debet haberi consideratio ad verba, sed ad disponentis voluntatem, an scilicet ante voluerit, ut impleret ante, vel post quæsitum emolumentum, nam si ante, dispositio est conditionalis, si vero post, est modalis, dec. 5. n. 4. lib. 7. & dec. 6. n. 6. lib. eod. & dec. 7. n. 5. & 6. lib. eod.

Dispositio capere non potest diversum sensum ad eo, sub quo exprimitur, dec. 10. n. 22. lib. 8.

Cessante causa dispositionis, cessare quoque debet dispositio, dec. 34. n. 7. lib 8.

Deficientibus qualitatibus dispositionis, deficit ipsa dispositio, dec. 39. n. 1. lib 8.

Pura dispositiva est attendenda, dec. 77. n. 13. lib. 10.

Dispositio continens de tempore præterito, trahi non debet ad tempus futurum, dec. 78. n. 1. lib. 10.

Verba consecutiva, licet amplissima sint, cum dispositione fiunt mulentur, dec. 78. n. 3. lib. 10.

Ad intelligendam dubiam dispositionem totus contextus est observandus, dec. 23. n. 8. lib. 13.

Ubi eadem viget ratio, eadem debet esse juris dispositio, dec. 35. n. 25. lib. 15. & dec. 3. n. 1. lib. 16.

Dispositio, quæ innititur falso supposito, ipso jure corruit, si illud fuerit expressum; si vero in mente testatoris retentum, opus est Judicis declaratione, dec. 19. n. 13. lib. 16.

Ut autem in hoc secundo casu retractari debeat dispositio, duo copulative sunt probanda, nempe quod testator revera erravit in causa finali suæ dispositionis, quodque agnito errore aliter dispositus fuisset, dec. 19. n. 14. lib. 16.

Hujusmodi probatio ex quibus excludatur, ib. n. 15.

Solitum est homini facere de suis bonis dispositionem post mortem duraturam, dec. 20. n. 1. lib. 16.

Divisio.

Ex divisione colligitur, rem divisam fuisse in dominio dividentium, dec. 42. n. 14. lib 8.

Enunciatio facta in divisione, probat, a quo bona provenient, dec. 1. n. 14 lib. 9.

Verba in divisione apposita denotantia præferentiam non immutant naturam contractus dividentis, sed resolvuntur in pactum

ctum de non petendo; decis. 12. num. 1. lib. 9.
In divisione eа, quæ commode dividi non possunt sub licitatione inter compossessores pronuntiatur, ut majori oblatori remaneant, refecto pretio socialis portionis, dec. 13. n. 3. lib. 9.
Quælibet res præsumitur divisibilis, ib. n. 4.
Divisio rei, quæ absque detrimento fieri nequit, per Judicem demandari nequit, dec. 13. n. 5. lib. 9.
Prædium rusticum est de sui natura divisibile, ib. n. 6.
Judicis arbitrio tribuitur in decernendo modo divisionis rei communis, dec. 13. n. 9. lib. 9.
Et valet Judex aliquando alteri ex condominis totam rem adjudicare, ib. n. 10.
Id tamen non procedit, si quilibet ex condominis rei petat adjudicationem, ib. n. 11.
Licitationi locus est, quando alter ex compossessoribus vile pretium offerat, ib. n. 12.
Ac etiam, quoties condomini ad æqualem oblationem parati alterentur, ibid. n. 13.
Locus est divisioni, non obstante quacunque longissima communione, dec. 14. n. 2. lib. 9.
Divisio peti potest, non obstante pacto de nunquam dividendo dec. 14. n. 3. lib. 9.
Divisio debet concedi, non obstante, quod bona prætendantur illius, qui dividere tenuit, ut pendente lite is, qui actu compossidet, valeat subjunctim fructus percipere, dec. 14. n. 4. lib. 9.
Divisio, quando non est corporum particularium, sed simpliciter intellectualis, non tollit jus accrescendi, dec. 71. n. 16. declara, ut n. 19. lib. 10.
Divisio impugnari non potest, nisi doceatur de errore, dec. 78. n. 9. lib. 10.
Divisio inducere non potest remissionem fideicommissi dividentibus ignoti, dec. 1. n. 10. lib. 2.
Etiamsi adsit clausulæ amplæ, & prægnantes, ib. n. 12.
Si dividentes bona fideicommisso supposita, ut tanquam libera manutenere promiserint, hanc obligationem impugnare non possunt sub prætextu fideicommissi postea purificati, vel in omnem casum tenentur ad damna, & interesse, dec. 1. n. 12. lib. 6.
Intellige, si dividentes, non obstante quocunque fideicommisso bona uti libera dividere voluerint; secus si divisio facta est sine scientia fideicommissi, & sub credulitate, quod bona essent libera, ib. n. 13.
Divisio probat res divisas fuisse dividentium, dec. 3. n. 12. lib. 6.

Dividuum, individuum.

Servatio declarationis, quod pars dotis iret ad pompam, reputatur factum individuum, dec. 15. n. 8. lib. 9.
Servatio promissionis de non petendo est factum individuum, ib. num. 9.
Obligatio, quæ continet promissionem de rato, tanquam individua operatur, ut cohæres prætendens illam impugnare ipse solum insolidum teneatur, ib. n. 12.
Et sicuti, si promissio respiciat personam tantum cohæredis, ib. n. 13.

Doctor.

Doctoris authoritas contradictorem non habentis; pro lege habetur, dec. 30. n. 17. dec. 8.
Doctor unicus, qui de consuetudine testatur, non probat, dec. 13. n. 8. lib. 9.
Doctorum authoritates non habentes contradictorem habentur pro lege, dec. 6. n. 16. lib. 13.
Doctorum, & tribunalium authoritas non habens contradictorem, habetur pro lege, dec. 32. n. 4. lib. 16.
Doctores super jure consuetudinario se fundantes, attendi non merentur pro decisione casus ex juris dispositione regulandi, dec. 7. n. 18. lib. 9.
Doctor debet intelligi secundum authoritates, quas allegat; dec. 1. n. 31. de stat. success.
Doctorum interpretatio pro lege allegari potest in casibus, in quibus jus scriptum in specie non prospexit, dec. 1. n. 84. de stat. suc.

Doctores qui laudantur.

Angelus Ridolphinus fuit in urbe primi nominis advocatus, dec. 58. n. 7. lib. 10.
Fenzonius laudatur uti glossator Statutorum urbis versatissimus; dec. 6. n. 12. lib. 4.
Nicolaus Severolus celebris jurisconsulti titulo decoratur, dec. 7. n. 4. lib. 2.
Bertrandus fuit Judex Cameræ Carpen. dec. 4. n. 25. lib. 3.

Doctores, quorum traditiones approbantur, declarantur; reprobantur, vel cum modificatione admittuntur.

Bel. cons. 35. lib. 4. explicatur, dec. 29. n. 15. ad lib. 9. & dec. 31. n. 17. lib. eodem.
Bald. cons. 226. n. 9. lib. 5. declaratur, dec. 34. n. 8. lib. 9.
Bertrand. cons. 160. lib. declaratur, dec. 5. n. 49. lib. 1.
Bertrandi quoddam consilium manuscriptum rejicitur, dec. 4. n. 24. & dec. 7. n. 26. lib. 3.
Corradin. lib. 2. c. 6. n. 661. declaratur, dec. 35. n. 20. lib. 13.
Corn. cons. 244. declaratur, dec. 62. n. 12. lib. 9.
Cyriac. controv. 288. declaratur, dec. 31. n. 27. lib. 9.
Decis. 521. par. 4. divers. applicatur, dec. 29. n. 17. lib. 9.
De Luca disc. 4. n. 8. de pens. declaratur, dec. 56. n. 8. lib. 13.
De Luca de pens. disc. 12. n. 15. declaratur, dec. 63. n. 7. lib. 13.
De Luca de regal. disc. 163. rejicitur, dec. 10. n. 27. & 18 lib. 4.
De Luca de emphyt. disc. 3. impugnatur, dec. 10. n. 6. & n. 12. lib. 4.
Fab. de Anna cons. 132. lib. 2. explicatur, dec. 29. n. 19. lib. 9.
Grat. disc. 564. n. 13. & 14. declaratur, dec. 35. n. 11. lib. 13.
Lother. de re benef. lib. 1. quæst. 34. n. 40. declaratur, dec. 35. n. 19. lib. 13.

Margalesi opinio super Stat. provinciæ refutatur; dec. 4. n. 23 lib. 5.
Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. n. 34. declaratur, dec. 49. n. 7. & dec. 50. n. 23. lib. 10.
Nonn. cons. 10. rejicitur, dec. 70. n. 31. lib. 9.
Oldrad. consil. 22. declaratur, dec. 27. n. 8. & 9. lib. 10.
Paris. cons. 69. declaratur, dec. 2. n. 9. lib. 5.
Peregrin. de fideicomm. art. 3. n. 107. ab aliis rejicitur, dec. 23. n. 10. lib. 9.
Peregr. de fideicomm. art. 15. n. 19. declaratur, dec. 27. n. 14. & dec. 29. n. 18. n. 6. lib. eodem.
Pett. de fideicomm. q. 15. rejicitur, dec. 29. n. 27. lib. 9.
Soccin. consil. 23. & consil. 122. lib. 2. reprobatur, dec. 38. n. 20. lib. 8.
Sped. cons. 300. & 307. lib. 3. declaratur, dec. 33. n. 17. lib. 9.
Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 26. par. 7. Trebell. explicatur, dec. 28. n. 7. lib. 10.
Bellon. jun. cons. 2. num. 78. Beroius cons. 96. lib. 1. Soccin. jun. cons. 15. lib. 4. Theodor. alleg. 86. reprobatur, dec. 1. n. 3. de stat. success.
Curt. jun. cons. 117. col. 3. lib. 1. rejicitur, ib. n. 75.
Trentacinq. cons. 9. n. 11. explicatur, ib. n. 76.
Pegas. de majorat. par. 2. cap. 4. n. 123. & 246. concluditur, ib. n. 79.
Card. de Luca, de feud. disc. 13. n. 27. de fideicomm. disc. 6. & 13. utrobique n. 10. satisfit, ib. n. 87.
Thesaur. quæst. 100. lib. 1. respondetur, ib. n. 88.

Dolus.

Dolus est concludentissime probandus, dec. 52. n. 21. lib. 13.
Dolus in Sacerdote præsumendus non est, dec. 7. n. 9. lib. 16.
Dolus excluditur ex contractu palam gesto, & coram Notario & testibus, legalibus atque fide dignis, dec. 7. n. 10. lib. 15.
Dolus non est censendus, si in contractu intervenerit persona, quæ ex illo prejudicabatur, dec. 7. n. 11. lib. 16.
In dubio pro exclusione doli, & deceptionis est judicandum, dec. 7. n. 12. lib. 16.
In paritate probationum sunt potius attendendæ illæ, quæ veritatem, quam eæ, quæ dolum, ac fraudem inducunt, dec. 7. n. 13. lib. 16.
Dolus, & fraus non præsumitur in quocunque de populo, dec. 85. n. 68. lib. 12.
Multoque minus in persona nobili, & in dignitate constituta, ib. n. 69.
Constante dolo; & fraude, non debet hæres gravatus ab administratione removeri, ib. n. 72.
Probatio doli, & malitiæ debet esse clara, & liquida, ib. n. 59.
Ad dolum, & malitiam excludendam, sufficit quælibet causa levis, colorata, imaginaria, & bestialis, ib. n. 60.

Domicilium.

Domicilium requiritur per præturam, & officium, quod in urbe exercet, dec. 23. n. 5. lib. 6.
Decennium sufficit pro contrahendo domicilio, dec. 23. n. 6. lib. 6.
Quis potest in duobus locis domicilium habere, dec. 23. n. 7. lib. 6.
Ex acquisitionibus factis in aliquo loco inducitur voluntas perpetuo ibi permanendi, dec. 23. n. 9. lib. 6.
Sufficit domicilium patris, seu avi aut contractus per filios familias celebrati remaneant sub dispositione Statuti, dec. 23. n. 10. lib. 6.

Dominium.

Dominium ex quibus probetur, dec. 20. n. 5. lib. 8.

Dominium directum.

Dominio directo universali repugnat existentia bonorum liberorum, & allodialium, dec. 2. n. 17. lib. 2.
Stante dominio universali, debetur laudemium ex bonis franchis, dec. 5. n. 3. lib. 1.
Dominium directum universale ex præscriptione certæ formæ dandi in accapitum, dec. 5. n. 8. lib. 1.
Conventio laudemii solvendi, deficiente titulo particulari, probat dominium directum universale, dec. 5. n. 9. lib. 1.
Solutio laudemii de bonis franchis probat dominium directum universale, dec. 5. n. 20. lib. 1.
Exceptio certorum locorum, quo ad allodialitatem præbet argumentum dominii directi universalis respectu aliorum bonorum, dec. 5. n. 23. lib. 1.
Edicta de solvendo laudemio de bonis franchis, & de dando dinumerationem dominiorum directorum particularium, arguunt existentiam dominii universalis, dec. 9. n. 15. & 58. lib. 2.
Edicta emanata contra possessores bonorum, tam servilium, quam de suscipienda investitura, & de justificando titulum possessionis, inserviunt ad probationem universalis dominii, d. 5. n. 8. l. 1.
Maxime, si fuerunt effectuata mediante incameratione bonorum contra parere nolentes, & mediante partitione, ib. n. 29.
Dominium directum universale arguitur ex ingenti numero investiturarum, totum fere territorium complectentium, dec. 5. n. 30. & 59. lib. 1.
Etiam si in ipsis nulla sit mentio de bonis franchis, ib. n. 31.
Maxime, si investituræ bonorum servilium expressam de iis mentionem contineant, & aliæ generaliter loquantur, ib. n. 32.
Dominium universale quoque arguitur ex iteratis solutionibus laudemiorum receptorum pro universis hæreditatibus, quavis territorii parte sitis, dec. 5. n. 33. lib. 1.
Item ex pluribus solutionibus laudemiorum factis occasione alienationum directorum dominiorum particularium, ib. n. 34.
Item ex declarationibus factis, quem esse dominum directum universalem, ib. n. 35.
Item ex confessionibus bonorum exemptorum, & incultorum; ib. n. 36.
Revocationes factæ de bonis absque laudemii solutione distractis, arguunt dominium directum universale; dec. 5. num. 38. & 42. lib. 1.

Indulto allodialitatis certis bonis concesso, probatur dominium directum universale respectu aliorum locorum, *ib. n. 49. & num 43.*
Item attestationes Magistratuum, Judicum, & Advocatorum hujusmodi dominium universale arguunt, *ib. n. 40. & 44.*
Item inventarium jurium Cameræ ab antiquo tempore factum præstat argumentum dominii universalis, *ib. n. 41. & 45.*
Dominium directum universale pariter arguitur ex usu regionis, *ib. n. 46. & 56.*
Et ex authoritate Doctorum id firmatum, *ib. n. 47. & 61.*
Ex præstatione laudemiorum insurgit probatio directi dominii universalis, *dec. 5. n. 63. lib. 1.*
Feudatarii Provinciæ censentur habere dominium universale ex solis concessionibus sibi factis per Comites Provinciæ, *dec. 5. n. 67. lib. 1.*
Argumentum dominii directi universalis colligitur ex eo, quod de prædiis francis, cessante titulo particulari, laudemium solvitur, *dec. 5. n. 71. lib. 1.*
Ex solutione laudemii absque titulo particulari, excluditur altera species bonorum allodialium, *ib. n. 72.*
Probatio dominii directi universalis insurgit ex eo, quod de alienationibus dominiorum directorum particularium laudemia solvantur, *dec. 5. n. 81. lib. 1.*

Dominus.

Dominus imputatur, si minus diligentem Procuratorem elegerit, *dec. 15. n. 11. lib. 6.*
Dominus potest habitare in qualibet parte domus, adhuc non divisæ inter compatronos, *dec. 14. n. 10. lib. 15.*
Dominus ex uno titulo, non potest fieri dominus ex alio diverso, *dec. 1. n. 9. lib. 1.*

Dominus directus.

Vide verbo Caducitas, Emphyteuta, Emphyteusis.
Dominus directus attestigens cum manu mortua, & nihil aliud sibi reservans, quam canonem in prima transactione conventum, censetur remisisse jus exigendi novennia, & valeria, *dec. 4. n. 5. lib. 1.*
Dominus directus universalis potest esse subfeudatarius proprii feudatarii, *dec. 5. n. 77. lib. 1.*
Duo possunt esse domini directi, alter superior, & alter inferior, *dec. 5. n. 82. lib. 1.*

Domus.

Domus valor a valore cæmentorum differt; *dec. 14. n. 1. lib. 6.*
In Urbe pro dignoscenda valore domus adest stylus æstimandi primo cæmenta, & materialia, illorumque pretium jungendi simul cum alio resultante ex pensionibus cumulatis ad rationem legalem, & postea quantitatem exinde conflatam in duas partes æquales dividendi, quarum unaquæque constituit verum, & communem valorem, *dec. 14. n. 6. lib. 6.*
Vide alia in verbo Æstimatio, verbo Valor.
Domus existens in prædio rustico, si principaliter assignata sit pro dote, debet æstimari in constituendo valore prædii, *dec. 9. n. 18. lib. 6.*

Donans, donator.

Donator non tenetur de evictione, ne suæ liberalitatis pœnam passus cogatur, ac dispendium accipiat, ubi præmium meruisse videtur, *dec. 10. n. 1. lib. 7.*
Præsertim si donatio incipiat a traditione, *ib. n. 3.*
Omnis est facienda interpretatio, ut quantum fieri possit donator non pergravetur, *dec. 10. n. 4. lib. 7.*
Licet donator de jure non teneatur de evictione, attamen tenetur, si illam promiserit, *ib. n. 5.*
Donator imponens perpetuum gravamen filiis nascituris donatarii, videtur voluisse totes ipsos, ipsorumque descendentes, conservare bona donata, *dec. 11. n. 5. lib. 7.*
Post donationem donans præjudicare non potest donatario, *dec. 6. n. 13. lib. 9.*
Resoluto jure donantis, resolvitur jus donatarii, *dec. 25. n. 4. lib. 13.*
Non probato jure donantis, cessat illius transitus in donatarium, *dec. 30 n. 10. lib. 13.*
Quidquid donator in præjudicium donationis explet, donatario non præjudicat, *dec. 1. n. 14. lib. 16.*
Donator nec ex causa solvendi æs alienum ante donationem contractum de bonis donatis etiam creditoris favore disponere nequit, *dec. 1. n. 5. & 6. lib. 16.*
Sententia contra donantem lata donatario non citato non præjudicat, *dec. 2. n. 7. lib. 16.*
Voluntas donantis elicitur ex declarationibus subsecutis, *dec. 3. n. 34. lib. 16.*
Reclamatio facta a donante, tempore quo non erat in plena libertate, laborat suspicione id evenisse instigatione interessatorum, *dec. 4. n. 29. lib. 16.*
Donantis declarationes in subversionem donationis non attenduntur, *dec. 7. n. 3. lib. 16.*
Donans post emissam donationem, nequit aliquod onus in bonis donatis apponere, *dec. 10. n. 1. lib. 20.*

Donatarius.

Bona donata efficiuntur proprium patrimonium donatarii, nec cadunt sub hæreditate, & fideicommisso donantis, *dec. 17. n. 26. lib 6.*
Donatarius non assumens cognomen, & arma familiæ donatoris contra formam præcepti per viam modi in donatione appositi, non perdit emolumentum, si donans non designaverit personam, cui in casu non implementi esset facienda bonorum restitutio, *dec. 7. n. 2. lib. 6.*
Donatarius, ob transgressum modum donationis, emolumento privatum ceteri nequit, si non interpellatio, & factum Judicis, quod inexcusabili contumacia fuerit constituatur, ad differentiam non implementi conditionum, *dec. 7. n. 3. lib. 6.*
Ampliatur etiam in emolumento delato ex contractu cum appositione alicujus oneris, *ib. n. 4.*
Donatario non licet impugnare factum authoris, *dec. 2. n. 24. lib. 13.*
Donatarius repræsentat in omnibus personam donantis, *dec. 5. n. 1. lib. 10. & dec. 4. n. 1. lib. eodem.*
Judex certus de voluntate donatricis, non debet ulterius certiorare, *dec. 3. n. 10. lib. 16.*
Donator censetur a se abdicasse dominium, & possessionem rerum donatarum in donatarium transtulisse, *dec. 11. n. 19. lib. 6.*
Amplia, ut n. 20.
Donatarius potest de bonis donatis disponere, ac suis creditoribus obligare, *dec. 11. n. 27. & 28. lib. 6.*
Bona donata transeunt in dominium donatarii, & de ejus patrimonio efficiuntur, *dec. 12. n. 20. lib. 6.*

Donatio.

In donatione facta ad vitam naturalem donatarii, si substituti fuerint ejus descendentes, vel alii, designatio vitæ donatarii censetur adjecta ad ostendendum gravamen restitutionis in hæredes, & ut simplex expressio ejus, quod tacite inerat, non immutat naturam donationis, *dec. 1. n. 5. 6. & 7. lib. 7.*
Præsertim si substitutæ essent personæ, quæ non succederent ab intestato, *ib. n. 8.*
Donatio sub unica oratione, & clausula, actu pluribus facta, unica non plures donationes dicitur, *ib. n. 10.*
Donatio explicata per verba numeri singularis excludit pluralitatem, *dec. 1. n. 13. lib. 7.*
Dispositio text. in *l. cum avus, ff. de condit. & demonst.* & in *l. cum acutissimi, C. de fideicom.* locum sibi non vindicat in donationibus, aliisque contractibus inter vivos, in quibus attendi debet sola natura actus gesti, & verborum proprietas, *dec. 1. n. 15. & dec. 2. n. 10. lib. 7.*
Donatio est sui proprietate actus abdicativus largientis, seu verius deperditionis, *dec. 2. n. 1. lib. 7.*
Ut donatio suum connaturalem prosequatur effectum abdicationis, non requiritur tacita, vel expressa hæredum comprehensio, quia hæres alium cernit casum, & fortunam, *dec. 2. n. 3. lib. 7.*
Sicut comprehensi in donatione, si arrerent, caperent ex vi comprehensionis, ita hæredes etiam non nominati capiunt jure transmisso, & simplici ministerio, & operatione legis, *ib. n. 5.*
Donatio pura, & irrevocabilis differt a conditionali quoad transmissionem ad hæredes, dum in conditionali non fit transmissio, *dec. 2. n. 7. lib. 7.*
Ad dictum effectum etiam contra distinguitur donatio facta titulo precario, vel pro simplici usu, vel servitute usus, *ib. n. 8.*
Donatio alicui, & successive aliis facta, tot dicuntur donationes, quot personæ contemplatæ improprie, tamen non autem proprie, ita ut secundus donatarius dicatur primo succedere per fideicommissum, *dec. 2. n. 17 lib. 7.*
Hinc fit, quod donatio dicatur divisa jure obliquo, non autem jure directo, *ib. n. 18. & 19.*
Perfectio in donatione excludit fraudis suspicionem, *dec. 9. n. 4. lib. 7.*
Donatio de sui natura est transitoria ad hæredes donatarii, *dec. 9. n. 8. lib. 7.*
In donatione facta patri, & filiis, isti veniunt ex propria eorum persona, non uti hæredes patris, secus si donatio esset stipulata favore patris acceptantis pro se, & filiis, *dec. 12. n. 1. lib. 7.*
In donatione facta patri, & filiis, isti vero magis veniunt ex propria persona, si donatio sit ex causa certi, & determinati matrimonii, *ib. n. 3.*
Donatione facta patri, & filiis nascituris, isti intelliguntur vocati post obitum patris, sed ex eorum propria persona, *ib. n. 6.*
Donatio dicitur respicere personam patris si facta fuerit ad hoc, ut ipse pinguiorem assequeretur dotem, & cum onere imputandi donata in legitimam, *dec. 13. n. 3. lib. 7.*
Donatio dicitur respicere personam patris non filiorum, si donans dixerit donationem fecisse eidem ob amorem, quo ipse prosequebatur, *ib. n. 7.*
Donatio facta a debitore post contractum debitum non nocet creditori, *dec. 4. n. 2. lib. 8. & dec. 6. n. 2. lib. eodem.*
Donatio posterior debito non impedit subhastationem bonorum creditori hypothecatorum, *dec. 9. n. 9. lib. 8. & ib. dec. 6.*
In contractu gratuito donationis requiruntur solemnitates, *dec. 32. n. 12. lib. 8.*
Donatio juramento vallata est irrevocabilis quoad donantem, ejusque hæredes, *dec. 14. n. 3. lib. 3.*
Prohibitus donandi, ad hoc ut donando cadat a suo jure, debet habere specificam scientiam prohibitionis, & pœnæ, *dec. 39. n. 20. lib. 13.*
Bona donata non revertuntur ad donantem, sed transeunt ad hæredes, licet extraneos, donatarii, *dec. 42. num. 9. & 10. lib. 13.*
Donatio ad vitam donatarii stipulata efficitur perpetua, si etiam pro hæredibus fuerit acceptata, *dec. 43. n. 12. lib. 13.*
Causa mortuorum, ex qua facta fuit donatio per minorem, aut mulierem aliunde, quam ex ipsorum assertione, debet probari, *dec. 2. n. 2. lib. 16.*
Declara, ut id procedat, vel quoties contractus factus fuit absque solemnitatibus, vel ubi vaga meritorum facta fuit expressio, vel demum si stipulatus extiterit a personis de jure communi

con-

Digitized by Google

contrahere prohibitis; secus si a muliere majore liret Statuto solemnitates præscribente alligata, dummodo solemnitates ipsæ interveniant, dec. 2. n. 3. lib. 16.
Forma Statuti in donatione non servata remanet nulla ipso jure, dec. 3. n. 4. lib. 16.
Donationis nullitas potest allegari ab habente causam ab ipso donante, dec. 3. n. 5. lib. 16.
Declarationes posteriores excludunt a donatione omnem suspicionem doli, & fraudis dec. 33. n. 11. lib. 16.
Et operantur, ut valeat sine solemnitatibus Statuti, ibidem num. 12.
In donatione correspectiva non requiruntur solemnitates, dec. 3. n. 23. lib. 16.
Decretum judicis potest interponi pro majori donationis securitate, dec. 3. n. 27. lib. 16.
Et facit præsumere omnia fuisse rite, & recte in donatione gesta, ib. n. 28.
Voluntas perseverandi in donatione jam facta, deducitur ex posterioribus declarationibus, & confessionibus, dec. 4. n. 24. lib. 16.
Donatio solemniter emissa, habet pro se præsumptionem veritatis, dec. 7. n. 2. lib. 16.
Solemnitates in donationibus onerosis non requiruntur, dec. 10. n. 4. lib. 16.
Donatio, in qua reperitur onus fideicommissi, est a solemnitatum necessitate exempta, dec. 10. n. 5. 6. & 7. Limita, ut n. 9. lib. 16.
Filii in donatione tanquam patris hæredes præsumuntur contemplati, dec. 10. n. 8. lib. 16.
Limita, si agatur de donatione intuitu certi, & determinati matrimonii, et qualitas hæreditaria explicite expressa non fuerint, & non concurrant conjecturæ suadentes illam voluntatem fuisse, dec. 10. n. 10. & 11. lib. 16.
Donatio, quæ fit patri acceptanti etiam pro filiis illos comprehendit tanquam patris hæredes; secus si fuerit facta patri, & filiis, dec. 10. n. 12. lib. 16.
Donatio, quæ emissa fuit per mulierem prævia renunciatione, leg. si nunquam, est nulla, etiam si intervenerit curator, atque Judicis decretum, dec. 11. n. 13. lib. 16.
In donatione, quæ peragitur a personis contrahere prohibitis absque certa solemnitate, consideratur læsio, non tanquam proveniens ex contractu, sed ex dispositione Statuti, dec. 11. n. 15. lib. 16.
Termini læsionis adaptantur etiam in donatione reciproca, dec. 11. n. 16.
Donatio collata in tempus obitus viri, assumere nequit dotis qualitatem, dec. 19. n. 4. lib. 16.

Donatio causa mortis.

Donationis causa mortis factæ revocatio; ex quibus verbis desumatur, dec. 71. n. 1. lib. 10.
Donatio causa mortis, dicitur per subsequens testamentum revocata, si nulla alia adsint bona, in quibus possit institutio verificari, dec. 81. n. 8. lib. 10.
In donatione, licet sit apposita derogatoria specialissima ad futura, sufficit quæcunque contraria voluntas quocunque modo probata, ad hoc ut testamentum illam valeat irritare, si illud conditum sit ad pias causas, dec. 81. n. 10. amplia, num. 11. lib. 10.
Donatio causa mortis, nec ex clausula, constituti, & ad habendum, neque ex pacto reddi potest irrevocabilis, dec. 81. n. 18. lib. 10.
Et eo tantum casu clausulæ prædictæ efficaciam habent, quoties dubitatur, an dispositio sit ex causa mortis; secus si clare locutum sit dispositive per viam ultimæ voluntatis, ib. n. 19.
In institutione hæredis nunquam comprehenduntur bona, quæ vir uxori præventive donaverat, si donatio sit inter vivos; secus si causa mortis, dec. 81. n. 12. & 13. lib. 10.
Testator disponendo per subsequens testamentum, censetur revocare omnes donationes antecedenter causa mortis factas, dec. 81. n. 15. lib. 10.
Maxime quando institutio facta sit de omnibus aliis; & singulis bonis, & hæc verificari non possit, nisi in bonis donatis, & concurrant conjecturæ, quæ comprehensionem bonorum donatorum demonstrant, ib. n. 16.
Vide verbo Donatio inter conjuges.
Donatio causa mortis cadit sub revocatione facta de ultimis voluntatibus, dec. 81. n. 1. lib. 10.
Donatio causa mortis est revocabilis usque ad ultimum vitæ spiritum, dec. 81. in 2. n. 7. lib. 10.
Adeo ut, si deinde fiat testamentum cum revocatione cæterarum dispositionum bona donata connumerentur in alio testamento, ib. n. 8.
Testator, si bona donata mortis, cum diversis vinculi legaverit absque ulla præservatione donationis, censetur illa revocare voluisse, dec. 82. in 2. n. 13. lib. 10.
Ideoque procedit, si de rata illorum disposuisset, ib. n. 14.
Per quæ verba habeatur revocatio donationis causa mortis; etiam favore uxoris stipulata, dec. 82. in 2. num. 19. & 20. lib. 10.

Donatio contemplatione Matrimonii.

Statutum volens solemnitates non habet locum in donatione facta contemplatione certi, & determinati matrimonii, dec. 9. n. 2. lib. 7.
Nec minus habet locum, si donatus sit clericus, ib. n. 3.
Donatio facta in capitulis matrimonialibus denotat matrimonium fuisse causam finalem donationis, dec. 9. n. 7. lib. 7.
In donatione facta pro sustentatione onerum matrimonialium, censetur contemplata uxor, & filii nascituri, quibus dicitur jus quæsitum, dec. 9. n. 8. lib. 7.
Donatio facta filio contemplatione certi matrimonii cum pacto expresso, quod bona donata teneatur imputare in legitimam conferri debent, dec. 13. n. 1. lib. 7.
Vide reliqua in verbo Collatio.
Solemnitates non requiruntur in donatione facta contemplatione certi, & determinati matrimonii, dec. 10. num. 13. 14. & 15. lib. 16.
Donatio quando censeatur facta intuitu matrimonii, licet in capitulis non legatur, & ex post facta fuerit, dec. 10. n. 16. lib. 6.
Donatio facta favore mulieris nupturæ est exempta solemnitatibus, dec. 10. n. 22. lib. 16.
Donatio, quæ ex mera liberalitate provenit, licet facta sit intuitu matrimonii, subjacet solemnitatibus, dec. 10 n. 24. lib. 16.
Declara, ut procedat in donatione facta a minore, vel ab alio intuitu incerti matrimonii; secus si peragatur a muliere majore contemplatione certi, & determinati matrimonii, dec. 10. n. 15. & 16. lib. 16.

Donatio inter conjuges.

Donatio particularis facta uxori non venit in restitutione fideicommissi universalis, dec. 81. n. 2. lib. 10.
Donatio facta uxori revocata non præsumitur, nisi de revocatione evidenter appareat, dec. 82. n. 3. lib. 10.
Declara, ut prædictæ conclusiones veræ sint in donatione inter vivos; secus in donatione causa mortis, dec. 82. n. 4. lib. 10.
Et præcipue, quando adsit specialis, & expressa revocatio cujuscunque donationis causa mortis, ib. n. 5. & 15.
Donatio facta uxori, si munita sit clausula, ad habendum, licet reputari non possit irrevocabilis, attamen bona in donatione comprehensa computantur extra hæreditatem donantis, dec. 82. n. 6. lib. 10.
Declara, ut hujusmodi traditio non procedat in donatione causa mortis, ib. n. 7.
Revocatio generalis, si referri non possit ad aliam donationem; quam uxoris, ex quo aliæ donationes sint revocatæ per specialem dispositionem rei donatæ, necessario illa haberi debet pro speciali, & expressa, dec. 82. n. 13. lib. 10.
Ea quæ maritus uxori donaverat, nec in ejus hæreditate, nec in fideicommisso veniunt, nisi nominatim id a testatore dictum fuerit, dec. 82. in 2. n. 9. lib. 10.
Expressio autem sufficit, si eliciatur ex conjecturis, & etiam exhibeat, quod sub generalitate verborum revocatio donationis comprehenderetur, ib. n. 10. & 11.
Ad evitandum absurdum, quod fideicommissum remaneat illusorium, accipienda est interpretatio pro inclusione bonorum in donatione favore uxoris contentorum. dec. 82. in 2. n. 18. lib. 10.
Donata per maritum uxori, nec in restitutione fideicommissi, neque in hæreditate computantur, nisi a testatore nominatim exprimantur, dec. 83. n. 2. lib. 10.
Donatio inter virum, & uxorem est de jure nulla, dec. 22. n. 3. lib. 16.
Et non solum quando in donatione cadunt bona dotalia, sed etiam, ubi comprehenduntur bona extradotalia, ib. n. 4.
Ampliatur, & nempe irritatio actus nedum procedat, si missus fuerit favore viri, sed etiam quando respicit aliam personam viri, tamen intuitu contemplatam, ib. n. 5.
Ex quibus probetur donationem fuisse factam contemplatione viri, ib. n. 6.
Quoties in donatione per mulierem emissa ad favorem viri, seu alterius, ipsius tamen viri contemplatione nulla legitima dignoscitur, causa præsumitur, quod actus processerit metu reverentiali, vel ex inordinata charitate, ib. n. 9.

Donatio inter vivos.

Donatio inter vivos non resolvitur ex cessatione causæ, ob quam facta fuit donatio, sed bona donata remanent libera penes donatarium, & ad quoscunque ejus hæredes transmittuntur, dec. 1. n. 20. lib. 7.
Donatio inter vivos est irrevocabilis, dec. 3. n. 29. lib. 16.
Maxime accedente promissione eam non revocandi, ib. n. 30.

Donatio quo ad insinuationem.

In donatione facta intuitu certi, & determinati matrimonii; non requiritur insinuatio, dec. 11. n. 8. lib. 7.
Non requiritur insinuatio in donatione facta ob causam, dec. 7. n. 29. lib. 16.
Donatio ut sustineatur, debet insinuari, dec. 20. n. 2. lib. 16.
Insinuatio probari debet ab eo, qui in ea se fundat, sive agat; sive excipiat, dec. 10. n. 3. lib. 16.

Donatio quoad Resolutionem, Revocationem, Simulationem, Inofficiositatem, Reversionem.

Bona donata ad donantem nunquam revertuntur, nisi in eo casu, in quo expressum adsit pactum reversivum, dec. 1. n. 2. lib. 7.
Donatio facta alicui, durante illius vita naturali, post obitum

non resolvitur, si donatarius stipulatus fuerit nedum pro se, sed etiam pro hæredibus, *dec.* 1. *n.* 3. *lib.* 7.

Si adsit tantum tantum, & hæredes comprehensi explicite non sint, quia bona adhuc ad donantem non revertuntur, sed ad donatarii hæredes tanquam illius successores transmittuntur, nisi expresse adsit conventio reversionis, *dec.* 1. *num.* 4. *lib.* 7.

In donatione munita clausulis denotantibus plenariam dominii abdicationem, censetur nullatenus cogitatum fuisse de reversione in casu extinctionis lineæ, & agnationis, *dec.* 1. *n.* 9. *lib.* 7.

Præsertim si fuerit prohibita quæcunque alienatio, & detractio in perpetuum, cum donatarius temporalis jus non habeat detrahendi, nec legitimam, nec Trebellianicam, *ibid. num.* 10.

Donatio cum onere perpetuæ primogenituræ non resolvitur per præmortuantiam substitutorum, sed donata transmittuntur ad quoscunque donatarii hæredes, *ib. n.* 11.

Causæ plures in donatione contemplatæ, una corruente non corruit donatio, *dec.* 1, *n.* 19. *lib.* 7.

Præsumpta voluntas, seu verisimilitudo non attenduntur ad evertendam donationem puram, & irrevocabilem, *dec.* 1. *n.* 21. *lib.* 7.

In donationibus puris, & irrevocabilibus, nec etiam reversio datur ad favorem donantis superviventis donatario, *ibid. num.* 22.

Prædicta sententia est verior, & ab ea recedi non licet, *ibid. num.* 23.

Donatio, ut revocari non possit ob filiorum supervenientiam, satis est post defectum priorum vocatorum illos substituere, *ib. n.* 24.

Ut bona donata ad donantem revertantur; pactum exigitur expressum, aliter jure transmissionis, & legis ministerio ad hæredes proveniunt, *dec.* 2. *n.* 2. *lib.* 7.

Idque procedit in quibuscunque donationibus, *ib. n.* 3.

Si sit facta donatio Titio tantum, & ejus descendentibus tantum, & sic cum dictionibus limitativis indicantibus ad oculum donationem ex volito contrahentium non excedere personam Titii, adhuc tamen si adjectum non fuerit pactum reversivum, & cogitatum de exclusione hæredum Titii in donatione non comprehensorum, eo mortuo sine descendentibus res donata non revertitur ad donantem, sed transit ad hæredes donatarii, uti venientes fortuito, & tanquam donatarii successores non tanquam vocati, & in donatione comprehensi, *dec.* 2. *n.* 6. *lib.* 7.

In donationibus puris, & irrevocabilibus defectis personis contemplatis veniunt hæredes donatarii, nisi fuerit adjectum pactum reversivum. Secus in legatis, fideicommissis, & aliis per ultimam voluntatem dispositionibus, *ibid. n.* 10. & 11.

Donationes puræ nec ex deficientia personarum contemplatarum, neque ex cessatione causæ finalis resolvuntur, sed bona donata ad hæredes donatarii transmittuntur, *dec.* 2. *n.* 13. *lib.* 7.

Ne bona donata ad hæredes donantis, vel ad ipsum donantem revertantur, non requiritur, quod hæredes donatarii contemplentur, sed sufficit, quod illorum facta non sit exclusio, *ibid. n.* 14.

In donationibus dictio, ad vitam naturalem tantum, non importat pactum reversivum, nec operatur, quod per obitum donatarii bona donata ad donantem revertantur, sed transmittuntur ad hæredes donatarii, *ib. n.* 15.

Dictiones limitativæ in donationibus puris censentur adjectæ ad explicandam personam contrahentis, non ad limitandum contractum, & dicuntur stare demonstrative, non taxative: hæc enim est differentia inter materias indifferentes, & alias de sui natura perpetuas, & transmissibiles ad hæredes, *ibid. num.* 16.

In donationibus, ubi adest acceptatio pro hæredibus etiamsi donationis verba sint personalissima, vel restricta, adhuc transmissio non excluditur favore hæredum, de quibus mentio facta est, etsi concepta sit donatio pro vita durante donatarii, *ib. n.* 17.

Donatio licet primario concepta pro unoquoque, & comprehensis, si postea subsequatur copulativa acceptatio interesse quomodolibet habentium, verificari non potest, nisi in hæredibus donatarii per illam mentionem habentium, *ibidem n.* 18. & 19.

In donatione, si sint vocati alii cum ordine primogenituræ, mentio vitæ primi donatarii non censetur adjecta ad limitandam donationem, eamque faciendam temporalem, sed in gratiam substitutorum, *ib. n.* 20.

Pactum reversivum in uno casu trahi non debet ad alium, *dec.* 9. *n.* 9. *lib.* 7.

Testator disponendo de re donata, censetur voluisse donationem revocare, *dec.* 83. *n.* 6. *lib.* 10.

Ut autem voluntas prædicta credenda sit, exigitur, quod omnia bona donata in dispositione comprehenderit, cum alias donatio nova dicatur saltem expressis, non autem in reliquis non nominatis, *ib. n.* 7.

Declare, ut prædicta vera sint ad effectum concludendi plenam probationem; secus si induci prætendatur conjectura, pro qua sufficit etiam dispositio de aliquibus bonis ex illis donatis, *ibid. n.* 8.

Simulata dicitur donatio, quando quis post donationem continuat in possessione rei donatæ, *dec.* 10. *n.* 17. *lib.* 12.

Dos.

Vide verbo *Fundus dotalis*; *Administrator*; *Curator*, *Solvens*, *Solutio*, *Vir*.

Dos ex bonis fideicommissariis tantummodo in subsidium detrahi potest, *dec.* 14. *n.* 11. *lib.* 10.

Pro dote competit actio contra quemlibet ex hæredibus in solidum, *dec.* 2. *n.* 8. *lib.* 5.

Contrarium tenent multi Doctores, *ib. n.* 10.

Causa dotis respicit publicam utilitatem, *dec.* 20. *num.* 10. *lib.* 7.

Dos uni socio soluta, est detrahenda ex bonis communitatis possessis, *dec.* 30. *n.* 1. *lib.* 7.

Etiam si non constet conversam fuisse in communem consociorum utilitatem, *ib. n.* 2.

Dos detrahitur a fideicommisso tantum in subsidium, *dec.* 31. *n.* 8. *lib.* 7.

Pro dote non datur retentio, si creditum remanserit illiquidum ex distractionibus, & perceptione fructuum e bonis certis, *dec.* 31. *n.* 8. *lib.* 7.

Dos post obitum mulieris filiis superstitibus defertur, *dec.* 34. *n.* 2. *lib.* 7.

Constitutio dotis facta per patrem non reputatur pro legitima causa, ut filia renunciationis actum expleat, *dec.* 34. *n.* 8. *lib.* 7.

Confessio solutionis dotis adminiculata probat nedum contra confitentem, sed etiam contra illius creditores, *dec.* 34. *n.* 10. *lib.* 7.

Confessio de recepto facta a viro, constante matrimonio, non concludit veram dotis numerationem, *dec.* 42. *n.* 2. *lib.* 8.

Fallit, si concurrant conjecturæ pro veritate confessionis, *ib. num.* 3.

Præcedens promissio dotis facit præsumere veritatem confessionis de recepto, *ib. n.* 4.

Item nobilitas uxoris, *ib. n.* 5.

Item verificatio confessionis in parte, *ib. n.* 6.

Traditio dotis probatur ex enunciativis incidenter emissis, *dec.* 42. *n.* 8. *lib.* 8.

Statutum urbis in *cap.* 85. tribuit pro dote viam executivam contra tertios, *ib. n.* 15.

Ex dotis privilegio evictis bonis in solutum datis agi potest ex primævis juribus, *dec.* 46. *n.* 16. *lib.* 8.

Pro dote in subsidium competit actio super bonis fideicommisso obnoxiis, *dec.* 8. *n.* 9. *lib.* 9.

Declaratio facta, quod pars dotis fuerit scripta ad majorem honorificentiam, non importat recessum a præcedenti promissione, sed patefacit veritatem, & ideo valet, & servari debet, *dec.* 15. *n.* 1. *lib.* 9.

Præsertim, si declaratio sit adminiculata ex geminatione actuum ex sagacitate viri, & solito tradendi dotem aliis filiabus unus petit, *ib. n.* 2.

Servatis declarationis, quod pars dotis sit ad pompam, reputatur factum individuum, *ib. n.* 9.

In materia dotali præsumptiones, & indicia admittuntur, *dec.* 10. *n.* 18. *lib.* 16.

Dos detrahi potest ex fideicommisso ascendentis, *dec.* 11. *n.* 3. *lib.* 16.

Ex dotis particulari privilegio potest agi insolidum, & pro tota summa etiam in actione personali contra unum ex pluribus hæredibus, *dec.* 42. *n.* 4. & 5. *lib.* 10.

Transversalis non potest cogi ad solutionem dotis a patre constitutæ, *dec.* 13. *n.* 12. *lib.* 16.

Dos subsidiaria regulatur juxta necessitatem dotandæ, *dec.* 13. *n.* 13. *lib.* 16.

Dos ex quibus præsumatur soluta, *dec.* 15. *n.* 12. *lib.* 16.

Donatio collata in tempus obitus viri admittere nequit dotis qualitatem, *dec.* 29. *n.* 4. *lib.* 16.

Actio pro consequenda dote ex bonis fideicommissariis, nedum competit filiis, & descendentibus, sed etiam creditori in hanc causam solventi, *dec.* 30. *n.* 6. *lib.* 16.

Dos detrahi non potest ex bonis fideicommisso collaterali suppositis, *dec.* 1. *n.* 1. *lib.* 6.

Dotis confessio facta a marito, constante matrimonio, non concludit ultra illius enumerationem, *dec.* 3. *n.* 2. *lib.* 6.

Secus si cum confessione concurrant conjecturæ, & adminicula veritatem confessionis suadentia, & excludentia fraudem, *ib. n.* 3.

Conjectura pro veritate confessionis dotis receptæ est instrumentum præcedentis promissionis dotis, *dec.* 3. *n.* 4. *lib.* 6.

Et qualitas mulieris nuptæ nobilis, & dotis ejus conditione æqualis confessatæ, *ib. n.* 5.

Conjectura etiam pro veritate confessionis dotis est, si probetur vera solutio partis illius, *dec.* 3. *n.* 6. *lib.* 6.

Dotis quantitas, & traditio probatur etiam ex enunciativis specialis dotis fauentis, *dec.* 3. *n.* 8. *lib.* 6.

Confessio authoris super dote accepta, præcipue jurata, si non agatur contra tertios, facilius probat, *dec.* 3. *num.* 10. *lib.* 6.

Pro dote ex Statuto urbis competit via executiva etiam contra tertium possessorem, *dec.* 3. *n.* 16. *lib.* 6. *ibid. dec.* 4. *n.* 1.

Amplia, etiamsi forensis illam petat in urbe, *ib. n.* 20.

Sive dotis creditum resultet ex instrumento, sive ex apoca privata, *ib. n.* 17.

Dos adventitia ad patrem non revertitur, sed in patrimonio mulieris remanet, *dec.* 7. *n.* 3. *lib.* 6.

Dos soluto matrimonio ad patrem reversa, fit paternæ substantiæ, nec ex ipsa dotales accessiones filiæ debentur, *dec. 7. n. 4. lib. 8.*

Limita, quando fuit data patre pro omni, & toto eo, & filia renunciavit, *ibid. n. 5.*

Dos e patre constituta, censetur semper profectitia, *dec. 7. n. 6. lib. 6.*

Amplia; etiam si illa assignata fuisset correspective ad legitimam, *ibid. n. 7.*

Dos a patre filiæ assignata cum simplici onere imputandi in causam legitimæ, non exuit naturam dotis profectitiæ, *dec. 7. n. 9. lib. 6.*

Secus vero, si filia, mediante dote; paternis juribus renunciavit; nam tunc dos in pretium renunciationis recepta fit adventitia, & ut propria filiæ ad patrem non redit, *ib. n. 10.*

Renunciatio jurium paternorum operatur, ut dos in pretium renunciationis recepta, censeatur subrogata in locum bonorum renunciatorum, & sic exuat naturam dotis profectitiæ, *dec. 7. n. 14. maxime n. 15. lib. 6.*

Stipulatio restitutionis dotis facta favore filiæ, arguit dotem esse adventitiam, & propriam filiæ, & omne jus a patre remissum fuisse, *dec. 7. n. 16. lib. 6.* Amplia, *ut ib. n. 17.*

Impositio dotis in legitimam nepotum e patre volita, arguit voluntatem patris, ut in legitimam filiæ imputetur, *dec. 7. n. 18. lib. 5.*

Si filia, mediante dote legitimæ paternæ renunciavit, dos evadit pretium legitimæ renunciatæ, *dec. 7. n. 19. lib. 8.*

Etiamsi renunciationi inesset reservatio aliorum jurium, *ibid. num. 20.*

Sine dote, & sine alimentis filia remanere non debet, *dec. 7. n. 21. lib. 6.*

Doti congruæ nunquam censetur renunciatum, nisi expresse, vel saltem ex verbis id præseferentibus eliciatur, *dec. 12. n. 2. lib. 6.*

Renunciatio congruæ dotationis censetur ficta, ex quo fuit pro dote recepta quantitas, & facta renunciatione per *qualsivoglia altra causa*, *dec. 12. n. 8. lib. 6.*

Dos non est substantia matrimonii, & potest sine illa contrahi, *dec. 12. n. 14. lib. 6.*

Dotans, dotare.

Vide verbo *Administrator*, *Curator*, *Solvens*.

Filius dotem sorori constituendo, non dicitur propriam explere liberalitatem, sed explere munus paternum, *dec. 6. n. 14. lib. 9.*

Dotis fructus.

Fructus dotis naturam legitimæ assumentis debentur etiam soluto matrimonio, *dec. 36. n. 1. lib. 8.*

Declara, ut conclusio vera sit, si pater filiam prædecesserit, secus e contra, *ib. n. 2. 3. & 4.*

Amplia secundum partem declarationis, licet pater ipse dotem constituerit pro omni eo, quod filia prætendere posset, *ib. n. 8.*

Fructus, quos vir percepit ex usufructu in dotem constituto, non reputantur pars dotis, & dissoluto matrimonio restitui non debent, *dec. 9. n. 1. lib. 16.*

Ducatus.

Ducatus aureus quanti valuerit, vide *dec. 49. n. 6. lib. 13.*

Valor ducati quomodo regulatur, *dec. 52. n. 4. lib. 13.*

Ducatus aureus de Camera calculatur in Juliis sexdecim, *dec. 58. n. 3 lib. 13.*

Ducatus aureus de Camera constituitur ex uno scuto aureo, & in uno Julio, *dec. 60. n. 1. lib. 13.*

Valor extrinsecus ducati pendens ex facto privatorum, eo autem casu est attendendus ad sustinendam, vel irritandam reservationem pensionis, si promissa fuerit æstimatio seu pretium; secus si ipsi ducatus sint in obligatione, *dec. 62. n. 1. 2. 3. 4. & 5. lib. 13.*

Reservatum pensionis in tot ducatis, isti dicuntur esse in obligatione, *dec. 62. n. 2. lib. 13.*

Ducatus aureus de Camera, seu Cancellariæ; unum, & idem est, *dec. 37. n. 2. lib. 15.*

Juxta taxam antiquam ducatorum, qui valebant Julios undecim pro quolibet, augmentum cambio correspondebat, *ib. n. 4.*

Taxa ducatorum, respectu insularum adjacentium Italiæ, intelligi debet juliorum 11. *ib. n. 6.*

In causis vero ultra montes, juliorum duodecim, *ib. n. 7.*

E

Ecclesia.

Vide etiam in verbo *Proximior*.

Ad effectum transigendi super juribus Ecclesiæ exigitur justa causa, & Beneplacitum Apostolicum, *dec. 2. n. 17. lib. 11.*

Ecclesiæ sunt reparandæ ex eleemosynis, & Parochi, ac populi contributione, *dec. 5. n. 14. lib. 13.*

Ecclesiæ non interest, an præsentatio potius fiat in unum, quam in alium, *dec. 6. n. 11. lib. 13.*

Ecclesia est omnium civium superior, *dec. 6. n. 10. lib. 13.*

Omnes Ecclesiarum divisiones, & erectiones de jure factæ censentur, non immutato statu unionis, & sine illius præjudicio, *dec. 34. n. 13. 14 & 15. lib. 3.*

Ministri Ecclesiæ non possunt efformare observantiam ipsi Ecclesiæ præjudicialem, recipiendo minorem pensionem, quam debetur, *dec. 48. n. 4. lib. 13.*

Ecclesia potest, omissis proximioribus, extraneos investire, quando extraneus offert meliorem conditionem, *dec. 10. n. 16. lib. 4.*

Ecclesia matrix.

Ecclesia Matheranensis habet diœcesim separatam ab Ecclesia Acheruntina, *dec. 11. n. 1. lib. 3.*

Et ante unionem ejusdem Ecclesiæ factam Metropolitanæ Acheruntinæ, habebat propriam diœcesim, *ib. n. 2.*

Ecclesia Parochialis.

Ad Ecclesiam Parochialem tantum spectabat de jure antiquo jus sepeliendi, *dec. 7. n. 15. lib. 14.*

In primitiva Parochialium divisione fuit assignatum territorium, populus, & cœmeterium, *ib. n. 16.*

Ecclesiæ non Parochiales, etiamsi essent Monachorum, & Regularium, non poterant antiquitus sepelire, nisi proprios Monachos, *ib. n. 18.*

Et jus tumulandi illos, qui sepulturam in eis eligerent, non quæsierunt de jure communi, sed ex privilegio, *ib. n. 19.*

Ecclesiasticus.

Vide verbo *Clericus*.

Persona Ecclesiastica præsumitur abhorruisse illegitimos; & descendentes ab eis, *dec. 17. n. 15. lib. 13.*

Qualitas Ecclesiastica est nobilior, *dec. 33. n. 1. lib. 13.*

In parvis alienationibus rei Ecclesiasticæ requiritur consensus Ordinarii, *dec. 33. n. 7. lib. 13.*

In majoribus requiritur Beneplacitum Apostolicum, *ib. n. 20.*

Vide quoque in verbo *Res Sacra*.

Ecclesia, Campanile, & Hospitale sunt signa dubia ad cognoscendam Ecclesiasticitatem, nisi prius constet Ecclesiam esse principalem, cætera vero accessoria, *dec. 33. n. 20. lib. 13.*

Ecclesiastici non ligantur Statutis laicorum, *dec. 3. num. 16. lib. 16.*

Personæ Ecclesiæ non semper assistunt parlamentis ut Ecclesiasticæ, sed ut habentes temporalem jurisdictionem, *dec. 4. n. 7. lib. 16. & dec. 5. n. 10. lib. eadem.*

Ecclesiastici uti possunt Statutis sæcularibus per modum privilegii, *dec. 4. n. 14. & dec. 5. n. 13. & 16. lib. 16.*

Vide quoque in verbo *Statutum*.

Electio.

Jus eligendi spectat ad illum, cujus intuitu factum est legatum, *dec. 19. n. 3. lib. 13.*

Electio non facta capitulariter per omnium vota non sustinetur, *dec. 1. n. 1. lib. 10.*

Electionem non sufficit fieri a Capitularibus nisi etiam fiat ab eis capitulariter congregatis in loco destinato, *dec. 1. num. 1. lib. 10.*

Electio potest fieri a minori parte, quando major pars Capitularium voluntarie recessit a Capitulo, dummodo Capitulum fuerit legitime convocatum; secus si pro aliis negotiis congregatum fuit, *dec. 1. n. 5. lib. 6.*

Emphyteusis.

Si in concessione emphyteusis prohibita fuerit alienatio cum clausula, & non aliter, aliter, nec alio modo, non potest hypothecari nec ipsa commoditas percipiendi fructus, *dec. 10. n. 5. lib. 8.*

Emphyteusis propria ad dominum non revertitur, nisi in concursu fisci hæredis non veri, sed anomali, *dec. 12. n. 12. lib. 8.*

In concessione similis emphyteusis, si appositum fuerit pactum; ne ulla prorsus obligatione imprimi possit nec super commoditate percipiendi fructus, eo casu ista sub hypotheca non cadit, licet non agatur in præjudicium domini concedentis, *dec. 10. n. 11. lib. 8.*

Datio in emphyteusim, de prima tantum investitura prædicari valet, *dec. 5. n. 15. lib. 1.*

Contractus, cessante originario instrumento concessionis, non præsumitur emphyteuticus, sed censualis, vel consimilis speciei, *dec. 9. n. 1. lib. 4.*

Solutio promiscue facta pro canone, censu, vel annua responsione excludit emphyteusim, cum canon, & census sint synonyma, & canon accipiatur pro censu, *dec. 9. n. 2. lib. 4.*

Emphyteusis cessat in re pluries vendita irrequisito domino, & sine solutione laudemii, *dec. 9. n. 4. lib. 4.*

Enunciativæ simplices super emphyteusim illam non probant; *dec. 9. n. 6. lib. 4.*

Probant, si sint emissæ in originario instrumento concessionis secus in recognitione, & solutione annuæ præstationis; *ib. n. 7.*

Ex possessione rei capta pro juribus dotis propriæ uxoris non insurgit probatio, quod talis res habita fuerit pro emphyteutica, *dec. 9. n. 9. lib. 4.*

Contractus non præsumitur emphyteuticus ex modicitate responsionis, si adsint urgentiora adminicula pro non emphyteusi, *dec. 9. n. 10. lib. 4.*

Et ex eo, quod potuit a principio pro contractu solvi notabilis summa, *dec. 9. n. 11. lib. 4.*

Emphyteusis pro se, & filiis masculis est pactionata, *dec. 12. n. 7. lib. 4.*

In emphyteusim pactionata defertur successio jure sanguinis, & independenter a qualitate hæreditaria, dec. 10. n. 11. & 14. lib. 4.
Et in ipsa præferendus est proximior ultimi defuncti, dec. 10. n. 9. & 16. lib. 4.
Ita ut res regulanda sit adinstar successionis ab intestato, dec. 10. n. 20. & 27. lib. 4.
Facta translatione emphyteusis in aliquem stipitem pro renovatione non attenditur amplius stipes primorum acquirentium, sed illa est facienda proximioribus illius, in quem facta fuit translatio, dec. 10 n. 21. lib 4.
Amplia, quando mutatum fuit genus personarum, nempe de masculino in fœmininum, ibid. n. 28.
Emphyteusi concessa pro se, filiis, & nepotibus masculis, comprehendit solum agnatos, dec. 10 n. 19. lib. 4.
Contra quod cessantibus aliis conjecturis sola expressio masculinitatis dantaxat arguat prædilectionem sexus masculi, ibid. num. 31.
A fideicommisso ad emphyteusim valet argumentum, dec. 10. n. 32. lib. 4.
In emphyteusi Ecclesiastica pro filiis, & nepotibus veniunt tantum masculi, dec. 10. n. 33. & amplia, ut n. 34.
Emphyteusis, ubi fuit ingressa unam lineam, ex ea non egreditur nisi ea evacuata, dec. 10. n. 42. lib. 4.
In emphyteusi agnatitia, agnati unius lineæ semper excludunt fœminas alterius lineæ, dec. 10. n. 43. lib. 4.
Defecta familia agnatitia, pro qua data fuit emphyteusis, hæc assumit quandam naturam emphyteusis hæreditariæ adinstar patronatus gentilitii, dec. ea. n. 44. lib. 4.

Emphyteuta.

Emphyteuta non potest onus infigere bonis emphyteuticis in præjudicium concedentis, dec. 10. n. 4. lib. 8.
Emphyteuta tenetur solvere laudemium in distractione bonorum emphyteuticorum, tum de jure, tum de consuetudine, dec. 5. n. 10. lib. 1.
Ac proinde conventio solvendi laudemii in certis casibus, intelligenda non est pro bonis servandis, & emphyteuticis, sed tantum pro bonis francis, & liberis, ibid. n. 11.
Subemphyteuta ex alienatione fundi in subemphyteusim recepti non debet solvere laudemium domino superiori, & mediato, sed domino directo, particulari, & immediato, dec. 5. n. 80. lib 1.

Emphyteutica.

Bona emphyteutica ad dominum libera redire debent; dec. 10. n. 7. lib. 8.
Quando per longissimum tempus bona emphyteutica remanserunt in una linea, intrat præsumptio divisionis, quæ in aliquibus casibus non præjudicat comprehensis in antiqua investitura, dec. 10. n. 46. & 47. lib. 4.
Sicut & remissio juris ex antiquis investituris competentis, ib. n. 48.
Bona emphyteutica, quando sunt devoluta ad mensam Episcopalem, regulariter possunt ab illa retineri, & emmensari, dec. 12. n. 1. & 7. lib. 4.
Bonorum emphyteuticorum sterilitas probatur a principio ex antiquis instrumentis, ex quibus apparet de modicitate pretii, quo tunc vendebantur, & de augmento post meliorationem, ibid. n. 31.
Emphyteusi devoluta ad Ecclesiam ob finitam lineam masculinam, renovatio de æquitate debetur fœminæ proximiori, ib. n. 37. Vide in verbo *Renovatio*.

Emptio.

Emptiones fiunt prævia perquisitione tituli; ex quo bona pertinent ad venditores, dec. 37. n. 6. lib. 8.

Emptor.

Emptor ex novi oneris agnitione in re empta reperti consequitur a venditione relevationem actione ex empto, vel quanti minoris, dec. 15. n. 12. lib. 7.
Emptor agere potest pro liberatione a molestiis ob simplicem avocatam detentionem, quoties evictio promissa fuit, tam in judicio petitorio, quam possessorio, dec. 45. n. 3. lib. 8.
Vide in verbo *Evictio*, verbo *Molestia*.
Emptor pro damnis, & interesse ex causa evictionis agere potest nedum contra venditorem, sed quoque adversus fidejussorem, dec. 45. n. 4. lib 8.
Ac etiam contra tertium, qui bona venditoris, aut fidejussoris acquisivit post factam venditionem, licet acquisitio secuta fuerit ante evictionem, ibid. n. 5.
Emptor imminente evictione rei emptæ potest, ad se eximendum ab illa, voluntarie in solutum creditori assignare proprium prædium, & a venditore, seu fidejussore repetere non solum pretium, sed etiam fructus, extrinsecos, quos emptor ex prædio percepisset, dec. 45. n. 9. lib. 8.
Aut valet præveniendo evictionem dimittere creditorem, & a venditore pretium solutum cum damnis, & interesse pro suis extrinsecis repetere, ib. n. 10.
Et si ad dimittendum creditorem pecunias sub usuris receperit, ad illas venditor compellitur, ib. n. 11.
Maxime si in obligatione evictionis promissa fuerunt quæcunque damna, & interesse, ib. n. 12.

Ens.

Non entis nullæ sunt qualitates, dec. 118. n. 16. lib. 10. & dec. 25. n. 14. lib. 9.

Enunciativa.

Enunciativa probat contra enunciantem, & causam ab eo habentem, dec. 6. n. 7. lib. 5. dec. 13. n. 8. lib. 9. & dec. 48. n. 6. lib. 13.
Verba enunciativa dispositionem non inducunt, dec. 25. num. 5. lib. 7.
Eoque magis, si sint verba, quæ ad propositum dispositionis non faciunt, ib. n. 6.
Enunciativa nihil probat, ubi principaliter dubitatur de enunciato, dec. 5. 14. lib. 13.
Enunciativæ valde attenduntur in re antiqua, decis. 7. num. 8. lib. 13.
Enunciativa emissa ad suggestionem partis non præjudicat tertio, dec. 7. n. 10. lib. 13.
Præsertim quando in contrarium stant adminicula, ib. n. 13.
Enunciativa habens contra se observantiam, nihil probat, dec. 31. n. 9. lib. 13.
Enunciatio unica, etiam Papæ, licet in antiquis; & præjudicialibus non probat, tamen facit præsumptionem, dec. 12. n. 4. lib. 3.
Enunciativæ, si sint plures, vel duæ, e diversis personis emanatæ, in antiquis plene probant, ib. n. 5.

Episcopus.

Non præsumitur, quod Episcopus, si Ecclesia non esset patronalis, diu stetisset ad illius vendicandam libertatem, dec. 3. n. 5. lib. 13.
Episcopus non potest Ecclesiam patronatam Monasterium assicere, dec. 4. n. 15. lib. 13.
Episcopus nec etiam de consensu patroni potest erigere in beneficium Capellaniam a testatore relictam cum qualitate laicalitatis, dec. 5. n. 15. lib. 13.
Episcopus de jure dicitur tutor, & administrator seminarii, dec. 48. n. 12. lib. 13.
Adeo ut, si seminarium aliquod præjudicium recipiat, ab Episcopo est emendandum, ib. n. 13.
Episcopus tenetur pro fabricæ indigentiis expendere quartam partem redituum mensæ Episcopalis, dec. 3. n. 12. lib. 14.
Episcopus de causis suæ mensæ cognoscere potest, dec. 1. n. 1. lib. 3.
Maxime si de eis cognoscere consueverit, ib. n. 2.
Episcopus potest præscribere jurisdictionem, alteri ex privilegio competentem, dec. 1. n. 11. lib. 3.
Consuetudo potest acquirere jus cognoscendi causas; in quibus de ejus proprio interesse agitur, dec. 1. n. 12. lib. 3.
Cardinalis nepos, asserens de mandato Summi Pontificis Vicarium Episcopi esse conservatorem jurium Episcopalium, probat ejusdem Vicarii jurisdictionem, juncta observantia, & usu, dec. 1. n. 13. lib. 3.
Vicarius Episcopi tanquam ipsi subjectus non potest esse conservator, dec. 1. n. 15. lib. 3.
Vicarius Episcopi non cognoscit de causis mensæ tanquam conservator, sed ex nativa jurisdictione ex competenti, ibid. num. 16.
Episcopus potest implorare auxilium brachii sæcularis sine ulla suæ jurisdictionis detrimento, dec. 1. n. 18. lib. 3.
Episcopus Palentinus habet cum Capitulo alternativum exercitium nominationis, & alia jura, dec. 2. n. 1. lib. 12.
Potestas congregandi Synodum, & Concilium, est maximum argumentum Episcopalis dignitatis, cum illa competat solum habentibus territorium liberum, & populum sibi plene subjectum, dec. 9. n. 35. lib. 3.
Episcopus si tentavit turbare Abbatem in sua jurisdictione, & postea destitit, id comprobat, quod vere Abbati jurisdictio competebat, dec. 9. n. 35. lib. 3.
Episcopus Herbipolensis de anno 1576. ejecit Abbatem Fuldensem, universamque Abbatiam occupavit; sed de anno 1602. ex Imperiali sententia, & authoritate Summi Pontificis Abbas fuit restitutus, ib. n. 43.
Episcopatus Herbipolensis fuit erectus, & stabilitus de anno 751. & non erat adhuc in esse tempore Sancti Kiliani, ib. n. 3. & 4.
Ad fundationem novi Episcopatus quænam requirantur, ibid. num. 5.
Episcopo quando est prohibitum, ne in Monasterium ullum actum jurisdictionis exerceat, non redditur Monasterium acephalum, sed integra jurisdictio censetur concessa Abbati, ib. n. 26.
Episcopus si egit contra Abbatem pro recuperandis decimis aliquibus locis ab isto occupatis, id magis comprobat Abbatis jurisdictionem, ib. n. 66.
Episcopus in tota sua diœcesi habet intentionem fundatam pro omnimoda jurisdictione, tam ordinaria, quam voluntaria, in causis civilibus, & criminalibus, dec. 13. n. 1. lib. 3.
Episcopus extra visitationem tenetur procedere in causis Capitularium cum duobus adjunctis a Capitulo eligendis, ib. n. 2.

Epi-

Episcopus an teneatur in terminis juris communis requirere consilium, seu consensum Capituli in causis criminalibus, & correctoriis, est opinio inter Doctores satis controversa, ibidem n. 6.
Episcopus suam jurisdictionem exercere debet in delictis gravibus, quando proceditur in figura judicii, ibid. n. 13.
Episcopus habet assistentiam juris super jurisdictione in tota diœcesi, ibid. n. 20.
Confessio Episcopi, vel alterius Prælati non attenditur in præjudicium Ecclesiæ, dec. 12. n. 11. lib. 4. Limitatur, quando confessio est facta maturo consilio in calore judicii, vel est adminiculata, n. 12.
Episcopus cogitur bona iterum concedere in emphyteusim, quoties concurrit immemorabilis consuetudo renovandi, ibid. numer. 6.
Episcopus præsumitur conscius, & informatus de rebus ad suam Ecclesiam spectantibus, dec. 10. n. 6. lib. 14.

Epistola.

Epistola reperta penes scribentem, & penes illum, cui conscribebantur, penitus attenditur, dec. 9. n. 108. lib. 3.

Equites.

Equites Sancti Stephani dicuntur solum improprie religiosi; dec. 4. n. 11. lib. 11.
Equites Hierosolymitani sunt religiosi, dec. 39. n. 16. lib. 13.
Vide reliqua in verbo *Miles*, &c.
Equites Lauretani sunt pensionum capaces, dec. 76. num. 16. libr. 13.
Amplia, etiam si non detulerint signum crucis; ibid. n. 17.

Error.

Error non præsumitur ab allegante probandus; dec. 9. n. 16. lib. 4. & dec. 38. n. 19. lib. 13.
Error est concludenter probandus per argumenta univoca, & concludentia, dec. 17. n. 11. lib. 6. & dec. 74. n. 12. lib. 10.
Error Notarii non præjudicat partibus, dec. 18. n. 3. lib. 8.
Error excluditur ex longævo cursu temporis, dec. 74. num. 13. lib. 10.
Eoque magis ex scientia habita actus, in quo prætenditur fuisse erratum, ibid. n. 14.
Nec non ex relatione illius, ibid. n. 15.
Erroris, seu ignorantiæ præsumptio excluditur, si actus sint geminati, dec. 74. n. 17. lib. 10.
Ad probandum errorem requiruntur concludentissimæ probationes, & tales, ut ad nullum alium sensum inflecti possint, & semper in dubio pro illius exclusione est pronunciandum, decis. 76. n. 14. lib. 10.
Inverisimile est, quod in transactione stipulata cum cognitione juris consultorum potuerit esse error, ibid. n. 16.
Quoties constat de aliqua causa, licet apparenti, error semper excluditur, & sola sufficit possibilitas in contrarium, ibid. numer. 15.
Error profert defectum consensus, dec. 76. n. 21. lib. 10.
Ad exclusionem erroris sufficit possibilitas in contrarium, decis. 33. n. 30. lib. 13.
Ad probandum errorem per eum, qui contra se retinet juris præsumptionem, & inverisimilitudinem, concludentes exiguntur præsumptiones, dec. 51. n. 3. lib. 13.
Modicus error in peritia vitiatur, & non vitiat, dec. 25. n. 16. lib. 16.

Evictio.

Ob evictionem passam quis potest repetere solutum ad rem recuperandam, si ei sit promissa relevare in casu evictionis, dec. 10. n. 1. lib. 7.
Evictio non debetur, si contrahens sciverit rem non esse debitis obnoxiam, ibid. n. 6.
Ut debeatur evictio, requiritur vera abdicatio, ac realis, & effectiva avocatio ratione dominii, & proprietatis, ibid. n. 8.
Secuta tamen avocatione detentionis rei, potest agi pro liberatione a molestiis, si contrahens teneri voluerit etiam ex causa molestiarum, ibid. n. 9.
Vide verbo *Molest.a.*
Evictio, seu indemnitas non præstatur; si venditor non fuerit interpellatus, dec. 10. n. 3. lib. 7.
Interpellatio venditoris debet esse requisitoria ad defendendam causam, ibid. n. 4. vide n. 6.
Interpellatio a venditore non impugnata, semper præsumitur facta ad excitandum pro litis defensione, ibid. n. 6. & 7.
Interpellatio venditoris excitatoria suppletur ex illius juramento præstito in contractu venditionis, dec. 16. n. 9. 10. & 11. lib. 7.
Conclusio eo magis admittitur, si juramentum ordinatum fit præstitum super simplici contractu venditionis, sed præcise super promissa relevatione indemnitatis emptoris, ibid. n. 12.
Quem de evictione tenet actio, repellit exceptio, dec. 15. n. 10. lib. 8.
Evictis bonis in solutum datis, statim commissa dicitur stipulatio agendi ex primævis juribus in eum casum conventa, dec. 46. n. 1. lib. 8.
Evictionis actio non datur, quando avocata fuit simplex possessio in judicio Salviani, dec. 46. n. 10. lib. 8.
Limita, si obligatio de evictione promissa fuerit in quocunque judicio petitorio, & possessorio, ibid. n. 11.
Ex dotis privilegio evictis bonis in solutum datis, agi potest ex primævis juribus dec. 46. n. 16. lib. 8.
Evicta re, per quam extinguitur debitum, reviviscunt hypothecæ contra debitorem, ejusque fidejussores, & agitur ex jure primævo, dec. 51. n. 1. lib. 8.
Vide quoque in verbo *Hypotheca*.
Venditor tenetur reficere damnum pro evictione emptori secuta, dec. 11. n. 1. lib. 9.
Evictio, quæ ex natura rei sequitur, non præstatur, decis. 11. n. 4. lib. 9.
Limita, si casus evictionis opinari non potuit, ibid. n. 5.
Minusque admittitur, si evictio ex quacunque causa promissa fuerit, ibid. n. 6.
Pro rebus uni ex cohæredibus prælegatis ab altero non præstatur evictio, dec. 11. n. 12. lib. 9.
Limita primo, si evictio promissa fuerit cum obligatione camerali, ibid. n. 13.
Limitatur secundo, ut non procedat conclusio in prælegato consistente in certa re, & specie secundum substantiam, & exactionem; secus e contra, ibid. n. 14.
Limitatur 3. si etiam favore alterius cohæredis adsit recompensatio, ibid. n. 15.
Limitatur 4. si contraria concurrat testatoris voluntas, ibid. numer. 16.
Obligatus de evictione, ultra restitutionem pretii evictæ tenetur ad omne id, quod interest rem evictam non fuisse, dec. 18. n. 1. lib. 5.
Et præcipue tenetur ad fructus, quos emptor percepisset, ibid. n. 2. & 6.
Et pro eis datur remedium possessorium, si evictio promissa fuerit sub hypotheca bonorum, ibid. n. 3.
Ab eo autem die iidem fructus debentur, quo evictio secuta fuit, ibid. n. 4.
Si fructus petantur ut accessorii ad aliquod subjectum, sive tanquam appendices rei in judicium deductæ, non debentur, nisi a die motæ litis; si vero petantur tanquam sors principalis, & principaliter debita, condemnatio fit ante motam litem, dec. 18. n. 5. l. 15.
Fructus legatorum non debentur, nisi a tempore motæ litis, decis. 18. n. 7. Declara, ut n. 8. l. 15.
Quando fructus petuntur tanquam sors, opus non est inquirere, an intercesserit bona, vel mala fides, dec. 18. n. 9. lib. 15.

Exactio, Exactor.

Exactio pecuniæ probatur ex confessione debitoris, dec. 2. n. 5. lib. 5.
Probatur etiam ex mandato de consignando, & erogatione facta in aliqua causa, ibid. n. 6.
Exactor tenetur de proprio ad restitutionem rei exactæ, dec. 35. n. 2. lib. 8.
Exactio facta titulo crediti, referri non potest ad titulum hæreditarium, dec. 6. n. 10. lib. 9.
Res difficilis exactionis excuti non debet, decis. 35. numero 6. lib. 15.

Exceptio.

Nemo admittitur ad allegandam exceptionem, quæ non ipsi, sed tertio competit, dec. 3. n. 11. lib. 7. & dec. 4. l. 12.
Exceptio firmat regulam, dec. 6. n. 13. lib. 12.
Exceptio de jure tertii allegari non potest, dec. 3. n. 10. lib. 14. dec. 2. n. 23. lib. 13. & dec. 5. n. 16. lib. eodem.
Exceptio probari debet per allegantem, dec. 26. n. 11. lib. 14.
Exceptiones aptæ ad rejiciendum cedentem validæ reputantur ad excludendum cessionarium, dec. 18. n. 3. lib. 7.
Exceptiones, quæ authori competebant, competunt quoque successori, dec. 10. n. 6. lib. 8.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem, non retardant executionem obligationis Cameralis, dec. 18. n. 10. lib. 8.
Exceptio certæ rei denotat comprehensionem aliarum, decis. 18. in 2. n. 11. lib. 8.
Exceptio serotine deducta non attenditur, decision. 45. num. 15. lib. 8.
Exceptio defectus deputationis curatoris hæreditati jacenti non attendit adversus sententiam latam citatis, & defendentibus creditoribus hæreditariis, ac in judicatum transactam, dec. 6. n. 3. lib. 9.
In discussione boni juris nedum proponi valent exceptiones summariæ, sed etiam illæ, quæ altiorem requirunt indaginem, dec. 8. n. 20. lib. 9.
In obligationibus exceptuatio unius casus firmat regulam pro obligatione in omnibus aliis casibus præter exceptuatum, dec. 11. n. 3. lib. 9.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur judicio executivo, dec. 11. n. 17. lib. 9.
Exceptio præsumptionis consumptionis ex defectu inventarii, & alienatione desumpta, nequit allegari adversus tertium possessorem, dec. 38. n. 22. lib. 10.
Exceptio, & reservatio operatur comprehensionem aliorum non reservatorum, dec. 75. n. 5. lib. 10.
Exceptio, quæ calumniosa, & serotina convincitur, admitti non debet, dec. 36. n. 8. lib. 13.
Exceptio mandati procuræ non opposita in præcedentibus instantiis, si deinde opponatur in eis, non attenditur, decis. 45. n. 10. lib. 13.
Exceptio serotina attendi non debet, dec. 47. n. 12. lib. 13.
Exceptio illiquida non valet retardare judicium, dec. 24. n. 16. lib. 15.

Excep

Exceptio dubia impedire non potest immissionem, *dec. 13. n. 22. lib. 16.*

Exceptio magna, & relevans, si vere fuisset, tandiu pars non distulisset illam proponere, *dec. 11. n. 8. lib. 2.*

Exceptio actionis favorabilior est, *dec. 2. n. 18. lib. 6.*

Excessus :

Excessus, qui tantum est in deliberatione, non in mandato, non vitiat deliberationem, *dec. 6. n. 11. lib. 5.*

Exclusio.

Vide in verbo *Fœmina.*

Exclusio filiarum testatoris, præceptum solvendi legata ex fructibus, & gravamen filii magis dilecti, demonstrant perpetuitatem fideicommissi, *dec. 38. n. 10. lib. 12.*

Excussio.

In decoctione debitoris tollitur necessitas illum excutiendi, *dec. 7. n. 17. lib. 8.*

Excuti non debet res difficilis exactionis, *dec. 35. n. 10. lib. 15.*

Creditor non tenetur excutere bona intricata, *dec. 30. num. 19. lib. 16.*

Excussio resultat ex citatione ad indicandum bona, *dec. 30. n. 10. lib. 16.*

Executio.

Executio mandati validi, & justi non debet retardari, *decis. 34. n. 1. & 2. & dec. 35. n. 6. lib. 5.*

Executiones in diebus festivis geri nequeunt, *decis. 5. numer. 3. lib. 15.*

Declara, ut conclusio vera sit in executionibus, quæ fiunt in sequelam judicii, seu sententiæ, *ibid. n. 4.*

Secus vero si sequatur nullo antecedente strepitu judiciorum, scilicet parte non citata, nec adhibita causæ cognitione, *ibid. n. 5.*

Quoties mandati excessivi facta fuit executio, non potest in gradu appellationis pro parte retractari, sed in totum est rescindenda, *dec. 15. n. 1. lib. 15.*

Limitatur in tribunali A. C., in quo de stylo mandata excessiva, quatenus executioni demandata sustinentur pro summa vere debita, *ibid. n. 2. & 6.*

Executio excessiva non retractatur in totum, si mediante deliberatione consumpta non sit, *dec. 15. n. 7. lib. 15.*

Præcipue, si res, super qua executio facta fuit, commodam patiatur divisionem, *ibid. n. 8.*

Executio dicitur cœpta per captionem pignorum, seu per primum decretum, *dec. 32. n. 7. lib. 15.*

Executio coram uno Judice cœpta, coram eodem debet terminari, *dec. 30. n. 8. & dec. 31. n. 2. lib. 15.*

Executio sententiæ pro reliquatu certo non retardatur per futuras possibiles exceptiones, *dec. 34. n. 7. lib. 15.*

Executio facta super bonis non hæreditariis debitoris non subsistit, *dec. 3. n. 11. lib. 6.*

Executio rei judicatæ per tres conformes obtentæ impediri non potest, nisi prævia in integrum restitutione illius revocationis obtenta sit, *dec. 12. n. 9. lib. 6.*

Executor :

Munus executoris expirat post implementum rei sibi commissæ, *dec. 19. n. 6. lib. 13.*

Executor præsumitur omnia ante gessisse, nisi probetur contrarium, *dec. 3. n. 8. lib. 12.*

Executor testamentarius.

Declaratio facta per executores testamentarios super dubia testatoris voluntate multum attenditur, *dec. 45. n. 9. lib. 13.*

Executor testamentarius, qui hæredis vices non obtinet, potest ad effectum exequendi voluntatem defuncti bona distrahere inconsultis hæredibus, *dec. 47. n. 1. lib. 13.*

Contrarium tenent multi Doctores, *ibid. n. 2. & 4.*

Prima opinio pro certo procedit, si pertractetur de adimplendo aliquo legato pio nedum si hæredes requisiti fuerint, sed etiam si renuntiarint, *ibid. n. 3.*

Hæcque sententia eo magis procedere, si testator designaverit bona, ex quibus opus pium fieri debeat, *ibid. n. 5.*

Testator, qui executores deputavit pro adimplendis operibus piis, censetur eidem tribuere omnem facultatem fundandi beneficium, *ibid. n. 6.*

Exemptio.

Exemptio non præsumitur, sed concludenter probari debet ab illo, qui in ea se fundat, *dec. 13. lib. 3. n. 10.*

Exemptio non potest desumi de actibus illam judicantibus, nisi altera eorum multiplicitatem concurrat scientia, & patientia Episcopi, *ibid. n. 11.*

Existentia.

Existentia alicujus, pro fundamento intentionis allegata, probari debet, *dec. 15. n. 4. lib. 10.*

Expeditionarius.

Expeditionarii negligentia in non exprimendo ea, quæ in mandato continentur, principali non præjudicat, *dec. 57. num. 9.*

Declara ut n. 10. *lib. 13.*

Expensa :

Expensæ pro paramentis; ornamentis, luminaribus; ac cæteris omnibus cultui divino necessariis venientibus, & involvuntur cum onere reparandi Ecclesiam, & ex redditu pro fabrica destinato sunt solvendæ, & habent locum etiam in plurialibus, *decis. 3. n. 1. lib. 14.*

Expensarum solutionem pro paramentis facere debent omnes; qui vigore Statuti, vel consuetudinis ad eas concurrere debent, etiam si fuisset constituta particularis administratio, *decis. 3. n. 3. lib. 14.*

Expensæ, ubi fuissent factæ, in partitis librorum in script is redactæ fuissent, *dec. 3. n. 6. lib. 14.*

Expensæ pro paramentis, & aliis similibus sunt augendæ quando id, quod confertur in opus ad id destinatum, non sufficit, *dec. 3. n. 12. lib. 14.*

Expensæ pro paramentis, & fabrica Ecclesiæ, si non sufficit id; quod debet contribuere Episcopus, & opus ad id destinatum, sunt subministrandæ per Canonicos, & Dignitates, *decis. 13. n. 3. lib. 14.*

Expensæ, quæ vivæ appellantur, reficiendæ sunt, & debentur ratione victoriæ, *decis. 17. n. 2. lib. 15.*

In Rota occasione refectionis expensarum merces advocati, & procuratoris taxatur in scutis decem pro qualibet instantia, *dec. 27. n. 2. lib. 15.*

In eisdem scutis decem non comprehenditur merces interpretis, qua separate taxatur, *ib. n. 3.*

In taxatione expensarum ratio haberi debet de mercede interpretis, *ibid. n. 4.*

Expensæ factæ in causis ultra mare, & montes ad Urbem devolutis, stylus est, ut reficiantur in ducatis de Camera, *decis. 37. n. 1. lib. 15.*

Expensæ in prædictis causis, ideo reficiebantur in ducatis auri, quia ita compensabatur fœnus, & cambium pro transvectione pecuniarum, *ib. n. 3.*

Expensæ victori reficiuntur, ne sit in damno, non autem inde lucretur, *ib. n. 9.*

Expensæ quando vel concludenter non probantur; vel patiuntur aliquam exceptionem, earum taxatio remittitur arbitrio Judicis, *ibid. n. 12.*

Expensæ in causis ultra mare, & montes reficiebantur cum augmento ducati, etiamsi ageretur de expensis factis in partibus, *ib. n. 10.*

Si succumbens expensas offerebat ante mandati relaxationem; vel expeditionem, tenebatur victor recipere monetas illas argenteas in augmento, *ib. n. 13.*

Pro expensis factis in partibus, reficiuntur tantum scuta argentea, *ib. n. 14.*

Expressio, expressum.

Quod expressum non est, censetur consulto omissum; *decis. 25. n. 7. lib. 6.*

Subsequens expressio certorum bonorum non præjudicat præcedenti universalitati, *dec. 2. n. 12. lib. 13.*

Expressio certarum specierum inducit limitationem quoad alias non expressas, *dec. 2. n. 3 lib. 2.*

Extensio.

Non est facienda extensio fideicommissi de uno genere personarum ad aliud, nisi tamen constet de voluntate fideicommittentis, *dec. 45. n. 12. lib. 10.*

Extensio non fit in materia privilegiata, & odiosa, *dec. 1. n. 6. lib. 3.*

Extinctio.

Extinctio debiti facta cum pecuniis alienis, & subingressio secundi creditoris in juribus primi, non causat liberationem fidejussoris, sed iste adhuc remanet obligatus favore creditoris, qui subingressionem reportavit, *dec. 12. n. 13. & 14. lib. 5.*

Contrarium procedit, ubi agatur de subingressione legali, vel ubi deficiat pactum, effectiva jurium translatio, vel ubi creditor anterior dimittatur cum pecuniis propriis debitoris, ita translatis, ut possit non solvere, vel demum ubi fidejussores, sive insolidum obligati accesserint contractui ad certum tempus, *ib. n. 15.*

Extraneus :

Vide *Forensis.*

F

Fabrica S. Petri.

PRivilegia; & facultas Rev. fabricæ non extendantur ultra limites piarum dispositionum, *dec. 5. n. 10. lib. 13.*

Factum.

Factum authoris impugnari non potest, *dec. 15. n. 5. lib. 9.*

Factum proprium nemo impugnare valet, *dec. 99. n. 16. lib. 10.*

Factum alienum promittens non potest excusari, quando in casum non adimplementi se obligavit de proprio, *dec. 9. n. 3. l. 6.*

Fal

Facultas.

Vide verbo *Alienatio*.

Facultas, quæ non apparet in capitulis contractus; non attenditur, *dec.* 18. *n.* 9. *lib.* 8.

Facultas disponendi pro filiis extenditur ad nepotes, *dec.* 16 *n.* 8. *lib.* 10.

Præsertim si tributa fuerit in translatione, *ib. n.* 9.

Facultas disponendi favore filiorum, si sit ampla, extenditur ad nepotes, & descendentes, *dec.* 16. *n.* 11. *lib.* 10.

Limitatur, si amplitudo verborum restricta sit cum clausulis taxativis, *ib. n.* 12. vide *n.* 13. & 14.

Facultate data disponendi de bonis fideicommisso subjectis, censetur fideicommissum in casum tantum non factæ dispositionis inductum, *dec.* 31. *n.* 1. *lib.* 10.

Ea sumenda est interpretatio, ut facultas disponendi fideicommissum non destruat, *dec.* 31. *n.* 6. & 7. *lib.* 10.

Facultas disponendi non repugnat fideicommisso, quod stat firmum, non facta dispositione, *dec.* 32. *n.* 3. *lib.* 10.

Facultas disponendi evacuatur ex subsequente prohibitione alienandi, *dec.* 33. *n.* 6. *lib.* 10.

Semper est facienda interpretatio, quod facultas alienandi, quantum fieri potest, cum fideicommisso concordet, non autem, quod destruat, & evertat, *dec.* 33. *n.* 9. *lib.* 10.

Facultas disponendi verificatur quoad gubernium, non quoad alienationem, quoties fuerit scriptum fideicommissum, *dec.* 33. *n.* 10. *lib.* 10.

Facultas disponendi quoad gubernium est compatibilis cum fideicommisso, *dec.* 32. *n.* 6. *lib.* 10.

Et a limitata facultate alienandi per viam denegatæ potentiæ, elicitur libertas disponendi post tempus. Contrarium tenent multi, *dec.* 34. *n.* 5. *lib.* 10.

Facultas alienandi si dubia sit, prævalet fideicommissum clarum, *dec.* 34. *n.* 12. *lib.* 10.

Facultas alienandi si non sit expressa, sed tacita ex dubiis congeriis, non evertit fideicommissum, *decision.* 34. *numer.* 13. *lib.* 10.

Facultas disponendi non dicitur data hæredi eo casu, quo purificetur conditio fideicommissi alteri, *decis.* 35. *num.* 14. *lib.* 10.

Facultas disponendi data fideicommisso gravato, operatur, ut possit disponere usque ad dodrantem, relicta solum quarta parte substituto, *dec.* 35. *n.* 35. *lib.* 10.

Limita, si agatur de fideicommisso universali in tota hæreditate, *ibid. n.* 36.

Facultas disponendi repugnat cum perpetuo fideicommisso, *dec.* 57. *n.* 15. *lib.* 10.

Ne plures actus subvertantur, facultas est præsupponenda, *decis.* 25. *n.* 18. *lib.* 23.

Falcidia.

Falcidia potest prohiberi etiam tacite, ne hæres illam detrahere valeat, *dec.* 25. *n.* 2. *lib.* 9.

Falcidia ex legato alicujus rei, quæ integra; vel tota est præstanda ex testatoris dispositione, non detrahitur, *dec.* 23. *n.* 2. *lib.* 9.

Ad inducendam Falcidiæ prohibitionem non sufficiunt verba significantia universalem numericam singularum rerum, quæ continentur in legato, sed exiguntur verba præseferantia integritatem illorum, cujus peculiaris expressio est necessaria pro inducenda prohibitione Falcidiæ, *dec.* 25. *n.* 3. *lib.* 9.

Declara, ut procedat, ubi verba fuissent simpliciter adjecta pluribus distinctis rebus, seu partibus ingredientibus legata singulariter; secus vero, quando non cum illis adnectitur genus aliquod, vel alia dictio universalis complexiva corporum, *ib. n.* 4.

Corpus genus est, quod de per se universalitatem importat, *decis.* 25. *n.* 5. *lib.* 9.

Etsi adjiciatur species, vel exprimantur partes simul cum verbis amalitatem præseferentibus, importat prohibitionem Falcidiæ, *ibid. n.* 6.

Maxime si verba sint geminata; *ib. n.* 7.

Verba, *acciò goda assolutamente*, concomitata cum facultate capiendi possessionem rei legatæ propria auctoritate, & absque ullo ministerio Judicis, & hæredis, important Falcidiæ prohibitionem, *dec.* 25. *n.* 9 *lib.* 9.

Clausula, omni meliori modo, in parte dispositiva apposita, arguit testatorem Falcidiam prohibuisse, *ib. n.* 10.

Præceptum, quod voluntas punctualiter exequatur, multum confert ad inducendam Falcidiæ prohibitionem, *dec.* 25. *nu.* 11. *lib.* 9.

Prout etiam aliud præceptum de non reclamando a dispositione sub pœna caducitatis contra hæredem, *ib. n.* 12.

Falsitas.

Suspicio falsitatis in civilibus demit fidem scripturæ, *dec.* 51. *n.* 6. *lib.* 8.

Falsitatis suspicio excluditur, si scriptura aliunde sit comprobata, *dec.* 7. *n.* 15. *lib.* 9.

In judicio civili sola suspicio falsitatis exuberet, ut negans sit adjudicanda, licet ex oculari tantum inspectione proveniat, *decis.* 14. *n.* 8. *lib.* 16.

Suspicio falsitatis in civilibus habetur pro vehementi probatione, *dec.* 10. *n.* 19. *lib.* 2.

Suspicio falsitatis in civilibus habetur pro falsitate, *dec.* 11. *n.* 6. *lib.* 2.

Falsitas in prima instantia non impugnata, non potest postea proponi, *dec.* 11. *n.* 7. *lib.* 2.

Fama.

Vide etiam in verbo *Testis*.

Familia.

Appellatione familiæ absque expressione cognominis veniunt tam masculi, quam fœminæ, *dec.* 3. *n.* 8. *lib.* 10.

In fideicommisso ordinato pro sola conservatione familiæ veniunt etiam fœminæ, ad differentiam fideicommissi conditi pro conservatione agnationis, *dec.* 3. *n.* 10. *lib.* 10.

Vide etiam in verbo *Fideicommissum agnatitium*.

Nomen familiæ valde reputatur equivocum, *dec.* 5. *num.* 10. *lib.* 10.

Vere, & proprie splendor, & dignitas domus, ipsaque familia per masculos, non per fœminas ampliatur, & conservatur, *dec.* 7. *n.* 5. *lib.* 10.

Testator quando ad fideicommissum non solum vocavit familiam affectivam, sed etiam contentivam, tunc ad probandam qualitatem successibilem satis est probare se esse de familia, *dec.* 11. *n.* 1. *lib.* 10.

Testator, si tempore conditi testamenti filios non habuerit, vocando proximiores de familia, non potest intelligere de familia effectiva, *ib. n.* 15.

Minusque de familia contentiva, si ista fuerit substituta in alio casu, *ibid. n.* 16.

Votum conservandi bona in familia impleri non potest, nisi per successionem masculorum, & fœminarum exclusionem, *dec.* 11. *n.* 8. *lib.* 10.

Si testator præsumptum votum habuerit, fœminas excludere voluisse censendum est, *ibid. n.* 9.

Familiæ identitas non resultat ex solo cognomine, nisi probetur descendentia ex eodem stipite, *dec.* 13. *n.* 3. *lib.* 10.

Itaque probatio eo magis desideratur in actione directa in vim vocationis factæ de proximioribus domus ipsius testatoris, *ib. n.* 4.

Et hæc non resultat ex testibus de auditu, & nulla facta distinctione graduum deponentibus, *ib. n.* 5.

Testator, postquam supposuit extinctam familiam contentivam proximam, si proximiores de domo substituerit, eo sub nomine substituisse dicitur proximiores familiæ contentivæ remotæ, *dec.* 13. *n.* 7. *lib.* 10.

Et hoc casu, ut quis valeat succedere, generica sola sufficit probatio se esse de familia, *ib. n.* 8.

Et hæc probatio ex quibus casu tale dicatur, *ib. n.* 9.

In vim vocationis factæ de proximioribus de familia, ut quis succedere valeat, generica sufficit probatio, qua doceat se esse de familia, absque eo, quod qualitatem proximitatis probare cogatur per gradus distinctos a communi stipite deductos, *decis.* 14. *n.* 6. *lib.* 10. & *dec.* 15. *n.* 1. *lib. eadem*.

In substitutione facta favore proximiorum de domo, & familia admittuntur etiam illi, qui in diversis Civitatibus, & Provinciis commorantur, *dec.* 14. *n.* 7. *lib.* 10.

In parvo oppido familiarum pluralitas non præsumitur, *dec.* 14. *n.* 9. *lib.* 10.

Quis præsumitur de familia testatoris, si illius cognomen insignium usu quoque utatur, *ib. n.* 10.

Familiæ identitas justificatur ex testibus deponentibus, quod is, qui agit, sit de eadem familia testatoris, *decis.* 14. *numer.* 13. *lib.* 10.

Familiæ identitas ex quibus probetur, *dec.* 14. *n.* 18. *lib.* 10.

Ad probandam familiarum identitatem adminicula admittuntur, illaque sunt urgenda, præcipue, si agatur de familiis humilis conditionis, *dec.* 14. *n.* 19. *lib.* 10.

Vocatis proximioribus cum dictione, *ipsius*, comprehendit illos quoque, qui sunt de familia contentiva remota, si fideicommissum conditum non fuerit favore descendentium, *decis.* 15. *n.* 3. *lib.* 10.

Familiæ, & posteritatis mentio, si sit accessoria, non extendit fideicommissum ultra gradus, personas, & casus expressos, *decis.* 21 *n.* 48. *lib.* 10.

Nomen familiæ absque adjectione cognominis comprehendit tam agnatos, quam cognatos, masculos, quam fœminas, *decis.* 21 *n.* 56. *lib* 10.

Maxime si addatur familia, sed posteritas fuerit vocata, *ibid. n.* 57.

Vel si cum nomine familiæ conjunctum esset nomen descendentiæ, *ib. n.* 58. vel agnationis, *n.* 59.

Conservatio, & augmentum familiæ verificantur ex permanentia bonorum in vocatis, absque eo, quod ulterius progrediatur fideicommissum; si tamen testator perpetuitatem non expresserit, *dec.* 57. *n.* 5. *lib* 10.

Conservatio bonorum in familia restringitur, & limitatur juxta formam, & limitationem fideicommissi, *ibid. n.* 6.

Testator non dicitur voluisse, ut bona in familia semper conserventur, si licentiam alienandi concesserit, *ib. n.* 17.

Testator vocando familiam cum denominatione indefinita, censetur voluisse comprehendere omnes de agnatione in tota sui latitudine, *dec.* 9. *n.* 5. *lib.* 13.

Persona summopere dilecta sub appellatione suæ familiæ bene potest vocari, licet de ea non sit, *decis.* 19. *num.* 13. & 12 *lib.* 16.

Famil.

Familia vocata in specie, si mulier nubit extra columnellum vocatum, non verificatur qualitas, quod bona conserventur in ea: Vocata vero familia in genere filii proximiores ex parte matris succedunt, quia in eis omnes qualitates verificantur, dec. 1 n. 17. de stat. success.
Vocatio familiæ in specie restricte ad certam lineam, suapte natura omnium aliarum exclusionem importat, dis. 1. n. 56. de stat. success.
Si testator nominando familiam non adhibuit pronomen meam, sed alterum nostram, tunc videtur voluisse comprehendere familiam in sua sua latitudine, dec. 87. n. 4. lib. 10. Limitatur, ut n. 5. & 7.
Vocatio de familia effectiva intelligitur, quando facta est graduatim, quia ordo gradualis proprie cadit in linea descendentali, ib. n 12.
Sub familiæ nomine non veniunt arrogati & adoptati; quando testator voluit comprehendere solam familiam effectivam, & maxime quando agitur de excludenda fœmina agnata, ibid. n. 13.
Familiæ appellatione licet possint venire etiam arrogati; tamen id non procedit in dispositionibus factis ad favorem veræ familiæ, & agnationis, dec. 80. n. 25. lib. 13.

Fenestra.

Fenestræ, quæ introspiciunt Monasterium Monialium, sunt altius deadæ in totum, dec. 4. n. 13. lib. 4.
Si vero parvum habent prospectum, debet hic omnino impediri cum aliquo repagulo, ibid. n. 14.

Feudum.

Concesso feudo cum facultate alienandi, per primum acquirentem feudo vendito, vocatus in eo non habet jus petendi prælationem, dec. 32. n. 5. lib. 16.
Secus accidit in feudis, & fideicommissis, in quibus deficit facultas alienandi, ibid. n. 6.
Ubi feudum transit in manus mortuas, relevium debetur domino infeudanti, dec. 4. n. 3. lib. 2.

Fictio.

Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero, dec. 19. n. 8 lib. 4. dec. 13. n. 15. lib. 10.
Ad fictionem recurri non debet, ubi veritas locum habere potest, dec. 70. n. 15. lib. 10.

Fideicommissarius.

Vide verb. Gravatus.
Fideicommissario, seu habenti ab eo causam non denegatur immissio, si constat de existentia fideicommissi, purificatione ejusdem, & bonorum identitate, dec. 11. n. 1. lib. 10.
Fideicommissario debetur immissio in vim l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen. dec. 29. n. 1. lib. 10.
Oppositio filiorum vocatorum ad fideicommissum non retardat exercitium actionum personalium contra fideicommissarium, dec. 6. n. 12. lib. 8.
Fideicommissarius spolium committit, si possessionem apprehendit non citato hærede, vel deputato curatore hæreditati jacenti, dec. 1. n. 7. lib. 9.
Fideicommissarius, antequam apprehendere possit possessionem; tenetur justificare bona fuisse a testatore possessa, dec. 1. n. 9. lib 9.
Fideicommissarius, qui capit fideicommissum propria authoritate, prius debet purgare spolium, antequam de ejus juribus cognoscatur, dec. 1. n. 13. lib. 9.
Ad repellendum fideicommissarium a retentione fideicommissi propria authoritate apprehensi, simplex sufficit detractionum color, dec. 1. n. 16. lib. 9.
Jus non patitur, quod hæres ordine præpostero debeat discutere detractionum realitatem, & interim fideicommissarius propria authoritate præoccuparet fideicommissum, dec. 1. num. 18. lib. 9.
Possessio per fideicommissarium apprehensa propria authoritate dicitur spoliativa, dec. 1. n. 14. lib. 9.
Ut fideicommissarius dicatur legitimus contradictor, debet docere legitime possidere, quod ejus jus sit clarum, quodque hæredi detractiones non competant, dec. 3. n. 11. lib. 9.
Possessio fideicommissarii dicitur vitiosa, si capta non fuerit de manu hæredis, dec. 3. n. 23. lib. 9.
Fideicommissarii possessio est vitiosa, si capta fuerit, vel non citato hærede, vel saltem non deputato curatore hæreditati jacenti, ibid. n. 24.
Ut fideicommissarius possit impedire immissionem hæredi; debet identitatem probare per specificas, non autem per generales demonstrationes, dec. 3. n. 31. lib. 9.
Fideicommissarius nunquam dicitur legitimus contradictor, ubi aliquid est detrahendum, dec. 3. n. 31. lib. 9.
Fideicommissarius improprie hæres nuncupatur, decis. 12. n. 12. lib. 13.
Fideicommissarius tenetur accipere possessionem de manu hæredis, dec. 5. n. 12. lib. 15.
Et si aliter illam acciperet, non esset manutenibilis; ibid. numer. 13.
Limita, quoties fideicommissum sit literale, atque clare constet de illius purificatione, & incompetentia detractionum, ibid. n. 14.
Fideicommissum vero non dicitur clarum, si pendeat a pluribus juribus, & quæstionibus, ib. n. 15.
Sola sufficit dubietas detractionum, ut manutenendus non sit fideicommissarius in possessione non accepta de manu hæredis, n. 10.
Possidens tanquam fideicommissarius acceptat dispositionem fideicommittentis, dec. 15. n. 13. lib. 16.

Fideicommissum.

Perpetuum fideicommissum dicitur volitum, si testator pluries expresserit, quod bona remanere deberent penes descendentes, & perpetuo conservarentur, dec. 10. n. 6. lib 10.
Ordinato fideicommisso in casu alienationis favore ejusdem personæ vocatæ in fideicommisso in casu obitus, facto loco fideicommisso in casu alienationis, non inde expiravit illud in casu mortis, cum purificatio unius non excludat purificationem alterius, & vocatus post obitum gravati vindicare potest bona alienata contra præceptum testatoris, non solum ab habente causam ab hærede gravato, verum etiam ab ipso vocato in casu alienationis, dec. 3. n. 8. lib. 7.
Fideicommissum conditum per relationem ad aliud, haberi debet pro simplici extensione fideicommissi relati ad bona referentis, dec. 33. n. 20. lib. 7.
Contra quod haberi debeat pro novo fideicommisso ad similitudinem relati, ib. n. 21.
Fideicommissum non obstat, quominus bona fideicommittentis sublastentur a suis creditoribus, dec. 4. n. 1. lib. 8.
Fideicommissum, quod ex conjecturis resultare prætenditur, dicitur turbidum, dec. 1. n. 8. dec. 3. n. 26. lib 9.
Et hoc sufficit, ut interim concedatur immissio hæredi scripto, dec. 3. n. 27. lib. 9.
Fideicommissum non inducitur ex relicto, ut hæres uxorem ducere valeret, filiosque suscipere, & educare, dec. 6. numer. 6. lib. 9.
Fideicommissa conditionalia, vel in diem, sunt æstimabilia circa eventum conditionis, vel intervallum dieī, dec. 31. n. 18. 19. lib. 9.
Fideicommissi fit extensio ad descendentes immediatos, licet expresse vocati non sint, si observantia illorum comprehensionem edoceat, dec 7. n. 10. lib. 12.
Fit pariter extensio si alias aliquod sequeretur absurdum, ibidem n. 11.
In fideicommissis conditionalibus non succedunt, nisi qui existunt de tempore purificatæ conditionis; neque postmodum nati avocant bona ab iis, qui jam ad fideicommissum, sive ad successionem admissi fuerunt, dec. 7. n. 13. lib. 12.
Fideicommissi qualitas interpretatur, & declaratur ex observantia, dec. 8. n. 7. lib. 12.
Extensio fideicommissi de persona ad personam fit, si alias dispositio testatoris redderetur elusoria, dec. 9. n. 4. lib. 12.
Et eo magis, si pro extensione faveret observantia, ib. num. 5.
Extensio fideicommissi de persona ad personam, nec de casu ad casum admittitur, ubi dispositio loquitur restricta certo casui, & certis personis, dec. 9. n. 6. lib. 12.
Hæc tamen regula procedit, quando dispositio de per se clara apta non esset comprehendere alias personas non nominatas, ibid. n. 7.
Secus vero quando expressio; licet in una parte testamenti facta fuerit restrictiva ad certam causam, & ad certas personas, ex adjectis tamen, vel ex ratione motiva, & finali fideicommittentis, vel ex aliis circumstantiis, tollatur ineptitudo pro amplitudine dispositionis, ib. n. 8.
Fideicommissum actori est adjudicandum; si alius, qui proximiorem esse prætendit, non compareat, decis. 15. numer. 58 lib. 10.
Ex ratione conservationis bonorum in familia, & domo, inducitur dici perpetuum fideicommissum inter vocatos, & unus censetur gravatus alteri restituere, dec. 16. numer. 64 lib. 12.
Fideicommissa etiam per verba præsuppositiva in eo, qui libere potest testari, resultat, sive præsuppositi insubsistentiam sciverit, sive ignoraverit testator, dec. 9. numer. 11. lib. 10.
Fideicommissum inducitur favore neptum; & descendentium per verba enunciativa sumpti eventus, quæ in aliis casibus non sufficerent, dec. 12. n. 7. lib. 10.
Conjecturæ, quæ tendunt ad exclusionem fideicommissi, debent prævalere, dec. 21. n. 16. lib. 12.
In fideicommissis ea quæ deficiunt, dicuntur consulto omissa; dec. 21. n. 24. lib. 12.
Ratio conservandi bona concepta per participium simulatur cum dispositione, & novum fideicommissum extra personas expresse vocatas non inducit, dec. 21. n. 43. lib. 12.
Etiam si contineat verba apta ad recipiendum magis latum intellectum, ibid. n. 44.
Exclusio Ecclesiæ, Monasterii, vel fisci, si non fiet de per se principaliter, non est apta novum arguendi fideicommissum, dec. 21. n. 45 & 46. lib. 10.
Fideicommissum si conciliari possit cum permissione disponendi, ista illud non derogat, dec. 30. n. 10. lib. 10.
Fideicommissum probatur ex voluntate, clare per testatorem explicata, dec. 39. n. 1. lib. 10.
Fideicommissum dicitur perpetuum, si verba ad bona directa fue-

fuerint; *decision.* 39. *numero* 11. *libr.* 10.

Perpetuitas fideicommissi ex qualitate bonorum solet educi, *ibid. n.* 15.

Pro arguenda fideicommissi perpetuitate conjecturæ, non uti singulæ, sed unitæ, considerari debent, *decision.* 39. *num.* 20. *lib.* 10.

Perpetuitas fideicommissi volita censetur ex onere injuncto successive vocatis, & ex digressu ad plures gradus substitutionum, *dec.* 41. *n.* 17. *lib.* 10.

Ad effectum desumendi perpetuum, & successivum fideicommissum, conjecturæ uniri debent, *ib. n.* 18.

Adeout si uti singulæ exceptionem recipiant; unitæ indubitanter probent, *ib. n.* 19.

Ad inducendum fideicommissum ex tractu temporis futuri non exigitur, quod illud expresse legatur, sed satis est, quod verba sint talia, quæ tractum temporis implicite significent, *decis.* 46 *n.* 8. *lib.* 10.

Fideicommissum dicitur volitum ex ordinatione primogenituræ, *dec.* 46. *n.* 9. 10. & 11. *lib.* 10.

Conjecturæ perpetui fideicommissi ex onere deferendi arma, & cognomen est amor erga primum vocatum, *decis.* 48. *n.* 9. *lib.* 10.

Conjectura pariter est exemptio hæredis, ac ejus descendentium in infinitum, ab aliquo onere, *ib. n.* 10.

Item cum testator supponit hæreditatem ad filios, & descendentes esse spectaturam, *ib. n.* 11.

Fideicommissum dici debet, cum alias testatoris voluntas impune negligi valet, *dec.* 48. *n.* 15. *lib.* 10.

Fideicommissum inducitur tum verbis expressis, tum conjecturis, *dec.* 48. *n.* 18. *lib.* 10.

Fideicommissa signis, & nutibus relinqui possunt; *dec.* 48. *n.* 19. *lib.* 10.

Fideicommissi conjectura est maxima dilectio erga primum hæredem, *dec.* 49. *n.* 10. *lib.* 10.

Ac libertatio in perpetuum concessa hæredi, & ejus descendentibus, ab aliquo onere, *ib. n.* 11.

Ac commendatio hæredis, & ejus descendentium, ac hæreditatis alicui magno viro, *ib. n.* 12.

Et prægnantia verborum perpetuitatem, & æternam voluntatem designantium, *ib. n.* 13.

Utique confessio primi hæredis, *ib. n.* 14.

Fideicommissi perpetuitas elicitur, si testator agnationem contemplaverit, detractiones prohibuerit, fœminas, & illegitimos exclusorit, & ad plures gradus substitutionum progressus fuerit, *dec.* 57. *n.* 1.

Declara, ut conclusio procedat in casu dubiæ dispositionis; secus si ista sit clara, *ib. n.* 3.

Si intentio testatoris verificetur in primis finibus, fideicommissum inter certas personas, seu gradus restrictum, & limitatum, ulterius progredi non debet, *decis.* 57. *numer.* 4. *libr.* 10.

Fideicommissum extendi non debet ad illos gradus, si intentio testatoris effectum sortita dici possit in primis, *dec.* 57. *n.* 11. *lib.* 10.

Maxime, si adhibita non fuerint verba talia, quæ perpetuum onus successivi fideicommissi inducerent, *ibid. n.* 13.

Si testator per modum rationis universalis conservandi ejus hæreditatem, eo modo, quo reperiebatur tempore obitus, prohibuerit alienationem, censetur voluisse ordinare perpetuum & successivum fideicommissum inter omnes hæredes, cum substitutione reciproca etiam de una linea ad aliam, *dec.* 59. *n.* 1. *lib.* 10.

Magisque hæc conclusio procederet; si testator voluerit, ut ejus hæreditas permaneat debeat indivisa, *ibidem numero* 2.

Testator quatenus deprehendi possit; quod voluerit perpetuam individuitatem substantiæ hæreditariæ in descendentibus dicitur volitum fideicommissum reciprocum inter omnes; tam per modum rigorosi transitus de una linea ad aliam, seu per quandam speciem juris non decrescendi, *dec.* 59. *n.* 3. *lib.* 10.

Fideicommissum per præmorientiam substituti caducatur, & in eum illius remedium transmissionis non competit, *dec.* 64. *n.* 1. & 2. *lib.* 10.

Fideicommissum quando caducatur, bona remanent libera apud hæredes, *dec.* 68. *n.* 23. *lib.* 10.

Restitutio fideicommissorum regulari debent juxta voluntatem testatoris, *dec.* 73. *n.* 11. *lib.* 10.

Fideicommissum ignoratum non comprehenditur in remissione in transactione emissa, *dec.* 76. *n.* 1. *lib.* 10.

Fideicommissa devolvuntur non ab intestato per simplicem legis dispositionem, sed ex judicio testatoris, *decis.* 79. *num.* 8. *lib.* 10.

In fideicommissi restitutione veniunt quoque fructus percepti a die moræ latæ, *dec.* 8. *n.* 1. & 2. *lib.* 15.

Scientia fideicommissi non est necessaria, ubi fideicommissum est favorabile, *dec.* 29. *n.* 14. *lib.* 16.

Et in omnem casum satis est, uti scientia convincatur non per rigorosas probationes, *ibid. n.* 15.

Conservationi fideicommissorum, quo magis fieri potest, est consulendum, *dec.* 30. *n.* 25. *lib.* 16.

Fideicommissum e debitum ordinarium non impedit, quin illius creditores valeant bona sub eodem fideicommisso jacentia deliberare, *dec.* 31. *n.* 2. *lib.* 16.

Conditori fideicommissi licitum est ordinare, ne bona exeant de familia, *dec.* 32. *n.* 13. *lib.* 16.

Scientia fideicommissi est necessaria ad illius renunciationem, *dec.* 1. *n.* 9. *lib.* 6.

Renunciatio fideicommissi e minore facta ex falsa causa, nulla est etiam, si intervenerit decretum Judicis, *dec.* 1. *num.* 14. *lib.* 6.

In fideicommisso relicto seniori domus, quando non est in illo perpetua contemplatio agnationis, nec fœminæ sunt exclusæ per modum regulæ, tunc deficientibus masculis fœminæ comprehenduntur, *dec.* 87. *n.* 1. *lib.* 10.

Fideicommissum, seu majoratus institutum favore familiæ ab eo, qui habet filium, censetur institutum pro familia effectivorum, nisi constet de diversa voluntate, *ib. n.* 3.

Fideicommissum reiteratum, & factum juxta formam alterius, valet, & sustinetur, *ib. n.* 15.

Fideicommissum non potest dici factum ad relationem alterius antiqui, quando de antiquo nulla fuit habita specialis mentio, *ib. n.* 33.

Si quis exclusit personas in altero fideicommisso comprehensas, supponi non potest, quod cum altera dispositione se uniformare voluerit, *ib. n.* 39.

Quando adsunt duo antiqua fideicommissa, tunc prætendens, quod ad unum potius, quam ad aliud sit facta relatio, debet concludenter probare, *ib. n.* 40.

Bona addita fideicommisso, assumunt naturam aliorum bonorum fideicommissariorum, *ib. n.* 47.

Bona fideicommissaria, deficientibus, & extinctis vocatis, libera transeunt in hæredem ultimi substituti, *decision.* 88. *num.* 1. *lib.* 10.

Fideicommissum censetur in secundo relicto ademptum, si res legata alicui sub conditione, vel cum onere postea eidem pure relinquatur, *ib. n.* 1.

Fideicommissum agnatitium, lineale, masculinum.

Vide verba *Primogenitus, Primogenitura.*

Fideicommissum factum favore lineæ masculinæ non comprehendit masculos descendentes ex fœminis, *decis.* 1. *n.* 1. *lib.* 10.

Appellatione descendentium masculorum veniunt etiam masculi ex fœminis, *ib. n.* 1.

Sed vide in verbo *Masculus.*

Sub nomine filiorum & descendentium, veniunt etiam descendentes ex fœminis, *dec.* 3. *n.* 3. *lib.* 10.

Limitatur in fideicommissis agnatitiis, quibus nec veniunt in defectum masculorum, *ib. n.* 4.

Ut tamen hæc limitatio admittenda sit, adeo perspicuæ, & convincentes requiruntur conjecturæ, ut necessario, & fere ad evidentiam exclusionem descendentium ex fœminis præseferant, *ib. n.* 4.

Ex substitutione agnatorum cum qualitate masculinitatis non inducitur fideicommissum simpliciter agnatitium in perpetuam fœminarum exclusionem, *dec.* 3. *n.* 13. *lib.* 10.

Fideicommissum agnatitium nunquam censetur constitutum, si illud ordinatum fuerit favore descendentium quorumcunque, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ, *dec.* 3. *n.* 20. & 21. *lib.* 10.

In ordinatione fideicommissi agnatitii non solet omitti prohibitio alienationis, *dec.* 3. *n.* 9. *lib.* 10.

Prout nec in quolibet substitutionum gradu fœminarum exclusio, *ib. n.* 10.

Neque qualitas masculinitatis, *ib. n.* 11.

Fideicommissum conditum pro agnatione fœminas includit, *dec.* 4. *n.* 4. *lib.* 10.

Fideicommissum agnatitium non dicitur constitutum ex eo tantum, quod testator respexerit ad conservationem, seu incrementum propriæ familiæ, *dec.* 4. *n.* 11. *lib.* 10.

Ex quibus verbis dicatur ordinatum fideicommissum favore masculi ex fœmina, *dec.* 6. *n.* 7. *lib.* 10.

Fideicommissum dicitur agnatitium ex institutione primogenituræ, *dec.* 6. *n.* 16. *lib.* 10.

Ex nunquam interrupta substitutione masculorum, *ibidem num.* 17.

Ex voto conservandi agnationem, *ib. n.* 18.

Ex prohibitione alienationis, & detractionis, *ib. n.* 19.

In fideicommissis agnatitiis fœminæ non succedunt, nec post masculorum deficientiam, *ib. n.* 20.

Licet sub nominibus collectivis linearum descendentium veniant fœminæ, adhuc illarum vocatio excluditur, si testator expresse, vel tacite voluerit instituere fideicommissum agnatitium, *dec.* 7. *n.* 14. *lib.* 10.

In fideicommisso condito, ut bona perpetuo conserventur in agnatis, & ad quod fuerunt masculi vocati, succedunt etiam fœminæ in masculorum defectum, si tamen ultra rationem conservationis agnationis concurrat etiam in aliqua parte dispositionis aptitudo verborum, saltem ex illorum generalitate referibilium in casu subsidiario ad successionem fœminarum, *dec.* 9. *n.* 9. *lib.* 10.

Secus e contra, *ib. n.* 10.

In fideicommisso masculino, & mere agnatitio, in quo volita fuit qualitas masculinitatis, fœminæ non possent succedere, nec etiam deficientibus masculis, *decis.* 9. *numer.* 11. *libr.* 10.

Ob præsumptam affectionem fœminæ agnatæ post masculos suos cedunt in fideicommissa pro masculis condito, *ibid. num.* 13. vide *n.* 14.

Fideicommissum agnatitium non inducitur per vocationem legitimorum, exclusionem spuriorum, Monasteriorum, regularium, fisci, *dec.* 10. *n.* 11. 12. & 13. *lib.* 10.

Argumen-

Argumentum ductum a Statuto fœminarum exclusivo, non inducit fideicommissum agnatitium, *dec.* 22. *n.* 14. *lib.* 10.

Præcipue, si agatur favore fœminæ, quæ ex ipso Statuto excluderet masculum remotiorem, cum ipsa concurrere prætendentem, *ib. n.* 25.

Enumerantur conjecturæ, quæ denotant voluisse fideicommissum lineale, *dec.* 59. *n.* 4. *lib.* 10.

Individuitas hæreditatis volita a testatore, licet de jure improbetur, inservit tamen ad desumendum fideicommissum reciprocum lineale, *dec.* 59. *n.* 10. *lib.* 10.

Fideicommissa sine vero agnationis ad solam perpetuitatem ordinantur, *dec.* 65. *n.* 8. *lib.* 10.

Exceptio antiquioris fideicommissi impedit immissionem, quæ petitur ex fideicommisso posteriori, *dec.* 23. *n.* 1. *lib.* 16.

Limita, si in secundo fideicommisso bona, quæ deberentur ex primo, fuerint comprehensa, & hæres hanc fideicommissariam dispositionem acceptaverit, *ib. n.* 2.

Fideicommissum particulare.

Fructus fideicommissi particularis debentur a die apertæ successionis, *dec.* 41. *n.* 20. *lib.* 10. & *dec.* 42. *n.* 1. *lib. eodem*.

Declara, ut vera sit conclusio, si agatur de fideicommisso claro; secus si aliquam dubietatem retineat, quia tunc fructus debentur a die tantum motæ litis, *ib. n.* 21. & *dec.* 42. *n.* 2. *lib.* 10.

Fidejussio.

Fidejussio non extenditur de tempore ad tempus; neque de persona ad personam, minusque de contractu ad contractum, *decis.* 12. *n.* 12. *lib.* 5.

Fidejussio aliud non est quam susceptio in se alienæ obligationis, *dec.* 30. *n.* 8. *lib.* 8.

Fidejussionis natura strictissimi juris est, & non datur, vel extenditur de re ad rem, de persona ad personam, de tempore ad tempus, *dec.* 30. *n.* 12. Declara, ut *n.* 13. *lib.* 8.

Ut mulieris fidejussio teneat exigitur, quod relevamentum habeat, *dec.* 24. *n.* 6 & 10. *lib.* 15.

Aut quod indotata non remaneat, *ib. n.* 9.

Et ad hunc effectum non considerentur, nisi bona dotalia, licet mulier alia, seu paraphernalia bona habeat, *dec.* 24. *num.* 11. *lib.* 15.

Non datur fidejussio sine stipulatione, *dec.* 34. *n.* 56. *lib.* 15.

Generalis fidejussio extenditur ad omnem casum, & causam, quæ ex natura negotii procedit, *dec.* 34. *n.* 59. *lib.* 15.

Fidejussio quando contracta dicatur, *dec.* 35. *n.* 4. *lib.* 15.

Fidejussor.

Fidejussor, qui se obligavit pro toto contractu, non distinguitur a principali debitore, *dec.* 15. *n.* 6. Declara, ut *numer.* 7. *lib.* 8.

Fidejussor, qui se obligavit ad solutionem fructuum census, non tenetur ad damna, & interesse, ob evictionem fundi censiti, *dec.* 15. *n.* 6. *lib.* 8.

Eo magis, si solutio fructuum promissa fuerit in casu non traditionis cedulæ bancariæ, *ib. n.* 9.

Vide etiam in verbo *Census*.

Non obstante morte fidejussoris, durat obligatio in illius hæredibus ex causa, sive facto, pro quo fidejussor moriens se ipsum obstrinxerat, *dec.* 30. *n.* 10. *lib.* 8.

Fidejussoris obligatio, eo invito, non renovatur ex novo contractu inito inter creditorem, & debitorem, *dec.* 47. *numer.* 5. *lib.* 8.

Fidejussor in primo contractu non liberatur quoad capitale per novum contractum initum inter creditorem, & debitorem, sed tantummodo liberatur a fructibus ex novo contractu provenientibus, *dec.* 47. *n.* 7. *lib.* 8.

Fidejussor non remanet liberatus ex emissione debiti cum pecunia alterius, secuta prævia jurium cessione, & alterius debiti contractione per debitorem principalem emissa, *dec.* 48. *n.* 2. *lib.* 7.

Declara, ut hæc conclusio vera sit, vel ubi in hoc secundo contractu ipsius fidejussoris accedat consensus, vel quando secundus contractus est ejusdem naturæ; secus si vel consensus deficiat, aut secundus compatibilis non sit cum primo, *dec.* 48. *n.* 3. 6. & 15. *lib.* 8.

Ampliatur, licet in secundo contractu accesserit protestatio, & pactum nedum ingrediendi in viribus primi creditoris, illiusve creditum non novandi, sed etiam acquirendi jura adversus fidejussorem, *ib. n.* 7.

Ampliatur quoque, etiamsi fidejussor se obligaverit tanquam principalis principaliter, & insolidum cum debitore, *ib. num.* 8. & 10.

Ampliatur etiam in casu, quo primum debitum esset census, & fidejussor proprium præstiterit fundum, *ibid. numer.* 9. & 10.

Ampliatur tandem, ut nec teneatur ad fructus ad metam conventam in primo contractu, *d. n.* 12.

Fidejussor non est creditor ejus, pro quo fidejubet, nisi post passam molestiam, *dec.* 49. *n.* 3. *lib.* 8.

Fidejussor a debitore solutum repetit, *decision.* 6. *numer.* 13. *lib.* 9.

Simplex fidejussor non tenetur, nisi pro causa, & obligatione, quæ in instrumento fidejussionis expressa; *decis.* 54. *num.* 59. *lib.* 15.

Fidejussor tenetur ad omnia damna, pro quibus tenetur debitor principalis, *dec.* 34. *n.* 60. *lib.* 15.

Fides.

Fides lite pendente extortæ non probant, *decis.* 6. *n.* 20. *libr.* 10. *dec.* 30. *n.* 17. *lib.* 13.

Fides non faciunt fidem, *dec.* 16. *n.* 9. *lib.* 8.

Fides extrajudiciales nullum gradum probationis constituunt; *dec.* 14. *n.* 11. *lib.* 10. & *dec.* 12. *n.* 7. *lib.* 16.

Fides extrajudiciales concurrere nequeunt cum probatione formiter facta, *dec.* 14. *n.* 12. *lib.* 10.

Fides Cancellarii ad sui favorem non probat, *dec.* 23. *numer.* 33. *lib.* 13.

Fides diminuta Notarii absque tenore totius instrumenti, nec facit adminiculum, *dec.* 71. *n.* 13. *lib.* 13.

Fides extrajudicialis Notarii nihil probat, *dec.* 32. *num.* 30. *libr.* 16.

Maxime, si deponat sine testibus de actu coram se gesto, *ibid. n.* 31.

Aut si contradicat decreto per eum extenso, *ib. n.* 30.

Fides, lite pendente, & absque partis citatione exportata, non attenduntur, *dec.* 34. *n.* 17. *lib.* 16.

Bona, vel mala fides.

Mala fides authoris transit in hæredem, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 11. *dec.* 11. *n.* 35. *lib.* 6. & *dec.* 13. *n.* 17. *lib.* 6.

Ad effectum excludendi malam fidem, sufficit quicunque titulus etiam invalidus, & putativus, *dec.* 6. *n.* 13. *lib.* 5.

Bona fides semper præsumitur in loco pio, *dec.* 18. *lit.* 2. *num.* 17. *lib.* 8.

Mala fides insurgit ex quicunque notitia, quod res determinalis non sit, *dec.* 42. *n.* 5. *lib.* 10.

Pro inducenda mala fide in detentore bonorum, per quam teneatur ad restitutionem fructuum, non sola formula citationis, sed notitia rei alienæ etiam ex præsumptionibus, & conjecturis probata attenditur, *dec.* 41. *n.* 8. *lib.* 10.

Ad inducendam malam fidem in possessore, sufficit expeditio monitorii per ipsum facta, nec attenditur, an victor diu steterit in probando ejus jura, *dec.* 42. *n.* 2. *lib.* 10.

Bona fides excusat a fructuum perceptione, *decis.* 51. *numer.* 13. *lib.* 10.

Mala fides impedit acquisitionem juris, *decision.* 30. *numer.* 22. *lib.* 13.

Existens in mala fide nequit allegare præscriptionem, & observantiam ex cursu temporis elicitam, *dec.* 48. *n.* 8. *lib.* 13.

Non dicitur quis in mala fide ex promoto judicio constitutus, nisi ex juribus partis ejus malum jus dignoscere possit, *decis.* 17. *n.* 2. *lib.* 15.

Bona fides non admittitur adversus claram conventionem, *dec.* 34. *n.* 52. *lib.* 15.

Mala fides cessat in pupillo, *dec.* 2. *n.* 13. *lib.* 6.

Sola credulitas etiam erronea, se non esse debitorem, excludit malam fidem, *dec.* 2. *n.* 14. *lib.* 6.

Bona fides per litis contestationem excluditur, *dec.* 11. *num.* 32. *lib.* 6.

Mala fides authoris transit in hæredem universalem, *dec.* 16. *n.* 6. *lib.* 6.

Ac operatur, ut hæres ad restitutionem perceptorum fructuum teneatur, licet bona fide perceperit, *ib. n.* 7.

Maxime, si agatur de illis in proprium creditum imputandis, *ib. n.* 8.

Filia.

Pater prius cogitasse præsumitur de filia primo loco nata, quam de alia, *dec.* 40. *n.* 10. *lib.* 10.

Ideo filia primo loco nupta censetur primogenita, *ib. n.* 11.

Filia non tenetur imputare in dotem fructus ex fideicommisso perceptos, & bona fide consumptos, sed illam ex integro potest detrahere, *dec.* 30. *n.* 12. *lib.* 16.

Filia ratione futuræ dicitur quasi domina bonorum paternorum, *dec.* 7. *n.* 11. *lib.* 6.

Filiæ fœminæ ex Statuto Asculano sunt exclusæ ab hæreditate patris, *dec.* 10. *n.* 9. *lib.* 6.

Filiatio.

Filiatio concludenter probanda est, ad hoc ut filius naturalis obtineat portionem hæreditatis paternæ a tertio possessæ, *decis.* 6. *n.* 1. & 2. *lib.* 14.

Secus si prætendat sibi assignari alimenta a patre, aut ab ejus hæredibus, *ib. n.* 3.

Filiatio respectu patris probatur ex eo, quod tempore conceptionis pater conversabatur cum matre filii, & ipse natum Sacro Baptismatis fonte oblatum est, ut ejus filius, & uti talis descriptus in libro Baptismatis, *decision.* 6. *num.* 5. & 6. *lib.* 14.

Filiatio arguitur ex tractatu, & agnatione a patre facta, *dec.* 6. *n.* 4. *lib.* 14.

Assertio Parochi filiationem arguit, *ib. n.* 7.

Filiatio arguitur ex tractatu, educatione, & denominatione ejusdem filii, & ex mercede nutrici illius soluta, *dec.* 6. *n.* 8. *libr.* 14.

Filiati

Filiatio respectu illius, qui legitimationem procuravit, arguitur, *dec*. 6. *n*. 9. *lib*. 14.
Item respectu illius, qui primam tonsuram eidem filio exoptavit, *ib*. *n*. 10.
Filiatio arguitur respectu illius, qui ex filii discessu magnum dolorem, & ex ejusdem reditu magnam lætitiam significavit, *dec*. 6. *n*. 41. & 42. *lib*. 14.
Item ex eo, quod filius naturalis, & legitimus eidem certa bona donavit & eundem fratrem naturalem denominavit, *dec*. 6. *n*. 13. *lib*. 14.
Nominatio filiationis, quoad ipsum nominantem, bene probat nominationem, *dec*. 6. *n*. 14. *lib*. 14.
Filius quis potius mariti, quam adulterii præsumitur, *dec*. 6. *numer*. 15. *lib*. 14.

Filius.

Vide verbo Pater.
Filii censentur vocati in portione patrui, si testator voluerit, & hæreditas integra restituatur, *decision*. 17. *numer*. 13. *lib*. 10.
Filius præsumitur informatus de voluntate paterna, *dec*. 21. *n*. 63. *lib*. 10.
Filii substituti per alternativam, aut dicuntur vocati per vulgarem, *dec*. 53. *n*. 9. *lib*. 10.
Filiorum nomine non veniunt nepotes, & multo minus pronepotes, ac descendentes in ulteriori gradu, *dec*. 62. *num*. 3. *lib*. 10.
Sive agatur de dispositione ascendentis, sive transversalis, *ibid*. *n*. 4.
Licet nepotes in dispositione ascendentis aliquando admittantur ad exclusionem substituti, nunquam tamen admittuntur ad effectum succedendi per fideicommissarium, *ibid*. *numero* 5.
Filiorum nomine eo magis non veniunt nepotes, si nulla reperiantur verba, quæ tractum successivum, ac perpetuitatem denotent, *ib*. *n*. 6.
Nepotes censentur exclusi, si testator vocaverit filios ex ejus corpore natos, *ib*. *n*. 7.
Nepotum exclusionem denotat donatio facta in testamento per testatorem filiorum tantum primi gradus, *ibidem numero* 8.
Filiorum nomine non veniunt nepotes, etiamsi contemplata fuerit agnatio, *dec*. 62. *n*. 9. *lib*. 10.
Vocatio filiorum, & descendentium semel tantum, & simpliciter prolata absque verbis, quæ denotent tractum temporis successivum, non importat vocationem descendentium per fideicommissum, sed tantum per vulgarem, adeo ut per successionem filiorum expiret quoad omnes alios descendentes, *dec*. 62. *n*. 10. *lib*. 10.
Sub nomine filiorum masculorum non solum nepotes, sed neque filiæ continentur, *dec*. 63. *n*. 8. *lib*. 10.
Amplius, neque subsidiarie in defectum masculorum venire, *ib*. *n*. 9.
Vocatis filiis, & ex persona propria sub nomine filiorum excludunt nepotes venientes improprie ex alia persona sub eadem appellatione, & in his terminis videtur superflua generalis disputatio, an sub nomine filiorum veniant nepotes, *decis*. 63. *n*. 11. 12. & 13. *lib*. 10.
Nulla casu patitur, ut exclusis veris filiis fiat extensio ad nepotes, *dec*. 63. *n*. 14. *lib*. 10.
Vocatis filiis, & nepotibus, nepotes non veniunt appellatione filiarum ad illarum exclusionem, sed filiæ nepotibus præferentur, *dec*. 63. *n*. 15. *lib*. 10.
Filius præsumitur instructus, & informatus de statu hæreditario patris, *dec*. 78. *n*. 10. *lib*. 10.
Filius habet jus abstentionis ab hæreditate paterna, *dec*. 13. *n*. 10. *lib*. 13.
Filii, qui de tempore dispositionis non sunt nati, censentur vocati ordine successivo, non autem simul cum patre, *decis*. 40. *n*. 6. *lib*. 13.
Filii in aliqua donatione cum patre vocati censentur tanquam hæredes sanguinis duntaxat contemplati, *decision*. 43. *num*. 3. *lib*. 13.
Filius patris hæres excepta legitima reliquum e patris hæreditate recognoscit, *dec*. 5. *n*. 10. *lib*. 14.
Filius excepta legitima, nullam habet spem, vel jus considerabile in vita patris, *dec*. 5. *n*. 13. *lib*. 14.
Filius si sit in primo gradu præteritus, & tantum substitutus coreus institutus, & testamentum vires assumit a substitutione, *dec*. 14. *n*. 16. *lib*. 16.
Nihilque dicto casu operatur clausula codicillaris, *ibid*. *numer*. 17. & 18.
Filius nequit prætendere irritationem testamenti ascendentis, si ei honorabili titulo institutionis fuerit relicta legitima, *decis*. 15. *n*. 1. *lib*. 16. & 21.
Filii matris exclusæ ratione sexus debent admitti ex propria persona, & succedunt non in jus, sed in locum matris tanquam vacantem, idque habent a lege, non a matre, *ibid*. *numer*. 182.
Filius ex persona patris descendens per masculos, juncta proximitate ex materno latere, admittitur ad successionem sub nomine lineæ, vel agnationis masculinæ connexive vocatæ, *decis*. 1. *n*. 39. *de stat succeff*.
Filii ex matre nupta in familia obtinent omnes qualitates independentes a patre, & considerandi sunt, prout sunt in se, non attenta in successibilitate genitoris, *dec*. 1. *n*. 41. *de stat*. *success*.

Filii in conditione positi.

Vide etiam verb. *In conditione positi*.
Filii in conditione positi, ex Statuto Urbis censentur vocati, *dec*. 24. *n*. 3. *lib*. 10.
Vocati tamen intelliguntur quoad portionem propriorum parentum; non autem quoad portiones aliorum, *ibid*. *numero* 4.
Etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, si tamen concludentes conjecturæ non concurrant, *ib*. *n*. 5.
Filii in conditione positi, ex Statuto Urbis censentur dispositive vocati, *dec*. 4. *n*. 1. *lib*. 9.
Dicuntur tamen vocati ad portionem patris, non patrui, *ibid*. *n*. 2.
Limitatur, quoties accedant conjecturæ in contrarium, *ibid*. *n*. 3.
Ex Statuto Urbis filii in conditione positi censentur dispositive vocati, *decis*. 13. *num*. 1. *dec*. 24. *n*. 9. *dec* 25. & 26. *decis*. 27. *utrobique num*. 1. *dec*. 28. *n*. 3. & 14. *lib*. 10. *decis*. 31. *num*. 8. *lib*. *eodem*.
Sed si existant masculi, isti præferuntur, quando Statutum fœminas propter masculos excludit, cum qua dispositione censetur testator voluisse se conformare, *d*. *dec*. 13. *num*. 2. *libr*. 10.
Illa tamen conclusio locum sibi non vindicat, si testator posuerit expresse in conditione tam masculos, quam fœminas, *ib*. *n*. 3.
Contrarium est verius, licet adsit copula, &, *ibid*. *num*. 4. 5. 6. & 8.
Filii in conditione positi censentur quoque gravati, si adsit subsequens dispositio post decedentiam omnium, *dec*. 24. *n*. 4. & *dec*. 25. *n*. 1. *dec*. 26. *n*. 2. *lib*. 10.
Substitutio facta cum conditione, si sine filiis, per filiorum existentiam expirat, *decis*. 24. *n*. 8. *decis*. 25. *n*. 3. *decis*. 27. *num*. 5. *lib*. 10.
Limita, si testator habuerit præ oculis perpetuitatem fideicommissi, & tractum futuri temporis remotissimum, ac condiderit substitutionem successivam favore electus, *dec*. 24. *num*. 9. *lib*. 10.
Filii in conditione positi, censentur vocati concurrentibus conjecturis, *decis*. 46. *numer*. 21. *lib*. 10.
Filii in conditione positi, si sint gravati restituere hæreditatem, censentur vocati etiam ex unica, & levi conjectura, *decis*. 49. *n*. 5. *lib*. 10.
Ac ex sola onere delationis cognominis, & armorum, *ibid*. *numer*. 16.
Filii in conditione positi, licet per testatorem expresse vocati; non censentur tamen gravati aliis successive restituere, *decis*. 62. *n*. 2. *lib*. 10.
Filii in conditione positi, quando censeantur dispositive vocati, *dec*. 71. *n*. 8 & 9. *lib*. 10.
Filii in conditione positi, non censentur vocati, sed eis præservata dicitur legitima parentis successio ab intestato, *dec*. 72. *n*. 9. *lib*. 10.
Quoties autem successio verificari non posset, ut quia pater ob prædecessum habere non potuerit intestatam successionem, filii positi in conditione per tacitum fideicommissum censentur invitati, *dec*. 72. *n*. 10. *lib*. 10.
Vocatio autem eo magis admittetur, si filii vocati fuerint in portione patris, & postremo fœminæ in tota hæreditate, *ib*. *n*. 11. & 12.

Filiusfamilias.

Statutum Urbis irritat contractus filiorumfamilias etiam Clericorum, qui absque consensu patris contraxerint, præsumitque juramentum dolose fuisse extortum, *decision*. 23. *numer*. 1. *libr*. 2.
Deficiente patre, exigitur consensus avi, si iste existat, alias obligatio non convalescit, non postquam filiusfamilias sui juris effectus fuit, *ib*. *n*. 2.
Prædicta nullitas potest ab avo allegari, etiam tacente nepote, *ib*. *n*. 3.
Filiusfamilias potest fidejubere pro excarcerando patre, *dec*. 24. *n*. 7. *lib*. 6.
In contractu filiifamilias consensus patris per Statutum urbis exigitur pro interesse tantum ipsius patris, non autem ad effectum authorizandi personam filii, *dec*. 24. *num*. 8. 12. & 13. *lib*. 6.
Et propterea obligatio filii pro patre etiam absente valet, & etiam sustinetur contractus initus favore tertii, a patre simul cum filio initus, *decision*. 14. *numer*. 9. & 11. *lib*. 6.
Consensus patris ubi exigitur pro authorizanda persona filii; non sufficit, quod filius se obliget pro patre, *decision*. 14. *numer*. 10. *lib*. 6.
Filius minor potest se obligare absque relevatore pro excarcerando patre, *dec*. 24. *n*. 16. *lib*. 6.
Filiusfamilias valide de jure excepto mutuo obligatur, *dec*. 38. *n*. 5. & 6. *lib*. 8.
Limitatur in Urbe ob existentiam Statuti, *ib*. *n*. 3.
Statuti tamen dispositio locum non obtinet, si filiusfamilias obligetur pro patre, *ib*. *n*. 4.

Su-

Statutum urbis in contractibus filiifamilias exigit consensum patris, non pro integranda persona, sed pro interesse ipsius patris; & ideo potest hic consensus adhibere in contractu etiam ad sui favorem celebrato, *ibid. n. 7. 8. & 9.*

Ut filiusfamilias adversus obligationem pro patre emissam restitui possit, requiritur, quod enormissime fuerit læsus, adeo ut qualibet læsio non sufficiat, *dec. 38. numer. 13. lib. 9.*

In contractu gesto per filiumfamilias, non exigitur præsentia patris a Statuto urbis ad authorizandam personam patris, sed tantum ob interesse, & præjudicium patris, *dec. 39. num. 4. lib. 7.*

Probatio, quod filiusfamilias publice negotietur, & vivat seorsim a patre, aliunde haberi debet, quam a confessione etiam jurata filii, nisi tamen subsit alia justa causa inducens contrahentem ad credendum tali confessioni; *ibid. num. 12.*

Filiofamilias incumbit onus probandi se vixisse cum patre, & sub patria potestate, ac deceptum fuisse a creditoribus, quando cessat suspicio, quod creditor induxerit filiumfamilias ad confitendum se esse sui Juris, sed potius oritur præsumptio quod ipse dolo asseruerit, ut creditorem deciperet, nec juvatur dispositione Statuti, *ib. n. 14.*

Renunciatio facta a filio familias, *lib. 1, & 2. ff. & quod cum eo*, aliisque legibus sibi favorabilibus, excludunt in creditore credulitatem, quod filiusfamilias esset sui juris, *ibid. numero 16.*

Filiusfamilias, quando habet propria bona independenter a patre, & ob usufructu isti debito, tunc cessante præjudicio patris valide obligatur etiam sine consensu patris, non obstante Statuto urbis, *ib. n. 19.*

Filius naturalis, Filius spurius.

Spurius reputatur ad effectum successionis tanquam extraneus non habens, nec conservans jura agnationis, *decis. 84. n. 1. 10. & 27. lib 10.*

Spurius non venit sub denominatione proximiorum de domo, & familia, *ib. n. 2.*

Minusve descendentes ex eo, *ib. n. 3.*

Limitatur, si contraria adsit consuetudo, *ib. n. 4.*

Filii naturales ex consuetudine Civitatis Bononiæ admittuntur ad honores publicos ad instar nobilium ejusdem familiæ, & agnationis, *ibid. n. 5.*

Non tamen ad omnes effectus, *ib. n. 6.*

Consuetudo Civitatis Bononiæ admittendi naturales ad honores publicos non favet spuriis, *dec. 84. n. 19. lib. 10.*

Filii naturales possunt ex consuetudine, & ex voluntate testatoris haberi pro agnatis, *dec. 84. n. 7. lib. 10.*

Tam de jure civili, quam de jure canonico, magna est differentia inter naturales, & spurios, *ib. n. 8.*

Naturales minora obstacula, quam spurii, de jure patiuntur; tam ad effectum honorificos, quam ad effectum successionis, *dec. 84. n. 9. lib. 10.*

Consuetudo, quæ militat pro naturalibus ad effectum successionis, minime spuriis convenire valet, *ibid. numer. 11. & 14.*

Natus ex soluta, & conjugato, non dicitur vere adulterinus, & minorem de jure civili sortitur odibilitatem, quam natus ex conjugata, *ib. n. 12.*

Declara ut procedat traditio quoad solos, certos, particulares effectus, non autem quoad universalem successionem, *ibid. numer. 13.*

Spurii in Civitate Bononiæ cognomen deferunt, reputantur pro agnatis, & ascendentibus, ex Statuto succedunt ab intestato, *dec. 84. n. 16. lib. 10*

Prædicti Statuti non igitur tamen confirmatio Apostolica, *ibid. n. 17.*

Bononiæ nulla reperitur consuetudo, quæ admittat spurios ad successionem fideicommissorum conditorum pro illis de familia, *dec. 84. n. 21. lib. 10.*

Bononiæ adest consuetudo admittendi spurios ad successionem quoad effectus honorificos, *ib. n. 22.*

Hæc tamen consuetudo non operatur, ut spurii succedere debeant in fideicommisso ordinato pro illis de domo, & familia, *ibid. n. 23. 25. & 26.*

Operaretur tamen prædicta consuetudo, si testator fideicommissum scripsisset cum verbis mere activalibus, ut si vocasset posteriositatem, seu descendentiam, *ibid. numero 24.*

Spurii censentur exclusi, si testator per plures gradus expressisset qualitatem legitimitatis, licet eam repetere in subsequentibus substitutionibus non curaverit, *dec. 84. n. 28. & 29. & 31. lib. 10.*

Spurius, vulgoque conceptus, certum patrem habere non potest, *dec. 19. n. 2. & n. 17. lib. 16.*

Fiscus.

Fisco sunt concessa plura privilegia a jure contra suos debitores, *dec. 34. n. 61. lib. 15.*

Fiscus non tenetur rem sibi specialiter obligatam persequi ex privilegio fisci, *dec. 34. n. 62. lib. 15.*

Fiscus in materia excussionis privato æquiparatur, *dec. 35. n. 20. lib. 15. & dec. 36. n. 5. lib. eodem.*

Dotis privilegia fiscum retinet; *decision. 35. numero 15. lib. 15.*

Fœmina.

Admissio fœminarum ex hæredibus transversalibus in exclusionem fœminarum descendentium, si accidentalis sit, nullum efficit absurdum, *dec. 3. n. 19. lib. 10.*

Exclusio descendentium ex fœminis quando dicatur volita, *dec. 4. n. 5. lib. 10.*

Digressus ad plures gradus substitutionum, & qualitas masculinitatis etiam in substitutionibus præbet argumentum volitæ exclusionis descendentium ex fœminis, *ib. n. 17.*

Qualitas masculinitatis repetita in principio, & fine, censetur etiam volita in substitutionibus intermediis, *ibidem numero 7.*

Exclusio fœminarum a paterna hæreditate deservit ad arguendam etiam exclusionem descendentium earum, *ibid. numero 8.*

Pro concludenda exclusione descendentium ex fœminis, valida reputatur consideratio absurdi, *ib. n. 9.*

Familiæ conservationem in descendentibus ex fœminis testator consequi nequit absque injunctione oneris assumendi arma, & cognomen ejus familiæ, *ib. n. 10.*

Appellatione familiæ comprehenduntur etiam fœminæ, & descendentes ab eis, *ibid. numer. 12. decis. 5. numer. 8. & 9. libro 10.*

Ampliatur, etiam si adjectum appareat pronomen, *sua*, *ibid. n. 13.*

Digressus ad plures gradus substitutionum absque prohibitione alienationis non urget pro exclusione descendentium ex fœminis, *ib. n. 14.*

Qualitas masculinitatis denotat tantum prædilectionem sexus, non vero exclusionem descendentium ex fœminis, *ibid. numero 15.*

A regula, quod appellatione filiorum, & descendentium veniant etiam descendentes ex fœminis, non receditur, nisi ex conjecturis efficacibus, & necessario concludentibus, *ib. n. 20. & dec. 5. n. 15. lib. 10.*

Vide in verbo *Descendens.*

Sub nomine filiorum, & descendentium comprehenduntur etiam fœminæ, earumque filii, & descendentes, *dec. 5. n. 1. lib. 10. & dec. 47. lib. eodem.*

Amplia, quamvis vocati fuissent filii, & descendentes cum qualitate masculinitatis, quia adhuc venirent tam masculi ex masculis, quam masculi ex fœminis, *ib. n. 2.*

Fœminæ comprehenduntur sub appellatione lineæ, *dec. 5. n. 3. lib. 10.*

Fœminæ, minusque illarum descendentes, non veniunt in fideicommisso ordinato pro conservatione agnationis, *dec. 5. n. 4. lib. 10. & dec. 19. n. 9. lib. eodem.*

Fœminæ excluduntur ab hærede extraneo ultimi masculi in fideicommisso, in quo fœminæ non fuerunt vocatæ, *decis. 5. n. 15. lib. 10.*

Fœminæ non veniunt, nec post masculos, si testator ad solos masculos vocationem restrinxerit, & multo magis si conservationem domus, & familiæ, propter quam instituit fideicommissum, in solis masculis agnoverit, *dec. 7. numer. 16. lib. 10.*

Hæcque conclusio admittitur, etiam si fœminæ concurrant cum extraneo hærede ultimi agnati, *ib. n. 27.*

Fœminæ succedunt post masculos ad extraneorum exclusionem in fideicommissis conditis pro conservatione bonorum in agnationem, *dec. 8. n. 8. lib. 10.*

Hæc conclusio admittitur, vel ubi fœminæ de familia fuerunt in aliqua testamenti parte expressæ, vel taciite aliquando vocatæ, vel ubi testator non habita ratione agnationis strictæ, & rigorosæ, sed prædilectionis duntaxat masculorum in concursu cum fœminis, fideicommissum instituit simpliciter masculinum, *ib. numer. 9.*

Secus autem, si instituta fuerit primogenitura regularis vere agnatitia, & masculina, absque expressa, vel tacita fœminarum comprehensione, *ib. n. 10.*

Fœminæ veniunt appellatione proximiorum, *decis. 10. num. 1. lib. 10.*

Limita, quoties testator rigorosam, perpetuamque contemplatus fuerit agnationem, & prohibuerit bonorum alienationem, *ib. n. 2. & 3.*

Limita quoque, si testator in testamento fœminas expresse in aliquo actu vocaverit, & in substitutione facta favore proximiorum distincte non nominaverit, *ibid. numer. 4.*

Limita, etiam si oriretur absurdum, quod fœminæ ex linea testatoris prædilecta pejoris essent conditionis, quam aliæ quatenus sub proximiorum nomine fœminæ venire deberent, & illorum substitutione dicerentur comprehensæ, *ib. n. 5.*

Fœminæ proximiorum nomine non veniunt, si pluries vox masculorum fuerit repetita, *dec. 10. n. 6. lib. 10.*

Sub nomine familiæ secundum multos Doctores non veniunt fœminæ, *dec. 10. n. 9. lib. 10.*

Fœminarum exclusio facta per modum regulæ respicit omnes gradus substitutionum, *dec. 11. n. 14. lib. 10.*

Fœmina venit sub nomine proximiorum domus, & familiæ, & si sit de linea consanguinea proxima, aliis lineis remotioris exclu-

excludit; dec. 13. n. 11. lib. 10.
Fœminæ non venit appellatione proximiorum de domo, si resistat voluntas testatoris, decis. 13. numer. 11. lib. 10.
Hæcque voluntas patere dicitur, si testator in substitutionibus præcedenter factis masculos tantum vocaverit, & fœminas excluserit, ib. n. 13.
Testator, si vocaverit proximiores domus cum adjectione ipsius testatoris, non censetur voluisse sub horum nomine vocare fœminas, dec. 13. n. 15. lib. 10.
Fœminarum vocatio excluditur, si testator voluerit, quod bona semper permanere deberent in familia, dec. 13, numer. 16. lib. 10.
Ratio conservandi bona in familia, si magis pateat; quam prohibitio alienationis, argumentum præbet credendi fœminas fuisse exclusas, dec. 13, n. 18 lib. 10.
Fœminarum exclusio pariter objicitur, si testator proprias filias excludere quoque voluerit, dec, 13. n. 19. lib. 10.
Sub nomine proximiorum domus, & familiæ fœminæ comprehenduntur, dec. 14. n. 3. lib. 10.
Exclusio fœminarum, quæ dotatæ fuerunt, non probat voluntatem testatoris excludendi cæteras non dotatas, dec. 21. n. 11. lib. 10.
Appellatione familiæ, & posteritatis, veniunt quoque fœminæ, etiam si fuerint emissæ aliquæ fœminæ dotatæ, decis. 12. n. 19. & 20. lib. 19.
Fœminarum exclusio judicat voluntatem testatoris pro ordinatione perpetui fideicommissi, dec. 37. n. 16. lib. 10.
Appellatione domus, & familiæ veniunt etiam fœminæ, dec. 56. n. 6. lib. 10.
Illæque impediunt purificationem fideicommissi respectu masculorum alterius, ib. n. 7.
Exclusio fœminarum, & clericorum limitata in certis casibus, non arguit perpetuitatem fideicommissi, decis. 57. n. 16. lib. 10.
Etiam si testator usus fuerit verbis perpetuitatem denotantibus, ib. n. 17.
Fœminæ, quæ sunt de linea filiorum, & descendentium masculorum, non possunt venire sub alia linea filiarum ex finis, decis. 63. n. 16. lib. 10.
Rejiciuntur contrariæ Doctorum authoritates, decis. 63. num. 17. 18. 19. 20. 21. 22, 23. 24. 25. & 26. lib. 10.
Fœminæ licet faciant numerum ad augendam legitimam masculorum, non tamen concurrere possunt in successione, si resistat dispositio Statuti, decision. 1, numer. 16. lib. 11.
Fœminæ nuptæ in agnatione, non est finis propriæ familiæ, imo illa continuatur in filiis, in quibus verificatur ratio agnationis, decision. 1. numer. 13. de stat. success. & n. 58.
Per fœminas licet agnatio conservari non soleat, tamen quando illæ vocantur cum onere nubendi in familia, mens, & votum conservandi agnationem magis effulget, ib. n. 15.
Ex Text. in cap. 36. vers. 7. præcipitur, fœminas de eadem tribu, & familia maritos accipere, ut hæreditas permaneat in familia, ib. n. 16.
Fœminæ gradus in agnatione nuptæ, est pertinens, & ex eo filius in successione agnatitia est omnino admittendus, ib numer. 16 & n. 81. 96. & 99.
In filiis fœminæ nuptæ in familia conservantur omnia verba, & qualitates exoptatæ ad succedendum, quia sunt agnati masculi, & intra gradum præscriptum, decis. 1. numer. 25. & 143. de stat. success.
Fœmina nupta in familia; non solum agnationem; sed etiam gradum conservat, decision. 1. n. 20. de stat. success.
Fœminæ gradus nubentis in familia habetur in filiis agnatis, ac si esset ex masculo, ad effectum successionis, dec. 1. numer. 21. de stat. success.
Filius fœminæ nuptæ extra lineam vocatam excluditur, non ex inhabilitate gradus, sed incapacitate lineæ, decis. 1, numer. 58, & n. 131. de stat. success.
Filius fœminæ in familia nuptæ, licet ejus pater non sit vocatus, sed exclusus, vincit agnatum per media masculina proximiorem, & obtinet successionem ex majori proximitate matris, decision. 1. numer. 51. & 52. de stat. success.
Filii procreati ex connubio fœminæ nubentis in familia, trahunt a matre non solum proximitatem, sed etiam agnationem, decis. 1. n. 22. de stat. success.

Flamen.

Flamine confessoris vice fungentur, totumque id, quod traduntur irrevocabiliter donant, & edimunt, decis. 6. n. 3. lib. 16. & dec. 34. n. 5. lib. 16.
Modica fluminis pars flumen non facit, dec. 34. numer. 5. libr. 16.

Folium.

Spatium in albo relictum facit deficere consensum; decis. 14. n. 4. lib. 8.
Declaratur tamen, ne procedat, quando subscribens folium, in quo spatia alba relicta sunt, nullam penitus habet notitiam eorum, quæ in folio subscripto inserenda sunt, ib. numero 5.
Vide alia in verbo *Subscribere*.
Folium subscriptum in albo non producit actionem contra subscribentem ex defectu consensus, decision. 51. numer. 2. libr. 8.
Folium subscriptum in albo obligat subscribentem, si iste habeat notitiam rei generandæ cum illo folio, decision. 51. numer. 6. lib. 8.

Forensis.

Forensis succedere nequit in re in exteros alienari prohibita; decis. 9. n. 18. lib. 9.
Forenses non ligantur Statutis in his, quæ oriuntur a principio, & ex natura contractus, secus in his, quæ eveniunt post contractum ex mora, vel negligentia, quia tunc dicitur contracta mora in loco petitionis, ubi non adest specialis locus solutioni destinatus, decision. 3. numer. 18. & 19. libr. 6.

Forma.

Forma substantialis non adimpletur per æquipollens, decision. 5. numer. 10. libr. 16.

Frater.

Vide in verbo *Legitima*.
Fratres, & sorores succedunt æqualiter in hæreditate prædefuncti fratris, dec. 20. n. 1. lib. 11.
Fratres uterini sunt de aliena familia, decision. 12. n. 7. lib. 9.
Fratres uterini non conservant agnationem, dec. 12. n. 6 libr. 9.
Fratri nulla debetur legitima, nisi sit instituta turpis persona, dec. 28. numer. 2. libr. 9.
Fratres concurrentes cum ascendente portionem habent immunem a detractione legitimæ, & diminuentes hæreditatem ascendentis, causative etiam minuunt legitimam, decision. 28. n. 3. libr. 9.
Consequenter eatenus id, quod fratres capiunt, ex dispositione hominis, cum succedat in locum patris, quæ debebatur ab intestato, detrahitur ante legitimam, ib. numer. 4. & 5.
Non tamen detrahitur ab ipsa legitima in commodum hæredis scripti, ib. numer. 6.
Pater non concurrit in legitima, detrahendo tamen relictum ante legitimam ipsam, causative diminuet, cum quid minus dicatur in hæreditate existere, decision. 28. n. 7. libr. 9.
Emolumentum, quod frater consequitur, est immune a detractione legitimæ, decision. 28. n. 8. libr. 9.
Fratres nunquam in legitima concurrunt, nisi sit instituta turpis persona, dec 29 n. 16. lib. 9.
Fratres per concursum non minuunt legitimam ascendentis, nisi instituta fuisset turpis persona, sed per indirectum, & causativum, detrahendo emolumentum ante legitimam, dec. 30. n. 1. lib. 6.
Trebellianica debita fratribus subducenda est ab asse tanquam portio hæreditaria non veniens in calculo, & supputatione legitimæ, ib n. 2.
Fratres, quando succedunt in tota eorum virili, legitima avi est tertia unciæ, ib n. 3.
E converso, quando fratres in nihilo succedunt, est tertia totius, ib n. 4.
Si autem fratres nec in totum succedunt, neque in totum excluduntur, eo casu emolumentum detrahitur ante legitimam, & ex residuo illo ascendens detrahit tertiam partem pro legitima, ib. n. 5. & 6.
Idque procedit tam in terminis Trebellianicæ, quam legatorum institutionis in re certa, & universali, cum militet eadem ratio, dec. 30. n. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. lib. 9.
Quod detrahunt fratres sive titulo universali, sive particulari, sperant ante legitimam, dummodo detractio sit intra mensuram virilis portionis, ad quam vocantur a lege in successione ineunda fratris una cum ascendente, dec. 31. numer. 6. libr. 9.
Prudens est consilium præferre non solum fratrem substitutum, sed etiam ejus liberos, dec. 3. numer. 26. lib. 10.
Frater succedit in bonis fratris una cum patre, dec. 25. n. 8. lib. 16.

Fratres Minores.

Vide etiam verbo *Religiosus*.

Fraus.

Fraudis suspicio cessat, quotiescunque actus in causa licita potest aptari, dec. 34. n. 9. lib. 7.
Fraus per evidentes probationes probari debet, decis. 6. n. 10. lib. 9.
Ex proprio fraudulenti facto quis compendium consequi non potest, decision. 78. numer. 13. lib. 13.

Fructus.

Fructus non veniunt; nisi a die petitæ manutentionis, decis. 19. numer. 3. lib 6.
Veniunt tamen usque a principio, si non in interdicto possessorio, sed in petitorio bona petita fuerint, ib. n. 4.
Licet non agatur de spolio violento, nec attentato, ibidem numer. 6.
Fructus veniunt restituendi, non obstante bona fide elicita ex favorabilibus resolutionibus postea revocatis ib. n. 6.
Fructus decursi temporis, quo contractus reperitur in implicito statu validitatis, sunt debiti, dec. 19, n. 15. lib. 7.
Id tamen procedit in his fructibus, quos durante implicito statu validitatis fuerunt soluti, non autem in fructibus, qui non fuerunt soluti, ib. n. 16.
Facta obligatione de restituendo fructus, isti habentur pro existentibus, dec. 35. n. 3. libr. 8.
Fructus debentur a die purificati fideicommissi, si agatur de fideicommisso particulari, etiam si dictio sequatur ex post, cum ex vi legis retrotrahatur, decision. 40. numer. 17. & 18. libr. 10.
Nec ab illorum restitutione excusat bona fides, ib. n. 19.
Illorumque petitio ad hæredes transmittitur, ib. n. 20.
Fructus in quocunque judicio debentur ab exordio litis, dec. 42. n. 0. lib. 10.

Fructus debentur a die expeditionis monitorii, si illud possessor reproduxerit, *dec. 44. n. 6. & 7. lib. 10.*
Jus petendi fructus ortum in vita authoris, transmissum dicitur ad hæredes, *ib. n. 9.*
Fructus debentur a die moræ litis, licet prosecutio illius diu fuerit prætermissa, *ib. n. 10.*
In fideicommisso particulari fructus debentur non a die moræ litis, sed a die apertæ successionis, *dec. 43. n. 1.*
Limitatur, quoties fideicommissum sit dubium, & a conjecturis dependeat, *ib. n. 2.*
Hæc tamen limitatio tantum procedit, si vocatio sit omnino tacita, & interpretativa solum eliciatur, ita ut oculis corporis legi non possit, *ib. n. 3.*
Fideicommissario agenti judicio immissionis, debentur fructus a die moræ litis, *dec. 44. n. 9. lib. 10.*
Ad dictum effectum litis mota dicitur ex monitorii executione, & reproductione, *ib. n. 2.*
Fructus in fideicommisso particulari debentur a die apertæ successionis, non a die moræ litis, *dec. 44. n. 9. lib. 10.*
Non sic proceditur, si fideicommissum sit dubium, cum tantum admittatur conclusio in fideicommisso claro, *ib. n. 10.*
Fructuum recollectio probatur per testes deponentes de auditu ab ipsis collectoribus, & per publicam vocem, & famam, *decision. 71. n. 3. & 4. lib. 13.*
Præsertim, quando agitur de recollectione fructuum alicujus universitatis bonorum, *ib. n. 5.*
Fructus veniunt a die litis contestatæ in actione, *l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll. dec. 8. n. 4. lib. 15.*
Fructus possunt peti, & liquidari coram judice *a quo*, licet a mandato super negotio principali Signaturæ commiserit causam cum clausula, sine præjudicio, *dec. 8. n. 6. lib. 15.*
Quantitas fructuum ex locationibus probatur, *decis. 8. numer. 7. lib. 15.*
In materia liquidationis fructuum leviores admittuntur probationes, *dec. 8. n. 8. lib. 15.*
Et satis est justificare, quid in antecedentibus annis retrahebatur, *dec. 8. n. 9. lib. 15.*
Fructus in judicio immissionis debentur tantummodo a die productionis partium, non vero a die introducti judicii, *decis. 17. n. 1. lib. 15.*
In judicio petitionis hæreditatis, fructus veniunt usque a principio, *dec. 17. n. 3. Declara, ut n. 4. lib. 15.*
Si deliberatio retractetur, fructus debentur a die moræ litis, non vero a die secutæ deliberationis, *dec. 19. n. 1. lib. 15.*
Amplia, etiam si agatur de bonis pupilli, vel minoris, aut Ecclesiæ, licet contrarium servetur, si pertractaretur de alienatione voluntaria, *ib. n. 5.*
Amplia 2. in casu quo deliberatio sit excessiva, vel creditum insubsistens, ubi tamen deliberatarius non sit ipsemet creditor, *ib. n. 3.*
Amplia 3. licet actum sit judicio petitorio, *ib. n. 7.*
Fructus debentur a die deliberationis, si ista fuerit læsiva, *decision. 19. n. 6. lib. 15.*
Quoties resolvitur actus deliberationis, restituendi sunt fructus pretii, seu qui soluti fuerunt creditoribus venditoris, vel deliberatarii, *dec. 19. n. 9. lib. 15.*
Collectæ, & onera publica detrahi debent, ubi sit fructuum restitutio, *dec. 19. n. 10. lib. 15.*
Fructus meliorамentorum quando non debeantur, *dec. 19. n. 12. lib. 15.*
Creditum siccum fructus parere nequit, *decis. 19. numer. 10. lib. 15.*
Fructus ob arborum incisionem spoliato debentur, *dec. 19. n. 13. lib. 15.*
Quando haberi ratio non debeat de fructibus compensatis, *decis. 9. n. 3. lib. 16.*
Fructus non debentur patri, quando testator voluit, quod fructibus frueretur filius absque illo onere, & servitute, *dec. 6. n. 5. lib. 4.*
Fructus bona fide percepti non sunt restituendi; quando tamen titulus reducitur ad non titulum, sunt restituendi, & quando id verificetur, *dec. 6. n. 15. 17. & 18. lib. 4.*
Fructuum quantitas ex pluribus locationibus probatur, *decis. 11. n. 15. lib. 6.*
Ac ex testibus opinantibus dicti, ac scientiæ causam reddentibus, *ib. n. 16.*
Fructus mala fide percepti a possessore restituendi sunt, *decis. 12. n. 3. lib. 6.*

Fuga.

Pro reparanda fuga, & occultatione potest quilibet judex adiri, licet causa coram alio pendeat, *dec. 10. n. 2. lib. 15.*
Potest adiri quilibet judex ad reparandam fugam, & dilapidationem, quoties judex, coram quo lis pendet, æque commode haberi non valet, secus a contra, *ib. n. 7. & 8.*

Fundatio, Fundator.

Fundator valet in limine acquisitionis patronatus omnes conditiones apponere, & facta, licet juri repugnantes, *dec. 4. n. 11. lib. 13.*
Ea quæ in fundatione demandata fuere, non possunt per Ordinarium subverti, sed religiose sunt adimplenda, *ibid. n. 13.*
Fundator ex intervallo non potest alterare leges fundationis, *dec. 6. n. 8. lib. 13.*
Concurrentibus duobus æque idoneis ad idem beneficium, præfertur ille, cujus antecessores beneficium fundarunt, *decis. 6. n. 9. lib. 13.*
Fundatori permittitur declarare suam intentionem, *dec. 6. n. 10. lib. 13.*
Fundator potest variare, & præjudicare quocunque modo vocatis ad Juspatronatus, *dec. 13. n. 9. lib. 13.*
Fundatoris vero successores solum possunt efficere Juspatronatus de hæreditario gentilitium, *ib. n. 10.*

Fundus dotalis.

Vide etiam in verb. *Dos.*
Loca montium assignata pro dote cum conditione, quod illa debeant stare pro fundo dotali, operantur, ut dos in illa dicatur constituta, *dec. 9. n. 13. lib. 9.*
Dos quæ consistit in fundo, ex ipso fundo detrahi debet, *decision. 9. n. 14. lib. 9.*

Funeralia.

Funeralia qua de causa instituta, quæ cæremoniæ in eis observandæ, *dec. 7. n. 2. lib. 14.*
Cæremoniarum funeralium observantia percipitur ex Rituali Romano, *ib. n. 5.*
In materia funeralium multum attenditur consuetudo, *ibid. numer. 6.*
Episcopus potest taxare aliquam moderatam summam circa funeralium impensas, quando quis moritur ab intestato, *ibid. num. 8.*
Funeralia emolumenta computantur inter jura parochialia, & cedunt in compensationem laboris a Parocho adhibiti in administratione Sacramentorum, *ib. n. 23.*
Funerale etiam non factum debetur Parocho, nisi Ecclesia tumulans habeat privilegium speciale illud consequendi, *ib. numer. 24.* & rationes expenduntur *n. 35.*
In funeribus, quando cadaver sepelitur extra Ecclesiam Parochialem, tenetur Ecclesia sepeliens tradere Parocho portionem Canonicam, juxta peculiarem locorum consuetudinem, *ibid. numer. 26.* Et hæc consuetudo Romæ vigore Statuti Cleri Romani, est medietas, *ib. n. 27.*
Differentia inter funus factum, & funus non factum, assignatur, *ib. n. 32. & 33.*
Aliud est jus funerandi, aliud jus sepeliendi; nam illud semper competit Parocho, istud ex privilegio etiam Ecclesiis non Parochialibus, *ib. n. 34.*
Funus non factum, nec relictum, Ecclesia tumulans nullam habet actionem petendi, *ib. n. 36.*

Furiosus, furor.

Furiosus tempore induciarum, ut sanus in plerisque habetur, *decis. 13. n. 42. lib. 9.*
Furor quando reddat testamentum invalidum, *dec. 36. num. 9. lib. 16.*
Furiosus habens perpetuam mentis alienationem constituit primam speciem furiosorum, *dec. 20. n. 3. lib. 16.*
Secunda species est illorum, qui habent lucida intervalla, *ibid. n. 4.*
Tertia species est eorum, qui aliqua vi morbi invasi accidentaliter perdunt voluntatem, *ib. n. 5.*
Prima species furiosorum testari non potest, secunda, & tertia potest, *dec. 20. n. 6. lib. 16.*
Lucida intervalla appellantur tempus intermissionis, *ibidem numer. 7.*
Testamentum præsumitur conditum tempore mentis lucidæ potius, quam furiosæ, *ib. n. 8.*
Furioso datur curator, *dec. 20. n. 11. lib. 16.*
Conjectura furiosi desumpta ex datione curatoris, & traductione ad hospitale dementium, est valde suspecta, quod potuerit fieri per industriam succedentium ab intestato, *ibid. numer. 12.*
Sola curatoris deputatio non concludit dementiam, *ibid. numer. 13.*
Habens dilucida intervalla non impeditur contrahere, *ib. n. 4.*
Authoritas curatoris quiescit, quando ille furiosus habet lucida intervalla, *dec. 20. n. 15. lib. 16.*
Discessus ab hospitali procuratus denotat potius sanitatem mentis, quam furorem, *ib. n. 15. lib. 16.*
Dementia debet probari de tempore conditi testamenti, *dec. 20. n. 17. lib. 6.*
Vide etiam in verb. *Dementia* verb. *Mens.*
Prudentia adhibita in forma disponendi excludit fatuitatem in testatore, *dec. 20. n. 19. lib. 16.*
Vel denotat testatorem habere lucida intervalla, *ib. n. 20.*

Furnus.

Cuilibet licitum est furnos construere, *dec. 1. n. 1. lib. 2.*
Baro suis vassallis prohibere non potest, ne ad furnos Ecclesiasticorum accedant, ibique panem coquant, *dec. 1. num 3. libr. 2.*
Fallit, si vassalli se obligarunt ad furnum baronis accedere, *ib. n. 3.*
Baro non potest vassallis prohibere, ne in proprio solo furnos construant, & illis panes coquant, *decis. 3. numer. 4. lib. 2.*
Nisi ejus favore concurrant titulus expressus privilegii, & conventionis, aut saltem proveniens ex immemorabili præscriptione, aut possessione, cum adminiculo prohibitione, & subsecuta vassallorum acquiescentia, *decision. 3. numer. 2. lib. 2.*
Stante quasi possessione coquendi panes in furno baronis, & prohiben-

hibendi accessum ad alios suos non; competit baroni manutentio, ib. n. 3.

Obligatio a barone suscepta manutenendi furnum, & coquendi panes vassallorum eidem jus tribuit prohibendi accessum ad alios furnos, & eos cogendi ad coquendum furno baronis, ib. n. 3.

Possessio immemorabilis præsumitur meliorem titulum de mundo, dec. 3. n. 9. lib. 2.

Et operatur, ut baro allegare possit, ut subditi se obligaverint ad furnum baronalem accedere, ib. n. 19.

Ruinæ aliorum furnorum præsumit eosdem ad coquendum nunquam deservisse, & arguit baroni competere jus cogendi ad proprios furnos accedere, dec. 3. n. 15. lib. 2.

Existentia plurium furnorum locis adjacentibus non excludit bannalitatem furni localis, immo eam arguit, si iste semper unicus extiterit, ib. n. 16.

Transactio cum subditis coquendi in furno baronali non comprehendit forenses, ib. n. 17.

Cuilibet licitum est furnos facere, nisi dominus castri jus furnendi privative habeat, vel ex pacto vel ex privilegio, vel jure servitutis, dec. 4. n. 1. lib. 2.

Conventio cum vassallis inita, ut in furno baronis coquere teneantur, ei tribuit jus prohibendi, ne ad alios furnos accedant, & novos construant, dec. 3. n. 1. lib. 2.

Maxime si vassalli per tempus immemorabile ad furnum baronis accesserint, ib. n. 2.

G

Gradus.

Graduum computatio exceptis causis matrimonialibus fieri debet secundum jus civile, non vero juxta jus Canonicum, dec. 44. n. 2. Declara, ut n. 3. & 4. lib. 13.

Ex consuetudine Regni Aragoniæ computatio graduum fit secundum jus canonicum, dec. 43. n. 11. lib. 13.

Graduum computatio juxta communem sententiam fieri debet juxta jus civile, dec. 55. n. 12. lib. 13.

Secundus gradus ex præsumpta defuncti voluntate regulatur a primo, dec. 15. n. 12. lib. 16.

Gradus dicitur pertinens, ubi derivat personæ invitatæ præclusive ad remotiores, dec. 1. n. 107. de stat. success.

Qualitas gradus masculini adjuncturæ agnationis notabiliter alterat, ideoque sine speciali nota, & expressione consulto omissa reperiatur, ib. n. 141.

Gradus defectus non percutit lineam; sed tantum personæ nec transit ad filium, qui aliunde potest illum adipisci, & ex nova qualitate successionem obtinere, dec. 1. n. 45. de stat. success.

Item gradus esse non potest modo habilis ad repellendum agnatum masculum conservationi agnationis idoneum, modo inhabilis ad arcendam fœminam in aliena familia collocatam, & conservandæ agnationis incapacem, ib. n. 55.

Gradus in Statutis non consideratur respectu sanguinis, sed successionis, ideoque non potest desumi e fœmina insuccessibili, ib. n. 93.

Gratia quoad Beneficia.

Gratia Apostolica subreptitie obtenta non meretur executionem; dec. 8. n. 1. lib. 13.

Pro justificatione gratiæ Apostolicæ non est opus probare præsentantes esse in possessione juris præsentandi, sed sufficit probare esse patronos, dec. 10. n. 12. lib. 13.

Gratia justificata paratam habet executionem, dec. 15. numer. 2. lib. 13.

Pro justificatione gratiæ derogationis medietatis vocum attenditur tantum præsentatio, quæ sit facta ab eo, qui existit in quasi possessione juris præsentandi, decision. 13. numero 17. lib. 13.

Gratificationi non est locus, nec favore compatroni, nisi concurrente medietate vocum, dec. 15. n. 28. lib. 13.

Gratia fundata in assertione præsentationis verificari debet cum præsentatione facta ab aliis, qui sunt in quasi possessione præsentandi, dec. 16. n. 16. lib. 13.

Gratia obtenta super medietate vocum sufficienter verificatur, si is, qui gratiam obtinuit, probet se fuisse præsentatum a medietate vocalium, dec. 20. n. 10. lib. 13.

Gratia pro præsentato intelligitur concessa per Papam cum intentione, quod patroni existant in quasi possessione præsentandi, decis. 20. n. 20. lib. 13.

Vicarius non potest exercere ea, quæ sunt meræ gratiæ, dec. 20. n. 8. lib. 13.

Data meritorum æqualitate Episcopus potest gratificare quem voluerit ipsum instituendo, dec. 21. n. 9. lib. 13.

Gratia Apostolica non potest concurrere cum institutione facta ab Ordinario, si illa obreptitia sit, decision. 25. numer. 16. lib. 13.

Præsertim si adsit clausula, dummodo de tempore data per, &c. ib. n. 17. & dec. 26. n. 15. lib. 13.

Gratificatus ab Ordinario est præferendus, dec. 26. num. 3. libr. 13.

Gratia obreptitie obtenta exequi non debet, dec. 26. numer. 14. lib. 13.

Compatronus in concursu aliorum est gratificandus, dec. 26. numer. 18. lib. 13.

In paritate vocum potest Ordinarius alterum ex præsentatis gratificare, dec. 41. n. 7. lib. 3.

Gratia non invalidatur, quando taciturnitas veritatis provenit ex ignorantia, dec. 56. n. 5.

Declara, ut n. 12. 14. & 15. lib. 13.

Valor fructuum verificari debet de tempore gratiæ, dec. 61. n. 3. lib. 13.

Vide quoque in verbo Pensio, & verbo Valor.

Quæ differentia intercedat inter aperitionem oris; & reductionem gratiæ ad terminos juris, dec. 77. n. 11. lib. 13.

Gratiæ subreptio resultat ex Principis circumventione per veri reticentiam, aut falsi expressionem causata, dec. 3. num. 7. lib. 14.

Gratia ut valeat debet fieri mentio de qualitatibus etiam in jure non expressis, si ex expressis Princeps plus, vel minus concessisset, vel difficilius, dec. 3. n. 7. offic. venal.

Gratia certo modo, quæ dicatur, dec. 3. n. 1. lib. 12.

Gratia veritate precum destituta nullam meretur executionem; dec. 3. n. 3. lib. 12.

Gratia periodo valida sanatoriæ nullitatis, & erroris litterarum valet tantum a die datæ supplicationis, dec. 3. n. 21. lib. 13.

Gratia censetur subreptitia, si non fuit expresse narrata unio beneficii subjectiva, dec. 4. n. 8. lib. 12.

Gratificatio.

Gratificatio Episcopi tunc admittitur, & procedit, quando concurrentes sunt pares in qualitatibus a fundatore requisitis, dec. 80. n. 4. lib. 14.

Gratificatio Episcopi non admittitur, quando quis non est ad terminos fundationis qualificatus, etiamsi in meritis excelleret, ib. n. 3.

Gratificatio concedenda est illi, qui nullum aliud habet beneficium in concursu alterius habentis, ib. n. 28.

Gratificatio Ordinarii, quando constat de ejus alare irrationabilitate, potest a Judice superiori sperni, ib. n. 29.

Gratificatio danda est consanguineo fundatoris in concursu extranei, ib. n. 27.

Gravamen.

Gravamen in dubio præsumitur hæreditarium; ac nomine appellativo factum, ut indistincte comprehendat omnes venientes ex judicio testatoris, dec. 70. n. 19. lib. 10.

Nemo debet plus gravari, quam honorari, dec. 63. num. 12. lib. 16.

Quodcunque gravamen adjectum sustinetur filiis consentientibus, dec. 7. n. 20. lib. 4.

Gravatus.

Vide verbo Hæres.

Quilibet gravatus habet facultatem alienationem peragendi durantem, quousque vivat, decis. 35. n. 19. lib. 10.

Hæres gravatus habet dominium in re fideicommissaria, & illud est cum fideicommisso compatibile, dec. 35. n. 21. & 22. lib. 10.

Gravatus qui non præsumitur, si non esset vocatus, dec. 66. n. 11. lib. 10.

Gravatus censetur elegisse alienata ex causa detractionum, dec. 72. n. 24. lib. 10.

Quando honos, & vocatio præcedit gravamen, gravatus non dicitur simplex minister, sed cum effectu hæres; secus si præcederet gravamen, & postea vocatio, & honor, decis. 15. n. 6. & 7. lib. 13.

Hæres gravatus tenetur reintegrare alienationes ab ipso gravato factas, dec. 8. n. 8. & 9. lib. 4.

H

Habilis, Habilitas.

Vide etiam in verbo Succedere.

Hæreditas

Vide etiam in verbo Hæres.

Hæreditati non jacenti non est deputandus curator, dec. 2. n. 16. lib. 9.

Ubi agitur de descendentibus, hæreditas non adita transmittitur, dec. 10. n. 2. lib. 9.

Nomen hæreditatis magis refertur ad hæreditatem obnoxiam fideicommisso, quam ad hæreditatem liberam, quæ per aditionem desinit esse hæreditas, dec. 48. n. 12. lib. 10.

Conjectura ad præfatum effectum est pregnantia verborum, ib. num. 13.

Prout est onus deferendi cognomen; & arma, injunctum per verba geminata, & enixa, ib. n. 14.

Hæreditas non adita dicitur in patrimonio hæredis, & illius successor in ea nullum jus habet, dec. 26. n. 9. lib. 16.

Hæreditas non adita non transmittitur, dec. 26. n. 16. lib. 16.

Hæreditatis præventiva restitutio donationem sedolet, dec. 112. n. 21. lib. 6.

Hæreditatum, & patrimonia defuncti tot dicuntur esse, quot sunt Provinciæ, & Principatus, in quibus ille bona possidebat, dec. 33. n. 19. lib. 9.

Hæres.

Vide in verbo Gravatus; & Inventarium.

Hæres authoris factum servare debet; *dec*, 30. *n*. 21, *lib*. 6, *dec*, 74. *n*. 18. *lib*. 10.
Hæredi scripto datur immissio, si constet de testamento, & de bonorum identitate, *dec*. 1, *n*. 1. *lib*. 9.
Hæres nequit impugnare factum defuncti, *decis*. 1, *numer*, 16, *lib*, 7.
Hæres repræsentat hæreditatem pro ea tantum parte, pro qua est hæres, *dec*, 2. *n*. 1, *lib*. 5, *dec*. 19, *n*. 1, *lib*, 9.
Hæredi non competit restitutio in integrum adversus præscriptionem inchoatam cum defuncto, si non probetur verisimilis ignorantia, *dec*, 6, *n*. 14, *libr*, 5.
Hæres tenetur de proprio ad debita hæreditaria, si sufficientem non reddiderit rationem, *dec*, 7, *n*, 1. *lib*. 5, *dec*, 8, *num*, 1. *lib*, *eodem*,
Hæres post aditionem semper remanet obligatus favore creditoris hæreditarii, licet hæreditatem alii cedat, *ibidem numer*, 12,
Hæredi non solet denegari immissio, quoties habeat testamentum, & probat antiquam testatoris possessionem, & modernam rei conventi, *dec*, 3. *n*, 1. *lib*. 7.
Hæres contraveniens præcepto de assumendo nomen, & insignia familiæ perdit emolumentum, *dec*. 3, *n*. 6, *lib*, 7.
Quoties tamen datus non reperiatur cohæres, aut substitutus resolvitur in simplex consilium, *ib*. *n*, 7,
Hæres cum exceptione redditionis rationis non potest impedire executionem mandati contra bona hæreditaria, *decision*, 25. *n*, 15, *lib*. 7.
In re propria hæredis istius creditores, quamvis posteriores præferuntur creditoribus defuncti, *decision*. 14, *numero* 8. *libr*. 8.
Obligatio defuncti ad bona hæredis non protrahitur, nisi copulative concurrat præordinatus animus defuncti illa specifice hypothecandi ad factum proprium hæredis adeundo absque inventario, *ib*. *n*, 9,
Hæredi non licet impugnare factum defuncti, *dec*, 40. *n*. 9, *lib*, 8, *dec*. 10, *n*, 11. *lib*. 9. *dec*. 1. *n*. 5, *lib*. 6.
Confessio authoris nocet hæredi, *dec*. 40. *n*. 10. *lib*, 7,
Nec illam impugnare potest, *dec*. 6. *n*, 13. *lib*. 10.
Hæres non potest allegare retentionem, nisi reddita ratione bonorum hæreditariorum, *decis*. 40, *n*. 20, *lib*, 8, *dec*, 3. *numer*. 21, *lib*. 6,
Hæredi proprietario post obitum usufructuarii debetur immissio, *dec*. 2. *n*, 1. *lib*. 9,
Hæredi conceditur immissio, dum detractionum incompetentia non est clara, *dec*. 9. *num*. 33, *lib*, 9.
Res per hæredem appropriata amplius non dicitur hæreditaria; *decis*. 6. *n*, 21. *lib*. 9.
Hæres recte solvit creditori primo venienti, *dec*. 6, *numer*. 21, *lib*. 9.
Hæredi pro creditis acquisitis post sibi delatam hæreditatem appropriationem bonorum concedere potest judex, *decis*. 6. *n*. 26, *lib*. 9.
Hæres postquam creditores incœperunt arguere non facit fructus suos, sed illi augent hæreditatem ad commodum creditorum, *dec*, 7. *n*, 13. *lib*. 9.
Hæres vindicare non potest bona ab ejus authore distracta, *decis*. 8. *n*. 8. *lib*. 9.
Hæres sine inventario faciliter repellitur a petitione detractionum propter præsumptionem subtractionis, *dec*, 10. *numer*. 8. *lib*. 9.
Secus si solemni inventario sit suffultus hæres, quia tunc concludentes est probandum alienationes æquare detractiones eidem debitas, *ib*, *n*. 9,
Et sola dubietas sufficit, ne pro illis impediatur immissio, *ib*. *n*. 10.
Hæres non potest arguere defectum de mendacio, *decis*. 15. *n*. 4 *lib*. 9.
Licet hæres teneatur pro ejus virili, si plures adsint cohæredes, nihilominus in præstatione facti tenetur in solidum, *dec*, 16, *n*. 2, *lib*. 9.
Hæres non tenetur, nisi pro ejus virili erga creditores hæreditarios, *dec*, 17. *n*. 6, *lib*. 9.
Limita, si in eo tota fuerit consolidata hæreditas, *ib*. *n*. 7.
Limita iterum in præstatione facti, licet in actione personali petiti, *ib*. *n*. 8,
Sublimita, si loco facti damna, & interesse peterentur, *ib*. *numer*. 9.
Hæres in actione personali non tenetur, nisi pro virili, *dec*, 18, *n*. 5. *lib*. 9.
Hæres non conficiens inventarium tenetur insolidum pro toto debito favore creditoris, *dec*. 18. *n*. 6. *lib*, 9.
Declara, ut vera sit conclusio, si hæres sit in totum; secus si adsint plures cohæredes, quia tunc singuli tenentur non in solidum, sed pro virili, *ib*, *n*, 7.
Pluribus stantibus hæredibus nullus tenetur erga creditores, nisi pro virili, *dec*. 19, *n*. 8. *lib*. 9.
Limita, si unus ex hæredibus integrum defuncti patrimonium possideret, *ib*, *n*. 3.
Sublimita, si creditor contra omnes agere curaverit, *ibidem num*. 5.
Contra plures hæredes mandatum si exiterit relaxatum omnes pro rata præsumuntur condemnati, *dec*, 19, *n*. 4. *lib*. 9.
Hæres non tenetur ad debita, nisi pro ea parte, pro qua est hæres, licet inventarium non confecerit, *decision*. 19, *num*. 4. *lib*. 9,
Omissio inventarii in d. casu nihil aliud operatur, nisi quod hæres pro parte debiti sibi tangente teneatur etiam ultra vires hæreditarias, *dec*. 19. *n*, 7. *lib*. 9.
Hæres inefficax, & puri nominis dicitur, qui restituere tenetur ex vi clausulæ codicillaris, *dec*. 31, *n*. 13. & 24. *lib*, 9.
Hæredi scripto denegari non debet immissio, *decis*. 33. *num*. 1. *lib*. 9,
Etiam ex remedio legis Salviani, *decis*. 33. *n*. 2. *lib*. 9.
Qualitas hæreditaria ex aditione constare dicitur, *decis*. 7. *n*. 1. *lib*. 10.
Rursus ex actibus, qui fieri nequeunt citra jus, & nomen hæredis, *ib*, *n*. 2, & *dec*. 8, *n*. 1, *lib*. 10,
Qualitas hæreditaria probata non dicitur, si non constet de inventario, ubi emisse sese protestatum, quod hæres esse non intendat, nisi cum beneficio legis, & inventarii, & non etiam aliter, nec alio modo, *ibid*, *num*. 3. & *dec*. 8. *numer*. 2. *lib*. 10,
Et ideo astandus est hæres, qui simplo hæreditario agit, & dictam protestationem fecit, ut vel exhibeat inventarium, vel se declaret hæredem simplicem, *ibid*. *num*. 4. & *dec*, 8. *numer*. 4. *lib*. 10.
Actus æquivocus, nec pro exclusione qualitatis hæreditariæ, neque pro hæreditatis repudiatione potest inservire, *dec*. 8. *n*. 12. *lib*. 10.
Hæres non potest onus ab authore acceptatum impugnare, *dec*. 16. *n*, 18, *lib*. 10.
Minusque ejus hæres, *ib*. *n*. 19.
Non est in potestate hæredis fideicommissum inducendi, vel alterandi, *dec*. 21, *n*. 64. *libr*. 10,
Hæres gravatus emens cum pecunia fideicommissi nomine proprio sibi, & non fideicommisso acquirit, licet debitor pecuniarum evadat, *dec*. 51. *n*. 11, *lib*, 10.
Hæres fideicommissarius licet alienationi consensum præstiterit, non impeditur agere pro recuperatione pretii bonorum alienatorum adversus hæreditatem gravati alienantis, *decis*. 51. *n*, 15. *lib*. 10.
Hæredis confessio multum urget ad effectum declarationis fideicommissi, *dec*, 58. *n*. 4. *lib*, 10.
Præsertim adversus successores, *ib*. *n*. 4.
Hæredum appellatione veniunt nedum primi, verum etiam ulteriores hæredes, *dec*. 58. *n*. 8. *dec*. 59. *n*. 6. *lib*. 10.
Maxime si deficiant dictiones, *dicti*, vel *supradicti*, *ib*. *num*. 2. & *dec*. 69, *n*. 6. *lib*. 10,
Appellatione hæredum, & successorum non primi tantum, *sed* omnes in infinitum comprehenduntur, *dec*. 67. *n*. 1. *lib*. 10.
Appellatione hæredum, & successorum veniunt tam hæredes sanguinis, quam bonorum, *dec*. 67. *n*. 5, *lib*. 10.
Limita in dispositione ascendentis, *ib*. *n*. 6.
Declara limitationem, ut ea vera sit in substitutione fideicommissaria, secus in vulgari, *ib*. *n*. 7.
Appellatione hæredum, & successorum etiam in fideicommisso ascendentis comprehenduntur hæredes bonorum, si simplices descendentes non existant, *decis*. 67. *n*. 12. & de ratione *n*. 13. *libr*, 10,
In fideicommissis, & substitutionibus appellatione hæredum, & successorum veniunt etiam hæredes extranei, *dec*, 68. *num*. 1. *lib*. 10.
Limitatur in fideicommissis, & substitutionibus ordinatis ab ascendentibus, in quibus intelliguntur tantum hæredes sanguinis, *ib*. *n*. 2.
At quando vocantur hæredes subsecuti ad mentionem filiorum, & concurrunt conjecturæ, *ib*. *n*. 3.
In fideicommissis ascendentium appellatione hæredum veniunt hæredes extranei, si hæredes sanguinis non concurrant, & non fuerint vocati, *dec*. 68. *n*. 4. & 5. *lib*. 10.
Nomine hæredum sanguinis veniunt tantummodo descendentes, *dec*, 68, *n*. 8. *lib*. 10.
Ex consuetudine loquendi testatoris potest deprehendi, quod sub nomine hæredum voluerit tantum vocare descendentes, *dec*. 68. *n*. 9. & 10. *lib*. 10.
Hæredum nomen comprehendit nedum institutos, sed etiam descendentes, si primi instituti sint expressi fuerint cum verbo, *figli*, *dec*. 69. *n*. 3. *lib*. 10.
Hæredum nomen nedum primos, sed ulteriores descendentes comprehendit, si filii per compendiosam substitutionem fuerint vocati, *dec*, 69. *n*. 4, *lib*. 10.
Nomen hæredum congruit omnibus per fideicommissum substitutis, *dec*. 69. *n*. 5. *lib*. 10.
In materia fideicommissaria appellatione hæredum veniunt nepotes, & descendentes, *dec*. 69. *n*. 6. & 7. *lib*. 10.
Quo casu censetur testatorem pro hæredibus intellexisse singulos præcedentes substitutos, *dec*. 71. *n*. 5. *lib*. 10.
Hæredum appellatione veniunt etiam substituti, *dec*. 71, *n*. 7. *lib*. 10.
Ex quibus demonstrari possit, quod testator senserit nedum de primis, sed de aliis ulterioribus hæredibus, *dec*. 73. *num*. 15. *lib*. 10.
Vocati per fideicommissum hæredes dicuntur, *dec*. 73. *num*. 16. *lib*. 10.
Hæres hæredis comprehenditur in vocatione facta de hærede, *dec*. 74. *n*, 3. *lib*. 10.
Limita, si hæredes vocati fuerint cum dictionibus personalibus, & relativis, *ib*. *n*. 4.
Declara limitationem, ut ea non procedat, si prius expressum repetatur nomen hæredis, & postea nomen proprium, *ibid*. *num*. 5.
Maxime, concurrentibus conjecturis, *ib*. *n*, 6.

Pri

Prima conjectura oritur ex verisimili affectione testatoris erga hæredes hæredis, ib. n. 7.
Secunda ex identitate rationis, ib. n. 8.
Tertia si eorum genitores immature decesserint, ib. n. 9.
Quarta si dispositio concepta sit in tempus remotum, ibid. numer. 10.
Infrascriptorum hæredum nomine venire etiam personæ honoratæ per substitutionem, decis. 12. n. 9. lib. 13.
Hæredum appellatione quando veniat quoque substitutus, dec. 13. n. 17. lib. 13.
Is, qui ex effectibus hæreditariis aliquid adimplere tenetur, hæres non dicitur si præcedat onus, & postea emolumentum; secus e contra, dec. 14. n. 1. lib. 13.
In re testatoris præcepto pro aliquo opere adimplendo distribuenda hæres non dicitur hæres, sed est executor, decis. 14. n. 4. 5. & 6. lib. 13.
Qualitas hæreditaria sufficienter probatur ex præsentatione facta tanquam hæres, dec. 17. n. 4. lib. 13.
Qualitas hæreditaria in actu favorabili probatur ex declaratione, quam ipse hæres emisit, dec. 17. n. 4. lib. 5.
Ac etiam, si illam expleret hæres hæredis, ib. n. 5.
Hæredes testamentarii, licet posteriorem possessionem habentes, manutenendi sunt contra successorem intestatos habentes anteriorem, dec. 2. n. 1. lib. 14.
Hæres non potest contradicere voluntati sui authoris, dec. 15. n. 3. lib. 15.
Hæres nequit sui authoris confessionem falsam dicere, decis. 1. n. 13. lib. 16.
Qualitas hæreditaria probatur ex confectione inventarii, dec. 6. n. 11. lib. 16.
Justificatur etiam ex solutione debiti hæreditarii, ib. n. 12.
Qualitas hæreditaria non probatur ex sententia judicis reum hæredem enunciante, decision. 16. n. 11. lib. 16.
Confessio hæredis gravati successori non præjudicat, dec. 16. n. 13. lib. 16.
Præcipue, si tendat ad proprium confitentis commodum, ibid. n. 14.
Hæres tenetur ad refectionem damnorum, & interesse, si mulctam a testatore demandatum non adimpleverit, dec. 6. n. 1. lib. 4.
Hæredis creditum cum defuncto remanet confusum per aditionem factam absque inventario. Fallit inter cohæredes, a quorum aliquo non fuit confectum inventarium, dec. 6. num. 13. lib. 4.
Hæres non potest impugnare confessionem defuncti, dec. 8. n. 15. lib. 4. dec. 3. n. 9. & dec. 10. n. 3. lib. 6.
Fallit, si talis confessio sit erronea, decis. 8. n. 19. lib. 4.
Hæres præsumitur informatus de mente testatoris, dec. 8. n. 16. lib. 16.
Factum authoris præjudicat ejus hæredi, dec. 8. n. 17. lib. 6.
Hæres tenetur servare factum defuncti, quousque non doceat vires hæreditatis non suppetere, dec. 9. n. 1. lib. 6.
Hæres non potest agere contra factum defuncti, ex quo ipse teneatur de proprio ad interesse, dec. 9. n. 2. lib. 6.
Hæres matris, si prætendat hanc læsam, & sit hæres etiam patris, qui promisit renunciationem, non potest allegare læsionem, dec. 9. n. 15. lib. 6.

Hæres beneficiatus.

Hæres beneficiatus, si prætendat aliquam proponere actionem contra hæreditatem, debet curare, ut deputetur curator hæreditati jacenti, dec. 1. n. 2. lib. 5.
Hæres etiam beneficiatus intra vires hæreditarias factum defuncti servare tenetur, dec. 15. n. 5. lib. 9.
Hæres pro medietate servare tenetur factum defuncti pro illa medietate, pro alia vero impugnare potest, & etiam contra cohæredem agere, dec. 15. n. 6. lib. 9.
Declara, ut vera sint hæc omnia in re dividua; secus in servitute facta individui, ib. n. 7. 10. & 11.
Vide reliqua in verbo *Dividuum*.
Hæres, qui in termino sibi assignato rationem non reddit, licite in bonis propriis condemnatur, dec. 10. n. 1. & 3. libr. 9.
Inventarii beneficium immunem reddit hæredem in bonis propriis, dec. 20. n. 1. lib. 9.
Tenetur tamen hæres ad effectum inventarium exhibere, & rationem de bonis inventariatis fideliter reddere, ibidem n. 2.
Hæres beneficiatus condemnari non potest in bonis propriis post redditam rationem, ib. n. 3.
Hæres beneficiatus solvens posteriori, sciens anteriorem existere, ad reiteratam tenetur solutionem, dec. 10. n. 7. lib. 9.
Hæres beneficiatus, qui pro debito hæreditario se obligavit, censetur hæreditariam suscepisse obligationem quantum suppetant vires hæreditariæ, dec. 6. num. 2. lib. 16.
Limita, si ejus quoque bona obligaverit, ib. n. 3. 4. 5. & 6.
Hæres beneficiatus, qui non generaliter ad omnia debita, sed pro summa particulari se obligavit, non juvatur inventarii præsidio, dec. 6. n. 7. lib. 16.
Idque eo magis procedit, si creditor aliquid remiserit, ib. n. 8.
Hæres non potest allegare beneficium inventarii, si eius bona obligaverit, etiamsi se hæredem beneficiatum enunciaverit, dec. 6. n. 10. lib. 16.
Hæres non restituitur adversus obligationem ab ipso emissam favore creditoris particularis, licet adsit læsio, ut quia vires hæreditariæ non suppetant; decision. 6. numer. 19. libr. 16.
Præcipue, si beneficio restitutionis in integrum renunciaverit, ib. n. 20.
Hæres acceptando hæreditatem jure veteri digestorum obligabatur insolidum creditoribus hæreditariis, decision. 38. numer. 4. lib. 9.
Hæreditatem ut adirent hæredes, vel se abstinerent, introductum fuit jus, & tempus ad deliberandum, ibid. numero 6. & seqq.
Hæredibus salutare alimentum fuit beneficium adeundi cum beneficio legis, & inventarii, & illud conficere adstringuntur non solum ad debita, sed etiam ad legata, ibid. num. 9. & 10.
Hæres beneficiatus est verus hæres, omniaque jura hæreditaria tam active, quam passive in ipsum transeunt, ibid. numero 13.
Hæres potest ex hæreditate sua credita deducere, & pro eis bona retinere, ib. n. 15.
Contra hæredem rigorose proceditur, si legitime inventarium non conficiat, ibid. n. 20.
Hæres potest de jure Canonico sine inventario reddere rationem bonorum hæreditariorum, dummodo absit dolus, ibid. n. 30.
Hæredi gravato ad effectum faciendi detractiones, sufficit descriptio facta in libro memoriali, divisio, vel alius actus similis, ib. n. 49.
Hæredis subscriptio; quod in inventario de consuetudine non servetur, non subsistit, ib. n. 72.
Hæredis subscriptio requisita in inventario, non suppletur per interventum plurium Notariorum, nisi quando hæres scribere nesciat, ib. n. 76.
Hæres in inventario tenetur manifestare res commodatas, & depositatas penes defunctum, ib. n. 93.
Hæredis legalitas non prodest ad sustinendum inventarium; quando deficiunt solemnitates, ib. n. 108.
Hæres non potest gravari, ac instituit aliquem, sed hujusmodi præceptum interpretatur, ac si testator demandasset, ut hæreditas restitueretur, dec. 25. n. 2. lib. 10.
Et maxime quando ultra verbum directum, instituere, testator addidit etiam alia obliqua, substituere, vel restituere, ibid. n. 3.
Hæredi, quando data est facultas restituendi, cui maluerit ex pluribus, tunc intrant termini text. in leg. cum quidam, & leg. unum ex familia, ib. n. 8.
In arbitrio hæredis non potest dici remissa personæ, cui facienda est restitutio, quoties datus est ordo, ut unus veniret in defectum alterius, ib. n. 13.
Hæredis declarationes, & confessiones summopere conducunt ad interpretandam voluntatem testatoris, ib. n. 39.
Hæredi quidquid præcipitur ad effectum illum coercendi, ut aliquid faciat, vel non faciat, dicitur præceptum per modum pœnæ, ib. n. 49.

Historia.

Historia manuscripta non probat, dec. 30. n. 19. lib. 13.

Hospitale.

An ex fundatione, vel dotatione Hospitalis acquiratur juspatronatus, dec. 19. n. 1. lib. 13.
Assignatio certæ summæ facta Hospitali pro manutentione aliquorum cubilium extraneamerariorum sapit potius titulum eleemosynæ, quam dotationis, dec. 19. n. 2. lib. 13.

Hypotheca, Hypothecatio.

Hypotheca non operatur in re, quæ alienari est prohibita; nec etiam pro commoditate percipiendi fructus, decis. 10. num. 3. lib. 8.
Hypotheca in bonis emphyteuticis ad effectum acquirendi jus percipiendi fructus perdurare non potest, si ipsa bona amplius penes debitorem non existant, decis. 10. num. 8. & 9. libra 8.
Facultas hypothecandi commoditatem nunquam comprehenditur sub quacunque effrænatissima prohibitione alienationis, dec. 10. n. 12. 13. 14. & 23. lib. 8.
Itaque commoditas percipiendi fructus sub hypotheca poni potest juxta libitum, & conventionem actu possessoris, ibid. n. 25.
Et hypotheca transit cum emphyteusi in quemcunque possessorem, ib. n. 16. 18. 21. & 24.
Consolidatio emphyteusis favore domini, si sequatur ex actu voluntario, in eum transit hypotheca contracta ab emphyteuta, dec. 10. n. 19. lib. 8.
Bona ex post acquisita quando remaneant affecta hypothecæ antecedenter contractæ, dec. 10. n. 25. lib. 8.
Hypotheca præscribitur per decennium, dec. 37. n. 9. lib. 8.
Hypotheca rem sequitur, & quemcunque illius possessorem, decis. 44. n. 2. lib. 8.
Hypotheca pro damnis, & interesse ob evictionem retrotrahitur usque ad diem factæ venditionis in præjudicium tertii medio tempore ementis, decis. 45. n. 6. lib. 7.
Dummodo tamen damna, & interesse in stipulatione deducta fuerint, ib. n. 7.
Amplia, licet agatur de damnis, & interesse extrinsecis, ib. n. 8.

Pro remissione hypothecæ, sufficit aliquo modo esse creditorem, *dec. 49. n. 4. lib. 8.*

Evicta re, per quam extinguitur debitum, reviviscunt hypothecæ contra debitorem, ejusdem fidejussores, & agitur ex jure primævo *dec. 52. n. 1. lib. 8.*

Conclusio procedit, ubi evictio sequatur de ipsa re, quæ directe cedat extinctionem debiti per quandam speciem permutationis, vel ubi reservatur jus pignoris, seu agitur de certo privilegiato dotis. *ib. n. 2. & 3.*

Secus vero, quando per reduplicationem actus non ipsa res empta, quæ solum consideratur occasionaliter ad extinctionem, sed pretium illius, quod fingitur numeratum venditori, & postea ab emptore recto acceptum in satisfactionem sui crediti, ea ngue ablationem. *ib. n. 4.*

Ex eo in casu non fit locus reviviscentiæ priorum jurium per evictionem fundi, sed tantummodo datur actio ex empto, vel ex evictione. *ib. n. 5.*

Datur tamen reviviscentia ad effectum retinendi, cum adhuc durare dicatur causa pignoris, & eis prioris hypothecæ, *ibid. n. 6.*

Reviviscentia prædicta ad effectum retentionis procedere potest, quando revera evincitur fundus; secus si in sola detentione, mediante Silvano, *ib. n. 7.*

Datur reviviscentia priorum jurium ex evictione ad effectum retinendi, quoad posteriores creditores, non autem respectu debitoris, & fidejussoris, cum actio personalis, & hypothecaria ex primævis juribus amplius dari non possit, *dec. 52. num. 8. lib. 8.*

Vide etiam in verbo *Evictio*.

Hypotheca conventionalis, & legalis incipiunt currere a die cœpti officii, *dec. 34. n. 65. lib. 15.*

Et comprehendunt ordum bona possessa tempore suscepti officii; sed & postea acquisita, *ib. n. 66.*

Hypotheca anterior in tempore vincit posteriorem, *dec. 24. n. 67. lib. 15.*

Hypotheca legalis competit in bonis hæredis gravati dolose alienata, *dec. 1. n. 6. lib. 6.*

Illaque incipit non a die agnitionis, sed a die agniti fideicommissi, *ib. n. 7.*

Et præfertur posteriori dotis hypothecæ; etiam expressæ, *ibid. num. 8.*

I

Identitas:

BOnorum identitas in antiquis probatur ex testibus de auditu a majoribus, & publica voce, & fama, *dec. 2. n. 10. lib. 9.*

Identitatis probatio per famam in antiquis solum suffragatur, quando illi præsens status rei correspondet, *dec. 6. num. 12. lib. 9.*

Identitati probandæ per famam non suffragatur; si in eodemmet loco controverso probentur factæ plures acquisitiones, *ib. n. 15.*

Identitas bonorum ex divisione probatur, *dec. 6. num. 1. lib. 10.*

De identitate bonorum sufficit, quod doceatur in acto executionis sententiæ, si immissio generaliter ad bona fideicommissaria præstita, *decision. 77. numer. 6. libr. 10.*

Identitas personarum, rerum, & actionum requiritur copulative ad inducendam dependentiam causarum, *decis. 14. n. 4. lib. 15.*

Ignorantia, ignorans.

Ignorantibus est succurrendum, *decis. 23. numer. 7. libr. 7.*

Ignorantia semper de jure præsumitur, *decision. 60. numer. 21. libr. 12. decision. 76. numer. 3. libr. 10*

Ignorantia in minore præsumitur, præsertim quoad illos actus, qui ipso absente perficiuntur, *decision. 45. numer. 6. libr. 7. decision. 76. numer. 7. lib. 10.*

Ignorantia in hærede præsumitur, *decision. 45. numer. 7. lib. 7. decision. 4. numer. 17. libr. 13.*

Ignorantia in muliere præsumitur, *decision. 76. numer. 5. lib. 10.*

Ignorantia facti non admittitur, ubi agitur de contractu ab ipsomet si pulero, *decision. 37. numer. 10. libr. 7.*

Ignorantia utrium pariter admittenda non est ad effectum excludendæ ratificationis, si adfuerit diuturnitas temporis, & commoditas concludendi utrisparticos, *decis. 37. numer. 12. libr. 7.*

Verisimilis ignorantia excusat a præscriptione, *dec. 35. n. 7. lib. 8.*

Ignorante fideicommissi patet, si alias renunciatio esset læsiva, *decis. 78. numer. 15. libr. 10.*

Ad tollendam ignorantiam sufficit opinio Comitatus, & viciniæ, *dec. 16. n. 10. lib. 16.*

Ignorantia crassa, & supina, nec etiam in simplici præscriptione 40. annorum est attendenda, *decis. 2. num. 10. lib. 6.*

Illatio.

Illatio non fit ad diversa, *dec 36. n. 10. lib. 15.*

Illatio in diversis fieri non debet, *decis. 12. n. 2. lib. 9. dec. 6. n. 14 lib. 3.*

In aperta diversitate unius casus ab altero nulla potest fieri illatio, *dec. 3. n. 5. lib 13.*

Ex diversis non fit illatio, *decision. 31. numer. 22. libr. 9. decision. 64. numer. 14. libr. 13. & decision. 7. num. 2. lib. 3.*

Illatio non fit de casu ad casum, *decis. 4. n. 22. lib. 2. & decision. 3. n. 16. lib. 3.*

Præsertim, si inter utrunque casum concurrat ratio disparitatis *ib. n. 17. & dec. 3. n. 3.*

Immemorabilis:

Vide in verbo *Centenaria*.

Testes de centenaria, vel immemorabili debent effe aetatis 54. annorum, & deponere de visu per 40. annos, *decis. 2. num. 11. 12. & 13. lib. 11. dec. 4. n. 7. & 9. lib. eodem.*

Subducto tempore motæ litis, *d. dec. 4. n. 8. lib. 11.*

Immemorabilis excluditur per unicum actum in contrarium, *decis. 4. n. 10. lib. 11.*

Imo etiam sufficit rumor adversarius, *ib. n. 11.*

Centenaria non valet, quoties inconsinenti constat de initio invalido, *dec. 8. in 2. n. 17. lib. 13.*

Immemorabilis destruitur ex titulo obsignato antiquis lapidibus; *dec. 8. in 2. n. 21. lib. 13.*

Productio tituli immemorabili adversatur, *dec. 7. n. 21. lib. 3. & dec. 8. n. 22. lib. eodem.*

Unicus actus, vel rumor contrarius destruit immemorabilem, *ib. n. 12. & dec. 8. n. 24. lib. 3.*

Amplia, ut *numer. 13.*

Testes deponentes cum requisitis glossæ non probant, nec immemorabilem concludunt, *dec. 7. n. 17. lib. 3. & dec. 8. num. 20. lib. eod.*

Immemorabilis cessat, si constat de initio, *decis. 7. n. 19. libr. 3.*

Immemorabilis exigit, ut nihil in contrarium nec visum, nec auditum fuerit, *dec. 8. n. 25. lib. 3.*

Immemorabilis æquiparatur centenariæ, *dec. 10. n. 49. lib. 4.*

Qua concurrente, allegari potest melius titulo de mundo, etiam privilegium Apostolicum, *ib. n. 50.*

Immissio.

Vide in verbo *Fideicommissum*, *Legitima*.

Immissio fideicommissario non denegatur, si constet de fideicommisso, illius purificatione, legitimatione personarum, bonorumque identitate, *dec. 6. n. 1. lib 10. dec. 13. n. 1. lib. 10.*

Immissio fideicommissario non denegatur, *decis. 16. num. 1. lib. 10.*

Immissio datur pro damnis; & interesse sub hypotheca promissis, etiam adversus tertium possessorem, *decision. 44. numer. 3. lib. 8.*

Immissio vigore *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* potest concedi per judicem ad quem, *dec. 2. n. 15. libr. 9.*

Immissio vigore *l. fin.* non datur, nisi hæredi ex testamento, *decis. 27. numer. 1. lib. 9.*

Immissio non debetur, nisi prius legitimata sit actoris persona, *dec. 14. n. 2. lib. 10.*

Immissio non debetur ei, qui propriam non ostendit vocationem, *dec. 21. n. 1. lib. 10.*

Immissio debetur fideicommissario, *dec. 24. n. 2. lib. eo. dec. 29. n. 1. lib. eodem.*

Immissio datur in vim fideicommissi in contractu conditi, *dec. 40. numero 10. lib. 10.*

Immissio debetur vocato ad fideicommissum, si purificata fuerit conditio, & de bonorum identitate non dubitetur, *decis. 41. n. 4. lib. 10. decis. 25 n. 1. lib 16.*

Immissio non denegatur fideicommissario, si constet de fideicommisso, illius purificatione, & de bonorum identitate, *decis. 45. n. 6. decis. 51. n. 1. lib. 10.*

Etiam contra tertios possessores causam habentes a gravato, *ib. n. 2. dec. 45. n. 2.*

Immissio substituto non denegatur, si purificata extiterit conditio, sub qua substitutio fuit concepta, *decision. 54. numer. 1. lib. 10.*

Pro effectu immissionis pinguius remedium præstat vocatio, quam transmissio, *decis. 72. n. 1. lib. 19.*

Immissio debetur hæredi fideicommissario, constito de vocatione, purificatione fideicommissi, & bonorum identitate, *decis. 77. n. 1. lib. 10.*

Nec reus valet impedire immissionem fideicommissario in bonis excedentibus detractionem quantitatum, datur retentio in certa parte sufficienti, & in reliquis de æquitate conceditur immissio, *dec. 78. n. 8. lib. 10.*

Si bona fideicommisso obnoxia incorporata sint cum aliis liberis, immissio super illa ante segregationem concedi non debet, *dec. 79. n. 12. lib. 10.*

Limita, si confusio facta fuerit a gravato, vel ab ejus hæredibus, *ib. n. 13.*

Ad hoc ut immissio contra tertium extraneum obtineri possit; nedum est probanda possessio defuncti usque ad obitum, sed quoque, quod bona ad quæ immissio dirigitur, fuerint in dominio ejusdem defuncti, *dec. 80. n. 1. & de ratione n. 2. lib. 1.*

Exceptione defectus dominii concludenter verificata, Judex immissionem concedere non debet, *ib. n. 3.*

Immissio hæredi vocato denegari non debet, *dec. 81. numer. 18. lib. 11.*

Ad effectum valide impetrandi immissionem, satis est citare possessorem bonorum, *dec 81. in 2. n. 1. lib. 10.*

Immissio concurrentibus requisitis ad illam obtinendam nunquam denegatur, *dec. 8. in 2. n. 6. lib. 10.*

Immissio ad bona fideicommissaria datur, stante fideicommisso; illius purificatione, & identitate, *dec. 6. n. 1. lib. 6.*

Immissio retardari nequit, quando testamentum non est vitiatum, *dec. 35. n. 2. lib. 9.*

Immif-

Immissio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, ib. n. 3.
Ad obtinendam immissionem sufficit exhibere testamentum extractum e Notario rogato, vel ab ejus successore, ibid. numer. 4.
Immissio ex testamento non retardatur per exceptiones datas contra testes testamentarios, dec. 36. n. 1. lib. 9.
Pro obtinenda immissione necesse est exhibere testamentum non abolitum, non cancellatum, neque in quacunque parte vitiatum, ib. n. 2.
Immissio ex testamento retardatur, si sit minus solemne exhibitum, & hæc non dicitur exceptio requirens altiorem indaginem, dec. 37. n. 35. lib. 9.
Summarii Judicii immissionis privilegium cesset, quando præcessit sententia immissionem denegans, & tunc causa est examinanda ad terminos petitorii, dec. 37. n. 38. lib. 9.

Immunitas.

Immunitas competit Ecclesiasticis, ut præserventur a damno; non ut lucrentur, dec. 3. n. 4. lib. 12.

Incantus.

Jus incantus ab hærede gravato alienatum; per ejus hæredes reintegrari debet, dec. 8. n. 5. lib. 4

Incola.

Incola comprehenditur sub dispositione Statuti urbis quoad contractus filiorumfamilias, dec. 13. n. 10. lib. 6.
Vide in verbo *Statutum Urbis.*

Indebitum.

Vide in verbo *Condictio, Solutio, Solvens.*
In judicio repetitionis indebiti effective, & realis debet probari solutio, dec. 21. n. 8. lib. 5.

Indultum.

Indultum pro retinendis pensionibus reservandis non operatur quoad pensiones reservatas, decision. 74. numero 14. libro 13.
In indulta præservatione obtenta pro pensionibus reservandis suffragentur etiam pro transferendis, dec. 74. num. 16. & 17. lib. 13.
In indulto pro retinendis pensionibus expressio transferendarum non dicitur omissa, cum submoveat quæstionem, an sub reservandis contineantur transferendæ, decis. 74. num. 19. libr. 13.
Ex quibus probetur negative non existentia ultimus indulti, decis. 74. n. 21. lib. 13.
Indultum retinendi pensionem, quoties dubium sit, an suffragetur, urgere non potest pro obtinenda manutentione, dec. 74. n. 12. lib. 13.
Indultæ pro retinendis pensionibus benignam non merentur interpretationem, dec. 75. n. 14. lib. 13.
Indultum revocatum nullius est relevantiæ, dec. 5. n. 2. & dec. 6. n. 4. & dec. 7. n. 7. & dec. 8. n. 10. lib. 3.
Indultum sub certo præsupposito concessum non suffragatur, nisi hujusmodi suppositum concludenter probetur, dec. 8. num. 11. lib. 3.

Industria.

Facultas concessa intuitu industriæ alicujus personæ non transmittitur ad hæredes, dec. 19. n. 8. lib. 13.

Inhibitio.

Inhibitionis moderatio necessaria est ad effectum exequendi rem judicatam, non autem ad effectum, ut causa efficiatur deserta, dec. 16. n. 4. lib. 8.
Inhibitio quoad fructus non operatur impedimentum quoad sortis restitutionem, dec. 50. n. 5. lib. 8.
Inhibitio ligat etiam impetrantem, dec. 3. n. 4. lib. 11. a die illius expeditionis, licet illam exequi, non reproduci curaverit, dec. 9. n. 2. lib. 15.
Pendentia recursus est species inhibitionis, decis. 2. numer. 9. libro 15.
Gesta post inhibitionem Judicis, tanquam attentata, revocari debent, dec. 9. n. 1. lib 15.
Id quod factum est in vilipendio inhibitionis, & litis pendentiæ, debet rescindi, & in pristinum demandari, dec. 10. n. 1. lib. 15.

Injuria.

Injuriarum occasio nasci non debet, unde jura nascuntur, dec. 11. n. 15. lib. 2.

Inscriptio.

Appositio publicæ inscriptionis facit rem omnibus notam; decis. 37. n. 5. lib. 8.
Inscriptiones marmoreæ inventæ sunt, ne pereant memoriæ; decis. 8 [illegible] 1. n. 12 lib. 13.
Inscriptio probat contra eum, de cujus voluntate affixa est, ib. n. 13.

Insinuatio.

Insinuatio per lapsum triginta annorum cum observantia præsumitur, dec. 18. lib. 6.
Insinuatio præsumitur per lapsum temporis cum observantia, dec. 21. n. 5. & 6. & dec. 31. n. 5. lib. 7.
Insinuatio non exigitur in renunciatione facta ex causa dotis; dec. 21. n. 27. lib. 7.
Amplia, licet stipulatio sit post plures menses a die promissionis dotis, ib. n. 28.
Præcipue, si colligi valeat, quod ab initio renunciatio inter partes conventa fuerit, ib. n. 29. & 30.
Insinuatio potest capi diverso tempore per acta alterius Notarii, ut etiam per scripturam privatam, dec. 18. numero 7. libro 7.

Insinuatio legitime facta; per lapsum temporis non præsumitur si reperiatur aliqua insinuatio, quæ defectuosa sit, dec. 34. n. 4. lib. 7.
Etiam si in illa dicatur, quod fiat ad majorem cautelam, dec. 34. n. 5. lib. 7.
Insinuatio debet probari per actorem, licet sit solemnitas extrinseca, & si minor ipse sit actor, debet negativam illius justificare, dec. 34. n. 6. lib. 7.
Decretum, & præsentia Judicis in donationibus supplet defectum insinuationis, dec. 4. n. 13. lib. 16.
Insinuatio a jure in donationibus requisita, per juramentum supplatur, dec. 7. n. 10. lib. 16.

Instantia.

Instantia de jure canonico est perpetua, dec. 39. n. 10. lib. 13.
Instantia spatio triginta annorum perimitur, dec. 67. n. 5. lib. 13

Institor.

Deputatio institoris, seu complimentarii, aliunde etiam, quam ex scriptura, valet justificari, dec. 18. num. 7. lib. 8.
Complimentarium obligat etiam consensum, dec. 15. n. 1. lib. 8.
Complimentarius accipiens pecunias ad effectum creandi cambium intuitu rationis bancariæ, obligat eandem, etiamsi pecuniæ non convertantur in utilitatem negotii, dec. 16. n. 1. l. 8.
Dans pecunias alicui complimentario, non ut privatæ personæ, habet obligatum ipsam negotium, dec. 26. num. 21. lib. 8.
Contrahens cum complimentario obligat rationem bancariam, etiam si pecuniæ sint dispersæ, dec. 27. n. 4. lib. 8.
Complimentarius omittens describere debitum in libris negotii, censetur noluisse obligare negotium, dec. 17. n. 6. lib. 8.
Institor tabernæ mercium non potest accipere pecunias ad cambium, nisi probetur necessaria requisita indigentiæ, decis. 26. n. 4. dec. 27. n. 5. lib. 8.
Secus in institore mensæ nummulariæ, qui ex natura negotii habet hanc facultatem etiam absque indigentia, dec. 26. num. 5. lib. 8.
Institor potest gerere figuram mandatarii, & mercatoris simul, dec. 27. n. 5. lib. 8.
Præponens sibi imputare debet, si institorem minus idoneum elegit, dec. 18. n. 14. lib. 8.
Pacta limitantia potestatem institoris debent affici ante tabernam, ad hoc ut contrahentes illa afficiantur, dec. 14. num. 11. lib. 8.
Institor negotii ipsum negotium, ac negotiantis bona, atque personam firmissime obligat, dec. 18. n. 5 lib. 8.
Institor, seu complimentarius, ut quis dicatur, quæ sufficiant; dec. 18. n. 6. 8. & 9. lib. 8.
Institores nequeunt fidejubere, & eorum fidejussiones nequaquam negotio obsunt, dec. 18. n. 10.
Declara, ut n. 13. lib. 8.
Institor, capserius, & complimentarius inter se parificantur; dec. 29. n. 5. lib. 8.
Contrahens cum institore, sequitur fidem præponentis, dec. 29. n. 6. lib. 8.
Limitatur, si institor excedat fines suæ præpositionis, ibid. numer. 8.
Negligentia institoris, seu præpositi non nocet creditori, qui bona fide cum eo contraxerit, dec. 29. n. 19. lib. 8.
Institor per mortem præponentis perdit mandatum, adeo ut in negotiis subsecutivis illius hæreditatem nequeat amplius obligare, dec. 30. n. 3. lib. 8
Et præcipue, si præponens fideicommissum ordinaverit, ib. n. 4.
Declara, ut n. 16.
Hæreditas præponentis obligatur ex facto institoris deputati vita defuncti, si institor non fuerit ad particularia, sed generaliter deputatus, dec. 30. n. 9. lib. 8.
Institores quando vere dicantur deputati, dec. 30. n. 9 lib. 8.
Nulla adest differentia inter institoriam expressam, & tacitam; dec. 30. n. 23. lib. 8.

Institutio.

Quis potest consanguineis posthabitis extraneum instituere; dec. 62. n. 9. lib. 10.
Falsa causa, in qua fundatur institutio, si expressa non fuerit; illam minime subvertit, dec. 19. n. 6. & n. 9. lib. 16.
Si institutio facta sit in tota hæreditate, eodem modo facta censetur substitutio, licet verbalis expressio totalitatis omissa fuerit, dec. 17. n. 27. lib. 16.
Institutum jure dicitur, quem testator mandavit institui, & substitui, etiamsi gravatus non adimpleat, cum lex suppleat, & exequatur defuncti voluntatem, dec. 85. n. 1. lib. 10.

Institutio in Beneficialibus.

Devoluto beneficio ad Ordinarium ob non petitam institutionem intra quadrimestre, Ordinarius tenetur illud conferre personæ in fundatione a testatore considerata, dec. 5. n. 11. lib. 3.
Elapso quadrimestre a jure concesso ad petendam institutionem, Episcopus non tenetur requirere patronos, an velint præsentare, ib. n. 12.
Quadrimestre ad petendam institutionem non currit, nisi data in patronis vera scientia vacationis, ib. n. 13.
Debetur institutio ei, qui debet præsentari, licet patroni negligenter eum præsentare, dec. 9. n. 1. lib. 13.
Prælectio debetur ei, qui retinet requisita a fundatore desiderata,

ro, decis. 15. numer. 3. lib. 9, decis. 47. numer. 14. lib. eodem.
Habentibus vocationem a fundatore, debetur institutio ad beneficium absque alia nominatione, seu præsentatione patronorum, decis. 42. n. 2. lib. 13.

Instrumentum.

Instrumentum facit probationem probatam, dec. 61. n. 1. libr. 8. dec. 50. n. 8 lib. eodem.
Instrumentum publicum facit probationem probatam, decis. 12. n. 2. lib. 5.
Instrumenti una pars declarat intentionem contrahentium, quam habuerunt in altera parte, dec. 1. n. 18. lib. 7.
Instrumenta non archiviata in judicio faciunt fidem, dec. 33. n. 9. lib. 7.
Instrumenta possunt etiam pendente lite in archivio reponi, dec. 33. n. 10. lib. 7.
Instrumenti validitas semel approbata, amplius reprobari non licet, dec. 33. n. 11. lib. 7.
Instrumentum præsumitur stipulatum a procuratore juxta tenorem mandati præmissi, dec. 7. n. 6. lib. 8.
Instrumento est standum, dec. 24 n. 12. lib. 8.
Instrumentum dicitur probatio inconvertibilis, dec. 41. numer. 7. lib. 8.
Instrumentum efficit rem claram, & manifestam, dec. 42. n. 1. lib. 8.
Matrices instrumentorum magis veniunt attendendæ, quam instrumentum, dec. 79. n. 11. lib. 10.
Instrumentum dotale recipit interpretationem a capitulis; dec. 2. n. 6. lib. 10.
Instrumentum extractum ab archivio publico probat, etiam si in extractione non fuerit citata pars, decis. 4. numero 13. lib. 11.
Instrumentum confrontatum cum originali caret omni suspicione illegitimitatis, dec. 8. in 2. n. 6 lib. 13.
Matrici instrumenti standum est, quando inveniuntur plures publicæ copiæ ejusdem instrumenti, decision. 30. numero 4. lib. 13.
Etiam si matrix in aliqua parte sit cancellata, ib. n. 5.
Instrumentum factum ad instantiam partis, concludenter non probat, dec. 30. n. 6. lib. 13.
Instrumentum camerali obligatione munitum, paratam habet executionem, dec. 1. n. 1. lib. 16.
In concursu capitulorum, & instrumenti potius ille, quam istud attendantur, dec. 29. n. 5. lib. 16.
Præcipue, si emissa fuerit protestatio, quod disposita in Capitulis non censeantur novata, ib. n. 6.
Instrumentum facit rem claram, & manifestam, & probationem probatam, dec. 3. n. 1. lib. 6. & dec. 3. n. 3. lib. 18.

Insula.

Insula per alluvionem facta acquiritur per eos, qui habent prædia viciniora fronti ipsius insulæ, dec. 33. n. 3. lib. 16.
Ut insula dicatur terrenum per alluvionem concervatum, quæ exiguntur, dec. 33. n. 4. & 5. lib. 16.
Qualitas insulæ ex quibus excluditur, dec. 33 n. 6. libr. 16.
Insula, quæ fit, ex quo ager, qui alveus non erat, flumine circumluitur, remanet in dominio ejus, cujus antea terrenum fuerat; secus si oriatur ex alveo a flumine relicto, vel ex quo flumen paulatim alluendo locum eminentem reliquit; tunc enim insula acquiritur per eos, qui ripam habent eidem insulæ proximam, dec. 33. n. 9. lib. 16.
Ut insula afformata dicatur, quæ requiruntur, dec. 34. n. 6. & 7. lib. 16.
Insulæ de jure quot dinumerentur, dec. 34. n. 11. li. 16.
Insula afformata per flumen, quomodo sit dividenda, dec. 34. n. 13. 14. 15. & 16. lib. 16.
Insula posita in mari adscribitur illi regioni, cui etiam per aliam interjectam insulam magis adhæret, dec. 38. n. 18. lib. 15.

Interesse.

Vide in verbo Fructus, Damna, Taxatio.

Interpellatio.

Interpellatio est quædam admonitio solvendi, vel accipiendi id, quod debetur, dec. 2. n. 3. lib. 5.
Vide alia in verbo Molestia, Evictio.
Interpellatio contra hæreditatem facta ab hærede non deputato curatore pro ea parte, pro qua est hæres, est nulla, decis. 2. n. 4. lib. 5.
Interpellatio contra unum hæredem efficit illum pro ejus portione hæreditaria, non autem reliquas portiones aliorum cohæredum, ib. n. 16.
Interpellatio pluribus hæredibus facta, si sit nulla quoad unum, est nulla etiam quoad alios, ib. n. 17.
Conclusio non admittitur, si agatur de obligatione dividua, ib. n. 18.
Interpellationis defectus non attenditur, quoties constat nullas competere defensiones, dec. 26. n. 16. lib. 7.
Interpellatus, qui propriæ obligationi non satisfacit; tenetur ad damna, & interesse, dec. 14. n. 1. lib. 15.

Interpretatio.

Omnis est facienda interpretatio, ut correctio evitetur, dec. 3. n. 11. lib. 5.
Pro evitanda superfluitate capienda est interpretatio pro alterius substitutione, dec. 45. n. 6. lib. 10.
In clericis non admittuntur interpretationes, dec. 37. numero 15. lib. 13.
Attendenda est ea interpretatio, quæ magis congruit, dec. 43. n. 13. lib. 13.
Optima est interpretatio, quæ ex judiciorum pluralitate desumitur, dec. 9. n. 48. lib. 3.
Interpretatio semper facienda est, qua minus lædat jus commune, & Pontificio Statuto non adversetur, dec. 4. numer. 10. lib. 3.

Inventarium.

Vide etiam in verbo Hæres, Omissio.
Inventarium non facit, quod hæres non sit, sed tantum illum præservat a damno, dec. 1. n. 13. lib. 5.
Inventarium adversus tertium non citatum nihil probat, dec. 43. n. 14. lib. 8.
Omissio inventarii juncta cum modicis alienationibus, præsumit detractionum consumptionem, dec. 1. n. 17. lib. 9.
Inventarium probat omnia bona in eo descripta esse hæreditaria, nedum contra conficientem, & hæredes, sed etiam contra alios habentes causam etiam mediatam, dec. 5. n. 1. lib. 9.
Inventarium hæreditarium præsumitur rite, & legitime confectum, dec. 6. n. 4. lib. 9.
Nullitas inventarii ex lapsu quadraginta annorum sublata remanet, dec. 6. n. 5. lib. 5.
Inventarium adinventum fuit, ne res hæreditariæ occultentur, neve creditoribus defuncti inducatur, dec. 6. n. 8. lib. 9.
Omissio descriptionis rei, quæ deinde ad commodum creditorum exhibita fuit, non influit in inventarii omissionem, decis. 6. n. 11. lib. 9.
Clausola addendi, & minuendi, apposita in confectione inventarii dolum excludit, & ejusdem inventarii validitatem præservat, dec. 6. n. 12. lib. 9.
Ut inventarium defectuosum notari possit, est probandum, quod res non descripta extiterit in hæreditate, dec. 6. n. 14. lib. 9.
Omissio descriptionis stabilium non inducit invaliditatem inventarii, dec. 6. n. 15. lib. 9.
Si rem in inventario hæres describere omiserit, dolosus censendus non est, ib. n. 16.
In inventario creditores, si sint certi, & cogniti, & præsentes; nominatim citari debent; si vero absint, eorum loco opus est adhibere tres testes integræ fidei, dec. 7. n. 1. lib. 9.
In curia Eminentiss. Vicarii viget praxis citandi creditores per edicta generalia in confectione inventarii, decis. 7. numer. 2. lib. 9.
Inventarium ut valeat, sufficit, quod servatæ sint solemnitates, quæ exiguntur de stylo tribunalis, in quo confectum fuit, dec 7. n. 3. lib. 9.
Stylus non citandi creditores in inventario, tanquam juri adversativum, vel non suffragatur, vel concludenter est probandus, dec. 7. n. 4. & 5. lib. 9.
Nec concludenter dicitur probatur ex simplicibus attestationibus, ib. n. 6.
Consuetudo, seu stylus non citandi creditores in inventario; debet probari, quod viguerit de tempore illius inventarii, de quo agitur, dec. 7. n. 7. lib. 9.
Idem stylus excluditur ex actibus contrariis, ib. n. 8.
In inventario describi debent fructus fundorum, & censuum, decursi in vita testatoris, dec. 7. n. 10. lib. 8.
In inventario describi debent distincte mobilia cum distinctione qualitatum, & expressione nominis pictoris, qui tabulas depinxit, ib. n. 11.
Prædicto defectus supplere non potest subsequens æstimatio, ib. n. 12.
Inventarium adversus tertium non citatum nihil probat, dec. 3. n. 15. lib. 6.
Inventarium defectuosum hæredi non suffragatur, dec. 8. num. 1. lib. 9.
In inventario descriptio mobilium, & tabularum pictarum fieri debet cum specificis qualitatibus augentibus, vel minuentibus valorem, dec. 8. n. 2. lib. 9.
Inventarium non suffragatur, si descriptæ fuerint tabulæ pictæ absque adnotatione artificis, dec. 8. n. 3. lib. 9.
Æstimatio successiva mobilium non convalidat inventarium a defectu descriptionis in confuso, nisi constet de earumdem mobilium identitate, ibid. n. 5.
In inventario mobilia adnotari debent distincte, decision. 5. n. 3. lib. 9.
Omissio descriptionis multarum rerum hæreditariarum facit, ut descriptionem non relevet, dec. 9. n. 4. lib. 9.
Excusationes ab omissa rerum descriptione cessant ad effectum, ne privetur hæres a beneficio inventarii, non autem ad effectum perdendi detractiones ob præsumptam subtractionem, dec. 9. n. 5. lib. 9.
Nisi inventarium hæreditarium exhibeatur; petita electio ad reddendam actionem admitti non debet, dec. 10. n. 11. lib. 9.
Ob omissionem inventarii, & alienationes, extinc possessor ad tuendam propriam possessionem tenetur probare detractiones non fuisse consumptas, ut impedire possit immissionem e fideicommissario petitam, dec. 29. n. 14. lib. 10.
Inventarium probat omnia bona in eo descripta fuisse in bonis, &

hæreditate defuncti, tam contra confitentem, quam adversus causam ab eo habentes, *dec.* 70. *n.* 13. *lib.* 10.
Citatus in confectione inventarii, & non opponens, ut res hæreditariæ describantur, servatis servandis, non potest opponere illius invaliditatem, *dec.* 13. *n.* 4. *lib.* 16.
Inventarium non vitiatur ex confusa descriptione tabularum pictarum, illarumque æstimatione, *dec.* 13. *n.* 5. *lib.* 16.
Neque ex omissa descriptione qualitatis, rei, *dec.* 13. *num.* 6. *lib.* 16.
Præsertim, si absit dolus, & præsumptio occultationis, *ibid. num.* 7.
Consuetudo loci adhiberi solita in conficiendis inventariis operatur, ut inventarium, quamvis careat solemnitatibus, annullari non possit, *dec.* 13. *n.* 8. *lib.* 16.
Inventarium jurium Cameræ Comitatus Venayssini factum anno 1253. Inventarii nomen non meretur, nec juribus Cameræ præjudicat, *dec.* 5. *n.* 74. *lib.* 1.
Inventarium defectuosum negativam non probat, *ib. n.* 75.
Inventarium carens requisitis præscriptis in *l. fin. Cod. de jur. delib.* est nullum, *dec.* 38. *n.* 1. *lib.* 9.
De inventarii origine, Doctores tractantes recensentur, *ibid. num.* 11.
Inventarium introductum fuit; ut prospiceretur hæredibus creditoribus, & legatariis, atque etiam ipsis defunctis, *ibid. num.* 12.
Inventarium adinventum fuit ad beneficium hæredum, *ibid. num.* 16.
Septem tollentia inventarii beneficium referuntur, *ibid. n.* 24. & 25.
Inventarii multæ solemnitates, ex generali locorum consuetudine non sunt amplius in usu, *ib. n.* 29.
Sine inventario potest hæres de Jure Canonico reddere rationem bonorum hæreditariorum, dummodo absit dolus, *ib. num.* 30.
In conficiendo inventario satis est adhibere solemnitates, quæ ex stylo loci observari solent, *ib. n.* 34.
In conficiendis inventariis debet servari forma a lege præscripta, etiam de Jure Canonico, & in terris Ecclesiæ, *ib. n.* 36. & 38.
Rigor solemnitatum in inventario, cessante dolo, cessare debet, imo nec ipsum inventarium conficere est opus, *ib. n.* 39.
Si in mulieribus, & rusticis cesset dolus, non tamen cessat necessitas servandi solemnitates in confectione inventarii, *ib. num.* 40.
In hæreditatibus mulierum, cum nihil adesse præsumatur, nisi dos, dicitur cessare occultationis suspicio, nec requiritur inventarium, *ib. n.* 43.
Simplex descriptio absque inventarii solemnitatibus sufficit, quando hæreditas consistit in solis stabilibus, *ib. n.* 44.
Si expensæ inventarii superent valorem hæreditatis, excusatur hæres ab illius confectione, *ib. n.* 45.
Contrarium, *ib. n.* 46.
Non tenetur hæres gravatus conficere inventarium; nisi fideicommissarius instet, *ib. n.* 47.
Imo & fideicommissario instante, non tenetur servare formam præscriptam in *l. fin. C. de jure delib.* sed sufficit, quod faciat eo modo, quo tenetur tutor, *ib. n.* 48.
In hærede omittente, vel minus legitime conficiente inventarium, semper adest dolus præsumptus, & talis præsumptio sufficit, ut ejus beneficio non gaudeat, *ib. n.* 51.
Inventarium confectum absque citatione creditorum legatariorum, est nullum, *ib. n.* 53.
Et citatio debet esse cum die, hora, & loco certis, *ib. n.* 54. & 58.
Inventarium quando non perficitur unica die, vel sessione, sed fit interpellatis vicibus, tunc exigitur, ut in qualibet sessione iterum creditores citentur, *ib. n.* 60. & *seqq.*
Inventarium de jure debet perfici intra sexaginta dies, computandos a die scientiæ, vel saltem a die aditionis, *ibid. num.* 66.
Inventarium debet subscribi ab hærede, vel ab ejus legitimo procuratore, & hæc solemnitas est omnino servanda, *ibid. num.* 69.
Nec dicta subscriptio non est necessaria, quando inventarium fit judicialiter, & apud acta; secus quando fit extrajudicialiter, *ib. n.* 73.
In inventario conficiendo, loco legatariorum, & creditorum absentium, debent adhiberi tres testes, *dec.* 38. *num.* 74. *lib.* 9.
Notarii, qui intervenerunt in actu aditionis, & non in confectione inventarii, non supplent subscriptionem hæredis, nec præsentiam testium, *ib. n.* 77.
In inventario debet mobilia taliter describi, ut dignoscatur eorum quantitas, & qualitas, *ib. n.* 78.
Nullitatem inventarii causat omissio librorum hæreditariorum, in quibus erant descripta credita, *ib. n.* 90.
In inventario tenetur hæres manifestare res commodatas, & depositas penes defunctum, *ib. n.* 93.
Inventarium vitiatur per omissionem crediti, de quo hæres notitiam habuit, *ib. n.* 98.
Inventarium non prodest, quando aditio, & descriptio nimis sero ab hærede facta est, postquam de existentia rerum hæreditariarum fuit convictus, *ib. n.* 100.
Referuntur opiniones Doctorum circa nullitatem inventarii; causatam ob omissionem descriptionis rerum hæreditariarum, *ib. n.* 104. & *seqq.*
Ad sustinendum inventarium nihil prodest legalitas hæredis, quando deficiunt solemnitates, & concurrunt omissiones, *ib. n.* 108.
Nec minus protestatio addendi, & minuendi, quando de tempore confecti inventarii hæres habuit notitiam rei omissæ, *ib. n.* 109.

Investimentum.

Investimentum factum cum bonis fideicommissi, cedit per viam permutationis in illius commodum, *dec.* 6. *num.* 2. & *n.* 6 *lib.* 6.
Et venit in restitutione fideicommissi, *ib. n.* 3.

Investitura.

Investitura, in qua non fuit expressa existentia proximioris, est subreptitia, & nulla, *dec.* 3. *n.* 4. *lib.* 5.
Investitura feudalis ut dicatur subreptitia, & nulla, sufficit docere de usu aliarum investiturarum per Principem concessarum, *dec.* 3. *n.* 6. *lib.* 2.

Judex.

Judex injuste procedendo habetur ad instar privati, nec quenquam sua possessione spoliet, *dec.* 10. *n.* 1. *lib.* 15.
Judex deputatus in gradu restitutionis in integrum, nihil aliud agere potest, nisi primum judicatum confirmare, vel infirmare, *dec.* 1. *n.* 1. *lib.* 7.
Judex *ad quem* in vim clausulæ, *quam & quas*, potest ex integro assumere merita causæ, *dec.* 20. *n.* 2. *lib.* 7.
Judex confirmando primam sententiam, non dicitur processisse tanquam in prima, *dec.* 20. *n.* 3. *lib.* 7.
Judex *ad quem*, cui commissa fuit causa restitutionis in integrum, non potest ob clausulam, *quam & quas*, ex integro tanquam in prima assumere cognitionem meritorum causæ, *dec.* 20. *n.* 4. & 5. *lib.* 7.
Amplius, etiam si res petita fuerit in prima instantia, quia adhuc judex nequit tanquam in prima illam concedere, sed tantummodo potest vel confirmare, vel infirmare, & ulterius non progredi, *ib. n.* 6.
Antequam judex ad executionem mandati deveniat, debet cognoscere de exceptionibus ad illam impediendam oppositis, *dec.* 26. *n.* 6. *lib.* 7.
Judex *ad quem* in vim clausulæ, *quam & quas*, valet cognoscere de juribus coram primo judice non deductis, *dec.* 26. *n.* 7. *lib.* 7.
Inspiciendum non est, quid partes petierint, sed quid judex concesserit, *dec.* 8. *n.* 15. *lib.* 8.
Judex verisimilitudinem multum attendere debet, *dec.* 30. *n.* 17. *lib.* 8.
Judicis præsentia non reddit immunem actum a collusione, *dec.* 20. *n.* 9. *lib.* 9.
Judex Ecclesiasticus per prorogationem partium potest judicare causas laicales, *dec.* 33. *n.* 10. *lib.* 13.
Maxime, ubi viget consuetudo, tribunal Ecclesiasticum esse competens, *ib. n.* 11.
Judex non tenetur mentionem facere in ejus sententia de contrario judicato prius promulgato, ubi in vim independentis commissionis, & vigore novi processus, seu probationum, processit, *dec.* 75. *n.* 5. *lib.* 13.
Judex in sententia præsumitur se voluisse cum libello conformare, *dec.* 8. *n.* 3. *lib.* 15.
Judex tenetur facere executionem secundum formam sui Statuti, & non loci contractus, *dec.* 14. *n.* 9. *lib.* 15.
Judex appellationis in decernenda validitate vel invaliditate mandati, attendere debet stylum judicis a quo, *dec.* 15. *n.* 9. *lib.* 15.
Judex appellationis super jure dividuo, & disconnexo potest differendo judicium respectu alterius super uno tantum pronunciare, *dec.* 25. *n.* 19. *lib.* 15.
Judex appellationis adstringitur judicare duntaxat super iis, de quibus disputatur, *dec.* 28. *n.* 4. *lib.* 15.
Judex in sententia potest exprimere quidquid venit in consequentiam resolutionis, quod multifariam explicatur, *dec.* 28. *n.* 11. 12. 13. 14. 15. 18. & 19. *lib.* 15.
Judex inhibitus non potest exequi suum judicatum, *dec.* 30. *n.* 5. *lib.* 15.
Judex postquam pronunciavit; functus est officio suo, *dec.* 30. *n.* 9. *lib.* 15.
Potest tamen iterum pronunciare super negotio diverso, & separato, *ib. n.* 10.
Terminata coram judice appellationis cognitione super negotio principali, adhuc remanet illius jurisdictio pro cognitione annexorum, & connexorum, *dec.* 31. *n.* 3. *lib.* 15.
Judex *a quo* reservare tenetur judici appellationis omnia annexa, & connexa causæ, *dec.* 30. *n.* 12. & 13. *lib.* 15.
Judex *ad quem*, decernendo executionem, declarat bene fuisse judicatum, *dec.* 32. *n.* 12. *lib.* 15.
Judex delegatus non potest cognoscere ea, quæ in delegatione non comprehenduntur, *dec.* 34. *n.* 3. *lib.* 15.
Præsumitur judicem ea omnia, ad quæ tenebatur, explevisse, *dec.* 4. *n.* 19. *lib.* 16.
Et hæc præsumptio est cæteris potentior, *ib. n.* 20.
Judex potest explere suas partes, vel paulo ante, vel paulo post, quam contractus stipulatus, *dec.* 4. *n.* 21. *lib.* 16.

Judex

Judex nequit suum decretum in contractibus mulierum interponere absque legitima, decision. 11. n. 14. lib. 16.
Judex laicus in causis mensæ Episcopalis se ingerere non potest, decision. 1. n. 3 lib. 3.
Nisi eidem sequitur ex Apostolico privilegio, & privative concessa sit, ib. n. 4.
Judex, itenim scandalorum timore, potest & debet possessionem ad se avocare, deputato interim administratore, dec. 7. n. 5. & 7. lib. 12.

Judicium.

Judicium inventarium pro assecuratione dotis vivente viro non causat continuationem moræ contra illius hæredes pro consequendis usuris, dissoluto matrimonio, decis. 2. numer. 16. lib. 15.
Plura judicata in judicio executivo æquivalent judicio ordinario, dec. 43. n. 6. lib. 8.
Injustitia semper obstat, ne causa transeat in judicatum, dec. 19. n. 2. lib. 9.
Judicatum factum contra eum, cujus principaliter interest, præsumitur bene fuisse defensum, dec. 34. n. 10. lib. 15.
Judicia non sunt præjudicialia, & inter se dependentia; quando unum est super immissione, alterum super petitorio, dec. 35. n. 21. lib. 9.

Jura.

Jura ab aliquo producta, contra ipsum plene probant, decis. 9. n. 9. lib. 6.
Vide in verbo *Productio*.

Juramentum.

Juramentum non ampliat promissionem venditoris, sed ejus tantum obligationem efficaciorem reddit, decision. 15. num. 4. lib. 6.
Juramentum interpositum diebus feriatis est irritum, si sit judiciale; secus si extrajudiciale, dec. 6. n. 13. lib. 15.
Juramentum, quod recipitur a testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, est extrajudiciale, & ideo valet præstari etiam die Dominico, dec. 6. n. 14. lib. 15.
Juramentum non auget obligationem juris, sed illam reddit efficaciorem, dec. 34. n. 13. lib. 15.
Testes, qui deponunt non recordari vidisse jurare contrahentes, non excludunt juramenti veritatem e publico instrumento resultantem, dec. 7. n. 21. lib. 16.

Jurisdictio.

Vide etiam in verbo *Episcopus*.
Ex concessione jurisdictionis ad casus simplices oritur exceptio quoad casus graves, dec. 24. n. 11. lib. 3.
Jurisdictio post lapsum quadraginta annorum præsumitur, decis. 31. n. 7. lib. 13.
Condominus rei jurisdictionalis præfertur in pari pretio emptori extraneo, dec. 32. n. 7. lib. 6.
Contra naturam est, ut jurisdictio inter plures dividatur, dec. 30. n. 8. lib. 16.
Jurisdictio diversa causat dissensiones, dec. 30. n. 11. lib. 16.
Jurisdictio ex observantia, & consuetudine judicandi acquiritur, decis. 1. n. 8. lib. 3.
Præsertim, si concurrant contradictio partis adversæ, & acquiescentia, ib. n. 9.
Jurisdictio censetur cumulative concessa respectu superioris, decis. 2. n. 5. lib. 3.
Sed hæc regula procedit, quando superior est judex ordinarius, ib. n. 6.
Jurisdictio privativa arguitur ex concessione officii titulo oneroso, dec. 2. n. 8. lib. 3.
Jurisdictio concessa favore certarum personarum, quarum favor est plures non habere judices, censetur privative data, dec. 2. n. 9. lib. 3.
Jurisdictio consuetudine, & observantia quæsita, competit privative, dec. 2. n. 11. lib. 3.
Jurisdictio limitata a Principe, non debet ampliari cum alterius præjudicio, dec. 2. n. 13. lib. 3.
Si jurisdictio alicui data est, concessa quoque videntur ea omnia, sine quibus jurisdictio explicari nequit, decis. 3. numero 3. lib. 3.
Jurisdictio ex Principis privilegio acquiri potest, dec. 4. n. 12. lib. 3.
Jurisdictio præscriptione quæsita, privativa censetur, dec. 7. n. 9. lib. 3.
Ad præscribendam aliorum jurisdictionem non juvant actus æquivoci, dec. 7. n. 13. lib. 3.

Jus.

Jura, quæ in actis non existunt, in consideratione haberi non debent, dec. 19. n. 15. lib. 7.
Jura probant contra illum, qui ea in judicio repetit, etiamsi sit tertius, & nectur clausula in parte, & partibus, dec. 51. n. 3. lib. 8.
Priorum jurium reviviscentia quando detur.
Vide in verbo *Hypotheca*.
In discussione bonorum nedum proponi valent exceptiones summariæ, sed etiam illæ, quæ altiorem requirunt indaginem, dec. 8. n. 10. lib. 9.
Jura lite pendente, & absque partis citatione extracta, non probant, dec. 17. n. 7. lib. 13.
Inverisimile est, quod quis negligat suum jus, dec. 32. num. 13. lib. 13.
Jura remanent illæsa, si præservata fuerint, decis. 36. numer. 4. lib. 13.

Jus accrescendi.

Jus accrescendi excludit substitutum, si substitutio fuerit concepta sub pluribus conditionibus, & non omnes purificatæ extiterint, dec. 54. n. 13. lib. 10.
Ad hoc ut jus accrescendi, vel non decrescendi locum habeat requiritur conjunctio re, aut verbis, dec. 72. n. 13. libr. 12.
Conjunctio verbalis, in quibus deficere dicatur, ib. n. 15.
Conjunctio realis excluditur, si substituti non sint vocati ad unam, eandemque rem, seu ad eandem hæreditatem, partesque sive sint quantitativæ, sive quotitativæ, & numerales realem tollunt conjunctionem, ib. n. 6.
Realis conjunctio de per se sufficiens reputatur, ut locum habeat jus non decrescendi, ib. n. 17.
Realis conjunctio non provenit ex unitate, vel identitate rei; sed ex eo tantum, quia singuli ab initio vocentur ad solidum; ib. n. 18.
Et ideo, si testator hæreditatis medietatem uni, alteram alteri reliquerit, jus non decrescendi locum non habet, ibid. num. 19.
Ad effectum excludendi jus non decrescendi ex divisione hæredibus facta per testatorem in partes, illæ debent esse ad oculum demonstrabiles, ib. n. 20.
Declara, ut n. 21. & 22.
Jus accrescendi in contractibus locum non obtinet, dec. 43. n. 13. lib. 13.
Jus accrescendi ex quibus excludatur, dec. 43. n. 14. libr. 13. & dec. 43. n. 14. lib. eodem.

Jus offerendi.

Jus offerendi creditori posteriori non competit ad vindicandam rem sibi hypothecatam, & ad instantiam anterioris tertio licitatori deliberatam, dec. 13. numer. 8. lib. 8.
Minusque competit, quoties creditor anterior pignus sibi a debitore traditum vendiderit in vim facultatis in illius consignatione a debitore ipsi tributa, ib. numer. 9. & 10.
Secus si in pignore prætorio, quod creditori in concursu adjudicatur, quia illud dicitur ex facto debitoris transire in ipsum creditorem, ib. n. 11. & 12.
Et ex hac translatione creditores posteriores non remanent prædjudicati, ib. n. 13. & 14.
Adeo ut illi valeant offerre pretium, & pignus avocare, licet sciverint adjudicationem, ib. n. 15. 19. & 20.
Ut jus offerendi dicatur ex scientia adjudicationis amissum, non tantum requiritur citatio possessoris in adjudicatione, sed in quolibet actu præparatorio ad illam, dec. 13. n. 20. lib. 8.
Jus offerendi datur tantum in subsidium, decis. 13. numero 21. lib. 8.
Creditor posterior potest avocare possessionem ab anteriori per jus offerendi, decision. 37. n. 1. lib. 8.
Declara, ut n. 2.
Per lapsum triginta annorum præscribitur jus offerendi, dec. 37. n. 8. lib. 8.

Juspatronatus.

Juspatronatus; si expressa illius non adsit requisitio; ut probari valeat favore Baronis, requiritur immemorabilis cum continuatis præsentationibus per quinquaginta annorum cursum; dec. 1. n. 1. lib. 13.
Sufficeret etiam centenaria, quæ immemorabili æquipollet, ib. numer. 12.
Jurispatronatus pluralitas non præsumitur, decis. 1. numer. 7. lib. 13.
Immemorabilis facit præsumere jurispatronatus acquisitionem ex dotatione, vel fundatione, aut ædificatione, dec. 1. num. 4. lib. 13.
Ad excludendam jurispatronatus acquisitionem plurimum probant declarationes factæ ab Ordinariis, dec. 1. n. 5. lib. 13.
Juspatronatus annexum feudo, transit in emptorem illius, dec. 1. n. 6. lib. 13.
Quod juspatronatus sit annexum feudo, probatur, si Ecclesia sita reperiatur inter mœnia illius, dec. 1. n. 7. lib. 13.
Probatur quoque, si Rectores instituti fuerint ad præsentationem feudatarii, ib. n. 8.
Nec non per enunciativas ab Ordinariis emissas, ib. n. 9.
Jurispatronatus annexio cum feudo ex testibus probatur, dec. 1. n. 12. lib. 13.
Illaque semper durat, & reputatur inseparabilis, ib. n. 13.
Quoties beneficium est dotatum de effectibus, & redditibus feudi, juspatronatus dicitur reale, & illi annexum, dec. 1. n. 14. lib. 13.
Non ita tamen se haberet, si juspatronatus fuisset quæsitum ex Baronum jure particulari, vel quando Ecclesia fundata, vel dotata fuerit de illius bonis propriis, & allodialibus, dec. 1. n. 15. lib. 13.

Pro

Pro præsumptione acquisitionis Jurispatronatus inservit immemorabilis, etiam si patronus hoc privilegium, dummodo illud non exhibeat, *dec.* 1. *n.* 16. *lib.* 13.
Juspatronatus gentilitium extincta familia efficitur hæreditarium, *dec.* 1. *n.* 17. *lib.* 13.
Ex quibus Juspatronatus censeatur reservatum Baroni non titulo particulari, *dec.* 1. *n.* 18. *lib.* 13.
Juspatronatus acquisitum cum effectibus feudi, transit cum ipso ad illius possessorem, *dec.* 1. *n.* 19. *lib.* 13.
Cessio fundi, vel loci particularis transfert in cessionarium Juspatronatus in eis infixum, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 13.
Maxime quando cessio est vallata clausulis, cum omnibus juribus, & pertinentiis, *dec.* 2. *n.* 2. *lib.* 13.
Et facta est mentio loci, in quo residet juspatronatus, *ibid. num.* 3.
Juspatronatus non venit in permutatione, nisi sit annexum rebus permutatis, *dec.* 2. *n.* 5. *lib.* 13.
Item, quoties permutatio non est generalis, sed restricta ad certa bona, *ib. n.* 6.
Probatio annexionis Jurispatronatus ad rem permutatam requiritur, quoties nulla expressio sit facta de juribus; secus si fuerint expressa, *dec.* 2. *n.* 8. *lib.* 13.
Observantia operatur ad probandum Juspatronatum fuisse comprehensum in cessione, *dec.* 2. *n.* 10. *lib.* 13.
Et quid in instrumento cessionis partes intellexerint, *ibidem num.* 13.
Maxime si observantia conveniat cum verbis cessionis, *ibidem num.* 14.
Cessio universalis de villa cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, comprehendit Juspatronatus, quamvis incognitum, & ignoratum, *dec.* 2. *n.* 18. *lib.* 13.
Ex fundatione absque aliquo hominis ministerio acquiritur Juspatronatum, *dec.* 2. *n.* 21. *lib.* 13.
Notitia jurispatronatus præsumitur ex reservatione jurium per patronum facta super capellis, *dec.* 2. *n.* 21. *lib.* 13.
Juspatronatus ex Ecclesiæ reædificatione acquiritur, *dec.* 3. *n.* 1. *lib.* 13.
Ad probandum Juspatronatus, satis est ostendere sententiam, *dec.* 3. *n.* 2. *lib.* 13.
Ac etiam institutam factam ad præsentationem patroni, sufficiens est ad probandum Juspatronatus, *dec.* 3. *n.* 3. *lib.* 13.
Eo magis ad probandum Juspatronatus inservit sententia, si ista in judicatum transiverit, *dec.* 3. *n.* 4. *lib.* 13.
Ex reservatione Jurispatronatus censetur reservatum quoque jus præsentandi Rectorem, *dec.* 3. *n.* 7. *lib.* 13.
Reædificatori competit in Ecclesia reædificata jus præsentandi Rectorem, *dec.* 3. *n.* 9. *lib.* 13.
Juspatronatus censetur acquisitum eo ipso, quod de illius remissione non constat, *dec.* 3. *n.* 15. *lib.* 13.
In Jurepatronatu gentilitio successio regulatur in capita, *dec.* 7. *n.* 4. *lib.* 13.
Juspatronatus excedens centenariam præsumitur gentilitium, *dec.* 7. *n.* 5. *lib.* 13.
Observantia subsecuta declarat; an Juspatronatus sit hæreditarium, an potius gentilitium, *dec.* 7. *n.* 6. *lib.* 13.
In jurepatronatu gentilitio filius admittitur tanquam compatronus ad præsentandum vivente patre, *dec.* 7. *n.* 7. *lib.* 13.
In jurepatronatu stricte agnatitio fœmina non admittitur ad præsentandum simul cum masculo; secus in Jurepatronatus simpliciter gentilitium, *dec.* 7. *n.* 9. & 10. *lib.* 13.
In Jurepatronatu hæreditario convenit distributio vocum per quotas, & in stirpes, *dec.* 7. *n.* 11. *lib.* 13.
Post defectum familiæ Juspatronatus gentilitium transit in hæreditarium, *dec.* 7. *n.* 14. *lib.* 13. *dec.* 43. *n.* 19. *lib. eod.* & *dec.* 21. *n.* 7. *lib.* 16.
Juspatronatus dicitur agnatitium, quando ad illud vocantur proximiores in gradu de domo testatoris, *dec.* 8. *lo.* 2. *n.* 2. *lib.* 14.
Veniens ex propria persona ad aliquod Juspatronatus, non præjudicatur per dispositionem anterioris possessoris, vel per lapsum diuturni temporis, *ib. n.* 3.
Ex præsentationibus effectuatis probatur pertinentia Jurispatronatus, nisi contrarium probetur, *ib. n.* 9.
In alienationibus bonorum Jurispatronatus requiritur consensus patroni, *ib. n.* 10.
Possessor Jurispatronatus hæreditarii potest immutare illius naturam hæreditariam in gentilitiam, *dec.* 8. *lo.* 2. *num.* 15. *lib.* 13.
Juspatronatum præsumitur hæreditarium, *dec.* 8. *lo.* 2. *num.* 24. *dec.* 23. *n.* 17. *dec.* 36. *n.* 11. *dec.* 38. *n.* 18. *dec.* 41. *n.* 11. *dec.* 34. *n.* 18. & 20. *lib.* 13.
Appellatione familiæ Jurepatronatus venit tam affectiva, quam contentiva familia, *dec.* 9. *n.* 3. *lib.* 23.
Maxime si testator nullos habeat descendentes, *ib. n.* 4.
Juspatronatus activum non regulatur a passivo, *dec.* 9. *num.* 6. *lib.* 13.
Præcipue, si in eo vocatæ fuerint personæ diversæ; *ibidem. num.* 7.
In hæredibus aliorum graduum successio in Jurepatronatus regulatur in stirpes, & quælibet stirps unam vocem efformat, illiusque minor pars a majori trahitur ad constituendam vocem sui stirpis, *dec.* 10. *num.* 1. & 11. *vide num.* 12. *lib.* 13.
Nec illa minor pars potest conjungi cum aliis; quæ favore præsentati ab ista minori parte fuit ab aliis emissa, *ib. n.* 2. *vide n.* 12.
Pertinentia, & possessio Jurispatronatus ex sententia probatur *dec.* 10. *n.* 5. *lib.* 13.
In Jurepatronatu major pars vocis minorem partem absorbet, *ib. n.* 6.
Institutio facta in omnibus bonis, juribus & actionibus comprehendit quoque Juspatronatus, *dec.* 11. *n.* 6. *lib.* 13.
Et si deinde facta fuerit substitutio, in ea quoque continetur, *ib. n.* 7.
Juspatronatus non acquiritur ex dotationis augmento, si prima dos non fuerit diminuta, ut dici possit redacta ad non esse, *dec.* 11. *n.* 10. *lib.* 13.
Juspatronatum remanet apud hæredem gravatum, & non transit ad fideicommissarium, *dec.* 12. *n.* 3. *lib.* 13.
Ab hac regula receditur ex voluntate testatoris, *ib. n.* 4.
Nec exigitur expressa testatoris voluntas, sed sufficit tacita resultans ex qualibet etiam levi conjectura, *ib. n.* 5.
Adeo ut regula imaginaria dicatur, *ib. n.* 6.
Testator reservando Juspatronatus pro ejus successoribus, dicitur comprehendere voluisse etiam fideicommissarios, *dec.* 12. *n.* 7. *lib.* 13.
Prout autem, si illud reservavit pro suis hæredibus, *ibidem num.* 8.
Juspatronatus comprehenditur in nuda institutione hæredis super omnibus bonis, juribus, atque actionibus facta, *dec.* 12. *n.* 10. *lib.* 13.
Nec non in subsequenti stirpes substitutione, *ib. n.* 11.
Per Juspatronatus decus familiarum, & memoria fundatoris perpetuo conservatur, *dec.* 12 *n.* 4. *lib.* 13.
In Jurepatronatum majoratus constitui potest, *dec.* 12. *num.* 15. *lib.* 13.
Ut ad fideicommissarios Juspatronatus devolvatur, benigna est facienda interpretatio, *dec.* 12 *n.* 16. *lib.* 13.
Juspatronatum remanet apud hæredem hæredis gravati, nec transit cum hæreditate ad fideicommissarium, *dec.* 13. *n.* 2. *lib.* 13. *dec.* 16. *n.* 3. *lib. eod.*
Limita, si constat de voluntate fundatoris volentis, ut juspatronatus deferatur quoque in substitutum, *ib. n.* 3.
Juspatronatus de gentilitio fit hæreditarium, dummodo non concurrant verba testatoris, quæ contrarium suadeant, *dec.* 13. *n.* 11. *lib.* 13.
Ample est agendum in materia Jurispatronatus, quæ exorbitans minime dicitur, *dec.* 13. *n.* 14. & 15. *lib.* 13.
Ut ex nova dotatione Juspatronatus acquiratur, exigitur, quod prima dos fuerit extenuata, *dec.* 13. *n.* 18. *lib.* 13.
Quodque Juspatronatus fuerit reservatum, *ib. n.* 19.
Juspatronatus venit cum restitutione fideicommissi, si testator substituerit in quota hæreditatis, *dec.* 14. *n.* 8. *lib.* 13.
Præcipue, si illud reservatum fuerit pro hærede gravato, & aliis vocatis, *ib. n.* 9.
Ac si prohibita fuerit quævis detractio, *ib. n.* 10.
Juspatronatus reputatur jus incorporale, & sic indivisibile, & propterea insolidum defertur per capita juxta numerum hæredum, quamvis inæqualiter institutorum, *dec.* 15. *num.* 8. *lib.* 13.
Exercitium tamen præsentandi est divisibile, & consequenter hæres institutus in majori quota, pinguiorem habet vocem in partem præsentandam, *ib. n.* 9. 10. 11. & 12.
Idque procedit tam inter primos, quam inter ulteriores hæredes, *ib. n.* 13.
Quando autem procedat ex voluntate testatoris, *ibid. n.* 14. & 15.
Juspatronatum remanet penes gravatum, nec devolvitur cum fideicommisso, *dec.* 15. *n.* 16. *lib.* 13.
Juspatronatum transmittitur cum universitate bonorum ad hæredes fideicommissarios, si testator substituerit in quota hæreditatis, *dec.* 15. *n.* 18. *lib.* 13.
Juspatronatus ad fideicommissarios transmittitur, si testator illud reservavit favore hæredis, & substitutorum, *dec.* 15. *n.* 19. *lib.* 13.
Quælibet conjectura reputatur sufficiens, ut Juspatronatus censeatur relictum cum fideicommisso, *dec.* 15. *numero* 20. *lib.* 13.
In generali omnium bonorum cessione venit Juspatronatum, *dec.* 15. *n.* 21 *lib.* 13.
Juspatronatus potest cum Ordinarii authoritate in donatarium etiam extraneum transferri, *dec.* 16. *n.* 2. *lib.* 13.
Appellatione jurium, & actionum, venit Juspatronatus, *dec.* 16. *n.* 4. *lib.* 13.
Juspatronatus transit ad fideicommissarium, si testator institutionem fecerit in universa hæreditate, & subsequenter substitutionem fecerit, *dec.* 16 *n.* 5. *lib.* 13.
Testator, qui voluit conservationem perpetui fideicommissi, censetur quoque voluisse cum ipso includere Juspatronatus, *dec.* 16. *n.* 10 *lib.* 13.
Illegitimus etiam capax Jurispatronatus concurrere non potest cum legitimo, licet in gradu remotiori, *dec.* 16. *n.* 11. *lib.* 10.
Juspatronatum reservatum pro hæredibus, & successoribus dicitur hæreditarium, *dec.* 16. *n.* 12. *lib.* 13.
Hæres potest Juspatronatus hæreditarium efficere gentilitium, *dec.* 16. *n.* 13. *lib.* 13.
Et per hanc mutationem non dicitur contravenire voluntati testatoris, *ib. n.* 14.
Juspatronatus vacare dicitur per resignationem factam in contemptum patroni, *dec.* 16. *n.* 18. *lib.* 13.
Ac etiam per subsequens matrimonium, *ib. n.* 19.

Jusp-

spatronatus de gentilitio efficitur hæreditarium, *dec. 7. n. 1. & 3. lib. 13. & dec. 12. n. 9. lib. 16.*

Juspatronatus transit ad hæredes cum universitate bonorum, *dec. 7. n. 8. lib. 13. & dec. 16. n. 7. lib. eod.*

Natus ex legitimo matrimonio, succedit ex propria persona in Jurepatronatus, licet pater esset illegitimus, *dec. 17. n. 10. lib. 13.*

Declara, ut conclusio vera sit in Jurepatronatus hæreditario, non vero in gentilitio, *ib. n. 13. & 14.*

Juspatronatus transit in hæredes, in stirpes, & non in capita; ita ut quælibet lineæ vocatæ unicam tantum vocem retineat in jure præsentandi, etsi plures sint descendentes ab ea, *dec. 18. n. 1. & 4. lib. 13.*

Jus accrescendi, vel non decrescendi, habet locum in Jurepatronatus, ut deficiente altera ex lineis, in alia pariter vocata totum Juspatronatus consolidetur, *dec. 18. num. 3. lib. 13.*

Pertinentia Jurispatronatus probatur ex præsentationibus per longum tempus effectum sortitis, *decision. 19. numero 4. lib. 13.*

Pertinentia Jurispatronatus probatur ex enunciativa emissa in visitatione generali, *dec. 19. num. 8. lib. 13. dec. 31. num. 6. lib. eod.*

Juspatronatus probatur ex enunciationibus antiquis, & aliis adminiculis, *dec. 20. n. 4. lib. 13.*

Donatio Jurispatronatus in contradictorio judicio comprobata, censetur tacite approbata ab Ordinario, *dec. 21. num. 2. lib. 13.*

Jurispatronatus pertinentiæ ex quibus probetur, *dec. 22. n. 9. lib. 13. dec. 42. n. 2. lib. eod.*

Juspatronatus hæreditarium transfertur ad donatarium, *dec. 23. n. 1. lib. 13. & dec. 24. n. 1. lib. eod.*

Donator non potest in præjudicium donatarii a donatione Jurispatronatus recedere, vel tacite mediante præsentatione, vel expresse illam revocando; & si potuerit, potest Ordinarius validare donationem confirmare posthabito actu contrario revocationis, *dec. 23. num. 3.* Et talis confirmatio retrotrahitur usque ad diem initæ donationis, *numero 4. lib. 3.*

Limita si ageretur de simplici donatione, nullo juramento munita, *ib. n. 5.*

Donatio Jurispatronatus facta favore compatroni, nulla indiget confirmatione, *dec. 23. n. 14. & dec. 24. n. 7.* Et de ratione *n. 8. lib. 13.*

Jurispatronatus donatio facta absque consensu Episcopi, est ipso jure nulla, *dec. 24. n. 1. lib. 13.*

Confirmatio Ordinarii retrotrahitur ad diem stipulatæ donationis, *ib. n. 5.*

Tacitus consensus Ordinarii deductus ex admissione præsentationum factarum a donatario sufficit ad validitatem donationis, *ib. n. 6.*

Ex donatione nullum jus donatarius acquirit super Jurepatronatus, si non intercedat Ordinarii consensus, *dec. 25. n. 3. lib. 13. & dec. 26. n. 4. & dec. 27. n. 3. lib. eod.*

Juspatronatus transit cum universitate bonorum in adjudicatione hæreditatis, *dec. 25. n. 5. 13. & 14. lib. 13.*

Amplia, licet de Jurepatronatus nulla facta fuerit mentio, & non interveniat consensus Ordinarii, *ib. n. 6.*

Ut donatarius acquirere possit jus super Jurepatronatum, sufficit, quod etiam post donationem Ordinarius suum præstet consensum, *ib. n. 7. & dec. 27. n. 4. lib. 13.*

Consensus Ordinarii post donationem præstitus retrotrahitur usque ab initio, ad effectum, ut validum jus donatarius in patronatu acquirat, *ib. n. 8.*

Declara, ut retrotractio admitti non possit, si res amplius integra non sit, *ib. n. 9. & 10.*

Quando consensus Ordinarii retrotrahatur etiam in præjudicium tertii, vide *dec. 25. num. 12. & decision. 261. numero 6. lib. 13.*

Observantia demonstrat, quod Ordinarius dederit facultatem Vicario pro confirmatione donationis Jurispatronatus, *dec. 25. n. 19. lib. 13.*

Donans si repudiaverit hæreditatem, resolvitur jus donatarii pro præsentatione ad Juspatronatum hæreditarium, *dec. 25. n. 5. lib. 13.*

Vicarius non habet facultatem authorizandi donationem Jurispatronatus nisi eidem fuerit delegata facultas per speciale mandatum ipsius Episcopi, *decision. 26. numero 8. lib. 13.*

Facultas data Vicario authorizandi donationem Jurispatronatus; ex quibus arguatur, *dec. 26. num. 10. & dec. 27. num. 9. & 10. lib. 13.*

Tacitus consensus Ordinarii sufficit pro confirmatione donationis Jurispatronatus, *dec. 36. n. 12. lib. 13*

Ordinarius, qui admisit præsentationes, censetur ratificasse actum gestum a Vicario pro acquisitione Jurispatronatus, *dec. 26. n. 11. lib. 13.*

Vide in verbo *Præsentatio.*

Cui pluralitas vocum assistit, est beneficium de Jurepatronatus adjudicandum, *dec. 27. n. 1. lib. 13.*

Deliberatarius, seu adjudicatarius hæreditatis acquirit Juspatronatus cum universitate bonorum, *dec. 27. num. 2. & 8. lib. 13.*

Juspatronatus devolvitur ad hæredes cum titulo hæreditario, *dec. 27. n. 8. lib. 13.*

Juspatronatus ex fundatione, ædificatione, & donatione quæritur, licet reservatum non fuerit, *dec. 28. n. 1. lib. 13. dec. 31. n. 4. lib. eod.*

Limita, si contraria resistat voluntas, quæ ex conjecturis potest probari, *ib. n. 2.*

Expressio, quod fundatur, vel ædificatur, aut erigitur Ecclesia ad majus bonum, & ex causa mere spirituali, quando exclusive dicatur acquisitionis Jurispatronatus, *dec. 28. n. 3. 4. & 5. lib. 13.*

Declaratio animi recipiendi compensationem diversam a patronatu, ea probat animum illud non acquirendi, *dec. 28. n. 6. 7. & 8. lib. 13.*

Observantia minime derogat patronatui jam acquisito, *dec. 28 n. 9. lib. 13.*

Juspatronatus acquisitus per solutionem congruæ factam Parocho, *dec. 30. n. 13. lib. 13.*

Reædificatio Ecclesiæ, illiusque ministrorum solutio arguunt patronatum, *dec. 30. n. 14. lib. 13.*

Juspatronatus desumitur ex antiquis inscriptionibus, item ex historiis, *dec. 30. n. 15. & 16. lib. 13.*

Dotatio antiqua probatur per conjecturas, & demonstrationes simul acceptas, *dec. 31. n. 8. lib. 13.*

Sedes Apostolica in Jurepatronatu mixto potest præsentare; quando vocatio contingit in turno debito patrono Ecclesiastico, *dec. 33. n. 17. lib. 13.*

Præsentatio divisione Jurispatronatus mixtum non cadit sub reservatione, *dec. 33. n. 18. lib. 13.*

Successor in patronatu non potest alterare leges fundationis; *dec. 36. n. 9. lib. 13* Declara, ut *ib. n. 10. & 13.*

Patroni si præsentaverint titulo hæreditario, censetur Juspatronatus hæreditarium esse, *decision. 36. numero 11. lib. 13.*

Summus Pontifex potest providere beneficia de Jurepatronatus laicorum, invitis, & reluctantibus patronis, *dec. 37. n. 4. lib. 13.*

Hæc tamen facultas nunquam solet exerceri, *ibidem numero 5.*

Ita ut si in collatione expresse atque literalis non pateat Jurispatronatus derogatio, non censetur voluisse Papa derogare, & propterea ex defectu voluntatis illis remanet nulla; *ib. n. 6.*

Amplia, etiam si in collatione clausulæ affirmativæ paterent appositæ, & generales derogationes dignoscantur, *ib. n. 7. 11. & 10.*

Juspatronatus laicale non cadit sub reservationibus, *dec. 37. n. 13. & 14. lib. 13.*

Quando soleant Pontifices providere beneficia Jurispatronatus laicorum, *dec. 37. n. 8. 9. 10. lib. 13.*

Juspatronatus annexum castro transit cum illo ad dominum ipsum, *dec. 38. n. 2. lib. 13.*

Jurium appellatione venit Juspatronatus, *dec. 38. numero 3. lib. 13.*

In translatione Jurispatronatus non censetur contemplata propria persona supplicantis, sed qualitas, quam retinet, si eam in supplicatione expresserit, *dec. 38. num. 5. vide num. 29. lib. 13.*

Observantia apta est interpretare pertinentiam Jurispatronatus ac etiam immutare naturam illius, *dec. 38. n. 8. vide n. 18. & 19. lib 13.*

Juspatronatus præsumitur usurpatum, nisi doceatur de titulo; quando pertractatur de personis jurisdictionis, *dec. 38. n. 16.* Amplia, ut n. 30. *lib. 13.*

Translatio Jurispatronatus fieri nequit a patronis absque Ordinarii authoritate, *dec. 38. n. 14. lib. 13.*

Consanguineis vocatis in Jurepatronatus, institui debet is, qui gradu proximior est, *decision. 41. numero 2. libro 13.*

Pluribus in reservatione Jurispatronatus vocatis, æqualiter voces assequuntur, *dec. 41. numero 9.* Declara, ut *numero 13. lib. 13.*

In graduum computatione, quoties agendum sit de adjudicando beneficio de Jurepatronatus, jus civile attendi debet, *dec. 41. n. 4. lib. 13.*

Qui habet nominationem ab eo, qui majus jus habet, est præferendus in Jurepatronatus, *decision. 41. numero 10. lib. 13.*

Solemnitates Ægidianæ Constitutionis non sunt necessariæ in contractu donationis Jurispatronatus, *dec. 42. num. 5. lib. 13.*

Juspatronatus hæreditarium transit cum universitate bonorum; nec institutus in legitima jus aliquod ex assequitur, *dec. 42. n. 12. lib. 13.*

Juspatronatus non transit cum universitate bonorum, si alteri fuerit ligatum, *dec. 43. n. 6. lib. 13.*

In donatione Jurispatronatus, licet fuerit omissa stipulatio pro hæredibus ex de jure subintelligitur, licet adsint dictiones, ipsi & dicti, relationem habentes ad personam donatarii in donatione expresse nominati, *dec. 43. num. 26. lib. 13.*

Institutus in re certa, vel in legitima, nullum jus assequitur in Jurepatronatum hæreditario, *decision. 43. num. 17. lib. 13.*

In patronatu mixto requiritur qualitas hæreditaria, & gentilitia; *dec. 43. n. 10. lib. 13.*

Qualitas hæreditaria in patronatu non censetur immutata, *dec. 45. n. 34. lib. 13.*

In

In Jurepatronatus instituendus est ille, qui requisita voluit a fundatore retinet, *dec. 45. n. 5. lib. 13.*

L

Læsio,

Vide verbo Contractus:
Ad excludendam læsionem plurimum ponderari debet, si remissio facta fuerit ex necessitudine sanguinis, & justæ, ac laudabilis indulgentiæ aviæ erga nepotes, *dec. 33. n. 24. lib. 7.*
Exceptio læsionis nequit retardare effectum Cemetelis obligationis, *dec. 18. n. 15. lib. 8.*
Ad dasumendam læsionem, & illius exclusionem, respici debent initium contractus, *dec. 38. n. 14. & 15. lib. 8.*
Ubi læsio non adest, nunquam restitutio in integrum conceditur, *dec. 3. n. 34. lib. 9. dec. 23. n. 1. lib. eodem.*
Læsio est probanda concludenter, *dec. 9. n. 4. & n. 16. lib. 19.*
Factum promissum retardari non potest ex capite simplicis læsionis, sed solum ob læsionem enormissimam, *dec. 9. n. 5. lib. 6.*
Læsio enormissima requiritur etiam in contractu dotali, *dec. 9. n. 5. lib. 6.*
Læsio enormissima non adest, si non probetur ultra duas ex tribus partibus veri valoris, *dec. 9. n. 14. lib. 6.*
Læsionis probatio facta per testes patientes exceptiones personales non concludunt, *dec. 9. n. 20. lib. 6.*
Nec per testes non informatos de valore prædii, & qui non habuerunt rationem domus, ac columbarii in eo existentis, *dec. 9. n. 21. lib. 6.*
In judicio læsionis in probando rei valore præferuntur testes rei, si sunt magis informati, & adminiculati, *ib. n. 22.*
Læsio concludenter probanda tollitur ex quibusvis probationibus contrarium illam offuscantibus, *dec. 9. n. 23. lib. 6.*
Uxor potest recusare adimplere renunciationem promissam e marito, si ex illa remaneret enormiter læsa, *dec. 10. n. 10. lib. 6.*
Et etiam maritus excusatur ob eandem læsionem, *ib. n. 11.*
Sed læsio debet esse enormissima, alias maritus, qui promisit renunciationem, ac ejus hæredes non excusantur, & tenentur ad damna promissa, *dec. 10. num. 12. & 13. 14. 15. 16. 19. & 31. lib. 6.*
In æstimatione rei dotalis sufficit qualibet læsio pro obtinendo supplemento congruæ dotis, *dec. 10. n. 17. lib. 6.*
Quod intellige favore tantum uxoris, non mariti, qui promisit renunciationem alias de proprio, *ib. n. 18.*
Læsio enormissima debet concludenter, ac evidenter probari, *dec. 10. n. 20. & 28. lib. 16.*
Læsionis probationes redduntur turbidæ ob contrarias probationes læsionem obumbrantes, *dec. 10. n. 30. lib. 6.*
Testes pro non læsione deponentes præferuntur; uti habentes juris assistentiam pro contractibus, ac pretii justitia, *dec. 10. n. 29. lib. 6.*

Laicus, *laicalitas*.

In dubio præsumptio stat pro laicalitate, *dec. 33. n. 19. lib. 13.*
Solutio onerum Communicativorum probat laicalitatem, *dec. 33. n. 21. lib. 13.*
Probatur etiam ex observantia Statutorum laicalium, *ib. n. 22.*
Nec laici retrahuntur a fundatione, jurepatronatus mixtum non cadit sub reservatione, *dec. 33. n. 29. lib. 13.*

Laudemium.

Vide verbo Quindennium:
Laudemium debetur ex recognitione dominii directi; *dec. 4. n. 7. lib. 1.*
Solutio laudemii de bonis franchis probat dominium directum universale, *dec. 5. n. 20. lib. 1.*
Laudemium non debetur ex bonis allodialibus, *dec. 5. n. 22. lib. 1.*

Legatarius.

Legatarius magis dilectus præsumitur in re legata, quam hæredes, *dec. 25. n. 13. lib. 9.*
Legatarius concurrere nequit cum creditoribus defuncti, *dec. 12. n. 16. lib. 6.*

Legatum.

In legatis, & fideicommissis, vel similibus dispositionibus per ultimam voluntatem ad vitam alicujus conceptis, hæredes defectu personæ contemplatæ venire non possunt, *dec. 2. n. 9. lib. 7.*
Contrarium tamen militat in donationibus puris, & irrevocabilibus, ad vitam alicujus stipulatis, nisi ponatur pactum reversivum, *ib. n. 10. & 11.*
Legatum factum pro exoneratione conscientiæ non cadit sub revocatione testamenti, *dec. 20. n. 1. lib. 8.*
Minusque revocatur per posthumi nativitatem, *ib. n. 2.*
Intentio testatoris faciendi legatum pro exoneratione conscientiæ potest probari per testes, *ib. n. 3.*
Super bonis legatis cadere non potest hæredis institutio, *dec. 47. n. 7. lib. 13.*
Evictio in legatis non præstatur, si incipiant e traditione, *dec. 47. n. 8. lib. 13.*
In causis legatorum Rota denegat viam executivam, licet causa ad ipsam devolvatur a tribunali A. C. de cujus stylo exhibetur via executiva, *dec. 15. n. 10. & 14. lib. 15.*
Sed si cœpta fuerit executio, illam non retractat, sed approbat, & stylum tribunalis A. C. minime redarguit, *ib. n. 11. 12. & 13.*
Eundem stylum Rota approbat, licet executio cœpta non fuerit, dummodo Signatura rescripserit cum clausula, *si quid exequendum*, *ib. n. 15.*
Relictum factum alicui sub credulitate esse suum consanguineum corruit, si detegatur falsam fuisse opinionem, *dec. 19. n. 3. 4. 5. & 16. lib. 16.*
Legata & fideicommissa proficiscuntur a pura benevolentia, & liberalitate testatoris, *dec. 19. n. 7. lib. 16.*
Et in iis stat pro ratione testatoris voluntas, *ib. n. 8.*
Legati petitio necessaria est ad constituendum hæredem in mala fide, *dec. 2. n. 15. & 16. lib. 6.*
Legatum ad hoc, ut reddatur inutile, sufficit in aliquo verificari, *dec. 8. n. 21. lib. 6.*
Et sic est, quod per legatum duplicem actio, *ib. n. 22.*
Fructus ex legato quantitatis relicto a matre, & præstandæ tempore nuptiarum non debentur, *dec. 9. n. 27. lib. 6.*
Legatum quantitatis relictum tempore matrimonii, esse illud non parit fructus, *dec. 10. n. 23. & 36. lib. 6.*
Secus si sit legatum pro legitima, *ib. n. 24.*
Fructus ex legato uti fructus legitimæ procedere debet probari, quod legitima in ista quantitate deberetur, *dec. 10. n. 27. lib. 6.*
Legata debentur super eo, quod reliquum est, deducto ære alieno, *dec. 12. n. 17. lib. 6.*
Legata intelliguntur ære alieno semper deducto, *dec. 13. n. 10. lib. 6.*
Res legata eliam sub conditione, vel cum onere, si postea pure relinquatur, conditio, & fideicommissum censetur in secundo relicto adempta, *dec. 88. n. 2. lib. 10.*
Legatum prius factum pure, & deinde sub conditione, est, & reputatur conditionale, *ib. n. 3.*
In iis, quæ relinquuntur pure legati, ultima dispositio, & solis pura attenditur, *ib. n. 4.*
Secus vero in iis, quæ relinquuntur jure institutionis, *ib. n. 5.*
Legatum translatum de una persona ad alteram, censetur translatum cum eadem conditione, quia tunc mutatur persona legatarii, non substantia legati, *ib. n. 12. & 50.*
Legatum prius factum uni sub conditione, si postea eidem pro medietate relinquatur simpliciter, & pro alia medietate transferatur in alterum, hoc casu censetur prima conditio adempta respectu primi legatarii, *ib. n. 14.*
Primum legatum semper censetur ademptum, & revocatum, quoties in secundo de primo facta est expressa commemoratio, *ib. n. 36.*
Quando de uno legato afficiuntur duo, transferendo medietatem de uno in alterum, tunc censetur revocatum onus primo legato adjectum, *ib. n. 31.*
Dispositio in secundo legato, quando pugnant, & contrariantur substitutionibus factis in primo, tunc dictæ substitutiones dicuntur in secundo legato ademptæ, *ib. n. 39. & 51.*
In secundo legato si fuerunt appositæ substitutiones, & alia onera non existentia in primo, eatmedentes substitutiones, & onera prius adjecta censentur adempta, *ib. n. 38.*

Legatus, *Vicelegatus*.

Vicelegatus Avenionensis non potest derogare Statutis a Sede Apostolica confirmatis, *dec. 4. n. 13. lib. 3.*
Nisi id fiat ex rationabili causa per viam legis universalis; *ib. n. 14.*
Concessiones a Legatis sub erroneo supposito factæ non relevant, *dec. 4. n. 17. lib. 3.*
Vicelegatus Avenionensis conferre valet beneficia Sedi Apostolicæ reservata, etiam quorumcunque Ordinum Regularium intra limites Legationis, *dec. 4. n. 3. lib. 12.*

Legitima.

Legitima debetur ascendenti in proprietate; licet relicta fuerit in usufructu, *dec. 7. n. 6. lib. 11.*
Pater potest prævenire in assignatione legitimæ, *dec. 36. n. 5. lib. 8.*
Et prævenire dicitur, si dotem assignaverit pro omni, & toto eo, quod filia prætendere valeret, *ib. n. 6. Contra n. 7.*
Legitima est semis, si filii sint sex, *dec. 10. n. 4. lib. 9.*
Legitima inter filios æqualiter dividitur, *dec. 21. n. 1. lib. 9.*
Legitima debetur etiam ex hæreditate per defectum adita, *dec. 22. n. 9. lib. 9.*
Legitima restringitur ad merum ususfructum quoad dispositionem, *l. fœminæ*, *C. de secund. nupt.* *dec. 26. n. 2. lib. 9.*
Legitima de jure auth. aucta est de quarta ad tertiam, tam pro ascendentibus, quam descendentibus, *dec. 26. n. 10. lib. 9.*
Legitima debet esse pars totius hæreditatis, etiam si sororibus aliquid relictum fuerit, *dec. 26. n. 11. lib. 9.*
Legitima est tertia totius, si dispositio hominis ita se non habet, sicut dispositio legis, *dec. 27. n. 5. lib. 9.*
Secus e contra, quia tunc esset ratio tertiæ, *ib. n. 6.*
Legitima non minuitur per aditionem momentaneam, & inefficacem, *dec. 27. n. 13. lib. 9.*
Ratio diminuendi legitimam ascendenti ex successione hæredis scri-

scripti, qui succederet ab intestato; consistit in efficacia successionis, non autem in sola hæredis denominatione, *ibid. num.* 14

Hæres, qui succederet ab intestato, capiens in vim clausulæ codicillaris, non dicitur sibi acquirere,

Hæres, qui succederet ab intestato, pro parte efficeri, quam consequitur ex testamento, omnis proportionabiliter legitimam, non tamen facit, quod ea sit tertia, *dec.* 27. *n.* 18. & 20. *lib* 9.

Legitima ascendentis, instituta turpi persona; non tertia tertiæ, sed detracta pro fratribus defuncti quarta, duas tertias partes alterius unciæ ascendens consequitur, *dec.* 27. *n.* 19. *lib* 9.

Si instituatur turpis persona, fratres defuncti faciunt partem, & concurrunt efficaciter in legitimam, *ib. n.* 20.

Ex relicto favore succedentis ab intestato proportionabiliter diminuitur legitima ascendentis, non autem sequitur, quod ille sit tertia tertiæ, sive relictum sit titulo particulari, sive titulo universali, *ib. n.* 23. & 24.

Diminutio legitimæ inducta a jure fuit favore fratrum, non autem defuncti, unde cessante fratrum utilitate, legitima ascendentis est tertia totius, licet ex hac plus caperetur, quam succedendo, *ib. n* 25.

Legata semper post legitimam detrahuntur, *dec.* 28. *n.* 9. *lib.* 9.

Nisi tamen favore fratris, vel sororis essent relicta, *ibidem num.* 10.

Ascendenti debetur legitima, quæ est tertia tertiæ, aliam non recipient diminutionem nisi proportionabiliter ab emolumento, quod consequitur frater, vel soror defuncti, non quia isti succedant in legitima, sed quia prius detrahunt, & consequenter diminuta hæreditate; a qua legitima est detrahenda, diminuitur ipsa legitima, *dec.* 29. *num.* 1. *lib.* 1.

Legitima ascendentis est tertia tertiæ, si successio ex testamento ita se habet, sicut ab intestato, *dec.* 29. *n.* 2. *lib.* 9.

Secus si ageretur cum extraneo, qui non esset successurus ab intestato, *ib. n.* 3.

Legitima est portio portionis debitæ ab intestato in ratione distributiva, quando concurrunt plures legitimarii, quorum unusquisque debet habere tertiam ejus partis, quam ab intestato habuisset, *dec.* 29. *n.* 4. *lib.* 9.

In ratione tamen collectiva, & universali respectu hæreditatis est tertia totius, *ib. n.* 5.

Minuitur favore fratrum, vel sororum, *ib. n.* 6.

Diminutio tamen non admittitur in illa portione, quam fratres; vel sorores coguntur restituere hæredi scripto vigore clausulæ codicillaris, *ib n.* 7.

Sententia, quod sufficiat ad efficiendam legitimam ascendentis tertiam tertiæ, quod verificetur in aliqua parte æqualitas testati cum intestato reprobatur, *ib. n.* 8. & 9.

In tantum emolumentum, quod fratres consequuntur ex testamento, diminuit proportionabiliter legitimam, in quantum succedit loco partis, quæ eis deberetur ab intestato, *dec.* 29. *n.* 11. *lib.* 9.

Et propterea, si loco partis succedere non potuisset, ut quia emolumentum respiceret favorem sororis a Statuto exclusæ, conclusio minime admitteretur, *ib. n.* 12.

Ubi favor fratrum vel sororum non adest, legitima non minuitur, *ib. n.* 14.

Legitima est tertia pars ejus, quod quis habiturus esset ab intestato, *dec.* 31. *n* 7. *lib.* 9.

Non tamen eadem evenit, quod in causa testati, si hæredes scripti non sint, qui ab intestato venirent, non sit tertia totius ipsius hæreditatis, *ib. n.* 8.

Legitima ascendentis est tertia totius, si in hæreditate defuncti concurrant frater, aut soror ex uno tantum latere, *ib. n.* 9.

Sic etiamsi vel ex statutaria exclusione, vel simili, fratres, vel sorores non haberent concursum cum ascendente, in casu quo defunctus ab intestato decessisset, *ib. n.* 10.

Concursus fratrum, vel sororum in successione cum ascendente ob contrarietatem testamentum non operatur diminutionem legitimæ, si tandem coguntur solvere hæreditatem hæredi scripto ob effectum clausulæ codicillaris, *ib. n.* 11.

Etiamsi successio esset efficax ad effectum detrahendi Trebellianicam, quia adhuc legitima ascendentis est tertia totius residui, *ib. n.* 12.

Redditur ratio, *ib. n* 13. 14 & 15.

Diminutio legitimæ ascendentis, eo tantum casu fit, quatenus adsit favor eorum, qui succederent ab intestato, *dec.* 31. *n.* 16. *lib.* 9.

Hinc si eorum favor non adsit, legitima ascendentis est tertia totius, licet ex ipsa ascendens plus capiat detrahendo, quam succedendo, *ib n.* 17.

Jus detrahendi legitimam impedire nequit immissionem pro indiviso, *dec.* 93 *n.* 3. *lib.* 9.

Legare, sive ad prophanos, sive ad pios usus, legitimam minuere non possunt, *dec.* 33. *n.* 4. *lib.* 9.

Dos, & legitima soluta filiæ pinguius reddit patrimonium parentis ad effectum detrahendæ legitimam pro aliis filiis, *dec.* 33. *n.* 5. *lib.* 9.

Mobilia, quæ sunt modici valoris, & præsumuntur consumpta, calculari non debent ad constituendam quantitatem legitimæ, *ib. n.* 6.

Pro detrahenda legitima, licet regulariter habendus sit respectus ad patrimonium parentis existens de tempore obitus, attamen id procedit; ut legitimarius iterum legitimam habuerit, vel illam petierit, & postea agat pro supplemento, *dec.* 33. *n.* 8. *lib.* 9.

Secus e contra, *ib. n.* 9.

Onus in legitima imponi non potest, *dec.* 34. *n.* 3. *lib.* 9.

Jus petendi legitimam non transmittitur ad eos, qui non sunt filiorum hæredes, *dec.* 11. *n.* 38. *lib.* 10.

Legitima censetur consumpta ex alienationibus, & inventarii non confectione, *dec.* 37 *n.* 34. *lib.* 10.

Quoties legitima prohibita fuerit cum cautela Soccini, non requiritur expressa prohibitionis acceptatio, sed sufficit simplex actus aditionis, vel immissionis in bonis, ut prohibitio absolute approbata dicatur, *dec.* 60. *n.* 14. *lib.* 10.

Legitima non dicitur comprehensa in donatione facta per matrem, cum non præsumatur fuisse consideratum prædecessus filii, *dec.* 68. *n.* 16. *lib.* 10.

Non est prohibita donatio legitimæ acquirendæ, *dec.* 68. *n.* 17. *lib.* 10.

Legitima relinqui non solet, nisi filiis primi gradus, *dec.* 70. *n.* 10. *lib.* 10.

Legitima debetur etiam nepotibus, & ulterioris gradus descendentibus, si ob præmorientiam parentum ipsi occupant eorum gradus, *dec.* 70. *n.* 11. *lib.* 10.

Quidquid ex parente hæreditate ad filium pervenit, subjectum remanet imputationi, vel saltem compensationi cum legitima; *dec.* 72. *n* 15. *lib.* 10.

Legitima non detrahitur ex fideicommisso transversali, *dec.* 77. *n.* 4. *lib.* 10.

Relicta legitima in bonis ignoranter alienis, testamentum non sustinetur, *dec.* 15. *n* 3. 5 & 6. *lib.* 16.

Limita, si institutio in legitima simpliciter facta fuerit, & deinde adjectus extiterit modus illam consequendi, tunc enim rejicitur modus, & tantum inspicitur institutio, *ib. n.* 4. & 7.

Si per testamentum demandetur impartitio certorum bonorum propriorum descendentis in legitimam, ei debetur illorum æstimatio, *dec.* 15. *n.* 8.

Declara, ut *n.* 9.

Institutio in legitima simpliciter, & generaliter facta; ad omnes casus refertur, *dec.* 15. *n.* 10. *lib.* 16.

Legitima quando censeatur quota hæreditatis, *dec.* 16. *n.* 7. *lib.* 16.

Legitima debetur filiæ in bonis maternis, quando filia fuit instituta per matrem in legitima, & restituitur ad jura successionis, non obstante, quod per Statutum sit exclusa ab intestato, *dec.* 7. *n.* 1. & 2. *lib.* 4.

Quoad legitimam, in qua filia per matrem fuit instituta; non potest a matre privari usufructu legali, *dec.* 7. *n.* 3. 4. & 6. *lib.* 4.

Falli in cæteris bonis, detracta legitima, *ib. n.* 5.

Contra, quod sit in potestate matris prohibendi patri usumfructum in legitima filiæ relicta, *ib. n.* 10. 13. & 24.

Leges prohibentes onus in legitima procedunt, quando agitur de gravamine filiis imposito, non de onere ad eorum favorem, quod est validum, *ib. n.* 18.

Onus impositum filiis in legitima, pro non scripto habetur; secus si fuit impositum patri, *ib. n.* 19.

Legitima non datur in bonis viventis, *dec.* 7. *n.* 8. *lib.* 6.

Jus legitimæ pendente vita patris est pretio æstimabile, & potest vendi, & in contractum deduci, *dec.* 7. *n.* 10. *lib.* 6.

Legitimæ supplementum æquiparatur supplemento congruæ dotationis, *dec.* 20. *n.* 7. *lib.* 6.

Legitima dicitur quota bonorum, non hæreditatis, *dec.* 13. *n.* 21. *lib.* 6.

Legitimatio, Legitimatus.

Legitimatio concessa a Principe sæculari non prodest, ut legitimatus possit succedere in jurepatronatus, *dec.* 17. *n.* 9. 10. & 11. *lib.* 13.

Legitimitas.

Legitimitas personæ levioribus probatur adminiculis; si probata sit proximitas, nullusque compareat, qui gradum propinquiorem prætendat, *dec.* 13. *n.* 10. *lib.* 10.

Lex.

Vide in verbo Textus:

Leges, & jura non adaptantur casibus; qui raro contingunt; *dec.* 40. *n.* 12. *lib.* 10.

Legis, *hac edictali*, dispositio non comprehendit casus; in quibus non habet locum querela inofficiosi, *dec.* 35. *num.* 16. *lib.* 9.

Lex prædicta non habet locum; quando onus est substitutum in casu remoto, & sub conditione prorsus incerta, *ib. n.* 18.

Leg. miles, §. *defuncto*, *ff. de adulter*, præsumptio ad effectum consequendi alimenta, contrariis præsumptionibus eliditur; *dec.* 6. *n* 16 *lib.* 14.

Vide reliqua in verbo *Præsumptio*.

L. ex facto, *Cod. de neg. gest.* in quibus terminis procedat; exponitur, *dec.* 36. *n.* 9. *lib* 15.

L. de his, *ff. de transactionib.* no locum habeat in quæstione resultante ex fideicommisso conventionali, *dec.* 23. *num.* 12. *lib.* 16.

Lex novi juris constitutiva non extenditur ad præterita, sed tantum ad futura vires porrigit, *dec.* 1. *n.* 8. *de off. venal.*

Idque procedit, etiamsi casus præteriti perfectionem expectent in

in tantum respectu executionis; *ibidem num.* 9.

Lex, quamvis expresse, & nominatim faciat mentionem de praeteritis, non trahitur ad praeterita jam decisa, terminata, vel extincta, *dec.* 1. *n.* 14. *de off. ven.*

Legibus, non exemplis, judicatur, *dec.* 5. *n.* 51. *lib.* 1.

Lex, vel Statutum adaptatur ad ea, quae frequentius accidunt, *dec.* 8. *n.* 5. *lib.* 6.

Lex, vel Statutum, quod non dicit, nec nos dicere debemus, *dec.* 8. *n.* 9. *lib.* 6.

Legem condere, & dare non potest Judex, sed Princeps, *dec.* 38. *n.* 2. *lib.* 9.

Legem interpretari potest Judex, & debet esse solicitus de earum observantia, *ib. n.* 3.

Legis beneficio frui non debet, qui illarum circumstantias non observat, & eas spernit, *ib. n.* 18.

Leges ideo obligant, quia judicio populi receptae sunt, *ibid. num.* 35.

Lex civilis non nutritiva peccati; servanda est etiam in foro Canonico, oppositum non disponente, *ib. n.* 37.

Lex clara, etiam si dura, observari debet, *ib. n.* 70.

Ex lege non solum dicitur, quod venit ex lege, sed etiam quod venit ex ratione, & sementia legis, *dec.* 1. *n.* 86. *de statut. success.*

Lex nova non trahitur ad praeterita, *dec.* 37. *n.* 27. *lib.* 15.

Etiamsi expresse mentionem faciat de praeteritis, non complectitur tam decisa, & extincta, *ib. n.* 28.

Nec tollit jus quaesitum, *ib. n.* 29.

Liber.

Liber, qui non est authenticus, atque legalis, non probat, *dec.* 19. *n.* 10. *lib.* 13.

Liber, cujus author ignoratur, nihil probat, *dec.* 20. *n.* 16. *lib.* 13.

Libris administratorum fides praestatur, *dec.* 59. *n.* 3. *lib.* 13.

Libris capitularibus plena fides praestatur, *dec.* 72. *n.* 22. & *dec.* 73. *n.* 19. *lib.* 13.

Liberalitas.

Ad praestandam liberalitatem aliquando sufficit alumni conditio, *dec.* 19. *n.* 18. *lib.* 16.

In necessitatibus nemo liberalis existit, *dec.* 8. *n.* 18. *lib.* 6.

Liberatio.

Praetermissa discussione computorum, oritur nullitas liberationis stipulatae per mulierem, cum computa non dispuncta contrahentium non dicantur de veritate causae assertionibus quantumvis juratis ipsorum contrahentium, *dec.* 17. *n.* 3. *lib.* 9.

In actu liberationis, qui non ordinatur ad dandum, sed ad remittendum, non nascitur obligatio evictionis, & manutentionis, *dec.* 17. *n.* 10. *lib.* 9.

In liberatione generali comprehenduntur omnia, quae continentur in computis, ad quae habita fuit relatio, *dec.* 17. *n.* 16. *lib.* 9.

In actibus liberatoriis, in quibus nullum transfertur dominium, nulla praestatur evictio, seu manutentio, *dec.* 35. *n.* 3. *lib.* 9.

Amplia, etiam si processum fuerit per viam donationis, & cessionis, ac promissa manutentio, & evictio creditis, *ib. n.* 4. & 5.

Liberatio, quamvis verbis generalibus concepta, restringitur; & regulatur ad suam causam, *dec.* 35. *n.* 6. *lib.* 9.

Liberatio concepta cum verbis generalibus, & ampliative positis, extenditur ad quaecunque etiam extra causam administrationis, *dec.* 35. *n.* 8. & 9. *lib.* 9.

Liberatio facta occasione professionis, & favore sanguinis conjuncti, ample est interpretanda, *dec.* 36. *n.* 10. *lib.* 9.

Liberatio debitoris secuta dicitur ex praestatione consensus per creditorem emissa in deliberatione, habita fide de pretio, *dec.* 28. *n.* 7. & 8. *lib.* 15.

Libra.

Libre Sardiniae constituit julios tres, & bononenos quatuor monetae Romanae, *dec.* 70. *n.* 19. *lib.* 13.

Quot librae monetae Sardiniae efforment ducatum, vide *dec.* 72. *n.* 5. *lib.* 13.

Linea.

Vide in verbo *Substitutio*.

Lineae deficientia praesumitur, donec aliquis compareat, qui se vocatum, & comprehensum justificet, *dec.* 12. *num.* 16. *lib.* 10.

Dum superest aliquis de linea magis proxima, non dicitur factus locus vocationi lineae magis remotae, *dec.* 14. *num.* 1. *lib.* 10.

Testator vocando proximiores domus post affirmatam substitutionem favore lineae contentivae proximae, dicendum est sub proximiorum nomine designare voluisse proximiorem de linea contentiva remota, *dec.* 14. *n.* 5. *lib.* 10.

Mentio lineae masculinae denotat perpetuitatem, *dec.* 46. *n.* 15. *lib.* 10.

Sub vocatione lineae masculinae veniunt omnes masculi descendentes, *dec.* 46. *n.* 14. *lib.* 10.

Et de gradu in gradum, & sic per fideicommissum, *ib. n.* 45.

Linea est collatio plurium personarum gradus continens, & numeros distinguens, *dec.* 46. *n.* 16. *lib.* 10.

Testator, qui separatim consideravit unam, aut alteram lineam, personae unius lineae comprehendi non possunt in provisione respicientis substitutionem alterius, *dec.* 62. *num.* 6. *lib.* 10.

Si testator instituerit plures, eisque substituerit eorum filios, isti respectu cujuscunque suorum parentum censendi sunt tanquam unica linea, *dec.* 27. *n.* 20. *lib.* 16.

Ex quibus deprehenditur; quod testator plures personas complexus fuerit per modum unius lineae, *dec.* 27. *n.* 22. *lib.* 16.

Linea plures gradus, & personas comprehendit, *dec.* 27. *n.* 28. *lib.* 10.

Linea deficere non dicitur, existentibus personis e primo stipite descendentibus, *dec.* 12. *n.* 41. *lib.* 4.

Linea accipitur effective, & determinate, dato aliquo certo stipite, veluti quando propria, aut haeredis linea vocatur, *dec.* 1. *n.* 130. *de stat. success.*

Linea masculina contentiva idem importat, quod vocatio agnatorum in genere, *ib. n.* 135.

Vocata linea contentiva in genere, non habetur respectus ad unicum corpus, *ib. n.* 137.

Linea qualitatis agnatitiae differt a linea recta substantiae, quod haec est regularis, & descensiva de patre in filium, illa vero est vaga, & indeterminate discurrens, *ib. n.* 138.

In linea qualitatis habens qualitates expetitas, facit in ea unum punctum, non attenta mixtura, & saltu de una linea materiali ad aliam, *ib. n.* 140.

Lis.

Recessus e lite reputatur lucrum considerabile; *dec.* 41. *num.* 10. *lib.* 8.

Pactum quotae litis ut initum dicatur, requiritur, quod quota litis sit in pactum deducta, & quod initum appareat cum procuratore, vel advocato, *dec.* 41. *n.* 13. *lib.* 8.

Ad hoc ut primum requisitum concurrere dicatur, exigitur, ut quota in litem deducta, fuerit in casu victoriae promissa, *ib. num.* 14.

Pactum quotae litis initum cum alia persona, quam procuratore, vel advocato, sustinetur, *ib. n.* 15.

Lis quoad impetrantem monitorii mota censetur ab ea die, qua monitorium expedivit, *dec.* 44. *n.* 3. *lib.* 10.

Etiam ut ab ea die possit fieri contra ipsum condemnatio fructuum perceptorum, *ib. n.* 4.

Ad hoc ut possessor in mala fide dicatur constitutus, non sufficit sola monitorii reproductio, sed exigitur jurium exhibitio, *ib. n.* 5.

Limitatur, quoties monitorium non ab actore; sed a possessore fuerit expeditum, *ib. n.* 6.

Praecipue, si de juribus notitiam habuisse appareat, *ib. n.* 7.

Et limitatio locum obtinet, etiamsi actor aliud deinde monitorium expedire curaverit, *ib. n.* 8.

Lis per transactionem sopita, amplius resuscitari non potest, *dec.* 14. *n.* 11. *lib.* 13.

Lis super manutentione non inducit vitium litigiosi super titulo, *dec.* 39. *n.* 3. *lib.* 13.

Distingue inter beneficium liberae collationis, & juspatronatus, ut in primo requiratur lis super titulo, at in secundo sufficiat quoque lis, *ib. n.* 4.

Pro defectione litis requiritur declaratoria Judicis, *dec.* 39. *n.* 11. *lib.* 13.

Lis inter compatronos, quorum quisque postulat declarari sibi jus competere ad praesentandum ad exclusionem alterius, non reddit beneficium litigiosum, *dec.* 40. *n.* 2. *lib.* 13.

Praesentati assistentes in judicio, quorum quilibet postulat beneficium uti suum, non qualificant litem super titulo beneficii, *ib. n.* 13.

Referuntur variae opiniones super quaestione, an & quomodo lis dicatur super titulo, *ib. n.* 4.

Praesentatus prosequens litem post acquiescentiam praesentantis de accessoria fit principalis, *dec.* 40. *n.* 8. *lib.* 13.

Ex actu praebente exceptionem litis finitae inceptio illius desumi non potest, *dec.* 62. *n.* 9. *lib.* 13.

Permittendum non est, quod partes super uno, eademque re pluribus litibus pergraventur, *dec.* 15. *n.* 5. *lib.* 15.

Sola sufficit citatio ad inducendam litis pendentiam, *dec.* 24. *n.* 3. *lib.* 15.

Lis contra virum intentata, devenisse censetur ad notitiam uxoris cum eo cohabitantis, *dec.* 12. *n.* 5. *lib.* 6.

Litera.

Literae mercatorum habent vim publici instrumenti, *dec.* 05. *n.* 2. *lib.* 8.

Literae invitatoriae, non autem privatae conventiones inter socios mercatores factae, sunt inspiciendae, *dec.* 25. *n.* 6. *lib.* 8.

Et hoc, ne pereat publicum commercium, *ib. n.* 7.

Literae oblatoriae inter mercatores religiose sunt custodiendae; & quaecunque immutatio, licet non substantialis, & pacta essentialia, & destructiva non deducta ad correspondentium notitiam, non attenduntur ad infractionem obligationis in eisdem literis oblatoriis contentae, *dec.* 30. *n.* 15. *lib.* 8.

Litera Apostolica.

Jus non patitur, quod retardetur executio literarum justificatarum, *dec.* 42. *n.* 2. *lib.* 13.

Literae Apostolicae, quando sunt justificatae, sunt omnino exequendae, *dec.* 18. *n.* 18. *lib.* 12. *dec.* 10. *n.* 1. *lib.* 13. *ib. dec.* 38. *n.* 1. & *dec.* 41. *n.* 14. & *dec.* 48. *n.* 2. *lib.* 13.

Literae Apostolicae solent in charta pergamena scribi, *dec.* 2. *n.* 3. *lib.* 11.

Literae Apostolicae ex quibus non probentur originales; *ibid. num.* 7.

Literae, quae justificatae non sunt, exequi non debent, *dec.* 49. *n.* 1. *lib.* 13.

Literae

Literæ Apostolicæ, quæ patiuntur obreptionis, vel subreptionis etiam, nullam promerentur executionem, *dec.* 37. *num.* 2. *lib.* 13.
Judex quoties nullitur, aut injuste demandaverit Literas Apostolicas exercitii, potest arbitrari pro retardanda ulteriori executione, *dec.* 37. *n.* 3. *lib.* 13.
Observantia apta est interpretari Literas Apostolicas, *dec.* 38. *n.* 6. *lib.* 13.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur ad impediendam executionem Literarum Apostolicarum, *dec.* 39. *n.* 12. *lib.* 13.
Observantia facit præsumere justificationem Literarum, *dec.* 77. *n.* 13. *lib.* 13.
Quoties in Literis Apostolicis adsunt clausulæ, verificato, & emoto, executor assumere debet partes Judicis, & citare omnes interesse habentes, *dec.* 21. *n.* 3. *lib.* 16.
Literæ Apostolicæ, quæ subreptitiæ noscuntur, non sunt exequendæ, *dec.* 21. *n.* 4. *lib.* 16.
Sententia lata super executione Literarum Apostolicarum non citato legitimo contradictore est nulla, *dec.* 22. *num.* 1. *lib.* 16.
Ex usu Literarum Apostolicarum suppletur consensus causa-lis resignatarii respectu pensionis reservatæ, *dec.* 4. *num.* 16. *lib.* 20.
Literæ Apostolicæ, quando sunt justificatæ, debent exequi, & datur immissio proviso, *dec.* 10. *n.* 02. *lib.* 12.

Locatio.

Locatio dicitur contractus nominatus, *dec.* 18. *n.* 12. *lib.* 8.

Loca montium.

Loca montium vinculata estimantur ad rationem 75. pro quolibet centenario, *dec.* 1. *n.* 3. *lib.* 11.
Vinculum in locis montium appositum, juxta communem praxim, valorem diminuit, *ib. n.* 4.
Loca montium non dicuntur habere vinculum fideicommissi, vel aliud, si in literis patentibus non legitur, *dec.* 8. *num.* 1. *lib.* 2.
Si a locis montium per Judicem sint sublata vincula; & postea in novis literis patentibus antiqua vincula non sint expressa, illa amplius non considerantur, *dec.* 8. *n.* 2. *lib.* 2.
Loca montium a vinculo liberata per Judicem nulliter; & injuste procedentem; adhuc dicuntur esse sub vinculis, *dec.* 8. *n.* 3. *lib.* 2.
Sed prius a Judice debet obtineri revocatio sui judicati; alias ad illa non datur immissio, *ib. n.* 4.
Judex, si nulliter, & injuste processit, non privat dominum suis locis montium, & spoliatus potest intentare remedia restitutoria super illis, *dec.* 8. *n.* 5. *lib.* 2.
Secus si Judicis factum habuit suum effectum, & loca montium fuere postea translata in tertium mediante facto publici officialis Principis, *ib. n.* 6.
Loca montium alienata a Principe mediante facto secretarii sui officialis, alia vincula non recipiunt præter expressa per ipso Principe in literis patentibus, & quare, *dec.* 8. *n.* 7. *lib.* 2.
Immissio ad loca montium fideicommissariorum non concedi-tur vocato, si illa fuerint vendita prævia derogatione facta a Papa, *dec.* 8. *n.* 8. *lib.* 2.
Pecunia retracta ex locis montium fideicommissi alienatis cum licentia Principis pro dissolvendo ære alieno, si in talem causam cesserint, fuit satisfactum menti Principis, *dec.* 8. *n.* 9. *lib.* 2.
Emptor locorum montium fideicommissi cum licentia Principis non tenetur esse solicitus de versione pecuniarum, vel multiplico demandato a Papa in licentia alienandi, *dec.* 8. *n.* 10. *lib.* 2.
Loca montium habentia vincula evictionis, & cautionis de restituendo prioribus, & potioribus, æstimantur scuta 60. pro quolibet loco, *dec.* 9. *n.* 3. *lib.* 2.
Loca montium cum dictis vinculis; si non agatur inter creditorem, & debitorem, sed inter concreditores, ex quo ad illorum instantiam sint prius liberata per Principem ab onere fideicommissi non considerantur circa pretium tanquam vinculata, *dec.* 9. *n.* 4. *lib.* 2.
Locorum montium possessio probatur ex literis patentibus; *dec.* 15. *n.* 5. *lib.* 2.
Locorum montium possessio alicujus probatur; ex quo ab illius persona in alium fuere translata, *dec.* 10. *n.* 6. *lib.* 2.
Locorum montium possessio probatur ex descriptione in libris Secretariorum montium, *dec.* 10. *n.* 8. *lib.* 2.
Loca montium transeunt libera in emptorem, ut si directe per Cameram Apostolicam fuissent vendita, *dec.* 10. *numero* 18. *lib.* 2.
Bona, ac loca montium alicujus, sine illius consensu in alium transire non possunt, *dec.* 10. *numero* 19. & *numero* 25. & 28. *lib.* 2.
Locorum montium translatarius etiam cum authoritate Judicis non est tutus deficiente legitimo consensu veri domini illorum, *dec.* 10. *n.* 21. & 28. *lib.* 2.
Emens loca montium cum ordine directo alicui banco; ut solvat in genere illi, qui resignabit, est omnino tutus ob fidem publicam, *dec.* 10. *n.* 12. *lib.* 2.
Contrarium, si resignatio facta sit a non domino, *ibid. n.* 23. & 24.
Mala fides si adsit in resignante loca montium; tunc illi non est succurrendum, *dec.* 10. *n.* 30. *lib.* 2.
Reintegratio competit ad loca montium fraudulenter alienata sine consensu domini, *dec.* 11. *n.* 3. *lib.* 2.
Actio realis pro reintegratione ad loca montium non remanet sublata ex actione prius intentata in evictione personali pro damnis, & interesse, *dec.* 11. *n.* 4. *lib.* 2.
In locorum montium translationem non solet princeps suam authoritatem interponere sine consensu prioris domini eorumdem, *dec.* 12. *n.* 10. *lib.* 2.
Emens loca montium sine consensu domini eorumdem, patitur illorum evacuationem, *dec.* 13. *n.* 12. & 16. *lib.* 2.
Loca montium sine consensu domini si venderentur, & valide essent vendita, tolleretur publicum commercium, & quare, *dec.* 11. *n.* 13. & 14. *lib.* 2.
Habens jus in locis montium, & a Principe, & ab illorum domino præfertur habenti solum jus a Principe sine facto domini, *dec.* 12. *n.* 17. & 18. *lib.* 2.
Æquitas tali casu magis assistit vero domino, sine cujus facto fraudulenter illi fuerunt vendita loca montium, *ib. n.* 19.
Loca montium nullum aliud recipiunt vinculum, nisi expressum in literis patentibus, *dec.* 5. *n.* 18. *lib.* 4.

Longobardi.

Imperium Longobardorum desiit in Italia *ann.* 770. *dec.* 4. *n.* 2. *lib.* 11.

Lucrum dotale.

Vide in verbo Dos.
Lucrum in urbe ex Statuto conjugi superstiti debetur, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 12.
Lucrum ad formam Statuti urbis nihil aliud est, quam quarta portio dotis tradenda ad æstimationem bonorum tempore obitus, *dec.* 1. *n.* 6. *lib.* 12.
Ex Statuto urbis lucrum dotale debetur, nedum de dote soluta; sed etiam promissa, *dec.* 1. *n.* 9. *lib.* 12.
Declara, si dos exigibilis appareat; secus si inexigibilis probetur, *ib. n.* 10.
Ex dote constituta secundo viro ad effectum regulandi lucrum, detrahi debet ea rata, quæ servari debet pro filiis primi matrimonii, *dec.* 1. *n.* 14. *lib.* 12.
Lucrum mulieris, & viri, debet æqualiter determinari, *ib. n.* 15.
Fructus lucri calculentur ad rationem quatuor pro centenario; *dec.* 1. *n.* 18. *lib.* 12.
Pro constituendo lucro dotali non habetur ratio de iis, quæ usu consumuntur; *dec.* 29. *n.* 2. *lib.* 16.
Lucrum dotale marito decedente cum liberis non debetur uxori, nisi quoad usumfructum tantum, *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 6. & *ibid. dec.* 6. *n.* 4.
Lucrum quoad proprietatem existentibus filiis nunquam censetur avulsum ab hæreditate mariti, tanquam ejus debitoris dotis, & lucri, *dec.* 5. *n.* 4. *lib.* 6. & *ibid. dec.* 6. *n.* 5.
Lucri debitor est avus, & non filius, qui uxorem duxit, si ille dotem recipit; & sic filia hæres patris, sed non avi, non potest prætendere lucri proprietatem, *dec.* 5. *n.* 5. *lib.* 6.
Lucrum dotis ex Statuto urbis non debetur uni filiis, sed uti hæredibus, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 6.
Lucrum extractum ex fideicommisso, post mortem patris ad illud non revertitur, sed spectat ad filios ejusdem matrimonii, *dec.* 5. *n.* 8. *lib.* 6.
Lucrum ex Statuto urbis matri debetur quoad usumfructum; & filiis quoad proprietatem, *dec.* 5. *n.* 7. *lib.* 6.
Lucrum ex Statuto urbis, finito usufructu, non restituitur filiis ex communi matrimonio, sed quibus de jure, & sic redit ad hæreditatem, in qua aderat ejus proprietas nunquam abdicata, *dec.* 5. *n.* 9. *lib.* 6.
Lucrum detractum ex fideicommisso solum quoad usumfructum, illo finito, revertitur ad fideicommissum, *dec.* 5. *n.* 10. *lib.* 6.
Lucrum restitui debet ab eo, qui ad illud se obligavit, *dec.* 5. *n.* 11. *lib.* 6.
Lucri restituendi promissio intelligi debet ad formam Statuti, hoc est quoad usumfructum tantum, pro quo poterat se obligans convenire, *dec.* 5. *n.* 12. *lib.* 6.
Lucrum dotis mortua uxore, cessante usufructu, consolidatur cum proprietate ad commodum vocatorum in fideicommisso; *dec.* 5. *n.* 7. & 8. *lib.* 6.
Lucrum dotis datum uxori ab hæreditate mariti existentibus filiis, illa mortua, spectat ad filios uti patris hæredes, *dec.* 6. *n.* 12. *lib.* 6.
Lucrum dotis extractum ab avito fideicommisso, & datum mulieri ad usumfructum, ea mortua, spectat ad fideicommissum; *dec.* 6. *n.* 13. *lib.* 6.
Si conjux, cui fuit delatum lucrum in usufructu; fit etiam hæres filius, cui debebatur proprietas, consequitur illud etiam quoad proprietatem, *dec.* 8. *n.* 2. *lib.* 6.
Lucrum dotis acquisitum tantum quoad usumfructum, decedente conjuge, remanet usufructus consolidatus cum proprietate, *dec.* 8. *n.* 3. *lib.* 6.
Lucrum dotis remanet sub fideicommisso avi, si conjux filii illud acquisivit solum quoad usumfructum existentibus filiis, quorum conjux non est hæres, *dec.* 8. *n.* 4. 6. & 25. *lib.* 6.
Quod mater non existentibus filiis privetur lucri proprietate; asperum videtur, *dec.* 8. *n.* 7. *lib.* 6.

Lu

Lucrum dotis de jure non debetur; *decision.* 8. *numer.* 11. *lib.* 6.
Lucrum debetur tanquam debitum, si titulo legati est relictum; *dec.* 8. *n.* 15. *lib.* 6.
Lucrum si debetur in solo usufructu, & pro illo sint consignata bona, consignatio restringitur ad usumfructum, *dec.* 8. *n.* 23. *lib.* 6.

Lumen.

Lumen non impeditur per fabricam, si intermediet atrium, ac curtile satis amplum, & longum, *dec.* 1. *n.* 23. *lib.* 4.

M

Major natu.

Majoris natu vocatio non restricta ad certam personam, dicitur perpetua, nec in primo consumitur, *decision.* 12. *n.* 18. *lib.* 13.
Præcipue, si adsint verba perpetuitatem importantia, *ib. n.* 19.

Mandatarius.

Mandatarius non potest excedere fines mandati, *decis.* 2. *num.* 5. *lib.* 3.

Mandatum.

Mandatum procuratori factum a reo ex fratribus, non excludit communionem universalem, *dec.* 30. *n.* 14. *lib.* 7.
Mandatum est ex eo genere contractuum, qui consensu perficiuntur, *dec.* 24. *n.* 2. *lib.* 8.
Mandatum præsumitur ex protestatione emissa adversus citationem, *dec.* 26. *n.* 2. *lib.* 15.
Ac etiam ex expensis in casu facta, *ib. n.* 3.
Mandatum ex conjecturis probatur, *dec.* 11. *n.* 6. *lib.* 6.
Mandatum præsumitur ex eo, quod procurator diuturnam litem sustinuerit, *dec.* 11. *n.* 7. *lib.* 6.
Ac plurimos actus judiciales fecit, juraque producit, *ibidem numer.* 8.
Et expensas modicas exposcit, *ib. n.* 9.
Maxime, si plura ab eo gesta sint, quorum notitiam habere non potuisset, nisi a principali informatus fuisset, *ib. n.* 9.
Mandatum ex conjecturis elicitum suffragatur, sive principalis sciens, & patiens sit in loco judicii, sive absens, *decis.* 11. *n.* 11. *lib.* 6.

Mandatum Judiciale.

Mandati validitas ex revolutione actorum probatur, *dec.* 34. *n.* 1. *lib.* 9.
Mandatum, quod per debitorem nunquam fuit impugnatum, est magis exequendum, *dec.* 8. *n.* 9. *lib.* 8.
Mandatum relaxatum contra bona hæreditarie debitoris, debet exequi contra personam, & bona hæredis, si hic in termino eidem præfixo rationem non reddiderit de bonis hæreditariis inventariumque non exhibuerit, *decision.* 17. *numer.* 5. *libr.* 9.
Mandatum cum clausula, *dummodo possessio sit vacans*, relaxatum, atque exequi potest etiam die feriato, *decis.* 5. *n.* 6. & 8.
Amplia, ut *n.* 10 *lib.* 15.
Illud enim reputatur inter actus voluntariæ jurisdictionis, *ibid. num.* 7.
Mandatum de aliquo citando, decreti, & exequi valet die Dominica, *ib. n.* 9.
Justitia mandati metienda est ex eisdem actis ad effectum, ut deliberationem passo concedatur manutentio, *decis.* 20. *numer.* 3. *lib.* 15.
Mandatum de immittendo in Civitate Spoleti inservit loco instrumenti deliberationis, *dec.* 25. *n.* 12. *lib.* 15.

Manutentio.

Manutentio datur possessori anteriori, *dec.* 3. *n.* 6. *lib.* 12.
Acta facta in judicio manutentionis, transportanda non sunt in judicio principali, *dec.* 3. *n.* 3. *lib.* 9.
Manutentio non validat possessionem vitiosam, *dec.* 3. *numer.* 16. *lib.* 9.
Possessor cum titulo est manutenendus, *dec.* 3. *n.* 7. *lib.* 12.
Manutentio datur possidenti etiam adversus clausulam, *sublata*; & decretum, *irritans*, quousque doceatur intrare clausulam, & decretum, *dec.* 4. *n.* 11. *lib.* 11.
Sed si statim doceatur, manutentio denegatur, *ib. n.* 12.
Manutentio denegatur in judicio plenario, si illa tunc pendeat ab executione literarum, quæ patent inexequibiles, *decis.* 75. *n.* 12. *lib.* 13.
Bonum, vel malum jus semper pro concedenda, vel deneganda manutentione in consideratione haberi debet, *dec.* 89. *num.* 6. *lib.* 13.
Et quæ petitorium respiciunt, retardare non possunt manutentionem, *dec.* 75. *n.* 25. *lib.* 13.
Adversus factum judicis nulliter, aut injuste procedentis, datur manutentio, *dec.* 7. *n.* 4. *lib.* 15.
Amplia etiam in devolutivo, adeo ut opus non sit priore judicata ordinario remedio retractare, *ib. n.* 5. & 6.
Habens se pro spoliato non potest petere manutentionem, *dec.* 12. *n.* 4. *lib.* 15.
Injustitia debet probari ex eisdem actis, ad hoc ut deliberationem passo detur manutentio, *dec.* 21. *n.* 5. *lib.* 15.
Limita, concurrente mala fide in creditore, *ib. n.* 6.
Quæ mala fides debet esse patentissima; *dec.* 21. *num.* 7. *lib.* 15.
Alias debet intentari judicium ordinarium super revisione deliberationis, *ib. n.* 8.
Manutentio non datur ei, qui facto suo cadit a possessione, *dec.* 28. *n.* 10. *lib.* 15.
Manutentio competit etiam, quando revidetur causa in gradu restitutionis in integrum, *dec.* 21. *n.* 6. *lib.* 15.
Sola juris existentia sufficit ad obtinendam manutentionem, *decis.* 2. *n.* 2. *lib.* 1.
Probationes æquivocæ ad effectum manutentionis non juvant; *dec.* 2. *n.* 4. *lib.* 1.
Quando adest incertitudo cum respectu universalis dominii, tum respectu præstationis, possessio non dicitur sufficienter probata ad effectum manutentionis, *dec.* 2. *n.* 5. *lib.* 1.
Stante possessione, manutentio denegari non potest, *decision.* 8. *num.* 5.
Amplia, ut *n.* 5. *lib.* 18.
Maxime, si processit prohibitio cum subsecuta acquiescentia, *ib. num.* 2.
Manutentio conceditur habenti jus clarum, & indubitatum etiamsi ejus possessio sit posterius, *dec.* 85. *n.* 90. *lib.* 16.
Rota solet demandare stante turbididate possessorii, ut videatur de bono jure, & tunc dat manutentionem ei, de cujus bono jure constat, *ibid. n.* 91.

Masculinitas.

Qualitas masculinitatis adiecta in substitutis extendi non valet ad lineam, seu descendentium hæredis, *dec.* 4. *n.* 16. Et de ratione hujus sententiæ, *n.* 17. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis non censetur volita in substitutione ordinaria in separata oratione, & favore diversarum personarum, *dec.* 4. *n.* 18 *lib.* 10. *dec.* 12. *n.* 5. *lib. eod.*
Declara, ut hæc conclusio vera non sit, quoties agatur de substitutione expresse facta de eadem agnatione testatoris, *d. decis.* 10. *n.* 6. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis censetur in substitutionibus repetita, si testator proprias filias excluserit, *dec.* 12. *n.* 10. & 12. *lib.* 10.
Hæc tamen conjectura robur non haberet, si testator ad exclusionem devenerit, eo quia illas congruenter providerat de dote, *dec.* 10 *n.* 12. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis censetur repetita in substitutione collateralium, licet in ea diversæ personæ fuerint vocatæ, *dec.* 13. *n.* 14. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis ex quibus censeatur repetita in successiva vocatione diversarum personarum in eadem oratione contenta, *dec.* 15. *n.* 1. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis repetita fideicommissi probat perpetuitatem, *dec.* 39. *n.* 15. *lib.* 10.
Qualitas masculinitatis adiecta in una parte testamenti respectu certarum personarum, non censetur repetita in alia respectu diversarum personarum in alius gradibus contentarum, *dec.* 56. *n.* 8. *lib.* 10.

Masculus.

Appellatione filiorum, & descendentium masculorum, neque veniunt masculi descendentes ex masculis, ac masculi ex fœminis procreati, *dec.* 65. *n.* 4. *lib.* 10.
Sub nomine descendentium masculorum veniunt masculi ex fœmine, *dec.* 33. *n.* 14 *lib.* 7.
Præcipue, si vocati fuerint descendentes masculi alienæ agnationis cum onere assumendi arma, & cognomen testatoris, *ib. n.* 15.
Descendentes masculi si fuerint vocati cum dictionibus perpetuitatem indicantibus, comprehenduntur in vocatione etiam masculi ex fœminis, *ib. n.* 16.
Testator in aliquo casu substituendo masculum ex fœmina illum in cæteris casibus non abhorruisse præsumitur, *ibidem numero* 17.
Appellatione descendentium masculorum veniunt etiam masculi ex fœminis, *dec.* 1. *n.* 2. *lib.* 10.
Limita, si testator non substituerit simpliciter descendentes masculos, sed qualitatem etiam adiecerit, nempe quod descenderent ex masculis præmortuis, *ib. n.* 3.
Appellatione lineæ masculinæ non veniunt masculi ex fœminis; *dec.* 1. *n.* 6. *lib.* 10. *ib. dec.* 2. *n.* 16.
Copula, &, apposita inter lineam, & descendentiam, apta est comprehendere masculos, & fœminas, *dec.* 1. *n.* 7. vide *n.* 10 *lib.* 10.
Masculi ex fœminis non veniunt appellatione descendentium masculorum, si id suadeat testatoris voluntas, licet tacita, aut expressa non habeatur agnationis contemplatio, *dec.* 1. *n.* 11. *lib.* 10. Vide *Agnatio*.
In testamento ascendentis, in quo in conditione positi fuerunt masculi, in istorum defectum censetur testatorem apposuisse fœminas, *dec.* 1. *n.* 19. *lib.* 10.
Hæcque conclusio etiam procedit in testamento transversalium, quando loco filiorum hæredes prædilexerint, *ibidem numero* 20.
Hæc omnia non procedunt, ubi contraria resistit testatoris voluntas, *ib. n.* 21.
Sub nomine filiorum, & descendentium masculorum, veniunt etiam masculi ex fœminis, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 10. *dec.* 65. *n.* 4. *libr. eodem*.
Limitatur, quoties testator masculos ex masculis vocaverit, *decis.* 2. *n.* 2 *lib.* 10.

Masculi descendentes ex fœminis non censentur comprehensi sub vocatione descendentium masculinæ, si agnatam contemplatam fuerit, *dec.* 60. *n.* 17. *lib.* 10.
Masculi ex fœminis proximioribus melius conservant agnationem artificialem volitam a testatore, quam masculi ex fœminis remotioribus, *dec.* 6. *n.* 10. *lib.* 10.
Masculorum coetum deprehendi potest ex conjecturis, licet testator expressam non fecerit mentionem de masculis immediatis ex fœminis, sed de mediatis tantum, *dec.* 9. *num.* 1. *lib.* 10.
Magis præsumuntur prædilecti masculi immediati ex fœminis, quam mediati, *dec.* 9. *n.* 2. *lib.* 10.
Repetitæ qualitate masculinitatis non dicitur volita in diversis personis, & gradibus remotioribus, *dec.* 61. *n.* 6 *lib.* 10.
Ex masculorum prælectione inducitur, animum testatoris illos prædilexisse, *dec.* 45. *n.* 7. *lib.* 10.
Testator, si dispositionem inceperit ab institutione filiæ fœminæ, ac primordiali masculorum vocatione ex fœminis, eo magis censetur voluisse sub nomine filiorum, & descendentium masculorum masculos ex fœminis comprehendere, *dec.* 65. *n.* 6. Declare, *n.* 7. *lib.* 10.
Filiorum, & descendentium masculorum nomine, eo magis veniunt masculi ex fœminis, & ulteriores descendentes, si testator non substituerit filios filiorum masculorum, sed solos filios masculos filiorum, *dec.* 65. *n.* 11. *lib.* 10.
Temporanea inclusio fœminarum cum dotis promissione importat prædilectionem sexus masculini fœminarum exclusione, sed non influit in descendentes ex fœminis habentes qualitatem masculinitatis, *dec.* 65. *n.* 12. *lib.* 10.
Repetita vocatio masculinorum non sufficit ad excludendos masculos ex fœminis, ubi non adest votum agnationis, *dec.* 65. *n.* 13 *lib.* 10.
Vocatio legitimorum non concludit votum conservationis agnationis, ac exclusionem masculorum ex fœmina, *dec.* 65. *n.* 14. *lib.* 10.
Exclusio fisci nihil prodest pro afferenda agnationis conservatione, aut ad inducendam vocationem masculorum ex masculis, *dec.* 65. *n.* 16. *lib.* 10.
In fideicommisso non agnatitio, in quo fœminæ in subsidium vocatæ, fuerunt, masculi ex fœminis ipsis fœminis præferuntur, *dec.* 65. *n.* 17. *lib.* 10.
Appellatione descendentium masculorum, veniunt etiam masculi descendentes ex fœminis, *dec.* 66. *n.* 11. *lib.* 10.

Mater.

Mater succedit filio, licet per momentum tantum temporis supervixerit, *dec.* 9. *n.* 1. *lib.* 7.
Matri debetur legitima in bonis filiorum, *decis.* 68. *num.* 15. *lib.* 10.
Dicl ratio matris asserentis concepisse potius ex marito, quam adultero, non suffragatur, *dec.* 6. *n.* 10. *lib.* 14.
Maxime, si contrariam declarationem prius fecerit, *ibidem num.* 21.
Mater dari non potest personæ extraneæ, *dec.* 10. *n.* 12. *lib.* 4.
Mater valide potest sua bona filio donare, *dec.* 11. *num.* 14. *lib.* 6.
Maxime, si donatio a muliere majore favore causæ matrimonii facta sit, *ib. n.* 25.

Matrimonium.

Validum est matrimonium factum coram Parocho, & duobus testibus, *dec.* 4. *n.* 1. *lib.* 14.
Fallit, si præcessit adulterium, & fides vicissim data contrahendi matrimonii, vivente altero conjuge, *dec.* 4. *num.* 2. & 12. *lib.* 14.
Sola promissio ineundi matrimonii ab uno facta sine acceptatione alterius, non est sufficiens ad dirimendum matrimonium, *dec.* 3. *n.* 4. & 7. *lib.* 14.
Adeo ut ... illius, cui promissio facta est, ejus consensum, & acceptationem excludat, *dec.* 4. *n.* 9 *lib.* 14.
Fœminæ a testificando repelluntur, ubi agitur de dissolutione matrimonii, *dec.* 4. *n.* 9. *lib.* 14.
Probationes ad dissolutionem matrimonii debent esse adeo claræ, ut æquipolleant probationibus, quæ fiunt in judiciis criminalibus, *dec.* 4. *n.* 13. *lib.* 14.
Conjecturæ ad dissolutionem matrimonii non sufficiunt, sed requiruntur concludentes probationes, *dec.* 4. *n.* 19. *lib.* 14.
Si adulterium longe præcessit promissionem fidei datæ, & obitum prioris uxoris, illud non suffragatur ad dissolvendum matrimonium postea subsecutum, *dec.* 4. *n.* 21. *lib.* 14.
Ad matrimonium licet allicere spe lucri, non autem pœnæ metu illius libertatem auferre, *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 14.
Ademptio paternæ hæreditatis facta filiis, qui non servaverint certum ordinem nubendi, potius redolet pœnam, quam amissionem lucri, *dec.* 5. *n.* 2. Contra *n.* 14. *lib.* 14.
Amissio magni lucri pœnæ æquiparatur, & infert justum metum libertati matrimonii, *dec.* 5. *n.* 3. & 15. *lib.* 14.

Medium.

Media censentur conformia extremis, *dec.* 3. *n.* 17. *lib.* 10.
Probatis extremis, media præsumuntur, *dec.* 3. *n.* 8. & *dec.* 75. *n.* 19. *lib.* 13.

Melioramenta.

Practicari solet injunctio cautionis de reficiendis melioramentis in casu liquidationis, ne illorum exceptio retardare possit causæ expeditionem, *dec.* 5. *n.* 7 *lib.* 6.
Pro melioramentis factis in bonis fideicommissariis, si opponens non agat contra gravatum, sed adversus bona meliorata, debet liquidare, quid impensum, & quid melioratum, & pro eo, quod minus est, fideicommissum compellere, *dec.* 9. *n.* 11. *lib.* 9.
Ex cautione de reficiendis melioramentis in casu liquidationis creditor illorum manebit tutus, *dec.* 10. *n.* 15. *lib.* 9.
Melioramentis in genere probatis solet dari immissio cum præfixione termini possessori ad ea liquidanda in specie, *dec.* 24. *n.* 13. *lib.* 10.
Non datur terminus ad liquidandum in specie melioramenta, si constet, quod possessor tot fructus pendente lite perceperit, qui probabiliter exuberant pretium melioramentorum, *dec.* 27. *n.* 20. *lib.* 10.
Exceptio melioramentorum non impedit immissionem, si liquidata non fuerint; sed sufficit obligatio illa reficiendi in casu liquidationis, *dec.* 29. *n.* 15. *lib.* 10. *ibid. dec.* 82. *lib.* 10. *n.* 15.
Nec ad d. effectum concedenda remissoria pro facienda probatione cum retardatione immissionis, *ibid. n.* 16. *dec.* 29.
Nec exceptio melioramentorum promotam retardat actionem, solet demandari cautionis præstatio de illis reficiendis in casu liquidationis, *dec.* 2. *n.* 10. *lib.* 16.
Melioramentorum exceptio non liquidata immissionem nequit retardare, *dec.* 2. *n.* 12. *lib.* 16.

Melita.

Melitensis Insula, tanquam pars, & membrum Siciliæ, utitur, & gaudet privilegiis Siciliæ, *dec.* 37. *n.* 19. *lib.* 15.
Et connumeratur inter Insulas adjacentes Italiæ, *ib. n.* 20.
Melitenses Episcopi, tanquam Itali tenentur quolibet triennio limina visitare, *ib. n.* 23.
Melitenses, dum cupiunt ad Ordines promoveri, non coguntur habere dimissorias recognitas a Nuncio, & collectoribus Apostolicis, ut ultramontani, *ib. n.* 25.

Mens.

Super sanitate mentis testatoris defertur Notario, *dec.* 18. *n.* 18. *lib.* 16.
Mens disponentis potius est attendenda, quam verba, *dec.* 32. *n.* 6. *lib.* 10. *dec.* 26. *n.* 8. *lib.* 16.
Mens a causa finali deducitur, *dec.* 32. *n.* 4. *lib.* 13.

Mensis.

Mensis Decembris, est mensis Ordinario contingens, *dec.* 10. *n.* 3. *lib.* 12.
Mensis Februarii, est Apostolicæ Sedi reservatus, *ib. n.* 10.

Mercator.

Vide etiam verbo *Liber*.
Particularis alicujus mercatoris consuetudo attenditur, *dec.* 25. *n.* 4. *lib.* 8.
Et talis consuetudo verificatur etiam in unico actu, *ib. n.* 5.
Inter mercatores proceditur executive coram A. C. *dec.* 25. *n.* 11 *lib.* 8.
Rota, cui sint communicatæ facultates A. C. procedit executive inter mercatores, *ib. n.* 12.
Mercatorum attestationibus præstatur fides, quando respiciunt simpliciter circa praxim mercantilem, *dec.* 26. *n.* 10. *lib.* 8.
Mercator mandatarius præsumitur recipere pecunias juxta modum præcedentem inter ipsum, & mandantem explicatum, *dec.* 27. *n.* 10. *lib.* 8.
Et se tali pecuniarum receptione jungitur, mutuus contrahentium consensus, *ib. n.* 11.

Metus.

Ut ex causa metus contractus subvertatur, testes debent deponere de actibus inferentibus vim, & metum cadentem in constantem virum, *dec.* 7. *n.* 8. *lib.* 16.

Miles.

Milites testantes extra castra in locis hæreditariis domus Austriacæ, non subjacent legi Recessus, seu Constitutionis Maximiliani Imperatoris, *dec.* 37. *n.* 19. *lib.* 9.
Miles in actuali expeditione, & procinctu pugnæ existens, licet testari absque ulla solemnitate, quocunque modo pateat ejus voluntas, *ib. n.* 25.
Et hæ solemnitates in testamento militis remissæ sunt, quia ob occupationes bellicas, ipsi permissum non est adhibere; sed quando est in Castris, Arce, vel Civitate, licet promptus ad dimicandum, non tamen in necessitate, & opere actuali; nam in his casibus eas servare tenetur, *ib. n.* 27.
Milites extra expeditionum necessitatem, & quando in aliis locis, vel in suis ædibus degunt, privilegio militari non potiuntur, *ibid. n.* 28.
Militis testamentum factum extra expeditionem, & actum pugnæ, etiamsi sit redactum in scriptis, & obsignatum, non sustinetur, sed requiruntur duo testes ad probationem naturalem necessarii, *ib. n.* 29. & 30.
Miles, etiamsi sit in suprema, & excelsa dignitate constitutus, tamen quoad testamenti factionem a privata persona non secernitur, nisi sit Princeps superiorem non recognoscens, *ib. n.* 31.
Militis testamentum ante expeditionem minus solemniter con-

tatum,

ratum, tunc per subsecutam mortem in acie, confirmatur, quando in ipso conflictu concurrit aliquis actus proprius voluntatis approbativus; secus autem si iste non concurrat, ib. num. 32.
Miles, aliud est quod fit in bello, aliud quod fit in actu pugnæ, & isti duo casus in Constitutione Maximiliani distinguuntur, & de iis diversimode disponitur, dec. 36. n. 9. lib. 9.
Militare privilegium non restringitur, sed potius redditur magis favorabile, ut fraudibus occurratur, ib. n. 21.
Militibus solemnitates fuerunt remissæ, quia ipsi militiæ intenti aliarumque rerum ignari, suarum voluntatum instructionem non paterentur, ib. n. 23.
Miles si in actu pugnæ mentionem faciat de testamento imperfecto antea condito, tale testamentum valet, non tanquam antea factum, sed tanquam nova dispositio tempore obitus promulgata, ib. n. 30.
Militare privilegium, licet sit amplissimum quoad facultatem testandi, tamen quod ita miles disposuerit, legitimis probationibus ostendi debet, ib. n. 34. & 36.
Militare privilegium non restringitur, sed potius redditur magis favorabile, ut fraudibus occurratur, ib. n. 21.

Minister.

Minister, & factor, qui pro tutore res pupillares administravit, tenetur eidem tutori reddere rationem, hic vero pupillo, dec. 30. n. 2. lib. 7.
Præponens tenetur de facto ministri, quatenus factum respicit munus, in quo fuit assumptus, decision. 18 lit. 2. num. 7. lib. 8.
Ministro omnia censetur data facultas, in genere valeat ea, quæ de stylo observantur, & practicantur, dec. 18. lit. 2. n. 16. lib. 8.

Minor.

In contractu minoris non est deputandus curator, quando adsunt alii proximiores, dec. 8. n. 1. lib. 7.
Existentia proximioris probatur ex interventu in divinis officiis, ib. n. 1.
Pro irritando contractu minoris ex deficientia consensus proximioris, sufficit probare illum potentiam naturalem, dum si interveneri aliquod impedimentum accidentale, sit deferenda stipulatio, dec. 7 n. 3. lib. 7.
Irritatio contractus minoris procedit, etiam si existentia proximiorum nota sit alteri contrahenti, ib. n. 4.
Pro minore potest interpellare conjuncta persona, dec. 16. n. 15. lib. 7.
Minor valide contrahit, si omnes solemnitates volitas ab Ægidiana servaverit, dec. 18. n. 6 lib. 7.
Ut in contractu minoris dicatur causam intervenisse, sufficit, quod judex decretum interposuerit, dec. 18. n. 9. lib. 7.
Nullitas contractus minoris a tertio allegari non potest, dec. 18. n. 11. & 13 lib. 7.
Valeret tamen allegari, si tertius possideret bona minoris, ib. num. 12.
Minor non potest donare etiam cum solemnitatibus, dec. 18. n. 13. lib. 7 & dec. 19 n. 9. eod. lib. 7.
Mulier nulliter se obligat, si solemnitates juris communis non servat, dec. 19. n. 1. lib. 7.
Minor sine aliqua causa legitima nequit contrahere, dec. 19. n. 2. lib. 7.
Solemnitates juris communis in contractibus minorum supplentur per juramentum, ib. n. 3 dec. 21. n. 7. lib. 7.
In contractibus minorum Constitutio Ægidiana non exigit expressionem causæ in scriptis, dec. 19. n. 4 lib. 7.
Et propterea legitima causa intervenisse præsumitur ex decreto judicis, ib. n. 5.
Judicis decretum facit præsumere, quod omnia, quæ in contractu minoris exposita fuerunt, vera existant, ib. n. 6.
Minor ut valeat impugnare contractum ob non adhibitos proximiores, requiritur exacta probatio illorum existentiæ, cum circumstantiis, quod commode intervenire potuerit, dec. 19. n. 7. lib. 7.
Minori prohibitum est etiam cum solemnitatibus donare, dec. 19. n. 9. lib. 7.
Conclusio recipitur, si gerat actum simplicis donationis; secus si fieret per viam transactionis, & propter evitandum a lite, ib. n. 10.
Minor tacens per quinquennium præsumitur contractum voluisse ratificare, dec. 19. n. 11 lib. 7.
Minor obligatio in censu imposito pro causa necessaria sustinetur, licet solemnitatibus sit destituta, dec. 21. n. 1. lib. 7.
In contractu minoris ob defectum proximiorum non exigitur deputatio curatoris, dec. 21. n. 3 lib 7.
Minor tenetur probare, quod proximiores commode potuerint intervenire, ad hoc ut ob non interventum proximiorum, contractus de nullitate redargui valeat, dec. 21. n. 3. lib. 7.
Prædicta probatio requiritur, sive minor agat, sive excipiat, & tam quando nulli adhibiti fuerunt proximiores, quam quando aliqui, ita ut minor excipiat alios magis propinquos adhibere potuisse, dec. 21. n. 4 lib. 7.
Ex solo insinuationis defectu minoris contractus irritatur, dec. 26. n. 2. lib. 7.
Solemnitates exiguntur in contractibus, quos inire procurator minoris, licet ipse sit cum solemnitatibus constitutus, ubi mandatum procuræ sit generale ad obligandum minorem: vel ad imponendos census, decis. 26. num. 3. & de ratione, num. 4. lib. 7.
Amplia, etiam si determinatus in mandato procuræ actus specialis, si non præscribatur certa, & præcisa forma contrahendi, dec. 26. n. 5. lib. 7.
Ex contractu inito cum minore, vel muliere absque solemnitatibus, nulla oritur ratio, dec. 27. n. 1. lib. 7.
Solemnitates exiguntur in emptionibus, quæ fiunt a minoribus, & mulieribus, ob possibilem læsionem, quæ potest evenire ex pretii taxatione, dec. 27. n. 2. lib. 7.
In aditione hæreditatis, licet tendat ad acquirendum, minor, & mulier tenentur solemnitates adhibere, dec. 27. n. 3. lib. 7.
Asserens contractum minori esse utilem, tenetur probare, dec. 27. n. 4. lib. 7.
Ratificatio contractus minoris, vel mulieris, easdem prorsus solemnitates requirit, quæ in ipso contractu adhiberi necesse est, dec. 27. n. 6. lib. 7.
Etiam si illa inducatur ex reiteratis actibus, cum aliis fraus legi fieri potuisset, ib. n. 7.
Minor, seu mulier etiam in judicio non obligatur sine solemnitatibus, quando possibilis est eorundem læsio, dec. 27. n. 8. lib. 7.
Solemnitates exiguntur etiam in emptione facta a minore sub hasta, dec. 28. n. 5. lib. 7.
Præsertim, quando in ipsa non est præsens minor, & sit per alium pro persona nominanda ib. n. 6.
Minor, vel mulier ex non servatis solemnitatibus non potest repetere fructus census soluti, potest tamen intervertere solutionem decursorum etiam ante declaratam nullitatem, dec. 28. num 9. lib. 7.
Minor, vel mulier fructus perceptos ex bonis nulliter emptis tenetur restituere, dec. 28. n. 10. lib. 7.
Decretum judicis in contractibus minorum potest interponi in die feriato, tam in honorem hominum, quam ipsius Dei, dec. 33. n. 4 lib. 7.
Præcipue, quando contra pars opposuit de feriis, ib. n. 5.
Si minor juraverit esse majorem, præsumitur in eo dolus, & ideo ex ope illius beneficii restitutionis, neque impugnare contractum, dec 10. n 14 lib. 9.
Minor major septennio sufficit, ut in contractu præsens sit, ad hoc ut consensisse dicatur, dec. 22. n. 18. lib. 10.
In contractibus minorum, & mulierum, non potest interponi decretum in die feriato, dec. 6. n. 15 & 16 lib. 15.
Minor, & mulier non possunt absque solemnitatibus, nec etiam donationem remuneratoriam expedire, dec. 1. n. 2. lib. 16.
Et ultra solemnitates exquiritur probatio causæ remuneratoriæ aliunde, quam ex assertione contrahentium, justificata, ib. n. 3 vide n. 15. lib. 16.
Declara, ut procedat hæc conclusio in donatione, quæ expletur per minorem inter patrem, & filium, & uxorem, aut a Clerico, vel milite facta sua favore stipulata, ibidem, num. 4.
Secus autem, si peragatur a muliere majore, non viri, sed alterius favore, ib. n. 5.
Licet hæc mulier contrahere nequeat absque solemnitatibus, ib. n. 6 7 & 8.
Dummodo tamen merita specifice dinumerentur, ib. num. 9. 10. 11. & 12.
Minor in aditione hæreditatis cum beneficio legis, & inventarii solemnitate non tenetur adhibere, dec. 6. n. 16. lib. 16.
Decretum in contractibus minorum dicitur valide præstitum, quoties interponatur ab habente aliquam respectu jurisdictionem in ipsum minorem, dec. 6. n. 17. lib. 16.
Obligatio minoris, vel mulieris initæ ad effectum extinguendi aliud debitum nullum contractum, non sustinetur, dec. 8. n. 4. lib. 16.

Mobilia;

Non oritur præsumptio consumptionis in mobilibus solidæ materiæ, dec. 5 n. 11. lib. 9.
Hæredi non licet deducere præsumptionem, quod mobilia sint consumpta, si testator mandaverit vendi, & pretium reinvestiri, dec. 5. n. 13. lib 9.
Mobilia debent in inventario describi, ut cognoscatur eorum quantitas, & qualitas, dec. 38. n. 78. lib. 9.
Et ideo notari debent cum numero, pondere, & mensura, ib. n. 79. 80. 81. & 86.
Consuetudo describendi mobilia in inventario sine numero, pondere, & mensura, non est toleranda, ib. n. 83.
Mobilium descriptio confusa, & incertitudo, non tribuit argumentum bonæ fidei, ib. n. 87. 88.
Mobilium identitas probari non potest per testes, qui specifice de eorum qualitate, & quantitate non disponant, ibid. num. 89.
Non est improprium, ut constituatur primogenitura super mobilibus, imo super una gemma, dec. 87. n. 33. lib. 10.
Constituens primogenituram super mobilibus, jocalibus, & tabulis pictis, verisimile est, quod se conformare voluerit cum alio fideicommisso, sub quo comprehendebatur Palatium dictis mobilibus ornatum ib. n. 42.

Molendinum.

Obligatio per subditos suscepta molendi in molendino baronis non lædit Ecclesiasticam libertatem, *dec.* 1. *n.* 11. *lib.* 2.

Venditio enim molendini e barone personis Ecclesiasticis facta cum juribus, & pertinentiis, non impedit, quin postea subditi cum barone transigere possint, ut in altero ejus molendino molere teneantur, *decision.* 1. *n.* 14. *lib.* 2.

Etiamsi promissa sit evictio perpetua, *ib. n.* 15.

Molestia.

Molestiarum intimatio non requiritur, si nullæ competere possunt defensiones, *dec.* 9. *n.* 5. *lib.* 5. *dec.* 45. *n.* 13. *libr.* 8.

Ut locus sit liberationi molestiis, sola sufficit scientia litis in venditore, *dec.* 15. *n.* 1. *lib.* 6.

Præsertim, si adsit in contractu juramentum, vel molestatus minor sit, *ib. n.* 2.

Ut venditor teneatur ad molestiarum liberationem, est ultra litis denunciationem etiam excitandus ad defendendum, si ad omnem emptoris requisitionem liberationem permiserit, *ib. n.* 3.

Verba ad omnem simplicem requisitionem in promissione liberationis a molestiis, si apposita sint ad merum commodum emptoris, non inducunt obligationem illius ad excitandum venditorem ad defendendum, *dec.* 15. *n.* 6. *lib.* 6.

Denunciatione litis in genere a venditore non impugnata, sufficit, ut inde censeatur requisita defensio, *ib. n.* 7.

Data scientia litis in venditore, juramentum supplet intimationem excitatoriam ad defendendum, *ib. n.* 8.

Minor ætas supplet etiam intimationem excitatoriam, etiamsi per venditorem sit ignorata, *ib. n.* 9.

Stipulatio indemnitatis favore emptoris facta, commissa dicitur statim, ac emptor molestiam, & damnum patitur, *dec.* 16. *n.* 1. *l.* 7.

Damnum ex evictione, vel molestia resultans, statim dicitur liquidatum, si consistat in certa summa soluta, *ib. n.* 2.

Vide in verbo *Evictio.*

Data scientia molestiarum in venditore, mora contrahitur ipso jure favore minoris, *dec.* 16. *n.* 13. & 16. *lib.* 17.

Etiamsi venditor notitiam non habeat, emptorem molestatum esse minorem, *dec.* 16. *n.* 14. *lib.* 7.

Molestiis evenientibus statim dicitur stipulatio commissa pro damnis in eum casum concepta, *decis.* 44. *n.* 1. *libr.* 8.

Emptor in casu molestiarum agere potest, vel pro deposito pretii, donec liberatio a molestiis promissa sequatur, *dec.* 44. *n.* 4. *lib.* 8.

Vel ad integram pretii restitutionem, *ib. n.* 5.

Vel potest proprium fundum creditori assignare, & a debitore pretium, & fructus repetere, *ib. n.* 6.

Aut valet præveniendo creditori suum creditum solvere, & a venditore cum suis damnis, & interesse repetere, *ib. n.* 7.

Emptor ad se eximendum a molestiis, licet potest interpellare venditorem ad liberandum a molestia, & ad dimittendum creditorem, vel deponendum integrum pretium, alias ejus vi fisco censum sub usuris imponere, *dec.* 44. *n.* 8. 10. & 11. *lib.* 8.

Et hujusmodi actio competit etiam adversus fidejussorem, *ib. n.* 9.

Hypothecæ pro relevatione damnorum, & interesse ob molestias secutas in re empta, competit non a die molestiarum, vel interpellationis, sed a die promissionis, etiam in præjudicium tertii intermedio tempore rem a venditore ementis, *dec.* 44. *n.* 13. 14. & 15. *lib.* 8.

Dummodo damna, & interesse promissa fuerint secus a contra, *ibi num.* 16.

Emptor intimatis molestiis, nil aliud gerere tenetur, *dec.* 44. *n.* 18. *l.* 8.

Intimatio molestiarum non exigitur, si aliunde venditor litis scientiam habuerit, *dec.* 45. *n.* 14. *lib.* 8.

Denunciatio molestiarum non requiritur ad effectum constituendi in mora, ac in mala fide venditorem, ut teneatur ad fructus, sed ut judicium in se assumat, & denunciantem defendat, *dec.* 18. *n.* 10. *lib.* 15.

Quoties actio ex evictione competit, etiam omissa denunciatione molestiarum fructus petuntur e die evictionis, *ib. n.* 11.

Denunciationis molestiarum omissio, quando emptori præjudicialis non sit, *ib. n.* 12. & 13.

Ad hoc ut molestias inferens a caducitate excusetur, sufficit opinio unius famosi Doctoris, *dec.* 85. *n.* 81. & 84. *lib.* 10.

Præceptum de non molestando, si interpretatum fuerit a Judice, quod intelligebatur de molestiis justis, & tendentibus in executionem voluntatis testatoris, id est plus, quam sufficiens ad constituendum molestantem in bona fide, & ad illud excusandum, *ib. n.* 83.

Molestiæ, quæ inferuntur ad hoc ut voluntas testatoris suum consequatur effectum, non cadunt sub præcepto de non molestando, *ib. n.* 81. 84. & 89.

Molestia præstita hæredi a substituto, quando tendunt in executionem voluntatis testatoris, dicuntur justæ, nec sufficiunt ad incurrendam caducitatem, *dec.* 86. *n.* 5. *lib.* 10.

Caducitas demandata in casu molestiarum, quando est apposita per modum pœnæ, tunc ad eam incurrendam requiruntur molestiæ dolosæ, & protervæ, *ib. n.* 6.

Solvens alimenta substituto post casum molestiarum, fatetur illum incurrisse caducitatem, vel denotat illam voluisse remittere, *ib. n.* 8.

Præceptum non molestandi continetur sub ipsa conditione non inferendi molestias, *dec.* 85. *n.* 45. *lib.* 10.

Impetrans licentiam agendi, & si postea illa non utatur, non dicitur molestias intulisse, *ib. n.* 65.

Molestiæ plures provenientes ab una, & eadem causa, pro unica molestia reputantur, *ib. n.* 66.

Molestiæ, quas filius adhuc adolescens intulit, morem gerendo directionibus paternis, non possunt dici dolosæ, nec inducunt contraventionem, *ib. n.* 67.

Si molestiis hæres causam præstet, non potest dici, quod ex illis substitutus contravenerit præcepto de non molestando, *ib. n.* 70.

Molestiæ a Judice approbatæ, non possunt adscribi dolo, & malitiæ, *ib. n.* 71.

Molestiæ ad hoc ut non dicantur injustæ, sufficit, ut eas inferens, in aliquibus victoriam assequatur, *ib. n.* 75.

Molestari quis injuste non dicitur, quando molestiæ, quæ a principio videbantur justæ, ex novis juribus postmodum exhibitis minus justæ compertæ fuerunt, *ib. n.* 74.

Licentia a Judicibus ad effectum molestandi obtenta, constituunt molestantem in bona fide, ita ut excludatur dolus, & malitia, & ipse debeat excusari, *ib. n.* 80.

Monitorium.

Monitorium non præsentatum, & reproductum, nullam judicii inchoationem parit, *dec.* 10. *n.* 3. *lib.* 15.

Monachus.

Monachus nequit donare, *dec.* 3. *n.* 4. *lib.* 7.

Habitus non facit Monachum, sed professio, *dec.* 3. *n.* 9. *lib.* 9.

Monasterium.

Monasterium succedit loco filii, & facit deficere conditionem; *si sine filiis*, *dec.* 3. *n.* 2. *lib.* 6.

Hæc conclusio procedit, ubi filius sit vere in religione professus; secus e contra, *ib. n.* 2.

Monialis.

In donatione facta Moniali debet præcedere consensus Superioris Ecclesiastici, *dec.* 3. *n.* 17. *lib.* 14.

Vel saltem licentia Syndicorum Monasterii, *ib. n.* 18.

Monialis professa omnia bona acquirit Monasterio, *dec.* 3. *n.* 19. *lib.* 14.

Pro Monialium religiosa quiete, & observantia, Pontifices illis plura indulserant privilegia, *dec.* 4. *n.* 8. *lib.* 4.

Mons.

Mons de dolo, & culpa suorum officialium, seu ministrorum tenetur, *decision.* 5. *n.* 5. *lib.* 8. *decis.* 19. *n.* 6. & 19. *lib.* 8.

Ex Statutis Sacri Montis permittitur oppignoratio pecuniarum, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 8.

Pignus dicitur contractum de confectione Bollettini per ministros Montis Pietatis, *dec.* 19. *n.* 1. *lib.* 8.

Et virtute dicti Bollettini contra Montem competit actio, *ib. n.* 2.

Bulla erectionis Sacri Montis Pietatis Urbis non prohibet, quin divites possint oppignorare, *dec.* 18. *in* 2. *n.* 13. *lib.* 8.

Minusque vetat Statutum dictæ sacræ ædis, *ib. n.* 14.

Cedula depositi facta Capserio montis obligat ipsum montem, *dec.* 19. *n.* 4. *lib.* 8.

Statuta alicujus montis non ligant Montistas, nisi publice exponatur, *dec.* 29. *n.* 22. *lib.* 8.

Solitum, & patientia præpositoris contra formam Statuti inducit bona fidem contrahendi juxta talem patientiam, *ib. n.* 23.

Mora.

Mora non incurritur ex interpellatione nulla, *dec.* 2. *n.* 5. *lib.* 5.

Mora regularis absque interpellatione non incurritur, *ib. n.* 6.

Mora incursa per defunctum continuat in hærede absque alia interpellatione, *ib. n.* 14. & 15.

Mora incurritur per subreintationem limitis, *dec.* 43. *n.* 4. *lib.* 8.

Mors, Mortuus.

Mentio mortis in substitutionibus importat compendiosam complectentem fideicommissarium, *dec.* 2. *n.* 21. *lib.* 6.

Mortuus absque liberis decessisse præsumitur, nisi contrarium probetur, *dec.* 30. *n.* 1. & *dec.* 53. *n.* 1. *lib.* 10.

Mulier.

Mulier ex consensu præstito alienationi factæ per virum, dicitur in re aliena remittere hypothecam, adeout in vim illius in eadem re amplius agere non possit, *dec.* 20. *n.* 7. *lib.* 7.

In contractu mulieris, si plures expressæ fuerint causæ, sufficit unius tantum verificatio, si illa apta sit pro sustentatione totius contractus, *dec.* 20. *n.* 8. *lib.* 7.

Statutum Urbis excipit, quod militum causæ respiciat personam mulieris contrahentis, *dec.* 20. *n.* 9. *lib.* 7.

Quoties mulier est cauta in bonis viri, non est rigide procedendum in indagando, an causa fuerit utilis, vel non, *ib. n.* 11.

Jus commune voluit, ne mulieres fidejubant, cum contractus fidejussionis sit de sui natura læsivus; & ideo non porrigitur dispositio ad casum remissionis hypothecæ, *dec.* 20. *num.* 12. *lib.* 7.

Mulier ex cessione hypothecæ in aliquibus bonis, si cauta sit in aliis, non dicitur in minimo præjudicata, *dec.* 20. *n.* 13. *lib.* 7

Defe-

Defectus consensus proximioris facit corruere contractum mulieris, *dec.* 22. *n.* 1. *lib.* 7.
Etiam si deputetur sit illius loco curator, qui non supplet vices proximioris, quando iste poterat commode intervenire, *dec.* 22. *n.* 2. *lib.* 7.
Irritatio contractus ex dicto defectu non admittitur, si mulier circumveniretur credimenti, jure jurando affirmando alios proximiores non habere, *dec.* 22. *n.* 3. *lib.* 7.
Assertio mulieris non est attendenda, licet jurata sit, cum eadem facilitate, qua seducitur ad contrahendum, præsumatur etiam seducta ad jurandum, & afferendum, *dec.* 22. *n.* 6. *lib.* 7.
Hæc conclusio recipitur, quoties considerari valeat dolus ex parte creditoris pro seducenda muliere; secus si agatur de ea parte creditoris igitur, ut esset instantia proximiorum, *ib. n.* 5.
Causa non reputatur sufficiens ad sustinendam obligationem mulieris, si expressa fuerit indigentia in genere, *dec.* 22. *n.* 6. *lib.* 7.
Obligatio mulieris ratione individuitatis decreti judicis corruit in totum, si causa in parte convincatur inepta, *dec.* 22. *n.* 7. *lib.* 7.
Obligatio mulieris non corruit in totum, si causa falsa, vel inepta sit pro parte, ubi decretum judicis esset dividuum, prout censeretur, si caderet super quantitate, quæ de sui natura est dividua, *dec.* 22. *n.* 9. & 10. *lib.* 7.
Si pecuniæ versæ non probetur in extinctionem debiti, pro quo mulier se obligavit, obligatio corruit, *dec.* 22. *num.* 11. *lib.* 7.
Non corrueret, si ageretur de obligatione voluntaria, & verso in pectum, & obligationem deducta non fuerit ad onus creditoris, *ib. n.* 12.
Mulier potest se obligare intra medietatem dotis absque relevatore, *dec.* 22. *n.* 15. *lib.* 7.
Mulieri datur electio bonorum, super quibus consequi valet credituum dotale, *dec.* 27. *n.* 15. *lib.* 7.
Mulier præfertur in bonis postea quæsitis per virum creditoribus anterioribus, *dec.* 27. *n.* 16. *lib.* 7.
Mulier tenetur reddere rationem de fructibus perceptis ante declaratam nullitatem de bonis nulliter emptis, quorum pretium non solvit, *dec.* 27. *n.* 17. *lib.* 7.
In contractibus mulierum, vel minorum, ad acquirendum tendentibus, nullæ requiruntur solemnitates, *dec.* 28. *num.* 1. *lib.* 7.
Hæc tamen procedit conclusio in contractibus de sui natura mere lucrativis, vel in aliis, qui principaliter tendunt ad acquirendum, facta obligatione solvendi quid minimum, ut fieri solet in investituris emphyteuticorum bonorum; secus vero in contractu oneroso emptionis, *ib. n.* 2.
De hac opinione potest dubitari in terminis Statuti Urbis, *ib. n.* 3.
Non autem in terminis constitutionis Marchiæ, *ib. n.* 4.
Hæres mulieris non tenetur adimplere obligationem per ipsam stipulatam sine solemnitatibus, *dec.* 31. *n.* 3. *lib.* 7.
In contractu mulieris decretum judicis suppletur ex authoritate adhibita personæ per ipsum deputatæ, *dec.* 31. *num.* 6. *lib.* 7.
Negative dictæ deputationis non probat ex sola attestatione Notarii, qui factis diligentiis delegationem non reperisse testatur, *dec.* 31. *n.* 7. *lib.* 7.
Mulier absque solemnitatibus non potest declarare rem in depositum retinere, *dec.* 32. *n.* 1. *lib.* 7.
Id procedit in deposito, in quo mulier lædi potest, ut si agatur de rebus, in quibus ipsa jus habeat, *ib. n.* 5.
Mulier obligatur absque solemnitatibus in contractibus gratuitis, cum præsumatur cessio in ejus utilitatem, ad differentiam contractuum fœneratitiorum, *dec.* 32. *n.* 6. *lib.* 7.
Contractus initus a muliere cum solemnitatibus est servandus, *dec.* 33. *n.* 3. *lib.* 7.
Mulier pro sua dote non est exempta a cautione præstanda in concursu generali creditorum, *dec.* 21. *n.* 12. *lib.* 8.
Mulier promittens, quod creditores posteriores in bonis liberis satisfactionem consequantur, nullam habet actionem super bonis fideicommisso obnoxiis, *dec.* 24. *n.* 12. & *dec.* 26. *n.* 16. & 17. *lib.* 10. & *dec.* 27. *n.* 17. *lib. eodem*.
Etiam si mulier scientiam non habuerit fideicommissi, *d. dec.* 27. *n.* 18. & 19. *lib.* 10.
Mulier potest agere adversus bona fideicommissi, si bona libera sint intricata, *dec.* 35. *n.* 23. *lib.* 15.
De jure communi mulier absque solemnitatibus potest donare, *dec.* 3. *n.* 15. *lib.* 16.
Traductio mulieris extra locum, ubi degit, reddit actum per eam gestum valde suspectum, *dec.* 3. *n.* 33. *lib.* 16.
In contractu mulieris claustralis exigitur licentia Ordinarii, *dec.* 5. *n.* 17. *lib.* 16.
Dummodo observantia in contrarium non vigeat, *ib. n.* 18.
Mulier, & minor nulliter contrahunt, si causa, quotiescumque exprimatur, inepte deregetur, etiamsi lex municipalis inter solemnitates causam non dinumeraverit, *decis.* 8. *numer.* 6. *lib.* 16.
Amplia, licet in contractu juramentum concurrat, *ibidem num.* 7.
Nulla est obligatio mulieris, aut minoris, ex defectu causæ expressæ, licet alia urgens adesset, quæ tamen judici maxime pateret expressa, *dec.* 8. *n.* 8. *lib.* 16.
Obligatio mulieris facta favore unius creditoris, ad effectum liberandi eundem a carceratione, quoties effectus nequit haberi, ut quia alii reperiantur creditores, non sustinetur, *dec.* 8. *n.* 9. *lib.* 18.
Obligatio mulieris inita ex causa solvendi æs alienum nulliter contractum ob solemnitatum defectum, est valida, *dec.* 8. *n.* 10. *lib.* 16. & *dec.* 9. *n.* 7. *lib. eodem*.
Secus si nullitas proveniat aliunde, quam a defectu solemnitatum, *ib. n.* 11.
Et eo magis, ubi talis nullitas creditori non fuit ignota, *ibid. num.* 12.
Mulier si debitum constituerit ad effectum extinguendi censum nullum, ejus obligatio non sustinetur, *dec.* 9. *num.* 1. *lib.* 16.
Quamvis Statutum in contractibus mulierum non requirat causam, si exprimatur, & ex expressione constet illam esse ineptam, contractus corruit, licet juramento munitus, *dec.* 9. *n.* 2. *lib.* 16.
Ut contractus mulieris sustineatur, vel irritetur, attenditur tantum causæ expressio, *dec.* 9. *num.* 4. Amplia, ut *num.* 5. *lib.* 16.
Contractus mulieris corruit in totum, si causa expressa in parte inepta, vel falsa sit, *dec.* 9. *n.* 6. *lib.* 16.
Mulier, si se obligaverit pro extinguendo debito nullo ex defectu solemnitatum, obligatio valida reputatur; secus si nullitas ex alio capite proveniat, *dec.* 6. *n.* 7. *lib.* 16.
Mulier nequit deteriorem facere suam dotem, *dec.* 13. *n.* 11. *lib.* 16.
Idque procedit, etiam si contractus executus conferatur in tempus dissoluti matrimonii, *ib. n.* 2.
Solemnitates absque causa mulieris contractum non convalidant, *dec.* 11. *n.* 7. *lib.* 16.
Causa autem debet respicere ipsius mulieris commodum, & interesse, *ib. n.* 8.
Mulier licite potest donare, quando donatio respicit conservationem familiæ, & agnationis, *dec.* 11. *n.* 10. *lib.* 16.
Declara, ut ad d. effectum requiratur, quod contemplata sit familia, & agnatio ipsius mulieris, secus si aliena, tunc enim donatio irrita esset, *ib. n.* 11.
Amplia, etiam si in donatione primo loco contemplati fuerint filii nascituri ejusdem mulieris, quoties isti moraliter haberi non poterant, *ib. n.* 12.
Attestatio mulieris adminiculata probat, *dec.* 14. *n.* 15. *lib.* 16.
Mulier decenter dotata, & nupta, non potest sibi dotem augere in præjudicium fideicommissi, & sua ipsius, in bonis extradotalibus, *dec.* 16. *n.* 20. *lib.* 6.
Mulier hæres viri per simplicem hæreditatis aditionem confundit sua jura dotalia, nec ea detrahere potest, *dec.* 12. *n.* 1. Distingue, ut *n.* 2. *lib.* 6.
Mulier simplex hæres viri per perceptionem fructuum hæreditariorum censetur jure dotalia consumpsisse, si illos male fide percepit, *dec.* 12. *n.* 4. *lib.* 6.
Mulier hæres viri per simplicem hæreditatis aditionem jure dotalia confundit, *dec.* 13. *n.* 2. *lib.* 6.
Mulier hæres gravata a viro deducit sua jura dotalia respectu fideicommissarii, *dec.* 13. *n.* 3.
Fallit respectu creditorum, *n.* 4. *lib.* 6.
Aditio hæreditatis a muliere facta sine solemnitatibus nulla est, *dec.* 13. *n.* 11. *lib.* 6.
Aditio hæreditatis a muliere sine solemnitatibus facta sustinetur, si nullum adsit Statutum, similem quasi contractum irritans, *dec.* 13. *n.* 14. *lib.* 6.
Mulieres intro duci non possunt in Monasteria Regularium, *dec.* 6. *n.* 12. & 14.
Amplia, ut *n.* 17. *lib.* 12.

Murus.

Muri communio debet probari per allegantem, *lib.* 1. *num.* 4. *lib.* 4.
Muri proprietas probatur ex variis signis, testibus, planta ac aliis ibi relatis, *dec.* 1. *n.* 5. *lib.* 4.
Murus præsumitur proprius illius, qui habet murum suppositum tecto, ac stillicidia supra porrecta, *dec.* 1. *n.* 6. *lib.* 4.
Muri proprietas probatur ex eo, quod quis habet in eo latrinas penetrantes parietem ultra dimidium, *dec.* 1. *n.* 7. *lib.* 4.
Et similiter, si quis habet caminum in pariete cum simili penetratione, *ib. n.* 8.
Et ex trabibus cum tali penetratione, *ib. n.* 9.
Et ex eo, quod prætendens proprietatem parietis habet alium murum proprium colligatum bautmem morsae, & dentes colligatorias, *dec.* 1. *n.* 10. *lib.* 4.
Muri communio non probatur ex fenestrellis, annulis ferreis, & aliis positis in muro, non penetrantibus dimidium parietis, maxime si prædicta facta non sit tempore constructi parietis, sed per irruptionem clandestine, ex post, & potius servitutem indicare videantur, *dec.* 1. *n.* 11. & 13. *lib.* 4.
Muri communis pauca signa non concludunt parietem non esse proprium alterius, dum hic habet potiora signa proprietatis, *dec.* 1. *n.* 12. *lib.* 4.
Murus communis dicitur destinatus ad fabricandum, si in vertice careat corona, aliisque signis denotantibus esse divisorem, si ejus fundamenta sint crassa, & profunda, si sit altus, & in eo sint immissa signa, & superædificatæ mansiones, *dec.* 1. *n.* 14. & 16. *lib.* 4.
Socius non potest stantibus prædictis prohibere elevationem parietis communis.

Murus quod sit aptus ad elevandum, & superædificandum potestati judicio peritorum, *dec. 1. n. 17. lib. 4.*

Murus etiam non habilis, ac sufficiens ad superædificandum, potest per socium fulciri, ut reddatur aptus, *dec. 1. n. 18. lib. 4.*

Mutuans.

Is, qui mutuavit pecunias ad effectum liberandi bona fideicommissaria ære alieno, easque valet adversus fideicommissum jura exercere, *dec. 13. n. 6. lib. 16.*

Mutuum.

Licitum est usque a principio in mutuo de certo interesse intra legitimum modum convenire, concurrentibus tamen cæteris de jure volitis ad validandas usuras, *dec. 1. n. 1.*

Et pro d. interesse datur actio, *ib. n. 2.*

N

Narrativa.

NArrativa attendi debet in contextu dispositivæ, quatenus verba dispositiva sint dubia, secus e contra, *dec. 3. n. 6. lib. 10.*

Narrativa interpretationem recipit a dispositiva, *dec. 13. num. 6. lib. 16.*

Narrativa supplicationis debet plene probari, *dec. 6. n. 5. & dec. 7. n. 8. lib. 13.*

Natus.

Vide verbo *Filius*, & verbo *Partus*.

Prior natus censetur is, qui a patre fuit primo loco in actu ferio descriptus, *dec. 40. n. 5. lib. 10.*

Vocatio majoris natu de familia, aut primogeniti de domo vulgaris tantum reputatur, adeo ut primo admisso fieri non debeat restitutio alii primogenito, *dec. 11. num. 5. lib. 16.*

Vide verbo *Primogenitus*.

Necessitas.

Necessitas ubi impellit ad dan, id debemus sequi, quod minor ei nexu leitur obligare, *dec. 10. n. 11. lib. 1.*

Negligentia.

Negligentia in viro optimo minime est præsumenda; *dec. 18. la 1. n. 18. lib. 8.*

Negligentia refunditur in damnum, & præjudicium negligentis, *dec. 9. n. 15. lib. 2.*

Negotium, Negotiatio.

Ubi negotium fit cum certo, & limitato capitali, creditores illius solum habent illud obligatum, neque ullam aliam actionem acquirunt super aliis bonis ejus, qui negotium instituit, *dec. 28. n. 16. 17. & 18. lib. 8.*

Præsidens tenetur revidere computa officialium negotii singulis mensibus, *dec. 29. n. 24. lib. 8.*

Nemo.

Nemo dat, quod non habet, *dec. 62. n. 7. lib. 10.*

Nemo facere potest, quod leges non habeant locum in ejus dispositione, *dec. 32. n. 14. lib. 9.*

Nemo potest impugnare factum proprium, *dec. 16. n. 18. lib. 10. dec. 74. n. 11. lib. eodem, dec. 39. n. 17. lib. 13.*

Nemini licet contra factum Authoris venire, *dec. 43. num. 4. lib. 13.*

Nemo præsumitur dissentire in utilitatem propriam, *dec. 68. n. 12. lib. 13.*

Nemo potest reportare commodum ex contractu, quem impugnavit, *dec. 5. n. 16. lib. 1.*

Nepos.

Sub filiorum nomine non veniunt nepotes, *decis. 12. num. 2. lib. 10.*

Secus concurrentibus conjecturis, quibus stantibus, sub nomine filiorum veniunt nepotes, & cæteri descendentes, *dec. 17. & dec. 18. dec. 21. n. 9. prout etiam cæteri descendentes, ib. 10. ib dec. 22. n. 2.*

Prohibitio alienationis ad rem directa denotat comprehensionem nepotum sub nomine filiorum, *dec. 17. & dec. 19. Utrobique, n. 4. lib. 10. dec. 22. n. 13. lib. eod.*

Contemplatio agnationis est una ex conjecturis, quod nepotes veniant sub nomine filiorum, *dec. 17. n. 3. lib. 10.*

Item observantia potest demonstrare, quod sub nomine filiorum fuerit quoque comprehensi nepotes, & descendentes, *dec. 16. n. 15. ibid.*

Item, si perpetuitatem testator plane expresserit, *dec. 17. n. 5. dec. 18. n. 6. ibid.*

Rursus, si prohibita fuerit quæcunque detractio Trebellianica; *dec. 17. n. 6. dec. 19. n. 16. dec. 20. n. 10. dec 22. n. 12. ibid.*

Item, si in vocatione aliena familiæ testator nepotes vocaverit, *dec. 17. n. 7. ibid.*

Item, si volita fuerit conservatio familiæ, *dec. 16. n. 3. & dec. 19. n. 11. dec. 20. n. 5. & 5. ibid.*

Etiam si non adsint verba perpetuitatem denotantia, cum perpetuitas censeatur voluta eo ipso, quod optata fuit familiæ conservatio, *dec. 16. n. 4. ibid.*

Sub nomine filiorum veniunt nepotes, & descendentes, si fideicommittens voluerit fideicommissum sola ratione, ut bona conserventur in agnatione, *dec. 22. n. 14. lib. 10.*

Secus si stricto limitata, ac restricte fuerit in persona prius nominata, *dec. 30. n. 4. lib. 10.*

Testator declarando, quod ejus intentio fuerit in conservationem bonorum pro honore familiæ hæredis instituta, dicitur eodem sub filiorum nomine voluisse quoque vocare nepotes, sed etiam inducere perpetuum, & successivum fideicommissum favore descendentium de familia, & agnatione, *dec. 18. n. 3. lib. 10. dec. 19. n. 13. 14. & 15. lib. 10. & dec. n. 6. lib. eodem.*

Exclusio fisci ex causa conservationis bonorum in familia indicat, quod nepotes veniant sub nomine filiorum, *dec. 18. 20. n. 5. lib. 10.*

Sub indefinita substitutione filiorum nasciturorum censetur comprehensi etiam nepotes, & alii descendentes, *dec. 19. n. 1. 2. & 8. lib. 10. dec. 20. n. 1. 2. lib. eodem.*

Appellatione filiorum veniunt nepotes, & descendentes, si apposita fuerit qualitas masculinitatis, *dec. 19. n. 5.*

Ex exclusione fœminarum desumitur fuisse contemplatam agnationem, & sic inductum fideicommissum favore nepotum, *dec. 119. n. 6. & 7. lib. 10.*

Appellatione filiorum veniunt nepotes, si testator habuerit pro synonymis verbum, *filios*, & verbum, *descendentes*, *dec. 19. n. 10. lib. 10.*

Testator concedendo hæredi, & filiis facultatem vendendi bona, quoties occasio indicaret utilius investimentum, ita tamen, ut bona acquirenda loco venditorum subjacerent fideicommisso, censetur sub nomine filiorum voluisse quoque comprehendere, *dec. 50. n. 8. lib. 10.*

Nepos succedit in intestata hæreditate simul cum ejusdem avi filiis, *dec. 51. n. 4. lib. 10.*

Appellatione filiorum veniunt nepotes, si prohibita sit legitima, *dec. 19. n. 17. lib. 10. dec. 22. n. 12. lib. eod.*

Nepotes veniunt appellatione familiæ, *dec. 20. num. 3. & 8. lib. 10.*

Filiorum nomine veniunt nepotes; si fœminæ fuerint exclusæ, *dec. 20. n. 11. lib. 10.*

Et quibus filiorum nomine dicantur vocati nepotes, & descendentes, *dec. 20. n. 12 & dec. 22. n. 15. lib. 10.*

Pronepotes, & descendentes testatoris veniunt in fideicommisso condito favore omnium de familia, *dec. 20. num. 13. lib. 10.*

In materia fideicommissaria, utpote odiosa, nepotes filiorum appellatione non veniunt, etiam si agatur de fideicommisso ascendentis, & de vocatione activa, passiva, vel mixta, *dec. 21. n. 2. 3. 4. 5. & 6. lib. 10.*

Eo magis sub nomine filiorum non veniunt nepotes, cæterique descendentes, si dispositio effectum sortita fuerit per successionem filiorum, & eorum liberorum, *dec. 21. num. 7. lib. 10.*

Vel si non agatur ad exclusionem extranei, *ibid n. 8.*

Nepotes, & cæteri descendentes vocati dicuntur, si substituti appareant filii nascituri, dummodo tamen illorum vocatio sit qualificata cum verbis tractum successivum in futurum importantibus, nempe de uno in alium, de hærede in hæredem, de gradu in gradum, vel cum dictionibus, in perpetuum in infinitum, vel similibus, *dec. 22. n. 11. & dec. 21. n. 4. lib. 10.*

Secus e contra, *ibid. num. 12. & 13. & decis. 22. num. 4. lib. 10.*

Discretivus modus loquendi solet excludere vocationem nepotum sub nomine filiorum, *dec. 21. n. 17. lib. 10.*

Prohibitio alienationis injuncta tantum filiis primi gradus, denotat testatorem nepotes illorum nomine vocare noluisse, *dec. 21. n. 19. lib. 10.*

Quoties reciproca substitutio repetita non appareat filiis filiorum, desumitur nepotes non fuisse vocatos, *dec. 21. n. 10. lib. 10.*

Verba, filiorum filii, si verificabilia non sint cum pronepotibus ulterioribus descendentibus, sub illorum nomine isti non veniunt, *dec. 21. n. 20. lib. 10.*

Pronepotes, & descendentes, ficti, & interpretativi dicuntur filii, *dec. 21. n. 21. lib. 16.*

Ut filiorum appellatione venire possint nepotes, & ulteriores descendentes, conjecturæ debent esse plures, urgentes, & violentæ, licet agatur de dispositione ascendentis, *dec. 21. n. 25. lib. 10. dec. 22. n. 22. n. 3. lib. 10.*

In dubio pro exclusione nepotum, & restrictione fideicommissi est judicandum, *dec. 21. n. 26. lib. 10.*

Prohibitio alienationis directa ad personam, & restricte ad filios, præbere non potest argumentum vocationis nepotum, *dec. 21. n. 27. Licet adsint verba, nullo unquam tempore, ib. n. 28. lib. 10.*

Filiarum nomine veniunt nepotes, & ulteriores descendentes, si testator habuerit intentionem conservandi agnationem, *dec. 21. n. 29. lib. 10.*

Nepotes, & ulteriores descendentes non includuntur sub vocatione filiorum in simplici vocatione masculorum, *dec. 21. n. 30. & 31. lib. 10.*

Pro vocatione nepotum exclusio filiarum testatoris levissima reputatur conjectura, *dec. 21. n. 33. & 34. lib. 10.*

Ex quo testator in aliqua testamenti parte habuerit pro synonymis verbum, *filios*, & verbum, *descendentes*, non exinde argui licet vocatio nepotum, *dec. 21. num. 35. & 36. lib. 10.*

Legitima non debetur nepotibus, existentibus filiis, *dec. 21. n. 37. lib. 10.*

Vocatio filiorum in stirpes, & non in capita, quando arguat comprehensionem nepotum, & ulteriorum descendentium, *dec. 21. n. 40. lib. 10.*

Inte-

Integer testamenti contextus respici debet ad dignoscendum, an filiorum nomine vocati fuerint ulteriores descendentes, dec. 21. n. 22. lib. 10.
Testator, si in alia testamenti parte apposuerit verba perpetuitatem importantia, censetur nepotem, & descendentem ulteriores successionem invitare noluisse, decis. 21. numero 23. lib. 10.
Prohibitio Trebellianicæ an faciat desumere inclusionem nepotum in vocatione filiorum, decis. 22. num. 50. 51. & 52. lib. 10.
Verba, quæ directa apparent ad filios primi gradus, inservire non possunt pro desumenda inclusione nepotum, dec. 22. n. 5. & 6. lib. 10.
Votum conservandi bona in familia accessorium ad vocationem filiorum, nequit probare vocationem nepotum, dec. 22. n. 7. lib. 10.
Verba, familiæ, posterioritatis, & successorum, si stent accessorie, & consecutive, operari non possunt vocationem nepotum sub nomine filiorum, dec. 22. num. 11. lib. 10.
Conjecturæ suadentes nepotum exclusionem, aliis præponderare debent, dec. 22. n. 16. lib. 10.
In dubio pro exclusione nepotum est judicandum, quod non veniant sub appellatione filiorum, dec. 22. n. 17. lib. 10.
Filiorum nomine non veniunt nepotes, si testator discretive, aliter locutus fuerit de filiis, & aliter de nepotibus, dec. 27. n. 8. lib. 10.
Testator in substitutione apponendo conditionem, deficientibus filiis masculis sine prole, explicare videtur, quod sub nomine filiorum non intellexerit vocare nepotes, dec. 27. n. 9. lib. 10.
Filiorum nomine non veniunt nepotes, decision. 61. numero 1. lib. 10.
Etiam si illorum exclusio inservire non debeat pro reddendo immunem gravatum ab onere restitutionis, sed ad effectum aperiendi casum alterius fideicommissi, ib. n. 2. 3. & 4.
Filiorum nomine eo magis non veniunt nepotes, si testator, quando voluit nepotes, expresse illos vocaverit, ib. n. 5.
Liberorum nomen nepotes utriusque sexus, ac descendentes includit, dec. 61. n. 7.
Declara, ut n. 8. lib. 10.
Recensentur Doctores tractantes de materia, an sub nomine filiorum veniant nepotes, quam intricatam, & varie decisam referunt allegati, dec. 63. n. 4. & 5. lib. 10.
Opinio negativa in genere sumpta est magis recepta, & pro regula firmata habetur a Rota Romana, dec. 63. num. 6. & 7. lib. 10.
Distinctio, quod nepotes non veniant appellatione filiorum, quando agitur de favore gravati, qui efficitur immunis a restitutione fideicommissi, non vero quando adhuc exclusis nepotibus teneretur ulterioribus substitutis bona restituere, impugnatur, dec. 63. n. 31. 32. & 33. lib. 10.
Præfata distinctio nullo modo potest procedere, ubi restitutio fideicommissi facienda est descendenti testatoris æque dilecto, dec. 63. n. 34. lib. 10.
Cumulantur plures, atque urgentes conjecturæ pro nepotum exclusione, cum responsionibus ad objecta, a n. 25. ad n. 50. dec. 63. lib. 10.
Respondetur conjecturis adductis pro nepotum vocatione, ib. a n. 50. ad n. 70.
Sub filiorum nomine non veniunt nepotes, minusque ulteriores descendentes, dec. 64. n. 3. lib. 10.
Eoque magis, si agatur de dispositione transversali, ibidem num. 4.
Et testamentum materna lingua fuerit scriptum, ib. n. 5.
Nepotes, & ulteriores descendentes veniunt sub appellatione filiorum, si concurrant conjecturæ testatoris suadentes voluntatem illos includendi, dec. 64. n. 6. lib. 10.
Conjecturæ tamen debent esse urgentes, violentæ, & plures, ib. n. 7.
Vocatio filiorum nasciturorum eo tantum casu valet nepotes, & descendentes includere, si qualificata sit cum verbo conservandi bona in alternantibus agnatis, seu tractum successivum importantibus, scilicet de uno in alium, de hærede in hæredem, de gradu in gradum, vel cum dictionibus, in perpetuum, in infinitum, aut similibus, dec. 64. n. 12. & 13. lib. 10.
Vocatio filiorum cum qualitate masculinitatis non præbet argumentum comprehensionis nepotum, decis. 64. numero 14. lib. 10.
Testator, si habuerit pro synonymis verba, filios, & descendentes, non exinde censetur vocando filios voluisse vocare nepotes, si deficiant dictiones perpetuitatem importantes, dec. 64. n. 15. lib. 10.
Conjecturæ suadentes exclusionem nepotum sub filiorum appellatione prævalent aliis contrariis, dec. 64. n. 24. lib. 10.
Nepotes censentur exclusi, si testator filios vocaverit cum dictione personali, & relativa ad nomen patris, dec. 64. n. 25. lib. 10.
Dicerentur pariter exclusi, si substitutio collata non fuerit in tempus remotissimum, ib. n. 26.
Vel nullum adsit verbum importans perpetuitatem, ib. num. 27.
Testator, qui filium gravare noluit respectu nepotum, multo minus censetur istum gravare voluisse favore ulteriorum descendentium, dec. 64. n. 28. lib. 10.
Sola dubietas sufficit, ut nepotes appellatione filiorum non veniant, dec. 64. n. 30. lib. 10.
Nepotes ulteriores descendentes veniunt sub nomine filiorum, si testator perpetuitatem voluerit; dec. 65. & dec. 66. utrobique n. 1. lib. 10.
Nepotes, & ulteriores descendentes veniunt sub nomine filiorum in fideicommisso ascendentis, si in illo reperiantur verba, quæ tractum temporis successivum importent, dec. 65. n. 2. & dec. 66. n. 4. lib. 10.
Appellatione filiorum veniunt nepotes, & descendentes, si testator voluerit, quod bona perpetuo conserventur, dec. 65. n. 3. lib. 10.
Appellatione filiorum, & descendentium non veniunt nepotes, si testator adjecerit nomen patris, vel matris, aut dictionem relativam denotantem immediatam generationem, dec. 66. n. 5.
Declara, ut n. 6. & 7. lib. 10.
Nepotes veniunt appellatione filiorum, de quibus fuit facta mentio sub verbis habentibus tractum temporis, ut in perpetuum, & similibus, quibus inducitur successivum fideicommissum, dec. 66. n. 5. lib. 10.
Nepotes, & descendentes non veniunt appellatione filiorum; quando testator discretive locutus fuit de filiis, & nepotibus, dec. 66. n. 6. lib. 10.
Secus, quando ex conjecturis constaret de voluntate testatoris comprehendendi nepotes, quia tunc discretiva locutio non urget, ib. n. 9.
Filiorum nomine veniunt nepotes, quando præcedentibus patribus cum filiis essent admittendi ad avitam successionem, dec. 69. n. 15. lib. 10.
Nepotes cum subingrediantur in locum parentum præmortuorum concurrunt una cum patruis ad successionem bonorum avi jure repræsentationis, dec. 74. n. 19. lib. 10.
Sive etiam ratione transmissionis, jure intestati, vel sanguinis, ib. n. 20.
Nepotes ad intestatam patrui hæreditatem admittuntur in capita, non autem in stirpes, dec. 27. n. 15. & 24. lib. 16.
Ergo nepotes æquales præsumuntur amari, dec. 27. n. 16. lib. 16.
Testator dicitur substituisse nepotes contemplatione eorum patris non ex propria persona, si proprium patris nomen expresserit, dec. 27. n. 22. lib. 16.

Nobilis.

In viris nobilibus, apud quos extant scripturæ, & monumenta propriæ domus, non præsumitur ignorantia decoris eorum familiæ, dec. 2. n. 39. lib. 13.

Nomen.

Vide *Debitor*.
Error in nomine; & illius etiam materia actum non vitiat; dec. 30. n. 14. lib. 8.
Receptio nominis debitoris pro solvendo, non pro soluto, satisfactionem non importat, dec. 30. n. 39. lib. 8.
Periculum nominis debitoris in solutum dati spectat ad cessionarium, dec. 46. n. 14. lib. 8.
Limita, si datum fuerit cum expressa reservatione primævæ actionis, ib. n. 15.
Ubi nomen generale ponitur, ad omnia appellativa extendi debet, dec. 69. n. 10. lib. 10.
Si post nomen substantivum subsequatur verbum aliquod sine distinctione intermedia, & tunc illud potius fit adjective, seu qualificative; secus e contra, dec. 70. n. 4. & 5. lib. 10.

Nominatio.

Nominatio, & declaratio, quæ respiciunt substantiam contractus, fieri debent intra annum, dec. 39. n. 6. lib. 8.
Prænominatio inter fratres facta, arguit qualitatem primogenialem, dec. 40. n. 6. lib. 10.
Qualitas nominationis, si sit adjecta verbo indefinito, æque etiam adaptabilis est appellativo nomine designatis, dec. 70. n. 10.
Declara, ut n. 28. lib. 10.
Actus nominationis computatur inter fructus spectantes ad bonæ fidei possessorem, dec. 24. n. 9. lib. 13.

Notarius.

Mandatum procuræ, licet non sit subscriptum a Notario, qui instrumentum stipulatum fuit ad formam Constitutionis Pauli Quinti, efficit, ut possit procedi contra Notarium non adimplementum, non autem importat nullitatem instrumenti, dec. 39. n. 20. lib. 7.
Postpositio instrumenti in protocollo, quæ potuit provenire ex oblivione, & negligentia Notarii, non minuit illius fidem, nec est indicium falsitatis, ib. n. 21.
Mercede debita Notario pro rogitu, licet non reperiatur adnotata in libro receptorum, nihil conducit ad falsitatem instrumenti, ib. n. 22.
Legalitas Notarii valde confert ad elidendam suspicionem falsitatis, ib. n. 23.

Notitia.

Notitia debet ostendi per modos claros, non autem per subaudítum intellectum, dec. 26. n. 8. lib. 8.

Notificatio.

Notificatio judicialis a assignatario facta Apostolicæ provisionis; arguit scientiam pensionis in ea reservatæ, decis. 4. num. 17. lib. 12.

Notorium.

In re notoria, & spectante ad proprium officium; quis decipi non potest, dec. 52. n. 7. lib. 13.

Novatio.

Ex omissione reportationis jurium cessionis, oritur argumentum novationis, *dec.* 8. *n.* 18. *lib.* 8.

Novatio refecti modi non alterat substantiam contractus, *dec.* 28. *n.* 2. *lib.* 8.

Novatio in ea tantum parte restringitur, in qua loquitur, *ib. num.* 3.

Novennium.

Novennia a manibus mortuis domino directo de consuetudine debentur, *dec.* 4. *n.* 1. *lib.* 1.

Ex reservatione dominii directi censetur præservatum jus exigendi novennia, *dec.* 4. *n.* 10.

Contra, *n.* 11. *lib.* 1.

Novitius.

Olim novitii solum expleto tyrocinii tempore habitum monasticum induebant, *dec.* 6. *n.* 9 *lib.* 11.

Nullitas.

Jus dicendi de nullitate deliberationis per spatium triginta annorum præscribitur, *dec.* 6. *n.* 9 *lib.* 5.

Nullitas, quæ est inducta ipso jure, potest a quocunque opponi, *dec.* 13. *n.* 4. *lib* 6.

Nullitas in prima, & secunda instantia non opposita, amplius allegari non potest, *dec* 8. *in* 2. *n.* 8. *lib.* 12.

Post rescriptum Signaturæ cum clausula, *sine præjudicio*; amplius de nullitatibus judicari agendum est, *dec.* 50. *num.* 11. *lib.* 13.

Nullitas proveniens e defectu solemnitatum, allegari non potest a tertio, *dec.* 28. *n.* 5. *lib.* 15.

Nunciatio.

Nuncians novum opus, debet intra tres menses docere clare de jure suo, alias illa elapsis, nuncianti conceditur licentia fabricandi cum cautione de demoliendo, *dec* 1. *n.* 1. *lib.* 4.

Maxime si probationes factæ per nunciantem post tres menses non concludant, *ib. n.* 2.

O

Oblatio.

Quidquid cum oblationibus peragitur, cadit sub jurepatronatum, si antea oblationes in fundatione a fundatore fuerint destinatæ, *dec* 4. *n.* 16 *lib.* 13.

Oblatus.

Oblatus claustraliter vivens gaudet exemptione a jurisdictione sæculi, *dec.* 3. *n.* 15. *lib.* 10.

Oblatæ Tertii Ordinis S. Francisci non sunt veræ religiosæ, possunt habere bona in particulari, & de iis ad libitum disponere. *dec.* 3. *n.* 20. 21. & 22. *lib.* 16.

Oblata Tertii Ordinis S. Francisci non est persona Ecclesiastica a legibus sæcularibus soluta, *dec.* 4. *n.* 2. *lib.* 16.

Oblatæ claustraliter viventes juxta Constitutionem Leonis X. sunt personæ Ecclesiasticæ, & non ligantur Statutis sæcularibus. *dec* 4. *n.* 5. *lib.* 16.

Oblatæ Tertii Ordinis S. Francisci habent liberam dispositionem bonorum, *dec.* 5. *n.* 2. *lib.* 16.

Obligatio.

Obligatio solidalis extinguitur cum quietantia, cum placito creditoris recipientis tantum ratam, reservando jura pro residuo contra alterum obligatum, *dec.* 18. *numero* 2. *lib.* 7.

Obligatio destituta solemnitatibus volitis ab Ægidiana est nulla, *dec.* 20. *n.* 7. *lib* 7.

Obligatio facta pro pretio rei acquisitæ; etiam cum adhibitis solemnitatibus sustinetur, *dec* 29. *n.* 8 *lib.* 7.

Conclusio procedit in acquisitione lucrosa, ut est emphyteusis, pro qua quid minimum solvitur; secus vero in contractu oneroso emptionis bonorum, *ib. n.* 9.

Etiamsi emptio facta sit sub hasta, *ib. n.* 10.

Præsertim, si minor, vel mulier præsens non fuerit, sed alius emerit pro persona nominanda, *ib. n.* 11.

Obligatio facta in judicio est valida, etiam sine solemnitatibus, *ib. n.* 12.

Obligatio arbitrorum de reinvestiendo resurgit tanquam a somno, si investimentum, quod fecit, deinde distraxerit, *dec.* 31. *n.* 1. *lib.* 7.

Et nedum pro sorte, sed etiam pro fructibus, *ib. n.* 2.

Obligationis restrivisscentia ex causa alienationis investimenti, ad quod debitores tenebantur, datur cum eadem qualitate solidali, *dec.* 31. *n.* 4. *lib.* 7.

Obligatio de restituendo facta ad formam decreti Judicis comprehendit omnes creditores, qui in decreto includuntur, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 8.

Obligatio facta ad formam alicujus decreti, retinet omnes qualitates in decreto contentas, *decis.* 3. *numero* 1. & 2. *lib.* 8.

Deficiente una ex qualitatibus copulative requisitis ad inducendam obligationem, corruit ipsa obligatio, *dec.* 39. *num.* 9. *lib.* 8.

Obligatio correspectiva non resolvitur propter evictionem, si bona evicta non sint considerabilis quantitatis, *dec* 16. *n.* 8. *lib.* 15.

Obligatio præcedens arguitur ex condictione judiciali, *dec.* 3. *n.* 7. *lib.* 1. & *dec.* 4. *n.* 8. *lib. eod.*

Obligatio non debet extendi ultra id, ad quod quis tenebatur; *dec.* 8. *n.* 24. *lib.* 6.

Obligatio minoris destituta solemnitatibus Ægidianæ Constitutionis nulla est, *dec.* 12. *n.* 14. *lib.* 6.

Obligatio Cameralis.

Obligatio cameralis paratam habet executionem, *dec.* 4. *n.* 6. *lib.* 1. *dec* 3. *n.* 1. *lib.* 5.

Obligatio cameralis paratam habet executionem, *dec.* 8. *n* 2. *lib.* 8.

Obligatio cameralis omnino exequi debet, *decis.* 5. *n.* 1. *lib.* 5.

Executio obligationis cameralis impugnari non potest exceptionibus turbidis, *dec* 14. *n.* 7. *lib.* 7.

Obligationis cameralis executio impediri non valet exceptione usurariæ pravitatis, quæ turbida est, *dec.* 8. *n.* 3. *lib.* 8.

Et præcipue, si usura prætendatur, ex quo contractus sit annuacisnus, *ib. n.* 4.

Obligatio cameralis dat viam executivam, *dec.* 18. *num.* 1. *lib* 8. *dec.* 7. *n.* 2. *lib.* 6.

Deficiente supposito, sub quo quis contraxit, corruit obligatio; etiam cum clausula, ita quod censeatur promissum factum pro primo, & factis diligentiis non liberetur, *dec.* 22. *n.* 1. *lib.* 8.

Effectus obligationis cameralis nequit retardari exceptione læsionis, *dec.* 28. *n.* 15. *lib.* 8.

Obligatio cameralis retardari non potest per exceptiones turbidas, & illiquidas, *dec.* 41. *n.* 3. *lib* 8.

Præcipue, si in obligatione adsint verba, *liberamente*, *e senza eccettione*. *ib. n.* 4.

Obligatio jurata de fideliter administrando auget obligationem legalem, & inducit obligationem ad omnem levissimam culpam, *dec.* 34. *n.* 36. *lib.* 15.

Adversus obligationem cameralem non admittuntur exceptiones involutæ, *dec.* 6. *n.* 21. *lib.* 16.

Obligatio cameralis celerem exposcit executionem, *dec.* 12. *n.* 1. *lib* 16.

In vim cameralis obligationis proceditur summarie, & sine servatione terminorum, *dec.* 31. *n.* 1. *lib.* 16.

Debitor in forma cameræ obligatus habetur pro condemnato; *dec.* 31. *n.* 4. *lib.* 16.

Obligatio ad id, ad quod quis non tenebatur, non præsumitur, *dec.* 5. *n.* 13. *lib* 6.

Obligatio, & promissio nunquam censetur facta animo novandi provisionem legalem, *dec.* 5. *n.* 14. *lib.* 6.

Obligatus.

Obligatus principaliter, & insolidum, habetur pro principali debitore quoad creditorem, *dec.* 47. *n.* 6. *lib.* 8.

Oblivio.

Oblivio super facto de recenti non potest considerari; *dec.* 10. *n.* 17. *lib.* 2.

Oblivio, & ignorantia non præsumitur, quando agitur de rebus magni momenti, *dec.* 87. *n.* 48. *lib.* 10.

Oblivio facilis præsumitur in facto alieno post lapsum longi temporis, *ib. n.* 49.

Observantia.

Observantia interpretativa inspicitur in dubiis, non in claris; *dec.* 25. *n.* 8. *lib.* 6.

Observantia, ut sit attendenda, debet percutere casum præcisum, *dec.* 25. *n.* 10 *lib.* 7.

Actus, qui sunt magis præcisi, prævalent ad sternendam continuatam observantiam destruendam aliæ desumptæ ex actibus remotis, *ib. n.* 11 & 12

Observantia ex actuum deformitate excluditur, *ib. n.* 13.

Observantia etiam universalis inservit pro interpretatione cujuscunque legis, seu Statuti, *dec.* 18. *la* 2. *n.* 15. *lib.* 8.

Observantia quæcunque malæ fidei suspicionem removet a transigente, *dec.* 38 *n.* 23. *lib.* 10.

Observantia etiam negativa deservit pro declaratione substitutionis, *dec.* 45 *n.* 17. *lib.* 10.

Observantia, & confessio primi hæredis arguit fideicommissum; *dec.* 48. *n.* 16 *lib.* 10.

Observantia elicitur tam ex factis, quam ex dictis, *dec.* 2. *n.* 11 *lib.* 13.

In claris observantia nullam habet efficaciam, *dec.* 62. *num.* 6. *lib.* 13.

Observantia, quæ jus alterius tollit, debet esse legitime præscripta, *dec.* 66 *n.* 13. *lib.* 13.

Observantia non interrumpitur ex lite si in ea veniens contra observantiam succubuerit, *dec.* 77. *n.* 13. *lib* 13.

Observantia est probanda in individuo casus, de quo agitur; *dec.* 34. *n.* 47 *lib.* 15.

Observantia proxima est attendenda, *dec.* 34. *n.* 45. *lib.* 15.

Observantia omnem tollit ambiguitatem, *decis.* 35. *numero* 7. *lib.* 15.

Observantia est optima interpres cujuscis dispositionis, *dec.* 4. *n.* 4. *lib.* 16.

Observantia non elicitur ex actibus gestis, lite pendente, *dec.* 4. *n.* 13. *lib.* 16.

Ex actibus facultativis non inducitur observantia coactiva; *dec.* 4. *n.* 15. *lib.* 16.

Observantia dubia non urget, *dec.* 22. *n.* 8. *lib.* 16.

Observantia declarat actum dubium; decis. 4, numer. 12, lib. 1.
Observantia destruitur per unicum actum contrarium, decis. 6. n. 21, lib. 2. & dec. 4. n. 21.
Observantia plus efficit, dum illi assistum Constitutionem Apostolicæ, ac Statutum, dec. 6. n. 13. lib. 2.
Observantia in qualibet materia, & signanter Statuti, attendi debet, dec. 7. n. 8. lib. 2.
Observantia, cui jus commune, & municipalis sanctio resistit, probanda est cum qualitate dissensus alterutrius ex partibus, & cum subsecuta coactione, & acquiescentia, decision. 4. n. 20. lib. 3.
Observantia attendenda non est in concessis alterius, cui juris aut Statuti dispositio assistit, decis. 4. n. 22. lib. 3.
Observantia ex actibus contrariis destruitur, dec. 7. numer. 24. lib. 3.
Observantia, cui jus commune assistit, prævalet cuicunque observantiæ contrariæ, dec. 7. n. 25. lib. 3.
Observantia multum deservit pro interpretatione voluntatis defuncti, maxime quando provenit ab ejus filio, vel hærede immediato, dec. 87. n. 46. lib. 10. & dec. 88. n. 48. ib.

Obreptio.

Obreptio oritur ex falsa expressione, decis. 70. n. 14. lib. 13.

Occultare.

Contra occultantem omnis admittitur præsumptio, dec. 16. n. 8. lib. 6.

Oeconomus.

Episcopus intra limites suæ diœcesis habet jus deputandi œconomos Parochialibus, dec. 2. n. 1. & 2. lib. 11.
Etiam non obstantibus exemptionibus, indultis, & privilegiis, ib. n. 3.
A deputatione œconomi in Ecclesia Parochiali vacante non datur appellatio suspensiva, dec. 3. n. 3. lib. 11. & dec. 5. num. 3. & 4. lib. eodem.
Episcopus habet jus deputandi œconomos in Parochialibus vacantibus, licet affectæ sint, & reservatæ, dec. 4. numer. 1. libr. 11.
Episcopus habet jus deputandi œconomos etiam in Parochialibus unitis, dec. 4. n. 3. lib. 11.
Deputatio œconomi facta in Ecclesia provisa, non tribuit possessionem deputandi œconomum in casu vacationis Ecclesiæ, dec. 4. n. 15. lib. 11.
Ad hoc ut Episcopus sit manutenendus in jure deputandi œconomos in Ecclesiis Parochialibus, sufficit simplex juris assistentia, decision. 4. n. 18. lib. 11.
Remotio œconomi est de consequentibus ad cognitionem super validitate, vel invaliditate testamenti, dec. 28. numer. 7. libr. 15.
Appositio œconomi succedit loco cautionis, dec. 18. numer. 20. lib. 15.

Odium.

Adjectum in beneficium alicujus, non debet in odium retorqueri, dec. 32. n. 19. lib. 16.

Officialis.

Supremi officiales tenentur emendare damnum eorum culpa obveniens Ærario Principis, dec. 34. n. 13. lib. 15.
Officiales tenentur ad refectionem damni de lata, & levi culpa, dec. 34. n. 25. lib. 15.
Officiales non tenentur de levissima culpa, dec. 34. num. 33. lib. 15.
Distinguitur, an agatur in judicio criminali, vel civili, ibid. n. 34.
Item subdistinguitur, an civiliter sit sit circa culpam in omittendo, vel in committendo, ib. n. 35.
Officialis faciendo id, quod fecerunt sui antecessores, est immunis ab omni culpa, dec. 34. n. 44.
Declara, ut n. 50. & 61. lib. 15.
Officiales male administrantes in subsidium sunt conveniendi, decision. 34. n. 62. lib. 15.
Pactum revidendi singulis annis computa officialium, respicit favorem Principis, non autem ipsorum officialium, dec. 34. n. 63. lib. 15.
Officialis transacto tempore sui officii deponit imperium, & etiam jurisdictionem, decis. 6. n. 3. & n. 6. lib. 2.
Officiales novi cumulative cum primo sunt illi, ad quos officium illo vivente fuit prorogatum, decis. 6. n. 10. libr. 2.
Officialis a Principe specialiter delegatus, ad certam universitatem causarum ordinariam jurisdictionem habere dicitur, decis. 2. n. 3. lib. 3.
Ita ut legatus in earum cognitione se ingerere non possit, ib. num. 4.
Attestationes factæ ab officialibus super re ad eorum officium spectante, multum probant, dec. 37. n. 26. lib. 15.

Officium.

Vide *Resignatio*.
Prorogatio officii quando ad vitam illius, qui illud possidet; possit dari alteri de illius consensu, cum sapiat permutationem, dec. 6. n. 9. lib. 2.
Officiorum non vacantium collationes, vel extensiones factæ a conservatoribus, fuerunt improbatæ sæpe per sententias Rotales, & etiam extra Rotam, dec. 6. n. 19. lib. 2.
Officia non amovibilia ex Statuto Urbis exæquata sunt feudis, dec. 7. n. 6. lib. 2.
Extensio officiorum exæquatorum feudis potest fieri de patre in filium, & de fratre in fratrem, ex Statuto Urbis, decis. 7. n. 7. lib. 2.
Officia exæquata in vita duorum non possunt extendi per additionem novæ personæ, sicut practicatur etiam in feudis, dec. 7. n. 9. lib. 2.
Facultas data a Principe, vel Statuto Decurionibus concedendi officia, intelligitur de vacantibus, durante eorum magistratu, dec. 7. n. 11. lib. 4.
Officium cum plena, & omnimoda jurisdictione concessum censetur translatum privative quoad omnes, decis. 2. numer. 2. lib. 3.
Quilibet, licet invitus, cogi potest ratione scandali ad dimittendum officium, decis. 7. n. 8. lib. 11.

Omissio.

Vide etiam in verbo *Inventarium*.
Delictum commissionis punitur eadem pœna, qua punitur delictum commissionis, decis. 34. n. 31. lib. 15.
Delictum in omittendo fit delictum in committendo, dec. 34. n. 43. lib. 15.

Onus.

Onus assumendi cognomen, & arma testatoris perpetuo injunctum, præsupponit descensivum fideicommissum, dec. 59. n. 6. lib. 10.
Non implens onus sibi adjectum, perdit emolumentum propter oneris implementum relictum, dec. 4. numer. 1. lib. 7.
Declara, ut vera sit conclusio, si onus fuerit adjectum per viam conditionis; secus si per viam modi, ib. n. 2.
Onus dicitur adjectum per viam modi, non autem conditionis, si illud implementum fieri debeat post quæsitum emolumentum, ib. n. 3.
Amplia, etiam si adsit verbum cum illa conditione, ib. num. 3. & 2.
Onus scriptum in separata oratione, importat nonnisi modum, non conditionem, ib. n. 4.
Sic si respiciat habitationem in domo testatoris, cum illa sequi non possit, nisi apprehensa illius possessione, ib. n. 5.
Onus, quod respicit causam finalem dispositionis, sive sit injunctum per viam modi, sive per viam conditionis, debet adimpleri, alias dispositio corruit, si non adimpleatur, ibid. numer. 9.
Requiritur tamen interpellatio, ib. n. 10.
Ob non impletum onus assumendi nomen, & arma alicujus familiæ, evenit caducatio vocationis, decis. 5. n. 1. lib. 7.
Ut ob non impletum onus per viam modi injunctum resolvenda sit dispositio, exigitur interpellatio, ib. n. 6.
Onus per viam modi, non autem conditionis injunctum, si adimpleri debeat post emolumentum quæsitum, modum, non conditionem importat, dec. 6. n. 2 4. & 5. lib. 7.
Ex causa non implementi oneris modalis, non oritur caducitas, sed exigitur interpellatio, dec. 6. n. 7. lib. 7.
Onus, quod respicit causam finalem donationis, sub pœna caducitatis est implendum, sive sit per viam modi, sive conditionis scriptum, dec. 7. n. 10. lib. 7.
Exigitur tamen interpellatio, ib. n. 8.
Non exigeretur, si ageretur de donatione facta intuitu matrimonii, & ad effectum conservandi specialiter famam donantis, mediante præcepti implemento, ib. n. 9.
Minusque requireretur, si adesset clausula resolutiva, ib. n. 10.
Hæres non potest onus ab Auctore acceptatum recusare, dec. 16. n. 18. lib. 10.
Onus deferendi cognomen, & arma familiæ, injunctum filiis, & descendentibus alicujus in infinitum, ex se solum importat perpetuum fideicommissum, dec. 48. n. 1. dec. 49. n. 1.
Qui non honoratur, non est honorandus, dec. 48. n. 2. lib. 10.
Onus deferendi cognomen, & arma familiæ, præsefert votum conservandi agnationem, decis. 48. n. 3. dec. 49. n. 2. lib. 10.
Et est magnum argumentum perpetui fideicommissi, ibidem numer. 4.
Illoque concurrente, sufficit qualibet conjectura, ib. n. 5.
Et conjectura est præceptum deferendi arma testatoris, absque mixtura, dec. 48. n. 6. & 8. lib. 10.
Onus deferendi cognomen, & arma, nisi fideicommissum induceret, effectum non haberet, dec. 49. n. 3. lib. 10.
Prælatum onus certe fideicommissum inducit, si aliqua concurrat conjectura, ib. n. 4.
Prohibitio mixturæ aliorum cognominum, & armorum, est conjectura suadens fideicommissum ex onere assumendi cognomen, & arma familiæ, dec. 49. n. 9. lib. 10.
Onus deferendi arma, & cognomen testatoris impositum hæredi, & descendentibus in perpetuum, præsefert fideicommissum reciprocum, decis. 50. n. 1. lib. 10.
Etiam absque alia conjectura, ib. n. 2. Traditur ratio n. 3.
Et ratio vindicatur a Doctoribus, qui in contrarium solent allegari, ib. n. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.
Onus deferendi arma, & cognomen testatoris, injunctum hæredi, & descendentibus, absque dubio perpetuum, & reciprocum inducit fideicommissum, si aliqua licet levis concurrat conjectura, dec. 50. n. 12. dec. 52. n. 3. lib. 10.
Et eo clarius hoc procederet, si adjecta fuerit pœna privationis, dec. 51. n. 4. lib. 10. & dec. 52. n. 3. lib. eod.
Onus injunctum hæredi, & descendentibus, deferendi arma, & cognomen testatoris, inducit perpetuum fideicommissum, licet de eodem aliter non appareat, præsertim si concurrant conjecturæ, dec. 15. n. 1. & 2. lib. 10.
Quo casu dictum onus non resolvitur in merum consilium, ib. num. 4.
Cessatio oneris importat totalem cessationem fideicommissi, decis. 57. n. 13. lib. 10.

Onus

Onus fideicommissi injunctum filiis primis hæredis, censetur in reliquis descendentibus repetitum, si illi fuerint designati per comparationem ad primos per verbum hæredis, dec. 71. n. 4. lib. 10.
Onus ignoratum non præsumitur defectum, dec. 56. numer. 21. lib. 13.

Opinio.

In iis, quæ a voluntate partium pendent; magis attenditur opinio, quam veritas, dec. 2. n. 16. lib. 1. dec. 11. n. 17. lib. 9. dec. 48. n. 13. lib. 10.

Oratio.

Unica est oratio; quæ regitur ab uno verbo, dec. 32. n. 66. lib. 16.

Origo, Oriunditas.

Oriunditas ex quibus probetur, dec. 44. n. 5. lib. 13.
Filius sequitur originem patris, licet alibi sit natus, dec. 44. n. 6. lib. 13.

P

Pactum.

Pacta sunt servanda, dec. 18. n. 4. lib. 8.
Pacta servabo, est vox Dei in ore Prætoris; dec. 18. n. 6. lib. 8.
Pacta, & conventiones initæ inter socios mercatores debent posse legi ante forum, in quo exercetur negotiatio, ad hoc ut ligent contrahentes cum negotio, dec. 65. n. 8. lib. 8.
Privatæ conventiones factæ inter socios mensæ nummulariæ non præjudicant credentibus pecuniam, nisi publice sint expositæ, decision. 16. n. 27. lib. 8. dec. 29. n. 9. lib. eodem.
Pacta ad imperii jud cari non debent, dec. 1. n. 5. lib. 1.
Pacta omnia in eadem scriptura sunt correspective, dec. 18. n. 3. lib. 6.

Papa, Pontifex.

De potestate Pontificis dubitare nefas, cum de voluntate constat, dec. 5. n. 4. lib. 14.
Joannes XXII. sedit in Cathedra S. Petri ann. 1316. dec 2. n. 8. lib. 15.
Pontifex mente ad incogitare non trahitur, dec. 34. n. 10. lib 13.
Papæ non præsumitur informatus de statu Beneficiorum; secus in Episcopo ob frequentes visitationes, dec. 37. n. 18. & 19. l. 13.
Pontifex in materia beneficiali habet absolutum dominium, decis. 39. n. 7. lib. 13
Ex consuetudine, & stylo Pontificis antecessoris, elicitur voluntas Pontificis successoris, dec. 54. n. 10. lib. 13. ib. dec. 55. n. 9.
Papa non præsumitur velle Ecclesiam duplici onere gravare, decis. 55. n. 6. lib. 13.
Amplia, licet in reservatione pensionis apposuerit clausulam; dummodo remaneant centum pro Rectore, ib. n. 7.
Amplia quoque non obstantibus verbis quibuscunque ordinationibus non consistentibus, ib. n. 8.
Voluntas Pontificis reservantis posteriores pensiones, semper regulari debet juxta stylum antecessoris, decis. 56. n. 19. lib. 13.
Nihil potius allegari potest, quam motus proprius Pontificis, dec 68. n. 2. lib. 13.
In materia levioris ponderis, præsumitur Papæ oblivio, etiam in rebus ab ipso gestis, ob negotiorum multiplicitatem, dec. 68. n. 8. lib. 13.
Pontifices, qui solent concedere indulta, ut pensiones retineantur, non obstante matrimonio, specifice includunt pensiones reservatas, & reservandas, dec. 75. n. 20. lib. 13.
Ita ut, si in aliqua gratia alterum de prædictis non expresserit; censetur alterum includere noluisse, ib. n. 21.
Papa censetur dispensare eo ipso, quod dirigit gratiam alicui inhabili, dec. 76. n. 15. lib. 13.
De potestate Summi Pontificis ambigere nefas, dec. 5. n. 4. lib. 14.
Maxime, si illius dispositio versetur in negocio alias de jure ancipiti, ib. n. 6.
Derogatio Papæ rem claram reddit, dec. 5. n. 16. lib. 14.
Declaratio Summi Pontificis suggestionibus extorta, gratiam revocare nequit, dec. 5. n. 18. lib. 14.
Maxime, si res non sit amplius integra, ib. n. 19.
Patrimonium Papæ est destinatum ad subsidium pauperum; levamen oppressorum, & fidei propagationem, dec. 34. n. 17. lib. 15.
Papa non tenetur in renovationibus emphyteuticis sequi æquitatem Bartoli, dec. 3. n. 1. lib. 1.
Papa non tenetur sequi æquitatem Bartoli attentis, quatenus noluit illam servare, cum sit solutus legibus, dec. 3. n. 1. lib. 1.
Papa, vel Princeps, omisso proximiore, investiens extraneum sine causa, dicitur irrogare injuriam, & æquitatem offendere, dec. 3. n. 3. libr. 1.
Ex scientia Nuncii, & ministrorum Papæ, non infertur scientia Papæ, dec. 3. n. 10. lib. 1.
Scientia Papæ non inducit ex supplici libello ipsi porrecto per plures dies ante gratiam, & renovationem feudi factam tertio, dec. 3. n. 11. lib. 1.
In Pontifice gravioribus negotiis impedito præsumitur oblivio, decision 3. n. 12. lib. 1.
De voluntate Papæ constare dicitur per derogationem regulæ de jure quæsito, dec. 3. n. 13. lib. 1.

Par.

Par in parem habet imperium, decis. 6. n. 7. & 8. lib. 2.

Parentela.

Parentela est probanda per gradus distinctos, decis. 219. n. 4. lib. 13.

Partita.

Ex partitarum contrapositione desumitur debiti effective satisfactio, dec. 30. n. 5.
Declara, ut n. 18. lib. 8.
Vide verbo *Debitum*, verbo *Solutio*.
Partitæ per Notarium extractæ, plene probant dec. 58. n. 13. lib. 13.

Pascua, Pascere.

Vide etiam in verbo *Animalia*.
Ex interdictione pascuorum a locis damnificationibus obnoxiis oritur permissio pascendi in montaneis pascuis, in quibus damnificationes nequeunt timeri, dec. 2. n. 8. lib. 4.
Jus pascendi in bonis propriis, tanquam jure naturali cuique competens, tolli nequit de ordinaria potestate, etiam a Principe, ib. n. 9.
Limita, si concurrat utilitas publica, vel interdictio fiat ad tollenda scandala, ib. n. 10.
Limita iterum, si illud jus tantummodo modificetur, vel restringatur, & compensetur super aliis bonis, ib. n. 11.
In materia pascuorum potest imponi pœna adversus contravenientes, quæ damnum superat, decis. 2. n. 2. lib. 4.
Ac etiam valet ipsa pœna exigi, ubi nullum probetur damnum; quia non exigitur ratione damni, sed ratione contemptus, ib. n. 13.
In territoriis satis, vineatis, & olivatis, etiam recollectis frugibus, non est permissum animalia mittere ad pascendum, ib. num. 14.
In quolibet territorio reservari solet etiam adversus Ecclesiasticos certa pars, ut affidati, & macellarii valeant animalia mittere ad pascendum, dec. 2. n. 17. lib. 4.
Ubi ordinatio indicta pro latrcis de animalibus pro bono publico in territorio depascendi esset ad Ecclesiasticos extendenda; debet ordinari, quod tantummodo judex Ecclesiasticus valeat cognoscere causas contraventionum, & pœnæ pro rata fisco applicandæ applicentur piis locis, dec. 2. n. 18. lib. 4.
Jus pascendi, ut pote dominii directi, ejus naturam sequitur, decision. 8. n. 2. lib. 4.
Jus pascendi ab hærede gravato alienatum, per ejus hæredem reintegrari debet, dec. 8. n. 4. 5. & 6. lib. 4.

Pater.

Pater filiam tenetur dotare, etsi ipsa habeat aliunde, decis. 4. n. 8. libr. 1.
Pater potest prævenisse filiis assignare legitimam, dec. 36. n. 5. lib. 8.
Pater alendo filium, censetur voluisse compensare debitum occasione redituum a patre perceptorum, & ad filium spectantium, dec. 51. n. 7. lib. 10.
Pater relicta dote, vel legitime filiæ, valet quemlibet extraneum sibi hæredem conscribere, dec. 5. n. 10. lib. 14.
Pater tenetur filiæ subministrare fructus dotales ab initio matrimonii loco alimentorum, decis. 7. n. 22. lib. 6.

Patrimonium.

Stante patrimoniorum diversitate, tollitur beneficium separationis bonorum, dec. 13. numer. 22. lib. 6.

Patronus.

Patronus beneficii gaudet privilegio deducto ne egeat, contra illum possessorem, dec. 31. n. 1. libr. 8.
Fallit, si fuerit pertinax, & dolosus in litigando, ib. n. 2.
Patronus acquirit in Ecclesia præeminentiam, & præcedentiam; dec. 3. n. 6. lib. 13.
Patronis laicis competit de jure administratio temporalis reddituum Ecclesiæ per viam custodiæ, dec. 4. n. 11. lib. 13.
Patroni tenentur præsentare eum, qui habet qualitates volitas a testatore, dec. 9. n. 2. lib. 13.
Appellatione hæredum, & successorum quorumcunque, veniunt tam patroni Ecclesiastici, quam laici, decis. 13. num. 4. lib. 13.
Patronus reservando patronatum pro ejus hæredibus, censetur voluisse quoque fideicommissarios comprehendere, dec. 13. n. 5. lib. 13.
Patronus potest a dispositis in fundatione, in testamento variare, dec. 13. n. 11. & 12. lib. 13.
Enunciativæ factæ absentibus patronis, ipsis non præjudicant, dec. 19. n. 11. lib. 13.
Patroni servare debent leges fundationis, si hæc demandat præsentandos esse personas certi generis, dec. 80. n. 1. lib. 13.
Patroni si præsentaverint non habentem qualitates requisitas; habens qualitatem habetur pro præsentato, ib. n. 2.

Pauper.

Pauperior semper est præferendus in beneficiis in concursu aliorum minus pauperum, dec. 16. n. 17. lib. 13.

Paupertas.

Probatio inopiæ requiritur ad obtinendum beneficium deducto ne egeat, dec. 31. n. 4. lib. 8.

Pram,

Pecunia.

Pecuniæ in Urbe non solent tenere otiosæ, *dec.* 1. *num.* 6. *lib.* 5.
Pecuniæ oppignoratio in jure admittitur, *dec.* 18. *la* 2. *n.* 8. *lib.* 8.
Pecunia venit appellatione rei, *ib. n.* 9.
Argenti appellatione venit pecunia, *dec.* 18. *la* 4. *n.* 11. *lib.* 8.
Pecuniæ remanent depositæ ad creditum ejus, cui creditæ fuit, *dec.* 26. *n.* 12. *lib.* 8.
Pecunia depositata remanet in dominio debitoris, *dec.* 40. *n.* 10. *lib.* 3.
Et super ea omnes creditores possunt concurrere, *ib. n.* 11.
Qui tenetur certam speciem pecuniæ solvere, vel speciem ipsam præstare tenetur, vel eamdem in monetam æstimata, quo illa tunc pessit, sive evenerit decrementum, sive augmentum, *dec.* 62. *n.* 7. & 8. *lib.* 13.
Sicut solet alter accommodare proprium fundum pro censu impositione, ita & solet propria accomodari pecunia pro alterius obligatione, *dec.* 35. *n.* 1. *lib.* 15.
Pecunia per cautionem præstitam censetur extare, & dicitur non soluta, *dec.* 13. *n.* 18. *lib.* 6.

Pensio, Pensionarius.

Ministri Ecclesiæ non possunt efformare observantiam Ecclesiæ præjudicialem, recipiendo minorem pensionem, quam debetur, *dec.* 38. *n.* 6. *lib.* 13.
Pensio remanet nulla in totum, si non remaneat centum Rectori libera ab omni onere, *dec.* 49. *n.* 2. *lib.* 13.
Et hæc probatio est facienda a pensionario, *ib. n.* 3.
Limita, stante consensu titularis, ac etiam obligatione in forma Cameræ, *ib. n.* 4.
Sed contra, *ib. n.* 5.
Onera beneficii sunt deducenda in calculanda congrua, *dec.* 49. *n.* 8. *lib.* 13.
Pensio est nulla in totum, nec est reducenda stante clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, etiam si expressus valor in obolo deficeret, *dec.* 49. *n.* 9. & 10. *lib.* 13.
Consensus titularis, licet excusat pensionarium a probatione valoris, attamen id non procedit, quoties agatur de consensu, qui sit qualificatus a gratia in se conditionem retinente, dummodo remaneant centum pro Rectore, *decis.* 50. *num.* 1. *libr.* 13.
Eo enim casu consensus, licet effrænate præstitus, conditionalis efficitur, *ib. n.* 2.
Pensionarius nedum valorem, sed etiam verificationem clausulæ, dummodo, & copulative, verificare debet, *dec.* 50. *n.* 7. *lib.* 13.
Et si deficiat probatio in minimo, pensio corruit in totum *ib. n.* 8.
Pensio reducitur, non vero rescinditur, si de tempore reservationis verificabantur ea, quæ verificari debebant, licet ea post supervenerit fructus diminutione, *decision.* 50. *numer.* 9. *libr.* 13.
Qui consensit reservationi pensionis, nisi doceat de errore, vel fructuum diminutione, illam impugnare non potest, *dec.* 51. *n.* 2. *lib.* 13.
Pensionarius, quoties semel justificaverit valorem beneficii, amplius cogi non potest ad reiterandam probationem, sed titularis tenetur concludenter errorem, aut fructuum diminutionem probare, *dec.* 51. *numer.* 3. *lib.* 13. *ibidem decision.* 52. *num.* 9.
Contrarium siquidem tantum recipitur, quatenus nunquam examinata facta probatio, *ib. n.* 4.
Etiamsi pensio reservata fuerit cum clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, *ib. n.* 5.
Pro annullanda pensione exactissimæ exiguntur probationes, *ib. num.* 6.
Pensio totaliter corruit, si expressio valoris non verificetur usque ad obolum, *dec.* 52. *n.* 1. *lib.* 13.
Ex quantitate pensionis exactæ argui non potest valor beneficii, *decis.* 52. *n.* 8. *lib.* 13.
Pensio pro rata reducitur, si fructus beneficii diminuantur, *dec.* 52. *n.* 10. *lib.* 13.
Pensio pure reservata, si Papa solvendam esse demandaverit post extinctas pensiones reservatas, quoties una extinguatur, pensio est pro rata solvenda, *decision.* 53. *num.* 1. *libr.* 13.
Et dicto casu extinctio antiquioris cedit commodo pensionarii, *ib. n.* 2.
Secunda pensio ruit, si in reservatione facta non fuerit mentio primæ existentis in suo robore validitatis, *dec.* 53. *n.* 1. *lib.* 13. & *dec.* 55. *n.* 1. *lib. eod.*
Amplia, ut non reviviscat, si prima extinguatur, *ibid. num.* 2. & 3.
Amplia, etiam si secunda pensio reservata fuisset motu proprio, *ib. n.* 1.
Existentia primæ pensionis quomodo probetur, *dec.* 53. *num.* 5. *lib.* 13.
Secundæ pensionis nullitas proveniens a non facta expressione primæ salvatur, si taciturnitas non fuerit dolosa, *dec.* 54. *n.* 6. *lib.* 13. & *dec.* 55. *n.* 2. *lib. eod.*
Contrarium est verius, quando agitur in judicio petitorio, *ib. num.* 7. 8. & 9. *ibid. decis.* 55. *num.* 3.
In judicio petitorio valor narratus per assensum, & conditionis verificatio, quod centum remaneant pro Rectore, concludenter est justificanda, *dec.* 54. *n.* 12. *lib.* 13.
Amplia, etiamsi titularis consensisset pensioni reservatæ ad favorem alicujus personæ, *ib. n.* 12.
In judicio petitorio probatio valoris expressi per assensum facienda est per pensionarium concludenter, *dec.* 55. *n.* 10. & 11. *lib.* 13.
Præsertim, si in pensionis reservatione adsint clausulæ, ut asseris, & dummodo remaneant centum pro Rectore, *ib. n.* 12.
Ut sustineri valeat reservatio pensionis, probatio valoris, respicere debet tempus ipsius reservationis, *dec.* 55. *num.* 13. *lib.* 13.
Valor si probetur per præsumptiones, & conjecturas, non sufficit pro sustinenda pensione, *decis.* 55. *num.* 15. *lib.* 13.
Secunda pensio reservata cum expressione primæ in minori summa, potest convalidari, *dec.* 55. *n.* 16. *lib.* 13.
Prout etiam, si falsus valor fuerit expressus, sed cum bona fide; *dec.* 55. *n.* 17. *lib.* 13.
Secunda pensio ob non factam expressionem primæ corruit in totum, *dec.* 55. *n.* 18. *lib.* 13.
Et convalescere non potest, licet prima extinguatur, *dec.* 55. *n.* 19. *lib.* 13.
Non justificato valore, pensio non reducitur, sed in totum rescinditur, *dec.* 55. *n.* 20. *lib.* 13.
Reservatio pensionis est nulla, si in ea non fuerit facta expressio, quod altera reperiebatur, *dec.* 56. *n.* 2. *lib.* 13.
Limita, si mentio primæ pensionis omissa fuerit, non ex malitia, sed ex probabili, & justa ignorantia, *ib. n.* 3.
Contrarium, *n.* 7.
Pensio per aliquod tempus non exacta, præsumi potest extincta, *dec.* 56. *n.* 6. *lib.* 13.
Reservatio secundæ pensionis absque expressione primæ est nulla, licet beneficium sit capax utriusque pensionis, *dec.* 56. *n.* 16. *lib.* 13.
Reservatio secundæ pensionis non facta expressione primæ irritatur, & non attenditur, quod Papa, si facta esset expressio, adhuc gratiam concessisset, *decis.* 56. *numero* 18. *lib.* 13.
Voluntas Pontificis reservantis posteriores pensiones, semper regulari debet juxta stylum antecessoris, *decis.* 56. *num.* 19. *lib.* 13.
Secunda pensio reservata præsumitur super fructibus in reservatione expressis, qui si sint in minori quantitate, quam illi, quos beneficium reddit, præsumitur fuisse detractum valorem antiquæ pensionis, *dec.* 56. *num.* 20. Contra, *num.* 22. *lib.* 13.
Clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, apposita favore titularis, in ejus odium retorqueri non debet, *dec.* 56. *n.* 23. *lib.* 13.
Quæ clausulæ tollere soleant quodcunque impedimentum in exactione pensionis, licet non fuerit facta mentio alterius, quæ in beneficio reperitur imposita, *dec.* 56. *num.* 24. 25. & *lib.* 13.
Ad sustinendam, vel irritandam pensionem ex defectu valoris attenditur tempus, quod percutit illius reservationem, *dec.* 56. *n.* 27. *lib.* 13.
Ad effectum sustinendi, vel irritandi pensionem defectu valoris exiguntur testes informati de bonis, & redditibus Ecclesiæ, *dec.* 56. *n.* 28. *lib.* 13.
Ac de oneribus beneficii, atque expensis pro recollectione fructuum, *ib. n.* 29.
In judicio petitorio concludens exigitur probatio super valore beneficii, ut sustineri possit pensio illi reservata, *dec.* 56. *n.* 30. *lib.* 13.
Pensio in totum annullari non debet, sed reduci in casu non factæ expressionis primæ pensionis, si mala fides deficiat, *dec.* 56. *n.* 31. *lib.* 13.
Prout nec in casu, non expressionis veri valoris, *ib. n.* 32.
Contrarium in utroque casu verius esse probatur, *ib. num.* 33. & 34.
Valor, atque verificatio clausulæ, dummodo, probari debet per pensionarium, licet iste reservationi consenserit, *dec.* 57. *num.* 1.
Si non verificetur clausula, dummodo, inserta in reservatione pensionis, dicitur fraudata voluntas Papæ, & pensio usque ab initio habetur pro infecta, *decis.* 57. *numero* 3. *lib.* 13.
Reservatio secundæ pensionis absque expressione primæ corruit, *dec.* 57. *n.* 4. & 5.
Limita, si titularis consensum præstiterit, non obstante scientia primæ pensionis, *ib. n.* 6.
Contrarium verum esse demonstratur, *ib. n.* 7. & 8.
Ad effectum probandi valorem pro sustentatione pensionis, sufficit probare reditus quinque annorum, ante, & post reservatam pensionem, *decision.* 58. *numero* 2. *lib.* 13. & *ibidem decision.* 59. *numero* 2. & *decision.* 60. *numer.* 3.
Onera variabilia, & voluntaria non minuunt valorem beneficii in præjudicium pensionarii, *dec.* 58. *num.* 6. *lib.* 13. & *ibid. dec.* 60. *n.* 6.
Inter hæc onera, quæ pensionario non præjudicant, enumerantur expensæ pro reparatione, & melioratione, sive domorum, sive bonorum Ecclesiæ, *ib. n.* 7.
Item expensæ, quæ fiunt pro reparatione ipsius Ecclesiæ, *ib. num.* 8.

Item

Item expensæ pro litibus, & salariis procuratorum, *ibid. numero* 9.

Et demum recognitiones, & strenæ, quæ vulgo, *Mancie*, appellantur, *ib. n.* 10.

Ut pensio reservata sustineatur, sufficit, quod valor narratus beneficii correspondeat juxta stylum Datariæ, & Cancellariæ, nec attendenda est æstimatio variabilis, & accidentalis meritorum, *dec.* 59. *n.* 1. *lib.* 13. *ib. dec.* 6. *n.* 2.

Ad hoc ut valor expressus in reservatione pensionis dicatur probatus, sufficit justificare, quod beneficium soleat reddere, licet titularis reditus exigere non curet, *dec.* 59. *n.* 4. 6. *&* 8. *lib.* 13.

Capitulum ex distributionibus quotidianis tenetur solvere pensionem pro titulari ex beneficio gravato percipere negligente, *dec.* 59. *n.* 6. *lib.* 13.

Onera variabilia, & incerta in consideratione non habentur pro irritanda pensione ex defectu verificationis valoris, *decis.* 59. *n.* 11. *lib.* 13.

Contrarium servatur in pensionibus reservatis in Parochialibus, *ib. n.* 12.

Necesse non est probare, quod titularis fructus beneficii exegerit, ut pensionis sustentatio valeat obtineri, *decis.* 60. *num.* 4. *lib.* 13.

Expensæ voluntariæ e valore beneficii non detrahuntur in præjudicium pensionarii, *dec.* 60. *n.* 8. *lib.* 13.

Ad sustinendam pensionem computanda sunt inter reditus prabendæ emolumenta, quæ titularis assequitur ex anniversariis, processionibus, aliisque similibus functionibus, *dec.* 62. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 14.

Emolumenta omnino incerta non computantur in valore beneficii ad sustinendam pensionem, *decision.* 62. *numer.* 18. *lib.* 13.

Item impensæ pro reparatione domorum, *ib. n.* 20.

Neque strenæ certis anni temporibus donari consuetæ, nec non expensæ litium, *ib. n.* 21. *&* 22.

Onera extraordinaria, & diminutiones fructuum, licet non computantur ad irritandam pensionem, tamen pensionarius tenetur illa pro rata subire, *dec.* 62. *n.* 25. *lib.* 13.

Limita, si agatur de beneficio non curato, & de pensione, quam Papa integre solvendam mandavit, *ibid. numer.* 27. *&* 28.

Diminutis fructibus beneficii reducitur pensio, *decis.* 62. *num.* 29. *lib.* 13.

Limita, si concludenter diminutio non probetur, *ibidem numero* 29.

Limita quoque, si diminutio perpetua non sit, *ibid. num.* 30. *&* 31.

Item limita in beneficio non curato, *ibid. numer.* 32. 33. 34. *&* 36.

Pensionarius miles Lauretanus liberatur ob obligatione gestandi eleemosynalem habitum, *dec.* 62. *n.* 39. *libr.* 13.

Prior capitum regionum Urbis potest retinere pensionem; *decis.* 62. *n.* 40. *lib.* 13.

Pensio corruit in totum, nec est reducibilis, si probatus non fuerit valor expressus per assensum, & cum clausula, *ut asseris*, *dec.* 63. *n.* 1. 10. *lib.* 13.

Ampliа in pensione reservata nedum in casu reservationis, sed in casu obitus, *ib. n.* 2.

Limitatur in casu, quo non adsit expressio valoris per assensum; & cum clausula, *ut asseris*, *ib. n.* 3.

Limitatur quoque in terminis pensionis conditionalis, & cum clausula, *dummodo medietatem non excedat*, *ibidem numero* 4.

Pensio corruit in totum; nec est reducibilis; si probatus non fuerit valor per assensum, & cum clausula, *ut asseris*, sive concurrat dolus, & mala fides, sive non, *dec.* 63. *n.* 5. *lib.* 13.

Præcipue, si titularis falsam narrativam valoris non retractavit, sed potius pro illius executione institerit, *ibidem numero* 6.

Pensio non reducitur, sed in totum annullatur ex defectu probationis valoris, etiamsi in reservatione expresse fuerit causa subveniendi de alimentis ei, cujus favore reservata fuit pensio, *dec.* 63. *n.* 11. *lib.* 13.

Pensionarius pro terminis decursis a die deputationis œconomi actionem habet contra ipsum œconomum, *dec.* 64. *numer.* 2. *lib.* 13.

Non vero contra titularem, qui ad illam amplius non tenetur; *ib. n.* 3.

Præterea, quando pensionarius expresse consensit liberationi casu, quo fiat fructuum assignatio, seu divisio in manibus œconomi, *ib. n.* 4.

Et tot dicantur pensiones, quot sunt anni, *ib. n.* 5.

Ex eventu alicujus pensionis cessatione, illa cedit beneficio titularis, non vero pensionarii creditoris, *ib. n.* 6.

Deputatio œconomi per titularem acceptata potest retractari, si ille velit pensiones decurrendas exsolvere, *decis.* 64. *n.* 7. *libr.* 13.

Dummodo præstetur cautio de solvendo pensiones futuras, *ibid. num.* 8.

Deputatio œconomi cessare debet, si titularis velit pensiones decursas exsolvere, & ad hunc effectum cautionem præstare, *dec.* 65. *n.* 1. 2. *&* 4.

Et deputatio ad dict. effectum facta reputatur temporalis, & est revocabilis, *ib. n.* 3.

Amplia, licet pensionarii creditores de pensionibus decursis ab œconomo non fuerint satisfacti, *ibid. numer.* 5.

Tot dicuntur esse pensiones, quot sunt anni, si pensionarius consenserit liberationi titularis per deputationem œconomi, *decis.* 65. *n.* 7. *lib.* 13.

Omnes fructus beneficii sunt hypothecati pro pensionibus, *decis.* 65. *n.* 8.

Limita, ut *n.* 9. *lib.* 13.

Cassatio pensionis reddit immune beneficium ab onere, *dec.* 66. *n.* 1. *lib.* 13.

Judex etiam parte non opponente potest pensionarium repellere agentem pro solutione pensionis, quoties constet, pensionem fuisse cassatam, *dec.* 66. *n.* 2. *lib.* 13.

Pensio, si cassetur ab eodem Papa, qui illam reservavit, non exigitur, quod exprimatur fuisse reservatam pro dote, *dec.* 66. *n.* 3. *lib.* 13.

Quando in cassatione pensionis opus non sit mentionem facere de clausula derogatoria in reservatione apposita, *dec.* 66. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 13.

In cassatione pensionis necessaria non est revocatio regulæ de jure quæsito non tollendo, *dec.* 66. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 13.

Pensio ex partium consensu reconvalidari non potest, sed nova gratia, & authoritas Papæ requiritur, *decis.* 66. *num.* 18. *lib.* 13.

Reconvalidatio pensionis ex observantia præsumi non potest *dec.* 66. *n.* 21. *lib.* 13.

Manutentio concedi non potest pensionario, si pensio cassata pateat, *dec.* 67. *n.* 1. *lib.* 13.

Amplia, licet contra cassationem plura opponantur, quæ turbida sint, *ib. n.* 2.

Pensionarius, qui diu distulit pensionem exigere, possessionem amittit, *dec.* 67. *n.* 3. *lib.* 13.

Titularis, qui exceptiones petitorium respicientes proponit, audiendus est etiam in judicio possessorio, quoties pensionarius per multum tempus pensiones exigere non curavit, *decis.* 67. *n.* 4. *&* 6. *lib.* 13.

Cassatio pensionis ut sustineri valeat, debet ex primi qualitas dotalis, si ista concurrat, *dec.* 68. *n.* 3. *lib.* 13.

Pensio ut pro dote reservata dicatur, exigitur, quod specialis fiat expressio, *dec.* 68. *n.* 4. *lib.* 13.

Defectus expressionis, quod pensio sit dotalis, non viriat gratiam, si non agatur de cassatione, sed de permutatione, *decis.* 68. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 13.

Pensionarius in judicio contra titularem, qui pensioni non consensit, tenetur probare valorem expressum in literis reservationis, *dec.* 70. *n.* 1. *lib.* 13.

Differentia inter pensionem conditionalem, & puram; est, quod in prima pensionarius debet notificare valorem etiam adversus eum, qui pensioni consensit; secus in secunda, *decis.* 70. *n.* 4. *lib.* 13.

Prætermissa expressione antecedentis pensionis, corruit posterior tanquam subreptitia, *dec.* 70. *n.* 12. *lib.* 13.

Ex expressione pensionis omissa per provisum, non inducitur illius approbatio, *dec.* 70. *n.* 13. *lib.* 13.

Ad hoc ut fructus beneficii, super quo fuerit reservata pensio, dicantur justificati, debet constare de reditu per quinquennium ante reservationem, & quinque post, *dec.* 71. *numer.* 17. *lib.* 13.

Pensio ex defectu justificationis corruit in totum, nec reducitur ad mensuram deficientiæ valoris, *decision.* 71. *numer.* 13. *lib.* 13.

Reservata pensione cum clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, pensio semper manet firma in eo, quod superest, *dec.* 70. *n.* 16. *lib.* 13.

In reservatione pensionis inspicitur voluntas Papæ concedentis, *dec.* 70. *n.* 17. *lib.* 13.

Pro consequenda pensione exprimitur in supplicatione ratio subveniendi pensionario de alimentis, *decision.* 71. *numer.* 30. *lib.* 13.

Titularis agens ad nullitatem pensionis ex defectu valoris, necesse habet illum concludenter probare per quinque annos ante reservationem, & totidem post, pensionario autem agenti ad illam sustinendam, sufficit probare valorem de tempore reservationis, *dec.* 71. *n.* 6. *lib.* 13.

Pensionarius in petitorio plene, & concludenter tenetur probare contra titularem, qui pensioni non consensit, valorem expressum per assensum, & cum clausula, *ut asseris*, alias pensio corruit in totum, *decis.* 72. *numer.* 1. *&* 2. *lib.* 13.

Ad sustinendam pensionem, sufficit, quod probatio valoris beneficii percutiat tempus reservationis per aliquot annos ante vel post, *dec.* 72. *n.* 4. *lib.* 13.

In judicio petitorio, ut pensionarius succumbere debeat; sufficit aliquo modo reddere turbidas ejus probationes super valore expresso, *dec.* 72. *n.* 13. *lib.* 13.

Pensio in totum corruit, si pensionarius non probaverit valorem expressum, *dec.* 73. *n.* 1. *lib.* 13.

Et valor ad dict. effectum est probandus per uniformem fructuum perceptionem, *ib. n.* 2.

Pensionarius non probat valorem beneficii ex solutione mediæ annatæ per titularem successorem exactæ, *decis.* 73. *num.* 10. *lib.* 13.

Pensionario manutentio denegatur, si nimis patens convincatur ejus malum jus in petitorio, *decision.* 74. *numer.* 1. *lib.* 13.

In materia pensionum solum factum legitimam possessionem non tribuit, *dec.* 75. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 13.

Adeo ut exigatur coloratio tituli, qui si pateat infectus, insufficiens etiam pro effectu manutentionis reputatur, *dec. 74. n. 4. lib. 13.*
Ad impediendam manutentionem ex capite nullitatis reservationis pensionis, opus est ipsam nullitatem verificare ex iisdem literis, *decision. 74. n. 5. lib. 13.*
Sed si nullitas fundatur super extinctione pensionis, sufficit, ut aliunde etiam verificetur, *decis. 74. n. 6. lib. 13.*
Exceptio, quod pensionarius contraxerit matrimonium, impedit manutentionem, *dec. 74. n. 7. lib. 13.*
Declara, ut non procedat, si adsit indultum, cujus relevantia dignosci tantum debet in judicio petitorio, *ib. n. 8.*
Subdeclara, quoties indultum oppositum extinctioni illam evidenter sellare faciat, & probabiliter dubitari non possit de illius efficacia, *ib. n. 9.*
Vel saltem, quoties incontinenti non constet indultum urgere non posse, *ib. n. 10. 11. 12. & 13.*
Pensio, quæ transfertur in alium, est eadem in substantia, quæ ab initio fuit reservata, & tantum per eam mutatur persona, & delegatio solutionis alteri facienda, *decision. 74. n. 20. lib. 13.*
Pensionario manutentio denegatur, si potest dubitari de extinctione pensionis, *dec. 75. n. 7. lib. 13.*
Pensionarius contrahens matrimonium, reddit prorsus extinctam pensionem, *decis. 75. n. 8. lib. 13.*
Amplia, licet mulier per solemnem professionem ante copulam dirimat matrimonium, vel matrimonium ipsum declaretur nullum, quia ad hunc pensio non reviviscit, *ibid. n. 9.*
In materia pensionis, quando petitorium est clarum, non attenditur possessorium, *dec. 75. n. 10. lib. 13.*
Ubi peti actitur de pensione, possessorium a petitorio dependet, *ib. n. 11.*
Pensionarius, qui matrimonium contraxit, non est in exactione manutenendus cum præsupposito, quod possit in petitorio indultum ostendere, *dec. 75. n. 16. lib. 13.*
Pensionarius, qui pensionem exegit post matrimonium contractum, eam tenetur restituere, *dec. 75. n. 29. lib. 13.*
Amplia, ut nec etiam excuset bona fides, *ib. n. 30.*
Pensio retinet naturam beneficii, & subjicitur omnibus legibus loquentibus de beneficio, *dec. 76. n. 1.* Contra, *n. 3. 4. 5. & 6. lib. 13.*
Pensio est quid mere temporale, & in aliquibus differt a beneficio, *ib. n. 3.*
Regressus conceditur, si titularis non solverit pensionem, & non in alio casu, & quando, *ib. n. 7.*
Pensionis est incapax habens merum, & mixtum imperium, prout qui exercet jurisdictionem sanguinis, seu officium criminale, *ib. n. 8.*
Miles sæcularis est incapax pensionis, *decis. 76. n. 9. lib. 13.*
Baro habens feudum est incapax pensionis, *ib. n. 10.*
Contra, *ib. n. 11.*
Declara, *ib. n. 12.*
Miles in servitio Sedis Apostolicæ non amittit pensionem, *dec. 76. n. 13. lib. 13.*
Observantia inservit in materia pensionum, *decis. 76. num. 18. lib. 13.*
Pensio, ejusque translatio, an quibus sustineantur, *dec. 77. n. 1. lib. 13.*
Incapax est acquirendi pensionem is, qui guberniis sæcularibus incumbit, *dec. 77. n. 2.*
Declara, ut *n. 3. lib. 13.*
Ex prolatione sententiæ capitalis incurritur in irregularitatem, non autem redduntur incapaces retinendi pensiones illi, qui illas retinent, *dec. 77. n. 4. lib. 13.*
Adscripti in ordine equestri militum Jesu Christi sunt incapaces retinendi pensiones, *ib. n. 5.*
Declara, ut n. 6. 7. & 8.
Titularis, qui se obligavit in forma Cameræ solvere pensionem, illius solutionem retardare non potest ob illius nullitatem, *dec. 78. n. 1. lib. 13.*
Pensionis solutio actualis probari debet in reservationibus pensionum beneficio pleno ad favorem conjunctæ personæ, alias ipsa pensio extinguitur, *dec. 78. n. 3.*
Declara, ut n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. *lib. 13.*
Existens in quasi possessione exigendi pensionem debetur manutentio, *dec. 79. n. 1. lib. 13.*
Exceptio deductionis congruæ retardare non potest manutentionem, *decis. 79. n. 2. lib. 13.*
Titularis integre solvere debet pensionem, licet fructus beneficii pro congrua non sufficiant, si ipse in forma Cameræ se obligavit, & literæ non adsit clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, *decision. 79. n. 3. lib. 13.*
Amplia, ut nec audiatur, si vellit dimittere fructus, reservata congrua, *ib. n. 4.*

Peritia, Peritus.

Relationi Periti de consensu partium electi standum est, non obstante allegatione suspicionis, *decis. 19. n. 8. libr. 15.*

Permutatio.

Permutatio licite fieri potest ab hæredibus gravatis, eaque observari debet ab illis successive vocatis, *dec. 37. n. 17. & dec. 38. n. 19.*
Licet causam non habeant a permutante, *n. 20. lib. 10.*

Persona.

Legitimatio personæ in ipso judicii limine facienda est, ne ante ju[illegible], quam persona, quæratur, *dec. 13. num. 2. lib. 10.*
Personæ legitimatio in judicem submissionis fieri debet, etiam parte non opponente, *decision. 13. numer. 6. lib. 10.*
Eadem personæ contentæ in parte dispositiva, censentur inde fuisse repetitæ in conditionali, *dec. 70. n. 1. lib. 10.*
Persona summopere dilecta bene potest sub appellatione suæ familiæ vocari, licet de ea non [illegible], *dec. 19. n. 11. & 12. lib. 16.*

Petitorium.

Quando petitorium absorbet possessorium, illud non est attendendum, *decis. 22. n. 10. lib. 13.*
Ea quæ petitorium respiciunt, in possessorio attendenda non sunt, *decis. 34. n. 12. lib. 13.*
Suspensio petitorii præsupponit fuisse super eo litem contestatam, *dec. 39. n. 5. lib. 13.*
Ex decreto judicis [illegible], quid fuerit in judicio deductum, *ib. n. 6.*
Petitorium quando absorbet possessorium, manutentio non conceditur, *decision. 69. n. 1. lib. 13.*
Judicium petitorium intentatum ab eo, qui non contendit se possidere, non impeditur per possessorium a collitigante propositum, *decis. 75. n. 6. lib. 13.*

Pignus.

Ex quibus elicitur voluntas acquirendi tuitionem pignoris jure hypothecæ, non jure dominii, *decision. 13. n. 18. lib. 8.*
Melius est pignori incumbere, quam rem persequi, *decis. 33. n. 55. lib. 15.*
Quæ differentia sit inter pignus, constitutum, fidejussionem, & expromissionem, explicatur, *decision. 34. n. 57. lib. 15.*
Solutione expleta restituitur pignus, *dec. 35. n. 6. lib. 15.*
Incrementum pignoris intermedio tempore superveniens spectat ad debitorem, *dec. 35. n. 8. lib. 15.*
Respectu tamen hypothecæ pignoris incrementum cedit favore creditoris, *ib. n. 9.*
Declara, ut hæc conclusio procedat, si generaliter pignus sit obligatum; secus si specialiter usque ad certam quantitatem, *ib. n. 10.*
Dominium pignoris creditor acquirit, si creditum pignoris valorem excedat, *dec. 1. n. 4. lib. 16.*

Pluralis.

Pluralis numerus ad unum referri non valet; secus tamen aliquando, *dec. 69. n. 16. & seqq. lib. 10.*

Pluralitas.

Pluralitas non præsumitur, nisi ab allegante concludenter probetur, *dec. 6. n. 17. lib. 9.*
Pluralitas resolvitur in singularitates, *dec. 55. n. 4. lib. 10.*

Pœna.

Pœnæ conventionales non debentur, nisi ad mensuram interesse, *dec. 18. n. 16. lib. 8.*
Declara tamen, ut procedat conclusio, quando pœna est adjecta quantitati; secus si sit adjecta pacto affirmativo, vel negativo, quo casu valide exigitur pœna, *dec. 18. n. 17. lib. 8.*
Pœna, & non conditio dicitur, quando agitur de privatione, & ademptione magni lucri, *dec. 85. numer. 51. lib. 10.*
Pœnalis dicitur dispositio, etiamsi agatur de privatione emolumenti quærendi, *ib. n. 54.*
Pœna consideratur stricte, quatenus relictum jam captum tollit, & late, quatenus jus quæsitum aufert, *ib. n. 55.*
Pœnis caducitatis, & privationis, ut hoc incurratur, requiritur contraventio clara, & manifesta, quæ nullo modo excusari possit, *ib. n. 57.*

Pontifex.

Vide *Papa.*
Pontifex si prohibuit, ut nullus in Monasterio potestatem, & authoritatem exercere possit, sequitur ex hoc, quod Abbatia sit nullius, nec subsit jurisdictioni Episcopi, *dec. 9. n. 18. lib. 3.*
Pontifex, quando aliquid concedit post relationem, & votum alicujus Congregationis Cardinalium, dicitur procedere ex certa scientia, & causa cognita, *ib. n. 46.*
Pontifex in suo Brevi non dicitur loqui suppositive, quando omnia diligenter narrat, & exprimit; sed potius dicitur [illegible], & simpliciter disponere, ita ut non sit opus alia verificatione, *ib. n. 47.*

Portio.

Si testator voluit substitutos habere omnes portiones, & totum, multo magis voluit habere portionem illius, qui prius decessit, *dec. 53. n. 19. lib. 10.*
Hæcque conclusio absque hæsitatione eo magis procedit, quando in institutione testator divisit hæreditatem in quotas, *ib. n. 20.*
Portio contravenientis acquiritur obedienti, *dec. 51. n. 8. lib. 14.*

Congrua portio.

Congrua non debetur ei, qui curam animarum non retinet, *dec. 61. n. 37. lib. 13.*

Con-

Congrua non elargitur non etiam Parocho, si in literis clausula, *dummodo*, non reperiatur, *dec.* 62. *n.* 38. *lib.* 13.
Congrua debetur Rectori curato, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 12.
Illaque debet esse sufficiens ad commodam illius sustentationem, *ibid.* *n.* 2.
Congrua debetur ab eo, qui decimas exigit, *dec.* 7. *n.* 4. *lib.* 12.
Stipendium potius, quam congrua, debetur Rectoribus amovibilibus, *dec.* 7. *n.* 5. *lib.* 12.
Stipendii, seu congruæ quantitatis ex quibus regulanda est, arbitrio judicantium remissa censetur, *dec.* 7. *n.* 11. & 12. *lib.* 12.

Possessio.

Continuatio possessionis usque ad mortem, præsumitur de jure, *decision.* 42. *n.* 12. *lib.* 8.
Illiusque transitus ad hæredes, *ib.* *n.* 13.
Obstante decreto irritanti possessio non tribuit manutentionem, *decis.* 3. *n.* 9. *lib.* 11.
Possessio non suffragatur, si possessorium clare resistat, *decis.* 4. *n.* 19. *lib.* 11.
Possessio anterior est manutenenda, *dec.* 5. *n.* 4. *lib.* 11.
Præcipue, si bonum jus possidendi assistit, *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 11.
Possessio capta contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini non est manutenibilis, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 11.
Possessio quando non possit præscribere, & tollere prioris status efficaciam, *decis.* 15. *n.* 23. 24. 25. 26. & 27. *lib.* 13.
Possessio absque apprehensione ad hæredem non transfertur, *decis.* 16. *n.* 15. *lib.* 13.
Sententia nulla non privat possessione, *dec.* 20. *n.* 21. *lib.* 13.
Possessio acquisita per rem judicatam, & cum partis contradictione, efficacior reputatur, *decis.* 34. *n.* 10. & 11. *lib.* 13.
Possessio attentate capta impedire non potest manutentionem primo possessori, *dec.* 4. *n.* 1. *lib.* 15.
Ea possessio præfertur caeteris, in qua hora apparet adnotatae in concursu alterius sine hora eadem die adeptæ, *decis.* 5. *n.* 1. *lib.* 15.
Illaque remedio manutentionis est sustinenda, *ib.* *n.* 2.
Possessio nulla est manutenibilis, *decis.* 5. *n.* 19. *libr.* 15. *decis.* 6. *n.* 10 *lib.* *eodem*.
Possessio capta cum mandato conditionali, dummodo possessio sit vacans, non est manutenibilis, si plenam constet fuisse possessionem, *decis.* 5. *n.* 20. *lib.* 15.
Possessio, in qua hora est adnotata, dicitur anterior, *decision.* 6. *n.* 1. *libr.* 15.
Possessio anterior est manutenibilis, *ib.* 2.
Possessio capi non potest die Dominico, *dec.* 6. *n.* 3. *lib.* 15.
Limita, si apprehenderetur virtute mandati de immittendo habentis clausulam, dummodo possessio sit vacans, *ibid.* *n.* 4. 5. & 6.
In relaxatione mandati de immittendo cum clausula, dummodo possessio sit vacans, nulla exigitur causæ cognitio, *ib.* *n.* 8.
Et si adhibitum fuisse Notarium alleratur in mandato, reputatur error, qui non noceret, *ib.* *n.* 9.
Possessio capi non potest alio in possessorio existente, ipso non citato, *dec.* 6. *n.* 18. *lib.* 15.
Et si caperetur possessio, nulla reputaretur, *ib.* *n.* 19.
Lis super possessione non impedit continuationem possessionis, nisi concurrat inhibitio, quæ præcise interdicit, *dec.* 12. *n.* 7. *l.* 15.
Ex actibus facultativis privativa possessio induci non potest, nisi probetur possessio, & acquiescentia, *dec.* 3 *n.* 11. *lib.* 2.
Longæva possessio excludit quamlibet facultatis præsumptionem; *ib.* *n.* 12.
Possessio immemorabilis non interrumpitur per litem, quæ nullum habuit effectum, *dec.* 4. *n.* 10. *lib.* 2.
Possessio rei conventi probatur ex sustentatione litis, *decis.* 10. *n.* 7. *lib.* 2.
Possessio defuncti semel probata, præsumitur continuata usque ad obitum, *dec.* 3. *n.* 13. *lib.* 6.
Et præsumitur transitum fecisse in ejus hæredem, donec contrarium probetur, *ib.* *n.* 14.

Possessor, Possidens.

Tertius possessor post lapsum decem annorum est tutus adversus hypothecam alterius creditoris, *dec.* 37. *n.* 3 *lib.* 8.
Possessori fideicommissi non denegatur adversus fideicommissarium retentio pro ejus creditis, *dec.* 51. *n.* 5. *lib.* 10.
Requiritur tamen, quod credita sint adeo clara, & liquida in substantia, & quantitate, ut contrarium probari nequeat in petitorio, *decision.* 51. *n.* 6. *lib.* 10.
Possessori legitimo debetur manutentio, *dec.* 7. *n.* 1. *libr.* 15.
Possidens auctore Prætore rite, & recte procedente manutenetur, *dec.* 11. *n.* 1. *lib.* 15. & *dec.* 14. *n.* 1. *lib.* *eod.*
Possidens pro indiviso cum alio, per obitum istius valet absque apprehensione, ob supervenientiam tituli, mutare causam possessionis, & jure proprio totum possidere, *dec.* 26. *n.* 1. *lib.* 16.
Limita, si defectus hæredem reliquerit, *ib.* *n.* 2.
Sed nihil adversus jus possessionis posset opponi, ex æquitate mutatio possessionis sustineretur, *ib.* *n.* 3.

Possessorium.

Pendente judicio super possessorio, & cognosci potest coram alio judice super petitorio, *dec.* 28. *n.* 8. *lib.* 15.

Prædilectio.

Ratio prædilectionis meretur animadversionem peculiarem, quando agitur de descendentibus; secus vero de transversalibus *decision.* 53. *n.* 11. *lib.* 10.
Ratio prædilectionis est conjectura, quæ suadet exclusionem substituti, ut subintret jus accrescendi, *dec.* 54. *n.* 4. *lib.* 10.
Hæc tamen prædilectio non urget, si proveniat ex institutione, & majori honore, *ib.* *n.* 5.
Minusque, si oriatur ex proximitate cohæredis transversalis, *ib.* *n.* 6.
Ratio prædilectionis facit cessare resolutionem pluralitatis in singularibus, *dec.* 55. *n.* 6. *lib.* 10.
Declara, ut procedat, si substitutus sit de descendentibus testatoris; secus e contra, *ib.* *n.* 7.
Prædilectio præsumpta non debet prævalere apertæ voluntati testatoris, *dec.* 1. *n.* 17. *lib.* 10.

Prædilectus.

Persona prædilecta, quæ dicatur, *dec.* 34. *n.* 6. *lib.* 10.
Is, qui fuit magis honoratus, magis dicitur prædilectus, *dec.* 40. *n.* 8. *lib.* 10.
Primo loco in testamento descriptus, magis præsumitur dilectus, *dec.* 27. *n.* 17. *lib.* 16.

Prædium.

Prædia fideicommissaria ab hærede gravato in emphyteusim concessa, per ejus hæredem reintegrari debent, si erant fructifera; secus si tempore concessionis erant sterilia, *decis.* 8. *n.* 11. & 12. *lib.* 4.
Sed si nullum pretium fuit solutum, pensio pro dd. prædiis solvenda, loco pretii assignari potest ad commodum fideicommissi, *decis.* 8. *n.* 13. & 21. *lib.* 4.

Prælatus.

Actus per capitulum gesti, sede vacante, non præjudicant Prælato in sede plena, *decision* 32. *n.* 14. *lib.* 13.
Prælatus quicunque potest territorium separatum, & jurisdictionem quasi Episcopalem sibi acquirere ex præscriptione immemorabili, imo ex simplici quadragenaria, *dec.* 9. *n.* 84. *lib.* 3.

Prælatio.

Prælatio ex ordine nominationis desumi non potest, si resistat juris ratio, vel non appareat de clara voluntate prælationem inducendi, *dec.* 40. *n* 13. *lib.* 10.
Prælatio maxime convenit condomino rei indivisibilis, *decis.* 32. *n.* 10. *lib.* 16.
Prælatio admittitur, quando deliberatio nondum est consummata, *dec.* 32. *n.* 12. *lib.* 16.
Motivum petendi prælationem pendet a quantitate pretii, *decis.* 32. *n.* 13. *lib.* 16.
In petenda prælatione inspicitur causa petendi, non quid postea futurum sit de re, *super qua petitur*, *dec.* 32. *n.* 14. *lib.* 16.
Petitio prælationis debet subsequi deliberationem, *dec.* 32. *n.* 35. *lib.* 16.
Oblatio cedulæ non est necessaria in petente prælationem, *ib.* *n.* 36.
Sed et debet per judicem præfigi terminus competens ad faciendum depositum, *ib.* *n.* 37.
Sufficitque oblatio verbalis, si licitator prælationem contendat; *ib.* *n.* 38.
Non dicitur deceptus sub fide edictorum, qui obeulis, rei vendendæ, quamvis alius compareat, qui potest præferri, *dec.* 32. *n.* 21. *lib.* 16.
Prælatio habet locum in venditione rei sub hasta, *dec.* 32. *n.* 22. *lib.* 16.
Prælatio de necesse supponit habilitatem ad succedendum, & qui præfertur, vere succedit, *dec.* 1. *n.* 54. & *n.* 116. *de statut. success.*

Prælegatum.

Vide in verbo Legatum.
Prælegata non veniunt in fideicommisso, si illud redderetur inutile, *dec.* 81. *n.* 9. *lib.* 10.
Prælegata ab hæreditate non distinguuntur, si in prælegatario concurrat qualitas hæredis, *dec.* 5. *n.* 9. *lib.* 14.
Prælegata dum absorbent hæreditatem ejus loco succedunt, *dec.* 5. *n.* 11. *lib.* 14.

Præscriptio.

Præscriptio non currit contra non valentem agere, *dec.* 35. *num.* 9. *lib.* 8. *decision.* 8. *lib.* 2. *n.* 10.
Præscriptio non currit durante minori ætate, *decis.* 36. *n.* 5. *lib.* 7.
Præscriptio urbis statutaria non admittitur, nisi probetur scientia in creditore, quod competat actio, *decis.* 36. *n.* 6. *lib.* 7.
Ad inducendam favore tutoris præscriptionem urbis statutariam contra pupillum factum majorem, non sufficit probatio scientiæ tutelæ, *dec.* 36. *n.* 8. *lib.* 7.
Præscriptio statutaria adversus forensem, & ignorantem, urgere non potest, *dec.* 10. *n.* 26. *lib.* 8.
Præscriptio non habet locum concurrentibus conjecturis excludentibus præsumptam solutionem, *decision.* 35. *numer.* 8. *lib.* 8.
In credito conditionali non incipit præscriptio, nisi post latam sententiam, & quare, *dec.* 35. *n.* 11. *lib.* 8.

Præ-

Digitized by Google

Præscriptio completa contra primos fideicommissarios, non valet obesse aliis sequentibus in gradu ex propria persona vocatis, *dec.* 17. *n.* 3. *lib.* 9.

Tantum censetur præscriptum, quantum possessum, *dec.* 32. *n.* 15. *lib.* 13.

Præscriptio ex quibus excluditur, *dec.* 66. *n.* 22. *lib.* 13.

Actus contrarii præscriptioni, ultra centum annos gesti, non elidunt centenariam subsecutam, *dec.* 4. *n.* 23. *lib.* 2.

Ad inducendam præscriptionem, probatio debet esse clara, & non æquivoca, *dec.* 7. *n.* 18. *lib.* 3.

Præscriptio immemorabilis desumitur ex continuato exercitio actuum jurisdictionalium, *dec.* 9. *n.* 85. *lib.* 3.

Ad effectum faciendi quadragenariam præscriptionem, non est opus, ut titulus sit undequaque validus, sed sufficit, ut sit putativus, & coloratus, *ib. n.* 91.

Supervenientibus novis titulis, bonam fidem inducentibus, nova præscriptio potest inchoari, & expleri, *ibidem numero* 104.

Quadragenaria præscriptio est sufficiens Prælatis inferioribus ad præscribendam jurisdictionem Episcopalem, *dec.* 10. *n.* 27. & 28. *lib.* 3.

Ex Brevibus Pontificiis declarantibus Abbatem Pastorem, resultat titulus aptus ad præscribendum, *ib. n.* 30.

Titulus ad præscribendum non requiritur, ut sit verus, & justus, sed quod sit talis, ut dederit justam causam, & causaverit bonam fidem, *ib. n.* 32.

Et sententia nulla causat titulum ad præscribendum, *ibid. num.* 34.

Præscriptio non interrumpitur, quando de tempore Belli quis in possessione continuavit, nec attenditur, quando deducto tempore Belli, adhuc præscriptio est completa, *ibidem numero* 39.

Præscribi potest jurisdictio Episcopalis a Prælatis Inferioribus, tam in parte, quam in totum, etiam cum titulo colorato, *ibid. n.* 17.

Et ad illam præscribendam sufficit quadragenaria cum titulo colorato, *ib. n.* 28.

Præses.

Præses Provinciæ Aquensis, ex particularibus consuetudinibus, cognoscit causas privatorum vigore submissionis generalis, *decis.* 7. *n.* 27. *lib.* 3.

Vide in verb. *Camera*, & verb. *Judex*.

Præsentatio, Præsentatus.

Præsentatio simpliciter emissa, declaratur, quo nomine, & titulo facta censeatur, *dec.* 1. *n.* 10. *lib.* 13.

Præsentationes censentur factæ a patrono tanquam domino feudi, si hujusmodi qualitas expressa extiterit, licet in præsentatione oppositum fuerit quoque nomen familiæ, *dec.* 2. *n.* 11. *lib.* 13.

Ordinarium reservando jurispatronatus cum qualitate laicali, censetur reservasse jus præsentandi, *dec* 3. *n.* 10. *lib.* 13.

Ad effectum acquirendi jus præsentandi ex reædificatione, exigitur, quod Ecclesia casu desolata sit, quia si destruatur animo illam reædificandi, patronatus non acquiritur, *ibid. numero* 11.

Limitatur, si Ecclesia minaretur ruinam, & cum consensu Ordinarii extiterit reædificata, *ibid. n.* 12.

Idque procedit, etiam si reædificatio fiat cum eisdem cæmentis, *ibid. n.* 13.

Unica præsentatio effectum sortita, sufficit in judicio manutentionis, licet agatur contra Ordinarium prætendentem libertatem, *dec.* 3. *n.* 16. *lib.* 13.

Præsentatio patroni non est necessaria, quando quis habet qualitates a fundatore requisitas, *dec.* 6. *n.* 3. *lib.* 13.

Præsentatio facta a patrono non valet, nisi præsentatus habeat cætera requisita volita a testatore, *dec.* 6. *n.* 4. *lib.* 13.

In concursu plurium præsentatorum præfertur ille, in quo concurrunt plures qualitates præscriptæ a testatore, *dec.* 6. *num.* 7. *lib.* 13.

Præsentationes factæ de extraneo non probant observantiam contrariam fundationi, in qua præsentatio passive reservatur illis de familia, nisi etiam constet de existentia alicujus capacis de familia tempore factæ præsentationis, *dec.* 6. *n.* 17. *libr.* 13.

Clausula, dummodo a medietate patronorum præsentatus sit, apponi solita in gratiis pro præsentato, verificatur in præsentatione patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, *dec.* 8. *n.* 2. *lib.* 13.

Ex præsentationibus effectuatis probatur pertinentia jurispatronatus, nisi contrarium plene probetur, *dec.* 8. *la* 2. *num.* 9. *libr.* 13.

Actus præsentationis refertur ad præexistentem titulum, *ibid. n.* 12.

Ex non præsentatione facta, non oritur præsumptio mali juris in filio, *dec.* 10. *n.* 8 *lib.* 13.

Quoties præsentatio fieri debet coram Ordinario, simplex non sufficit mandatum, nisi illud ad actum reducatur; item si agatur de justificatione gratiæ a Pontifice obtentæ, *decis.* 10. *n.* 10. *lib.* 13.

Mandatum ad præsentandum revocari non potest re non integra, *dec.* 10. *n.* 11. *lib.* 13.

Jus præsentandi spectat ad eum, qui habet qualitatem volitam a testatore, *dec.* 11. *n.* 1. *lib.* 13.

Jus præsentandi reservatum pro successoribus, spectat quoque ad fideicommissarios, sub quorum nomine ipsi veniunt, *dec.* 11. *n.* 2. *lib.* 13.

Maxime, si adsit dictio, *quibuscunque*, *ibid. n.* 3.

Jus præsentandi spectat ad eum, qui habet qualitates a testatore descriptas, *dec.* 12. *n.* 1. *lib.* 13.

Præsentatio habentis qualitates a testatore desideratas, prævalet præsentationi alterius, *dec.* 12. *n.* 2. *lib.* 13.

Extraneus admitti non potest ad præsentandum, durante linea vocata, *dec.* 13. *n.* 1. *lib.* 13.

Is præeligi debet, qui a pluribus fuit præsentatus, *dec.* 15. *n.* 2. *lib.* 13.

Præsentatio facta a successore hæredis gravati, non attenditur; si illius pateat jus substituti, *dec.* 16. *n.* 17. *lib.* 13.

Præsentatus a vero patrono est in jurepatronatus instituendus, *dec.* 16. *n.* 20. *lib.* 13.

Præsentatus debet gratificari ob derogationem medietatis vocum a Pontifice obtentam, *dec.* 18. *n.* 5. *lib.* 13.

Derogatio prædicta alteri posteriori per competitorem obtenta est deferenda, *ib. n.* 9.

Præsentatus a vero patrono præfertur aliis præsentatis ab existente in quasi possessione præsentandi, cum regula sit, ut proprietas possessionem absorbeat, *dec.* 18. *n.* 10. *lib.* 13.

Pluribus patronis præsentantibus unitim, nulla rata distincta, præsentatio intelligitur facta pro æquali portione, *dec.* 19. *n.* 5. *lib.* 13.

Possessio, seu quasi in jure præsentandi, non attenditur, si petitorium clarum ei resistat, *dec.* 19. *n.* 14. *lib.* 13.

Etiam ad effectum justificationis gratiæ derogationis medietatis vocum, *ibid. n.* 15.

Episcopus, si patronus sit, debet intra terminum debitum præsentare, *dec.* 19. *n.* 16. *lib.* 13.

Jus præsentandi totaliter consolidatur in iis, qui intra debitum tempus præsentarunt, si alii præsentare neglexerint, *dec.* 19. *n.* 17. *lib.* 13.

Ex duabus præsentationibus effectuatis oritur probatio pertinentiæ patronatus, *dec.* 20. *n.* 3. *lib.* 13.

Ubi patroni præsentant, præsumitur, quod quilibet nominet pro portione æquali, *dec.* 20. *n.* 5. *lib.* 13.

Pendente lite prohibita est cumulatio præsentationis, *decis.* 21. *n.* 6. *lib.* 13.

Dummodo tamen lis vertatur inter ipsos præsentatos, *ibidem n.* 7.

Quadrimestre datum ad præsentandum constitutum fuit favore Ordinarii, ideo in ipsius præjudicium ipse post dictum tempus potest præsentationem admittere, *decis.* 22. *numer.* 2. *lib.* 13.

Cumulatio præsentationis factæ post quadrimestre, & durante jure præsentati non admittitur, *dec.* 22. *n.* 3. *lib.* 13.

Si adsit lis inter præsentatos, non admittitur cumulatio, sed cedente, vel decedente altero ex litigantibus, plenum jus ad institutionem petendam acquiritur superstiti, ac si fuisset ab omnibus patronis præsentatus, *decis.* 22. *numer.* 4. & 3. *libr.* 13.

Episcopus in præjudicium alterius præsentati nequit prorogare terminum ad præsentandum, *dec.* 22. *n.* 7. *lib.* 13.

Constito de vocatione jurispatronatus, & illius valida præsentatione, deneganda non est institutio, *decision.* 22. *numer.* 8. *lib.* 13.

Licet quasi possessio non transeat in hæredes quoad factum absque apprehensione, continuatur tamen in illis quoad effectum, ut præsentatus ab eisdem petere possit institutionem etiam in concursu alterius præsentati ab habente apud se possessionem quoad factum, *dec.* 22. *n.* 11. & 12. *lib.* 13.

Præsentatus a donatario, vel ab ejus hærede, præferri debet in concursu præsentati a donante, *dec.* 23. *n.* 6. *lib.* 13.

Ad tollendum jus præsentandi patrono existenti in quasi possessione præsentandi, requiritur plena, & concludens probatio, *dec.* 23. *n.* 9. *lib.* 13.

Præsentationes factæ a non existente in quasi possessione præsentandi sunt spernendæ, *dec.* 23. *n.* 15. *lib.* 13.

Jus præsentandi non abdicatur a donante, nisi post confirmationem Ordinarii, *dec.* 24 *n.* 4. *lib.* 13.

Ut quis dicatur fuisse præsentatus a majori parte patronorum, debent illi, qui præsentarunt, existere in quasi possessione juris præsentandi, *dec.* 25. *n.* 15. *lib.* 13.

Habens præsentationem a majori parte patronorum, est instituendus, *dec.* 26. *n.* 1. *lib.* 13.

Vide quoque in verb. *Institutio*.

Actus præsentationis in patronatu hæreditario fieri nequit citra jus, & nomen hæredis, *dec.* 61. *n.* 13. *lib.* 13.

Præsentationes, quæ factæ non fuerunt intra quadrimestre, nullum jus tribuunt, *dec.* 26. *n.* 16. *lib.* 13.

Præsentationes effectuatæ per quadraginta annos probant pertinentiam jurispatronatus favore præsentantis, *dec.* 30. *n.* 2. & 11. *lib.* 13. *dec.* 31. *n.* 2. *lib.* 13.

Consuetudo Mediolani Statue, per quam Communitates admittunt præsentationes factas a patronis, refertur, *decis.* 30. *n.* 20. *lib.* 13.

Ex præsentatione incœpta a centum annis, resultat bonum jus præsentandi super pertinentia patronatus, *decis.* 31. *numer.* 1. *lib.* 13.

Ad complendum cursum quadraginta annorum; computatur tempus ultimi possessoris, *dec.* 31. *n.* 3. *lib.* 13.

Ad hoc ut præsentationes statum constituant, debent esse claræ, *dec.* 31. *n.* 10. *lib.* 13.

Non

Non dicuntur claræ, quoties adsunt probationes in contrarium, *dec. 31. n. 21, lib. 13.*
Prælatus Ecclesiæ Collegiatæ absque consensu capituli præsentare non potest, *dec. 32. n. 2. lib. 13.*
Limitatur tamen, quando favore Prælati concurrit contraria reservatio ducta ex consuetudine, *dec. 30. n. 2. lib. 13.*
Observantia probat pertinentiam juris præsentandi favore illius, cui assistit observantia, *dec. 30. n. 6. lib. 13.*
Præsertim quando concurrunt enunciativæ conformes observantiæ, *ib. n. 7.*
Præsentationes factæ per Archipresbyterum præsumuntur emissæ saltem cum tacito consensu capituli, *decision. 32. num. 8. libr. 13.*
Ex ultimo actu præsentationis inducitur ultimus status beneficii, *dec. 32. n. 9 lib. 13.*
Confessio capituli, quod præsentatio ad ipsum spectat sede vacante, demonstrat, quod sede plena ad ipsum non spectet, *dec. 32. n. 16. lib. 13.*
Præsentatio alternativa unius compatroni præservat possessionem alterius, *dec. 32. n. 27. lib. 13.*
Provisio facta dotatarium et capite devolutionis canonizat jus præsentandi ad alterum spectare, *dec. 35. n. 32. lib. 13.*
Præsentatio ab existenti in quasi possessione præsentandi est attendenda, *dec. 34. n. 1. lib. 13.*
Præsentatio facta contra formam a fundatore præscriptam, irrita est, *dec. 16. n. 1. lib. 13.*
Ecclesia, seu Monasterium a testatore exclusum non potest præsentare ad juspatronatum, *dec. 39. n. 14. lib. 13.*
Dummodo præsentatio non coarctetur ad vitam Religiosi, *ibid. num. 15.*
Donatio juris præsentandi destituta consensu Ordinarii, non abdicat jus a donante, *dec. 39. n. 29. lib. 13.*
Pendente lite non licet præsentare, *dec. 40. n. 21. lib. 13.*
Præsentati assistentes in judicio, quorum quilibet prætendit beneficium ut suum, non qualificant litem super titulo, *decis. 40. n. 3. lib. 13.*
Pluribus existentibus de genere vocatis habentibus jus præsentandi datur optio præeligendi etiam remotiorem, *decis. 41. numer. 3.*
Declara, ut n. 6. *lib. 13.*
Possessio in præsentationibus est attendenda, *decis. 41. numer. 8. lib. 13.*
Præsentationes factæ in stirpes, & non in capita, demonstrant qualitatem hæreditariam, *dec. 43. n. 12. lib. 13.*
Major idoneitas præsentati non attenditur in concursu cum altero habente requisita volita a fundatore, *dec. 45. numer. 14. lib. 13.*
Quando præsentatio fieri debet de certo genere personarum, licet admittendus fuerit a patronis, neg ectus habetur tamen, ac si esset præsentatus ab ipso fundatore, ut veniat instituendus, *dec. 45. n. 15. & 16. lib. 13.*

Præservatio, Præservativa.

Præservatio regressus ad primæva jura in casu molestiarum effectum operatur a die contestationis litis, adeo ut non sit expectanda avocatio, nec dominii, neque possessionis, *decis. 46. n. 12. lib. 8.*
Et dicto casu pro exercitio priorum jurium non est necesse litem defendere, & illius veritatem, & substantiam inquirere, *ib. n. 13.*
Præservativa eveniente, succumbentia in lite nihil operatur, *decis. 23. n. 16. lib. 13.*

Præstatio.

Annua præstatio dicitur debita tanquam sors, si præstetur pro pretio bonorum venditorum, *dec. 4. n. 2. lib. 5.*

Præsumptio.

Præsumptio cedit veritati, *dec. 14. n. 10. lib. 8. dec. 8. n. 2. lib. 13. & dec. 32. n. 12. lib. eodem.*
Quisque præsumitur facere, quod sibi magis est utile, *decis. 6. n. 7. lib. 8.*
Actus ex quo oritur præsumptio, debet esse perfectus, *dec. 7. n. 8 lib. 8.*
Præsumptio præsumptionis non admittitur, *decis. 27. numer. 20. lib. 8.*
Præsumptio, *leg. miles, §. & defuncto*, ad effectum consequendi alimenta, contrariis præsumptionibus eliditur, *decis. 6. n. 16. lib. 14.*
Præsumptio, *d. l. miles. §. defuncto*, non fundatur tantum in matrimonio, sed in cohabitatione mariti cum uxore, & in mutuo eorum commercio, *dec. 6. n. 17. lib. 14.*
Præsumptio, *d. leg. miles, §. defuncto*, excluditur, si probetur uxoris concubinatus, pendente absentia mariti, *decis. 6. n. 18. lib. 14.*
Præsumitur, quod quis muneri suo satisfaciet, *dec. 45. num. 72. lib. 15.*
Præsumptio cessat, stante probatione contraria, *dec. 5. num. 76. lib. 1.*

Præteritio.

Dissimilis est casus præteritionis filiorum ad præteritionem ascendentium, *dec. 26. n. 13. lib. 9.*

Præteritus.

Præteritus, & per fideicommissum restituere rogatus, per clausulam codicillarem non potest detrahere, nisi unam quartam, *dec. 31. n. 3. lib. 9.*

Pretium.

Pretia rerum ex lapsu temporis variantur, *dec. 29. n. 11. dec. 55. n. 14. lib. 10.*
Pars pretii dicitur, quod solvitur pro ingressu rei locatæ, *dec. 61. n. 12. lib. 13.*

Primogenitura.

Si testator primogenituram constituerit pro conservatione bonorum in una tantum persona, successio stare debet in suspenso, donec persona nascatur; secus autem, si perpetuum ordinaverit fideicommissum pro conservatione bonorum in agnatione, *dec. 7. n. 14. lib. 10.*
In primogenituris, & fideicommissis Italiæ admittitur suspensio successionis, donec oriatur persona volita a testatore, & quatenus successio ad alios deferatur, illa transit irrevocabiliter, *dec. 7. n. 15. lib. 10.*
Idque eo magis procedit, si testator voluerit etiam post eventum conditionis natos ad successionem concurrere, *ib. n. 16.*
De hac voluntate resultaret ex vocatione omnium descendentium masculorum etiam nasciturorum, *ib. n. 17.*
Ex non restrictione vocationis masculorum existentium de tempore delatæ successionis per dictionem taxativam, *ibid. n. 18.*
Et etiamsi testator masculos alios non substituerit, *ib. n. 19.*
In primogenituris etiam in Italia conditis suspensio successionis non admittitur, quoties primogenitura fuit qualificata, & ordinata pro conservatione bonorum in familia, & agnatione, *dec. 8. n. 5. lib. 10.*
Limitatur, quoties constet de voluntate testatoris admittendi etiam natos ad successionem post eventum conditionis, *ibid. num. 6.*
Qualitas fideicommissi primogenialis perpetuitatem, & durationem importat, *dec. 39. n. 11. lib. 10.*
Qualitas primogenialis concludenter debet probari per eum, qui in ea se fundat, *dec. 39. n. 21. lib. 10.*
Qualitas fideicommissi primogenialis de sui natura non patitur ejusdem terminationem in sola vulgari, *dec. 41. n. 14. lib. 10.*
Primogenituræ, seu majoratus bona aggregata, illius legibus & conditionibus omnino subjacent, *dec. 87. n. 14. lib. 10.*

Primogenitus.

Secundogenitus naturaliter efficitur primogenitus civiliter per obitum, vel Monachatum primi, *dec. 40. n. 1. lib. 10.*
Qualitas primogenialis ei adscribi debet, qui in scriptura prius fuit nominatus, *dec. 40. n. 7. lib. 10.*
Qualitas primogenialis probatur ex ordine scripturæ testamentariæ patris *ibid. n. 8.*
Probatur etiam ex adminiculis simul unitis contra tertium in re antiqua, *ib. n. 14. & 15.*
Secundogenitus ob præmorientiam primogeniti efficitur primogenitus, *dec. 51. n. 2. lib. 10.*
Vocatio majoris natu de familia, aut primogeniti, repetitur tantum vulgaris, adeout primo admissa fieri non debeat restitutio aliis primogenitis, *dec. 21. n. 5. lib. 16.*
Et contrarium solum recipitur, quando adsunt verba perpetuitatem importantia, & tractum futuri temporis præseferentia, *ib. n. 6.* Vide verb. *Vocatio.*

Primus.

Qui primus esse debet, nullum alium ante se habere potest, *dec. 47. n. 29. lib. 13.*

Princeps.

Princeps supremus contrahens tanquam persona privata, tenetur ad observantiam promissorum, *dec. 18. n. 7. lib. 8.*
Voluntas Principis concurrere debet, ut ejus gratia subsistat, *dec. 1. n. 6. lib. 14.*
Principes solent exigere ab administratoribus loco cautionis certam summam, *dec. 34. n. 54. & dec. 35. n. 3. lib. 15.*
Scientia existentiæ proximiorum in Principe investiente externeum debet esse certa, & indubitata, *dec. 3. num. 9. de off. venal.*
Princeps neque per viam contractus potest aliquem sine ejus consensu obligare, *dec. 10. n. 20. lib. 2.*
Princeps non intendit, neque præsumimus velle spoliare dominum re, quam emit ab ipso Principe ex titulo oneroso, *decis. 11. n. 20. lib. 2.*
Princeps ratione publicæ utilitatis potest jus piscandi tollere, & contraventionibus pœnas damno majores imponere, *dec. 6. n. 7. lib. 4.*
Principis præsentia perhorrescentiam excludit, *dec. 2. numer. 37. lib. 8.*

Prior.

Prior in tempore, potior in jure, *decis. 50. n. 1. & n. 15. & decis. 11. n. 23. lib. 6.*

Prior, Prioratus.

Vide verb. *Religio Hierosolymitana*, & verb. *Miles Hierosolymitanus.*
Prioratus regulares officia magis, quam dignitates esse videntur, *dec. 6. n. 4. & 6. lib. 11.*
Et ideo ad incurrendam eorum privationem leviores causæ sufficiunt, *ibid. n. 6.*

Secu

Secus si agatur de beneficiis sæcularibus, ad quorum privationem incurrendam concludens delicti probatio acquiritur, *ibid. numer.* 17.

Introductio mulierum intra septa Monasterii e Priore facta, est causa ad illum admovendum, *ib. n.* 9.

Scandalosa Prioris regularis cum mulieribus conversatio præbet locum privationi, & amotioni ejusdem, *ib. n.* 8.

Si Prior regularis constitutionibus Ordinis contravenerit, & clausuram Monasterii ex mulierum introductione violaverit, ut manutentio concedenda non est, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 12.

Privatio.

Pœna privationis fit maxime adversus contravenientes voluntatibus defunctorum, *dec.* 48. *n.* 10. *lib.* 10.

Privatio supponit habitum, *dec.* 85. *n.* 17. *lib.* 10.

Facultas privandi inducta non per modum conditionis, sed per modum pœnæ, non potest exerceri, nisi prius in judicio constiterit de contraventione, & de formali incursu pœnæ, *dec.* 85. *n.* 40. *lib.* 10.

Privatio tunc dicitur inducta per modum pœnæ, quando quis est privatus, sive institutus pure, & simpliciter, & deinde onus injunctum non adimplet, *ib. n.* 42 & *n.* 44.

Ad dignoscendum, an privatio sit inducta per modum pœnæ, vel conditionis, debet primerio inspici voluntas testatoris, *ib. n.* 48.

Privatio, quando fuit indicta subinde, eademque oratione, tum legatariis, tum hæredi; tunc, sicuti respectu legatarii ademptio dicitur pœnalis, ita pœnalis censenda est respectu hæredis, *ib. n.* 51.

Ad privationis pœnam debent cauti, & rigorose judices procedere, antequam contra hæredem deveniant ob contraventionem, *ib. n.* 61.

Privationis pœna in causa molestiarum a testatore opponitur, ut pœnæ metu illorum præceptis pareatur, quam quod vere caducum per contraventionem committi debeat, *ibid. numero* 62.

Privationis pœna nunquam incurritur ex contraventione aliorum, *ib. n.* 63.

Privatio, remotio, seu exclusio supponunt antecedentem acquisitionem, & vocationem, *ib. n.* 18.

Privilegium.

Privilegium per non usum 30. vel 40. annorum amittitur, *dec.* 1. *n.* 10. *lib.* 3.

Privilegium amplum tribuens Monasterio jurisdictionem ulimitatam, comprehendit etiam bona, & ditionem postmodum eidem Monasterio quæsitam, *dec.* 9. *n.* 12. *lib.* 3.

Privilegia posteriora plurimum valent pro interpretatione aliorum privilegiorum concessorum in limine fundationis, *ibid. n.* 27.

Privilegia exemptiva concessa antiquissimis temporibus, a quibus subtilitatis, & formulæ postmodum introductæ exulabant, sunt plenam interpretandæ ad favorem exempti, *ibid. numero* 32.

Privilegia Regum, & Imperatorum super exemptione, quamvis orta sint a potestate laica, non faciunt statum, tamen plurimum valent ad interpretanda privilegia Pontificia, *ibid. numer.* 34.

Privilegii impetratio ostendit de jure non competere id, quod impetratur, cum non soleat, qui habet titulum e jure proveniens, aliorum, ac quo jus suum confirmet, amendicare, *dec.* 10. *n.* 15. *lib.* 3.

Privilegia ad hoc ut importent exemptionem activam, debent in se habere expressam mentionem Cleri, & Populi, cum omnimoda exclusione Episcopi, *ib. n.* 17.

Privilegii verba: *Quod nullus Episcopus in Monasterio jurisdictionem exerceat*, non includunt Clerum, & Populum, *ib. n.* 19.

Privilegia Pontificia antiquitus concessa Monasteriis claustralium, fere omnia restringebantur ad eos liberandos a lege diœcesana, & non e jurisdictionali Episcoporum, *ib. n.* 26.

Privilegium allegans, debet illud probare, *decis.* 7. *numer.* 25. *lib.* 14.

Privilegia de casu ad casum non extenduntur, etiamsi adsit identitas rationis, *ib. n.* 30.

Privilegia tumulandi antiquitus concedi solita Regularibus, præservabant jura Ecclesiæ Parochialis, *ib. n.* 32.

Probatio.

Probatio præsumptiva non admittitur in iis, quæ respiciunt intentionem actionis, *dec.* 6. *n.* 7. *lib.* 8.

Præsumptiva probatio inspiciens circumstantias factum comitantes attenditur, *dec.* 7. *n.* 9. *lib.* 8.

Possibilitas in contrarium excludit, quod probatio sit concludens, *dec.* 10. *n.* 9. *lib.* 13.

Non datur major probatio, quam ea, quæ oritur ex propria oris confessione, *dec.* 43. *n.* 1. & 5. *lib.* 13.

In materia probationis debent omnia insimul accipi, *decision.* 71. *n.* 1. *lib.* 13.

Rigor probationum relaxatur, ubi scripturæ ex aliquo infortunio fuerunt deperditæ, *dec.* 61. *n.* 14. *lib.* 13.

Probationes imperfectæ attenduntur, quoties proponuntur ad coadjuvandam probationem, quæ perfecta sit, *dec.* 73. *numer.* 15. *lib.* 13.

Ut indicia, & præsumptiones sufficiant in iis, in quibus perfectæ requiruntur probationes, exigitur lapsus octuaginta, & ultra annorum, *dec.* 73. *n.* 16. *n.* 13.

Arbitrio judicis est repositum, an probatio sit attendenda, *decis.* 14. *n.* 10. *lib.* 16.

Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

Probatio, quæ fit per comparationem, est valde periculosa, & suspecta, *dec.* 14. *n.* 10. *lib.* 16.

Quando de veritate characteris aliunde constat, non est submittenda fallaci judicio peritorum, *dec.* 14. *n.* 12. *lib.* 16.

Ubi ex inspectione constat de omnimoda, vel magna dissimilitudine scripturæ, judex sequi non debet peritorum judicium super uniformitate prolatum, *ib. n.* 13.

Probatio facta ab authore non potest impugnari ab illius hærede, *dec.* 9. *n.* 8. *lib.* 6.

Probatio deducta e verisimilitudine multum facit, *dec.* 9. *n.* 12. *lib.* 6.

Proclama.

Proclamata executioni non demandata nullum jus tribuunt, *decis.* 1. *n.* 13. *lib.* 1.

Procurator.

Procurator excento mandato invalido remanet ipse obligatus, *dec.* 11. *n.* 6. *lib.* 8.

Dummodo tamen ille, cum quo contrahit, ignoret invaliditatem mandati procuræ, *ib. n.* 3.

Procurator, cujus arbitrio reposita est determinatio pretii, valide obligat mandantem pro pretio per ipsum determinato, *dec.* 13. *n.* 1. *lib.* 8.

Gesta per procuratorem habentur pro gestis ab ipso mandante, *dec.* 13. *n.* 5. *lib.* 8.

Procurator non potest reportare promissiones a clientibus, *decision.* 39. *n.* 10. *lib.* 8.

Procurator non potest testificari in causa, quam tuetur, *decision.* 50. *n.* 5. *lib.* 13.

Testis, qui deponit de audito a procuratore, non probat, *decision.* 50. *n.* 6. *lib.* 13.

Recte proceditur, si in causa citetur procurator, qui e principio comparuit, *dec.* 7. *n.* 2. *lib.* 15.

Procurator Cæsaris respectu Proconsulis, jurisdictionem habebat privativam quoad causas fiscales; hodie judex Cameræ, qui Procuratoris Cæsaris locum obtinet, eadem prærogativa gaudere debet respectu Prolegati, qui in locum Proconsulis successit, *dec.* 1. *n.* 1. *lib.* 3.

Productio.

Producens nequit impugnare jura producta, *dec.* 91. *n.* 13 *lib.* 10. *dec.* 9. *n.* 14. *lib.* 9.

Productio in executivis habet vim petitionis, & libelli, etiam si verbis expressis facta non fuerit, *dec.* 3. *n.* 1. *lib.* 8.

Productio facta absque mandato procuræ non præjudicat principali, *dec.* 30. *n.* 9. *lib.* 13.

Productio jurium, & effectivæ oppositiones denotans non fuisse renunciatum liti, *dec.* 39. *n.* 12. *lib.* 13.

Proœmium.

Verba proœmialia solent testatoris explicare voluntatem, quoties pars dispositiva sit dubia; secus si sit clara, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 10.

Proœmium attendi non debet, sed dispositiva, si in illa eadem verba, ordine, modo, & forma inscripta, *dec.* 5. *num.* 7. *lib.* 10.

Professio, Professus.

Professio tacita excluditur ex quibuscunque actibus, seu declarationibus editis in contrarium, *dec.* 3. *n.* 12. *lib.* 9.

Professio est justificanda, *dec.* 3. *n.* 10. *lib.* 9.

Negativa emissæ professionis probatur ex inspectione librorum Religionis, *ib. n.* 11.

Post Sacrum Concilium Tridentinum professio tacita rarissime contingit, *dec.* 3. *n.* 13. *lib.* 9.

In quo casu professio non probetur in equite Hierosolymitano ex delatione habitus, *ib. n.* 14. & 15.

Prohibitio.

Vide in verbo *Alienatio*.

Prohibitio vendendi, cedendi, seu alienandi jura, non comprehendit commoditatem percipiendi fructus, *decis.* 10. *n.* 10. *lib.* 3.

Prohibitio certis personis facta extenditur ad omnes, & efficitur talis, si subsequitur fideicommissum magis amplum, *decision.* 18. *n.* 10. *lib.* 10.

Prohibitio disponendi usque ad certum tempus, præcipue si concepta fuerit per viam denegatæ potentiæ, importat facultatem disponendi post tempus præscriptum, *decision.* 30. *numer.* 1.

Contrariam sententiam tenent multi, *n.* 3. *lib.* 10. *decis.* 35. *n.* 1. 2. 3. & 4. *lib. eod.*

Prohibitio disponendi minori facta, censetur quoad contractus inter vivos, non quoad ultimam voluntatem, *dec.* 30. *num.* 9. *lib.* 10. *dec.* 31. *n.* 10. *lib.* 10.

Ex prohibitione ad tempus, infertur permissio post tempus, *decis.* 35. *n.* 5. Oppositum, *n.* 7. *lib.* 10.

Prohibitio ad tempus, si concurrat duplex negativa, inducit permissionem post tempus, *dec.* 35. *n.* 6.

Contrarium alii Doctores tuentur, *n.* 7. *lib.* 10.

Prohibitio ad tempus, an post tempus destruat fideicommissum; valde est dubium, *dec.* 35. *n.* 11. *lib.* 10.

Testator si post prohibitionem distractionis bonorum pro aliquo tempore factam scripserit fideicommissum in casu obitus, licet post tempus cesset prohibitio hominis expressa, semper durat tacita legalis in favorem vocatorum, *dec.* 35. *numer.* 13. *lib.* 10.

In prohibitione argumentum a contrario sensu importat solum con-

concessionem eorum, quæ in sensu directo prohibentur, *dec.* 35. n. 17. *lib.* 19.
Prohibitio alienationis extra casum præcisum, ubi apposita legitur, non extenditur, *dec.* 47. n. 7. *lib.* 10.
Prohibitio alienationis, si qualificata sit ab universali ratione conservandi hæreditatem indivisam, dicitur extensiva præcedentium dispositionum, non autem scrupulositatis, *dec.* 59. n. 5. *lib.* 10.
Vel agatur de probatione alienationis hæredibus factæ continentiæ temporis perpetuitatem, *ib.* n. 8.

Promissio, Promittens;

Promittens factum alienum cum clausula, *alias de suo proprio*, tenetur ad id, quod interest, si factum promissum fuisset adimpletum, *dec.* 9. n. 3. *lib.* 6.
Promittens factum alienum, factis possibilibus diligentiis excusatur ab implemento, *dec.* 33. n. 4. *lib.* 8.
Promissio aliquid tradendi pro alio in actu consignationis pretii, non dicitur fidejussio, *dec.* 18. n. 11. & 12. *lib.* 8.
Promissio solvendi certam quantitatem in ingressu capituli, & præbendæ Canonicalis, non tenet, *dec.* 2. n. 14. *lib.* 14.

Prorogatio.

Id quod explanat in termino prorogato, habetur, ac si a principio emanasset, *dec.* 6. n. 5. *lib.* 6.

Protestatio.

Protestatio retinendi, & conservandi præventivam conventionem excludit animum novandi, *dec.* 1. n. 5. *lib.* 8.
Protestatio contraria facto nullum inducit effectum, *dec.* 14. *numer.* 12. *lib.* 15. & *dec.* 25. n. 61. *lib. eod.*
Protestatio præservat jus protestantis, *dec.* 70. n. 10. *lib.* 13.
Protestatio præservat jus protestantis, ut contenta in articulis ei non præjudicent, *dec.* 4. n. 16. *lib.* 2.

Protocollum.

Deperdito protocollo, seu matrice, fides adhibetur exemplari, quod per successorem deputatum fuit transcriptum, *dec.* 75. n. 14. *lib.* 13.

Provisio.

Vide in verb. *Beneficium*.

Proximior.

Vide etiam in verbo *Ecclesia*, verbo *Majoratus*.
Sub nomine proximiorum, & consanguineorum, veniunt masculi ac fœminæ, *dec.* 11. n. 8. *lib.* 11. & *dec.* 11. n. 3. *lib.* 10.
Etiamsi vocati sint proximiores de domo, seu familia, *dec.* 11. n. 4. *l.* 10.
Limitatur, quoties testator præcedentes institutiones, & substitutiones ad solos masculos restrinxerit, *ib.* n. 5.
Proximiorum appellatione non veniunt fœminæ, si testator prospexerit ad conservationem agnationis, *dec.* 11. n. 7. *lib.* 10.
Amplia etiam in fœminis agnatis, *ibid.* n. 8.
Vide etiam in verbo *Descendens*, in verb. *Femina*.
Appellatione proximiorum de domo regulariter veniunt tam masculi, quam fœminæ, *dec.* 10. n. 1. *lib.* 10.
Contrarium, si testatoris resistat voluntas, *ib.* n. 2.
Proximiorum appellatione non veniunt fœminæ, si in substitutionibus antecedentibus testator masculos tantum vocaverit, *ib.* n. 4.
Vide etiam in verb. *Agnatio*, verb. *Femina*.
Proximiorum de domo appellatione non veniunt fœminæ, si testator ulterius apposuerit verba ipsius testatoris, *dec.* 12. n. 7. *libr* 10.
Proximioris vocatio communiter in genere sumitur, *decis.* 1. n. 46. *de Stat. success.*
Eique licet in abstracto coarctetur ad decimum, & sic ad certum gradum, *ib.* n. 47.
In concreto tamen ad unicum restringitur, *ib.* n. 48.
Ita ut prædicetur tantum de eo, quem nemo in gradu præcedit, *ibid.* n. 49.
Et nedum remotiorem vocationem non importat, sed omnimodam exclusionem præsefert, *ib.* n. 50.

Proximitas.

Proximitas gradus quando non sit admittenda, sed ætas, *dec.* 5. n. 13. *lib.* 10. & *dec.* 41. n. 14. *lib.* 13.
Proximitas in concursu alterius concludenter est probanda, *decis.* 31. n. 5. *lib.* 13.
Proximitas non suffragatur, deficiente qualitate per testatorem desiderata, *dec.* 45. n. 13. *lib.* 13.
Proximitas sola, & gradus maternus, filium agnatum de excluso efficit inclusum, & de se insuccessibili successibilem, *dec.* 1. n. 53. *de Stat. success.*
Jus proximitatis potest aliunde filio obvenire, quam ex parte, a qua provenit agnatio, *dec.* 1. n. 60. & n. 121. *de Stat. success.*

Pupillus.

Pupillo non præjudicat actus explicatus cum consensu tutoris, qui tutelarem qualitatem non expressit, *dec.* 36. n. 3. *lib.* 7.
In pupillo etiam effecto majore præsumitur ignorantia proprii crediti, præcipue si extra patriam mansit, *dec.* 36. n. 7. *lib.* 7.
Pupillus remanet obligatus ex facto institoris a patre in ejus vita deputati, *dec.* 30. n. 19. & 20. *lib.* 8.
Pupilli, & minores, lege inventarii ligantur, *dec.* 5. n. 1. *lib.* 9.
Solemnitas in aditione cum beneficio legis, & inventarii facta a pupillo, non requiritur, *dec.* 5. n. 3. *lib.* 9.
Minusque exigitur in subsequenti rei hæreditariæ descriptione, *ib.* n. 4.
Contra pupillum non currit præscriptio, *dec.* 76. n. 17. *libr.* 10.
Pupillus non potest actum a tutore gestum pro parte acceptare, & pro parte impugnare, *dec.* 38. n. 23. *lib.* 13.

Purgatio.

Vide in verb. *Mora*.

Q

Qualitas.

Qualitas apposita in una substitutione non censetur repetita in altera, in qua diversæ apparent vocatæ personæ, *dec.* 3. n. 18. *lib.* 10.
Qualitas primogenialis concludenter debet probari per eum, qui in ea se fundat, *dec.* 39. n. 21. *lib.* 19.

Quartum dotale.

Vide etiam in verb. *Dos* verb. *Lucrum dotale*.
Quartum dotale non debetur ex donatione certæ quantitatis, ultra quartum per virum promissæ, *dec.* 29. n. 3. *lib.* 16.
Quartum dotale ex bonis secundi viri est regulandum favore mulieris binubæ, eo modo, quo vir illud consecutus fuisset, mulier prædecessisset, adeo ut pro regulando quarto, prius ex dote detrahi debeat legitime, illudque ex residuo constitui, ut non excedat portionem, quæ deberet uni ex filiis primi matrimonii, *dec.* 29. n. 16. *lib.* 16.

Quietantia, Quietatio.

Quietatio facta favore tutoris ex causa solius erroris, nullo interveniente dolo, retractari non debet, *dec.* 35. n. 5. *lib.* 7.
Vide in verb. *Liberatio*.
Quietatio facta a creditore, qui post eam per aliquod tempus nihil petiit, præsumitur omnia credita in ea comprehendisse, *dec.* 35. n. 11. *lib.* 7.

Quindennium.

Vide in verb. *Laudemium*.

R

Ratificatio;

Ratificatio æquiparatur mandato etiam speciali, illudque supplet, *dec.* 5. n. 10. *lib.* 13.
Ratificatio in præjudicialibus non inducitur, nisi concurrat scientia specifica, univoca, & individualis, *dec.* 4. n. 26. *lib.* 16.
Ratificatio obtinet vires veræ, & realis confessionis etiam in iis, in quibus requiritur speciale mandatum, *dec.* 1. *num.* 6. *lib.* 5.
Ratificatio contractus initi in minori ætate, inducitur ex lapsu quinquennii, *dec.* 18. n. 10. *lib.* 7.
Ratificatio ut valeat, exigitur scientia nullitatis, *dec.* 29. n. 13. *lib.* 7.
Ratificatio in præjudicium concreditorum minime retrotrahitur, *dec.* 14. n. 5. *lib.* 8.
Limita, si contractus fuerit ex causa necessaria celebratus, *ibid.* n. 6. vide n. 7.
Ratificatio non solum fit verbis, sed etiam factis, *dec.* 21. n. 7. *lib.* 8.
Ratificatio excludit simplicitatem, vel simulationem, *decis.* 24. n. 8. *lib.* 8.
Ratificatio inducitur per actus necessario illam inferentes, juncta scientia omnium pactorum contractus ratificati, *decis.* 51. n. 7. *lib.* 8.
Ratificatio ex geminatis actibus resultat, *dec.* 74. n. 16. *lib.* 10.
Ratificatio narrativæ præcedenter factæ resultat ex non retractatione ejusdem, *dec.* 72. n. 18. *lib.* 13.
Ratificatio superveniens, re non amplius integra, nihil proficit, *dec.* 3. n. 31. *lib.* 16.
Ratificatio actus nulli non retrotrahitur, sed incipit esse validus a die ratificationis, *dec.* 3. n. 32. *lib.* 16.
Ratificatio exigit easdem solemnitates, quæ in actus celebratione exiguntur, *dec.* 4. n. 25. *lib.* 16.

Ratificare;

Ratificans censetur approbare omnia contenta in instrumento ratificato, *dec.* 24. n. 17. *lib.* 8.

Ratio.

In claris nulla est perquirenda ratio, *dec.* 30. n. 12. *lib.* 8.
Vide in verb. *Redditio rationis*.

Recognitio.

Vide in verb. *Scriptura*;
Recognitio manus, & peritorum judicium non attenduntur; si mala characteris qualitas non dignoscatur capax subjectum recognitionis, neque comparationis, *dec.* 14. n. 9. *lib.* 16.

Reco-

Recognitio, ac assertio facta cum clausula, *sine prajudicio omnium & quorumcumque jurium*, non præjudicat, *dec. 9. n. 14. lib. 4.*

Rector.

Rectores amovibiles appellantur administri, seu servitores salariati, *dec. 9. n. 6.* Fallit, *n. 7. lib. 12.*
Vide in verb. *Capellanus.*

Recursus.

Pendentia recursus est species, inhibitionis, *dec. 2. n. 5. lib. 15.*

Redditio rationis.

Ratio semel reddita & solidata, amplius reddi non debet, *dec. 36. n. 1. lib. 7.*
Redditio rationis remanet infecta, si pariter convincantur erroneæ, *dec. 17. n. 4. lib. 7.*
Actio petendi redditionem rationis, si proveniat, e jurete obligatione, non præscribitur minori spatio quadraginta annorum, *dec. 26. n. 4. lib. 7.*
Adversus actionem redditionis rationis opponi non potest præscriptio statutaria Urbis, si tutor, vel hæres assumpserit rationis redditionem, & ex ea constet de credito pupilli, *dec. 37. n. 1. lib. 7.*
Tutor vel hæres assumendo redditionem rationis, dicitur renunciare præscriptioni, *dec. 37. n. 4. lib. 7.*
Redditio rationis, si prætendatur fieri post elapsum terminum post primam sententiam, & in limine ferendæ secundæ, non admittitur tanquam suspecta ab animo protrahendi satisfactionem, *dec. 22. n. 10. lib. 9.*
Donec reddatur ratio, creditum hæredis ex aditione confunditur *d. 51. n. 9.* & præsumitur de ejus credito satisfactus, *n. 12. lib. 10.*
Liberatio a redditio rationis, intelligitur de scrupulosa, & rigorosa, non vero de juridica, & discreta, *dec. 72. numer. 26. lib. 10.*
Post redditam rationem non admittitur remissio computatorem, non constito per evidentes probationes de errore, *dec. 34. n. 12. lib. 15.*
Particularis negotiorum gestor tenetur reddere rationem, sicut & procurator, *dec. 34. n. 13. lib. 15.*
Neglectus redditionis rationis est summopere præjudicialis *dec. 34. n. 41. lib. 15.*

Reditus.

Reditus proventuum, & emolumentorum appellatione venit quidquid traduat efficaciter, *dec. 60. n. 9. lib. 13.*

Referens.

Vide in verbo *Relatum.*

Reformatio.

Reformatio supponit præexistentiam rei reformandæ, illamque complectitur, *dec. 37. n. 27. lib. 15.*

Regalia.

In regalibus Principis nulla admittitur præscriptio, *decis. 15. n. 10. lib. 6.*

Regula.

Qui sentit commodum, debet etiam sentire incommodum, *dec. 17. n. 4. lib. 14. dec. 2. n. 3. lib. 4.*
Regula, quod minime attendi debeat supervenientia qualitatis ad adipiscendum legatum requisitæ, post acquisitum alteri legatum, non admittitur, si legatum illegitime acquisitum fuerit, *dec. 30. n. 1. lib. 10.*
Non est credendum, quod quis voluerit in sui præjudicium facere, si res ita non se haberet, *dec. 80. n. 11. lib. 10.*
De minimis non est curandum, *dec. 33. n. 24. lib. 13.*
Unumquodque dissolvitur eo vinculo, quo colligatum est, *dec. 66. n. 14. lib. 13.*
Nihil volitum, quod non sit præcognitum, *decis. 66. num. 19. lib. 13.*
Minor virtus est quærere, quam parta tueri, *decis. 75. n. 22. lib. 13.*
Regulæ jure quæsito non censetur derogatum absque expressa derogatione, *dec. 3. n. 8. lib. 2.*
Mutanda non sunt ea, quæ diu servata sunt, *dec. 5. n. 84. lib. 1.*
Quod permittitur, sine injuria alterius permitti debet, *dec. 10. n. 29. lib. 2.*

Regula circa beneficialia.

Regulæ de præstandis consensibus est odiosa, & ideo extensionem non patitur de uno casu ad alium, *dec. 66. n. 9. & 10. lib. 13.*
Derogatio regulæ de jure quæsito non tollendo, non requiritur in gratia de sui natura præjudiciali, *dec. 68. n. 19. lib. 13.*
Ac ubi præjudicium remaneat compensatum, *ib. n. 20.*
Minusque, si adhuc jus perfecte fuerit quæsitum, *ib. n. 21.*
Regula 45. de consensibus, quæ loquitur de reservationibus, trahi nequit ad resignationem, *dec. 68. n. 22. lib. 13.*
Regulæ Cancellariæ reservatoriæ mensium cessant, sede Apostolica vacante, *dec. 2. n. 4. lib. 12.*
Tertii non interest, valet etiam in beneficialibus, *dec. 3. n. 5. lib. 12.*

Reintegratio, Reintegrandus.

Adversus Judicis decretum non datur reintegratio, sed tantum appellatio, *dec. 45. n. 1. lib. 8.*
Reintegratio conceditur adversus factum Judicis nulliter procedentis, *dec. 18. n. 4. lib. 9.*
Reintegratio spoliato decernitur ad omnia jura, quæ habebat quæcumque exceptione rejecta, licet ista consisteret in renunciatione juri pro spolio competenti, *dec. 4. n. 2. 3. 4. & 10. lib. 13.*
Reintegratio competit spoliato docenti de sua antiqua possessione, & moderna rei conventi, *dec. 10. n. 9. lib. 1.*
Reintegratio debetur injuste spoliato; concurrentibus requisitis pro reintegratione exigitis, *dec. 14. n. 1. lib. 2.*
Reintegratio ad rem propriam occupatam ab illegitimo detentore, conceditur cuique nulliter, ac fraudulenter spoliato, *dec. 12. n. 2. lib. 2.*

Relatio, Relativum, Relatum.

Relatio refertur ad omnia præcedentia, *dec. 3. n. 12. lib. 5. dec. 26. n. 11. lib. 10.*
Relatio operatur, ut omnia, quæ continentur in relato, dicantur expresse in referente, *dec. 12. n. 7. lib. 7.*
Ex religione facta ad compusa fetis sufficienter dicitur resultare scientia, & discussio peritorum, *dec. 17. n. 7. lib. 7.*
Relationis effectus est, ut omnia, quæ in relato continentur, exprimat, & repetat in referente, *decision. 35. numero 7. libr. 7.*
Referens continet clausulas, & conditiones expressas in relato, *dec. 5. n. 4. lib. 8.*
Naturæ verbi relativi in fine orationis appositi; est, ut omnes tam mediate, quam immediate vocatos qualificet, si testatoris mens non repugnet, *dec. 2. n. 3. lib. 10.*
Relatio semper dicitur facta ad proximos, *decis. 2. numer. 11. lib. 10.*
Limitatur, quoties ex conjecturis constet de contraria testatoris voluntate, *dec. 2. n. 12. lib. 10.*
Verba relativa ad præcedentes substitutiones repetunt ordinem succedendi ad omnes alias qualitates in illis a testatore volitas, ac demandatas, *dec. 6. n. 9. lib. 10. & dec. 7. num. 7. lib. eodem.*
Dictiones relativæ repetunt in oratione ea omnia, quæ repetiuntur in relato, *dec. 9. n. 3. lib. 10.*
Plus non debet esse in referente, quam in relato, *dec. 11. n. 53. lib. 10.*
Plus agere non debet referens, quam relatum, *dec. 11. n. 18. lib. 10.*
Verba relativa reddunt amplam substitutionem, sicut antecedentem, *dec. 17. n. 2. lib. 10.*
Relatio fit ad magis proxima, non ad remota, *dec. 64. n. 16. lib. 10.*
Relatio limitata, & restricte, non repetit omnia, quæ superius expressa apparent, *dec. 64. n. 19. l. 10.*
Singula singulis congrue sunt referenda, *dec. 79. n. 9. lib. 10.*
Relatio distincte facta ab Episcopo in suis visitationibus super qualitate alicujus Ecclesiæ, præsumitur vera, *decis. 30. n. 1. lib. 13.*
Relatio non potest referri ad id, super quo non cadit quæstio, *dec. 9. n. 8. lib. 4.*
Referens regulatur, & restringitur a relato, *decis. 6. num. 19. lib. 6.*
Referens magis operari non valet, quam relatum, cum unum alteri inesse videatur cum omnibus suis qualitatibus, *decis. 2. n. 8 lib. 12.*

Relevator, Relevatio.

Defectus relevatoriæ est probandus de tempore obligationis, *dec. 22. n. 14. lib. 7. & dec. 24. n. 14. lib. eod.*
Existentiam debitorum non excluditur possibilitatem relevandi, *dec. 25. n. 15. lib. 7.*
Ad reservationem non tenetur ille, ex cujus culpa damnum aliquod non obvenit, *dec. 34. n. 70. lib. 15.*

Relictum.

Vide in verbo *Legatum.*

Religio.

Ex ingressu in religionem non infertur ad professionem; *dec. 3. n. 8. lib. 9.*

Religio Hierosolymitana.

Vide verbo *Miles Hierosolymitanus*, verbo *Magnus Magister.*

Religiosus.

Religiosus non potest testari, *dec. 3. n. 6. lib. 6.*

Remedium.

Remedium *l. fin. Cod. de Edict. D. Adrian. toll.* dicitur possessorium quasi recuperandæ possessionis, *dec. 2. n. 16. lib. 9.*

Remissio.

Remissio juris ignorati non præsumitur, *dec. 45. n. 5. lib. 1.*
Ex specifica mentione certorum jurium, ac eorum præservatione in actibus posterioribus facta, præsumitur remissio aliorum jurium non expressorum, *dec. 4. n. 9. lib. 2.*

Renovatio.

Vide verbo *Dominus directus, Dominium directum, Emphyteusis,*
Renovatio dari debet ex æquitate habentibus causam a beneficiantibus, defecta linea in investitura comprehensa, *decis. 12. n. 9. lib. 4.*
Renovandi consuetudo immemorabilis probatur ex confessione Episcopi, *ib. n. 12.*
Prædicta renovandi consuetudo probatur etiam, si in diligenti perquisitione Archivii Episcopalis nullum fuit repertum instrumentum emmensationis, *ib. n. 13. & 15.*
Renovationis magnus numerus instrumentorum probat consuetudinem renovandi, *ib. n. 16.*
Item probatur per attestationem Archivistarum Mensæ, deponentium de inconcussa observantia, *ib. n. 18.*
Renovandi consuetudo facile debet præsumi in regione, in qua adsunt multa bona emphyteutica, *ib. n. 21.*
Renovandi consuetudo debet probari cum qualitate coactiva; quod nempe Ecclesia voluerit emmensare, & iterum investire necessitata fuerit, *ib. n. 22.*
Renovandi consuetudini non contrariantur sententiæ super

acceptatione devolutionum; quia post devolutionem, poterit sequi investitura, ib. n. 24.
Renovatio censetur, & non nova concessio, si sit facta absque Beneplacito Apostolico, ib. n. 29.
Ad effectum inducendi necessitatem renovandi, non est opus inquirere, an meliorario provenerit ab auctoribus renovationem petentibus, ib. n. 35.
Renovatio de æquitate debetur fœminæ proximiori, quando emphyteusis est devoluta ad Ecclesiam ob finitam lineam masculinam, dec. 12. n. 37. lib. 4.
Renovandi consuetudo extraneos, omissis proximioribus, non bene probatur ex aliquibus renovationibus, maxime quando concurrunt aliæ, in quibus proximiores remotiores expulerunt, ib. n. 38.
Renovatio facta fœminæ proximiori, tanquam proveniens ab æquitate, potest etiam denominari gratia, sed talis naturæ, ut denegari nequeat absque æquitatis violatione, ibidem numer. 34.
Renovatio est facienda in Statu Urbini vigore Bullæ Urbani VIII. dec. 10. n. 1. lib. 4.
Si Ecclesia non vult, aut non potest pro se retinere, renovationem facere tenetur, dec. 10. n. 2. lib. 4.
Matri in concursu agnatorum debetur renovatio, dec. 10. n. 5. & n. 27.
Ampliatur, ut n. 30.
Intellige, ut n. 36. & 37. lib. 4.
Item & fratri uterino, ib. n. 4.
Jus petendi renovationem dicitur quid hæreditarium, decis. 10. n. 13. & 43. lib. 4.
Renovatio velut quædam prorogatio regulanda est ad exemplum primæ investituræ, dec. 10. n. 15. & 38. lib. 4.
Fallit, ut n. 16. 17. 39. & 40.
Jus petendi renovationem regulari debet ab ea qualitate, quæ præstare velet succedendi potestatem, decis. 10. n. 18. lib. 4.

Renunciatio, Renuncians.

Renunciatio facta e muliere minore absque causa, & solemnitatibus, est nulla, dec. 34. n. 3. lib. 7.
Renunciatio stricte est interpretanda, & non infertur de una re ad aliam, dec. 18. n. 8. lib. 9.
Jura etiam de futuro ex causa de futuro in renunciationem comprehenduntur, si sit amplissimis verbis concepta, decis. 24. n. 6. lib. 9.
Omnia jura renuncians transeunt in renunciatarium, & ejus hæredes, dec. 24. n. 7. lib. 9.
Ob renunciationem Monachi Monasterium a successione, excluditur, dec. 24. n. 8. lib. 9.
In renunciatione facta de re particulari spectante ad alium tempore renunciationis, requiritur illius consensus, decis. 24. n. 9. lib. 9.
Limitatur, si renunciatio sit generalis, ib. n. 10.
Etiam si species adjiciatur, cum illa non deroget generalitati, ibid. n. 12.
Generales renunciationes trahi non possunt ad jura non cogitata, & in transactione non deducta, decis. 76. numer. 16. lib. 10.
Hæredes renunciantis aspirare non possunt ad bona fideicommissaria renunciata, etiam si agerent ex propria persona, dec. 77. n. 7. & 8. lib. 10.
Renunciationes, utpote odiosæ, & stricti juris, interpretari debent ad sensum literæ, extensionem non patiuntur tantumque comprehendunt, quantum literaliter sonant, dec. 77. num. 9. lib 10.
Renunciationes, quæ emittuntur pro omni, & toto eo, quod quovis modo prætendi posset, intelligi debent ex causa de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro, dec. 77. n. 10. lib. 10.
Amplia, licet renunciatum esset juri de futuro, cum adhuc renunciatio sit interpretanda de jure futuro, ex causa tamen de præsenti, & non de jure futuro ex causa prorsus de futuro, ib. n. 11.
Limitatur in terminis abdicationis omnium jurium quandocunque; & qualitercumque, & ex quacunque causa, quæ competere possint, ibid. n. 12.
Non præsumitur in renunciatione comprehensa facultas disponendi favore renunciantis, dec. 77. n. 19. lib. 10.
In dubio facienda est interpretatio favore renunciantis, in quantum minus possibile est, ampliat, & extendatur illius renunciatio, ib. n. 20.
Renunciatio emissa a nubente in sæculo strictius est interpretanda, quam renunciatio facta ab ingrediente in Monasterium, dec. 77. n. 21. lib. 10.
Renunciatio ampla est, ut comprehendat tam jura ex causa de præsenti, quam absolute de futuro, vel quando in parte principali, & dispositiva, non præcedit expressio speciei, vel quando repugnat ratio tecti sermonis, si verba generalia coarctata fuissent, vel ubi non constat de contrahentium contraria voluntate, ib. n. 22.
Contrahentium voluntas ad cognoscendum, quid in renunciatione fuerit comprehensum, eeque attendenda, decis. 77. n. 18. lib. 10.
Renunciationes comprehendunt tantum, quantum literaliter sonant, dec. 78. n. 2. lib. 10.
Renunciationes, quæ fiunt de juribus futuris, regulariter restringi debent ad jura de futuro, ex causa tamen de præsenti, decis. 78. n. 4. lib. 10.
Si renuncians de bonis subsequenter contrariis dispositis, patet ipsum animum non habuisse in renunciatione illa comprehendendi, dec. 78. n. 7. lib. 10.
Renunciationes nunquam trahuntur ad successiones purificandas, si de purificatis loquantur, dec 79. n. 5. lib. 10.
Renunciationes nunquam de re ad rem, de persona ad personam, & de tempore ad tempus extenduntur, decis 79. n. 6. lib. 10.
In renunciatione non præsumitur consideratus casus inverisimilis, & inopinatus, dec. 79. n. 10. lib. 10.
Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, irrita reputetur si professio non emittatur, dec. 6. n. 5. lib. 11.
Renunciatio facta habitu nondum suscepto, intuitu tamen Religionis ingrediendæ, subjacet solemnitatibus justitis per Sacrum Concilium Tridentinum, dec. 6. n. 2. lib. 11.
Contrarium tenent alii, & de ratione hujusce secundæ opinionis, ib. n. 3. & 4.
Prædicta admittitur ratio, quoties renuncians in sæculo sit & capitis rationi non se subjecit, ib. n. 5.
Secus si inter septa cœnobii renunciatio fuerit emissa, & postquam renuncians mediante capillorum abrasione declaravit velle profiteri, etiam si adhuc laicalem vestem non deposuerit, ib. n. 6. & 8.
Renunciatio, facta e novitio, non servatis solemnitatibus Concilii, irrita reputatur, dec. 6. n. 13. lib. 11.
Renunciatio facta ab eo, qui vult ingredi in Religionem, non aliter intelligitur effectum sortiri, nisi professione secuta, dec. 9. n. 12. lib. 11.
Adeo ut, si professio non sequatur, renuncians sit in omnibus bonis reintegrandus, ib. n. 13.
Etiamsi in renunciatione nulla habita fuerit mentio de ingressu in Religionem, si futuri ingressus contemplatio eliciende desumatur, ib. n. 14.
Et licet renuncians renunciationem expleverit, dum adhuc in sæculo manebat, ib. n. 15.
Renunciatio facta ab eo, qui vult ingredi in Religionem, non aliter intelligitur effectum sortiri, nisi secuta professione, etiam si renuncians voluisset libere, & pure renunciare, dec. 6. n. 21. lib. 12.
Eoque, magis, si renuncians pauper sit, ib. n. 22.
Censura Sacri Concilii Tridentini circa renunciationes factas de bonis temporalibus ab ingredientibus in religionem, non extenditur ad renunciationes beneficiorum, decis. 6. num. 12. lib. 16.
Contrarium verius dicitur, & demonstratur, ibid. num. 17. 18. & 20.
Renunciatio argui non potest, si non probetur scientia juris, quod is habet, qui renunciationem explet, decis. 4. num. 18. lib. 13.
Renunciatio super validitate sententiæ, quoties de sola validitate disputatur, sustinetur de æquitate, si nullitas apposita sit turbida, dec. 28. n. 6. lib. 15.
Renunciatio quando apta non sit evitare expensarum refectionem, dec. 33. n. 2. lib. 15.
Sub generali renunciatione comprehenditur quoque renunciatio beneficio inventarii, dec. 6. n. 9. lib. 16.
In renunciatione jurium, quæ proveniunt ex testamento, opus non est, quod inspiciantur tabulæ testamentariæ, sed satis est, quod concurrat probatio scientiæ intellectualis, per quam totalis ignorantia submoveatur, decis. 13. numer. 13. & 14. lib. 16.
Hujusmodi vero probatio ex quibus possit deprehendi; ibidem num. 15.
Renunciatio spei futuræ successionis ratione certi emolumenti utilis reputatur, dec. 24. n. 5. lib. 16.
Renunciatio liti e colligante facta, malum præstat fomentum mali juris, etiam quoad reluctantes, & contumaces, dec. 8. n. 8. lib. 18.
Renunciatori, vel dimittenti jura sua, non datur de jure regressus ad jura, & bona renunciata, decision. 10. numero 19. lib. 18.

Repetitio.

Repetitio pactorum, & conditionum per prius stipulatorum non præsumitur volita in actibus separatis, decis. 28. numer. 19. lib. 8.
Repetitio non inducitur in diversis, licet continuatis orationibus per se undequaque perfectis, etiam si concurrat copula, & dec. 36. n. 2. lib. 10.
Repetitio locum non vindicat, quando una dispositio apparet ab altera separata, & unaquæque est in suo sensu perfecta, ac a proprio, & diversa casu regulatur, separatoque regitur verbo, dec. 53. n. 6. lib. 10.
Repetitio conditionis non datur, si substitutio reperiatur in separata oratione, & sit recta e proprio verbo, decis. 54. n. 14. lib. 10.
Amplia, licet adsit copula, & ib. n. 15.
Repetitio non datur in substitutione, & fideicommisso diverso; dec. 64. n. 17. lib. 10.
Repetitio alicujus qualitatis, ut superflua stare non dicatur, apposita præsumitur ad tollendam dubietatem, decis. 64. num. 21. lib. 10.
In dubio pro exclusione repetitionis est judicandum, dec. 64. n. 23. lib. 19.

Repetitio pecuniæ injuste receptæ e sponte solvente non admittitur, dec. 1. n. 5. & 6. de off. venal.
Amplius, licet solutum facta non fuerit in pecunia, sed mediante constitutione alicujus cambii, seu alterius debiti fructiferi, ib. n. 7.
Renuntiatio jurium paternorum, quæ mediante dote a filia fit, tacitam inducit eorundem venditionem, dec. 7. num. 13. liber. 6.
Vide alia in verb. Dos.

Repudiatio.

Repudiatio debet probari per actus univocos, decis. 7. num. 39. lib. 10.
Non est citandus is, qui hæreditatem repudiavit, sed sufficit pro validitate actus in jus vocare curatorem deputatum hæreditati jacenti, decis. 26. n. 7. lib. 13.

Res.

Res inter alios acta non præjudicat, dec. 5. n. 52. lib. 1.
In re, quæ debitoris non est, nulla potest exerceri actio, dec. 49. n. 1. lib. 8.
Res quæ loco alterius rei traditur, in illius locum succedit, dec. 37. n. 26. lib. 10.
Rei semel demonstratæ nunquam superaddita censetur demonstratio superflua, dec. 70. n. 7. lib. 10.
Res censetur concessa cum onere, quod habet, servitutis itineris, dec. 3. n. 1. lib. 4.
Reservatum censetur in concessione rei totum id, quod respicit necessarium usum rei, dec. 3. n. 3. lib. 4.
Res si remaneret sine via, ac itinere, infructuosa esset, ac proinde censetur iter, & via reservata, decis. 3. numer. 3. lib. 4.
Res censetur sublocata cum onere viæ, ac transitus, quando alius concedens, vel non haberet aditum, vel valde incommodum ad rem propriam remanentem, decis. 3. numer. 4. lib. 4.
Observantia declarat, quod quis habuit rem cum onere transitus, dum illum passus fuit per longum tempus, decis. 3. num. 5. 6. & 7. lib. 4.
Res præsumitur sublocata libera ab omni servitute, & onere viæ itineris, & aquæductus, dec. 3. n. 9. lib. 4.

Res judicata.

Rei judicatæ vires ex simplici commissione non enervantur, dec. 6. n. 1. lib. 9.
Injustitia semper obstat, ne causa transeat in judicatum, decis. 13. n. 1. lib. 9.
Ea quæ per rem judicatam firmata fuerunt, impugnari non possunt, dec. 43. n. 7. lib. 13.
Res judicata ex tribus sententiis constituitur, decis. 11. num. 8. lib. 6.
Sententia transit in rem judicatam, si intra decennium nulla fuit interposita appellatio, dec. 11. n. 3. lib. 6.
Res judicata facit de albo nigrum, dec. 13. n. 1. lib. 6.

Rescriptum.

In rescriptis semper intelligitur clausula, si ita est, decis. 37. n. 18. lib. 13.

Reservatio, Reservatarius.

Reservatio dominii extinguitur per effectivam pretii solutionem, dec. 13. n. 17. lib. 5.
Reservatum hypothecæ, atque jurium prioris contractus, novationem non excludunt, dec. 8. n. 16. lib. 8.
Amplia, licet secundus contractus initus sit inter creditorem, & debitorem, ib. n. 17.
Reservatio dominii facta pro fructibus usque tunc decursis, non operatur quoad decurrendos, dec. 9. n. 7. lib. 8.
Reservatio aliquorum jurium probat comprehensionem omnium aliorum jurium non exceptuatorum, dec. 2. n. 15. lib. 13.
Reservatio vigore regulæ 85. Cancellariæ cessat, quando in fundatione beneficiorum expresse cautum est, ut nunquam ex eorum reservationis Sedes Apostolica se ingereret, decis. 33. n. 29. lib. 13.
Qui consensit reservationi pensionis, nisi doceat de errore, vel fructuum diminutione, illam impugnare non potest, dec. 51. n. 2. lib. 13.
Reservatio juris, quod qui habet in re, non dat, nec adimit, sed relinquit rem in suo statu, dec. 6. n. 17. lib. 6.
Reservatio certæ præstationis ex bonis donatis consequendæ non impedit translationem dominii in donatarium, sed inducit tantum specialem hypothecam, decis. 11. n. 11. lib. 6. & dec. 12. n. 11. lib. eod.
Reservatio resultas ex resignatione beneficii facta in manibus Vicelegati Avenion. dec. 4. n. 1. lib. 12.

Resignatio, Resignans.

Per officii resignationem dicitur solum translatum periculum vitæ in resignatarium, non autem creatum novum officium, ubi Papa unum officialem in locum alterius subrogat, non alterata substantia officii, dec. 11. n. 10. & 11. lib. 9.
Resignatio, seu renuntiatio dimitti debet, non a stipulatione mandati, sed ab ipso actu præstiti formalis consensus, dec. 6. n. 10. lib. 11.
Si resignatio sub reservatione certæ pensionis facta sit, & resignans obierit, antequam resignatarius hujusmodi reservationi consensum præstiterit, resignatio nullius est roboris, dec. 4. n. 12. lib. 12.
Fallit, si Vicelegatus derogavit regulæ dicti consensus, ibid. num. 13.

Derogatio præfata referenda est ad consensum formalem, non autem ad causalem, dec. 4. n. 14. lib. 12.
Sed hæc distinctio non habet locum in collatione facta favore absentis, ib. n. 15.

Responsio.

Responsio intelligitur conformis petitioni, decis. 27. numer. 9. lib. 1.

Restitutio.

Præventiva restitutio fideicommissi non potest dari in præjudicium creditorum, dec. 6. n. 11. lib. 8.
Restitutio injuncta non per modum quotæ hæreditariæ, sed quantitatis bonorum, demonstrat, quod testator voluerit hæredem efficere illum, cui tale onus injunxit, non vero simplicem executorem relinquere, dec. 14. n. 1. lib. 13.
Præventiva restitutio hæreditatis donationem redolet, decis. 11. n. 11. lib. 6.

Restitutio in integrum.

Restitutio in integrum adversus sententiam validam, & justam non conceditur, dec. 4. n. 1. lib. 12.
Restitutio in integrum, cessante læsione, denegatur, decis. 33. n. 1. lib. 7.
Adversus judicatum injustum datur restitutio in integrum, dec. 44. n. 1. lib. 13.
Restitutio in integrum conceditur propter ignorantiam, dec. 37. n. 4. lib. 7.
Judicium super restitutione in integrum adversus inconsulto aditam hæreditatem est ordinarium, & impedire non potest creditoribus eorum satisfactionem, dec. 4. n. 7. lib. 9.
Restitutio in integrum non datur adversus sententiam validam & justam, dec. 32. lib. 2. n. 11. lib. 10. dec. 10. n. 3. lib. 13.
Adversus sententiam injustam competit restitutio in integrum, dec. 10. n. 4. lib. 13.
Restitutio in integrum non datur sine læsione, decis. 16. n. 1. lib. 15. & dec. 8. n. 1. lib. 16. dec. 8. n. 1. lib. 3.
Restitutio in integrum, non datur adversus sententiam, si non adsit læsio, dec. 11. n. 4. lib. 16.
Restitutio in integrum adversus aditam inconsulto hæreditatem reponit hæredem in gradu, quod erat, antequam adiisset, dec. 13. n. 5. lib. 6.
Restitutio in integrum competit mulieri læsæ adversus aditam inconsulto hæreditatem, dec. 13. n. 6. lib. 6.
Restitutio in integrum principaliter repetita, requirit commissionem Principis, ac plura alia requisita, dec. 13. numer. 7. lib. 6.
Petitio restitutionis in integrum impedire nequit consummationem executionis cœptæ, dec. 13. n. 8. lib. 6.
Restitutio in integrum incidenter petita nullas requirit solemnitates, dec. 13. n. 9. lib. 6.
Et stante læsione tribus solet, etiam si expiraverit tempus quadriennii ad illam implorandam præscripti, dec. 13. n. 10. lib. 6.
Læsio est mater restitutionis in integrum, dec. 13. n. 10. lib. 6.
Restitutio in integrum non competit mulieribus non læsis, dec. 13. n. 15. lib. 6.

Retentio.

Retentio non competit pro debito posteriori, dec. 52. num. 8.
Retentio competit etiam ex titulo, pendente lite superveniente, dec. 13. n. 5. lib. 5.
Pro juribus creditoris anterioris dimissi competit retentio, ib. num. 6.
Etiamsi nec cessione, nec ulla subingressionis pacto perventa sit manutentio, ib. n. 7.
Retentio admittitur excipiendo pro credito, quando agendo consequi non valeret, cum tribus conformibus, decis. 19. n. 14. lib. 9.
Pro credito satisfacto non datur retentio, dec. 31. n. 10. lib. 7.
Creditum illiquidum est ineptum pro retentione, dec. 68. n. 14. lib. 10.
Retentio non competit pro sorte census, dec. 8. n. 8. lib. 16.
Retentio competit creditori anteriori, sicut & ejus hæredi, dec. 1. n. 2. & 3. lib. 6.

Retractus.

Constitutio Gregorii XIII. super retractu respicit principaliter ornatum urbis, dec. 5. n. 1. lib. 4.
Constitutio prædicta in bonis Ecclesiæ retrahentis imponit solum onus investiendi pretium, non autem dandi in investimentum æqualia redditus, ib. n. 2. 3. & 4.
Investimentum redditus æqualis bonis Ecclesiæ retrahendis invenire difficile est, dec. 5. n. 5. lib. 4.
Constitutio Gregorii super retractu primario voluit incitare ad retrahendum, ut ædificetur ad ornatum urbis, dec. 5. n. 6. lib. 4.
Constitutio prædicta circa investimentum pretii rei retractæ pacificavit bona fideicommissi, & Ecclesiæ, dec. 5. n. 7. & 9. lib. 4.
Alienatio rerum Ecclesiæ debet ei esse utilis in pretio, & in fructibus, dec. 3. n. 10. lib. 4.
Contrarium in retractu vigore Bullæ Gregorianæ, secundum quam emptor non tenetur dare Ecclesiæ fundum æqualis redditus, dec. 5. n. 11. & 13. lib. 4.
Constitutio Gregoriana super retractu derogavit extravagan-

ti ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien. decis. 5. numer. 14. lib. 4.
Investimentum in locis montium et stabilibus tote sit pretii, quod datur Ecclesiæ pro domo, quam illa cogitur vendere vigore Bullæ juris congrui, dec. 5. n. 15. 16. & 17. lib. 4.

Retrotractio.

Retrotractio non admittitur in præjudicium juris medio tempore quæsiti, neque ad inducendum attentatum, dec. 1. n. 3. l. 15.
Retrotractio semper admittitur, quoties non adsit tertii præjudicium, dec. 25. n. 14. lib. 15.
Retrotractio non admittitur in præjudicium Papæ in beneficiis conferendis, quando Ordinarius collator non contulit, Sede Pontificia vacante, dec. 2. n. 7. lib. 12.

Revisor.

Revisor dicitur Honorarius protector, & custos voluntatis defuncti, dec. 29. n. 4. lib. 13.
Revisoris facultas non expirat post secutam dotationem, dec. 29. n. 5. & de ratione, n. 7. lib. 13.

Revocatio.

Specialis, & nominate revocatio non solum dicitur illa, quæ ex verbis expressis, & individualibus resultat, sed ea, per quam testatoris voluntas evidens apparet, dec. 82. la 2. n. 11. lib. 10.
Reus excipiens dicitur negare, & nihil asserere, dec. 27. n. 10. lib. 7.
Reo sufficit vincere per non jus actoris, dec. 24. n. 1. lib. 13. ib. dec. 26. n. 1. & dec. 35. n. 17.
Hæcque regula maxime procedit in materia beneficiali, ib. n. 2.
Reus conventus non impeditur agere pro diverso credito, decis. 14. n. 2. lib. 15.
Reus in omni materie potest dicere: Quod tu liberam ædes habeo, dec. 8. n. 10. lib. 6.
Rei contumacia actori præjudicare non potest, dum reus monitus pro subdelegatione judicis in partibus, & deputatione procuratoris, eum non deputaverit, dec. 11. n. 10. lib. 6.

Rota.

Rotæ non permittit enaservari dubia diversa, & disputationes exteneas, dec. 31. n. 30. lib. 9.
Consuetudo Sacræ Rotæ extendendi breviter decisionem, ubi causa non meretur sine gravi partium dispendio novas repropositionem, declaratur, dec. 18. n. 2. ibid. 15.
Et stylus est cerrorandi Rotam de novis objectis fulcitutis, ib. n. 3.
In negotio pendente coram uno Auditore Rotæ, non valet alter Auditor se ingerere, dec. 18. n. 8. lib. 15.
Auditor particularis Rotæ non potest causam expedire cæteris inconsultis, dec. 18. n. 19. lib. 15.
Per decretum Rotale de exequendo dicitur cœpta executio in Rota, dec. 32. n. 8. lib. 15.
Rota aliorum Tribunalium sententias extendere, & exequi non solet, nisi prius augnita aliarum justitia, dec. 35. n. ex. lib. 9.

S

Salvianum.

SAlviano ut sit locus, requiritur creditum cum hypotheca; & possessio debitoris de tempore contracti debiti, decis. 10. n. 2. lib. 8.
Actio Salviani conceditur in bonis post contractam hypothecam a debitore acquisitis, dec. 45. n. 1. lib. 8.
Extrema probanda in Salviano sunt creditum cum hypotheca, possessio antiqua debitoris, & moderna rei conventi, dec. 47. n. 1. lib. 8.
Salvianista pro clariori satisfactione non impeditur agere ad alia bona sui debitoris, dec. 49. n. 8. lib. 8.
Notulæ juratæ per Salvianistam, exhibitæ super liquidatione fructuum standum est, donec contrarium probetur, ib. n. 9.
Liquidatio fit mediante calculo arithmetico, ib. n. 10.
Immissio in vim Salviani creditori hypothecario, adversus possessorem semel a debitore possessæ, conceditur, dec. 10. n. 1. lib. 9.
In judicio Salviani non admittitur exceptio erroris transactionis, dec. 75. n. 16. lib. 10.

Sanitas.

Sanitas mentis in testatore probatur ex susceptione Sacramenti Eucharistiæ ex continuis allocutionibus de regno Dei, & ex testibus de ipsa deponentibus, dec. 5. n. 11. lib. 12.
Testes de sanitate mentis deponentes præferendi sunt testibus de dementia deponentibus, dec. 5. n. 13. lib. 12.
Vide alia in verb. *Mens*.

Schedula.

Vide etiam in verb. *Testamentum*.
Ut testamentum conditum per relationem ad schedulam sustineatur, concludenter ejusdem schedulæ identitas est probanda per protestionem, quæ etiam possibilitatem suppositionis excludat, dec. 14. n. 1. lib. 16.
Et ad dict. effectum non sufficit sola Notarii fides, nisi alia concurrant adminicula, ib. n. 2.
Identitas schedulæ testamenti probatur ex adnotatione rogitus in dorso ejusdem per Notarium emissa, decis. 14. num. 3. libr. 16.
Declara, ut hæc traditio procedat, ubi alia concurrant circumstantiæ, quæ Notarii fidem coadjuvet, ibid. numer. 4. 5. 6. & 7.
Ut testamentum per relationem ad schedulam non suffragetur; sola sufficit possibilitas suppositionis, dec. 14. n. 14. lib. 16.

Scientia.

Scientia nullitatis deliberationis probatur, si bona deliberate fuerint in inventario per hæredem scripta, dec. 6. n. 15. lib. 5.
Scientia ex actuum multiplicitate probatur, dec. 11. n. 4. lib. 5.
Sciens non dicitur deceptus, dec. 14. n. 15. lib. 8.
Scientia in præjudicialibus debet esse clara, & indubitata, decision. 27. n. 18. lib. 8.
Scientia unius obligationis non desumitur ex notitia alterius distinctæ, dec. 35. n. 6. lib. 8.
Scientia venditionis excludit vim restitutioni in integrum adversus præscriptionem, dec. 37. n. 7. lib. 8.
Ex sola scientia instrumenti non infertur ad explicitam scientiam omnium in eo contentorum, dec. 49. n. 6. lib. 8.
Allegans scientiam, illam concludenter tenetur probare, dec. 76. n. 6. lib. 10.
Ex simplici mentione testamenti infertur ipsum generalis scientia; secus vero individualis cognitio fideicommissi, aliarumque dispositionum ibi contentarum, ib. n. 7.
Si tamen aliæ concurrerent conjecturæ, recte inferri valeret scientia individualis singularum dispositionum, ib. n. 8.
Ex scientia codicilli inferri potest scientia testamenti, dec. 76. n. 9. lib. 10.
Ex communi cohabitatione, & sanguinis conjunctione arguitur tantum valet scientia in illis actibus, qui domi fiunt, quique jure sanguinis concurrunt; secus in iis, quæ respiciunt contractus, dec. 19. n. 5. lib. 15.
Paria sunt scire, aut scire potuisse, dec. 23 n. 16. lib. 16.
Ex scientia majoris partis dispositionis inducitur probatio scientiæ etiam alterius, dec 18. n. 17. lib. 16.
Scientia testamenti non inducit scientiam fideicommissi, ejusque qualitatum, dec. 6. n. 16. lib. 4.
Scientia legatorum ex testamenti productione præsumitur, decis. 2. n. 9. lib. 6.
Scientia conjecturis, & præsumptionibus justificatur, decision. 4. n. 18 lib. 16.

Scriptura.

Scripturis etiam informibus defertur, quoties concurrunt adminicula, & observantia, dec. 2. n. 9. lib. 12.
Scripturæ quæ sunt extra acta, dicuntur esse extra mundum, dec. 4. n. 10. lib. 5.
Scriptura producta contra producentem plene probat, decis. 18. la 2. n. 1. lib. 8.
Scriptura ab authore approbata nequit per hæredem impugnari, dec. 79. n. 1. lib. 10.
Extractio scripturæ facta a persona illegitima minime probat, ib. n. 3.
Qualitas personæ, quæ extraxit scripturam, interverti non licet per eum, qui aliam scripturam extractam ab eadem persona produxit, ib. n. 4.
Exceptio illegalitatis scripturæ in prima instantia non opposita, amplius attendi non debet, dec. 80. n. 6. lib. 10.
Observantia scripturæ quamcunque falsitatis suspicionem removet, dec. 80. n. 7. lib. 10.
Scripturæ in publico Archivio retentæ faciunt plenam probationem, etiam sine originali, dec. 8. la 1. n. 5. lib. 13.
Corrosio scripturæ proveniens ex vetustate diuturni temporis, non tollit illi legalitatem, dec. 8. la 1. n. 7. lib. 13.
Scriptura extracta a privato Archivio non probat contra non subditos, dec. 29. n. 9. lib. 13. dec. 60. n. 9. lib. eod.
Scriptura semel approbata, non potest amplius impugnari; decis. 30. n. 3. lib. 13. dec. 42. n. 3. lib. eod.
Scriptura informis quoties pro probatione admittenda sit, decis. 36. n. 7. lib. 13.
Recipiens scripturam, atque meras, omnia in eadem contenta approbasse censetur, dec. 68. n. 18. lib. 13.
Contra recusantem exhibere scripturam oritur præsumptio, quod illæ contra ipsum loquantur, dec. 75. n. 13. lib. 13.
Scriptura dubia semper ab aliis certis est declaranda, decis. 75. n. 16. lib. 13.
In ambiguitate interpretatio est desumenda potius a prima scripturæ transcriptione, quam ab aliis, decision. 75. numer. 15. lib. 13.
Contra occultantem scripturas insurgit præsumptio, quod in illis contineatur materia sibi contraria, decis. 11. n. 20. & n. 31. lib. 12.
Scriptura requiritur in contractibus ad probationem, cum perfectus dicatur contractus sub conceptu, dec. 1. n. 6. lib. 12.
Scripturam a se productam quis impugnare non potest, dec. 9. n. 100. lib. 3.
Scripturæ, quæ legitime non fuerunt compulsatæ, non merentur attendi, ib. n. 67.
Scripturæ, vel epistolæ extractæ ab aliquo, ad ejus favorem non probant, ib. n. 68.

Scutum.

Scutum aureum ante Pontificatum Alex. VIII. non excedebat

valorem Juliorum quindecim, *decision.* 58. *numer.* 4. *libr.* 13.
Id quod solvitur pro habendo scuto aureo, nequaquam habetur in consideratione pro diminuendo valore expresso in consideratione pensionis, *dec.* 58. *n.* 5. *lib.* 13.

Secundogenitura.

Vide *Filius*, *Primogenitura*.

Senior.

Vacato seniore censetur semper vocatus ille, qui habet majorem ætatem de tempore apertæ successionis, *dec.* 28. *n.* 1. *lib.* 16.
In majoratibus est indistincte admittenda proximitas gradus, etiam si ultimus gravatus filios non reliquerit, quando senior de linea in primo ingressu fuit vocatus, & qualitas majoratus non fuit in progressu repetita, *dec.* 28. *n.* 2. *&* 3.
Limita, ut *n.* 4. 6. 7. *&* 8. *lib.* 16.

Sententia.

Sententia injusta exequi de jure non potest, *dec.* 21. *n.* 2. *lib.* 16.
Sententia per appellationem suspensa nullum effectum producere potest, *dec.* 11. *n.* 2. *lib.* 5. *dec.* 27. *n.* 14. *lib.* 7. *dec.* 4. *num.* 6. *lib.* 9.
Sententia non potest esse latior ipsa Rotali resolutione, *dec.* 29. *n.* 1. *lib.* 7.
Potest tamen ferri super his, quæ veniunt in consequentiam, & concomitantia ipsius resolutionis, *ib. n.* 2.
Sententiæ validitas probatur ex actorum revolutione, *decis.* 33. *n.* 2. *lib.* 7.
Justitia sententiæ Rotalis ex decisionibus editis probatur, *dec.* 8. *n.* 1. *lib.* 8. *dec.* 68. *n.* 1. *lib.* 13.
Sententiæ injustitia operatur, ut illa nomen sententiæ non retineat, *dec.* 12. *n.* 1. *lib.* 8.
Sententia transit in judicatum, si intra biennium nil gestum fuerit, *dec.* 3. *n.* 1. *lib.* 8.
Validitas sententiæ probatur, si servata dignoscentur requisita, *dec.* 160. *p.* 2. Caputaq. *dec.* 3. *n.* 2. *lib.* 9.
Sententia lata contra illegitimum procuratorem, est nulla; *decis.* 5. *n.* 14. *lib.* 9.
Sententia nunquam fertur in incognita, *decision.* 5. *numer.* 15. *lib.* 9.
Sententia super statu, creditorem etiam non citatum afficit, *decis.* 6. *n.* 2. *lib.* 9.
Sententia, quæ aliam confirmat; dicitur conformis, & constituit rem judicatam, si præcesserint aliæ duæ, & in sequelam exequenda venit res judicata, *decision.* 31. *numer.* 1. *&* 2. *lib.* 9.
Duæ sententiæ in foro Archiepiscopali Bononiæ habent vim trium, *dec.* 3. *n.* 1. *lib.* 10.
Amplia, etiam si secunda sententia lata sit extra dict. tribunal, *ib. n.* 2.
Sententiæ validitas ex actis probatur, *dec.* 41. *n.* 1. *lib.* 10.
Conformitas sententiarum in substantia liquet, si una contineat, quæ continet altera, *dec.* 82. *n.* 3. *lib.* 10.
Et in verbis constat, si una aliam confirmet; *ib. n.* 4.
Sententia dicitur conformis, si concedat, quæ enucleantur in alia, non attenta discordantia circa exceptiones, & alias accidentales partes sententiarum, *dec.* 82. *n.* 5. *lib.* 10.
Sententia antiqua probat fine actis, *dec.* 6. *n.* 1. *lib.* 12.
Sententia non dicitur transire in judicatum, nisi quoad ea; quæ in illa caponuntur, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 13.
Duæ sententiæ vigore Statuti Bononiæ habent vim trium, *decis.* 8. *la* 2. *n.* 1. *lib.* 13.
Sententia in judicatum transacta facit statum, *dec.* 14. *n.* 7. *lib.* 13.
habetur pro veritate, *dec.* 13. *n.* 11. *lib.* 13.
Sententia emanata paulo post fundatum juspatronatus, declarat quænam fuerit mens disponentis, *dec.* 15. *n.* 3. *lib.* 13.
Sententia lata cum legitimo contradictore, facit jus quoad omnes, *dec.* 19. *n.* 2. *lib.* 13. *&* *dec.* 3. *n.* 12. *lib.* 12.
Sententia, quæ acceptare dignoscitur, amplius impugnari non licet, *dec.* 19. *n.* 2. *lib.* 13. *&* *dec.* 12. *n.* 2. *lib. eodem.*
Sententia nulla habetur, ac si emanata non fuisset, *decis.* 19. *n.* 10 *lib* 13.
Sententia lata contra mortuum est nulla, *decision.* 17. *num.* 13. *lib.* 13.
Sententia lata citatis interesse habentibus, & in judicatum transacta, facit jus, quoad omnes, *dec.* 20. *n.* 1. *lib.* 13.
Sententia nulliter lata non præjudicat successoribus, *decision.* 20. *num.* 12.
Neque constituit ultimum statum, *n.* 13. *lib.* 13.
Sententia lata non vocatis interesse habentibus, illis non præjudicat, *dec.* 20. *n.* 15. *lib.* 13.
Sententia revocata nihil probat, *dec.* 21. *n.* 5. *lib.* 13.
Verba sententiæ sunt accipienda, uti sonant, nec possunt extendi, *dec.* 38. *n.* 27. *lib.* 13.
Sententia transit in judicatum, si non fuerit prosecuta appellatio infra legitima tempora, *decis.* 49. *n.* 1. *libr.* 13. *&* *decis.* 8. *n.* 1. *lib.* 16.
Sententia habet pro se præsumptionem validitatis, & justitiæ, *dec.* 15. *n.* 1. *lib.* 13.
Justitia sententiæ Rotalis promanat ex decisionibus in causa editis, *dec.* 56. *n.* 1. *lib.* 13.
Sententia quoties de prima non meminit, illamque nominatim non revocat, est nulla, *dec.* 75. *n.* 1. *lib.* 13.
Sententia notorie, & evidenter injusta, non indiget revocatione, *dec.* 75. *n.* 2. *lib.* 13.
Sententia specifice non revocans non inducit nullitatem contrariæ sententiæ secundo emanatæ, si de ipsa non fuerit per succumbentes in actis oppositum, *dec.* 75. *n.* 3. *lib.* 13.
In sententia potest fieri condemnatio de iis, quæ virtualiter in decisionibus continentur, *decis.* 75. *numer.* 30. *&* 31. *libri* 13.
Sententiarum injustitia probanda est ad obtinendam in integrum restitutionem, *dec.* 5. *n.* 20. *lib.* 14.
Sententia appellabilis non est exequibilis, *dec.* 2. *n.* 16. *lib.* 15.
Sententia revocata nullum jus tribuit, *dec.* 8. *n.* 5. *lib.* 15.
Sententia justificari debet ex eisdem actis, aliter confirmari non potest, *dec.* 16. *n.* 4. *lib.* 15.
Declara, ut procedat in terminis Ægidianæ, & sententiæ excommunicationis, *ib. n.* 5.
Secus in aliis, in quibus potest cum novis juribus per viam confirmationis procedi, *ib. n.* 6.
Justitia sententiæ debet cognosci ex eisdem actis ante sententiam exhibitis, *dec.* 22. *n.* 2. *lib.* 15.
Sententia confirmans alteram nullam, seu injustam, rescindi debet, *dec.* 23. *n.* 2. *lib.* 15.
Sententia Rotalis non conformis decisionibus præcedenter perditis, est nulla, *dec.* 28. *n.* 1. *lib.* 15.
Sententia Rotalis potest exprimere ea, quæ veniunt in sequelam contentorum in decisionibus, *dec.* 18. *n.* 6. *lib.* 15.
Sententia continens ea, quæ in decisione non continentur, est nulla, *dec.* 29. *n.* 1. *lib.* 15.
Sententia in parte excessiva, in totum ratione individuitatis est retractanda, *dec.* 29. *n.* 1. *lib.* 13.
Præsertim, si executioni sit demandata, *ib. n.* 3.
Limita, si acta fuerit per capita separata, *ib. n.* 4.
Hæcque limitatio pariter urget, si agatur de sententia lata sub unica verborum structura, quatenus sit alterius confirmatoria, & hæc prolata sit per capita separata, *ibidem numero* 5.
Sententia, quæ plus continet, quam decisio, sustinetur de æquitate, si pars excessiva fuerit expresse deinde renunciata, *decis.* 29. *n.* 6. *lib.* 15.
Eo magis, quoties renunciatio emissa fuit, antequam executioni appareat demandata, *ib. n.* 7.
Sententiæ in judicatum transactæ nihil superest, nisi ut exequatur, *dec.* 54. *n.* 2. *lib.* 15.
Sententia non afficit absentes, & non citatos, *dec.* 34 *num.* 8. *lib.* 15.
Declaratur, ut non procedat, si interessati non citati veniunt in consequentiam, *ib. n.* 9.
Sententia non afficit non citatos, quoties constat, quod principaliter interessatum diligenter se non defenderit, *dec.* 34. *n.* 11. *lib.* 15.
Sententia per contradictas obtenta, & a partibus executa, eandem vim habet, ac si in contradictorio judicio emanasset, *dec.* 1. *n.* 6. *lib.* 2.
Sententia lata cum legitimo contradictore, & in judicatum transacta, facit jus quoad omnes, *dec.* 6. *n.* 12. *lib.* 2. *&* *dec.* 7. *n.* 13. *lib. eod.*
Sententia per viam exceptionis, & ad probationem simplicis facti producta, & ad non effectum illam exequendi, probat sine actis, *dec.* 6. *n.* 22. *lib.* 2.
Sententia contumacialis non probat delictum, *dec.* 10. *numer.* 10. *lib.* 2.
Sententia prolata in contumaciam in judicio præcedentibus probationibus super delicto falsitatis, præsefert magnum probationis adminiculum in judicio civili, *dec.* 10. *n.* 15. *lib.* 2.
Sententiam ad sui favorem latam non potest quis, nec ejus hæredes impugnare, *dec.* 9. *n.* 28. *lib.* 6. *ib. dec.* 10 *n.* 22.
Sententia est nulla ex defectu legitimi procuratoris, *dec.* 12. *n.* 5. *lib.* 6.
Sententia lata contra legitimum procuratorem nocet etiam tertio non citato, quando non agitur de ea exequenda contra ejus personam, & bona, sed ipsa tantum secundum ex ea lædi potest, *dec.* 11. *n.* 13. *lib.* 6.
Si agitur de eadem re, eademque sit causa petendi, ac eadem consideretur conditio personarum, hæc tria operantur, ut sententia contra unum lata, alium afficit, *ib. n.* 14.
Sententia transit in rem judicatam, concurrente validitate, & justitia, nec est locus restitutioni, *dec.* 2. *n.* 3. *lib.* 12.
Injustitia impedit transitum sententiæ in rem judicatam, *dec.* 9. *n.* 2. *lib.* 13.
Sententiæ injustitia præbet causam restitutionis in integrum, *decis.* 9. *n.* 3. *lib.* 13.
Sententia in judicatum transacta impugnari nequit, nisi obtineatur restitutio in integrum, *dec.* 9. *n.* 31. *lib.* 3.
Sententia etiam nulla causat titulum ad præscribendum, *ibid. n.* 34.
Sententiæ, & judicata dicuntur lata etiam super iis, sine quibus subsistere non possunt, *dec.* 85. *n.* 35. *lib.* 12.
Sententiæ in judicatum transactæ faciunt rem claram; & veritatem probatam, *ib. n.* 37.
Sententia magis communis vim legis sortitur; & tanquam lex potest allegari, *dec.* 5. *n.* 82. *de Stat. success.*

Sepultura.

Licitum est cuilibet sibi eligere sepulturam; eamque electionem usque ad mortem variare, *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 12.
Fallit, si electio sepulturæ per importunas, & dolosas suggestio-

gestionis facta sit, aut pactum, vel juramentum præcesserint, *ib. n.* 2. 3. & 6. *lib* 12.
Sed ad hunc effectum non sufficit, quod suggestiones a tertio factæ sint, nisi constet de ordine personarum intervenientium capitulariter convocatarum, *ib. n.* 4.
Simplex exhortatio, etiam cum precibus juncta, sepulturæ electionem non infringit, *dec.* 5. *n.* 5. *lib.* 12.
Electio, & variatio sepulturæ, nec testamenti factio impediuntur per imbecillitatem ex senili ætate, *ib. n.* 8.
Variatio sepulturæ de jure licita est, non obstante quolibet pacto, seu alia quacunque contraria declaratione, *dec.* 5. *n.* 18. *lib* 12.
Electio sepulturæ sustinetur, etiamsi facta fuerit per codicillum, & testamentum ex defectu solemnitatis nullum, *dec.* 5. *n.* 23. *lib.* 12.
Licentia Ordinarii, quæ ex constitutionibus Monialium necessaria est ad effectum sepeliendi sæculares in earum Ecclesiis, a Sacra Congregatione Episcoporum suppleri potest, *decis.* 24. *n.* 24 *lib.* 12.
Ita ut sufficit, quod illa post obitum testatoris supervenerit, *ib. n.* 25.
Vide in verbo *Sepulchrum*.

Servitus.

Servitus altius non tollendi probatur per conjecturas, & signa ex inspectione loci resultantia, *dec.* 4. *n.* 12. *lib.* 4.

Signatura.

Signatura rescribendo cum clausula, *alteri qui ad ulteriorem legitimam*, declarat competere in causa viam executivam, *decis.* 43. *n.* 5. *lib* 8.
Rescriptum Signaturæ de appellatione retrahitur ad diem sententiæ, & omnia medio tempore gesta reddit attenta, *decis* 18 *n.* 2. *lib.* 9.
Declara, ut procedas in iis, quæ facta fuerunt infra decem dies non in gestis ex post, *ib. n.* 3.
Signatura rescribens cum clausula, *sine præjudicio*, præservat facultatem judicii procedendi ad executionem propria mandati, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 15.
Signatura non censetur voluisse circumscribere actum gestum, si id non expressit in rescripto, *dec.* 2. *n.* 4 *lib.* 15.
Signatura rejiciendo appellationem, non aufert jurisdictionem a Judice *a quo*, *dec.* 30. *n.* 11. *lib.* 15.
Signatura justitiæ, quando dubitat de valida impetratione literarum Apostolicarum, committit earum executionem cum clausula, *arbitrio*, &c. *dec.* 10. *n.* 21. *lib.* 12.

Simonia.

Exceptio Simoniæ amplius allegari non potest; si adversus illam adsit judicatum, *dec.* 23. *n.* 13. *lib.* 13.

Simulatio.

Excluditur, si non adsit necessitas simulandi, *ib. n.* 10. *decis.* 11. *n.* 10. *lib.* 8.
Simulatio ex quibus excludatur, *dec.* 12. *n.* 11. & 12. *lib.* 8.
Simulatio est concludentissime probanda, *dec.* 23. *n.* 6. *lib.* 8.
Simulatio non inducitur ex actibus, qui valide fieri possunt; *dec.* 23. *n.* 8. *lib.* 8.
Ratificatio tollit suspicionem simulationis, *dec.* 23. *n.* 12. *lib.* 8.
Non præsumitur gerere actum simulatum, qui potestatem habet illum vere, & realiter perficiendi, *dec* 24. *n.* 9. *lib.* 8.
Simulationis exceptio non admittitur, si causa simulandi non probetur, *dec.* 44 *n.* 17. *lib.* 8.
Simulatio quam maxime intervenisse præsumitur, ubi adhibetur nimia, & affectata cautela in explendo actu, *decis.* 10. *n.* 7. *lib.* 12.

Societas.

Vide in verbo *Communio*.
Communicatio omnium debitorum, & creditorum; nulla invicem reddita ratione pro tempore, quo in communione fratres vixerunt, societatem omnium bonorum fuisse inter ipsos inductam, & continuatam liquido probat, *dec.* 30. *n.* 7. *lib.* 7.
Societas cum pupillo nec contrahi, neque continuari vales sine solemnitatibus, *dec.* 39. *n.* 15 *lib.* 6.
Limita, si in societate permanebat pater, quia sequendo semitas illius, potest cum sola authoritate tacita, vel expressa tutoris, vel curatoris in societate continuare, vel de novo contrahere, *dec* 30. *n.* 16. *lib.* 7.
Ad sustinendam societatem cum tutrice, sufficit, quod pupillus factus major illam non impugnaverit, & perceperit lucra, *ib. n.* 17.
Edictum Urbani VIII. vult, quod capitula socialia inter mercatores exhibeantur in archivio, *dec.* 27. *n.* 17. *lib.* 8.

Societas officii.

Societas officiorum sunt contractus validi, atque approbati, *decis.* 1. *n.* 2. *de offic. ven.*
Propter periculum vitæ semper illarum fructus conventi fuerunt ad rationem duodecim pro centenario, *ib. n.* 3.
Et licet moderati fuerint per Pontificiam Constitutionem, nihilominus, quoties ultra summam moderatam exiguntur, exactio adjudicatur injusta, non vero usuraria, *ib. n.* 4.
Constitutio moderationis fructuum societatum officiorum non habet locum, nisi in casibus post illius publicationem, *decis.* 1. *n.* 14. Vide *n.* 15. *de offic. venal.*
Contractus cambii est incompatibilis cum societate officii, *dec.* 5. *n.* 17. & 19. *de offic. venal.*

Socius.

Consocius obligatus per complimentarium, *dec.* 25. *n.* 2. *lib.* 8.
Socius sibi imputare debet, si institorem minus idoneum elegit, *dec.* 26. *n.* 3. *lib.* 8.

Solemnitas.

Defectus solemnitatum opponi non potest adversus ipsum minorem, vel mulierem, cujus favore inductæ fuerunt solemnitates, *dec.* 10. *n.* 3. *lib.* 9.
Solemnitas requisita pro forma, regulariter adimpleri non potest per æquipollens, *dec.* 3. *n.* 7. *lib.* 16.
Impletur tamen per æquipollens, si forma respiciat certum effectum, *ib. n.* 8.
Sub nomine solemnitatum veniunt duntaxat solemnitates a jure ordinatæ, *dec.* 3. *n.* 24. *lib.* 16.
Solemnitas requisita ad certum effectum impletur per æquipollens, *dec.* 4. *n.* 22. *lib.* 16.
Omissio solemnitatis adhibitæ ad majorem cautelam non vitiat actum, *dec.* 5. *n.* 15. *lib.* 16.
Solemnitas, quæ in contractu per contrahentium voluntatem fuit, si omittatur, contractum non vitiat, quoties illa de jure non exigitur, *dec.* 7. *n.* 21. *lib.* 16.
Quoties dignoscitur in contractu fraudem non intervenisse, non est curandum de solemnitatum defectu, *dec.* 10. *n.* 26. *lib.* 16.

Solitum.

Solitum adversativum pactu expresso nullius est operationis, *decis.* 34. *n.* 49. *lib.* 15.

Solutio.

Solutione ejus, quod debetur, omnis extinguitur actio, *dec.* 17. 18. *n.* 1. *lib.* 7 *dec.* 10. *n* 9. *lib.* 8.
Ad excludendam præsumptionem solutionis desumpta a Statuto ex lapsu temporis, sufficit aliqua alia præsumptio præponderans, *dec.* 37. *n.* 2. *lib.* 7.
Solutio præsumitur facta secundum conventionem præcedentem; *dec.* 7. *n.* 13. *lib.* 8.
Præsumpta solutio inducit liberationem debitoris, *dec.* 16. *n.* 8. *lib.* 8.
Solutio præsumitur per lapsum sexdecim annorum, *ib. n.* 9.
Item ex inopia creditoris, & divitiis debitoris, *ib. n.* 10.
Ac ex tarda oppositione compensationis, *ib. n.* 11.
Statutum præsumens solutionem ob acquiescentiam sexdecim annorum, non habet locum in contractu jurato, vel obligatione camerali vallato, *dec.* 35. *n.* 4. *lib.* 8.
Defectus quietantiæ est potens conjectura ad excludendam solutionem, *dec.* 35. *n.* 9. *lib.* 8.
Ex diuturna lite super capitali arguitur ad non secutam solutionem fructuum, *dec.* 35. *n.* 10. *lib.* 8.
Solutio ex quietantia probatur, *dec* 45. *n.* 16. *lib.* 8.
Ita quoque ex lapsu temporis, *ib. n.* 17.
Solutio ignoranter facta non præjudicat, *dec.* 68. *n.* 34. *lib.* 13.
Solutiones factæ per illos, qui vocem in capitulo non habent, non præjudicant, *dec.* 3. *n.* 9. *lib* 14.
Indebita solutione probata, locus est restitutioni, *dec.* 3. *n.* 21. *l.* 14.
Solutio quando præsumitur uniformis cum aliis præcedentibus, *dec.* 23. *n.* 6. & 7. *lib.* 15.
Solutio semper cadit in causam anterioris debiti, *dec.* 35. *n.* 17. *l.* 15.

Solvens.

Vide in Verb. *Debens*.
Negligentia in solvendo, ac mora desumitur, ex quo quis fuit citatus, litem sustinuit, & executionem impedivit cum cautela Angeli, *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 6.

Soror.

Soror in fratris hæreditate succedit æqualiter cum matre, *decis.* 33. *n.* 22. *lib.* 7.
Soror cum filiis excluditur; quatenus transiens in alienam est finem propriæ familiæ, & agnationem non conservat, *decis.* 2. *n.* 66. *de stat. success.*
In sorore in familia nupta, & plenius in ejus filiis, cessat exclusio capitis exclusivi, *ib. n.* 67. & 111.
Soror in primo capite Statuti Florentini dicitur vocata, cum inter personas excludentes numeretur, *ib. n.* 106.
Sororis vocatio, contenta in priori Statuto, illæsa, præservata remanet a sequenti reformatione in pluribus casibus, *ib. n.* 118.
Sororem sufficit aliquo casu, & tempore vocari, ut illius gradus filio suffragetur, *ib. n.* 109.
Soror si extra familiam nupta succederet exclusive ad agnatos remotiores, & illius filii agnati masculi proximiores excluderentur a dictis agnatis ex eodem gradu fœminino jam exclusis, absurdum sequeretur, *ib. n.* 150.

Spo

Spolium.

Spoliatio succurritur remedio reintegrationis, *dec. 4. n. 1. lib. 13.*
Spolium violentum quomodo purgandum, *dec. 4. n. 19. lib. 13.*
In judicio spolii omnes in pristinum reponi debent, *dec. 4. n. 14. lib. 13.*
Exceptio spolii repellit spoliatum ab agendo contra spoliantem in diverso judicio, *dec. 14. n. 6. lib. 15.*
Declara, ut procedat in spolio violento, non autem judiciali, *ibid. n. 7.*
Lapsus paucorum dierum junctus cum scientia deliberationis, facit præsumere quem habuisse se pro spoliato, *dec. 10. n. 5. l. 15.*

Status.

Non attenditur ultimus status, quando causa possessionis absorbetur a proprietate, *dec. 5. n. 20. lib. 13.*
Ultimus status non constituitur ex actu æquivoco, *dec. 6. n. 18. lib. 13.*
Status ultimus non attenditur, quando manifesta veritas stat in contrarium, *dec. 6. n. 19.*
Signanter cum res est adhuc integra, *n. 20. lib. 13.*
Ultimus status in possessione præsentandi non inducitur, si sit litigiosus, *dec. 8. n. 3. lib. 13.*
Ultimus status, qui sit turbidus, non attenditur, *dec. 8. num. 4. lib. 13.*
Ultimus status non attenditur, si ex fundatione constet possessorem jus non habere, *dec. 11. n. 11. lib. 13.*
Ultimus status non attenditur, si non probetur fuisse præsentationes cum scientia, & patientia patronorum, *dec. 14. n. 12. lib. 13.*
Eoque magis, si constat de dissensu, *ib. n. 13.*
Ultimus status non habetur in consideratione, si clare constet de jure contrario, *dec. 14. n. 14. lib. 13. dec. 15. n. 22. libr. eod. ib. dec. 32. n. 18.*
Sententia facit ultimum statum; *dec. 20. n. 11. lib. 13.*
Ultimus status jurispatronatus attenditur, *dec. 21. n. 1. lib. 13. decis. 36. n. 3. lib. eod.*
Pro legitima jurispatronatus adjudicatione ultimus status attenditur, *dec. 23. n. 1. lib. 13. dec. 33. n. 31. lib. eod.*
Ultimus status non attenditur, quoties constet de veritate status contrarii; si tamen agatur de simplici statu beneficii in petitorio, *dec. 34. n. 2. lib. 13.*
Vel si agatur de probanda qualitate patronatus in præjudicium tertii impetrantis, vel provisi, *ib. n. 3.*
Sed si agatur de pertinentia collationis, & quasi possessione eligendi, seu præsentandi, tunc sola quasi possessio sufficit ad sustinendam collationem, etiam si constet de anteriori possessione contraria, vel de statu anteriori adversativo legitime præscripto, *dec. 34. n. 4. & 5. lib. 13.*
Hujusmodi tamen conclusio eo tantum casu evarti valeret; quoties evidentissima concurreret probatio adversativa ultimo statui, & quæ oriretur vel a publico instrumento fundationis, cui nihil objici possit, vel a re judicata, vel a patris confessione undique clara, *ib. n. 6.*
Itaut si contraria probatio remaneret aliqualiter dubia, semper attendi debet ultimus status, *ib. n. 7.*
Ultimus status, pro quo stat sententia, est attendendus, donec per rem judicatam fuerit revocata, *dec. 34. n. 8. lib. 13.*
Ut ultimus status legitime possit præscribi, sufficit titulus coloratus, *dec. 34. n. 9. lib. 13.*
In beneficialibus ultimus status attenditur, *dec. 35. n. 1.*
Declara, ut num. 11. 12. 13. 14. & 15. lib. 13. dec. 43. numer. 8. lib. eadem.
Præcipue, si pro eo currit etiam res judicata, *dec. 35. n. 2. & 3. lib. 13.*
Subrogatio gratiosa non firmat statum; nec favore unius; neque alterius patroni, *ib. n. 4. Vide n. 10. & 11.*
Ultimus status non suffragatur, si adversus eum emissæ fuerint protestationes jurium præservativæ, *ib. n. 5.*
Declara, ut n. 7. 8. & 9.
Sententia lata contra non legitimum contradictorem, adversus libertatem beneficii, juridicum statum non constituit, *ibid. num. 6.*
Ubi agitur de probanda qualitate beneficii in præjudicium tertii impetrantis, non attenditur ultimus status, etiam si pertractetur de executione gratiæ, *dec. 35. n. 17. lib. 13.*
Contrarium magis verum esse demonstratur, *ib. n. 8.*
Ultimus status attendi debet, licet gratia non sit executa, sed exequenda sit, dummodo adversus ultimum statum non concurrant probationes certæ, quæ nequaquam admittendæ essent; licet certæ sint, quoties esset executa, *decision. 35. numer. 25. lib. 13.*
Ultimus status non attenditur, si non agatur de ejiciendo præsentatum e beneficio, *dec. 36. n. 7. lib. 13.*

Statutum.

Ut Statutum locum habeat, requiritur utraque subjectio; personarum, & bonorum, *decis. 3. num. 20. lib. 9. dec. 3. n. 16. lib. eod.*
Statutum laicale nunquam comprehendit Clericos, *dec. 2. n. 12. lib. 9. dec. 16. n. 7. lib. 9.*
Sive Statutum loquatur in personam, sive in rem, *ib. n. 11.*
Statuta non habent locum, quando deficit personæ subjectio; *dec. 26. n. 5. lib. 9.*
Statuta non comprehendunt eum, qui non est subjectus, tam ratione personæ, quam bonorum, *ib. n. 6.*
Privilegium Ecclesiasticis concessum non revocatur a Statuto eodem tempore confecto, *dec. 16. n. 8. lib. 9.*
Statutum, quod permittit matri dispositionem pro certa tantum summa, auget consequenter filiorum legitimam usque ad reliquarum, *dec. 34. n. 2. lib. 9.*
Statutum prohibens disponere extra filiorum personam, permittit intra filiorum personas permittit quomodocunque disponere, vel distribuendo bona inæqualiter inter filios, vel eisdem onus adjiciendo, *ib. n. 4.*
Declara, ut procedat, quoties reliquatus pro filiis assignatus a Statuto non succederet loco legitimæ; secus e contra, *ib. n. 5.*
Statuta laicorum hodie comprehendunt bona Clericorum ex recentiori Constitutione Innocentii XI. si excludunt fœminas, *dec. 1. n. 3. lib. 14.*
Statutum laicorum non ligat Ecclesiasticum, seu Ecclesiæ bona; licet sint favorabilia, *dec. 1. n. 4. lib. 4.*
Statuta laicalia, quando nullam mentionem faciunt de Ecclesiis, seu Ecclesiasticis personis, istæ possunt uti per modum privilegii, *dec. 1. n. 5. lib. 4.*
Statutum factum contra jus, & sacros Canones, non valet, *decis. 3. n. 15. lib. 14.*
Nuncius Hispaniarum non potest statuere contra sacros Canones, *ib. n. 16.*
Legatus a latere non potest statuere contra sacros Canones, *ib. n. 17.*
Statutum declarans articulum juris dubii, censetur potius favorabile, quam odiosum, *dec. 5. n. 17. lib. 14.*
In ordinariis attenditur Statutum loci, ubi pendet judicium, *dec. 14. n. 8. lib. 15.*
Judex tenetur facere executionem secundum formam sui Statuti, & non loci contractus, *ib. n. 9.*
Cessante ratione, cessat ipsa Statuti dispositio, *dec. 3. n. 14. l. 16.*
Subjiciens se voluntarie Statuto, tenetur illud servare, *decis. 3. n. 22. lib. 16.*
Statutum ordinatum a Parlamento generali obligat etiam personas Ecclesiasticas, *dec. 4. n. 3. lib. 16.*
Statutum ordinatum a Parlamento generali obligat omnes subditos, *dec. 4. n. 6. lib. 16.*
Statutum, in cujus compilatione interfuit persona Ecclesiastica non ligat Ecclesiasticos, *dec. 4. n. 8. lib. 17.*
Statutum, in quo non fit mentio Ecclesiasticorum, illos non obligat, *dec. 4. n. 12. lib. 16.*
Volens se sponte subjicere Statuto; tenetur illud servare, *decis. 4. n. 16. lib. 16.*
Voluntas se subjiciendi Statuto, quo quis non ligatur, debet esse expressa, & individua, *ibid. numer. 17. & dec. 5. num. 16. lib. 16.*
Statutum conditum a Parlamento generali, ligat tam personas seculares, quam Ecclesiasticas, *dec. 5. n. 3. lib. 16.*
Præsertim, si ab utrisque fuerit observatum, *ib. n. 4.*
Per spontaneam subjectionem Statuto tenetur quis servare solemnitates in eo præscriptas, *dec. 5. n. 14. lib. 16.*
Statuti confirmati validitas controverti non potest; *decis. 4. n. 6. lib. 3.*
Statutum Provinciæ servandum est, *dec. 4. n. 7. lib. 3.*
Statutum est conciliandum ad evitandam illius contrarietatem, *dec. 5. n. 4. lib. 3.*
Statutum a Sede Apostolica confirmatum servandum est, *dec. 8. n. 7. lib. 3.*
Si Statutum laicale pro bono publico factum sit, ei subjici debent Ecclesiastici, *dec. 1. n. 1. & 4. lib. 4.*
Si Statutum laicale pro bono publico factum, a Summo Pontifice confirmatum sit, illius instantia supponi debet ad effectum extensionis ad Ecclesiasticum faciendæ, *dec. 1. n. 8. lib. 4.*
Statutum respiciens decisoria non ligat forenses, *dec. 4. n. 2. l. 6.*
Id procedit in his, quæ veniunt a principio, & ex natura contractus, non in his, quæ oriuntur ex post facto, & post contractum propter negligentiam, & moram, *dec. 4. n. 3. lib. 6.*
Statutum loci, ubi fuit facta promissio, attenditur, quando solutio non fuit determinata in certo loco, sed solummodo simpliciter promissa, *ib. n. 4.*
Vide in verbo *Forensis*.
Statutum contra jus non potest de marito ad socerum; & de patre ad avum extendi, *dec. 8. n. 12. lib. 6.*
Statutum de lucro dotis non patitur extensionem, *dec. 8. n. 13. lib. 6.*

Statutum fœminarum exclusivum.

Vide *Dos*, *Legitima*.
Fœminæ a Statuto exclusæ propter masculos computantur in numero liberorum ad augendam legitimam pro masculis, *decis. 22. n. 2. lib. 9.*
Idque procedit etiam in successione matris, *ib. n. 3.*
Et faciunt numerum, & partem ad fratrum commodum, ejusdem tamen, non autem alterius matrimonii, *ib. n. 4.*
Statuta fœminas excludentia propter masculos intendunt conservationem agnationis, *dec. 12. n. 5. lib. 9.*
Statutum exclusivum fœminarum in casu successionis intestatæ non habet locum, quando testamentum convalescit ex causa præteritionis, & mediante clausula codicillari, *dec. 27. n. 16. lib. 9.*
Declarantur Doctores, qui in contrarium solent allegari *ibid. num. 17.*

A Sta-

A Statuti beneficio exclusus, non potest ex aliorum persona eodem gaudere beneficio, *ib. n.* 19.
Statutum declarans articulum juris dubii, censetur potius favorabile, quam odiosum, *dec.* 5. *n.* 17. *lib.* 14.
Statutum prospiciens agnationi, favorabile reputatur, *decis.* 1. *n.* 43. *de stat. success.*
Statutum ideo restringit gradum agnatorum, ne degeneret in odiosum, excludendo fœminas ac agnatos remotissimos, *ibid. num.* 44.
Repugnat, quod in eodem contextu Statuti simul, & semel duo emergant contraria, videlicet sororis admissio, & ejus gradus rejectio, *dec.* 1. *n.* 127. *de stat. success.*
In Statuto, ut casus dicatur specifice expressus, sufficit, quod aliquo modo comprehendatur sub generalitate verborum, *ibid. n.* 147.
Absurdum est, quod fit contra finem, & rationem Statuti; nam qui vult finem, vult etiam omnia, per quæ pervenitur ad finem, *ib. n.* 149.
In Statuto absurdum est, quod agnatus in pari gradu proximitatis excludat alium agnatum ex sorore nupta in agnatione, *ib. n.* 151.
In Statuto absurdum est ampliare caput exclusivum odiosum, præsertim cessante causa odii, & exclusionis, & e converso restringere caput exclusivum favorabile, *ib. n.* 152.
In Statuto capienda est interpretatio, quæ removet absurda, illudque reddit rationabile, & fini agnationis conforme, *ibid. n.* 153.
Ut casus in Statuto dicatur specifice expressus, sufficit, quod aliquo modo comprehendatur sub generalitate verborum, *ibid. n.* 147.

Statuta Particularia.

Statuta particularia recipiunt interpretationem a Statuto civitatis dominantis, *dec.* 25. *n.* 9 *lib.* 6.
Terra subdita non habet facultatem inducendi observantiam abrogativam Statuti conditi a superiore, *decis.* 25. *numer.* 14. *libr.* 6
Statutum Bononiæ de duabus habet locum etiam contra Ecclesias, *dec.* 19. *n.* 1. *lib.* 8.
Quamvis secunda sententia sit lata in urbe, *ib. n.* 2.
Sententiæ dicuntur conformes, quando secunda confirmat primam, *ib. n.* 3.
Statutum Firmi prohibet, ne bona illius territorii transferri possint in forenses, *dec.* 8. *n.* 19. *lib.* 9.
Statutum Viterbii in bonis matris tribuit inæqualitatem dispositionis erga filios, *dec.* 34. *n.* 7. *lib.* 9.
Ex Statuto Asculano mater excluditur in hæreditate filii, existentibus sororibus, *dec.* 68. *n.* 18. *lib.* 10.
Statutum Bononiæ admittendi spurios ad successionem est a jure communi exorbitans, & contra bonos mores; ideo non extendendum, *dec.* 84. *n.* 18. & 19. *lib.* 10.
Et cum d. Statutum loquatur de causa incestati, sibi locum non vindicat in causa testati, *ib. n.* 20.
Statutum Bononiæ tribuit executionem paratam scripturis ab Archivio extractis, *dec.* 8. *in* e. *n.* 4. *lib.* 13.
Statutum Civitatis Veliternæ fœminarum exclusivum est, *decis.* 1. *n.* 2. *lib.* 14.
Statutum Bononiæ, quod solus hæres capiat possessionem, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 14.
Statutum Bononiæ præfert hæredes in possessione, & alios privat commodo possessionis, *dec.* 2. *n.* 3. *lib.* 14.
Statutum Foro-Julii *cap.* 87. in de donat. mandat. donationes insinuari, *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 16.
Statutum Bononiæ taxat fructus legales ad rationem septem pro centenario, *dec.* 13. *n.* 2. *lib.* 16.

Statutum Urbis.

Statutum Urbis exposcit juramentum curatoris, quod scilicet contractus non tendat in præjudicium minoris, *dec.* 7. *numer.* 5. *lib.* 6.
Præfatum juramentum exigitur in contractu donationis, *ibid. num.* 7.
Statutum Urbis reputat habentes annum vigesimum, ac si essent majores, *dec.* 15. *n.* 1. *lib.* 7.
Statutum Urbis habet locum in toto districtu, *dec.* 15. *num.* 2. *lib.* 7.
Habet etiam locum in districtu, etsi adsit Statutum particulare, quod præscribat certam formam, ad hoc ut minores valide possint contrahere, quia si non determinet ætatem, attenditur quoad illud Statutum Urbis, *dec.* 25. *n.* 4. *lib.* 7.
Statutum Urbis in dote uxoris prædefunctæ concedit viro superstiti usumfructum tantum, *dec.* 15. *n.* 10. *lib.* 8.
Statutum Urbis respiciens ordinatoria non servatur extra forum Capitolinum, *dec.* 31. *n.* 6. *lib.* 8.
Statutum Urbis in *cap.* 83. *libr.* 1. loquitur de apocis modicæ summæ factis bona fide, *ib. n.* 7.
Statutum Urbis in *cap.* 85. tribuit pro dote viam executivam contra tertios, *dec.* 42. *n.* 15. *lib.* 8. & *dec.* 43. *n.* 1. *lib. eod.*
Sive creditum resultet ex instrumento, sive ex apocha, *ibid. n.* 16.
Statutum Urbis non ligat forenses, *dec.* 42. *n.* 17. *lib.* 8.
Limitatur in iis, quæ nascuntur post contractum, quia tunc attenditur Statutum loci, in quo fit petitio, *ib. n.* 18.
Statutum Urbis in iis, quæ oriuntur propter negligentiam solvere debentis, servatur etiam contra forenses in Urbe conventos, *dec.* 42. *n.* 19. *lib.* 8.
Statutum Urbis non extenditur ad contractus celebratos extra Urbem, & districtum, *dec.* 43. *n.* 2. *lib.* 8.
Fallit, si petitio executionis contractus extra Urbem celebrati fiat in Urbe, quia tunc attenditur Statutum loci, in quo fit petitio, *ib. n.* 3.
Statutum Urbis *cap.* 180. *lib.* 1. comprehendit non solum cives, sed etiam incolas, & districtuales, *dec.* 2. *n.* 1. *lib.* 16.
Statutum Urbis, quamvis confirmatum a Papa, tanquam Principe sæculari, non ligat Ecclesiasticum, *dec.* 4. *n.* 9. *lib.* 16.
Statutum Urbis *lib.* 1. *c.* 15. loquitur de officiis amovibilibus, *decis.* 7. *n.* 5. *lib.* 2.
Statutum Urbis de duabus conformibus non procedit, si non concurrat validitas simul cum justitia sententiarum, *decis.* 8. *n.* 1. *lib.* 16.
Statutum Urbis de lucro dotis non extenditur de casu ad casum, *dec.* 8. *n.* 14. *lib.* 16.
Statutum Urbis *libr.* 1. *cap.* 152. irritat contractum gestum a filiisfamilias absque consensu patris, *dec.* 39. *n.* 1. *lib.* 7.
Dictum Statutum comprehendit solum cives, & incolas, non autem exteros in loco contrahentes, *ib. n.* 2.
Statutum respiciens solemnitatem actûs, comprehendit etiam forenses, *ib. n.* 3. & 5.
Si Statutum se restringit ad cives, & incolas, mimisque tunc præscribat solemnitates, tamen exteros non comprehendit, *ib. n.* 6.
Una pars Statuti recipit interpretationem ab alia, *ib. n.* 7.
Statutum si loquatur de civibus, & incolis absque taxativa, non tamen comprehendit forenses, *ib. n.* 8.
Statutum Urbis non comprehendit filiosfamilias, qui publice negotiantur, & habentur pro patribus familias, *ib. n.* 11.
Statuta, & leges favorabiles filiisfamilias sunt factæ ad occurrendum fraudibus, quibus ipsi circumveniri possunt; non autem, ut alios decipiant, *ib. n.* 15.
Doctores adducti ad comprobandum, quod Statutum loquens de civibus, & incolis, porrigatur etiam ad exteros, declarantur, & rejiciuntur, *ib. n.* 9.

Stylus.

Stylus habet vim legis, *dec.* 15. *n.* 3. *lib.* 15.
Stylus ex contrariis actibus subvertitur, *dec.* 27. *n.* 7. *lib.* 15.
Attestationi antiquiorum super stylo defertur, *dec.* 30. *n.* 2. *dec.* 31. *n.* 5. & *dec.* 32. *ib.*

Subhastatio.

Subhastatio privat possessorem sua possessione, *dec.* 28. *n.* 3. *l.* 15.

Subingressio.

Subingressio in juribus creditoris admissi inducitur ministerio legis, concurrentibus tamen necessariis requisitis, *dec.* 4. *n.* 5. *lib.* 8.
Et prodest tam quoad acquisitionem actionis personalis, quam hypothecariæ, *ib. n.* 6.
Requisita ad effectum subingrediendi in locum creditoris dimissi sunt præcedens conventio, traditio pecuniæ, & versio, *ibid. n.* 7. & *dec.* 6. *n.* 4. *lib.* 8.
Subingressio habet locum, sive solutio fiat ab eo, qui pecuniam ad effectum dimittendi creditorem subministrat, sive ab ipso debitore, *dec.* 4. *n.* 10. *lib.* 8.
Dummodo tamen præcesserit pactum favore subministrantis pecuniam ad illam erogandam in extinctionem aliorum debitorum, *ib. n.* 11.
Subingressio datur facilius contra hæredes debitoris, quam in præjudicium tertii, *dec.* 4. *n.* 12. *lib.* 8.
Subingressio competit actione creditoris dimissi, *dec.* 4. *n.* 14. *lib.* 8.
Si tamen vere dimissio facta fuerit cum pecuniis subingressi, *ib. n.* 15.
Subingressio facta per viam extinctionis prioris debiti, est operativa solum quoad sortem, *dec.* 5. *n.* 1. *lib.* 8.
Subingressio in actionibus personalibus privilegiatis oritur, quoties cum pecuniis tertii dimittitur creditor anterior, *decis.* 5. *n.* 5. *lib.* 8.
Subingressio competit eadem via executiva, quæ competebat creditori dimisso, *dec.* 5. *n.* 6. *lib.* 8.
Pro subingressu in juribus creditoris dimissi requiritur cessio effective, vel conventio de subingrediendo, facta inter dimittentem, & debitorem, *dec.* 6. *n.* 3. *lib.* 8.
Ad obtinendam subingressionem requiritur voluntas creditoris, *ib. n.* 5.
Subingressio non impeditur, ex quo pecunia eroganda in extinctionem aliorum debitorum tradita sit libere debitori, dummodo interveniat versio in eandem causam, *dec.* 6. *n.* 8. *lib.* 8.
Subingressio in actionibus personalibus datur, quoties pecunia fuit tradita debitori, ad hoc ut creditori solvatur, illaque vere soluta sit, *dec.* 6. *n.* 9. *lib.* 8.
Subingressio operatur quoad sortem principalem, non vero quoad fructus, *dec.* 6. *n.* 14. *lib.* 8.
Declara, ut conclusio procedat in credito non fructifero; secus in fructifero, *ib. n.* 15. & 16.
Unum ex requisitis necessariis ad subingressum in juribus creditoris est voluntas præambula dimittentis, *dec.* 7. *n.* 1. *lib.* 8.
Et pactum, quod pecuniæ erogentur in eandem causam, *ibid. num.* 1.

Con-

Conventio subingressus probatur conjecturis, *decis. 7. numer. 5. lib. 8.*

Ordo directus pro solutione facienda debet continere vincula, & conditiones, sub quibus fit solutio, ad effectum subingrediendi in alienis juribus, *dec. 7. n. 10. lib. 8.*

Limitatur tamen, ut procedat, quoties non constet de separata, & præambula conventione subingrediendi, *ib. n. 12.*

Submissio.

Submissio generalis omnibus curiis, intelligi debet de curiis competentibus, vel ratione originis, vel domicilii, aut contractus; non autem de curiis ex jure communi vel municipali competentibus, *dec. 6. n. 3. lib. 5. & dec. 7. n. 5. & dec. 8. n. 8 lib. eadem.*

Generalis submissio cuicumque curiæ non est sufficiens ad tribuendam jurisdictionem præsidi camerae, *dec. 7. n. 4. lib. 3.*

Subreptio.

Subreptio non inducitur ex expressione facta, quæ Pontificem non retraxisset a concessione gratiæ, si sciret rem aliter se habere, *dec. 18. n. 9. lib. 13.*

Subrogatio.

Mandatum de subrogando omnimodo exigit narratorum justificationem, *dec. 38. n. 1. lib. 13.*

Gratia subrogationis ut executioni sit demandanda, quæ verificari debeant, *dec. 38. n. 13. 14. 15. 16. & 17. lib. 13.*

Lis est fundamentum subrogationis gratiosæ, *dec. 39. n. 1. & 6. lib. 13.*

Lis debet esse super titulo, ad hoc ut sit locus regulæ de subrogando, *ib. n. 3.*

Expressio specifica status litis est sufficiens pro prohibenda subrogatione, *ib. n. 8.*

In subrogatione gratiosa sufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata, *dec. 40. n. 5. & 7. lib. 13.*

Subrogatio importat privationem ejus, cui fit subrogatio, & omnes res, & qualitates transferuntur in subrogatum, *dec. 88. n. 45. lib. 10.*

Subrogatum.

Subrogatum induit naturam ejus, cujus loco subrogatur, *dec. 27. n. 8. lib. 8. dec. 34. n. 58. lib. 15.*

Subscribere, Subscriptio.

Subscribens folium album, nihil prorsus continens, non rei manet obligatus, *dec. 23 n. 2. lib. 8.*

Subscribere præsumitur scire ea, quæ in spatiis in albo relictis fuit describenda, *ib. n. 3. dec. 24. n. 14. lib. 8.*

Subscribens mandatum procuræ, in quo continentur substantialia contractus, censetur in reliquis partibus contractus se remittere voluntati procuratoris, *ib. n. 4. & dec. 24. n. 16. lib. 8.*

Subscriptio denotat consensum, *dec. 24. n. 1. lib. 8.*

Subscriptio capitulorum matrimonialium facta per filios primi matrimonii importat quidem renunciationem dispositioni *l. fœmina, Cod. de secund. nupt.* non autem, *l. hac edict. Cod. eod. dec. 1. num. 17. lib. 11.*

Substitutio.

Substitutio emissa sub conditione, *si sine liberis*; per filiorum existentiam evanescit, *dec. 38. n. 1. lib. 10.*

Ab hac regula receditur, si aliud suadeant & verba, & conjecturæ testamenti, *dec. 38. n. 2. lib. 10.*

Ex quibus verbis inducatur substitutio in tota hæreditate, *decis. 23. n. 6 lib. 9.*

In substitutione per verba, illis non extantibus, substituit illorum filios, & descendentes, verbum *illorum* referri non potest ad eos, quos testator consideravit absque prole posse deficere, *dec. 2. n. 4 lib. 10.*

Ut pars conditionalis substitutionis magis sit ampla, extendi valet ad novas personas in dispositione non comprehensas, *dec. 2. n. 6. lib. 10.*

Ex causis substitutionis mens substituentis recte depromitur, *decis. 6 n. 11. lib. 10.*

Substitutio non extenditur ultra personas in testamento expressas, licet concurrat identitas, vel majoritas rationis, *dec. 7. n. 6. lib. 10.*

Substitutio facta in casu, quo descendentia finiatur, seu extinguatur, habet & vindicat sibi locum, etiam si linea nunquam incœperit, *dec. 7. n. 12. lib. 10.*

Substitutionis pars conditionalis declarationem recipit a dispositiva, nec continere valet personas diversas ab ipsa dispositiva, *dec. 26. n. 8. lib. 10. dec. 27. n. 3. lib. 10.*

Pars conditionalis regulanda non est a dispositiva, si magis late pateat, & amplioribus verbis concepta sit, *dec. 26. n. 8. lib. 10. & dec. 27. n. 4. lib. eadem.*

Substitutio facta cum conditione, *si sine filiis*, per filiorum existentiam expirat, *dec. 24. n. 8. dec. 25 n. 3. dec. 27. n. 5. lib. 10.*

Caducata prima substitutione ob defectum conditionis, omnes aliæ sequentes expirant, *dec. 27. n. 12. lib. 10.*

Limita, quoties aliæ substitutiones non stant mere accessorie, & continuative, sed per orationem separatam, ac de per se perfectam, novum casum continentem, *dec. 27. num. 13. lib. 10.*

Caducata Prima substitutione, cæteræ omnes evanescunt, *decis. 28. n. 1. lib. 10.*

Substitutio facta in defectu filiorum complectitur nedum casum non existentiæ filiorum, verum etiam casum existentiæ, & postea deficientiæ.

Substitutiones quæ pendent ab unica constitutione, non plures, sed unica reputantur, *dec. 47. n. 12. lib. 10.*

Substitutio sub duabus conditionibus concepta, ut purificata dicatur, exigitur utriusque conditionis implementum, *decis. 53. n. 3.*

Per prædecessum substituti substitutio caducata remanet, *dec. 53. n. 3. lib. 10 dec. 67. n. 2. dec. 17. lib. eadem.*

Substitutio subsequens, & præcedenti consecutiva, & simultanea, censeri debet ab eisdem modis, & conditionibus qualificata, *dec. 53. n. 4. lib. 10.*

Expressa substitutio vincit jus accrescendi, *decis. 53. num 22. lib. 10.*

Expressa substitutio nunquam potentior vincit jus accrescendi, non decrescendi, *dec. 54. n. 2. lib 10.*

Ab hac regula receditur ex conjecturis, *ib. n. 3.*

Si substitutio facta fuerit indefinite de tota hæreditate, locum sibi vindicat jus accrescendi, seu non decrescendi, in exclusionem substituti, *dec. 54. n. 8. lib. 10.*

Declara conclusionem procedere, quando substitutio facta fuisset de tota, vel integra hæreditate; secus si indefinite de hæreditate, quæ verificari potest etiam in parte, *ibid num. 9.*

Et eo magis, si testator divisisset hæreditatem in plures portiones, & quotas, *ib. n. 10.*

Si substitutio facta non fuerit nominatim ultimo morienti, sed verbis impersonalibus, licet facta extiterit in bonis, & hæreditate, non intelligitur de tota devoluta apud ultimum, sed de qualibet parte, *ib. n. 11.*

Regula, *substitutio de re non loquitur*, ponitur, *dec. 63. num. 4. lib. 10.*

Non valet illatio de substitutione in casu delicti ad illam in casu obitus, *dec. 68 n. 11. lib. 10.*

Substitutio uno, & eodem contextu cum alia continuative facta, juxta antecedentem regulanda est, *dec. 70. n. 9. lib. 10.*

Substitutio recipit declarationem ab institutione, *dec. 65. n. 10. lib. 16.*

Ex quibus desumatur; quod substitutio facta fuerit ultimo morienti, *dec. 67. n. 29. lib. 16.*

Substitutio quæ pendet a casu obitus sine filiis, per filiorum existentiam expirat, *dec. 69. n. 8. lib 16.*

Amplia, licet adsit prohibitio alienationis, si ista restricta sit ad hæredem institutum, *ib. n. 9.*

Amplia 2. etiam si concurrat prohibitio Trebellianicæ, *ib. decis. num. 10.*

Amplia 3. quamvis testator injunxerit substituto assumendi ejus cognomen, & arma, si non adsint verba perpetuitatem importantia, *ib. n. 12.*

Substitutio generalis, & hypotheca non referrur ad eos, quibus specialiter est provisum, *dec. 88. n. 33. lib. 10.*

Substitutiones novæ, & quæ in dispositione non leguntur, non debent supponi, & figurari, *ib. n. 40. & 41.*

Substitutio compendiosa.

Substitutio facta cum commemoratione mortis dicitur compendiosa, licet deficiat verbum, *quandocumque*, *dec. 30. num. 5. lib. 10.*

Substitutio compendiosa operatur, ut bona nedum alienari non possint intra tempus prohibitum a testatore, sed etiam nec post, *dec. 30. n. 6. lib. 10.*

Substitutio compendiosa dicitur facta, si consideratus fuerit casus obitus, licet non adsit dictum, *quandocumque*, *dec. 35. n. 27. dec. 53. n. 11. lib. 10.*

Substitutio concepta cum commemoratione mortis dicitur compendiosa, & continet quodcumque tempus, *dec. 36. num. 3. lib. 10.*

Substitutio compendiosa omnem, & quemcunque casum mortis comprehendit, non attento illius tempore, *decis. 53. num. 13. lib. 10.*

Compendiosa substitutio continet vulgarem anomalam, quæ operatur, ut caducato gradu antecedenti subintrent in ejus locum successive substituti *dec. 53. n. 12. lib. 10.*

Substitutio explicata sub commemoratione mortis; dicitur compendiosa, includens etiam fideicommissariam, *dec. 67. num. 8. lib. 10.*

Substitutio compendiosa non continet vulgarem; ubi totam non complectitur hæreditatem, *dec. 70. n. 6.*

Declara, ut *n. 7. & 8. lib. 10.*

Substitutio reciproca.

Reciproca linealis censetur inducta, si bona in agnatione debeant conservari, *dec. 19. n. 20. lib. 10.*

Reciproca repetita de jure non censetur, *dec. 21. n. 55. lib. 10.*

Reciproca inter descendentes ex quibus voluta dicatur, *dec. 28. lib. 10.*

Reciproce intelligendi est quoad omnes eadem oratione, & contextualiter vocatos, *dec. 46. n. 17. lib. 10.*

Ex

Ex reciproca ad favorem omnium descendentium resultat fideicommissum, *dec.* 46. *n.* 18. *lib.* 10.

Reciproca inter descendentes unius, & ejusdem lineæ, resultat ex perpetuitate nominis injuncti filiis, & descendentibus primi hæredis, *dec.* 48. *n.* 11. *lib.* 10.

Ac ex voto conservandi agnationem, *ib. n.* 12.

Substitutio reciprocè inter primos hæredes scriptos, non censetur repetita inter descendentes, si caprasse illam non scripserit, *dec.* 56. *n.* 1. *lib.* 10.

Reciproca linealis non censetur volita, ex quo testator mandavit omnia bona in ejus, & hæredum familia & domo conservari, si a principio plures substituerit, & pro quolibet columnello assignaverit portionem diversam, *ibidem numer.* 2. 4. & 5.

Reciproca linealis inducta in casu delicti, minime extenditur in casu obitus, *ib. n.* 3.

Tacita reciproca prætendi non potest, si deficiant tria requisita expressa a *l. Titia Seja*, *ff. de leg.* 1. *ib. n.* 10.

In fideicommisso universali omnis est sumenda interpretatio pro exclusione reciprocæ linealis, *decision.* 56. *numer.* 11. *lib.* 10.

Reciproca linealis censetur inducta, si testator prohibuerit alienationem, & hypothecationem bonorum sub præcisa consideratione, & voto, quod maneant indivisa, *decis.* 58. *lib.* 10.

Præcipue si scissionem hæreditatis prohibuerit, nedum in extraneos, sed etiam inter ipsos hæredes, *ib. n.* 2.

Verba, per quæ habetur voluntas testatoris conservandi bona absque illorum successione, indicant reciprocam linealem, *ib. num.* 3.

Reciproca linealis non excluditur, ex quo inter primos testator reciprocam ordinaverit, & quoad alios omiserit, *ibidem num.* 10.

Reciproca linealis dicitur ordinata, si testator post vocationem hæredum, & descendentium, reciprocam scripserit, *dec.* 60. *n.* 3. *lib.* 10.

Hæc conclusio admittitur, quatenus substitutio reciproca adjecta sit post vocationem descendentium, vel connotata non sit dictionibus distributivis, *ib. n.* 2.

Reciproca linealis dicitur volita, si testator desideraverit perpetuam successionem masculorum quousque durat linea masculina, *dec.* 60. *n.* 3. *lib.* 10.

Dicitur pariter volita linealis reciproca, si post extinctam lineam masculinam vocatæ fuerint fœminæ, *decis.* 60. *n.* 4. *lib.* 10.

Eoque magis, si inter plures fœminas aliquibus prælationem concesserit, *ib. n.* 5.

Reciproca linealis non censetur exclusa, ex quo testator in defectum primogeniti alicujus mandaverit, ut bona administrarentur, donec oriretur secundogenitus, *decis.* 60. *num.* 6. *lib.* 10.

Tria exiguntur, ut linealis reciproca ordinata dicatur, quod nempe omnes sint vocati, quod substitutio facta sit ultimo moriente, & in tota hæreditate, & ex quibus verbis appareat, *dec.* 60. *n.* 7. 8. 9. & 10. *lib.* 10.

Pro desumenda lineali reciproca deserviunt conjecturæ, quæ depromuntur ex detractionum prohibitione, ratione conservandi agnationem, ex rosa prohibitione alienationis, & verbis, *attivamente*, *passivamente*, *reciprocamente*, & per fideicommissum apposita post vocationem descendentium, *ibidem num.* 11.

Quando agitur inter descendentes a testatore, levioribus conjecturis linealis reciproca inducitur, *decision.* 60. *numer.* 12. *lib.* 10.

Reciproca linealis adesse non potest, si omnes non sint vocati, & vocatio non sit clara, & expressa, *decision.* 62. *numer.* 1. *lib.* 10.

Reciproca præsupponit præcedentem vocationem, *dec.* 66. *n.* 4. *lib.* 10.

Reciproca linealis ex quibus dicatur ordinata, *decis.* 26. *num.* 4. *lib.* 16.

Testator si prohibuerit detractiones, ut bona conservarentur in familia, & in perpetuum perveniant ad institutos, & substitutos, dicitur voluisse linealem reciprocam, *decis.* 26. *n.* 5. *lib.* 16.

Reciproca linealis potest ex conjecturis desumi, licet non concurrant requisita a text. *l. Titia Seja*, *§. Seja liberos*, *ff. de lega.* 1. *ib. n.* 6.

Ad inducendam reciprocam linealem inter descendentes leviores sufficiunt conjecturæ, *dec.* 26. *n.* 7. *lib.* 16.

Reciproca substitutio resultat, quando testator ad invicem vel reciprocè substituit, *dec.* 27. *n.* 1. *lib.* 16.

Reciproca nunquam censetur inducta, nisi expressis verbis legatur a testatore ordinata, *dec.* 27. *n.* 2. *lib.* 16.

Ad hoc ut reciproca dicatur volita, exigitur, quod omnes sint vocati, quod substitutio sit facta in tota hæreditate, & ultimo moriente, *dec.* 27. *n.* 3. *lib.* 16.

Eademque requisita debent concurrere, *ib. n.* 4.

Reciproca inducta non censetur, si substitutio facta non sit ultimo morienti, & in tota hæreditate, *decis.* 27. *numer.* 5. *lib.* 16.

Quoties testator a principio plures stipites constituit diversarum linearum, reciproca censetur tantum inducta distributive in qualibet linea, non autem de linea ad lineam, *decis.* 27. *n.* 6. *lib.* 16.

Præcipue si agatur de testatore transversali, *ib. n.* 7.

Reciproca linealis desumi potest ex conjecturis, etiam si deficiente requisita enumerata, *l. Titia Seja*, *§. Seja libertis*, *ff. de legat.* 2. *dec.* 17. *n.* 9. *lib.* 16.

Amplia, licet agatur de fideicommisso ordinato a transversali, *ib. n.* 10.

Reciproca linealis difficilius admittitur, ubi testator a principio plures lineas efformavit, *dec.* 27. *n.* 11. *lib.* 16.

E converso quando agitur de inducenda reciproca inter descendentes unius lineæ, facilius admittitur, *ib. n.* 12.

Testator si substituerit pro medietate filios unius fratris prædefuncti, & pro alia filios alterius fratris, non plures lineas, quot sunt substituti, censetur constituisse, sed duas tantum, cum diceretur considerasse nepotes tanquam, repræsentantes eorum patres, & sic patrum tantum contemplatione, *dec.* 27. *n.* 13.

Declara, ut *n.* 12. *lib.* 16.

Ex vocatione facta per nomen collectivum cum verbis tractum futuri temporis denotantibus, inducitur inter omnes comprehensos reciprocum fideicommissum, *decis.* 27. *numer.* 16. *lib.* 16.

Substitutio vulgaris.

Vulgaris substitutio continet casum, quo hæres noluerit, vel ob præmortem adire non potuerit, *decision.* 53. *num.* 10. *lib.* 10.

Ad hoc ut conditio superveniens impediat vulgarem, debet esse expressa, nec sufficit tacita deducta ex ordine successivo substitutionum, & ex conjecturis, *decis.* 53. *numer.* 15. *lib.* 10.

Collectiva verbis vocati dicuntur substituti per vulgarem, *dec.* 67. *n.* 3. *lib.* 10.

Substitutio vulgaris operatur, ut caducato uno gradu substitutus subingrediatur in locum illius, *dec.* 77. *n.* 4. *lib.* 10.

Substitutio vulgaris anomala.

In vim vulgaris anomalæ substitutus subingreditur in locum gradum caducitantis, *dec.* 71. *n.* 11. *lib.* 10. *dec.* 39. *n.* 6. *lib.* 10. *dec.* 54. *n.* 16. *dec.* 55. *n.* 2. & 3.

Vulgaris anomala admittitur; non obstante graduali unius vocatione post alium, *dec.* 71. *n.* 10. *lib.* 10.

Secundus substitutus in vim vulgaris anomalæ in compendiosa contentæ subintrat in locum primi nolentis, aut valentis gerere, *dec.* 82. *n.* 1. *lib.* 10.

Limitatur, quando fideicommissum fuit nominatim relictum illis, in quorum persona substitutum facta est caduca, eosque testator rogavit, ut restituerent hæreditatem, *dec.* 72. *n.* 3. & 5. *lib.* 10.

Hæc tamen limitatio procedit, quando secundus fuit, primo substitutus nominatim per fideicommissarie dumtaxat, *dec.* 72. *n.* 4. *lib.* 10.

Substitutus.

Substitutus in eo, quod in hæreditate remanebit, consequi debet quartam hæreditatis partem, *dec.* 4. *n.* 2. *lib.* 9.

Prudens est consilium præstare, non solum testerem substitutæ, sed etiam ejus liberos, *dec.* 7. *n.* 16. *lib.* 10.

Substitutus in defectum lineæ, seu descendentiæ alicujus non censetur vocatus subeundo aliquod de tali linea, & descendentia, *dec.* 15. *n.* 3. *lib.* 10. & *dec.* 16. *n.* 7. *lib. eod.*

Limitatur, quoties ex parte conditionalis major amplitudo adsit verborum, *ib. n.* 5.

Substitutus post omnes descendentes non admittitur, nisi extinctis omnibus, adeout inter im bona possint permanere penes extraneum, *dec.* 18. *n.* 8. *lib.* 10.

Limita, si agatur de descendentibus testatoris, quia tunc ex substitutione post mortem omnium descendentium insurgit reciproca inter ipsos etiam linealis ad exclusionem extranei, *d. dec.* 18. *n.* 9. *lib.* 10.

Præsertim si concurrant tria vulgata tacitæ linearis, *ibidem num.* 10.

Substituti post mortem hæredis censentur substituti non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum; hæredes autem substitutorum censentur per vulgarem, non per fideicommissum, etc., *dec.* 67. *n.* 9. *lib.* 10.

Perpetuitas indicat comprehensionem hæredum substitutorum; *dec.* 11. *n.* 8. *lib.* 13.

Substitutus post extinctas lineas hæredum vocatus censetur per vulgarem, *dec.* 10. *n.* 17. *lib.* 3.

Substitutus habet electionem vindicandi bona ab hærede gravato alienata, vel agendi ad reintegrationem fideicommissi, *dec.* 8. *n.* 1. *lib.* 4.

Subtractio.

Subtractionis præsumptio ex alienationibus, & non confectione inventarii, non militat adversus tertium possessorem, *dec.* 37. *n.* 30. *lib.* 12.

Suc-

Successio.

Successio in lata significatione adeptatur ad omne id, quod in alterius locum succedit, & indicet alius in eadem re praecessisse, *decis.* 1. *n.* 15. *lib.* 7.
Successio praesupponit alios in eadem re praecessisse, *decis.* 2. *numer.* 26. *lib.* 7.
Successio in Trebellianica non influit in successionem universalem, *decis.* 27. *n.* 27. *lib.* 9.
Donec successio vacat, & stat in suspenso, quo usque verificatur successor, bona debent esse penes habentem prossimam successionis causam, seu spem, ita se gerendo administratorio nomine nasciturі, quatenus nasceretur, *decis.* 7. *n.* 20. *lib.* 12.
Vel revocabiliter, donec scilicet nascatur successor, *ibidem numer.* 21.
Ita ut post illius nativitatem statim dicatur abdicata possessio, *ibid. n.* 22.
Dicitur aperta successio favore substituti in casu obitus, vel deficientiae masculorum, si isti amplius non existant, *decis.* 77. *n.* 2. *lib.* 10.

Successio ab intestato.

Vide etiam in verbo *Testamentum*.
Successio quae defertur ascendenti, & fratribus in vim auth. defuncto operatur, ut emolumentum haereditarium totum sit inter ipsos dividendum, *decis.* 27. *n.* 3 *lib.* 9.
Successio, quae defertur in vim clausulae codicillaris, est ab alia intestata omnino dissimilis, *ibid. n.* 4.
Ad dignoscendum, an causa testati dissimilis non sit a causa intestati, unice inspicitur, an veniant ad consuccessionem universalem eaedem personae, & in eisdem portibus ex testamento, sicut sine eo consuccessissent, *decis.* 27. *n.* 7. *lib.* 9.
Exigitur tamen, quod successio sit cum effectu, & non inefficax, si ita esset, si esset res restituenda ex clausula codicillari, *ibid. n.* 8.
Concursus consideratur in his, qui vocantur ad eandem rem, non autem ad diversas, *ibid. n.* 9.
Ex onere restituendi non valet inferri ad dissimilitudinem inter successionem testatam, & intestatam, *ibid. n.* 10.
Haec conclusio admittitur in fideicommissis restituendis, postquam successio habuit effectum, *ibid. n.* 11.
Secus in fideicommisso puro, & immediato, ut esset illud vigore clausulae codicillaris, *ibid. n.* 12.
Haeres, qui succederet ab intestato capiens in vim clausulae codicillaris, non dicitur sibi acquirere sed alteri, & hujusmodi acquisitio, tanquam infructuosa, & absque emolumento, non habetur in consideratione, *ibid. n.* 15.
Haereditatem capiens in vim clausulae codicillaris, nomine dicitur haeres, *decis.* 27. *n.* 16. *lib.* 9.
Ut statim sanguinis adjuvetur, & turpes mores puniantur, fratres, & sorores defuncti, si instituatur turpis persona, totam accipiunt, nec per clausulam codicillarem favore turpis personae testamentum sustinetur, *decis.* 27. *n.* 21. *lib.* 9.
In successione intestata, quando alteratur successio juris communis per Statutum, vel per codicillos, legitima est tertia totius illius portionis, quam non capit qui veniret ab intestato, *decis.* 29. *n.* 13. *lib.* 9.
Testamenta propter praeteritionem avi annullato, tam avus, quam fratres, & sorores defuncti ab intestato succedunt, *decis.* 31. *n.* 3. & 4. *lib.* 9.
Sunt tamen gravati per fideicommissum ad restituendam haereditatem haeredi scripto, si adsit clausula codicillaris, *ibid. num.* 5.
Et hoc casu avus retinet legitimam, quae est tertia totius; *ibid. num.* 6.
In intestata matris haereditate succedunt filii, tam primi, quam secundi matrimonii, *decis.* 34. *n.* 1. *lib.* 9.
Successio in stirpes non datur in his, qui sunt in pari gradu, sed in dispari, & per consequens respiciens ulteriores descendentes, *decis.* 29. *n.* 12. *lib.* 10.
Sub intestata successione haeredis gravati non veniunt bona fideicommisso obnoxia, *decis.* 69. *n.* 2. *lib.* 10.
Successio defertur proximioribus, sublata differentia sexus; *decis.* 1. *n.* 1. *lib.* 14.
In successionibus ab intestato consideratur habilitas; tam ex lege, quam ex Statuto, de tempore obitus personae, cui succeditur, *decis.* 1. *n.* 2. *de stat. success.*
Ad succedendum ex Statuto reputatur habilis, qui de tempore successionis agnatum masculum, & intra limites gradus dispositus, se esse demonstrat, *ibid. n.* 3.

Successor.

Successorum nomine qui veniant, *decis.* 31. *n.* 39. *lib.* 12.
Successor revocat extensiones officiorum non vacantium factas per antecessores, *decis.* 6. *n.* 5. *lib.* 11.

Suggestio.

Suggestio ex quibus excludatur, *decis.* 5. *n.* 17. 19. 20. & 21 *lib.* 12.
Suggestionum capax inter mentecaptos dinumerari non potest; *decis.* 5. *n.* 10. *lib.* 12.

Sumptum.

Sumptum de sumpto nihil probat, *decis.* 2. *n.* 4. *lib.* 12. *decis.* 20. *n.* 14. *lib.* 13.
Amplia, licet primum fuerit legitime extractum; *ibid. n.* 5.
Decis. ad Theatr. de Luca Vol. IV.

Surdus.

Vide verbo *Mutus*.
Surdastri nuncupantur ii, qui tarde, & non nisi alta voce prolata audire solent, *decis.* 7. *n.* 4. *lib.* 18.
Et quoties alta voce fit stipulatio contractuum; qui ab ipsis geruntur, illa sustinentur, *ibid. n.* 5.

T

Tacitum.

Eadem est virtus taciti, ac expressi, *decis.* 28. *n.* 13. *lib.* 10.
Tacitum plus operari non debet, quam expressum, *decis.* 32. *n.* 12. *lib.* 10.

Taxa, Taxatio.

Vide in verbo *Fructus interesse*.
Decretum quod fiat taxa, est in regno Neapolitano condemnatorium, *decis.* 15. *n.* 13. *lib.* 6.

Tempus.

Probatio certi, & determinati temporis praevalere debet tempori incerto nativitatis alterius, *decis.* 40. *n.* 3. *lib.* 10.
Ei est concedenda praelatio, qui specificat certum tempus actus, cui inhaeret in concursu alterius, qui nullam temporis certitudinem allegat, *decis.* 41. *n.* 4. *lib.* 10.
Quae verba soleant tractum temporis successivum designare, vide *decis.* 41. *n.* 16. *lib.* 12.
Tempus praefixae executionis conjungitur cum tempore decursu post desertionem causae, *decis.* 70. *n.* 9. *lib.* 13.

Terminus.

Terminus confinans disparatus est a confinato; & in illo non comprehenditur, *decis.* 8. *n.* 10. *lib.* 4.
Terminus pro servato simpliciter tentus causat inhibitionem, *decis.* 3. *n.* 1. & 2. *lib.* 15.
Terminus pro servato simpliciter tentus non causat inhibitionem, *decis.* 4. *n.* 1. *lib.* 15.
Terminus pro servato, si habitus fuerit praesentibus colligantibus ad effectum interponendi decretum, causat inhibitionem, *decis.* 4. *n.* 2. *lib.* 15.

Terra, Territorium, Terrenum.

Territorium Massanense pertinebat ad Ecclesiam Turrentinam etiam quoad temporale dominium, sed fuit dismembratum, *decis.* 21. *n.* 21. *lib.* 3.
In quolibet territorio reservari solet etiam adversus Ecclesiasticos certa pars, ut assidati valeant in accessu, & recessu oves depasci, atque macellarii, *decis.* 2. *n.* 17. *lib.* 4.
Terra Sermonetae est in districtu Urbis, *dec.* 25. *n.* 3. *lib.* 16.
Divisio territoriorum spectat ad Principem, *dec.* 32. *n.* 9. *lib.* 16.
Terrenum paulatim, & sine sensu alluvionem actum agris vicinis, & cohaerentibus, remanet in dominio dominorum eorundem agrorum, *decision.* 33. *n.* 8. *libr.* 16.
Incrementum terrae, quod evenit ex terra latenter corrosa, dicitur alluvionale, *dec.* 34. *n.* 1. *lib.* 16.
Et acquiritur juxta latitudinem frontis cujuscunque agri cohaerentis ripae, & praedia ab ea parte possidentibus, *decis.* 34. *n.* 2. *lib.* 16.
Et acquisitio fit ipso jure, adeo ut non indigeat aliqua apprehensione, *ib. n.* 3. & 4.
Terrenum ex inundatione ablatum, aqua recedente, remanet in dominio primi possessoris, *dec.* 34. *n.* 11. & 12. *lib.* 16.

Tertiaria.

Tertiariae viventes claustraliter sub obedientia; & votum castitatis emittentes, vere sunt personae Ecclesiasticae, & a Statutis saecularibus exemptae, *decis.* 5. *n.* 7. *lib.* 16.
Tertiariae voventes castitatem sunt exemptae a jurisdictione Ordinarii, *dec.* 5. *numer.* 8. *lib.* 16.
Secus si nullum votum emitterent, *ib. n.* 9.
Vide quoque in verbo *Oblatus*.

Testamentum.

Vide verbo *Schedula*, *Successio ab intestato*.
Una pars testamenti aliam declarat, *decis.* 9. *n.* 12. *lib.* 10.
Testamentum non vitiatum plene probat, & virtute illius datur immissio, *dec.* 3. *n.* 5. *lib.* 9.
Testamentum conditum a Religioso est nullum; sed exigitur professionis probatio, cum denominatio facta in illo, quod testator sit religiosus, non sufficiat ad probandum fuisse professum, *dec.* 1. *num.* 3. & 4. *lib.* 9. & *dec.* 2. *n.* 1. & 3. *lib. eod.*
Testamentum potest quandocunque recognosci, *ib. n.* 5.
Testamenti observantia probatur ex mandato alicui concesso tanquam haeredi in vim testamenti, *decis.* 2. *n.* 12. *lib.* 9.
Testamentum non debet retorqueri in odium praeteriti, quod inductum fuit in ejus commodum, & favorem, *dec.* 26. *numer.* 12. *lib.* 9.
Non testari, & non jure testari, pari sunt, *decis.* 27. *num.* 2. *libr.* 9.
Testamenti una pars aliam declarat, *decis.* 1. *n.* 9. *lib.* 10. & *dec.* 41. *n.* 11. *lib.* 13.

Testamentum, in quo fuit præteritus avus; est nullum, *decis.* 32. n. 3. *lib.* 9.

In parte conditionali testamenti censentur comprehensæ eædem personæ comprehensæ in dispositiva, *decis.* 45. n. 15. *lib.* 10.

Testamenta doctissimorum hominum sæpe lites inextricabiles pariunt, *decis.* 49. n. 15. *lib.* 10.

Testamentum, si falsum esse dubitetur, minime probat, *decis.* 42. n. 4. *lib.* 13.

Testamentum dicitur approbatum per petitionem legitimæ, *decis.* 2. n. 10. *lib.* 14.

Falsitatis exceptio contra testamentum rejicitur ad petitorium, nec retardat manutentionem hæredi, *decis.* 2. *num.* 11. *lib.* 14.

In dubio pro validitate testamenti arbitrandum, seu judicandum est, *decis.* 16. n. 1. *lib.* 16.

Testamentum ascendentis est nullum, si descendentes saltem in legitima hæredes non instituantur, *decis.* 16. n. 3. *lib.* 16.

Et relictam legitimæ nedum requiritur ad dictum effectum, ut fiat per viam institutionis, sed exigitur, quod emissum fuerit expresse, & de propriis bonis ipsius testatoris, *ibid.* n. 4.

Ut ex relicto legitimæ in bonis alterius corruat testamentum quod negatur, vide in *decis.* 16. n. 6. *lib.* 16.

Testamentum est validum, si per viam institutionis relicta sit legitima, licet testator deinde adjecerit modum illam habendi, ex quo relictum remanet inutile, *decis.* 16. *numer.* 8. *lib.* 16.

Ex mutatione primi testamenti non promanat probatio iracundiæ, quæ apta sit irritare secundum testamentum, *decis.* 16. n. 10. *lib.* 16.

Querimoniæ expressæ in testamento adversus descendentem, quando extranei institutionem ex capite iracundiæ non inficiunt, licet causæ querimoniæ non subsistant, *decis.* 16. *num.* 11. *lib.* 16.

Furor & ira non præsumitur per multum tempus durare, *decis.* 16. n. 10. *lib.* 16.

Quæ requirantur, ut testamentum ex fundamine suggestionum subvertatur, *decis.* 16. n. 13. *lib.* 16.

Imperfectæ probationes adversus publicum, & solemne testamentum non sunt proponendæ, *decis.* 16. n. 14. *lib.* 16.

Testamentum a vitio præteritionis salvatur, si relicta fuerit legitima honorabili titulo institutionis, *decis.* 17. n. 1. *lib.* 16.

Testamentum sub falsis, dolosis, ac iniquis suppositionibus reportatum, sustineri non potest, *decis.* 17. n. 2. *lib.* 16.

Testamentum conditum ex blanditiis, aliisque modis hæredis sustinetur, *decis.* 17. n. 3. & 4. *lib.* 16.

Ut testamentum ex suggestionibus irritetur, quæ requirantur, *decis.* 17. n. 5. *lib.* 16.

Falsæ suggestiones quando non sint aptæ irritandi testamentum, *decis.* 17. n. 8.

Ad prosternendum testamentum, testes inducti debent esse omni exceptione majores, *decis.* 17. n. 12. *lib.* 16.

Falsa causa, & erronea credulitas, sub qua conditum fuit testamentum, illud inficit, *decis.* 18. n. 1. *lib.* 16.

Ut tamen id procedat, requiritur, quod Judici clare constet falsam credulitatem principaliter testatorem induxisse ad ita testandum, *ibid.* n. 2.

Talis autem probatio tam evidenter est demonstranda, ut etiam possibilitas in contrarium excludatur, *ibid.* n. 4.

Antedicta probatio apparere dicitur, si causa fuerit expressa, secus si in mente retenta, cum tunc referenda sit dispositio ad liberalitatem, *decis.* 18. n. 3. 5. & 8. *lib.* 16.

Ad sustinendam testatoris dispositionem, sufficit denominationes verificari juxta testatoris volitum, si non juxta rei veritatem, *decis.* 18. n. 9. *lib.* 16.

Ut corruat testamentum ex falsa denominatione consanguinitatis erga institutum, requiritur, quod testator illum defectum ignoraverit, *decis.* 19. n. 19. *lib.* 16.

Qui caret voluntate, testamentum facere non potest, *decis.* 20. n. 1. *lib.* 16.

Testamentum factum inter liberos sustinetur etiam favore extraneorum, quando a patre sit scriptum, communicatum duobus testibus, & quando mandaverit, ut servetur id, quod scripsit, *decis.* 35. n. 13. *lib.* 9.

Testamenti observantia operatur, ut ab eo, qui observavit, & ab habentibus causam ab illo, impugnari non possit, *ibid.* *num.* 14.

Nullitates contra testamentum oppositæ non attenduntur, nisi de eis liquido, & incontinenti appareat, *ibidem numer.* 1.

Testamenti simplex folium non rogatum a Notario, neque munitum necessario numero testium, etsi subscriptum a testatore, ejusque signo munitum, executionem non meretur, *decis.* 36. n. 3. *lib.* 9.

Testamentum, si a pluribus Judicibus, & Tribunalibus fuit aliquo modo interpretatum, maximum argumentum, quod talis sit vera intelligentia, *decis.* 1. 85. n. 38. *lib.* 12.

Testamenti una pars magis clara explicat alteram dubiam, *ibid.* *num.* 19.

Quando in uno, eodemque testamento, seu in testamento, & codicillis, agitur de dispositis, non censetur mutata voluntas, nisi in iis, quæ expresse reformata leguntur, *decis.* 88. n. 16. *lib.* 10.

Si agatur de diversis testamentis, & in primo legatum sit alicui cum onere relictum; in secundo vero eidem, vel diversæ personæ pure relinquatur, conditio, & onus censetur ademptum, & revocatum; *ibid.* *num.* 28. & 21. 27. 31. & 49.

Novum testamentum revocat primum cum omnibus in eo contentis, & quidquid in secundo non legitur, censetur revocatum, *ibid.* n. 19.

Adducens pro se posterius testamentum, in quo fideicommissum expresse non legitur, dicitur habere intentionem fundatam in jure, *ibid.* n. 20.

Testamentum, & non Codicillum condidisse dicitur is, qui testamentum facere velle, expresse protestatus fuit, *ibid.* *numer.* 22.

Quando in secundo testamentum approbatur, & confirmantur omnia disposita in primo, tunc censentur confirmata fideicommissa, & substitutiones in eo adjecta, vel per viam codicillorum, vel per viam repetitionis, *ib.* n. 28.

Confirmatio generalis testamenti nil tollit quoad relictum particulariter in codicillis factum, *ibid.* n. 34.

In testamentis, & dispositionibus voluntas stat pro ratione, nec de ista inquirendum est, *ibid.* n. 47.

Clausula revocatoria prioris testamenti non exigitur ad ostendendum, quod quis alterum testamentum condere voluerit, maxime quando per secundum in totum non recessit primo, *ibid.* n. 26.

Testamentum furiosi, dementis, cæci, surdi, muti, &c.

Vide etiam in verbo *Amentia*, *Dementia*,

Testamentum militare.

Testamentum militis sustinetur absque juris solemnitatibus, & sufficit, quod constet de ejus voluntate quocunque modo patefacta, *decis.* 35. n. 6. *lib.* 9. & *decis.* 37. n. 5. *ibid.*

Ad testamenti hujusmodi comprobationem requiruntur duo testes, *decis.* 35. n. 7. *lib.* 9.

Sed id procedit, quando aliunde probatio haberi non potest, non autem quando de voluntate constat per scripturam a milite subscriptam, & suo signo munitam, *ibid.* n. 8.

Nec requiritur, quod sit in actu pugnæ, sed sufficit, ut sit in militari expeditione, *ibid.* n. 9.

In testamento militari attenduntur etiam testes non rogati, *ibid.* n. 11.

In testamento militis non intrat querela inofficiosi, *ibidem* *num.* 17.

Testamentum militis etiam informe, debet executioni mandari; *decis.* 36. n. 4. *lib.* 9.

Testamentum conditum a milite loco, & tempore longe diverso ab ipso conflictu, non potest dici confectum in actu pugnæ, *ib.* n. 8.

Militi quoad testamentum de jure duo competunt inter se diversa privilegia, quorum unum concernit facultatem testandi, alterum vero testamenti modum, *ib.* n. 16.

In testamentis militum duo testes sunt necessarii, non ad solemnitatem, sed ad probationem, *ibid.* n. 21.

Testamentum militare, ad hoc ut sustineatur, debet probari, in quo casu, & tempore illud conditum sit, *ibid.* n. 28.

Testamentum militis, licet secundum juris communis censuram imperfectum sustineatur, debet tamen esse perfectum secundum jus particulare militum, *ibid.* n. 29.

Testamentum antea factum jure militari sustinetur, si postea testator in bello occidat, *ibid.* n. 31.

In testamento militari testes debent esse contestes; & certi super voluntate disponentis, alias nihil probant, *ibidem numer.* 33.

Scriptura testamenti, quamvis sit signo militis sigillata, id non sufficit, quia potuit signum in ea charta apponi ad alium effectum, vel imprimi post ejus mortem, *ibid.* n. 35.

Observantia testamenti non attenditur, quando illud est informe, & non legale, *ibid.* n. 37.

Pro testamentis militaribus adest in Germania Constitutio Maximiliani Primi, quæ præscribit certas formas juxta diversas temporum contingentias, *ibid.* n. 5. & 7.

Testamentum coram Parocho.

Testamentum conditum ad formam *cap. cum esses*, *de testam.* prævia subscriptione Parochi, testatoris, & testium relevata non est necesse, *decis.* 1. n. 6. *lib.* 9. & *decis.* 2. n. 8. *lib. eodem*,

Sed tantum sufficit recognitio characteris, vel per ipsos testes, vel per habentes notam manum, *decis.* 2. n. 9. *lib.* 9.

Hæc tamen recognitio prætendi non potest in judicio possessorio, *ibid.* n. 10.

Minusque si concurrat observantia, *ibid.* n. 11.

Ad hoc ut testamentum conditum ad formam *cap. cum esses de testam.* valeat, testes debent deponere de toto tenore testamenti, *decis.* 3. n. 16. *lib.* 9.

Non requiritur dicta depositio in testatore subscripto, *ibidem* *num.* 17.

Testator.

Voluntas, & intentio testatoris bene etiam deducitur ex falsa credulitate, vel actu nullo, *decis.* 2. n. 13. *lib.* 7.

Testatoris locus originis probatur ex enunciativis, *decis.* 3. *numer.* 19. *lib.* 9.

Ad convincendam testatoris voluntatem, singulæ testamenti partes pensari debent, librarique omnes conjecturæ simul jungendæ, dec. 12. n. 3. lib. 10.
Testator si aliter disposuerit, quam Statutum, non censetur se cum illo conformare voluisse, dec. 23. n. 7. lib. 10.
Regulare est, quod testatores quoad certos tantum agnatos, & in una duntaxat parte sint de conservatione agnationis solliciti, & in alia non, dec. 23. n. 10. lib. 10.
Testator, quæ non expressit, noluisse censetur, dec. 33. num. 8. lib. 10.
Testator, si fideicommisso gravavit magis dilectos, censetur quoque voluisse gravare minus dilectos, dec. 37. n. 15. dec. 39. numer. 17. dec. 45. n. 8. dec. 70. n. 3. lib. 10.
Quoties testator plures casus præcogitaverit, non præsumitur voluisse, quod tota machina substitutionum ab uno casu pendere debeat, dec. 39. n. 19 lib 10.
Testator censetur voluisse perpetuitatem fideicommissi, si agitur de fideicommisso reali, vel comprehendente nobile feudum, dec. 41. n. 15. lib. 10.
Testator vocando feminas in defectum filiorum masculorum legitimorum, & naturalium, intelligitur vocasse feminas suæ familiæ, & immediate descendentes a masculo moriente sine filiis masculis, non autem eas, quæ descendunt ab alia femina, & de aliena familia, decis. 45. numer. 13. & 14. lib. 10.
Testator si restrinxerit vocationem in feminis ultimi masculi, non possunt succedere aliæ ab eo descendentes, dec. 45. n. 16. lib. 10.
Si testator vocaverit feminas ex ultimo masculo, succedere non possunt nec aliæ feminæ graduum superiorum, dec 45. n. 18. lib. 10.
Nisi tamen in aliqua parte testamenti constaret testatorem eas voluisse admittere, ib. n. 19.
Quod testator non fecit, censetur consulto omisisse, decis. 54. n. 12. lib. 10.
Verbi testatoris, si operari possent affectum distributivum in quolibet columnello vocato, trahi non debent ad inducendam reciprocam successionem, dec. 56. n. 9. lib. 10.
Testator si declaraverit condere testamentum, ne inter hæredes & successores lis oriatur, dicitur respexisse ad tractum futuri temporis, et perpetuitatem dispositionis, decis. 64. numer. 8. lib. 10.
Ea quæ testator omisit, censetur consulto omittere voluisse, dec. 64. n. 20 lib. 10.
Testator non præsumitur potius voluisse gravare magis dilectos quam minus dilectos, dec 73. n. 18. lib 10.
Testator non habet facultatem disponendi de re hæredis, nisi concurrant requisita volita de jure, decision. 76. numer. 13. libr. 10.
Jurgia testatorem considerasse non est credendum, dec. 84. n. 30. lib. 10.
Testator præsumitur voluisse facere actum validum, decision. 6. n. 13. lib. 13.
Testator non præsumitur immemor salutis æternæ, dec. 8. in 2. n. 12. lib. 13.
Testator potest hæredem in ejus bonis gravare, decis. 24. n. 3. lib. 13.
Testator qui in uno, quod voluit, dixit, in alio etiam si voluisset, dixisset, dec. 45. n. 11. lib. 13.
Semper præsumitur testatorem voluisse extraneis præferre conjunctos, dec. 46. n. 7. lib. 13.
Hæc præsumptio procedit in descendentibus, non vero in transversalibus, ib. n. 8.
Declaratio facta per executores testamentarios super dubia testatoris voluntate, plurimum attenditur, decis. 45. numer. 9. libr. 13.
Testator non censetur a dispositis in testamento voluisse in codicillis recedere, nisi in his rebus, quæ a prima voluntate in testamento expressa literaliter dissonant, decis. 17. num. 15. lib. 13.
Adeo ut oculis corporeis immutatio legatur, ib. n. 16.
Et quatenus diversitas appareat, secunda, non prima voluntas est attendenda, ib. n. 17. & 19.
Non est dubitandum, quin testator voluit de re hæredis disponere, si illam expresse in testamento descripserit, decis. 23. n. 3. lib. 16.
Testator potest suum hæredem etiam in re propria gravare, ib. num. 4.
Testator potest ad libitum disponere de bonis hæredum, dec. 25. n. 2. lib. 16.
Verisimilis testatoris credulitas sufficit ad sustinendam dispositionem, dec. 25. n. 7. lib. 16.
Inverisimile est testatorem voluisse præferre extraneos propriis consanguineis, dec. 25. n. 11. lib. 16.
Testator semper præsumitur cum jure communi se voluisse uniformare, dec. 27. n. 14. lib. 16.
Testator non potest facere, quod in suo testamento leges non habeant locum, dec. 7. n. 11. Declara, ut n. 12. lib. 4.
Testatoris præceptum resolvitur in nudum consilium, si in casu contraventionis scriptus non sit substitutus, decis. 5. numer. 6. lib. 6.

Testis.

Testis plene contra inducentem probat, decision. 6. numer. 10. lib 12.

Testi mediocri fides est præstanda, decision. 13. numero 7. lib. 7.
Ad evitandam in testibus contrarietatem admittitur etiamsi opus sit verborum impropriatio, & quæcunque possibilis interpretatio, dec. 7. n. 6. lib. 16.
Testis unicus contra inducentem plene probat, dec. 49. num. 7. & dec. 71. n. 16. & dec 73. n. 6. lib. 13. dec. 4. n. 20. lib. 14. decis. 17. n. 10 lib. 16. dec. 20. n. 9. lib 16. ib. dec. 33. n. 16. & decis. 8. n. 3. lib. 12.
Testibus sibi contradicentibus, neutri credendum, cum unus adimat fidem alteri, dec. 4. n. 6. lib. 8.
Testes præsumuntur contestes, dec. 10. n. 4. lib. 8.
Testis unicus, & de auditu non probat, dec. 13. num. 7. libr. 8. & dec. 14. n. 13. dec. 3. num. 19. lib. 9. & dec. 13. num. 12. lib. 13.
Testes non præsumuntur falsi, nec simulati, decis. 14. numer. 6. lib 8.
Depositio extrajudicialis duorum testium non probat, decis. 31. n. 3. lib. 8.
Revelationes testium emissæ metu excommunicationis, remotis probationibus in contrarium, sufficienter probant, decis. 51. n. 4. lib. 8.
Testibus deponentibus de tempore, in quo erant inhabiles ad testificandum, non creditur, dec. 1. n. 11. lib. 9.
Testium dicta sunt regulanda a ratione, quam reddunt, ita ut si ea sit inefficax, talis quoque reputari debeat illorum depositio, dec. 1. n. 4. lib. 9.
Examen testium nulliter factum, nihil penitus probare valet, dec. 1. n. 13. lib. 9.
Testis mendax in uno, est mendax in omnibus, ob individuitatem testamenti, dec. 3. n. 18. lib. 9.
Testis deponens de auditu ab ipsa parte, non probat, decis. 3. n. 30. lib. 9.
Testium integritas ex numero suppletur, dec. 14. numer. 14. libro 10.
Non integræ fidei dici nequit testis, quem culpa vacare compertum est, dec. 14. n. 15. lib 10.
Testibus fides præstatur etiam de his, quæ successerunt in puerili ætate, si res de qua testantur, sub sensu, & intellectu pueri cadere poterat, dec. 14. n. 16. lib. 10.
Exceptiones contrarietatis, quæ adversus testes deducuntur non sunt attendendæ, si fieri possit conciliatio, decis. 14. num. 17. lib. 10.
Testis unicus, stantibus ejus singularibus prærogativis, probat, dec. 31. n. 14. lib 10.
Testi de facto proprio deponenti plurimum est deferendum, dec. 35. n. 18. lib. 10.
Testibus informatis de voluntate testatoris valde est deferendum, dec. 35. n. 33. lib 10.
Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, nullum gradum probationis constituunt, dec. 60. n. 7. lib. 13. & decis. 70. n. 20. lib. eodem.
Testes deponens de auditu non probat, dec. 60. num. 17. libr. 13. & dec. 70. num. 15. lib. eodem dec. 13. n. 4. & dec. 7. numer. 7. lib. 16.
Testis non reddens causam scientiæ sui dicti, non meretur fidem, dec. 20. n. 18. lib 13.
Testis interessatus non probat, dec. 63 n. 10. lib. 13.
Testis unicus non probat, dec. 30. n. 18. lib. 13. dec. 21. num. 14. lib. 16. & dec. 9. n. 14. lib. 12.
Testi deponenti de ea spectantibus ad ejus officium fides adhibetur, dec. 52. n. 2. lib. 15.
Testi deponenti de re verisimili consueta, & modici momenti est deferendum, dec. 58. n. 12. lib. 13.
Testes deponentes de una, vel altera summa, attenduntur in summa minori, dec. 70. n. 18. lib. 13.
Testes deponentes super fructibus alicujus rei, non deductis expensis necessariis, non probant, decision. 70. numer. 16. libro 13.
Testes non informati nihil probant; decision. 70. numero 14. libro 13.
Testis agricola deponens super collectione fructuum constituit probationem, dec. 71. n. 2. lib. 13.
Defectus unius testis suppletur aliunde, decision. 71. numero 7. lib. 13.
Testis de auditu valoris beneficii ab ipso simulari, admodum est attendendus, dec. 71. n. 11. lib. 13.
Testis incola scire non præsumitur quantitatem fructuum recollectorum in toto territorio, quod inhabitat, dec. 71. num. 10. lib. 13.
Testis agricola præsumitur tantum informatus de fructibus agri per ipsum culti, non de aliis totius territorii, dec. 72. n. 11. & 12. lib. 13.
Inverisimilitudo reddit testes suspectos, & inefficaces, licet plurimi sint, decision. 72. numer. 15. libr. 13.
Testes deponentes de publica voce, & fama, attenduntur, si agatur de probatione valoris expressi per non expressum; secus si per ascensum, cum tunc exigantur concludentissimæ probationes, decis. 72. numer. 20. & 21. lib. 13.
Vide quoque in verbo Valor.
Testis contra inducentem plenissime probat, nec attenditur exceptio, quod censeatur approbata persona testis, non autem dictum, si inducens depositione usus fuerit, dec. 73. n. 6. 7. & 8. lib. 13. & dec. 33. n. 10. lib. 16.
Testes deponentes de tempore præciso, elidunt quamcunque contrariam præsumptionem, dec. 78. n. 17. lib. 13.

Testes examinati, pendente lite, & absque literis remissorialibus non probant, dec. 3. n. 5. lib. 14.
Testis depositioni super interrogatoriis potius standum est, quam super articulis, dec. 4. n. 5. lib. 14.
Testis sibi contrarius non probat, dec. 4. n 6. & 17. lib. 14
Testis singularis nihil probat, dec. 4. n. 9. lib. 14. dec. 17. num. 14. lib. 14. & 16.
Testis verisimilia deponens, & singularis non attenditur, dec. 4. n. 11. lib. 14.
Testes viles, & sibi contrarii non probant, dec. 14. num. 15. lib. 14.
Testes ad dissolutionem matrimonii debent esse omni exceptione majores, dec. 4. n. 16. lib. 14.
Testes ab inducente reprobati pro ipso non probant, dec. 4. n. 18. lib. 14.
Testes de tempore præciso verisimilia deponentes, præferendi sunt testibus ronarratis generica, & verisimilia asserentibus, dec. 6. n. 19. lib. 14.
In concursu, facto potius standum est, quam dicto testis, dec. 27. n. 6. lib. 5.
Testes in districtu existentes sunt in curia examinandi, dec. 6. n. 11. lib. 16.
Testis amicus nihil probat, dec. 6. n. 7. lib. 16. & dec. 34. num. 34. lib. eodem.
Testes de facto proprio loquentes, plene probant, dec. 10. n. 17. lib. 16.
In materia dotali validum reputatur dictum unici testis mediatorie, dec. 10. n. 19. lib. 16.
Fides a teste exarata omni suspicione caret, si testis deinde absque illius retractatione obierit, decision. 10. numer. 20. libro 16.
Testis dubius non probat, dec. 17. n. 15. lib. 16.
Præsumitur quem induxisse testes meliores, dec. 26. num. 16. lib. 16.
Familiaritas adimit fidem testi, dec. 30. n. 33. lib. 16.
Testibus formiter examinatis, & nullam exceptionem habentibus est fides præstanda, dec. 33. n. 1. lib. 16.
Testibus verisimilia deponentibus magis est credendum, dec. 33. n. 7. lib. 16.
Testium contrarietas operatur, ut neutri sit credendum, dec. 33. n. 10. lib. 16.
Testes, qui de eorum credulitate deponunt, nihil probant, dec. 33. n. 11. lib. 16.
Nullatenus judicium efformari debet ex testibus, qui sunt de falso suspecti, licet essent plures, dec. 33. n. 13. lib. 16.
Exceptiones personales fidem testibus adimunt, dec. 33.
In concursu plurium testium, cui magis est deferendum, dec. 33. n. 14. lib. 16.
Valet is, qui testem inducit, ejus depositionem impugnare; dec. 33. n. 17. Declara, ut n. 18. lib. 16.
Testes sunt præferendi, qui habent pro se præsumptionem juris, dec. 2. n. 3. lib. 1.
Testes deponentes de libertate, & de facto affirmativo, prævalere debent testibus deponentibus super facto negativo, dec. 3. n. 13. lib. 2.
Testes deponentes de actibus in viridi observantia permanentibus prævalent aliis, dec. 3. n. 14. lib. 2.
Testes in diverso judicio examinati non probant contra personas non citatas, dec. 4. n. n. 4. lib. 2.
Maxime, si eorum depositio ex aliis testibus debilitata sit, ib. num. 5.
Testes deponentes audivisse a senioribus, probant tempus antiquissimum, dec. 4. n. 9. lib. 2.
Si assumpta sit probatio conventionis per viam scripturæ, illa ex testibus desumi non potest, nisi constet de omissione scripturæ, dec. 4. n. 17. lib 2.
Limita, si formalis depositio testium præcessit assumptam hujusmodi probationem, ib. n. 18.
Testes examinati super causa status probant quoad omnes etiam non citatos, dec. 4. n. 19. lib. 1.
Maxime, si causa fuit agitata cum legitimo competitore, ib. num. 20.
Testes de uniformi, & antiqua possessione deponentes, & adminiculati, cæteris testibus præferendi sunt, dec. 4. num. 21. lib. 2.
Testes examinati pro informatione curiæ in judicio criminali, non probant in judicio civili contra tertium in eorum examine non citatum, dec. 10. n. 11. lib. 2.
Testes instructi, & subornati non probant, decis. 7. num. 14. lib. 3.
Testes mendaces non probant, dec. 7. n. 16. lib. 3. & dec. 8. n. 11. lib. eod.
Testes affines, & relative se habentes, ad fidem subscriptam, & affectionati, non probant, dec. 7. n. 20. lib. 3.
Testes deponentes sine 9. requisitis, cap. 1. de præscript. non probant immemorabilem, dec. 8. n. 20. lib. 3.
Affinitas testium non tollit eorum fidem, stante eorum bonitate, eorumque optima conditione, dec. 5. n. 15. lib. 12.
Affinitas non impedit, quominus in ultima voluntate quis testimonium perhibere possit, dec. 5. n. 16. lib. 12.
Testium numerus eorum defectus supplet, dec. 8. n. 18. lib. 12.
Etiam si aliqui sint loci criminis, ib. n. 19.
Testes nulliter examinati, validum tamen adminiculum faciunt, ib. n. 20.
Testi deponenti de facto proprio est credendum, dec. 38. n. 95. lib. 9.
Testis unicus admissibilis, plenam probationem facit, ibid. num. 96.
Testi deponenti de voluntate sibi a testatore communicata, non creditur, quando inverisimile est, quod testator eam ipsi communicaverit, dec. 87. n. 5. lib. 10.
Testi deponenti de facto spectante ad ipsum ratione officii, plene creditur, dec. 12. n. 19. lib. 4.
Testes se referentes ad scripturas, non magis probant, quam scripturæ relatæ, dec. 13. n. 21. lib. 3.
Testes æquivoce deponentes, non probant consuetudinem super exemptione contra Episcopum, ib. n. 22.
Ad testes non est recurrendum, ut deneget remissoria, quando probatio potest haberi per scripturas, ib. n. 23.
Testes debent concordare cum Statutis, & Constitutionibus synodalibus, neque intelligi de actibus illis permissis ac illorum dicta ad concordiam reducuntur, ibidem numero 14.

Textus.

Vide quoque in verbo Lex.
Text. in l. ejus, qui in Provincia, ff. si cert. explicatur, dec. 30. n. 1. & 6. lib. 8.
Text. in l. si ad tempore, C. de remiss. pign. ut procedat, necesse est, quod creditores præsentes fuerint citati, ejusque præfinitus terminus ad agendum, explicatur, decis. 19. numer. 7. lib. 8.
Text. §. qua de causa, vel prodesse autem, de success. liber. explicatur, dec. 29. num. 10. lib. 9. & dec. 31. num. 16. lib. eodem.
Text. in §. excipiantur, auth. de triente, & semiss. explicatur, dec. 31. n. 28. lib. 9.
Dispositio text. in l. cum avus, C. de fideic. & in generaliter, §. fin. de instit. & subst. locum non habet, quoties adversatur dispositio testatoris, dec. 9. n. 15. lib. 10.
Text. in l. quibus diebus quidam. Titio, ff. de cond. & demonstr. explicatur; dec. 34. n. 1. lib. 10.
Explicatur text. in l. cum avus 101. ff. de cond. & demonstr. & in leg. cum acutissimi 30. C. de fideic. ac distinctio Accurs. adducta per Rot. in dec. 138. part. 16. rec. & probatur distinctionem esse inapplicabilem quæstioni, an sub nomine filiorum veniant nepotes, dec. 63. a num. 72. ad fin. dec. 63. lib. 10.
Text. in l. missi opinatores, C. de exact. tribut. explicatur, dec. 36. n. 6. lib. 15.
Text in l. qui fisco, C. de convent. fisc. debit. declaratur, dec. 36. n. 7. lib. 15.
Text. in l. 1. §. si quis alicubi; ff. de carbon. edict. explicatur, dec. 19. n. 10. lib. 16.
Text. in l. ductum 14. C. de collat. imp. explicatur, dec. 32. n. 11. lib. 16.

Thesaurarius.

Munus thesaurarii ex dispositione Bullarum Pontificum versatur circa administrationem bonorum, jurium & Cameræ, dec. 34. n. 18. lib. 15.
Quæstores ærarii publici antiquitus præstabant juramentum de officio fideliter exercendo, dec. 34. n. 19. lib. 15.
Thesaurarii æquiparantur quæstoribus ærarii, Comitibus sacrarum largitionum, & Primipilis, de quibus extant in corpore juris tituli particulares, ib. n. 20.
Actualis redituum Cameralium administratio fiat penes thesaurarium, dec. 34. n. 22. lib 15.
Thesaurarius generalis mutuando pecuniam fiscalem sine licentia Principis, incidit in latam culpam, dec. 34. numer. 37. libro 15.
Fortius, ubi non retinet id, quod commode retinere potest, ib. n. 38.
Thesaurarius nequit pecunias fiscales extra usum destinatum erogare, dec. 34. n. 39. lib. 15.
Et tenetur quolibet anno exigere ab officialibus subalternis redditionem rationum, ib. n. 40.
Cameræ thesaurarius tenetur de non exactis ab appaltatore Cameræ, dec. 35. n. 1. Vide n. 11. & 12. lib. 15.
Thesaurarius Cameræ Apostolicæ tenetur erga Cameram, si negligens fuerit tam in omittendo, quam in committendo circa particulares ministros, vel exactores, rerum Cameralium, dec. 36. n. 3. lib. 15.
Obligatio tamen ejusdem thesaurarii subsidiaria tantum reputatur, dec. 36. n. 4. lib. 15.
Thesaurarius generalis Cameræ nec etiam vi submissionis generalis potest cognoscere de causis officialium subalternorum, vulgo patentati, si eorum officium non concernant, dec. 7. n. 6. & dec. 8. n. 9. lib. 3.

Titulus.

Simplex titulus putativus non præservat possessionem a vitio; etiamsi possidentem excuset a pœna, decision. 2. num. 12. lib. 6.
Allegatio unius tituli facit cessare præsumptionem, decis 98. n. 31. Præcipue in materia pensionis, ibid. num. 32. & dec. 75. n. 29. lib. 15.
In concursu plurium titulorum expressorum inspici debet titulus spe-

specialis designatur, in petitionem, & exercitium redactum; non autem haberi debet ratio de alia tituli generaliter cumulatis, decis. 23. n. 8. lib. 16.
Titulus ex annuis præstationibus fuit limitata, dec. 1. numer. 6. lib. 1.

Tolerantia.

Tolerantia inducta ex mera populorum voluntate, ad instar legis servanda est, dec. 6. n. 5. lib. 1.
Maxime si illa tolerantia post reclamationem facta sit, ibidem num. 7.

Transactio.

Transactio est restringenda ad materiam, in qua ipsa cadit, & verba generalia ultra non progrediuntur, decis. 15. numer. 14. lib. 7.
Per transactionem omne jus remanet extinctum, dec. 17. n. 1. lib. 7.
Transactio sine lite fieri nequit, dec. 17. n. 2. lib. 7.
Sola suspicio futuræ litis præbet causam legitimam transigendi, dec. 17. n. 6. lib. 7.
Recessus a lite reputatur justa causa transigendi, dec. 33. num. 6. lib. 7.
In transactione inita a muliere, si lites consistant in simplicibus partium vociferationibus, debent specifice exprimi, ad hoc ut possit dici, quod judex adhibuerit cognitionem ad effectum interponendi decretum. dec. 33. n. 7. lib. 7.
Si vero consistat in actibus judicialibus, exuberat expressio generalis, quæ implicitam relationem dicit ad acta, de quibus judex cognitionem præsumitur, ib. n. 9.
Maxime si transactio sit cum interventu procuratorum, & advocatorum, ib. n. 8.
Transactio non resolvitur, nec ex capite contentionis, neque ex capite non implementi; sed est agendum pro observantia, ac implemento, & quatenus hæc haberi nequeant pro damnis, & interesse, dec. 33. n. 11. lib. 7.
Amplia, etsi adsint verba, cum inferius exprimendis obligationibus, & non aliter, &c. ib. n. 13.
Satius est, aliquid etiam mediocre consequi per transactionem, quam litem prosequendo subjicere se incommodis, & expensis, dec. 33. n. 13. lib. 7.
In transactione quoties quantitas non demonstrative, & taxative, sed tantum gratia demonstrationis exprimitur, non obligat exprimentem ad illius verificationem, & manutentionem, decis. 35. n. 2. lib. 7.
Transactio nulla non privat possidentem sua possessione, dec. 51. n. 1. lib. 8.
Transactio præsumitur facta titulo hæreditario, etiam si talis titulus non fuerit expressus, si diverso titulo transigi non potest, dec. 22. n. 10. lib. 9.
Ex narrativa transactionis qualificatur tota subsequens dispositio, & causa finalis eruitur, dec. 26. n. 2. lib. 10.
Ut transactio a successoribus jure proprio venientibus non valeat irritari, exigitur in transigente bona fides, ac notitia fideicommissi, dec. 37. n. 18. & dec. 38. n. 22. lib. 10.
Ad dict. effectum bona fides semper præsumitur, ib. n. 19.
Nec satis est ostendere dolum in ipsa, sed est probandum consilium fraudandi, ib. n. 30.
Transactio afficit etiam successive vocatos, ib. n. 31.
Transactio facta ad effectum redimendi molestias, potius confirmat, quam adimit fideicommissum, decis. 48. numer. 24. libro 10.
Præsertim si sit inita pro exigua summa super opulento patrimonio, ib. n. 25.
Etiam si stipulata sit pro hæredibus, & successoribus, quia subintelligitur de illis vocatis ad fideicommissum, ib. n. 26.
Prætensiones per transactionem sopitæ, amplius excitari non possunt, dec. 60. n. 15. lib. 10.
Exceptio læsionis secutæ ex transactione, proponi non valet ad retardandam immissionem, dec. 60. n. 15. lib. 10.
Transactio solemniter facta non præsumitur læsiva, sed justa, dec. 69. n. 19. lib. 10.
Transactio donec per tres conformes resolvatur, impedit exercitium remedii possessorii, dec. 75. n. 1. & 2. lib. 10.
Transactio bona fide stipulata afficit nedum ipsos transigentes, sed omnes, & quoscunque successores jure proprio venientes, ib. n. 3.
Præsertim, si successores sint quoque transigentium hæredes, ib. num. 4.
Ex observantia eruitur, quod in transactione fuerit comprehensum, dec. 75. n. 6. lib. 10.
Ut valeat transactio super iis, quæ ex testamento proficiscuntur, requiritur, quod partes illud inspexerint, & recognoverint, ib. n. 7.
Transactio facta sub erroneo supposito, ipso jure corruit, decision. 75. n. 8. dec. 76. n. 1. lib. 10.
Ad effectum transigendi super re testamentaria, non requiritur de necesse materialis oculorum inspectio, & effectiva lectio testamenti, sed sufficit inspectio, & cognitio per oculos mentis, & intellectus, dec. 75. n. 9. lib. 10.
Controversum est, an scientia, & cognitio generalis testamenti eliciatur ex eo, quod in transactione enunciatum sit idem testamentum, nulla facta mentione qualitatis fideicommissariæ, sufficiat, ib. n. 10.

Indubium tamen est, quod exuberat, si ultra generalem mentionem testamenti concurrant aliæ conjecturæ suadentes cognitionem specificam, ib. n. 11.
Scientia contentorum in testamento depromitur, si in transactione descripta fuerint omnia debita, & legata facta a testatore, ib. n. 12.
Transactio parata valet, etiamsi non probetur specifica fideicommissi scientia, si fuerit renunciatum, l. de his ff. de transact. ib. n. 13.
Quousque transactio rescindatur, sola ipsius exceptio impedit, ne quis ex primævis juribus agere possit, ib. n. 8.
Transigentes si habuerint cognitionem legati, verisimile est habuisse etiam notitiam omnium aliorum, quæ in testamento continentur, dec. 76. n. 10. lib. 10.
Hæc tamen illatio locum non haberet, si illa, quæ in testamento continentur, fuerunt in diversa oratione expressa, & nullæ aliæ concurrant conjecturæ, decision. 76. numer. 11. libro 10.
Præcipue si transigens fuerit minor, ib. n. 11.
Transactio donec per rem judicatam rescissa non sit, impedit exercitium remedii possessorii, dec. 76. n. 12. lib. 10.
Limita, si nulla sit transactio defectu consensus, ibidem numero 10.
Transactio quantumvis amplissimis, & affirmativis verbis concepta, semper restrictionem patitur intra cancellos prætensionum tunc emergentium, nec extenditur ad ea, de quibus nulla cadebat lis, dec. 80. n. 6. lib. 10.
Observantia potest patefacere, quænam fuerit in transactione partium voluntas, ib. n. 10.
Transactio impugnari non potest a transigentibus, vel ab eis causam habentibus, dec. 30. n. 19. lib. 13.
Transactio servari debet, dec. 38. n. 20. & 21. lib. 13.
Transactio nulla inducit præcedentis tituli novationem, si nulla considerari possit incompatibilitas, decision. 43. numer. 10. lib. 13.
Transactio inita per Rectorem afficit quoque successores, si eorum quoque nomine fuerit stipulata, dec. 77. n. 9. lib. 13.
Præcipue si concurrat bona fides, ib. n. 10.
Transactio habet etiam executivam, cum regulетur ad instar rei judicatæ, dec. 6. n. 1. lib. 16.
Transactio tribuens jus exigendi certam speciem fructuum, extendi non potest ad alios fructus ibid. non expressos, decis. 1. n. 1. lib. 1.
Maxime si concurrat observantia exigendi tantum fructus in transactione expressos, ib. n. 2.
Transactio non trahitur ad casus non expressos, dec. 3. numer. 4. lib. 1.
Transactio prima, ex quibus per secundam novata dicitur, decis. 4. n. 4. lib. 1.
Diversitas pactorum in secunda transactione arguit diversitatem conventionis, dec. 4. n. 6. lib. 1.
Transactio fieri solet in rebus dubiis, non autem claris, dec. 5. n. 12. lib. 1.
Transactio est exequenda, nisi sit evidenter nulla, vel enormiter læsiva, dec. 1. n. 1. lib. 2.
Transactio per contumaciam inobservata præsumitur revocata, vel annullata, dec. 1. n. 2. lib. 2.
Habenti pro se transactionem non incumbit onus probandi observantiam, dec. 2. n. 3. lib. 2.
Locationes in executionem transactionis factæ, demonstrant illius observantiam, dec. 2. n. 5. lib. 2.
Protestationes factæ adversus actus transactioni contrarios, illius executionem ostendunt, & inobservantiam destruunt, dec. 2. n. 5. lib. 2.
Transactio non dicitur interversa ex actibus parvis, & clandestinis eidem contrariis, nec quasi possessio ex inde quæsita, dec. 2. n. 8. lib. 2.
Defectus adimplementi ex parte unius non est modus recedendi a transactione, dec. 1. n. 9. lib. 1.
Transactio non censetur per posteriorem innovata, si ista nihil cum priore commune habet, dec. 2. n. 10. lib. 2.
Ex pacto laicorum, nullum inferri potest præjudicium personis, aut bonis Ecclesiasticis, dec. 1. n. 12. lib. 2.
Intellige, quando agitur de aliquo onere imponendo, vel præjudicio inferendo; secus in materia indifferenti, quæ dependet a voluntate transigentium, ib. n. 13.
Transactio in antiquis per testes de auditu probari potest, decis. 3. n. 5. lib. 2.
Maxime si concurrant adminicula, ib. n. 6.
Transactio ex observantia probatur, dec. 3. n. 8. lib. 2. & decis. 4. n. 7. lib. eod.
Transactio per testes probari non potest, nisi testes deponant de toto tenore, & substantia instrumenti, & qualitatibus adjectis, dec. 4. n. 3. lib. 2.
Transactio in una non observata, censetur quoad alias inefficax ratione individuitatis contractus, dec. 4. n. 6. lib. 2.
Transactio per testes probari potest, dec. 4. n. 14. lib. 2.
Quæ in transactione data vel accepta, sunt correspectiva, itaut unum pro alio cessum esse censeatur, dec. 41. n. 8. lib. 8.
De natura transactionis est, ut transigens aliquid consequatur, & aliquid remittat, dec. 41. n. 11. lib. 8.
Non exigitur tamen, quod id, quod consequitur, vel quod remittit, sit de rebus in lucem deductis, ib. n. 12.

Transmissio.

Vide verb. Cambium.
Transmissio datur in filio, *dec. 71. n. 7. lib. 9.*
De jure antiquo pro aditione necessarius non erat actus expressus, ad hoc ut filius paternam hæreditatem transmitteret, *ib. num. 8.*
Filius hæreditatem paternam non transmittit, si illam repudiaverit, *ib. n. 10.*
Et ad hunc effectum sufficit abstensio in sensu negativo, scilicet, quod sciverit hæreditatem fuisse delatam, & adhuc illam non adiverit, *dec. 21. n. 11. & 13. lib. 9.*
Jus adeundi transmittitur per filium, & durat per triginta annos, si filius ignoraverit sibi delatam hæreditatem patris; si vero sciverit, transmittit, quatenus intra annum habita scientiæ decedat hæreditate non adita, *ib. n. 13.*
Filius non transmittit Jus adeundi, si semper steterit in actu abstensionis, & de jure suitatis intra triennium redire non curaverit, *ib. n. 14.* Vide in verb. *Additio hæreditatis.*
Transmittere nemo potest fideicommissum ad sui favorem non purificatum, *dec. 45. n. 10. lib. 12.*
Ex conjecturis admittitur transmissio favore eorum, qui aliquo modo venire possunt ex judicio testatoris, *dec. 71. numer. 11. lib. 10.*
Ad inducendam transmissionem pro conjecturis inservit, quod testator aliquando filios in conditione posuerit, aliquando vocaverit, quod adjecerit qualitatem masculinitatis, quodque Trebellianicæ detractionem prohibuerit, *decis. 71. numer. 12. lib. 10.*
Ad inducendam transmissionem præcipue consideratur, an testator ad conservationem agnationis respexerit, & an fecerit digressum ad plures gradus substitutionum, cum sine hic conjecturis cæteræ insufficientes reputentur, *decis. 71. numer. 13. lib. 10.*
Ad hoc ut digressus ad plures gradus inservire possit ad desumendam transmissionem, exigitur, quod substitutiones præcedant, non subsequantur vocationem transversalium, *decision. 71. n. 15. lib. 10.*
Ut inducatur transmissio, sufficit alternative, vel quod digressus, vel quod contemplatio agnationis cum aliis conjecturis uniri possit, *dec. 71. n. 16. lib. 10.*

Transversalis.

Transversalis transversalem non generat, *dec. 18. n. 5. lib. 16.*
Transversales ultra decimum gradum defuncto conjuncti, gentiles potius, quam agnati dici debent, *dec. 1. n. 4. de stat. success.* Contrarium, *n. 8 & 9.*

Trebellianica.

Trebellianica potest etiam filiis primi gradus prohiberi etiam tacite, *dec. 23. n. 7. lib. 9. & dec. 24. n. 1. & 2. lib. eod.*
Trebellianicæ datur præmium restitutionis, *dec. 1. n. 14. lib. 7.*
Ex prohibitione Trebellianicæ arguitur fuisse bona donata cum onere restituendi subsequenter vocatis, *dec. 2. n. 12. lib. 7.*
Trebellianicæ, & legitimæ detractionem fieri nequeunt, nisi prius detracto ære alieno, *dec. 21. n. 19. lib. 9.*
Testator si mandaverit totam restitui hæreditatem, dicitur Trebellianicam prohibuisse, *dec. 23. n. 2. lib. 9.*
Præsertim, si verba Italico sermone sint prolata, at ubi testator mandaverit omnia bona restitui, Trebellianica non diceretur prohibita, *ib. n. 3 & 4.*
Constat, quod Trebellianica fuerit prohibita, si testator substituerit in tota hæreditate, *dec. 24. n. 3. lib. 9.*
Sive totalitas cohæreat verbo dispositivo, sive executivo, *ibid. num. 5.*
Totalitas expressa in institutione non inducit Trebellianicæ inhibitionem, *dec. 24. n. 4. lib. 9.*
Trebellianica debita fratri, vel sorori, est detrahenda ante legitimam ascendentis, pro qua deinde detrahitur tertia residui, *dec. 28. n. 1. lib. 9.*
Trebellianicæ quantitas non immutatur, ex quo detrahitur ante restitutionem, quæ fit in vim clausulæ codicillaris, *decis. 28. n. 11. lib. 9.*
Trebellianica est quarta pars ejus, quod restituitur, *dec. 32. n. 2. lib. 9.*
Et debetur in præmium restitutionis, *ib. n. 9. & 13.*
Trebellianica quam detrahunt fratres, non detrahitur ab asse legitimam, sed solum in actu computationis legitimæ fingitur tantum minus esse in hæreditate, *decis. 32. numer. 7. & 17. lib. 9.*
Doctores tenentes, quod Trebellianica debita fratribus detrahatur ex eorum debito suo, rejiciuntur, *ib. n. 8.*
Duæ quartæ possunt detrahi ab una persona ex diversa titulo venientes, quatenus agatur de fideicommisso conditionali; secus si de puro, *ib. n. 9.*
Testatori libera remanere debet dispositio disponendi de octuncio, *ib. n. 10.*
Et ipso tamen octuncio debet detrahi Trebellianica, *ibid. num. 12.*
Trebellianica etiam fratribus debita non detrahitur e legitima, quæ ab omni onere debet esse excepta, *dec. 32. n. 11. lib. 9.*
Trebellianica deducitur præter mentem testatoris, *ibid. numero 15.*
Ob contrastabulationem testamenti in restitutione fratres Trebellianicam tantummodo detrahere valent ex illa parte, quam ipsi restituunt, *ibid. n. 16.*
Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso ordinato favore piæ causæ, *dec. 36. n. 7.* Declara, ut *n. 8. lib. 10.*
Trebellianica dicitur prohibita, si testator voluerit substitutos absque diminutione succedere, *dec. 37. n. 33. lib. 10.*
Doctores tenentes, quod Trebellianica sit deducenda ex ipso oneri per viam imputationis, non vero ab esse per viam subductionis, reprobantur, & singulis eorum datur responsum, *dec. 30. n. 14. 15. 16. & 17. dec. 31. n. 29. lib. 9.*
Testator potest prohibere Trebellianicam, *dec. 77. n. 3. libr. 10.*
Trebellianica debetur hæredi gravato, *dec. 8. in 2. numer. 22. libro 10.*
Trebellianica non debetur, si substituta fuerit pia causa, *dec. 82. in 2. n. 23. lib. 10.*
Etiam si pia causa sit conditionaliter substituta per conditionem eventualem, quæ purificata fuit, *ib. n. 24.*
Trebellianica, & Falcidia tacite prohibitæ censentur ex clausula--omni meliori modo, *dec. 7. n. 40. lib. 4.*

Tutela.

Pro evitanda præscriptione actionis tutelæ, sufficit allegare ignorantiam instrumenti obligationis tutoris, licet pupillus dicatur scire sub tutore mansisse, *dec. 37. n. 3. lib. 7.*

Tutor.

Tutor petens electionem pesiti pro reddenda ratione, censetur enunciasse præscriptioni, *dec. 36. n. 9. lib. 6.*
Fidejussor tutoris conveniri non potest, licet insolidum cum tutore reperiatur obligatus, nisi prius directe exclusus fuerit tutor, & cum ipso firmato debito reliquatus tutelæ, *decis. 37. n. 5. lib. 7.*
Hæc conclusio vera est, si fidejussor se obligaverit pro reliquata, secus si generaliter omnibus tutoris obligationibus accesserit, *ib. 6. & 7.*
Tutor contrahendo cum debitoribus non solvendis, tenetur in ejus damnum contractum subire, *dec. 38. n. 1. lib. 7.*
Etiam si testator mandaverit cum dd. debitoribus tolerari, quia tutor tenebatur exigere cautionem, *dec. 38. n. 2. lib. 7.*
Tutor nequit debitoribus pupilli dilationem quatuor annorum concedere, *dec. 38. n. 3. lib. 7.*
Et si concesserit, omne periculum est tutoris, *ib. n. 4.*
Tutor si fuerit diligens in vexando debitorem post decoctionem, diligentia inutilis dicitur, *dec. 38 n. 5. lib. 7.*
Tutor capax est ad efficaciter obligandum pupillum, *decis. 3. n. 18. lib. 8.*
Gesta cum tutore, vel testamentario, vel dativo, antequam solemnia adimpleverit, firmam retinent subsistentiam, *decis. 3. n. 21. lib. 8.*
Tutoris, vel mulieris confessio etiam non solemnis præjudicat, quando est adminiculata, *dec. 5. n. 6. lib. 9.*
Tutor super re dubia potest transigere absque decreto, *decis. 18. n. 21. lib. 13.*
Tutor tenetur de lata, & levi culpa, *dec. 34. n. 28. lib. 15.*

V

Validitas.

Validitas semper præsumitur, *dec. 75. n. 5. lib. 11.*
Validitas ex actorum revolutione probatur, *decis. 7. n. 11. lib. 6.*
Valor verus desumi debet a communi judicio, & æstimatione valutando domum juxta illud pretium, quod ab omnibus vendi, & emi posset, *dec. 14. n. 4. lib. 7.*
Valor per ascensum expressus, per pensionarium probari debet; *dec. 50. n. 4. lib. 13.*
Differt expressio valoris per non excessum a narrativa facta per ascensum, *dec. 57. n. 2. lib. 13.*
Valor beneficii non minuitur per decimas, quæ temporaliter, & accidentaliter solvuntur, *dec. 58. num. 12. & dec. 61. num. 5. lib. 13.*
Valor beneficii de tempore gratiæ justificari debet, *dec. 60. n. 5. lib. 13.*
Vide sub verb. *Gratia*, & verb. *Pensio*.
Valor beneficii dicitur probatus ex justificata fructuum perceptione per integrum decennium computandum quinque annos ante, & quinque post reservationem pensionis, *dec. 61. num. 2. lib. 13. & dec. 72. n. 3. lib. eod.*
In verificatione valoris beneficii nulla est habenda ratio augmenti eventualis contingentis ob majorem, vel minorem æstimationem monetæ aureæ, *dec. 61. n. 4. lib. 13.*
Sola fructuum non exactio falsam non reddit narrativam valoris, *dec. 61. n. 10. lib. 13.*
Minusque diminutio præbendæ ex post secuta, *ib. n. 11.*
Valor affirmative narratus æstimari debet deductis oneribus consuetis, & necessariis, *dec. 62. n. 15. & 16. lib. 13.*
Secus si onera sint incerta, temporalia, & omnino extraordinaria, *ib. n. 17.*
Et quæ sint hujusmodi onera, *ibid. numer. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*
Clausula--ut asseris, indicat Papam dubitare de valore beneficii, & importat conditionem saltem tacitam, quæ æquivalet expressæ, *dec. 72. n. 2. & 3. lib. 13.*
Per expressionem valoris etiam extra necessitatem factam pensionarius obligatur ad illius justificationem, *dec. 70. n. 5.*

Ex lapsu triginta annorum oritur præsumptio justificationis valoris beneficii, dec. 70. n. 7. lib. 13.
Exactiones factæ vigore mandati de manutenendo non suffragantur ad præsumendam justificationem valoris beneficii resultantem ex lapsu temporis, decision. 70. numero 8. libro 13.
Expressio valoris per non excessum verificatur in qualibet summa, ac expressio facta per ascensum debet verificari in summa narrata, dec. 70. n. 21. lib. 13.
Ad justificandum valorem supputatur tempus reservationis, decis. 70. n. 21. lib. 13.
Locationes continuatæ per spatium plurium annorum probant valorem redituus, dec. 70. n. 22. lib. 13.
Ex narratione valoris beneficii Papa instruitur ad rectam distributionem redituum Ecclesiasticorum, decis. 70. numer. 29. libro 13.
Veritas valoris beneficii probatur ex solutionibus per spatium longi temporis continuatis, decision. 71. numer. 10. libro 13.
Valor beneficii talis præsumitur, qualis fuit expressus, dec. 71. n. 11. lib. 13.
Testis de auditu valoris beneficii ab ipso titulari admodum est attendendus, dec. 71. n. 12. lib. 13.
Pro probatione valoris beneficii non sufficiunt testes singulares, neque de auditu, nec illi, qui non sunt versati in loco, aut informati, nec alii non deducentes onera vel expensas, & portiones exemptorum, decis. 72. numer. 6. 7. 8. & 9. libro 13.
Vide alia in verbo Testis.
Ad probandum valorem non sufficiunt solutiones pensionum, nisi istæ sint spontaneæ, & emissæ per spatium triginta annorum ante motam litem, decision. 72. numer. 17. libro 13.
Expressio valoris per non excessum facta per singularem successorem inservire non potest pensionario, qui habet reservatam pensionem cum expressione valoris per ascensum, decision. 72. n. 19. lib. 13.
Testes dubitative loquentes inservire non possunt pro valoris probatione ad effectum sustinendi pensionem, dec. 73. num. 3. lib. 13.
Expressio valoris facta per non excessum verificabilis in qualibet summa minori, dec. 73. n. 9. lib. 13.
Valor expressus per ascensum, & cum clausula-ut asseris-est per univocas, & concludentes probationes verificandus, decis. 75. n. 29. lib. 13.
Limita, si agatur de probatione valoris non affirmative, sed conditionaliter expressi, ib. n. 13.
Limita quoque, si tractetur in judicio summario ad effectum exequendi gravatum, ib. n. 14.
Solutio pensionis, si pacifica non fuerit, præbere non potest adminiculum pro verificatione valoris, decis. 73. numer. 11. libro 13.
Valoris, ac pretii justitia desumitur ex contractu facto super certa re pro certo pretio, si contrarium concludenter non ostendatur, dec. 9. n. 7. lib. 6.
Valor pretii probatur ex peritis, qui diversis vicibus illud æstimarunt, dec. 9. n. 10. lib. 6.
Valor probatur ex valore bonorum adjacentium, decis. 9. n. 11. lib. 6.
Valor prædii rustici non augetur ex domo rustica in illo existente, sed solum aliqualiter in eo habetur ratio in æstimatione, dec. 9. n. 15. lib. 6.
Secus si agatur de domo constructa ad majorem domini commoditatem, tunc enim non æstimatur uti prædium urbanum, sed in tertia parte minus, ib. n. 16.

Variatio.

Variatio competit virtute obligationis Cameralis, dec. 6. n. 10. lib. 5.

Venditio.

Scientia venditionis claudit viam restitutionis in integrum adversus præscriptionem, dec. 37. n. 9. lib. 8.
Venditiones solent etiam sub conditione, ac cum reservatione dominii stipulari, dec. 35. n. 5. lib. 15.
Venditio judicialis non comprehenditur sub dispositione, leg. Dudum, Codic. de contrah. emptor. decision. 32. numer. 14. libro 16.
Nemo invitus cogitur ad vendendum rem suam, dec. 32. num. 1. lib. 4.
Fallit favore Religionis, concurrente causa ædificandi, vel amplificandi Ecclesiam, seu Monasterium, ibidem num. 2.

Verba in genere.

Verba in dubio potius important modum, quam conditionem; dec. 4. n. 7. lib. 7.
Verba demonstrativa non qualificant præcedenter expressa, decis. 81. n. 10. lib. 8.
Verba efferentia annuum casum comprehendunt, dec. 41. num. 5. lib. 9.
Et quamcunque restrictionem rejiciunt, ib. n. 6.
Verba sequentia corrigunt, & declarant antecedentem dispositionem, dec. 31. n. 3. lib. 10.
Non cortex, & extrinseca verborum intelligentia, sed verisimilis disponentis voluntas est attendenda, dec. 33. n. 14. libr. 10. dec. 35. n. 12. lib. eodem.
Verba perpetuitatem præferentia, nullam patiuntur extensionem, dec. 35. n. 14. lib. 10.
Verba in numero singulari non sunt apta comprehendere duplicem casum, dec. 53. n. 8. lib. 10.
Unum verbum habere potest plura significata, dec. 57. num. 14. lib. 10.
Verba proœmialia non influunt in dispositionem, sed in concursu dispositiva magis attenduntur, quam proœmium, decis. 64. n. 11. lib. 10.
Verbum in fine orationis positum omnia respicit, & pariformiter determinat, dec. 67. n. 11. lib. 10.
Verba in propria significatione, sed improprie accepta in una parte testamenti, in eodem intellectu sunt accipienda in altera parte, dec. 69. n. 11. lib. 10.
Verba universalia an comprehendant tantum filios primi gradus vel etiam nepotes, & ulteriores descendentes, vide decis. 71. n. 1. lib. 10.
Verbum collectivum subsequens duo nomina est prædicabile ad utraque, etiam si de aliquo ageretur non posita in parte dispositiva, dec. 73. n. 14. lib. 10.
Melius est sensus, quam verba amplecti, decis. 73. numer. 20. libro 10.
Verba licet generalia, & futuri temporis, restringuntur ad tempus præsens, quando in contractu adest limitatio, & restrictio ad antea specialiter conventa, decision. 78. numer. 6. lib. 10.
Verba ad unum finem prolata non debent extendi ad alium, dec. 80. n. 9. lib. 10.
Ex verbis universalibus desumitur universalitas, & generalitas, dec. 6. n. 14. lib. 13.
Verba in fine posita, omnia superius expressa qualificant, decision. 68. n. 25. lib. 13.
Verba universalia omnia comprehendunt, decis. 16. numer. 9. lib. 15.
Verba dubia sortiuntur interpretationem a verisimili, decis. 34. numer. 19. lib. 15.
Verba in fine, & per viam regulæ emissa, sunt referenda ad omnia præcedentia, dec. 15. n. 11. lib. 16.
Verba enunciativa, & præsuppositiva prolata, nihil disponunt, dec. 6. n. 10. lib. 6.
Verborum generalitas in clausula executiva apposita simulanter cum dispositiva, nec plus important verba, quam ipsa dispositiva, dec. 77. n. 14 & 15. lib. 10.
Verba in contractibus sunt proprie, & naturaliter interpretanda, postposita legali, & juridica significatione, dec. 80. numer. 16. lib. 13.
Maxime quando contrahens non erat jurisconsultus, & callens juris subtilitates, ib. n. 17.
Verba in dubio sunt potius accipienda in sensu naturali, quam civili, sive agatur de dispositione Statuti, sive hominis, ibid. n. 18.

Verba in specie.

Verba-averà goda assolutamente-inferunt, quod legatarius totum, & universum consequi debeat in re legata, decis. 25. num. 8. lib. 9.
Vide in verbo Falcidia.
Verbum-afferare-significat dare appellatum, seu stabilire aliquod partitum, dec. 34. n. 1. lib. 15.
Verba-come sopra-non inducunt repetitionem eorum, quæ tacite desumuntur, dec. 38. n. 4. lib. 10.
Verba-come si dichiara à basso-operantur, ut non alii censeantur in narrativa inviti, quam qui fuerunt in inferiori parte nominati, dec. 13. n. 7. lib. 13.
Verbum-deficientibus-comprehendit tam casum non existentiæ, quam superexistantiæ, & deinde deficientiæ, decis. 24. n. 10. & dec. 26. n. 5. lib. 10.
Verba de suo proprio corpore, & legitimo matrimonio procreati non referuntur ad filios tantum primi gradus, sed ad excludendos illegitimos, si legatur nedum in primis, sed in aliis quoque substitutionibus, decis. 41. numer. 22. lib. 10.
Verbum-disponere-comprehendit ex sui naturali significatione modum omnem disponendi tam per contractus, quam ultimas voluntates, decis. 33. numer. 11. Vide numer. 12. & 13. lib. 10.
Verbum-disponere-est referibile etiam ad alienationem per ultimam voluntatem, dec. 34. n. 8. lib. 10.
Contrarium est verius, si ex conjectura pateat id non sensisse testatorem, ib. n. 8. & 10.
Verbum-disponere-licet generale sit, refertur ad liberam administrationem, si clarum concurrat fideicommissum, decis. 35. n. 15. lib. 10.
Maxime si sit adjectum in prohibitione facta minori, ibidem num. 16.
Verbum-eligere-convenit etiam liberæ collationi laicali, dec. 5. n. 16. lib. 10.
Verba-& veniente casu-restitutionem important, decis. 41. n. 9. lib. 10.

Limita-

Digitized by Google

Limitatur quoties est in contrarium verisimilis mens disponentis, *ibid. n.* 10.

Pronomen -- ex essi -- in fine positum, referri debet ad omnes supra vocatos, *dec.* 33. *n.* 18. *lib* 7.

Verba -- *figli*, & *eredi* -- sunt prædicabilis non solum de filiis institutis, sed de aliis descendentibus, ordine successivo per fideicommissum vocatis, *decision.* 73. *numero* 1. *libro decimo.*

Ita tamen non procederet, si essent vocati per vulgarem tantum, *ibid. n.* 2.

Verba -- *figli*, & *eredi* -- sunt prædicabilia etiam de substitutis, si in ipsis filiorum institutione etiam substituti vocati fuerint, *ibid. n.* 3.

Secus e contra, *n.* 5.

Verbum -- *heredità* -- quoties non fit a connaturaliter, non semper, & in omni casu importat integram assem hæreditarium, sed optime verificatur in portione, quæ uni ex coheredibus contingit, *dec.* 53. *n.* 17. *lib.* 10.

Præcipue si testator diviserit hæreditatem in plures quotas & portiones, *ibid. n.* 18.

Verbum -- *herre* -- comprehendit tam institutum, quam substitutum, *dec.* 13. *n.* 33. *lib.* 13.

Verbum -- *infrascritti* -- quid denotet, *decision.* 13. *numer.* 16. *lib.* 13.

Verba -- *in hunc qui sequitur modum* -- limitant præcedentia secundum inferius dicenda, *decis.* 21. *numero* 41. & 42. *libro* 10.

Verba -- *in tutti gl' altri beni* -- important integritatem bonorum, *dec.* 13. *n.* 9 *lib.* 16.

Verbum -- *libero* -- in substitutione appositum, ex propria significatione absolutam facultatem disponendi in successore importat, *dec.* 67. *n.* 10. *lib.* 10.

Vocabulum -- *majoris signoria* -- ad dominium directum particulare, & subalternum referri potest, *decis.* 5. *numer.* 83. *lib.* 1.

Verba -- *modo* & *forma* -- quibus sunt substituti masculi, tenerent ordinem substitutionum supra præscriptum, *dec.* 26. *n.* 9. *lib.* 10.

Verba -- *modo quo supra* -- æquant, & æquiparant modum, & ordinem succedendi cum alio fideicommisso, *dec.* 38. *num.* 15. *lib.* 10.

Verbum -- *nascenti* -- idem sonat, ac descendentiæ, *dec.* 21. *n.* 60. *lib.* 10.

Verba -- *nel modo, e forma, come segue* -- restringunt, & limitant præcedentia secundum inferius dicenda, *dec. f.* 64. *n.* 9. *lib.* 10.

Verbum -- *nominatos* -- importat, quod gradus, qui ultra progreditur, debeat oculis corporis legi, *decision.* 21. *num.* 54. *lib.* 10.

Verbum -- *ogni sorte* -- nullam restrictionem admittit, *dec.* 18. *la* 2. *n.* 10. *lib.* 8.

Verbum -- *omnia* -- nihil excludit, *decision.* 26. *numer.* 21. *libro* 10.

Verba -- *omnes liberi* -- nedum filios primi gradus, sed ulteriores descendentes comprehendunt, *dec.* 41. *numero* 4. *libro* 10.

Verba -- *ordine, modo,* & *forma infrascritta* -- quæ singula disformem testatoris mentem indicant quoad subsequentes dispositiones, *dec.* 3. *n* 19. *lib.* 10.

Verba -- *ordine successivo, ut supra* -- referuntur ad ordinem succedendi, non autem restringunt fideicommissum ad personas nominatas, *decision.* 71. *numero* 12. *libro decimo.*

Verba -- *per lineam rectam* -- non excludunt masculum ex fœmina; secus si adjectum fuerit verbum, masculinam, *dec.* 33. *n.* 19. *lib.* 7.

Verba -- *per resto* -- præcedentem causam restringunt, & excludunt ex eadem causa aliud deberi, *decis.* 6. *numero* 15. *lib.* 6.

Verba -- *post mortem* -- non præseferunt ordinem succedendi conditionalem exclusivum vulgaris continentia in compendiosa, *dec.* 53. *n.* 14. *lib.* 10.

Verbum -- *premitto* -- supponit præcedentem interrogationem, *dec.* 7. *n.* 3. *lib.* 8.

Verba -- *pro omni, & quacunque actione sibi competente* -- nihil ultra extendemur, quam juxta titulum expressum, *dec.* 43. *n.* 2. *lib.* 13.

Verbum -- *quandocunque* -- ex pore complectens omnia tempora continet compendiosam includentem fideicommissarium, *dec.* 47. *n.* 5.

Declara, ut *n* 6. *lib.* 10.

Verba -- *restituere, dare, & consignare* -- tamen verificari possunt in bonis, quæ non possidentur, sed recuperari prætenduntur, *dec.* 10. *n* 9. *lib* 10.

Verbum -- *retrovendere* -- injunctum cum cessione jurium importat veram translationem jurium, non extinctionem *dec.* 1. *n.* 1 *lib.* 8.

Verba -- *salvo fideicommisso* -- cui omnia subjecta manere intelligantur, important repetitionem, & approbationem fideicommissi, *dec.* 16. *n.* 16 *lib.* 10.

Verba -- *salvo però se potesse specialmente rivocarò* -- non important designationem futurarum dispositionum, *dec.* 81. *n.* 3. & *dec.* 83. *n.* 2. *lib.* 10.

Verba -- *se ve ne saranno* -- includunt tempus futurum, successivum, *dec.* 70. *n.* 8. *lib.* 10.

Verba -- *se ve ne saranno* -- sunt conformia temporis remoto, *decision.* 73 *numero* 19. *lib.* 10.

Verbum -- *solvere* -- secum fere veram, realem, & effectivam solutionem, *dec.* 48. *n.* 7. *lib.* 13.

Verba -- *sopra nominati* -- tanquam generice, sub se complectuntur plures species, nominatos scilicet nomine proprio, & alios nominatos nomine appellativo, *decision.* 71. *numer.* 6. *lib.* 10. & *decision.* 73. *numer.* 12. 13. & 17. *libro eodem.*

Verba -- *sopra nominati* -- denotant testatorem intellexisse de personis, quas proprio nomine supra expressit, & quæ oculis corporis legi possunt, *decision.* 69. *numero* 8. *libro* 10.

Verius tamen est; quod dicta verba tanquam generica sub se complectantur plures nominatorum species, eorum scilicet, qui vel nomine proprio, vel appellativo, seu collectiva designatur, *dec.* 69. *n.* 9. *lib.* 10.

Verbum -- *succedere* -- de sui natura vulgarem dumtaxat importat, *dec.* 47. *n.* 4. *lib.* 10.

Verbum -- *successores* -- est idem, ac descendentes, *decis.* 19. *n.* 9. *lib.* 10.

Verba -- *successores, & posteri, in proœmio prolata* -- ad filios restringuntur, si iste tantum in dispositione fuerint vocati, *dec.* 64. *n.* 10. *lib.* 10.

Verba -- *tanc, & eo casu* -- sunt limitativa, & omnem casum, præter expressum, excludunt, *decis.* 37. *numero* 13. *lib.* 10.

Verbum -- *tutta* -- adjectum verbo -- *heredità* -- importat totalitatem, *dec.* 13. *n.* 5. *lib.* 9.

Verbum -- *tutti* -- virtute copulæ censetur repetitum, *dec.* 13. *n.* 2. *lib.* 9.

Verbum abbreviatum, quomodo interpretandum sit, quod loquatur de tempore præterito, vel futuro, *decis.* 85. *num.* 18. *lib.* 13.

Verba -- *ut asseritur* -- nihil determinant, *decis.* 30. *num.* 7. *lib.* 13.

Verba negativa fortius negant, quam affirment affirmativa, *dec.* 1. *n.* 62. *de stat. success.*

Verba universalia videntur omnes comprehendere, & nullos excipere, *ibid. n.* 63.

Verborum amplitudo secundo eorum rationem, & causam, & secundum subjectam materiam intelligi, & limitari debent, *ibid. n.* 64.

Verbum -- *masculis* -- adjectum personis in eadem ratione non alterat gradum, sed informat subjectum, & nonnisi masculi ad successionem debent admitti, *ibidem numero* 105.

Verbum -- *stirpis* -- nihil pertinet ad gradum, & proximitatem, *ibid. n.* 120.

A verbis non receditur propter subtiles interpretationes, *ibid. num.* 144.

Verborum proprietas semper custodienda, ac nunquam deserenda est, nisi evidenter constet contrario sensu disponentis, *dec.* 1. *n.* 142. *de stat. success.*

Verba generaliter, secundum verum naturam debent intelligi, & nunquam restringi: eo magis, quando maneat, & sine ilatucentum inserviunt, *ibid. n.* 145.

Verba -- *aver riguardo alla persona* -- &c. quando non sine ipsis ad inducendum fideicommissum alii personæ, sed important simplicem commendationem, *decision.* 85. *num.* 4. *lib.* 12.

Verbum -- *prego* -- licet deprecativum, tamen ultimæ voluntatibus inducit necessitatem, & importat fideicommissum, *ibid. n.* 5.

Verbum -- *debba* -- etiam in qualicunque materia differenti inducit præcisam necessitatem, *ibid. n.* 7.

Verba -- *haver riguardo, a riflettere alla persona* --, &c. non inducunt solam commendationem, sed obligationem restituendi illi personæ, quando ita suadet disponentis voluntas *ibid. n.* 14.

Ex verbis indicantibus solum desiderium institutionis bonorum inducitur fideicommissum, *ibid. num.* 18. sive sint deprecativa, sive consilii, sive desiderii, sive commendationis, *num.* 19. & maxime quando non sint directa ad honoratum, sed ad gravatum, *n.* 20.

Verba commendativa, emissa ad præcisum finem instituendi, inducunt necessitatem restituendi tali personæ commendatæ, *ibid. n.* 22.

Verba denotantia arbitrium, quando regulantur e causa respiciente utilitatem, & commodum testatoris, inducunt necessitatem, *ibid. n.* 24.

Verba præsuppositiva, & enunciativa, inducunt dispositionem, *ibid. n.* 26.

Verbum -- *ne infinite* -- sufficit, ut operetur in familia effectiva, & donec illa durat, *dec.* 87. *n.* 11. & 43. *lib.* 10.

Verba perpetuitatem respicientia intelliguntur in casibus expressis, & in quibus sunt apposita, nec porriguntur ad distinctos, & separatos, *ibid. n.* 12.

Verba dispositiva, ut sunt -- *lascio, lego, sottopongo al fideicommisso* -- &c. dicuntur absoluta, & perfecta, & de per se fideicommissum inducunt absque alterius dispositionis supplemento, *ibid. n.* 51.

Verbum -- *majorasco* -- idem importat, ac primogenitura, *ibid. n.* 55. & significat etiam primogenituram, *n.* 57.

Verba in ultimis voluntatibus sunt interpretanda juxta mentem proferentis, etiam recedendo ab eorum proprietate, *ibid. num.* 56.

Ver-

Digitized by Google

Verba--*como supra*--sunt relativa dispositionis supradictæ factæ, non autem dispositionis diversæ, *ib. n.* 31.

Verbum--*gradus*--denotat ordinem succedendi de uno in alium proximum descendentem, *ib. n.* 35.

Verba loquentia de gradu debent intelligi vere, & non ficte, *ib. n.* 38.

Verba dispositionis sunt referenda ad illos, de quibus ipsa loquuntur, non ad eos, de quibus mentio non habetur, *dec.* 68. *n.* 43. *lib.* 10.

In dispositione hominis debent verba accipi in sensu naturali, & non ficto, *dec.* 87. *n.* 73. *lib.* 10.

Verisimilitudo, Verisimile.

Verisimilitudo multum confert ad eruendam veritatem contentorum in scriptura, *dec.* 5. *n.* 5. *lib.* 9.

Verisimilitudo est species veritatis, *decision.* 33. *numer.* 8. *libro* 16.

Veritas, Verum.

Ignoratur veritas quæ, quod varie accipitur, *dec.* 5. *numer.* 11. *lib.* 10.

Versio.

Versio pecuniæ dicitur probata, si creditor appareat dimisisse, & non probetur solutio ex diversis pecuniis, *dec.* 12. *num.* 13. *lib.* 7.

Versio pecuniarum secundi census in extinctionem primi deducitur ex vicinitate actuum inter impositionem secundi census ad effectum extinguendi primum, & primi extinctionem, *decis.* 4. *n.* 9. *lib.* 8.

Versio pecuniæ in causam negotii probatur, quoties autem constat fuisse dimissas creditorem negotii, *decision.* 25. *numer.* 10. *lib.* 8.

Via.

Viam ferro aperire quis dicitur per contrariam transeundo; *decision.* 30. *n.* 2. *lib.* 8.

Via melior ex antiquis est eligenda, *decision.* 34. *num.* 46. *lib.* 15.

Jus familiaritatis tollitur ex actuum multiplicitate, & ex præambulo titulo reservationis transitus, ac viæ, *dec.* 3. *n.* 6. & 13. *lib.* 4.

Via per fundum alterius non est permissa vicino, nisi soluto pretio, & quod vicinus magnum non patiatur detrimentum, *dec.* 3. *n.* 10. *lib.* 4.

Via, ac transitus necessarius censetur ad portionem rei reservatus, *dec.* 3. *n.* 11. *lib.* 4.

Vide alia in verbo *Res*.

Viam ac transitum non cogitur quis emere a vicino, quando constat, quod illi super prædio vicini competit jus transeundi, *dec.* 3. *n.* 12. *lib.* 4.

Via executiva.

Via executiva non competit contra tertium, *dec.* 1. *n.* 10 *libr.* 1. *dec.* 12. *n.* 9. *lib.* 5.

Via executiva competit, si adsit obligatio cameralis, & communicatæ fuerint facultates Aud. Cam. *decis.* 12. *numer.* 2. *lib.* 5.

Post electam unam viam non licet variare, nisi facta renunciatione judicii prius intentati, & refectis expensis, *decision.* 12. *n.* 3. *lib.* 5.

Absque onere renunciandi viam electam, & expensas reficiendi, si omne jus fuit generaliter in commissione deductum, *ibid. num.* 5.

Præscriptio viæ executivæ iisdem modis interrumpitur, sicut cæteræ præscriptiones, *dec.* 14. *n.* 1. *lib.* 7.

Ea sola intercedit differentia inter utramque, ut præscriptio viæ executivæ afficiat etiam eum mala fide debitoris, quod non procedit in aliis præscriptionibus, *ibidem numer.* 3.

Adversus præscriptionem viæ executivæ hæredi competit restitutio in integrum, *ibid. n.* 4.

Via executiva agi potest in vim solidationis factæ consecutivæ ad contractum obligatione camerali munitum, *decis.* 16. *n.* 1. *lib.* 8.

De competentia viæ executivæ amplius dubitari non potest, quoties Signatura committit causam cum clausula--si quid exequendum--*ibid. n.* 4.

Per sententiam absolutoriam vulneratur via executiva, *dec.* 30. *n.* 5. *lib.* 8.

Via executiva non competit in vim contractus initi a gravato contra substitutum, *dec.* 11. *n.* 7. *lib.* 8.

Competeret tamen, si contractus bona fide esset stipulatus, *ib. num.* 8.

Competeret quoque, si intercessisset approbatio executoris testamentarii, facultatem a testatore habentis, *ibidem numer.* 9.

Via executiva spatio triginta annorum præscribitur, *decision.* 17. *n.* 2. *lib.* 9.

Via executiva non dicitur præscripta, si lapsus temporis præscribere non valuerit creditum, *dec.* 17. *n.* 4. *lib.* 9.

Viam executivam tribuit Signaturæ justitiæ per clausulam, *si quid exequendum*, cum rescribat de mandato Papæ, *decis.* 4. *n.* 6. *lib.* 6.

Via executiva licet non competat, si tamen quis fuit per tres instantias subditus, & nihil amplius potest deducere in judicio ordinario, non debet retardari executio ad evitandos inanes circuitus, *dec.* 4. *n.* 7. *lib.* 6.

Vicarius.

Vicarius licet non possit confirmare donationem juspatronatus absque speciali commissione Episcopi, præsumitur cum ea in confirmatione processisse, si illam enunciaverit, & temporis lapsus considerabilis intercesserit, *dec.* 23. *numer.* 7. *libr.* 13.

Vide in verbo *Juspatronatus*.

Vicarius non potest absque speciali mandato Episcopi reservata juspatronatus, *dec.* 47. *n.* 10. *lib.* 13.

Mandatum tamen potest ex præsumptionibus, & conjecturis probari, ad effectum sustinendi actum, *ib. n.* 11.

Qualitas conservatoris Vicario data, adhibet potius, quam tribuit eidem jurisdictionem, *dec.* 1. *n.* 17. *lib.* 3.

Vicelegatus.

Vide in verbo *Legatus*.

Vidua.

Viduæ suam dotem repetenti debentur usuræ a die interpellationis, concurrente illius inopia, *decision.* 14. *numer.* 1. *libro* 6.

Sola lis inter hæredes, & fideicommissarios sufficit, ad hoc ut vidua non teneatur excutere bona pro consecutione suæ dotis, *dec.* 14. *n.* 8. *lib.* 6.

Et bene satis est consultum hæredi fideicommissario per cessionem jurium faciendam a muliere, *decision.* 14. *numer.* 9. *libro* 6.

Villa.

Villa est unitas quarundam domorum sine muris, *decis.* 2. *n.* 4. *lib.* 13.

Licentia ab Episcopo obtenta de ædificanda Capellam in aliqua villa, probat Capellam esse de pertinentiis illius villæ, *dec.* 24. *n.* 7. *lib.* 13.

Cessio universalis de villa cum omnibus juribus, & pertinentiis comprehendit juspatronatum, licet incognitum, & ignoratum, *dec.* 2. *n.* 18. *lib.* 13.

Vinculum.

Vinculi duplicitas non operatur; nisi in æqualitate gradus; quinimo debet esse pertinens, sed exclusivum alterius concurrentis, *dec.* 1. *n.* 89. *de stat. success.*

Pro duplicitate vinculi proximitas spectanda est quoad personam primi acquirentis, non autem ultimi possessoris, *ibid. numer.* 90.

Vir.

Vide in verbo *Dos*.

Non dedecet viris ad evitandam suspicionem uxoris, domi custodire, *dec.* 11. *n.* 15. *lib.* 14.

Vir in exigenda dote de negligentia redargui non potest, si per septem tantum menses distulerit exigere, *dec.* 1. *num.* 8. *lib.* 11.

Vitium.

Vitium litigiosi tollit jura tertii possessorii; & præservat viam executivam, *dec.* 24. *n.* 2. *lib.* 15.

Unio.

Unioni repugnant institutiones factæ in vim præsentationum; *dec.* 2. *n.* 10. *lib.* 11.

Unio subjectiva, & extinctiva simul omnino tollit tam essentiam, quam nomen, & titulum Ecclesiæ unitæ, eamque reddit membrum, & prædium alterius, cui facta est unio, *decis.* 4. *n.* 4. *lib.* 11.

Nihil magis repugnat unioni extinctivæ, quam collatio, *ibid. num.* 5.

In Ecclesia unita cum unione extinctiva nec valet provideri de Rectore, minusque dicitur vacare, *ib. n.* 9.

Per unionem Ecclesiæ privilegia illius non extinguuntur, sed transeunt in eam, cui facta est unio, *decis.* 60. *numer.* 13. *lib.* 13.

Unio beneficii ex quibus principaliter facta censeatur, *decis.* 4. *n.* 9. 10. & 11. *lib.* 12.

Unio æque principalis Ecclesiarum efficit, ut qualibet Ecclesia remaneat in suo statu, & onere, quamvis ambæ subsint, & regantur ab uno Episcopo, *decis.* 11. *numer.* 6. *libro* 3.

Unio quod sit æque principalis, quando de contrario non constat, colligitur ex conjecturis, *ibid. n.* 7.

Ann

Ante unionem quando utraque Ecclesia habebat Episcopum, & diœcesim, eisque ambæ erant in dignitate, & honore pares, conjecturatur, quod unam fuerit æque principalis, *ibid. numer. 8.*
Pontifex si unione Ecclesiarum demandevit, quod Episcopus se denominare deberet primo loco Episcopum illius Ecclesiæ, in cujus territorio tunc degeret, & actum expleret, signum ferdens, quod unio est exæqualis, *ib. n. 9.*

Universalitas.

Corpus genus est; quod de per se universalitatem importat; *dec. 15. n. 5. lib. 9*
Etsi adjiciatur species, vel exprimantur partes simul cum verbis intelligentia præseferentibus, importat prohibitionem Falcidiæ, *ib. n. 6.*
Vide in verbo *Falcidia.*
Quælibet universalitas potest libere suas res administrare, & redditionem rationum exigere sine interventu procuratoris jurisdictionalis, stante præsertim antiqua consuetudine, *decis. 3. n. 4. lib. 3.*
Fallit in terminis Bullæ boni regiminis, *ib. n. 5.*

Vocatio.

Per substitutionem filiorum nasciturorum potest induci vocatio nepotum, non vero aliorum descendentium, *dec. 11. num. 15. lib. 10.*
Ex vocatione activa desumi non potest vocatio passive, *dec. 39. n. 7. lib. 10.*
Limita, quoties constet de voluntate testatoris constituendi fideicommissum perpetuum, *ib. n. 8.*
Vocatio gradualis importat perpetuum, & absolutum fideicommissum, *dec. 39. n. 14. lib. 10.*
Vocatio proximiorum in defectum aliorum prius vocatorum denotat testatorem præcogitasse extinctionem linearum prædictarum, *ibid. n. 16.*
Vocatio facta in casu, quo aliquis nollet acceptare hæreditatem, dicitur vulgaris, non fideicommissaria, *decision. 46. n. 1. lib. 10.*
Ita ut eveniente casu aditionis, omnes ulteriores substitutiones resolutæ remaneant, *ib. n. 2.*
Limitatur, quoties constet de contraria voluntate testatoris erogandi perpetuum, & successivum fideicommissum, *ibid. numer. 3.*
Vocatio facta de utero denotat fideicommissum favore omnium descendentium, *dec. 46. n. 20. lib. 10.*
Vocationis perpetuitas facilius inducitur, si agatur de jure honorifico, *dec. 12. n. 10. lib. 13.*
Vocatio facta sub nomine collectivo, vulgaris reputatur, etiam si vocetur proximior, aut primogenitus, vel major natu de familia, *dec. 21. n. 1. lib. 16.*
Et ab hac sententia non receditur, nisi adsint verba, vel conjecturæ pro perpetuitate fideicommissi, *ibidem numer. 3. & 4.*
Conjecturæ vero debent esse urgentissimæ, si agatur de extendendo fideicommisso favore transversalis, *ibidem numero 5.*
Et inspicere debent eandemmet substitutionem, de qua tractatur, *ib. n. 6.*

Vocatus.

Collectivo nomine vocati, active, non passive vocati censentur deficientibus dictionibus perpetuitatem temporis importantibus, *dec. 23. n. 14. lib. 10.*
Qui vocati non fuerunt in parte dispositiva, comprehendi non possunt in parte conditionali, *dec. 24. n. 5. lib. 10.*
Limita, si verba conditionis magis late pateant, & contineant personas diversas ab expressis in dispositiva, *ibid. numero 6.*
Vocati in tertia substitutione, non dicuntur invitati, nisi in casu, quo purificetur secunda substitutio, *decis. 28. numer. 2. lib. 10.*
Collectivo nomine vocati, censentur substitui per vulgarem; non per fideicommissariam, *dec. 47. n. 1. lib. 10*
Recessum ab hac regula suadere solent verba tractum futuri temporis importantia, *dec. 47. n. 2. lib. 10.*
Vel conjecturæ indicantes voluntatem testatoris inducendi fideicommissum, *ibid. n. 3.*
Ultimus vocatus potest de bonis testatoris libere disponere, *decis. 57. n. 1. lib. 10.*
Collectivo verbo vocati dicuntur substitui per vulgarem, *decision. 67. n. 3. lib. 10.*
Vocati nomine appellativo, vere & proprie includuntur sub verbis supra nominatis, *dec. 70. n. 16. lib. 10.*
Collectivo nomine vocati succedunt in stirpes, & non in capita, *dec. 42. n. 7. lib. 13.*

Voluntas.

Voluntas etiam deprehenditur ex non facto, *dec. 49. num. 10. lib. 9*
In claris non admittitur quæstio voluntatis, *decis. 8. num. 11. lib. 10.*
Pro contentis voluntatem contrahentium, verba directa obliquantur, & induunt gravamen restitutionis, si non ex vi verborum, ex volita tamen disponentium, *dec. 116. num. 11. lib. 10.*
Voluntas non trahitur ad incognita, *decis. 33. num. 11. lib. 15. dec. 2. n. 9. lib. 14.*
Voluntas absque scientia non datur, *decision. 68. num. 33. lib. 13.*
Voluntas declaratur etiam ex actibus nullis, *dec. 4. n. 17. lib. 16. & dec. 13. n. 9. lib. eod.*

Ultima voluntas.

Vide in verb. *Testamentum*, *Testator*.
Testatoris voluntas, non subtilis natura verborum, & dictionum spectari debet, *dec. 31. n. 2. lib. 10.*
Voluntas testatoris est pro lege servanda, *decis. 63. numer. 10. lib. 10.*
Voluntas testatoris, sive sit voluntas anomala, mixta, vel media semper est servanda, *decision. 69. numer. 9. libr. 10.*
Voluntas testatoris individua præsumitur, & propterea jura successionis scindi non debent, *decision. 18. numer. 6. lib. 11.*
Ad interpretandam testatoris voluntatem magis attenditur illius opinio, quam veritas, *dec. 20. n. 6. lib. 8.*
Semper juxta voluntatem testatoris est judicandum, *decis. 6. n. 8. lib. 10.*
Observantia bene potest defuncti interpretari voluntatem, *dec. 23. n. 11. lib. 10. dec. 41. n. 12. lib. 13.*
Voluntas conservandi bona cum prohibitione alienationis concludit perpetuitatem fideicommissi, *decision. 37. numer. 14. lib. 10.*
Intentio testatoris explicata in actu proportionato substitutioni cæteris aliis incidentibus est præferenda, *decision. 57. n. 9. lib. 10.*
Ad interpretandam testatoris voluntatem ipsa dispositionis pars, super qua disceptatur, præcipue est attendenda, *dec. 70. n. 13. lib. 10.*
Ex diversitate rationis circa modum disponendi arguitur præcipua voluntatis interpretatio, *dec. 81. n. 17. lib. 10.*
Ad interpretandam testatoris voluntatem non valet consuetudo particularis, sed generalis, *dec. 84. n. 32. lib. 10.*
Voluntas testatoris in ultimis voluntatibus totum operatur, & pro lege habetur, *dec. 47. n. 13. lib. 13.*
Publicæ expedit supremum suo sensu judicium exitum habere; *dec. 19. n. 1. lib. 16.*
Omnis est sumenda interpretatio, ut excludatur voluntatis mutatio, *dec. 26. n. 8. lib. 16.*
Voluntas disponentium principaliter est attendenda, & ad illius tenorem verba sunt interpretanda, *decis. 10. num. 14. libr. 13.*

Vox.

Minor pars unius vocis absorbetur a majori, ita ut in consideratione non habeatur, *dec. 40. n. 8. lib. 13.*
Vide *Juspatronatus*, *Præsentatio*.

Usura.

Usura non efficitur licita nec per consuetudinem vim legis habentem, *dec. 11. n. 7. lib. 9.*
Judex semper debet inclinare pro usurarum exclusione, *decis. 8. n. 19. lib. 8.*
Usura a l. prohibita, si exigitur, non transit in dominium recipientis, *dec. 1. n. 1. de offic. venal.*
Lex nova usurarum moderatoria trahitur etiam ad negotia præterita, *dec. 9. num. 10. de offic. venal.*
Hujusmodi tamen propositio procedit, vel quando nova constitutio reprobat ea, quæ cum jure divino, & naturali pugnant, *ibid. n. 11.*
Vel ubi eadem clare se explicat velle comprehendere casus præteritos, *ib. n. 12.*
Secus, quoties non percutit usuras omni jure damnatas; sed solum ad excessum moderandum fructuum alias licitorum prodiit, & legislatoris voluntas est dubia, *ibid. numero 13.*

Usufructuarius.

Usufructuarius venit sub nomine domini, *decis. 25. numer. 4. libr. 16.*

Usufructus.

Gravamen in usufructu inducit conditionem ex die, & æstimatur ad augendam legitimam, *decis. 31. numer. 20. & 21. lib. 9.*
Ususfructus in dotem assignatus regulatur pro constitutione capitalis restituendæ ad tramites l. hæreditatem, ff. ad l. Falcidiam, *dec. 2. n. 5. lib. 11.*
Ususfructus patris datus in bonis adventitiis, fallit stante prohibitione testatoris, *dec. 6. n. 6. & 7. lib. 4.*
Pro inducenda prohibitione sufficiunt conjecturæ a prudentia judicio judicis approbandæ, *ib. n. 8.*
Conjectura est, quando filius fuit gravatus ad dandam bona filiis,

filiis; et de illis disponere valeant, *ibid. numer.* 9. & 10.
Altera est, si testator voluerit, quod filii libere, & ad eorum voluntatem placitum sui possint, *ibid.* n. 11. et 12.
Ususfructus legalis, ut prohibeatur contrarius patri, requiritur prohibitio expressa, vel saltem exiguntur conjecturæ necessariæ, *dec.* 7. n. 7. et 8. *lib.* 4.
Æquivocæ non sufficiunt, n. 9.
Datur patri in omnibus bonis undequaque ad filiem obventis exceptis castrensibus, vel quasi, *ibid.* n. 11.
Fallit concurrente prohibitione testatoris, *ibid.* n. 12.
Est sufficiens expressa, vel tacita, *ibid.* n. 8.
Quod pater habeat usumfructum contra voluntatem testatoris dispositum non fuit in *leg. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* neque in præcedentibus, *ibid* n. 13.
Leges novissimæ permittentes prohibitionem ususfructus paterni, sunt indefinitæ, & non limitantur neque etiam respectu legitimæ filiis debitæ, *ibid.* n. 14.
Ubi testator fecit particulare legatum patri, censetur ei prohibitus ususfructus in bonis filio relictis, *dec.* 7. n. 29. *lib.* 4.
Declara, si legatum fuerit amplum, *ibid.* n. 30.
Contra quod sufficit quodcunque quamvis tenue legatum, *ibid.* n. 31.
Et de ratione, *ibid.* n. 33.
Quando testator mandavit relictum solvi filio, arguitur prohibitio dicti ususfructus, *ibid.* n. 37.
Et ex clausula, *omni meliori modo*, idem colligitur, *ibid.* n. 38.
Et de ratione, *ibid.* n. 39.
Ususfructus prohibitus intelligitur ex omnibus clausulis, quibus vetita censetur Trebellianicæ, & Falcidiæ detractio, *decis.* 7. n. 41. *lib.* 4.
In hoc proposito conjecturæ non separatim, sed simul junctæ considerandæ sunt, *ibid* n. 42.
Et remittuntur arbitrio judicis, *ibid.* n. 43.
Pro quo habenda est ratio personarum, & de circumstantiis, *ibid.* n. 44.
Ex dilectione testatoris arguitur, quod testator non voluerit gravari filium onere ususfructus, *dec.* 7. n. 45. *lib.* 4.
E contra excluditur pater ab usufructu, si patrem minus dilexit, *ibid.* n. 46.
Et eo magis, si cum eo erant amaritudinis causæ, *ibid.* n. 47.
Si mater voluit unum ex filiis habere legitimam immunem ab onere ususfructus paterni, hoc idem dicendum est de aliis, quando agitur de eadem dispositione, *decis.* 7. *numer.* 34. *lib.* 4.
Usufructu per testatorem prohibito, saltem patri debetur commodum fructuum, *dec.* 7. n. 48.
Contra, n. 49. *lib.* 4.
Fortius quando prohibitio provenit ab homine, non e lege, *ib.* n 50.
Ususfructus morte usufructuarii finitur, *dec.* 5. n. 2. *lib.* 6.
Ususfructus morte terminatus non transmittitur in filium, & heredem usufructuarii, *dec.* 5. n. 3. *lib.* 6.
Ususfructus alicui relictus ad dignoscendum quanti valeat, fit supputatio ad terminos *text. in l. hæreditatem*, *dec.* 35. *num.* 15. *lib.* 9.

Usus.

Usus comprobatur ab instrumentis, *dec.* 5. n. 6. *lib.* 16.

Utilitas, Utiles

In materia dividua utile per inutile non vitiatur, *dec.* 7. n. 14 *lib.* 8.
Dissensus unius, aut alterius, non debet impedire utilitatem publicam, *dec.* 2. n. 5. *lib.* 4.

Uxor.

Uxor creditum non vendens uti proprium, fatetur esse aut expectare, *dec.* 6. n. 16. *lib* 9.
Uxor potest secularis adimplere renunciationem promissam a marito, si ex ille remaneret enormiter læsa, *dec.* 10 *numer.* 10. *lib.* 6.
Et etiam maritus excusatur ob eandem læsionem, *ibid. numero* 11.
Vide quoque in verbo *Læsio*.
Uxor sub prætextu crediti dotalis anterioris impedire non potest subhastationem bonorum viri, *dec.* 11. n. 17. *lib.* 6.
Fallit, si ex titulo dominii translativo possideat, *ibid* n. 18.
Uxor hæres viri per simplicem hæreditatis aditionem jura dotalia confundit, *dec.* 11. n. 29. *lib.* 6.
Et ex perceptione fructuum hæreditariorum ea consumpsisse censetur, *ibid.* n. 30.
Vide verbo *Vir*.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google